de la compª de Jhs de granada
R. 9.478
(R. 18146)

TOMVS QVARTVS CONCILIORVM OMNIVM, TVM GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM

ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB APOstolorum temporibus vsque in præsens habita sunt, quibus iam demùm non parùm multa accesserunt, magno studio hincindè conquisita, atque hactenùs non parùm desiderata.

Se vendió de orden del
consejo
Dr Villavicencio
Rector

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruuinum Calenium, & Hæredes Iohannis Quentelij,
anno Domini M.D.LXVII.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
67
8
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
6
106
2 400 40 Clasificación
i 1692

de la compª de Jhs de granada
R. 9.47.8 (R. 18146)

TOMVS QVARTVS CONCILIORVM OMNIVM, TVM GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM

ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB APOstolorum temporibus vsque in præsens habita sunt, quibus iam demùm non parùm multa accesserunt, magno studio hincindè conquisita, atque hactenùs non parùm desiderata.

Secundò de Orden del
Consejo
Dr Villavicencio
Rector

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruuinum Calenium, & Hæredes Iohannis Quentelij,
anno Domini M.D.LXVII.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in decennium.

CONCILIA HOC QVARTO TOMO COMPRAEHENSA.

Concilium Basileense.	pagina 1.
Concilium Ferrariense & Florentinum.	366.
Concilium Lateranense sub Iulio II.& Leone X.	510.
Concilium prouinciale Senonense.	716.
Concilium prouinciale Colonense.	747.
Synodus diœcesana Augusten.	797.
Synodus diœcesana Treuerensis.	821.
Concilium prouinciale Colonen.	833.
Concilium prouinciale Moguntinum.	856.
Concilium prouinciale Treueren.	881.
Concilium œcumenicum Tridentinum.	891.

EORVM QVAE HOC QVARTO TOMO CONTINENTVR, SERIES ET ORDO, NON quidem omnium, sed præcipuorum, & quæ commodè huc referri potuerunt. Cætera lector in totius operis indice Alphabetico offendet.

COncilium Basileen cum multis ad illud pertinentibus. pagina 1.
Decreta Eugenij 4. 362
Concilium Ferrariæ inchoatum, Florentiæ absolutum. 366
Basilij magni liber 3. de Spiritusancto. 470
Bessarionis oratio pro vnione. 473
Decretum Eugenij 4. 492
Epistola Archiepiscopi Hierosolymitani ad Eugenium. 497
Reformationes cleri Leodien. 497
Bulla retractationum Pij Papæ. 2. 503
Sixti quarti papæ decreta duo. 508
Concilium Lateranen sub Iulio 2. & Leone X. 510
Bulla Apostolica Leonis X. aduersus Luterum. 700
Breue Apostolicum Adriani VI. ad Fridericum Saxoniæ ducem. 705
Constitutio Legati Apostolici contra abusus, Ratisponæ edita. 710
Decreta cõcilij Prouincialis Senonen. 716
Canões cõcilij prouincialis Colonie. 747
Statuta Synodi diœcesanę Augusten. 797
Decreta synodi diœcesanę Treueren. 821
Decreta cõcilij prouincialis Colonie. 833
Constitutiones concilij prouincialis Moguntini. 856
Decreta Concilij Prouincialis Treueren. 881
Statuta seu Canones Concilij Oecumenici Tridentini. 891

MO-

MODVS OBSERVANDVS IN PVBLICA SESSIONE CONCILIORVM GENERALIVM, PRACTICATVS ET OBSERVATVS IN CONCILIO GENERALI CONSTANTIENSI.

DImò in loco vbi tenetur Sessio, celebrabitur Missa solennis de spiritusancto quocunque tẽpore per Cardinales, vel alium Prælatum ad hoc deputatum. Qua Missa durante, oẽs Prælati suis habitibus consuetis sunt induti, & sedent in loco dictæ Sessionis, secundùm suas Dignitates & Prærogatiuas. Prædicta autem Missa finita, omnes Prælati in eadem Sessione existentes, induunt se *pluuialibus, & habẽt mitras albas, solo Præsidente vel Celebrante in concilio, excepto, q̃ habet mitram *aut phrygiatam & gemmatam ac notabiliter & ornatam. Qui quidem Præsidens vel celebrans, associatis Diacono & Subdiacono, ac alijs multis in habitibus Ecclesiasticis, sedet in cathedra in medio chori, habẽs dorsum ad altare, & vultum ad alios Prælatos. Prelatis igitur sic indutis & ornatis, Cantores cantant Antiphonam: Exaudi nos Domine, quoniam benigna est Misericordia tua, secundum multitudinem mrserationum tuarum respice nos Domine. Versus: Saluũ me fac Dñe, quoniã intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Qua Antiphona cantata, Diaconus clamat alta voce: ORATE: Quo dicto, omnes Prælati flectunt genua. & per aliquod interuallũ orant sub silentio secundùm deuotiones suas. Et postquàm in illa oratione per aliquod competens interuallum steterunt, idem Diaconus iterum clamat alta voce: Erigite vos. Et tunc oẽibus Prælatis surgentibus, & stantibus, ipse Præsidens vel Celebrans etiam erectus, etiã hanc dicit orationẽ alta voce: Oremus. ORATIO: Adsumus Dñe sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem *immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, & doce nos quid agamus, quò gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus complacere valeamus. Esto salus, suggestor & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre & eius Filio nomen possides glorioſum. Non nos patiaris, perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis æquitatem, non in sinistrã nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat: sed iunge nos efficaciter solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenùs in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt hîc à te non dissentiat sententia nostra, & in futuro pro benè gestis consequamur præmia sempiterna. Amen. Prædicta verò oratiõe finita, Cantores concilij incipiunt Antiphonam, Exaudi nos Domine, qm̃ benigna est Misericordia tua, secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ &c. vt suprà. Qua antiphona cantata, oẽs (vt præmissum est) flexis genibus orãt. Et facto paruo interuallo, Diaconus iterum dicit alta voce: Erigite vos. Tunc oẽibus erectis, Præsidens vel Celebrans dicit iterũ hanc orationẽ: Oremus. ORATIO: Mentibus nostris, quęsumus Dñe, Spiritũ sanctũ benignus infunde, quatenùs in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cũ moderamine pietatis iustitiã, vt hîc à te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semp rationabilia meditãtes, q̃ tibi sunt placita, exequamur in factis. Per Dñm &c. Quibus sic peractis, oẽs flectãt genua. & Diaconus & subdiaconus vel alij duo ad hoc deputati, ante altare stantes, incipiunt Litaniã, Cantoribus & alijs respondentibus. Et qñ venitur ad illũ locũ, Vt Dñm Apostolicũ, Præsidens vel Celebrans, qui cũ alijs stabat flexis genibus, surgit: & vertens se ad cõgregationẽ, & dando bñdictionem, cantando ter dicit: Vt hãc sanctã synodum & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere, regere, & conseruare digneris, Cantoribus respondentibus qualibet vice prædicta, Te rogamus, audi nos. Cõpleta verò Litania, Præsidens vel Celebrãs dicit: Oremus. Quo dicto, Diaconus dicit: Flectamus genua. & Subdiaconus dicit, Leuate. Deinde celebrãs dicit hãc orationẽ: Da, q̃sumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, vt spiritusancto cõgregata, hostili nullatenùs incursiõe turbetur. Per Dominũ &c. His verò cõpletis, Diaconus habẽs librũ supra pulpitũ, inter altare & celebrantẽ dispositũ, accensis duobus cereis circa ipsum pulpitũ, incipit Euangeliũ, Vos estis sal terræ, vel quod ad legendũ sibi est ordinatũ. Quo Euãgelio perlecto, Celebrãs primò facit col-

*auriferatã *auriferã

*immẽsitate

Matt. 5. b

lationem, exhortando omnes & ſingulos ad ſolicitam meditationem & curam DEI, & ſuper omnibus cauſis, propter quas ſacroſancta ſynodus eſt congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce hymnum, Veni creator Spiritus, quẽ hymnum cantãt alternatim exiſtentes in Seſſiõe cum Cantoribus. Quo hymno ſolenniter & deuotè decãtato, duo clerici induti ſuperpellicijs & adſtantes Præſidenti, dicunt verſiculum Pſal.103. Emitte ſpiritum tuũ, & creabuntur. Et cãtores reſpondent, Et renouabis faciem terræ: Poſteà Celebrans dicit hanc orationẽ: Oremus: Deus qui corda fideliũ ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ. Poſtmodùm duo prædicti clerici vel Diaconus vel Subdiaconus dicunt: Benedicamus Domino. Et adſtantes reſpõdent, Deo gratias. His autẽ omnibus cõpletis, idem Præſidens vel Celebrans & omnes alij Prælati ſedent, & ponunt mitras in capitibus ſuis. Et tunc vnus Prælatorũ ad hoc deputatus, legit Decreta in illa Seſſiõe expedienda. Et in eodem ambone cum dicto Prælato legente ipſa Decreta, erant Præſidentes Nationũ tempore Concilij Cõſtantienſis, & reſpondebat quilibet Præſidẽs, Placet, pro natiõe ſua. Præſidens verò generalis in dicta Seſſiõe, reſpondebat etiã, Placet, etiã pro ſacro Cõcilio & collegio generali. Decretis verò perlectis, & reſponſo Placet, & dicto, Te Deũ laudamus, cum oratione de Spiritu ſancto, omes depoſitis *pluuialibus & mitris, reſumunt habitus ſuos conſuetos, & recedunt.

Nos igitur præinſerta geſta ac decreta, ne cuiuſuis impugnationis iaculis ſubiaceant tempore procedente, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ volumus, ſtatuimus, ac decernimus & mandamus, quatenùs præfatis Decretis & geſtis ſuperiùs inſertis, in iudicijs & extra vbicunq; producta exhibitaq; fuerint vel oſtenſa, in omnibus & per omnia ſtetur, ac fides plenaria adhibeatur, perindè, àc ſi Bulla eiuſdem Cõſtantienſis Synodi bullata forent, nec ad illorũ probationẽ aliud adminiculũ quomodolibèt requiratur. Nulli ergo omninò hoĩm liceat hãc paginã noſtræ voluntatis, ſtatuti, decreti & mandati infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ, pridiè Nonas Februarij, Anno à Natiuitate Domini M.CCCC.XLII.

*concordãt Subſcripta Geſta & Decreta ſacri Concilij Conſtantienſis, *concordatis cũ volumine & tenore ſub Bulla ſacri Concilij Baſileenſis plũbea bullatis, & manibus proprijs dictorũ Dominorũ deputatorũ ſubſcriptis, facta collatiõe per me Michaẽlẽ Galteri, notariũ ipſius ſacri Cõcilij Baſileenſis, redacta in nonagintaocto chartis ſeu folijs, præſenti in numero huiuſmodi computato.

*Brixienſ Ego Ioannes Huober ex Nederdorff, quam aliàs Villã baſſam vocant, *Bixnenſis Diœceſis, Artium liberaliũ Magiſter, & ſacræ Theologiæ Baccalaureus, Seſſiones & Decreta ſacroſancti magni & generalis Concilij Conſtantienſis præſcripta, ab exemplari authentico collationato, & Bulla plumbea pendente in chordula ſerici roborato, in vno miſſionis Spiritusſancti in ſpecie columbæ, in altero verò lateribus horũ verborum, Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, ſculpturas ſuprà in principio depictas continente, & præfata chordula Sericea per omnes chartas inferioris marginis tranſeunte, manu propria deſcripſi atque conſummaui, decimo Kalendas Iulij, Anno à Natiuitate Domini M.CCCC.*XC.

Lectori F. Laurentius Surius S.

Quàm malè quadrent ad Baſileam, quæ ex Strabonis lib.7. typis exilioribus impreſſa hîc citãtur, tuipſe Lector facilè animaduertis. Ego illa expunxiſſem, niſi me officina typographica anteuertiſſet. Priùs enim hic locus excuſus fuit, quàm à me recognoſceretur.

CONCI-

CONCILIVM BASILEENSE SVB EVGENIO IIII. CELEBRATVM.

DECRETA ET ACTA CONCILII BASILEENSIS, deſumpta ex authenticis exemplaribus, plumbo eiuſdem ſacroſancti concilij firmatis.

SESSIO PRIMA.

BAſileæ ciuitatis veterum ſcriptorum nemo meminit, niſi ſub priſca appellatione, qua vocata eſt Auguſta Rauricum. Ptolomæus enim Geographiæ ſuæ libro 2. cap. 9. titulo, Belgicæ ſitus, ita dicit: Rauricum ſeilicet populorum, Auguſta Rauricum, Argentuaria &c. Et Plinius lib. 4. cap. 12. titulo, Inſulæ inter eas terras, inter quas Creta &c. ait: Indè oſtia Iſtri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis Arnobæ ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis vltra alpes * milibus, & idem cap. 17. titulo Gallia, inquiens: Mediomatrici, Sequani, Raurici, Heluetij, Colonia eque ſtris, & Rauriaca. Strabo quoq; libro 7. Suprà iacens regio vniuerſa inter Boryſthenem & Iſtrum, prima eſt Getarum ſolitudo, poſteà Tyrrhegetæ, poſt quos Sarmatæ, cognomento Iazyges, & qui Baſilei dicuntur, & Vrgi, è quibus pars maxima Nomadibus, id eſt, paſtoribus conſtat, pauci agrorum colendorũ ſtudio tenentur. Hos vtranq; Iſtri ripam incolere ſæpè tradit. Sed & Antoninus in itinerario, titulo, Gemina æquinoctio, & alia noua in medio Vindobona &c. Comagenis, Cetio &c. Vindoniſſa, Rauricis, Artalbinno &c. Heluetõ. Item iter à Mediolano per alpes Appenninas Moguntiacum &c. Nouaria &c. Auenticulum Heluetiorum &c. Auguſta Rauricum, Cambete &c. Heluetum.

INCHOATIO CONCILII Baſileenſis.

IE Iouis decimanona Iulij, de anno Domini M. CCCC. XXXI. applicuerunt Baſileæ domini, ſcilicet Ioannes Polmar capellanus ſummi põtificis & auditor ſacri palatij, & magiſter Ioãnes de Raguſio doctor in theologia Pariſienſis, procurator generalis ordinis Prædicatorũ, delegati ad præſidendũ cõcilio à Domino Iuliano cardinali ſancti Angeli legato Apoſtolico, literas ſaluorum conductuum domini imperatoris deſcriptas habentes. Remanſitque dominus Dionyſius, expectans ambaſiatã præfati domini imperatoris. Qui quidem præſidentes, vigeſimatertia Iulij conuocatis omnibus eccleſiaſticis perſonis tam extraneis quàm intraneis, in capitulo maioris eccleſiæ Baſileenſis inchoauerunt concilium, legitima poteſtate eidem cardinali à felicis recordatiõis domino Martino & domino Eugenio præſenti, & deinde eorum ſubſcriptione facta à prædicto legato, quorum prædictus fecit collationem ſolennem ſuper themate, Venit angelus teſtamenti quem vos vultis, Malachiæ tertio. In quo oſtendit poteſtatem domini legati, & eorum legationem & omnimodam voluntatem ad concilium, quod tunc inchoauerunt & ſtabilierunt, prout etiam reſcripſerunt ambaſiatores vniuerſitatis Pariſienſis, & decreuerunt Miſſam ſolennem ſextis ferijs poſt petitionem celebrari.

IN NOMIne ſanctæ & indiuiduę Trinitatis feliciter, Amen. Cẽſetur vtiq; dignũ & congruum, prout id ſingulariter expoſcit nimiũ labilis hominum memoria, vt ea quę per ſacrorum generalium conciliorum ſanctiones ad Dei laudem & communem reipublicæ vtilitatem fore noſcuntur inſtituta, illa debitè ſcripturæ commẽdentur, vt per hanc iugis eorum etiam ad poſteros tranſeat recordatio. Hinc eſt igitur, quòd in ſubſcriptis continentur, & ſunt de verbo ad verbũ inſerta decreta, conſtitutiones, acta & ordinationes, cæteraq; geſta in hoc ſacro generali Baſileenſi concilio, præſidente in eodẽ authoritate apoſtolica reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Iuliano miſeratione diuina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diacono cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, collecta, viſa, ordinata per nos protonotarios, notarios & ſcribas infraſcriptos, ad id per dictum dominum præſidentem, ſacro eodem approbante concilio, deputatos, ſub annis, indictionibus, diebus, horis, menſibus & pontificatu inferiùs annotatis pariter & deſcriptis.

Anno ſiquidem à natiuitate domini milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoprimo, indictione nona, die autẽ Veneris ſeptima menſis Decembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij diuina prouidẽtia papæ quarti anno primo, præfato reuerendiſſimo patre domino cardinali præſidente & legato, iam per menſes aliquot in ciuitate Baſileenſi nationis Germanicæ, prouinciæ Biſuntinæ, prædicti generalis concilij adiuuante domino congregatione & celebratione inibi iuxta mandatum apoſtolicum aliàs ſibi ſuper hoc directum, & infrà pleniùs definitum legitimè faciendum, perſonaliter exiſtente. Conuocatis itaq; iam per eum dicta authoritate

huius rei causa ad dictã ciuitatem Basileensem de diuersis mundi partib⁹, pluribus dominis, prælatis, nec non personis alijs & viris ecclesiasticis, quæ de iure vel consuetudine ad concilium generale venire tenentur, ac etiam quàm pluribus alijs ad dictum concilium conuocatis, eisq; vnà cum dicto domino præsidente legato in certa aula domus ecclesiæ sancti Leonardi Basileensi, in qua soliti sunt pro concilijs tenendis in vnum conuenire, ad hæc specialiter congregatis, vnanimi inter eos inito consensu, extitit ordinatum & decretum, primam dicti generalis concilij Basileensis sessionem, tenendam fore authore domino atq; celebrandam die Veneris ex tunc proximè secutura, quartadecima dicti mensis Decembris in ecclesia cathedrali Basileensi, prout in schedula cuius tenor inferiùs primo loco describitur, pleniùs continetur: quam schedulã in multis duplicatam & transsumptam, iussit idem dominus præsidens ob dictæ primæ sessionis publicationem faciendam, in pluribus dictæ ciuitatis Ecclesiarum valuis affigi pariter & apponi, cuius tenor sequitur, & est talis:

Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationemq; fidei catholicæ, nec non tranquillitatem & pacem totius Christianitatis, reformationem quoq; vniuersalis ecclesiæ & populi Christiani, ex parte reuerendissimi in Christo patris & domini, domini Iuliani miseratione diuina sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diaconi cardinalis, in præsenti sacro generali concilio Basileensi authoritate apostolica præsidentis specialiter deputati, approbatione dicti sacri generalis concilij intimatur per præsentes omnibus & singulis in hoc ipso generali concilio Basileẽsi interessentibus, & interesse debentibus, quòd authore Deo die Veneris proxima post instans festum sanctæ Luciæ, quę erit quartadecima mẽsis huius Decembris, prima eiusdem sacri generalis concilij sessio celebrabitur in ecclesia cathedrali ciuitatis huius Basileensis, hora nona eiusdem diei à media nocte in anteà computando. Ideoq; præcipitur & mandatur omnibus & singulis in prædicta ciuitate Basileensi ad causam dicti sacri concilij iam existentibus, cæterisque ad quorum notitiam præsentes deuenerint, in dicto concilio interesse debentibus, qui tunc commodè personaliter interesse poterunt in eodem, quatenus dictis die & hora in ecclesia prædicta personaliter & debitè compareant sub pœnis iuris, nisi legitimo prępediti fuerint impedimento. Datum Basileæ die septimo dicti mensis Decemb. Anno à natiuitate domini millesimo quadringẽtesimo trigesimoprimo, põtificatus sanctiss. domini nostri papæ Eugenij quarti anno primo, sub sigillo cõsueto dicti domini præsidentis in testimoniũ pręmissorum.

Dicta die Veneris quartadecima prędicti mensis Decembris, anno, indictione, hora & pontificatu quibus proximè suprà, sacrosancta generali synodo Basileensi prædicta, dicto domino Cardinali legato authoritate qua suprà præsidente, legitimè vbi suprà congregata, celebrataq; ibidẽ solenni Missa de Spiritusancto per reuerendum in Christo patrem dominum Philibertũ Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopum Constantiensem prouincię Rothomagensis, insuper cãtatis & perlectis litanijs, antiphonis, alijsq; deuotis orationibus in talibus ordinatis, Deoq; suppliciter & deuotè exhibitis, idem dominus cardinalis prędens, in pontificalibus sedens super cathedrã ad hoc sibi præparatã, alijsq; singulis prælatis tunc ad præmissa astantibus in pontificali habitu, simul cum mitris planis capitibus eorum impositis existentibus, gratum sermonem ad synodum prædictam sacrosanctam habuit, sumens pro themate suo, Mundamini qui fertis vasa domini, Esaię quinquagesimosecundo, in quo plerunque salubri exhortatione ac secundum quod tali conueniebat eximię congregationi, & in primordio talis actus decuit, omnes de puritate, munditia & vitæ integritate solerter in charitate nõ ficta admonuit, præcipueq; exhortatus est, vt in celebratione Deo grata præsentis sacri concilij, ecclesiæ vniuersali tam necessario & vtili, vt verè decet viros ecclesiasticos, constanti & bono animo iugiter adessent, vigilarentq;, ac diligentius intenderent ad profectum & vtilitatem reipublicæ Christianę religionis feliciter peragendũ. Quo quidem sermone per eum finito, tandem memoratus dominus Philibertus Episcopus Constantiensis eminentem thalamum ascendit, ibiq; de mandato dictæ sacræ synodi perlegit alta & intelligibili voce, vt ab omnibus astantibus audiretur, hæcq; infrà de verbo ad verbum inseruntur, astantibus ibidem nonnullis venerabilib⁹ & egregijs viris, dominis ambasiatorib⁹ sereniss. & illustriss. principum dominorum regis Romanorum semper Augusti, & Amedei ducis Sabaudiæ, nec nõ viris illustribus dominis alijs quàmplurimis.

Esaiæ 52.

DECRETA ET CAETERA LECTA IN prima sessione sacri generalis concilij Basileensis.

AD omnipotentis Dei gloriã, fidei catholicę exaltationem, Christianæque religionis profectũ, iaciens fundamentum in summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, sacrosancta synodus Basileensis vniuersalem ecclesiam repręsentans, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidente reuerendissimo in Christo patre domino Iuliano, sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, attendens quòd sacra generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto celebrata, salubre existimans & multimodè fructuosum, in sancta Dei ecclesia generalia concilia frequentari, hoc suo decreto constituit huiusmodi sub tenore.

Ephe. 2.

Decretum Constantiense de celebratione conciliorum.

In Constantiensis concilij sess. 39.

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum, errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit: illorum verò neglectus, præmissa disseminat atq; fouet: hæc præteritorum temporum recordatio, & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Quapropter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus atq; ordinamus, vt amodò concilia generalia celebrentur, ità quòd primum à fine huius concilij in quinquennium immediatè sequens, secundum verò à fine illius immediatè sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbante vel consentiente concilio, vel in eius defectum, ipsum concilium deputare & assignare teneatur, vt sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, ob emergentes fortè casus abbreuiare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum, absq; euidenti necessitate non mutet. Sed si fortè casus *aliquis occurrerit, quo necessarium videretur, ipsum locum mutari, putà obsidionis, guerrarum, pestis aut similis, tunc liceat summo pontifici de prædictorum fratrum suorum aut duarum partium ipsorum consensu atq; subscriptione, alium locum priùs deputato loco viciniorem & aptum, sub eadem tamen natione, subrogare: nisi idem vel simile impedimentum per totam illam nationẽ vigeret, tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nationis locum aptum, huiusmodi concilium poterit conuocari, ad quem prælati & alij qui ad concilium solent conuocari, accedere teneantur, ac si à principio locus ille fuisset electus & deputatus. Quam tamen loci mutationem vel termini abbreuiationem per annum ante præfixum terminum teneatur summus pontifex legitimè & solenniter publicare & intimare, vt ad ipsum concilium celebrandũ prædicti possint statuto termino conuenire.

*alius

Atq; pro ipsius executione decreti, ciuitas Papiæ apud Italiam fuit electa pro generali concilio in fine tũc proximè sequentis quinquennij celebrando. Quod quidem concilium suo decreto tempore in dicta ciuitate Papiensi celebrari extitit inchoatum, & inde certis ex causis ad ciuitatem Senensem translatum. In quo quidem generali concilio Papiæ inchoato, & in Senensi ciuitate celebrato, hæc Basileensis ciuitas pro celebratione tunc futuri generalis concilij post septennium à fine ipsius Senensis concilij celebrandi, fuit electa & debitè assignata, vt constat in instrumẽto publico indè confecto huiusmodi seriei.

Instrumentum electionis ciuitatis Basileensis, pro generali concilio celebrando.

In nomine domini, Amen. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno à natiuitate eiusdem domini millesimo quadringentesimo vigesimoquarto, indictione secunda, die verò sabbati 19. mensis Februarij, hora tertiarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini diuina prouidentia papæ quinti anno septimo, vigente & durante sacrosancto generali concilio Senensi in ciuitate Senarum, ac præsidentibus eidem concilio vice & nomine præfati domini nostri papæ & pro eo, reuerendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Dei & apostolicæ sedis gratia Petro archiepiscopo Cretensi, Iacobo episcopo Spoletano, Petro abbate de Rosatio Aquileiensis diœcesis, ac Leonardo de Florentia magistro & generali ordinis Prædicatorum, per eundem dominum nostrum papam ad infrà scripta specialiter deputatis & ordinatis, ijdem domini præsidentes quandam conuocationem deputatorum omnium inclytarum nationum præsentis concilij Senensis, super electione loci futuri concilij fecerunt. In qua affuerunt prædicti domini præsidentes concilij vnà cum reuerendis patribus ac venerabilibus & circunspectis viris omnium quinq; nationum, videlicet pro Italica pro parte prælatorum & aliorum de extra territorium Senen. domini Petrus † sanctus episcopus Craftrensis, & Dominicus de sancto Geminiano decretorum doctor, cameræ apostolicæ auditor. Pro parte prælatorum & aliorum habentium titulos in territorio Senensi, dominus Nicolaus abbas sancti Donati, ordinis vallis vmbrosæ, se non habere mandatum ad actum infrà scriptum faciendum dicens, sed ad audiendum & referendum, quorum quilibet se dictam Italicam nationẽ repræsentare asserebat. Pro natione Gallicana reuerendi patres & domini, domini Guillermus episcopus Caualicensis, Ludouicus de Palude regalis Trenorchiensis, or-

sis, ordinis sancti Benedicti, Cabilonensis diœcesis, & Ioannes Vrsicampi ordinis Cistercien sis, Nouiomensis diœcesis abbates. Pro natione Germanica reuerendus pater dominus Hartungus de Cappel decretorũ doctor, sacri palatij Apostolici causarum auditor, ac venerabilis & religiosus vir frater Theodericus de Andel, monachus ordinis Præmonstratensis, in decretis licentiatus, ac eiusdem ordinis procurator. Pro natione Hispanica, Petrus Alfonsi abbas sancti Vincentij, & canonicus Ecclesiæ Toletanæ, qui tamen dixit, se non habere *aliquod mandatum à natione sua ad hunc actum faciendum, nisi solùm ad audiendum & referendum, de quo etiam solenniter fuit protestatus. Pro natione Angliæ reuerendus pater & dominus, dominus Franciscus Episcopus Aquensis, & venerabilis vir magister Thomas de Merdona canonicus * Ascolanensis, in sacra pagina baccalaureus. Qui deputati supradicti, singulariter singuli, ad infrà scripta mandata sua in publicam formam, illis de territorio Senensi, & natione Hispaniæ exceptis, Senis in Capella domus operarij maioris ecclesiæ Senen. prope eandem Ecclesiam sita produxerunt, & quilibet eorum produxit. Quibus sic congregatis, ac Missarum solennijs alijsque cæremonijs debitis & consuetis ibidem completis, supradicti domini deputati singularum nationum, ad infrà scripta singularia mandata, de quibus per instrumenta publica signis & subscriptionibus notariorum publicorum tunc ibidem præsentium signata & subscripta, legitimam fecerunt fidem, ad huiusmodi electionem loci per ordinem processerunt. Et inter cætera quàm plurimis allegationibus, propositionibus, altercationibus & dissensionibus diuersorum locorum & prouinciarum hinc inde inter ipsos deputatos habitis atq; factis, demum pro loco futuri & tunc celebrandi concilij proximè secuturi, iuxta formam & tenorem decreti siue constitutionis concilij Constantiensis desuper facti, ciuitatem Basileen. in natione Germanica consistentem, & in prouincia Bisuntina, tanquam habilem, sufficientem & idoneam, ex ipsorum certa scientia vnanimiter & concorditer nominauerunt & elegerunt, dictis tamẽ Nicolao sancti Donati, & Petro Alfonsi abbatibus, pro tunc expresè non consentientibus. Quo loco sic per ipsos dominos deputatos electo, supradicti domini quatuor præsidentes concilij ex parte domini nostri Papæ dictũ decretum siue constitutionem concilij Constantiensis, in quo continetur de modo eligendi loca conciliorum, nec non literas Apostolicas domini nostri Papę prędicti, eius vera bulla plumbea (vt prima facie apparebat) more Romanæ curiæ munitas, super potestate dictis dominis præsidentibus ad præsentem actũ à domino nostro Papa prædicto concessa, per venerabilem virum dominum Michaelem de Pisis decretorum doctorem, & præfati domini nostri papæ secretarium, ibidem præsentem, publicè alta & intelligibili voce coram dominis præsidentibus ac deputatis nationum, alijsq; supradictis, infrà scriptorum tenorum legi & publicari fecerunt. Tenor verò decreti sequitur, & est talis:

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici &c. sicut suprà in hac eadem sessione habetur, & aliàs integrius in concilij Constantiensis sessione 39. Constantiensis concilij sess. 39.

Tenor bullæ talis est:

Martinus episcopus seruus seruorũ Dei, venerabilibus fratribus Petro archiepiscopo Cretensi, & Iacobo Episcopo Spoletano, ac dilectis filijs Petro abbati de Rosatio sancti Petri Aquileiensis diœcesis, nec non Leonardo de Florentia ordinis fratrũ Prædicatorum & sacræ paginæ professori, ac eiusdem ordinis generali magistro, nostris & Apostolicæ sedis nuncijs, salutem & Apostolicam benedictionem. Nuper siquidem cupientes generale concilium iuxta deliberationem & ordinationem sanctæ synodi Constantiensis, ad deputationem loci olim eadem approbante synodo per nos factam, in ciuitate Papiensi authore domino celebrari, vt illa in eo statuerentur & fierent, quę cederent ad laudem Dei & bonum publicum ecclesiæ suæ sanctæ, vos ad ciuitatem prædictam pro futuro ibidem tenendo & celebrando concilio generali, nostros & Apostolicæ sedis nuncios, de fratrum nostrorum consilio prouidimus destinandos, vobis inter cætera nomine & authoritate nostris ipsi concilio præsidendi, & inibi pro vestra sapientia illa prouidendi, deliberandi, statuendi, decernendi & concludendi, quæ ad conseruationem & augmentum religionis & fidei Christianæ & reformationem cleri & status Ecclesiastici pertinent, potestatem plenariam concedentes, prout in alijs nostris literis plenius continetur. Nos igitur attendentes, vt in benè gerendis rebus dicti concilij eo vtiliùs & perfectiùs proficere valeatis, quo ampliori fueritis per nos authoritate muniti, & ne propter aliquem casum qui solet quandoque contingere, celebratio & continuatio eiusdem concilij retardetur: opportunè prouidere volentes, discretioni vestræ vbi legitima causa subsistat, ipsum concilium de ciuitate prædicta ad quamcunque ciuitatem aliam eiusdem nationis ad hoc liberam, habilem, & sufficientem, de qua vobis videbitur, authoritate nostra transferendi, illudque prorogandi, mutandi & dissoluendi: ipsumque concilium in huiusmodi alia ciuitate, ad quam id forsan transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi & celebrandi, &

ad illud prælatos & alios euocandi, eique nomine & authoritate prædictis præsidendi, & quæcunque in eo decreta, eodem approbante concilio, ordinandi, statuendi & decernendi, illáque in publicis sessionibus iuxta morem solenniter publicandi & approbandi, vt nihilominus ante dissolutionem præsentis concilij, locum pro alio futuro concilio indè ad septennium celebrando, iuxta deliberationem, declarationem & ordinationem prædictas etiam ante mensem, vbi rationabilis causa esset, ne aliquo modo huiusmodi loci deputatio differatur, nominandi, deputandi, & assignandi, & alia in præmissis omnibus agendi, disponendi, statuendi & exequendi ac concludendi, quæ pro statu honoreque nostris & Romanæ ecclesiæ ac tranquillitate & pace reipublicæ Christianæ noueritis profutura, plenam & liberam de dictorum fratrum consilio authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri, quicquid per vos super præmissis in eodem concilio propositum, deliberatum, statutum & decretum fuerit ac conclusum. Idq; faciemus, authore domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud sanctum Petrum octauo Kalendas Martij, pontificatus nostri anno sexto.

Quibus quidem decretis & literis Apostolicis sic lectis & publicatis, prædicti domini quatuor præsidentes ibidem præsentes, per organum dicti reuerendissimi patris domini Petri archiepiscopi Cretensis, vnius ex ipsis præsidentibus, in ipsum locum, videlicet ciuitatem Basileensem, sic (vt præmittitur) per ipsos dominos deputatos electam, consenserunt, ac eandem ciuitatẽ Basileensem, in prouincia Bisuntina consistentem, vnà cum dictis dominis deputatis nationum, & ipsi deputati nationum, videlicet Italicæ de extra territorium Senense, Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, iuxta dicti decreti Cõstantiensis concilij vim, formam & tenorem, ac potestatis à domino nostro papa prædicto eis traditæ (vt præmittitur) & concessæ, elegerunt & nominauerunt, ac ciuitatem ipsam habilem & idoneam pro loco futuri proximè celebrandi concilij deputârunt, assignârunt, & pronunciârunt. Protestantes tamen, quòd propter hoc ipsum concilium Senense non censeatur dissolutum esse, sed quòd ipsi præsidentes cum inclytis nationibus ad omnem reformationem hîc possibilem concurrere vellent. Et hoc idem præfati deputati per ordinem similiter fuerunt protestati, quilibet pro natione sua, quòd ad reformationem hîc possibilem attendere vellent. Quo loco taliter electo & pronunciato, ac assignato & deputato, vocati fuerunt in locum dictę congregationis reuerendissimi patres & domini, domini Ioannes archiepiscopus Toletanus nationis Hispanicæ præsidens, Ioannes archiepiscopus Rothomagẽsis nationis Gallicanæ præsidens, Richardus electus Eboracensis Anglicanæ nationis præsidens, & Andreas Episcopus *Pocznanien- *Poxanien sis, nationis Germanicæ præsidens. In quorum præsentia dicti loci electio fuit solenniter publicata, & per ipsos dominos archiepiscopos & episcopos approbata & confirmata. Excepto, quòd dictus reuerendissimus pater dominus Ioannes archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas, regniq́ue Castellæ maior cancellarius, & supradictæ nationis Hispanicæ præsidens, ad dictam electionem respondit se habere duas voces: vnam, vt præsidens nationis suæ Hispanicæ: aliam verò, vt archiepiscopus & primas Hispaniarum. Quantum ad primam vocem, non posset consentire, nisi requisita & consentiente natione sua prædicta. Quantum verò ad secundam vocem, videlicet vt archiepiscop⁹ & primas, dixit se consentire, & expresè consensit. De & super quibus omnibus & singulis præmissis sic actis, factis & gestis, præfati domini præsidentes domini nostri papæ, nec non deputati supradicti per ordinem, ac honorabilis vir magister Martinus Vuelle clericus Sambiensis diœcesis, in decretis baccalaureus, ac domini nostri papæ præfati procurator fiscalis, & huiusmodi sacri Senensis concilij procurator, sibi à me notario publico infrà scripto, & aliarum nationum notarijs ibidem tunc præsentibus, fieri petierunt, & quilibet eorum fieri petijt, atque tradi vnum vel plura, publicum seu publica, iustrumentum aut instrumenta. Acta fuerunt hæc Senis sub anno, indictione, mense, die, hora, loco & pontificatu quibus suprà, præsentibus ibidem venerabilibus ac honorabilibus & discretis viris, dominis Dominico de *Crapanica Apostolicæ cameræ clerico, Mi- *Crapalica chaele de Pisis supradicto, decretorum doctoribus, nec non magistris Antonio* olim Locus obMichaele de sancto Geminiano curiæ causarum cameræ Apostolicæ & Italicæ de extra territorium Senense, Hermanno Vueynen de Bocken, clerico Monasteriensis diœcesis, Apostolica & Imperiali authoritatibus ac inclytæ nationis Germanicæ in prædicto concilio Senensi notario, nec nõ Laurentio Stafforde Anglicanæ nationum prædictarum notarijs clericis, Florentinensis, Monasterien sis, ac Lincolniẽsis diœcesum, ac Francisco de Bononia, seruiente armorum domini nostri papæ, prædictis testibus ad præmissa vocatis specialiter atq; rogatis. scurus.

Subscriptiones Notariorum.

Et ego Petrus clerici, clericus Ambianensis diœcesis, magister in artibus, publicus authoritate Apostolica & inclytæ nationis Galli-

Gallicanæ in prædicto sacro Concilio Senensi notarius, quia huiusmodi electioni, pronunciationi, assignationi & deputationi loci futuri concilij (vt præmittitur) proximè celebrandi, præsens fui, eaque sic fieri vidi & audiui, ideoq; hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicaui, signoq; & nomine meis solitis & consuetis signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

Subscriptio alterius notarij.

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincolniensis diœcesis, publicus authoritate Apostolica & inclytæ nationis Anglicanæ in prædicto sacro Senensi concilio notarius, præmissis omnibus & singulis vnà cũ prænominatis testibus & notario præsens fui, eaq; sic fieri vidi & audiui, & exinde hoc instrumentum per alium fideliter scriptum, signo meo solito cum dicto notario requisitus signaui in testimonium omnium præmissorum.

Initium & approbatio concilij Basileensis.

Cùm verò finis instaret septennij, quod est tempus ex præinserto concilij Constantiensis decreto celebrationi huius concilij præfinitum, felicis recordationis dominus Martinus papa quintus, sanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ tunc præsidens pontifex, volens celebrationem generalis concilij fieri iuxta præmemoratum decretum, cui tamen propter ætatem decrepitam & multiplices sui corporis morbos in persona propria non poterat præsidere, dictum dominum Iulianum sanctæ Romanæ ecclesiæ sancti Angeli diaconum cardinalem, de fratrum suorum consilio, ad celebrandum ipsum concilium, ac eidem vice & loco ipsius summi pontificis præsidendi, suum ac sedis Apostolicæ destinauit legatum per suas Apostolicas literas, prout eccè:

MARTINVS EPISCOPVS SERuus seruorum Dei, dilecto filio Iuliano sancti Angeli diacono cardinali, Apostolicæ sedis legato, salutem & Apostolicam benedictionem. Dum onus vniuersalis gregis dominici superna dispositione nobis iniunctum diligenter attendimus, & quòd singulis Christianæ reipublicæ occurrentibus per nos ipsos debitum Apostolicæ seruitutis, exequi non possumus, animo nostro reuoluimus: nonnunquam viros fide feruentes, dignitate ac scientia præditos, & rerum agendarum experientia conspicuos, in partem nostrorum & ecclesiæ Romanæ negociorum assumimus, vt dum tempus postulat, eorum operationibus vices nostras supplentes, ministerium nobis commissum, diuina assistente gratia, iuxta vires nobis ex alto concessas, exequi valeamus. Dudum siquidem sacrum generale Constantiense concilium ex certis causis tunc expressis, statuit & decreuit, primum generale concilium in quinquennium ex tunc proximè futurum, secundum verò à fine illius immediatè sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò fore celebrandum, in locis per Romanum pontificem per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbante & consentiente concilio, vel in defectum ipsius per ipsum concilium deputandis ac assignandis, vt illa quæ circa statum & bonum publicum Ecclesiæ sanctæ Dei agenda & expedienda restabant, matura possent deliberatione compleri, prout quantum in nobis fuit, in concilio Senis vltimò celebrato factum extitit, in quo per nostros & sedis Apostolicæ nuncios tunc in dicto concilio Senensi præsidentes, eodem approbante concilio, ciuitas Basileensis pro loco proximè futuri tunc in septennium celebrandi concilij, deputata extitit, prout in decreto præfati Senensis concilij & alijs nostris literis desuper confectis plenius continetur. Cùm autem finis huiusmodi septennij, quo, concilium ipsum in eadem ciuitate Basileensi tenendum & celebrandum fore, statutum fuit, instare noscatur, cumque propter notoriam ægritudinem nostram in ipso futuro Basileensi concilio, Deo authore celebrando, iuxta desiderium cordis nostri interesse non possimus, te vitæ integritate & sapientia præclarum, & magnitudine consilij conspicuum, ac in maximis nostris & præfatæ Ecclesiæ negocijs diuturna experientia comprobatum, legatum cum plena & omnimoda potestate legati de latere, de fratrum nostrorum consilio authoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & etiam ordinamus, teque ad ciuitatem Basileensem prædictam, pro futuro ibidem, authore domino, tenendo & celebrando concilio generali, iuxta deliberationem & ordinationem præfatas, tanquam angelum pacis destinandum prouidimus. Et cùm super omnia in ipso futuro concilio ad reformandum statum ecclesiasticum, qui hoc tempore indigere videtur, abundante nequi- Matth. 24. b
tia & frigescente charitate hominum, suscitatis inter fideles bellis & discordijs, ac inualescente in pluribus mundi partibus hæretica prauitate, ad huiusmodi hæreses extirpandas, & pacem inter catholicos principes & cæteros Christianos componendam, animum efficaciter intendamus: super quare, quantum in nobis fuit, dedimus operam efficacem, tibi nomine & authoritate nostris ipsi concilio præsidendi, ac in illo pro tua sapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, statuendi, & decernendi, quæ ad laudem & honorem Dei & conseruationem & augmentum religionis fidei Christianæ, statum ecclesiæ, reformationem quoque totius cleri & ecclesiastici status in moribus & vita, nec non reductionem Orientalis ecclesiæ, & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium ecclesiæ militantis, ac conseruationem ecclesiasticæ libertatis, salutem quoque, quietem & pacem regnorum, regum, ducum, principum & quorumlibet fidelium populorum noueris pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione, prout in tanta re conuenit, ea omnia proponendi, decernendi, concludendi & exequendi, per quæ hæreses & errores tam de Bohemia, quàm de alijs quibuscunque regnis, prouincijs, terris & locis, in quibus sunt, penitus extirpentur. Et nihilominùs de præmissis hæresum & quibuscunque alijs causis, fidem catholicam concernentibus, quomodolibet cum consilio dicti Concilij cognoscendi, aliaque per te vel per alium seu alios à te deputandos, audiendi, decidendi, & fine debito cum præfato concilio terminandi. Et contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscunque status, gradus, præeminentiæ vel conditionis existant, & quauis ecclesiastica vel mundana, etiam si regali vel pontificali præfulgeant dignitate, authoritate nostra per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendi, & super his quoties opus fuerit, auxilium brachij secularis inuocandi, omniaque alia & singula in eodem Basileensi concilio agendi, tractandi, disponendi, statuendi, declarandi, decernendi & concludendi, quæ in præmissis & circa ea pro statu nostro & eiusdem ecclesiæ, ac salute animarum fidelium, extirpatione hæresum & errorum de agro dominico, reductione quoque oberrantium populorum & conseruatione ecclesiasticæ libertatis, ac pro quieto statu reipublicę Christianæ, nec non reformatione in omnibus membris suis, noueris profutura, plenam & liberam authoritate prædicta tenore præsentium concedimus potestatem, ratum & gratum habituri, quicquid super præmissis per te vnà cum eodem Basileensi concilio ordinatum, statutum, deliberatum & decretum fuerit, & concluſum: idque faciemus authore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Quocirca circunspectioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus tibi iniunctum ministerium laboris huiusmodi pro diuina & dictæ sedis ac nostra reuerentia, sic in eodem futuro concilio dicto nomine pro tempore præsidens, ad honorem Dei, ecclesiæ atque nostram, salutem quoque & pacem populorum fidelium, iuxta datam tibi à do-

mino prudentiam, laudabiliter exequaris, quòd ex tuis fructuosis operibus fructus optati proueniant, quos speramus: tuque deindè illam, quæ pias causas agentibus superna retributione impenditur, gloriã consequi merearis felicitatis æternę.

Datum Romæ apud sanctos Apostolos, Calend. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquarto.

LITERAE DOMINI EVGENII PAPAE quarti, directæ domino Iuliano legato, quæ quidem bulla non est decretata.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Iuliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem. Certificati tam per literas tuas, quàm alias de solicitudine & circumspecta diligentia, quam habes in prosequendo causam fidei contra Bohemos hæreticos, tuam prudentiã commendamus, & te ad perseuerandum hortamur, quantum cum decentia fieri potest. Præterea cùm felicis record. Martinus papa quintus prædecessor noster inter cætera tibi iniunxerit, præsidere debere authoritate apostolica in concilio generali in Basileensi ciuitate celebrando, si talis esset concursus & congregatio prælatorum, quòd meritò & rationabiliter celebrari debuisset & deberet, & (sicuti accepimus) vsque nunc pauci aut nulli conuenerunt, & propterea non sit opus alium destinare, sed sit potiùs expectandum, placet nobis, & volumus, tibique mãdamus, quatenus expedito negocio Bohemorum, cuius finis expectatur in breui, tuos gressus dirigas ad prædictam ciuitatem Basileensem, & ibi (prout opus videris esse) iuxta tibi iniuncta & ordinata in concilio Constantiensi, optimè prouideas, prout in tua prudentia & circunspectione plenè confidimus. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo primo, * secundo for. Calend. Iunij, pontificatus nostri anno primo. * pridie

Stabilimentum sacri concilij Basileensis.

Ipse autem reuerendissimus dominus legatus mandatum Apostolicum exequi cupiens, cùm tempore quo iam instabat celebrationem Concilij inchoari, circa expeditionem aduersus pestiferam hæresim Hussitarum esset pro causa fidei admodum occupatus, suos ad hanc ciuitatem vices gerentes destinare curauit, ac postmodum, quàm citiùs fuit possibile, ad præsentem ciuitatem accessit, vt iniunctum legationis officium posset in celebratione huius generalis concilij, præstante diuini numinis gratia, adimplere, prout etiam sanctissimus

dominus noſter, dominus Eugenius diuina prouidentia papa quartus, repetitis ſuæ ſanctitatis literis, ſibi maudauit. In qua ciuitate iam per tres menſes & vltrà cum prælatis & cæteris, qui ad ipſam ciuitatem cauſa celebrationis dicti generalis Concilij aduenerunt, quàmplurimas congregationes fecit, habuitque tractatus ſuper ipſius ſtabilimento & celebratione concilij. Tandem decretum eſt, præſentem ſolennem fieri ſeſſionem, in qua primùm cùm ex præmiſsis conſtet apertè, quòd hæc ciuitas ſit locus celebrationi generalis concilij deputatus, & adſit à iamdiu citra tempus ipſius concilij celebrandi, ſacroſanctæque ſedis Apoſtolicæ non deſit authoritas, decernit, diffinit & declarat, in hac ciuitate & loco eſſe generale concilium ſtabilitum canonicè & fundatum, & quòd ad eius celebrationem tenentur accedere omnes tam prælati, quàm cæteri qui de iure vel conſuetudine ad generalia concilia accedere ſunt adſtricti.

Intentio concilij Baſileenſis.

Cæterùm cùm vnumquodque eo directiùs atq; intẽſiùs ſuas dirigat actiones, quo ipſarum deſtinatum finem agnoſcit: idcirco hæc ſancta ſynodus neceſsitates Chriſtianæ religionis ſedula meditatione recogitans, matura & digeſta deliberatione decernit, ad hæc tria, eo, à quo cuncta bona Iaco.1.c procedunt, authore Deo, toto ſolicitudinis ſtudio operam dare. Primò, vt omnium hæreſum à Chriſtiani populi finibus tenebris profugatis, lumen catholicæ veritatis, Chriſto vera luce largiente, refulgeat. Secundò, vt bellorum rabie, qua, ſatore zizaniæ ſeminante, in diuerſis partibus mundi affligitur & diſsipatur popul⁹ Chriſtianus, congrua meditatione ſedata, pacis authore præſtante, in ſtatum reducatur pacificum & tranquillum. Tertiò, vt cùm multiplicibus vitiorum tribulis & ſpinis Chriſti vinea iam quaſi ſylueſcat præ nimia denſitate, vt illis debitæ culturę ſtudio reſecatis, euIoan.15.a angelico agricola cælitus operante, refloreat, honeſtatisque fructus & honoris felicis vbertate producat. Et quoniam abſque cœleſtis influxu gratiæ, hæc tam grandia bona ſperari non poſſunt, omnes Chriſtifideles in domino propenſiùs exhortatur, vt ad obtinendam præmiſſorum conſummationem felicem, deuotis orationibus, ieiunijs & eleemoſynis apud maieſtatem diuinam diligenter inſiſtant, vt pius & miſericors Deus humilibus placatus obſequijs, optatam rerum conſummationem huic ſacro Concilio ſua pietate ſolita præſtare dignetur, eis in remiſsionem ſuorum peccaminũ hoc iniungens.

Exhortatio ſuppoſitorum Concilij.

Præterea cùm præmiſſa, ad quæ huius ſacri Concilij tendit tentatio, ſint plurimùm ardua, & accuratum ſtudium exigant, multaque ſint ſolicitudine & cura peruigili pertractanda, exhortatur omnes in hoc ſacro Concilio * perſiſtentes, & ad ipſum venien- * præſentes tes, vt diligenter ſecum illa cogitent, atque cum alijs excogitata pertractent, quæ eis videbuntur ad eadem vtilia vel etiam opportuna, vt indè communi debitoque ſuper eis tractatu habito & matura deliberatione digeſto, meliùs & vtiliùs per ſacrum Concilium in præmiſsis queat, aſsiſtente Spiritus ſancti gratia, prouideri. In hac namque ſacra ſynodo congregatis, plena & libera ſit omnibus & ſingulis loquendi & conſulendi facultas, eorum quæ ad agenda eſſe videbuntur accommoda, iuxta materias in ipſius Concilij deliberatione propoſitas.

De modo ſeu geſtu in Concilio & Seſsione.

Vt autem qua morum & geſtus venuſtate vnuſquiſque in ſeſsionibus & congregationibus huius ſacri Concilij debeat ſe habere, ex antiquorum patrum iam diu inſtitutis regulis innoteſcat, decretum Tole- Tole. 11. tani concilij præſentibus duximus inſeren- cap.1. dum.

Decretum Toletani concilij.

In loco benedictionis conſidentes Do- 5.q.4.In loco benedictionis. mini ſacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tu- *varijs. multibus perturbare, nullus etiam * vanis fabulis vel riſibus, vel (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (vt ait Apo- Iaco.1.d ſtolus) putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Cultum enim *quando ſuum iuſtitia perdit, quum ſilentia iudicij, ſilentium obſtrepentium turba confundit, dicente perit, & iu- dicium. Propheta: Erit enim cultus iuſtitiæ, ſilen- Eſa.32.d tium. Debet ergo quicquid aut conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic mitiſsima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus ſenſus audientium turbet, nec iudicij vigorem * in tumultu ener- * præ uet. Quicunq; ergo in conuentu Concilij hæc quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut contumelijs, vel riſibus ipſum concilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, * Eijce deriſorem, & exibit Pro.22.b cum eo iurgium, cum omni dedecore à conſeſsione abſtractus, à communi cœtu recedat, & trium dierum ſententiam excommunicationis ferat.

De honoribus.

Ad obuiandũ controuerſijs, quæ ſolent ex hu-

ex huiuſmodi in concilijs & publicis congregationibus ſuboriri, & nonnunquam ipſorum progreſſum per longa tempora impedire, hæc ſacra ſynodus ordinat, ſtatuit & decernit, quòd per quoſcunq; actus, nominationes, intitulationes, honoris exhibitiones tam in ſede, quàm in alijs quibuſcunq; dictis aut dicendis, factis aut faciẽdis in hoc concilio, per quoſcunq; prelatos, principes, vel eorum aut vniuerſitatum & communitatum quarumcunq; nuncios, vel legatos, ſeu ipſis vel de ipſis, vel eorum altero in eodem concilio nullum ius de nouo acquiratur, nulliq; præiudicium generetur, nulliuſque ius in proprietate vel poſſeſsione lædatur. Et per præmiſſa vel huiuſmodi legatorum admiſsionem, ius vel titulus alicuius approbari nullatenus cenſeatur, vel etiam reprobari, aut ius vel poſſeſsio generali concilio intereſſendi, vel taliter vocem dandi cuiquam acquiri, ſed in omnib⁹ & per omnia vnumquenque in eodem ſtatu poſt hoc conciliũ remanere, in quo ante ipſius concilij celebrationem permanebat.

De impedimento venientium ad Concilium.

Sanè quoniam opus aliquod intendenti non ſatis eſt ædificationi operam dare, ſi ex aduerſo impedientibus non reſiſtat, idcirco decretum in ſacro Conſtantienſi concilio editum aduerſus eos, qui venientes ad conciliũ, ſtantes, vel redeuntes impediunt, iniuriantur vel moleſtant: ex ſuperabundanti cautela contra eos, qui venientes, ſtantes aut recedentes ab hac ſancta ſynodo, in perſona vel bonis impedire, iniuriari, vel moleſtare preſumpſerint, locum habere declarat ac decernit, iuxta ipſius (qui talis eſt) ſeriem & tenorem:

Proceſſus contra inuaſores ſeu ſpoliatores accedentium ad concilium, vel recedentium de illo.

Conſtantienſis concilij ſeſſ.15. Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſalem eccleſiam repreſentans, in Spiritu ſancto ad extirpationem ſchiſmatis, hæreſumq; & errorum, nec non ipſius eccleſiæ in capite & in membris debitam reformationem legitimè congregata, ad futuram rei memoriam.

Iuſtitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, ſi quos noxiæ voluntatis adeò captiuat peruerſa intentio, quòd proceſsibus Apoſtolicis impudenter obuiare, authoritatem ſanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur iniurias & offenſas, eccleſiaſtica cenſura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adijciat iudiciariæ poteſtatis. Nam ſi quilibet per campum licentiæ, freno depoſito modeſtiæ, vagaretur impunè, facilè quiſq; ſæuiret in proximum, & neruus diſciplinantis iuſtitiæ rumperetur. Sanè licet nonnulli Romani pontifices, antiquos Romanæ eccleſiæ morem & conſuetudinem obſeruantes, prout ad eos ex debito apoſtolatus ſibi iniuncti officij pertinebat, per certos ſuos proceſſus in die cœnæ domini annis ſingulis ſolenniter publicantes, inter alios omnes & ſingulos, qui ad ſedem apoſtolicam venientes, vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & ſingulos, qui per ſe vel per aliũ ſeu alios, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, ad Romanam curiam ſuper eorum cauſis & negotijs accedentes, illaque in eadem curia proſequentes, aut procuratores, geſtores, aduocatos & promotores ipſorum, ac etiam auditores ſeu iudices, qui ſuper dictis cauſis ſeu negocijs deputantur, occaſione cauſarum emergentium huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, cuiuſcunque dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatus forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis ſententias, à quibus nullus poſſet alium quàm Romanum pontificem poſſet, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolui, nec etiam tunc niſi de ſtando mandatis eccleſiæ ac ſatisfactione præſtanda, ſufficienti cautione præmiſſa, candelis accenſis & ad terram proiectis, promulgauerant, & eos qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui preſumerent abſolutionis beneficium impendere, ſimilibus ſententijs innodauerunt, eisq; prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum eccleſiaſticorum & confeſsionem audiendi interdixerunt officium, nec non quicunque iniuriatores quorumlibet ad ſacra generalia concilia venientium, ſeu ſtantium in ipſis, aut recedentium ab eiſdem, diuerſas cenſuras eccleſiaſticas & pœnas tam ex canonis, quàm diuini iuris diſpoſitione incurrant: Tamen, ſicut ad noſtram fide dignorum † multitudine valida † multorũ inſinuatione peruenit notitiam, nonnulli iniquitatis filij, perditionis alumni, huiuſmodi cenſuras vilipendentes, ac huiuſmodi ſacri Concilij, extirpationis ſchiſmatis, hæreſum ac errorum, ipſiuſque eccleſiæ reformationis perturbatores, diabolico ſpiritu inſtigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore poſtpoſito, nefarijs ac ſacrilegis auſibus nonnullas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares, etiam pontificali dignitate præditas, ad ſedem Apoſtolicam vel Romanam curiam ſeu præſens generale concilium in ciuitate Conſtantienſi prouinciæ Maguntinenſis, vbi nunc Romana curia exiſtit, in Spiritu ſancto legitimè congregata, venientes aut recedentes ab eiſdem, inuadere, capere, arreſtare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere ac ſpoliare bonis ſuis, vel iniurijs affligere quamplurimis, & aliàs malè tractare, temeritate propria præſumpſerunt, & dietim præſumunt, in Apoſto-

Apoſtolicæ ſedis & ſacri Concilij vilipendium & contemptum, ac ſedationis ſchiſmatis, reformationis eccleſiæ & correctionis morum, nec non hæreſum & errorum prædictorum extirpationis diſturbium, ſuarumq; animarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur volentes in præmiſsis, nec non aduerſus quoſcunq; ad ipſum concilium & quælibet alia futura generalia concilia accedentes, aut ſtantes in ipſis, ſeu recedentes ab eiſdem, ne ab alijs Deum non timentibus, temerarijs iniurijs infeſtentur & opprimantur violentijs, & ne quibuſuis delinquendi aut exceſſus committendi pateat audacia, de opportuno & ſalubri remedio prouidere huiuſmodi, nec non omnes alios & ſingulos alios proceſſus, ſententias & cenſuras aduerſus quarumlibet perſonarum eccleſiaſticarum vel ſecularium, ad ſacra generalia concilia venientium, vel ſtantium in ipſis, ſeu recedentium ab eiſdem, moleſtatores, perturbatores vel iniuriatores, authoritate Dei omnipotentis, patris & filij & Spiritusſancti extendentes, omnes & ſingulos, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus vel conditionis fuerint, etiam ſi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacunque eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, quæ ad huiuſmodi ſedem Apoſtolicam Romanam curiam hoc præſenti ſacro durante concilio, vel ad ipſum & quæcunq; alia generalia concilia venientes, aut ſtantes in ipſis, aut ab eis recedẽtes, temeritate propria per ſe vel alium ſeu alios arreſtare, inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis ſuis ſpoliare, vel iniurijs affligere, ſeu ipſos ſic delinquentes receptare, aut aliâs quomodolibet impedire, ſeu ea perpetrantium facta & commiſſa, rata & grata habere, vel eis dare auxilium, conſilium vel fauorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè præſumpſerint, vel præſument in futurum, ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententijs innodamus eo ipſo. Terras quoq; ipſorum & cuiuſlibet, qui in præmiſsis vel eorum aliquo tranſgreſſor vel contemptor fuerit, dum tamen vniuſcuiuſque ſic tranſgreſſorum vel contemptorum vltra vnam diœceſim non contineat, nec non omnia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & quælibet alia loca, in quibus huiuſmodi exceſſuum patratores ſeu eorum receptatores, vel ipſis conſentientes, fauentes, aut dantes auxilium, conſilium vel fauorem, publicè morabuntur, nec non illa in quibus huiuſmodi perſonæ, quæ ſic temeritate propria detentæ fuerint, quandiu extiterint in eiſdem, memorata authoritate eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quod ſi terra eiuſdem duas diœceſes vel ampliùs contineat, dominio domicilij principalis ipſius, & illam etiam in qua fuerit delictum commiſſum, ſi ſua ſit, & duas alias quæ ſub ipſo ſunt, eidem loco magis vicinas, interdicto ſubiacere volumus ſupradicto, & etiam omnes & ſingulos huiuſmodi excommunicationis & anathematizationis ſententijs ligatos, in quibuſlibet eccleſijs, loco vbi tale delictum fuerit perpetratum, vel terris & locis propter hoc interdictis magis conuicinis vbilibet exiſtentibus, omnibus diebus dominicalibus & feſtiuis, pulſatis campanis, candelis accenſis, publicè nunciari, ac terras, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca * eccleſiaſtico interdicto prædicto ſuppoſita, donec ſic excommunicati, meruerint ab huiuſmodi ſententijs beneficium abſolutionis obtinere, dictumq; interdictum debuerit relaxari: ita tamen, quòd nullus ex tranſgreſſoribus ac contemptoribus huiuſmodi per alium, quàm per Romanum pontificem vel ſacri concilij authoritate poſsit, niſi duntaxat in mortis articulo cõſtitutus, nec etiam tunc, niſi deſtando mandatis eccleſiæ, ſatisfactione vel ſufficiẽti cautione (ſi hoc commodè facere poſsint) primitus præſtita, abſolui, vel interdictum huiuſmodi relaxari. Eos verò, cuiuſcunq; dignitatis, ordinis, ſtatus vel conditionis fuerint, etiam ſi pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præſentium proceſſuum, talibus vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere præſumpſerint, volumus, ſtatuimus & decernimus, ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententijs forè innodatos eo ipſo, ipſisq; prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorũ & confeſsiones audiendi officium, authoritate interdicimus ſupradicta, inſinuantes tranſgreſſoribus & cõtemptoribus in prædictis, quòd ſpiritualiter & temporaliter (prout eorum requirẽt exceſſus & demerita) grauiùs procedetur, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & quibuſlibet priuilegijs, indulgentijs & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, eiſdem tranſgreſſoribus aut cõtemptoribus vel quibuſuis alijs, communiter vel diuiſim à dicta ſede conceſsis, etiam quòd ſuſpendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, ciuitates, villæ, caſtra, oppida & alia loca interdici non poſsint, etiam ſi de ipſis & eorũ tenoribus eſſet in ipſis proceſsibus mentio facienda ſpecialis, quæ ne contra huiuſmodi ſententias & proceſſus, quo minus includãtur in eis, per ea valeãt ſe, terras, dominia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca huiuſmodi tueri, & quæ quo ad hoc, tollimus & penitus reuocamus. Et inſuper mãdamus, vt huiuſmodi præſens proceſſus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſiue membranas proceſſus continentes eoſdẽ, in maiori & ſancti

* eccleſiaſtico

& ſancti Stephani Conſtantienſis eccleſiarũ valuis affigi, qui proceſſus ipſo ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, vt prædicti quos proceſſus concernent, nullam poſsint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quòd ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerint, vel ignorauerint eoſdem, cùm non ſit veriſimile, remanere incognitũ, quo ad ipſos, quod tam patenter fuit publicatũ. Cæterùm omnibus & ſingulis dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæterisque locorum ordinarijs præcipimus & mandamus, vt ipſi & eorum quilibet per ſe vel per alium ſeu alios, ſub pœna excommunicationis, quam ipſorum quemlibet, qui mandatorum noſtrorum huiuſmodi tranſgreſſor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipſo facto, præſentes noſtros proceſſus per eorum aut chartarum vel membranarum ſeu tranſſumptorum continentiã, eoſdem quibus ſicuti noſtris proceſsibus tantam volumus fidem adhiberi, in eccleſiarum valuis ſeu alijs locis affixione publicent, & præfatos tranſgreſſores & contemptores huiuſmodi, excommunicationis & anathematizationis ſententijs ligatos, ac terras, ciuitates, caſtra, villas, oppida & loca præfata huiuſmodi eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, quàm primùm ipſis vel eorum alicui de hoc legitimè conſtiterit, tam diu in eccleſijs, dominicis & alijs * feſtis diebus dum inibi fuerit maior populi multitudo, campanis pulſatis, & candelis accenſis & extinctis denuncient, & interdictum huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faciant per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, donec ipſi tranſgreſſores & cõtemptores meruerint ab huiuſmodi excõmunicationis & anathematizationis ſententijs abſolutionis beneficium obtinere, dictumq; interdictum meritò debuerit relaxari, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi aliquibus coniunctim vel diuiſim à ſede prædicta indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de iudulto huiuſmodi mentionem. Datum Conſtantiæ * ſecundo nonas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, ſede Apoſtolica vacante, regnorum ſereniſſimi principis domini SIGISMVNDI Romanorum & Hungariæ &c. regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ verò vigeſimonono.

* feſtiuis

for. * pridie

De impedientibus concilium.

Porrò, quia nonnunquam lingua ſubdola plurimùm impedit & perturbat, falſa vel detractoria ſeminando, quodque cùm nimis graue ſit, tam grandem Chriſtianitatis impedire profectum, omni animaduerſione ſit dignum, idcirco malignorum conatibus cupiens obuiare dicta ſancta ſynodus, omnes & ſingulos ſub obteſtatione diuini iudicij admonet, ne impedimentum, perturbationem, prorogationem vel diſſolutionem huius ſacri concilij moliantur. Si quis autem ſcienter animo impediendi vel perturbandi hoc ſacrũ generalẽ concilium verbo, facto, vel literis, palàm vel occultè impedimenta, perturbationem, prorogationem vel diſſolutionem fieri procurauerit, experietur vltione pœnali perpetrati facinoris grauitatem. Et contra eum tanquam communis pacis perturbatorẽ, rigidè procedetur, cùm ex hoc hæreſum extirpationem, pacis procurationem, & morum reformationem impedire videatur.

DE FRVCTIBVS BENEFICIORVM percipiendis per ſuppoſitã Concilij.

CVm hi qui interſunt in hoc ſacro generali concilio, pro cõmuni bono totius eccleſię congregato, nõ debeant minori prærogatiua gaudere, quàm quicunque alij quarumuis eccleſiarum negocijs quibuſlibet vel vtilitatibus intendentes, ideoq; tanquam cauſa Reipublicæ abſentes, debent pro præſentibus meritò reputari ad inſtar ſacri Conſtantienſis concilij, in quo, modo conſimili extitit ordinatum: præſens conciliũ ſtatuit, ordinat, & decernit, quòd omnes & ſinguli qui in eodem concilio tanquam ipſius ſuppoſita ſunt recepti, vel recipientur in poſterum, ab eo die quo iter arripuerint ad dictum concilium veniendi, & quàm diu permanſerint in eodem, & etiam recedentes per tantum tempus, quo ad ſuum poſsint domicilium reuerti, fructus omnium beneficiorum ſuorum cum ea integritate percipiant, cum qua eos perciperent, ſi in ipſis beneficijs reſiderent, nõ obſtantibus in contrarium quibuſcunque.

De Officialibus concilij.

Quia verò ad proſecutionem huius ſacri Concilij requiruntur Officiales & miniſtri, ideo deputat & ordinat notarios ad ſcribendum acta ipſius *concilij*, Lucam de *Vuiſſo ſecretarium dicti domini legati, & Rodulphum Sapiẽtis diœceſis Gebennenſis. Etvt omnia eo decentiùs ordinentur, quo maiori fuerint *directa* conſilio, deputat & ordinat venerabiles Henricum Nithart decretorum doctorem, & Ludouicum Pariſij licentiatum in decretis, decanum Eccleſiæ beatæ Mariæ lætæ de Aneſiaco dictæ Gebennenſis diœceſis, qui acta concilij vniuerſa per dictos notarios ſcripta

Notarij.

* Viſſo

Notarioru præfecti.

adſpi-

adſpiciant, debiteq; (ſi opus ſit) corrigant & emendent. Promotores quoq; ipſius concilij deputat magiſtrum Nicolaum Amici, magiſtrum in artibus & licentiatum in Theologia, & Henricum Aneſter licentiatum in decretis, prepoſitum Turicenſem Conſtantienſis diœceſis, ſediumq; ordinatores, qui exiſtentes in concilio, in locis & ſedibus debitis collocent, quorũ ordinationi omnes obedire teneantur, Henricũ Stater artium *Medicinæ & medicinæ* doctorem, decanum Traiectenſem, & Sanderum de *Marthuſen in legibus baccalaureum, & canonicum Eccleſiæ ſancti Petri Maguntinenſis. Lectis ſiquidem (vt præfertur) decretis, bulla & inſtrumento præinſertis, memoratus dominus epiſcopus Conſtantienſis conſimili voce, alta videlicet & intelligibili interrogans, ſciſci tatus eſt, an omnia & ſingula per eum ſic (vt præfertur) lecta, ipſi ſacrę ſynodo placerent. Ad cuius interrogationem prælibatus reuerendiſſimus pater dominus cardinalis præſidens, primò, & deinde cæteri omnes & ſinguli domini prelati, in eadem ſeſſione ac ſacra ſynodo tunc præſentes, concorditer nullo diſcrepante reſponderunt viua voce, Placet. Quibus præmiſsis ſic peractis, præfati dictæ ſacroſanctæ ſynodi promotores ſiue procuratores ſuprà deputati, petierunt, & quilibet ipſorum petijt, per nos protonotarios, notarios & ſcribas, ad hoc ſuprà deputatos, fieri & confici de præmiſsis omnibus & ſingulis vnũ vel plura publica inſtrumenta, in teſtimonium veritatis præmiſſorum & ad perpetuam rei memoriam. Datum Baſileæ decimonono calendas Ianuarij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo.

Promotores.

Ordinatores ſedium.

*Medicinæ magiſtrum.

*Martishuſen.

SESSIO SECVNDA.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, eccleſiam militantem repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Ad laudem Dei omnipotentis, ac benedictæ indiuiduæque Trinitatis gloriam & honorem, pro hæreſum atq; errorum extirpatione, morum in capite & in membris Eccleſiæ Dei reformatione, acregum & regnorum cæterorumq; Chriſticolarum adinuicem, authore diſcordiarum procurante, diſſidentium pacificatione, in Spiritu ſancto legitimè congregata, decernit, ſtatuit, diffinit, declarat, & ordinat, vt ſequitur:

Decretum, quòd concilium Baſileenſe eſt legitimè inchoatum.

Et primò, quòd eadem ſacra Baſileenſis ſynodus, ſacris Cõſtantienſi & Senenſi concilijs generalibus decernentibus atq; ordinantibus, & authoritate Apoſtolica interueniente, fuit & eſt in hoc loco Baſileenſi debitè legitimeq; ac ritè initiata & congregata. Et ne de eiuſdem ſacrę Baſileenſis ſynodi poteſtate à quoquam dubitetur, ipſa eadem ſynodus duas declarationes ex decretis ſynodi Conſtantienſis in præſenti ſeſsione, a- Conſtantilijs ſuis decretis editis ſeu edendis inferendas, ordinat & decernit, quarum quidẽ declarationum tenor primæ ſequitur, & eſt talis: enſis concilij ſeſſ. 4. & 5.

Decretum, quòd concilium generale eſt ſuper papam.

Et primò declarat, quòd ipſa ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, generale concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem eccleſiæ Dei in capite & in membris. Alterius verò tenor ſequitur in hæc verba:

Quòd inobedientes concilio, puniantur.

Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacræ ſynodi & cuiuſcunq; alterius cõcilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſsis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentię ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Præmiſsis igitur & nonnullis alijs Conſtantienſis concilij, præſertim capituli quod incipit, Frequens, in priori huius ſacrę ſynodi Baſileenſis ſeſsione recitati, decretis attentis, prælibata ſynodus Baſileenſis decernit & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione ac morum generali reformatiõe eccleſiæ in capite & in membris, nec non pace inter Chriſtianos procuranda (vt prẽmittitur) in Spiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, diſſolui, aut ad alium locum transferri, ſed ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum, abſq; eiuſdem ſynodi Baſileenſis deliberatione & conſenſu. Conſtantienſis concilij ſeſſ. 3. & Baſileenſis concilij ſeſſ. 1.

Quòd perſonæ concilij non debeant extra concilium trahi, vel impediri.

Item diffinit, ordinat & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd nulla perſona, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis ſeu cõditionis fuerit, in eadem ſynodo actu exiſtens aut futura, eidem incorporata vel incorporanda, à tempore arrepti itineris ad ipſam ſanctam ſynodum ſine fraude cõtinuati, ad recedendum ab eadem, à quoquam quauis authoritate, etiamſi papali dignitate præfulgeat, directè vel indirectè in læſionem ſeu perturbationem dictæ ſanctæ ſynodi, inuita ſine deliberatione & conſenſu ipſius ſanctæ ſynodi requiri, moneri, compelli, citari, euocari ad alium locum, etiam curiam Romanam valeat, ſeu ne ad eandem ſanctam ſynodum veniat, poſsit aut debeat quomodolibet impediri. Si autem à quoquam quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, (vt præmittitur) in contrarium attentatum fuerit, ſeu attentaretur in futurum, aut proceſſus pœnales vel mandata, etiam cenſuras eccleſiaſticas ſeu tranſlationes prælatorum inuitorum, vel priuationes aut inhabilitationes eorundem ſeu aliorum beneficiatorum quorumcunq;, aliásve quaſcunq; pœnas continentes, vt ab eadem ſancta ſynodo recedant, vel non accedant ad eandem, aut eidem nõ adhæreant, fulminati fuerint, fulminentur, aut fulminarentur in futurum, totum ſit irritum & inane, nec eiſdem proceſsibus, cenſuris ac pœnis, tanquam irritis & inanibus quomodolibet obediendũ fore, prædictoſque proceſſus & cenſuras, cum omnibus indè ſecutis & ſecuturis, quatenus de facto proceſsiſſent aut procederent in futurum, caſſat, irritat, & annullat, & pro caſsis, irritis atq; nullis habendos decernit, diffinit, ordinat & declarat. Conſtantienſis concilij ſeſſ. 5.

Quòd hi qui tenentur intereſſe concilio, non recedant ſine licentia.

Item, decretis ſacri concilij Conſtantienſis inhærendo, ſtatuit, ordinat & decernit, quòd prælati & alij qui tenentur huic ſacro concilio intereſſe, ab hoc loco ante finitum concilium, niſi ex cauſa rationabili per deputatos ſeu ab hoc ſacro concilio deputandos examinanda, non recedant. Qua quidem cauſa examinata & legitimè approbata, poſsint recedère de licentia illius vel illorũ, qui pro tempore habent vel habebunt authoritatem. Et tunc taliter recedens, teneatur dimittere alijs in loco remanentibus ſuam poteſtatem, ſub pœnis iuris per hoc ſacrum concilium indicendis, & in facientes contrarium exequendis. Conſtantienſis concilij ſeſſ. 39. & Baſileenſis concilij ſeſſ. 1.

Promotores alij.

Item quia plures promotores in eadem ſancta ſynodo, & etiam notarij ad conſcribendum acta eiuſdem ſunt neceſſarij, citra aliorũ per ipſam ſanctam ſynodum in ipſius prima ſeſsione deputatorum reuocationem, magiſtros* Ademarium de Roſsilione licentiatum in decretis, archipresbyterum Viuarienſem & canonicum Lugdunẽſem, Henricum de Behenheym licentiatũ in decretis, officialem Baſileenſem promotores, & Petrum Bruneti baccalaureum in decretis, canonicum Atrebatenſem, notariũ eiuſdem ordinat & deputat. Datum in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiore Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimoquinto Calendas Martij, anno à nati-

*Ademarũ

uitate domini milleſimo quadringenteſimo triceſimoſecundo.

SESSIO TERTIA.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata; vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Olim ſacrũ Conſtantienſe concilium volens futuris Eccleſiæ neceſsitatibus prouidere, matura deliberatione ſtatuit & decreuit, vt poſt finem ipſius concilij in quinquennium, deinde in ſeptennium, & poſteà perpetuò futuris temporibus de decennio in decennium, generale concilium celebretur, cuius decreti vigore felicis recordationis Martinus papa quintus, ipſo Conſtãtienſi approbante concilio, ſtatuit in ciuitate Papienſi proximum tunc concilium celebrari, quod ibidẽm cœptum fuit, & de conſenſu & approbatione ipſius concilij, ad ciuitatem Senenſem tranſlatum. In quo Senenſi Concilio fuit electa hæc Baſileenſis ciuitas, pro futuro tunc concilio in ſeptennium celebrando. Appropinquante autem fine ipſius ſeptennij, præfatus papa Martinus volens decreto Conſtantienſis & ordinationi Senenſis concilio rum ſatisfacere, vt debebat, reuerendiſsimũ in Chriſto patrem & dominum, dominum Iulianum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſancti Angeli diaconum cardinalem, ſedis Apoſtolicæ deſtinauit legatum, cum plena poteſtate eidem concilio vice & authoritate ſedis Apoſtolicæ præſidendi. Quod etiam ſanctiſsimus dominus papa Eugenius quartus ratum habuit & approbauit. Proinde hoc ſacrũ generale concilium in Spiritu ſancto legitimè congregatum, prouida & matura deliberatione conſiderans, hæreticam peſtem in partibus Bohemiæ nimis ſæuire cru- Hæreſis Huſsitica. deliter, quæ Dei occulto iudicio, bello pluriès attentato nõ potuit ſuperari, atq; quòd in diuerſis mundi partibus clàm hæretica peſtis pullulat atq; ſerpit; quodq; proh dolor multas Chriſtianas prouincias bellorũ deſecat rabies & deuaſtat, morumq; nimia deformatio diuinam maieſtatem offendit tantis & tam peſtiferis malis, omnipotentis Dei gratia largiente, ad extirpationem hæreſum, pacemq; in Chriſtiano populo componendam, & reformationẽ generalem Eccleſiæ Dei in capite & in membris ſtudioſe occurrere, & ſalutaribus remedijs prouidere, diſpoſuit, & vt hæc ad optatos fines commodiùs duci poſſent, conſiderans hæc ſancta ſynodus præſentiam ſummi pontificis, reuerendiſsimorumq; ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium in ipſo concilio eſſe accommodam & multimodè fructuoſam, venerabilem virum magiſtrum Ioannem Pulchripatris, ſacræ theologiæ profeſſorem, ad Bella. Mores deprauati.

sanctissimum Dominum Eugenium summum pontificem destinauit, atq; ad præfatos reuerendissimos dominos cardinales, præfatum sanctissimum dominum papam exorando & supplicando, vt huc (si commodè posset) personaliter accederet, ipsiq; sacro Concilio fauoribus & auxilijs assisteret opportunis. Denuoq; venerabiles viros Iacobum Sirik scholasticum Treuirensem, & Thomam *Fieno decretorũ doctorem, suos pro eadem causa Oratores ad eundem dominum papam & dominos cardinales transmisit. Cùm autem ad notitiam ipsius Concilij peruenisset, præfatũ dominum papam ex sinistra informatione motum, dissolutionem ipsius Concilij attentasse, quæ quidem dissolutio in periculum euersionis fidei cederet euidenter, nec non Ecclesiæ Dei graue scandalum, ad eundem dominũ papam atq; reuerendissimos dominos cardinales, suos destinauit protinus oratores, reuerendum patrem dominum Ludouicum de Palude episcopum Lausanensem, & magistrum Henricum Stater decanum Traiectensem, ad supplicandum, instandum & requirendum præfatum dominum Papam, vt ipsam dissolutionem reuocare dignaretur, huicq; sacro Concilio in tam laudabilibus operibus suffragaretur auxilijs & consilijs opportunis.

*Fiene Oratores ad papam destinati.

Oratores alij.

Decernitur, dissolutionẽ concilij nullatenus fieri posse.

Considerans q; hæc sancta synodus, præfatam dissolutionem Concilij contra decreta Constantiensis concilij esse factam, tendereq; in euersionis fidei graue periculum, & status ecclesiastici turbationem & detrimentum, atq; scandalũ totius populi Christiani, eandem dissolutionem decreuit nullatenus fieri potuisse: quin imò, ipsa minimè obsistente, ad prosequutionem eorum quæ pro fidei stabilitate & salute Christiani populi laudabiliter sunt incepta, esse cum Spiritussancti gratia procedendum. Verùm cùm redeuntibus præfatis episcopo Lausanensi & decano Traiectensi, optata responsio à sanctissimo domino Papa non fuerit reportata, licet non solum à prædictis concilij oratoribus ipsius concilij nomine, sed etiam à sereniss imo domino Sigismundo rege Romanorum fideli Ecclesiæ aduocato, præfatus sanctissimus dominus Papa supplicatus, interpellatus, requisitus, rogatus fuerit, & totis nisibus, multiplicatis vicibus obsecratus, idcirco hæc sancta synodus innitens decretis sacri Constantiensis concilij, quorum verba sunt hæc: Quòd sancta synodus in Spiritusancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatẽ à CHRISTO immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesię Dei in capite & in membris.

Constantiensis concilij sess. 4. & 5.

Monitio contra Papam.

Item declarat, quòd quicunq;, cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis huius sanctæ synodi aut cuiuscunque alterius Concilij generalis legitimè congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. In hac solenni sessione ipsum sanctissimum dominum Papam, nec nõ reuerendissimos dominos cardinales modo & forma infrà scriptis interpellare decreuit. Hæc igitur sancta synodus in Spiritusancto legitimè congregata, prædictum beatissimum dominum papam Eugenium cum omni reuerentia & instantia supplicat, & per viscera misericordiæ IESV CHRISTI exorat, requirit, & obtestatur, ac monet, quatenus prætensam dissolutionem, sicut de facto processit, de facto reuocet, & ipsam reuocationẽ, quemadmodùm & dissolutionem fecit, per diuersas mundi partes transmittat & publicet, ab omnique impedimento dicti Concilij penitus desistat. Quinimò eidem (vt debet) faueat & assistat, omniaque præbeat subsidia & auxilia opportuna, necnon infra trium mensium spatium, quod ad hoc pro termino peremptorio præfigit & assignat, si corporalis ipsius dispositio patiatur, personaliter veniat. Sin autem, personam vel personas loco & vice sui destinet & transmittat cum plenaria potestate, ad omnia & singula in hoc Concilio peragenda vsq; ad totalem ipsius conclusionem, per omnes & singulos actus gradatim & successiuè: Alioquin si hæc sancti- Comminatio pœnarum.
tas sua facere neglexerit, quod de Christi vicario non est aliqualiter sperandum, sancta synodus (prout iustum fuerit, & Spiritussanctus dictauerit) necessitatibus Ecclesiæ prouidere curabit, & procedet, secundũ quod iuris fuerit diuini pariter & humani. Similiter præfatos reuerẽdissimos dominos cardinales, qui tanquam principales Ecclesiæ Dei cardines ad hæc feruentiùs intendere debent, exorat, requirit, obtestatur & admonet, quatenus cum præfato domino papa super prædictis solicitam instantiam faciant, huicque sacro concilio faueant, assistant, & auxilientur modis omnibus opportunis. Et cùm præsentia ipsorum, pro eorum authoritate magnaq; prudentia & experientia rerum, sit huic sacro Concilio plurimùm opportuna, ipsos dominos cardinales & quemlibet eorum requirit, monet & citat, quatenus infra spatium trium mensium

Constantiensis concilij sess. 5.

sium ab intimatione præsentium (quem terminum pro trina ac canonica monitione præcise & peremptoriè præfigit & assignat) ad dictum sacrum Concilium generale veniant, canonico impedimẽto cessante: alioquin, cùm eorum negligentia ad ipsum sacrum generale concilium veniendi, vt tantis necessitatibus Ecclesiæ succurratur, in periculum grauis iacturæ fidei catholicæ, totiusq; Ecclesię detrimentum censeatur proculdubiò redundare: hæc sancta synodus, lapso termino supradicto, contra eos qui venire neglexerint, eorum exigente contumacia, procedet, prout diuini pariter & humani dictauerit & permiserit ordo iuris, & necessitatibus Ecclesiæ altissimo largiẽte prouidere curabit. In præmissis autem dicta synodus reuerendissimum dominum cardinalem sanctæ Crucis, quandiu tractatibus pacis regnorum Franciæ & Angliæ insistet, includere non intendit, atque quo ad reuerendissimos dominos cardinales, Placentinum & de Fuxo vulgariter nominatos, & cardinalem sancti Eustachij, cùm in propinquioribus locis existant, ad duorũ spatium mensium restringit terminum supradictũ. Mandat insuper hęc sancta synodus vniuersis & singulis dominis patriarchis, archiepiscopis, episcopis & alijs ecclesiarum prælatis, clericisq;, notarijs & personis ecclesiasticis, nec non alijs Christi fidelibus, cuiuscunque status, dignitatis, gradus & conditionis existant, omnesque & singulos principes & dominos, etiamsi imperiali, regali, ducali, seu quauis alia pręfulgeant potestate, requirit & rogat, qui pro præmissis fuerint requisiti seu requisitus, in virtute sanctę obedientiæ ac obtestatione diuini iudicij, & sub pœna excommunicationis, quatenus prædicta omnia & singula dicto sanctissimo domino Papæ atq; reuerendissimis dominis cardinalibus insinuent, intimẽt, & notificent, ac intimari & insinuari seu notificari faciãt personaliter eisdem, si ad eos tutus & accommodus pateat accessus. Sin autem, ei vel illis ad quos personaliter accedendi facultas non sit, in eorum habitationibus, nec non in porta palatij Apostolici & in ecclesijs sancti Ioannis Lateranensis, sancti Petri, & sanctæ Marię maioris de vrbe, copias per publicum notarium confectas affigendo, si hoc tutè fieri possit. Sin autem, in principalibus ecclesijs ciuitatum Sutrinæ, Viterbij & Senensis, vel aliarum trium ciuitatum vicinarum, de quibus fuerit benè visum. Quę quidem loca hæc sancta synodus decernit, esse idonea pro executione omnium præmissorum. Et nihilominùs hæc sancta synodus futuris cupiens obuiare casibus, vt omnis euitetur dispendiosus circuitus, cùm rebus de quibus agitur, supra modum periculosa sit mora, ordinat & decernit, huiusmodi admonitionis & citationis decretũ, postquam in hac solenni sessione lectum fuerit & publicatum, ecclesiæ cathedralis Basileensis valuis affigi, vt si forrè contingat ipsius intimationem exequi nõ posse modo aliquo præmissorum, eo casu ex nunc tanquam publico edicto, ad quatuor mensium spatium ab hac die in anteà computandum, censeatur quo ad omnes eius effectus facta insinuatio, monitio & citatio, sicq; suos omnes effectus sortiri & arctare eos quibus dirigitur, decernit, ac si personaliter insinuatum & præsentatum fuisset, viribus peremptorijs & comminationibus suprascriptis hîc habitis pro insertis. Insuper hæc sancta synodus declarat & protestatur, quòd nihilominus prędictis dilationibus pẽdentibus, cùm iam præcesserit à iure vocatio ex decreto concilij Constantiensis, rerumq; necessitas id suadeat, & qualitas agendorum in vlteriore prosecutione Concilij & agendis in eo, procedere intendit ordinatè, debitè ac maturè, nec propterea supersedere aliqualiter in processu. Tandem hæc sancta synodus decernit citationes contra omnes prælatos & alios, qui ad generale Conciliũ venire tenentur, omnesque & singulos Generales ordinum quorumcunque, ac etiam inquisitores hæreticæ prauitatis, sub dilatione termini seu terminorum de quibus deputatis fuerit benè visum, cum pœnis & censuris & clausulis opportunis. Datum Basileæ in sessione publica sanctæ synodi Basileensis, celebrata in ecclesia maiori huius ciuitatis, sub sigillo eiusdem sanctæ synodi, sub anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, indictione decima, die verò Martis 29. mensis Aprilis, præsentibus notarijs & scribis huius sanctæ synodi suprascriptis.

Item quia plures notarij & scribæ ad conscribendum acta huius sacri Concilij sunt necessarij, hæc sancta synodus, citra tamen aliorum notariorum per ipsam aliàs constitutorum reuocationem, venerabiles viros magistros Bartholomæum de *Lucgniano *Lutignia ciuem Senensem, & Thomam Chesneloti baccalaureum in decretis Rhemensis diœcesis, notarios eiusdem deputat & ordinat. Datum Basileæ in &c. vt statim suprà.

Notarij alij noui.

SESSIO QVARTA.

Saluus conductus Bohemorum.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalẽ Ecclesiam repræsentans. Tenore præsentium significamus vniuersis, quòd omnibus & singulis sacerdotibus, baronibus, nobilib⁹, militaribus, popularibus & alijs quibuscunque viris, cuiuscunque status, conditionis

aut qualitatis existant, de regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ, de Praga & ciuitatibus ac alijs locis eorundem, & omnibus alijs ecclesiasticis & secularib⁹ personis, qui aut quæ vnà cum ipsis ad generale Basileense concilium mittentur, ac profecturi existunt, omnibus eorum personis, quocunq; nomine censeantur, aut valeant nuncupari, infra tamen numerum ducentarum personarum, tenore præsentium, nostrum plenissimum ac perfectum saluum conductũ concedimus atq; damus, verissimamq́ue securitatem veniendi ad hanc ciuitatem Basileensem: ibidemq́ue manendi, standi, morandi, nobiscumq́; de quibusuis negocijs opportunis ipsis commissis tractandi, placitandi, disponendi, concludendi & terminandi impartimur: ac in loco vel in locis hospitiorũ suorum diuina officia sine impedimento nostrorũ peragere permittimus, sic etiam, vt propter illorum præsentiam neque in itinere, neque in aliquo loco itineris in eundo, manendo aut redeundo, neque in ipsa ciuitate Basileensi à diuinis officijs cessetur, quouis modo per modum interdicti. Cæterùm in generali concilio seu synodo Basileensi articulos quatuor, pro quorum claritate instant, oretenus aut in scriptis liberè poterunt offerre, aut propalare, scripturis sacris beatorumque doctorum verbis, sententijs & rationibus eos declarare, adstruere, & persuadere, & si opus fuerit, etiam ad obiecta concilij generalis respondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Concilio super eisdem disputare, aut charitatiuè absq; omni impedimento conferre, opprobrio, conuicio aut contumelia procùl motis, seruatis forma & modis inter nostros legatos & nuncios prædictorum regni & marchionatus in Egrensi ciuitate specificatis & vniformiter conclusis: & signanter, quòd in causa quatuor articulorum per eos attentorum, lex diuina, praxis Christi apostolica & Ecclesiæ primitiuæ vnà cum concilijs doctoribusq; fundantibus se veraciter in eadem, pro verissimo & indifferente iudice in hoc Basileensi concilio admittentur. Et illis peractis vel non peractis, quandocunque de mandato aut consensu suorum maiorũ ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absq; vlla renitentia, occasione & mora, saluis rebus illorum & suorum pariter honore & personis, viceuersa poterunt vel poterit iuxta beneplacitum liberè & securè redire, descitu tamen deputandorum per Concilium, vt pro tunc opportunè securitati eorũ prouideatur sine dolo & fraude. Nihilominùs in hoc eorum saluo conductu omnes quascunque clausulas includi ac contineri volumus, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena & efficaci & sufficienti securitate in eundo, standoac redeundo necessariæ sunt & opportunæ, hæc notanter propter bonum pacis procurandum & obseruandum luculenter expressantes. Quòd si quispiam aut aliqui ex illis, siue in itinere ad nos in Basileam veniendo, siue ibidem demorando aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit aut egerint, per quod posset assecurationis eorum beneficium eis aut eorum alicui concessum, annullari aut cassari: volumns etiam, ac admittimus, & concedimus, vt talis vel tales in facinore huiusmodi deprehensi vel deprehensus, ab ipsis duntaxat, & non ab alijs, condigna animaduersione cum emenda sufficienti, per partem nostram meritò approbanda & laudanda, mox puniatnr aut puniantur, illorum assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Et pariformiter, si quispiam vel aliqui ex nostris, siue in itinere ad nos in Basileam veniendo, siue ibidem demorando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerit aut egerint, per quod posset assecurationis ipsorũ beneficium eis aut alicui eorũ concessum, annullari aut cassari: volumus, vt talis vel tales in facinore huiusmodi deprehensi, à nobis aut à nostris duntaxat, & non ab alijs, condigna animaduersione, cum emenda sufficienti, per partem dominorum ambasiatorum & nunciorum meritò approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, præsenti assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Volumus etiam, quòd liceat ipsis ambasiatoribus omnibus & singulis, toties quotiescunque opportunum fuerit seu necessarium, ad auram capiendam exire de ciuitate Basileensi, & reuerti ad eandem, necnon nuncium vel nuncios suos ad quecunque loca pro suis necessarijs negocijs ordinandis liberè mittere seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum susipere toties quoties eis videbitur expedire, ita quòd aliqui vel aliquis per deputandos concilij scientur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat. Insuper nec in sermonibus, seu prædicationibus publicis aut alijs collationibus, in præiudicium, derogationem seu deteriorationem causæ ipsorum quatuor articulorum, pars nostra terminis quibuslibet, in confusionem vergentibus, poterit aut debebit vti & potiri in loco ciuitatis Basileensis. Qui quidem saluus conductus & securitates stare ac durare debent & à tempore & per tempus, quo in nostræ & nostrorum tuitionis curam ipsos susipi contigerit, & vsque ad Basileam perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidèm, & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cùm ipsi petierint, aut concilium habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Basilea vsque in Tustan, *Tatoniam, aut Englispurg, in quem ex locis istis malue- *Taconiam

maluerint, Deo fauente restituemus, dolo & fraude prorsus exclusis. Etiam pro vniuersis & singulis Christi fidelibus, & speciali ter pro sanctissimo dominò Romano pontifice, pro sereniss imo principe domino Sigismundo Romanorum &c. rege, ac venerabilibus dominis cardinalibus, archiepiscopis & episcopis, ac dominis abbatibus, prælatis & clericis, necnon illustrissimis principibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus & nobilibus militibus, vniuersitatibus & communitatibus ciuitatum, castrorum & villarum, earumque consulibus, scabinis, officialibus & alijs cuiuscunq; conditionis & status, ecclesiastici vel secularis existant, quocunque nomine censeantur, & pro subditis omnium præmissorum, & pro tota parte eorundem promittimus bona fide & spondemus, quòd nos omnes & singuli prædicti præscriptam assecurationem & salui conductus eorũ formam, in omnibus suis conditionibus, punctis & clausulis superiùs expressatis, inuiolabiliter & inconcussè bona fide & puro corde obseruabimus & custodiemus, obseruabunt & custódient. Insupèr promittentes sine fraude & quolibet dolo, quòd nolumus, neque debemus occultè vel manifestè, quacunque occasione prætensa, vti aliqua authoritate vel potentia, iure, statuto vel priuilegio legum vel canonum, & quorumcunq; conciliorum, specialiter Constantiensis & Senensis quacunque forma verborum expressa, in aliquod præiudicium saluoconductui seu assecurationi ac publicæ audientiæ, ipsis per nos concessæ vel concesso. Quòd si nos aut aliquis ex nobis vel nostris, cuiuscunque conditionis vel status aut præeminẽtiæ existens, præscriptæ assecurationis & saluiconductus formam & modum, in quocunque puncto vel clausula violauerit, (quod tamen auertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio meritò approbanda & laudanda, habeant nos & habere poterunt incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino & humano aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt, absq; omni excusatione, aut quauis in hac parte contradictione. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi celebrata, duodecimo Calendas Iulij, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

EPISTOLA BOHEMIS MISSA super conclusione in Egra facta, in quarta publica sessione lecta.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam representans, vniuersis viris ecclesiasticis, nobilibus & toti populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Christo Iesu nostro domino. Pridiè oratores nostri ex oppido Egra ad nos reuersi, & ibidèm cum nuncijs vestris conclusa serioseferentes, magno gaudio hanc sanctam synodum repleuerunt. Asserunt enim, cum tanta charitate & mansuetudine, hoc sacrum vnionis negocium fuisse tractatum, vt non aliud existimemus, quàm Spiritum sanctum pacis & vnitatis authorem in medio interueniss e. Concepimus ex his quæ referunt, magnam spem futuræ vnionis & indissolubilis inter nos charitatis. Pro qua re (sicut dignum est) ipsi Spirituisancto, cuius munere hoc factum esse nõ dubitamus, gratias ex toto corde retulimus, eleemosynas, ieiuniaque & orationes solennes indiximus, & vbique vsque ad rem optato fine conclusam, indici faciemus. Laudamus & benedicimus dominum, qui tam lætam nobis præbuit diem, qua nullam adhuc sensimus lætiorem, postquàm hunc locum attigimus. Parari enim semitam videmus ad magnam Dei gloriam & grandem populi Christiani profectum. Nemo nostrum fuit, dum ipsi oratores singula vobiscum acta recensebant, qui vel oculis vel corde non fleret. Commouebantur inusitato gaudio viscera audientium, rem tam concorditer fuisse conclusam, sperantium que post hanc aliam multo lætiorem diem adhuc successuram. Exultemus igitur, & iubilemus in uicem Deo salutari nostro, qui recordatus misericordiæ suæ, incipit plebem suam tanta cum lætitia visitare. Leuemus manus nostras ad cælum, glorificantes dominum nostrum Iesum Christum, quia pacem, quam quotidiè diebus nostris ecclesiæ dari petimus, iam appropinquare videmus. Magnificemus Spiritum paracletum, qui animos paulo antè dissidentes, in hanc spem pacis repentè conuertit. Sed si pro hac spe tantum gaudij susc epimus, quàm magna & inenarrabilis erit illa lætitia tam nostra quàm vestra, quando optatum pacis & vnitatis finem re ipsa intuebimur? Vt autem recognoscatis, quantum hæc res nobis est cordi, ipsis nostris nuncijs in communi congregatione auditis, formã saluiconductus & ea quæ cum vestris ambasiatoribus concluserunt, nihil addito vel retracto, hæc sancta synodus vnanimi omnium consensu approbauit. Et eccè ipsum saluum conductum in publica sessione decretum, de verbo ad verbum, quemadmodùm in Egra *conditus fuerat, ad vos destinamus. Misimus etiam, vt nil ex parte nostra desit, fratrem Ioannem de Mulbruno, vnum ex nuncijs nostris, qui in Egra fuerant, ad sereniss imum principem dominum regem Romanorum, vt ab eo saluum conductum in ea qua optatis, forma obtineat. Quem vt primùm habuerimus, ad Epistola eõcilij ad Bohemos. *conditũ Psal. 94.

vos ſine mora tranſmittemus, parati ſemper agere omnia, quæ pro veſtra tutela & libera audientia neceſſaria videbuntur. Vtinam ſicut fas eſt nobis verba exprimere, ita mentes noſtras in publicum exhibere poſſemus. Vtinam ſicut hanc epiſtolam lecturi eſtis, ita corda noſtra palàm inſpicere poſſetis. Profectò non dubitamus, quin cognita noſtra in vos ſumma charitate, mox ſine vlteriori tractatu in vnitate ſpiritus connecteremur. Et quoniam ſaluatoris noſtri ſententia eſt, non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit: vos omnes per Spiritum ſanctum huius ſacri negocij directorem hortamur & obſecramus, vt quemadmodùm rem ipſam feruenter inchoaſtis, ita firmiter conſtanterque vſque ad veræ vnionis complementum perſeueretis. Speramus in Chriſto Ieſu videre diem, & iam propè eſt fortè, quo alter alterum fraterna charitate nos inuicèm complectemur, & vnanimes in eadem ſanctæ matris Eccleſiæ domo cum iocunditate perpetuò habitabimus. Confidimus in Domino tantam adhuc inuicèm futuram dilectionem, vt nullum inter nos fuiſſe olim diſpendium videatur. Et quanquam nondum hæc ſancta vnio, pro qua laboramus, completa ſit, tamen ipſe Spirituſſanctus tantam huius rei ſpem & affectum cordibus noſtris impreſſit, vt quod futurum eſt, iam quodammodo in foribus adeſſe credamus. Vos corpore abſentes eſtis, ſed ob hanc ſpem in viſceribus charitatis, & vinculo veræ dilectionis, quaſi præſentes amplectimur, & præ gaudio noſ ipſi flentes, tanquam mater filium ex longinqua patria redeuntem, vos tenerimè oſculamur. Iam igitur quaſi arram proximę mutuę vnitatis pepigiſſe videmur, & vos dudum futuros, noſtros dilectiſſimos fratres iam eſſe exiſtimamus. Talia enim ipſe Spirituſſanctus initia dedit, vt nõ aliud quàm pacem, charitatem & vnitatem

Matth. 10. & 24. b

cõtingere

hinc * attingere ſperemus. Læto ergo animo vtrique ſimus, & iocunda mente inuicèm viuamus, cùm propè in ianuis gaudium, quod nemo tollet à nobis, per Spiritum ſanctum accepturi ſimus. Sed vt citiùs faciliusque conſequamur, vigilemus ſupplices in orationibus, & continuis precibus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum deuotis mentibus exoremus, vt quod operari incepit, confirmet atque perficiat. Hora iam eſt, vt ſancta mater Eccleſia quę pro tam duro filiorum ſuorum diſſidio diu

cõtriſta

* conſternata eſt, pro pace & vnitate lætari & exultare incipiat, luctumque præteriti temporis conuertat in gaudium. Tempus iam aduenit, vt qui eodem Chriſti charactere inſigniti ſunt, & eodem baptiſmatis fonte renati, depoſita omni diſſenſione, eundem charitatis & vnitatis ſpiritum induant, & ad augmentum gloriamque nominis Chriſtiani totis viribus intendant, fidemque orthodoxam protegere curent, quã infideles pagani multis in locis ignominioſe peſſundant, & extinguere moliuntur. Eia igitur cùm noſtræ dilectionis & ſynceræ voluntatis iam certi ſitis, amodò veſtros legatos præparate, quales in primis literis poſtulauimus, vt cùm regius ſaluus conductus aduenerit, cum pleno mandato ad hoc ſacrum concilium proficiſcantur. Quos ita gratè benigneq; ſuſcipiemus, vt à parentibus filij ſuſcipi conſueuerunt. Spirituſſanctus paracletus, in cuius nomine hæc ſancta ſynodus eſt congregata, nobis & vobis & toti populo Chriſtiano hîc veram dilectionem & pacem, ac in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur, qui cum patre & filio regnat benedictus in ſecula, Amen.

Datum in ſeſſione publica ſolenniter celebrata in eccleſia maiore Baſileenſi, die Veneris, vigeſima menſis Iunij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo.

IN EADEM SESSIONE QVARTA, decreta concilij Baſileenſis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, attendens quòd ad prouidentiæ ſpectat officium, perſpicaci conſideratione futura proſpicere, & aduerſus ea quæ reipublicæ poſſent inferre diſpendia, ſalubriter prouidere. Cùm itaque eadem ſancta ſynodus ad extirpationem hæreſum, pacem in Chriſti populo & morum reformationem cum ſpiritus ſancti gratia, prout ſtatu rerum & temporum conſiderato, eſt admodùm neceſſarium, ſit intenta, & propterea venerabiles in CHRISTO patres ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales ad ipſum ſacrum concilium euocauerit, exiſtimans eorum in ſacro concilio præſentiam pro eorum authoritate, ſapientia, rerumque notitia, multimodè fructuoſam: eisque tanquam veris obedientiæ filijs ad ſacrum concilium venientibus, ſi alibi contingeret Apoſtolicæ ſedis vacatio, in iacturam eorum qui obedientes vacationi ſacri concilij deſeruirent, vtilitati Eccleſiæ poſſet redundare, cùm tamen vt obedientia non iacturam afferat, ſed potiùs vtilitatis & honoris augmentum, ratio cunctis nota ſuadeat. Et ne aliquibus forſitan venire negligentibus prodeſſe inobedientia videatur, hæc & alia quæ animum cuiuſcunque prudentis ad hoc mouere poſſent & deberent, prouida attentione proſpiciens hæc ſancta ſynodus, ſtatuit, decernit, atque diffinit, quòd in euentum vacationis ſedis Apoſtolicæ, hoc ſacro generali durante concilio, electio ſummi pontificis in loco iſtius

Locus obſcurus.

ſacri concilij fiat, & interdicit, ne alibi celebretur. In contrarium attentata quauis authoritate, etiam ſi Papali, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus editis vel edendis, aut alijs in contrarium facientibus, ac ſi de ipſis eſſet de verbo ad verbum facienda mentio ſpecialis, aut iuramento firmata exiſtant, quibus ex certa ſcientia derogat & decernit, nulla & irrita eſſe, nulliusque roboris vel momenti ipſo iure: contrarium verò attentantes, ſint tam actiuè quàm paſſiuè, quo ad electionem Romani pontificis & ad quaſcunque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuò priuati, & infamiæ notam ac etiam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Quòd ſi forſan aliqua de facto prætenſa electio præſumeretur, tam electus prætenſus, quàm illi adhærentes, & eum pro tali gerentes, ſupradictas pœnas incurrant pari modo. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præmiſſas ſententias aut earũ aliquam incurrerint quoquo modo, dicta ſynodus tantummodò, prętèrquàm in mortis articulo, ſibi reſeruat. Decernens præſens decretum ligare, afficere, vim & effectũ habere atq; ſortiri, poſt quadraginta dies cõtinuos proximè ſecuturos à die publicationis eiuſdem.

Ne vi iuramenti aut promiſſionis alicui factæ, aliqui aſtrictos ſe putent, vt ad concilium venire non poſsint.

Item ordinat, ſtatuit, decernit & declarat, quòd quicunque & ſinguli cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, prælati, reges, principes, duces, marchiones, comites, barones, vicarij Eccleſiæ Romanæ, vaſalli, communitates, Romanæ curiæ officiales, ſummi pontificis familiares, ſiue alij cuiuſcunque conditionis exiſtant, ſiue quibuſcunque nominibus cenſeantur, propter iuramenta, promiſſiones vel quaſlibet alias obligationes, præfato ſummo pontifici ſeu alteri ad hoc eius mandato deputato aut deputando, ſeu quibuſuis alijs quomodolibet ſuper quacunque re vel cauſa, & ſub quacunque verborum forma præſtita ſeu præſtanda, nullatenus obligantur & aſtringuntur, aut ſe impeditos à veniendo ad hoc ſacroſanctum concilium occaſione dictorum iuramentorum, promiſſionum vel aliarum obligationum prætendere poſſunt, aut poterunt in futurum, quo minùs abſque periurij ſeu infamiæ nota ad ipſam ſynodum teneantur accedere, qui de iure aut conſuetudine ſunt aſtricti. Cæteri verò, qui vocati & requiſiti fuerint, & omnium prædictorum procuratores, obedire & adhærere ipſi concilio, & liberè accedere poſſint, & teneantur, & eidem licitè intereſſe. Proceſſus verò quoſcunque ſuſpenſionis & excommunicationis, interdicti, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum ſeu officiorum quorumcunque & commendarum reuocationes, ac inhabilitationis ſententias ſeu periurij aliásve pœnas, mulctas & cenſuras in ſe continentes, in ipſos occaſione præmiſſorum per quemcunque quauis, etiam Romani pontificis, authoritate fulminatos ſeu fulminandos, cum omnibus indè ſecutis aut ſecuturis, eadem ſacra ſynodus nullos, caſſos & irritos, ac nullius roboris ſeu momenti exiſtere pronunciat, declarat & diffinit: & quatenus de facto proceſſerunt ſeu proceſſerint, reuocat, caſſat, irritat, & annullat, & pro caſsis, irritis & nullis habendos ſtatuit & decernit.

De bulla plumbea.

Item vt geſta in ipſa ſynodo durabiliori teſtimonio roborentur, ſtatuit & ordinat ipſa ſynodus, quòd de cæterò in literis ſuis authenticis vtatur bulla plumbea pendente cum chordula canabis aut ſerici, prout varietas cauſarum & rerum, ſuper quibus literæ eædem conficientur, poſtulabit, in vno miſſionis Spirituſſancti in ſpecie columbæ, in alio verò lateribus, horum verborum, Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, ſculpturas continente, decernens eiſdem plenam & omnimodam fidem adhibendam fore.

Quòd Papa, durante concilio, non poſſit creare cardinales, nec creatos publicare.

Item cùm multiplicatio cardinalium ſit Eccleſiæ diſpendioſa & oneroſa, propterea & ex alijs rationabilibus & legitimis cauſis eandem ſanctam ſynodum mouentibus, ſtatuit, ordinat, atque ex certa ſcientia hoc irrefragabili decreto decernit ipſa ſancta ſynodus, quòd durante hoc ſacro concilio, Romanus pontifex à loco iſtius ſacri concilij abſens perſonaliter, non debeat nec poſsit aliquem vel aliquos cuiuſcunque dignitatis, conditionis, gradus ſeu ſtatus exiſtant, in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalem vel cardinales, quouis modo aut quocunque quæſito colore vel cauſa aſſumere, pronunciare ſecretè aut publicè, aut pronunciatos ſeu aſſumptos ſecretò publicare. Et ſi ſecùs attentatum fuerit, ex nunc in anteà irritum ſit & inane, nulliusque roboris vel momenti. Quòd ſi forſan aliter de facto aſſumpti aut pronunciati, ſe pro cardinalibus gerere aut nominare præſumpſerint, quibuſcunque dignitatibus priuati, & ad omnes & ſingulas futuras inhabiles, ac quicunque eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, ex nunc prout ex tunc ſententia excommunicationis innodati ſint ipſo facto, à qua prætèrquàm in mortis articulo, niſi

à præfata ſynodo abſolutionis ſiue habilitationis beneficium obtinere non poſsint. Datum in ſeſsione publica * eiuſdem ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, duodecimo Calendas Iulij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

*celebrata in eccleſia maiori Baſileenſi die Veneris 20. menſi Iunij, Anno à natiuitate &c.

COMMISSIO FACTA PER CONCILIUM *in eadem ſeſsione domino cardinali ſancti Euſtachij, ſuper regimine ciuitatis Auinionenſis & comitatus Venayſini.*

Acroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, dilecto Eccleſiæ filio Alphonſo, ſancti Euſtachij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diacono cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ciuitatis Auinionenſis & comitatus * Venayſini Venaycini in ſpiritualibus & temporalibus pro nobis & ſancta matre Eccleſia vicario generali, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. In pacis authore hęc ſancta ſynodus congregata, cùm vniuerſi populi Chriſtiani pacem & tranquillitatem exoptans, per diuerſas mundi partes ad procurandum ea quæ pacis ſunt, & ſcandalis obuiandum, ſuæ ſolicitudinis opus impendat, Eccleſiæ proprium patrimoniũ ab hoc procurandæ pacis & tranquillitatis ſtudio expers eſſe nullatenus decuit, quinimo ipſam debet ſpecialis intuitus cura fouere. Cùm itaque ad ipſius ſacræ ſynodi notitiam fide dignorum ſit relatione deductum, quòd ciuitas Auinionenſis, quæ ſanctæ Dei Eccleſiæ ſemper fideliſsima & obſequentiſsima fuit, certis vrgentibus rationibus & cauſis neceſſarijs, vicarium per ſummum pontificem ad ipſius regimẽ deſtinatum, ſe admittere non debere prætendat, atque ad eundem ſummum pontificem plures ambaſiatas deſtinauerit, pro vtili & ſalubri guber- * Venayſini natione ciuitatis eiuſdem ac comitatus * Venaycini eidem adiacentis, ſuppliciter poſtulans, vt de alio vtili eis prouideretur vicario, quod hucuſque obtinere nequiuit, nec ſperat poſſe obtinere, quinimo is qui pro vicario deſtinatus eſt, intendit & nititur ſuſcipere gubernationis officium inuita ciuitate, congregare ſatagens multitudinem gentium armatarum. Vndè ſuper præmiſsis informatione recepta ex his & alijs, quæ honeſtas cenſet calamo non promenda, de turbatione & periculo graui ſtatus ciuitatis illius & patriæ eſt ex veriſimilibus & vrgentibus rationibus dubitandum, eſſetque nimis graue diſpendium, ſi fortè (quod auertere dignetur Altiſsimus) Eccleſia perderet illud tam nobile patrimonij ſui membrum, aut guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco hæc ſancta ſynodus huiuſmodi periculis cupiens obuiare, ciuitatemque illam & comitatum in pace & quiete fouere, regimen & gubernationem ciuitatis ipſius & comitatus vſquequò cum ſummo pontifice per ipſam ſanctam ſynodum, vel aliquo eius nomine habito pleniori tractatu, fuerit aliter ordinatum, maximè attento, quòd propter locorum diſtantiam & viarum diſcrimina non poteſt facilè haberi recurſus ad dictum ſummum pontificem, & periculum ſit in mora: tibi cuius futuræ vtili & fideli gubernationi fidem facit aliarum terrarum Eccleſiæ regimen, per te hactenus fideliſsimè plurimumque vtiliter geſtum, duxit ad honorem Dei, ſanctæ matris Eccleſię, ac huius ſacræ ſynodi, tenore præſentium plenariè committendum, cum plenaria poteſtate regendi & gubernandi dictam ciuitatem Auinionenſem & comitatum * Venaycini, omnemque in eiſdem iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, per te vel alium ſeu alios exercẽdi, officiales amouendi, etiam ſi pontificali præfulgeant dignitate, & alios vel eoſdem inſtituendi, iuramenta ſeu promiſsiones recipiendi, ac illa relaxandi cum quibuſcunque ſemel vel pluries, quoties viſum tibi fuerit opportunum. Quaſcunque pecunias, fructus, prouentus & emolumenta in illis ciuitate & comitatu, ratione iuris Papalis vel ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aut quocunque iure vel titulo, pro tempore præterito, præſenti & futuro cameræ Apoſtolicæ debitas & debita, recipiendi & exigendi, ac recipi & exigi faciendi, contradictores quoſlibet vel inobedientes cenſuris eccleſiaſticis & alijs compeſcendi remedijs opportunis. Et generaliter cum * omnibus illis poteſtatibus & facultatibus, quas bonæ memoriæ Franciſcus archiepiſcopus Narbonenſis ſanctæ Romanę Eccleſiæ camerarius, à felicis recordationis domino Martino papa quinto & aliâs habuit, dum ageret in humanis, licèt etiam hîc ſpecificè nõ exprimantur. Mandans tibi in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis iuris, quatenus curam & regimen prædictum humeris tuis impoſitum reuerenter ſuſcipias, ac diligẽter & fideliter exequaris, vtilitatem publicam, tranquillumq; & pacificum ſtatum ciuitatis illius & comitatus ſic procurare ſolicitè ſtudeas, ipſumq; regimen & gubernationem pro modo tuæ ſapientiæ ſic vtiliter gerere, vt apud Deum æternæ vitæ merita, & apud mundum fama tua laudis & gloriæ ſuſcipiat incrementa. Mandat inſuper omnibus officialibus, ciuibus, incolis & habitatoribus dictæ ciuitatis & comitatus capitaneis, necnon caſtrorum caſtellanis, * bal- * Bailliuis liuis, & alijs officialib⁹ quibuſcunq; quouis nomine cenſeantur, & alijs vniuerſis, quatenus tibi & per te deputandis officialibus ad regimen

regimen eorundem, & nulli alteri pareant, obediant, & intendant, in omnibus & per omnia, quemadmodùm præfato archiepiſcopo Narbonenſi dum viueret, & pro Eccleſia Romana dictæ ciuitatis & comitatus regimen & gubernationem gereret, faciebant, & facere tenebantur, quibuſcunque promiſsionibus, iuramentis, obligationibus & alijs quibuſcunque diſpoſitionibus in contrarium facientibus, non obſtantibus vllo modo. Hæc nanq; ſancta ſynodus, omnium quorumcunque prædictis obuiantium vim & effectum, præſentium authoritate ſuſpendit. Et quicquid per te ritè, ſpiritualiter & temporaliter geſtum & ordinatum, actum vel ſententiatum fuerit vel prouiſum, hæc ſancta ſynodus ratum & gratum habebit, ac faciet authore domino inuiolabiliter obſeruari. Datum in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in Eccleſia maiori Baſileenſi die Veneris * vigeſima menſis Iunij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

* Venayſini

*12. menſis Iulij.

Hæc ſeſsio habita eſt in vigilia S. Laurentij.

SESSIO QVINTA.

De cauſis fidei.

Acroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, conſiderans quòd ipſa inter alia fructuoſa opera ad hæreſes extirpandum, & à fide deuios ad eiuſdem fidei orthodoxæ vnionem reducendos, in Spiritu ſancto principaliter congregata dinoſcitur, & propterea conſtituit accommodum fore, imò neceſſarium pro cauſis fidem concernentibus, in hoc ſacro concilio tractandis & examinandis, de perſonis idoneis prouidere: eapropter conſtituit & deputat iudices, ad audiendum omnes & ſingulas cauſas fidem quomodolibet concernentes, venerabiles Franciſcum Papienſem, Conradum Ratiſponenſem epiſcopos, & dilectum filium Eccleſię Ioannẽ abbatẽ Ciſtertienſem, quibus in cauſis huiuſmodi per deputatos ad hoc, priùs examinatis, ipſisq; deſignatis & remiſſis, dat poteſtatem in prædictis cauſis in hoc loco Concilij & extrà, citandi ac audiendi, cognoſcendi, decidẽdi & alia faciendi, quæ ad dictas cauſas pertinent, & pertinebunt vſq; ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Et vt eo faciliùs cauſæ prædictæ ſuum finem debitum conſequantur, eadem ſancta ſynodus, vt ipſi iudices prędicti, aut duo ex eis, tertio ſtatutis horis non veniente, terminos in cauſis huiuſmodi tunc occurrentes, tenere & obſeruari facere, & aliâs ſummariè, ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicij procedere valeant, ſtatuit & decernit.

Cauſarum fidei iudices.

De procuratore fidei.

Item ſancta ſynodus prædicta deputat & conſtituit dilectum Eccleſiæ filium Nicolaum Amici, licentiatum in theologia, in cauſis fidei præmiſsis procuratorem generalem hoc durante concilio, cum poteſtate ſubſtituendi de conſenſu & authoritate iudicum prædictorum, qui nullâ cauſam promoueat, niſi primùm per deputationem fidei fuerit examinata & admiſſa.

Procurator

Deputantur iudices ad examinandum cauſas generaliter.

Item dicta ſancta ſynodus, ne inter cæteros vberes fructus pro quibus procurandis ſummoperè deſudat, iuſtitia indebitè grauatis, pro qua ad eandem confluunt, miniſtrando deficiat, aut ipſius executio plùs debito negligatur, volens in præmiſsis opportunis remedijs prouidere, conſtituit, ordinat, & deputat iudices ſeu commiſſarios ad audiendum omnes cauſas, ad dictam ſanctam ſynodum deuolutas ſeu deuoluendas, deductas ſeu deducendas, cauſis concernentibus fidem exceptis, venerabiles Berengarium Petragoricenſem, Petrum Auguſtenſem prouinciæ Maguntinæ, & Delphinum Parmenſem epiſcopos, quibus in cauſis præmiſsis per deputatos ad hoc priùs examinatis, ipſisque remiſsis & deſignatis dat poteſtatem, non obſtantibus ferijs, in loco Concilij & extrà citandi, audiendi, cognoſcendi, referendi & diffiniendi, & alia faciendi quæ ad dictas cauſas pertinent & pertinebunt. Et vt eo faciliùs cauſæ ſeu negocia ad debitum finem perueniant, eadẽ ſacra ſynodus, vt tres aut duo ex ipſis, tertio ſtatutis horis non veniente, terminos in cauſis huiuſmodi tunc occurrentes, tenere & obſeruari facere, & aliâs ſecundũ qualitatem cauſarum procedere valeant, ſtatuit & decernit, cauſis tamen Eccleſiarum cathedralium maioribus earundem, dictæ ſacræ ſynodo reſeruatis, de quibus ſe non impediant, niſi de generalis congregationis patrum & ſuppoſitorum eiuſdem, etiam citra ſeſsionem publicam commiſsione ſpeciali. Ratificatque nihilominùs hæc ſancta ſynodus, & approbat omnes commiſsiones quarumcunque cauſarum, etiam cathedralium & maiorum, ſub quacunque poteſtate in generali congregatione dictis iudicibus ſeu alijs commiſſarijs hactenus factas, necnon proceſſus exinde ſecutos, ac etiã in anteà per eoſdem continuandos.

Iudices alij

Ordinatio Præcognitorum.

Item ne iudices prædicti quaſlibet cauſas ad hoc ſacrum concilium delatas ſeu deferendas, paſsim & indiſtinctè importunitate petentium deuicti, audiẽdas recipiant, ſed potiùs de qualitate ipſarum ratio habeatur,

tur, hæc ſancta ſynodus conſtituit & deputat dilectos Eccleſiæ filios, Iulianum Apoſtolicæ ſedis legatum ſancti Angeli, & Dominicum ſanctæ Mariæ in via lata, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconos cardinales, & quemuis præſidentẽ nunc & in futurum pro tempore exiſtentem, & venerabilẽ Franciſcum Gebennenſem Epiſcopum, ac dilectum Eccleſię filium Henricum Fleckel, palatij Apoſtolici cauſarum auditorem, dictarum cauſarum præcognitores, dans & concedens quinq; prædictis vel maiori parti, alijs ſe abſentantibus vel non conſentientibus, poteſtatem cauſas huiuſmodi primùm diligenter examinandi & diſcernendi, quæ aut qualis illarum in hoc ſacro concilio tractari, audiri, cognoſci decenter poſsint, ſeu diffiniri debeant, & quas tractandas ſeu in generali congregatione* referãdas, aut abſque relatione, præmiſſa cognitione deciden das iudicauerint, ad ipſos iudices remittere habeant deſignatos, ſub modificatione pro cedendi prædicta. Et niſi ad eos ſic (vt præmittitur) remiſſæ fuerint, de illis ſe non impediant quouis modo.

Præcognitores cauſarum.

*for. referendas

Quòd vltra tres menſes poteſtas iudicum non duret.

Item decernit hæc ſancta ſynodus, quòd poſt tres menſes continuos à die præſentis publicationis computandos, tam iudicum pro fide, quàm pro alijs cauſis prædictis audiendis, deputatorum pariter & præcognitorum poteſtas finiatur. Sit tamen in poteſtate dictæ generalis congregationis, in locum quorumlibet prædictorum, etiam citra ſeſsionem publicam, quos decreuerit, deputare.

Ne incorporati trahantur ad iudicium extra locum huius concilij.

Item ſtatuit & diffinit, quòd nullus huic ſacro concilio per ſe vel ſuũ procuratorem legitimè admiſſum incorporatus, etiam procurator ipſe aut incorporandus, in futurum à tempore arrepti itineris ſine fraude continuati, animo ad hãc Baſileenſem ſynodum veniendi, pro quacunq; cauſa ſeu litẽ, mota ſeu mouenda, aut quauis alia occaſione, ad Romanam curiam ſeu coram quocunq; iudice ordinario vel delegato, extra locum concilij, illo durante, inuitus trahi ſeu euocari, aut contra ipſos inuitos aut aliquem eorundem procedi poſsit. Si quid verò in contrarium attentatum fuerit, quouis modo per * quæcunque, quauis, etiam ſummi pontificis, authoritate, decernit irritum & inane, nulliusq; roboris exiſtere ſeu momenti. Nihilominùs hæc ſancta ſynodus offert ſe paratam de omnibus ſuppoſitis eiuſdem aut aliquo eorum, querulantibus ſeu actionem mouere volentibus, miniſtrare iuſtitiæ complementum.

*quemcunque

Ordinatur auditor ordinarius cameræ.

Item hæc ſancta ſynodus deputat & conſtituit dilectum Eccleſiæ filium Henricum Fleckel Apoſtolici palatij cauſarum auditorem, huius ſacri concilij iudicem & auditorem ordinarium, dans & concedens eidem omnem poteſtatem ſeu iurisdictionẽ, quam in Romana curia de iure ſeu conſuetudine exercet, ſeu exercere habet Apoſtolicæ cameræ auditor.

Soldanus conſtituitur.

Item conſtituit & deputat dilectum Eccleſię filium Titianum de Laude ſoldanum, cum poteſtate quam habet ſoldanus curiæ Romanæ.

De alijs officiarijs.

Itẽ de cæteris officiarijs in hac ſacra ſynodo neceſſarijs, ordinetur & diſponatur in congregatione generali, & quæcunque ibidèm ſuper deputatione eorundem officialium acta, ſeu ordinata fuerint, eiuſdem firmitatis & authoritatis exiſtant, ac ſi facta fuiſſent in publica ſeſsione.

Deputantur notarij.

Item quia plures notarij & ſcribæ in eadem ſancta ſynodo ad conſcribendum acta eiuſdem ſunt neceſſarij, citra aliorum per ipſam ſanctam ſynodum in alijs ſeſsionibus deputatorum reuocationem, magiſtros Enſelinum de Guiſcardis de Blenſaco iuris canonici profeſſorem, Gerhardum Rouſelli, Georgium Frey de Vilshouen, Conradum Kneulin de Dyepurgh, Petrum de Noxeto clericos Vercellenſis, Nouiomenſis, Patauienſis, Maguntinenſis & Placentinenſis diœceſis, notarios & ſcribas eiuſdem ordinat & deputat. Datum Baſileæ in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileẽſi ſolenniter celebrata, quinto idus Auguſti, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo.

Notarij ſeu ſcribæ alij.

SESSIO SEXTA, CELEBRATA die ſexta menſis Septembris.

ANNO domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, die ſabbati ſexta menſis Septembris in eccleſia maiori Baſileenſi, in qua ſeſsiones celebrari ſolent, ſexta huius ſacræ ſynodi Baſileenſis ſeſsio celebrata hoc modo: Primò videlicet Miſſa ſolennis de beata virgine Maria, per dominum Philibertum epiſcopum Conſtantienſem præſidentem celebrata, & demum ſuffragijs, antiphona Exaudi, ac litanijs cum euangelio ſecundum Lucam, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſper-

Luc. 10.e

ſpernit, me ſpernit: ac hymno, Veni creator ſpiritus &c. cum verſiculo & collecta decantatis, aſsiſtentibus dominis legato Placentino & Firmano cardinalibus, cum triginta duobus alijs prælatis in eorum mitris planis & *pluuialibus exiſtentibus, & domino duce Vuilhelmo Bauariæ protectore huius ſacri concilij, venerabiles viri magiſtri Nicolaus Amici, & Hugo *Berardi, promotores huius ſacri Concilij, per organum magiſtri Hugonis ſuam petitionem fecerunt in ſcriptis, vt ſequitur.

*plumalibus

*Barardi

Promotores concilij dant petitionẽ.

Reuerendiſsimi patres & vos alij domini mei præſtantiſsimi, ſacroſanctum generale concilium in ſpiritu ſancto legitimè congregatum celebrantes, ac vniuerſalẽ Eccleſiam repreſentantes, cùm ex decreto tertię ſeſsionis huius ſacri concilij ſanctiſsimus dominus noſter papa Eugenius cum omni reuerentia & inſtantia fuerit per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti exhortatus, requiſitus ac monitus, quatenus prætenſam diſſolutionem huius ſacri concilij de facto reuocaret, ſicut de facto proceſſerat, quæ notoriè vniuerſalem ſcandalizat Eccleſiam & populum Chriſtianum, & ipſam reuocationem, quem admodùm & diſſolutionem fecerat, per diuerſas mundi partes tranſmitteret & publicaret, ab omniq; impedimento dicti concilij penitus deſiſteret, quinimo eidem (vt debebat) faueret & aſsiſteret, omniaq; præberet ſubſidia & auxilia opportuna, necnon infra trium menſium ſpatium peremptoriè præfixum & aſsignatum (ſi corporaliſ ipſius diſpoſitio pateretur) perſonaliter veniret: ſin autem, perſonam vel perſonas loco & vice ſui deſtinaret & tranſmitteret cum plenaria poteſtate ad omnia & ſingula in hoc concilio peragenda, vſq; ad totalem concluſionem ipſius, per omnes & ſingulos actus gradatim & ſucceſsiuè. Et dictus dominus Eugenius papa quartus, ea ſuper quibus monitus fuit, facere non curauerit, ſed in ſua prætenſa diſſolutione perſeuerauerit, & etiam perſeueret, ac omnem perturbationem & euerſionem huius ſacri concilij multipliciter moliatur, nec infra terminum præfixum venerit aut miſerit: idcirco nos promotores huius ſacri concilij producentes memoratũ decretum monitionis & citationis, ac executionem legitimè & debitè factam, petimus, ſupplicamus inſtantiſsimè & requirimus, dictum dominum Eugenium papam quartũ, per hanc ſacram ſynodum decerni & declarari contumacem in prædictis, atq; ad vlteriora debitè procedi, prout neceſsitates eccleſiæ Dei exigunt & requirunt, ac prout eſt diuini iuris pariter & humani. Deinde productis per eos monitione & citatione contra dominum noſtrum papam Eugenium modernũ & dominos cardinales cũm duobus inſtrumentis executionis eiuſdẽ, etiam petito & inſtanter requiſito, per ſacroſanctum concilium præfatum dominum noſtrum papam contumacem reputari, & ad vlteriora procedi, prædictus dominus epiſcopus Conſtantienſis præſidens, de mandato concilij iniunxit reuerendis in Chriſto patribus & dominis, dominis Petragoricenſi & Ratiſponenſi epiſcopis, vt interrogarent, ſi dominus noſter papa aut aliquis pro eo poteſtatẽ vel mandatum ſufficiens habens, eſſet in dicta ſeſsione, ſe repræſentaret. Qui quidẽ domini ambo epiſcopi, videlicet Petragoricenſis & Ratiſponenſis, primò ſuper gradus ante altare dictæ ſeſsionis ter eundẽ dominum noſtrum papam vocauerunt alta & intelligibili voce ſub his verbis: Eſt ne aliquis hîc pro domino Eugenio papa quarto cum legitima poteſtate, cuius contumacia nũc accuſata eſt? Compareat in hac ſeſsione publica. Similiter hoc idem fecerunt ter ante maius portale dictæ eccleſiæ. Deinde facta relatione per eoſdẽ dominos epiſcopos domino epiſcopo præſidenti, quòd neminem pro prefato domino noſtro papa reperierant, acceſſerunt ad dictam ſeſsionẽ nuncij & oratores ipſius domini noſtri papæ, videlicet domini Tarẽtinus & Coloſſenſis archiepiſcopi, epiſcopus Magalonenſis, & dominus Antonius de ſancto Vito, ſacri palatij cauſarum auditor. Et ipſis ſedentibus in eadem iuxta dominũ ducem protectorem, dictus magiſter Hugo alter promotorum, alio ſibi aſsiſtente, trina vice cum inſtantia petijt ab eiſdem dominis nuncijs & oratoribus, an haberent aliquod mandatum vel poteſtatem à domino noſtro Eugenio papa quarto. Qui reſponderunt, quòd erant ſimplices nuncij & oratores domini noſtri papæ. Et tunc ipſe promotor, attento quòd dicti oratores nullam faciebant fidem de mandato, nomine concilij proteſtatus eſt de nullitate actorum & agendorum per eoſdẽ. His itaq; peractis, dominus Magalonẽſis epiſcopus, alter dictorum nunciorum, narrauit ſe aliàs in principio ſui aduẽtus literas credentiales dominis hîc in Baſilea cõgregatis; exhibuiſſe & præſentaſſe. Et quòd illa quæ dicere intendebant, in eorum credentia, continebantur. Deinde dominus archiepiſcopus Tarentinus ibidèm quandam fecit ſupplicationem exhortatotiã, ſumens pro themate Obſecro vos in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis &c. ſupplicando iterum, quòd pro bono & vtilitate Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ad euitandũ ſcandala, domini dignarẽtur ſuperſedere in negocio proceſſus contra dominum noſtrum papam & cardinales. Qua ſupplicatione & requiſitione facta, & habita inter dominos aliquali deliberatiõe, dominus præſidens eiſdẽ dominis oratoribꝰ reſpõdit, quòd ſuper ꝓpoſitis per promotorẽ cõcilij, & per eoſdẽ dominos petitis, domini de ſacro cõcilio deliberarẽt, &

Eph. 4.e

tantum

tantum facerent, quòd totus mundus meritò de concilio prædicto deberet contentari. Et tunc dominus Colossensis archiepiscopus, de huiusmodi gratiosa responsione regratiatus est. Et his sic peractis, domini nuncij & oratores prædicti à loco publicæ sessionis recesserunt, & se absentârunt. Demum promotores concilij prædicti per organum magistri Hugonis (prout suprà) accusarunt contumaciam dominorum cardinalium, vt in schedula quam in suis tenebat manibus, continetur, videlicet: Item consimili modo accusamus contumaciam reuerendissimorum dominorum cardinalium, qui vigore dicti decreti moniti & citati fuerunt, procedi petentes ad vlteriora, vt suprà, Iordani episcopi Sabinensis, de Vrsinis vulgariter nominati, Antonij episcopi Ostiensis, Bononiensis vulgariter nuncupati, Hugonis episcopi Prænestini, de Cypro vulgariter nominati, Petri tituli sancti Laurentij in Celio monte presbyteri cardinalis, de Fuxo vulgariter nominati, Ioannis tituli sancti Laurentij in Lucina presbyteri cardinalis Rothomagensis, Ludouici tituli sanctæ Cæciliæ presbyteri cardinalis Arelatensis, Henrici sancti Eusebij presbyteri cardinalis de Anglia, Antonij tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis, Dominici tituli sanctorum Ioannis & Pauli presbyteri cardinalis Ilerdensis, Ioannis tituli sancti Petri ad Vincula presbyteri cardinalis, Ioannis tituli sancti Sixti presbyteri cardinalis, Vilhelmi sanctę Anastasię presbyteri cardinalis de Monte forti, Angeloti tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, Francisci tituli sancti Clementis presbyteri cardinalis Venetiarũ, Alphonsi sancti Eustachij diaconi cardinalis, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconi cardinalis de Comite, Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani cardinalis Nouariensis, Prosperi sancti Georgij ad velum aureum diaconi cardinalis de Columna. Tũc verò dicti domini Petragoricensis & Ratisponensis episcopi, de mandato sacri concilij vt suprà, ante altare ter, & ante valuas ecclesiæ etiam ter, eosdem dominos cardinales aut aliquos pro ipsis vocauerunt. Et facta eorum relatione de præmissis, quòd neminem inuenerunt, dominus auditor* domini legati surrexit in mediũ, & dixit, quòd paratum se offerebat, exhibere mandatum sufficiens coram dominis à concilio deputandis, pro quinque dominis cardinalibus vocatis, videlicet dominis de Cypro, Arelatensi, sancti Sixti, Rothomagensi, & de Monte forti: similiter allegare causas rationabiles, propter quas domini, Ilerdensis qui iam habitus est, in congregatione generali excusatus, nec non sancti Petri ad vincula, sancti Eustachij, de Fuxo, & de Anglia cardinales, meritò pro excusatis habebuntur. Præterea magistri Simon de Valle, & Ioannes de Rafusio ordinis Prædicatorum, pro & nomine domini cardinalis Bononiensis, dixerũt se habere mandatum sufficiens, & obtulerunt, se coram eisdẽ dominis deputatis producere velle. Similiter magister Laurentius de Rotella, obtulit se rationabilibus de causis excusaturum dominum cardinalem de Columna. Et tandẽ his peractis, concilium per organum domini præsidentis deputauit dominos Frisingensem & Bellicensem episcopos, qui viderent & examinarent producta per promotores & petita, nec nõ mandata dominorum cardinalium, ac huiusmodi excusationes audirent, & omnia concilio referrent. De quibus omnibus & singulis præmissis, prędicti promotores nomine concilij petierunt, & quilibet eorum petijt, ad perpetuam rei memoriam, sibi fieri à nobis notarijs & alijs vnum vel plura, instrumentum & instrumenta. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ &c. vt suprà.

* cardinalis

SESSIO SEPTIMA.

Sessio ista habita est die 6. Nouẽbris, tunc feria 4. anno 1432.

Quòd sedente concilio, vacante sede Apostolica, extra concilium non procedatur ad electionem.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Dudum hæc sancta synodus super electiõe Romani pontificis, in casu vacationis sedis Apostolicæ hoc sacro durante concilio, quoddam edidit decretũ huiusmodi sub tenore: Ad prouidentiæ spectat officium, perspicaci consideratione futura prospicere &c. vt habetur in quarta sessione, ideo non est necesse hic inferere.

Prorogatio temporis cardinalium veniendi ad concilium tempore vacationis Papatus.

Cùm autem ex eodem decreto apud aliquos exorta sit dubitatiõis occasio, ne tempus decem dierum ad intrandum conclaue præfinitũ, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, per constitutionem editam in generali concilio Lugdunensi, saltem à tempore notæ vacationis in loco huius concilij curreret & arctaret, quòd nimis rigidum videretur, & terminus nimis breuis propter multos ex eisdem cardinalibus, qui à loco ipsius concilij esse possent in remotis locis absentes: hæc sancta synodus cupiens omnem dubitationis materiam amputare, & ea quæ ad pacem & vnitatem ecclesiæ Dei sanctæ accommoda sunt, vigilanti studio prouidere, & tam in his quàm in omnibus quæ fidei catholicæ exaltationem, generalemq; reformationem & pacem populi Christiani concernere dinoscuntur, pro quibus est in Spiritusancto legitimè cõgregata, cum omni modestia debitaq; maturitate procedere, præsen-

præsentis decreti tenore decernit, quòd in casu vacationis sedis Apostolicæ præsente durante concilio, ante sexaginta dies à die vacationis continuè computandos, ad electionem Romani pontificis minimè procedatur.

Quòd papa non disponat de beneficijs cardinalium.

Statuit quoq; hæc sancta synodus, quòd de beneficijs cardinalium, qui contra præinsertum decretum aliquid præsumpserint attentare, statim posit per eos ad quos de iure cõmuni spectat liberè disponi per viam collationis, præsentationis, electionis seu cuiuslibet alterius prouisionis, etiam si essent ecclesiæ metropolitanæ, cathedrales, aut alia quæcunq; beneficia quocunq; nomine censeantur, quæ in titulum vel commendam à prædictis cardinalibus tenẽtur, reseruationibus Apostolicis specialibus aut generalibus, & alijs in contrarium facientibus, minimè obsistentibus. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, * octauo idus Nouembris, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

* Die Iouis 6. mensis Nouẽbris.

SESSIO OCTAVA.

Habita 18. Decembris 1432.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans.

Basileensis concilij sessio 3.

Cum iamdudum de mense Aprilis in huius sacri concilij sessione solenni editum & publicatum fuerit decretum huiusmodi seriei, Sacrosancta &c. Olim &c. quod quidẽ vocationis decretum debitè extitit executum, & in termino cõstituto solenni sessione celebrata sexta die mensis Septembris, per promotores huius sacri concilij fuerit ipsius domini Papæ & cardinalium absentium contumacia debitè accusata, ambasiatoribus ipsius summi pontificis tunc in hac ciuitate personaliter constitutis, qui quidem ambasiatores ad locum ipsius sessionis veniẽtes, magnis precibus à dicto sacro concilio petierunt, in procedendo contra dictum dominum Eugenium papam & cardinales supersederi: & licet secundum iuris ordinem, attenta magna dicti domini Eugenij & dictorum cardinaliũ contumacia, & multis supplicationibus & instantijs in dicto decreto memoratis, procedendũ fuisset ad declarandum ipsos esse contumaces, & alia iuris remedia opportuna: volens tamen agere cum omni mansuetudine & lenitate, & si fortè resipiscerent expectare, maximè attendens quòd charissimus Ecclesiæ filius Romanorum rex illustris & fidelis Ecclesiæ aduocatus, iugiter apud eundem dominum Eugeniũ & cardinales instabat ambasiatis, literis & tractatibus, vsq; in præsens superfedit ab vlteriùs procedendo. Cùm autem à die dictæ accusationis cõtumaciæ sint lapsi tres menses & vltrà, & etiam à die suæ prętensæ dissolutionis annus effluxit, ipseq; dominus Eugenius monitionibus supradictis sanctæ matris Ecclesiæ renuat obedire, sed in sua prætensa dissolutione huius sacri concilij perseueret, ipsum euertere & dispergere varijs modis satagens, & aliam congregationem sub nomine gẽneralis concilij indicere, in graue scandalum & damnum totius Ecclesiæ boniq; publici perturbationẽ, & decretorum sacri Constantiensis concilij contemptum & eneruationem, ac etiam fidei catholicæ detrimentũ, cùm hoc sacrum concilium ad extirpationem hæresum per Dei gratiam solicitudinem & operam præbuerit & præbeat, ex qua fructus optimus in proxima dispositione videtur: idcirco ad omnem superabundantem cautelam, suiq; omnem mansuetudinem & grauitatẽ ostendendum, & ipsum dominum Eugenium papam in magis manifesta contumacia constituendum, eundem per viscera misericordiæ Iesu Christi & sub obtestatione diuini iudicij admonet, exhortatur, & eidem ex parte omnipotentis Dei præcipit atque mandat, quatenus infra sexaginta dies ab hac die, præsentisq; decreti in valuis ecclesię Basileensis affixione, continuè subsequẽtes, dictas prętensas dissolutionem & conuocationẽ congregationis sub nomine concilij generalis publicè reuocet, & huic sacro cõcilio etiam purè & simpliciter adhæreat realiter & cum effectu, & deinde cætera in præinserto decreto contenta adimpleat cum effectu. Alioquin si infra prædictum terminum prædictas prætensas dissolutionem & conuocationem non reuocauerit publicè, & ipsi sacro concilio purè & simpliciter (vt præmittitur) non adhæserit, dicta sancta synodus absq; vlteriori monitione, requisitione, vocatione seu citatione cõtra ipsum super præmissis & omnibus alijs in concilio peragendis vsq; ad finem debitum inclusiuè procedet, prout Spiritussanctus dictauerit, & tam de iure diuino quàm humano fuerit procedendum: adijciens, quòd si dictus dominus Eugenius papa præmissis parére contempserit, & dicto termino sexaginta dierũ pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcunq; beneficia vel officia in fomentũ dictæ suæ prætensæ dissolutionis, & eneruationem, diminutionem seu impedimentum huius sacri concilij, de quo ipsius sacri concilij arbitrio iudicabitur, an factæ fuerint in fomentum, tales promotiones hæc sancta synodus cassat, irritat, & annullat. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna priuationis, quã ipso facto incurrant, omnium suorũ beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum &

num & gratiarum quarumcunq; etiam expectatiuarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac alijs ecclesiarum prælatis, officiarijs curiæ & clericis quibuscunq; in Romana curia existentibus, cuiuscunq; status & conditionis existant, quatenus in casu prædicto post lapsum dicti termini infra viginti dies proximè & immediatè sequentes, à curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino sub pœna prædicta ad hoc sacrum concilium, omni mora postposita, veniant. Patriarchæ verò, archiepiscopi, episcopi ac alij ecclesiastici, prout de iure vel cõsuetudine qui ad generale concilium tenentur, sub pœnis iuris iter suum sine fraude continuando, ad hoc sacrũ concilium veniant: reliqui verò qui ad generale concilium non tenentur venire, ad residendum & Deo seruiendum maneant in proprijs beneficijs: vel ad hoc sacrum generale concilium sine moræ dispendio & omni fraude cessante, se transferant, & accedant. Decernit tandem hæc sancta synodus, huius decreti publicationẽ in præsenti sessione factam, eiusq; affixionẽ in valuis maioris Ecclesiæ Basileensis habere vim monitionis, citationis & executionis, & ita vniuersos arctare, ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Insuper, prout in prioris monitionis edicto continetur, hæc sancta synodus declarat & protestatur, quòd nihilominùs huiusmodi dilatione sexaginta dierum pendente, cùm id rerum necessitas suadeat & qualitas agendorum, in vlteriori prosecutione concilij & agendorum in eo, procedere intendit ordinatè, debitè & maturè, nec propterea supersedere aliqualiter in processu. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, * decimoquinto Calendas Ianuarij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

* Die Iouis 18. Decembris

DECRETVM, QVOD VNICVM debet esse concilium.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Sicut vnica est Ecclesia sancta catholica, Christo ipsius spõso dicente, Vna est colũba mea, dilecta mea, & fidei articulo hoc profitente, cùm vnitas diuisionem non capiat: sic esse non potest nisi vnicum generale concilium, ipsam sanctam Ecclesiam catholicam repræsentans. Cùm ergo in hac ciuitate Basileensi decretis sacrorum generalium conciliorũ Constantiensis & Senensis, & duorum Romanorum approbatione pontificum, scilicet felicis recordatiõis Martini quinti, & Eugenij quarti, generale concilium institutum & stabilitum sit, & in Spiritusancto legitimè congregatum, isto durante concilio, constat aliud generale concilium alibi esse nõ posse. Quicunq; igitur hoc sacro durante concilio, aliam congregationem sub nomine generalis concilij erigere aut facere præsumpserit, non catholicæ Ecclesiæ concilium, sed schismaticorum conuenticulum erigere aut facere conuincitur. Idcircò hæc sancta synodus omnes Christifideles, cuiuscunq; status aut dignitatis, etiã si Papalis, imperialis vel regalis existant, sub obtestatione diuini iudicij, quod in Chore, Dathan & Abiron authoribus schismatis scriptura sacra commorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis contra schismaticos à iure indictis, districtè præcipit atque mandat, ne hoc sacro durante concilio, aliã congregationẽ sub nomine generalis concilij, quæ reuerà non esset concilium facere aut congregare, nec ad ipsam tanquã ad generale concilium, etiam prętextu cuiuscunque promissionis aut iuramenti, accedere vel interesse aut recurrere quoquo modo, neq; pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præsumant, etiam si iam indictum prętendatur, siue in futurum indici attentetur. Si qua verò persona ecclesiastica, etiã si sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, aut alia quæcunque cuiusuis status, gradus aut conditionis existat, Bononiam vel ad aliquem locum sub nomine generalis concilij, isto durante, præsumat accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & priuationis omnium beneficiorum, dignitatum, & officiorum & inhabilitationis ad ipsa, incurrat ipso facto. Et de dignitatibus, officijs & beneficijs talium, per eos ad quos de iure spectat, etiã si cathedrales aut metropolitanæ ecclesiæ fuerint, liberè disponatur.

Cant. 6. c

Num. 16. e Psalm. 105.

Decretum pro incorporatis, quòd eorũ beneficia conferri non possunt per Papam vel alium.

Ambitiosorũ accensa cupiditas, non contenta de acceptis beneficijs gratias non agere, & humanitatis in se iura violare, interdũ adeò exardescit, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruãt, & ita cuncta agunt, vt omni laude sint digni, subuertere moliatur, & à suis deijcere beneficijs, cùm tamen pro eorum bonis actionibus vt extollerentur, ampliùs dignum esset. Ideo opus est iuris prouidere remedijs, vt tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Quisquis igitur tantæ ambitionis fuerit, vt ecclesiam cathedralem, dignitatem, officium aut beneficium, pensionem vel commendam alicuius ex incorporatis seu incorporandis, postquàm fuerint iucorporati, seu adhærentibus huic sacro concilio, attentauerint à Romano pontifice vel

vel quouis alio impetrare, aut etiã acceptare, si motu proprio conferatur, non solùm iure, quod in tali ecclesia, dignitate, officio seu beneficio habere prætendit, sed etiam omnibus beneficijs sit ipso iure priuatus, & ad obtinendum in futurũ inhabilis. Si qui verò ante huiusmodi editionem decreti tales impetrationes aut attentationes habuerint, careant gratijs etiã proprio motu concessis.

Quòd papa non potest imponere nouas gabellas in terras Romanæ Ecclesiæ, & de non alienandis terris Ecclesiæ.

Cæterùm cùm ad notitiã huius sacrę synodi fide dignorum sit relatione deductum, quòd dictus dominus Eugenius papa super alienandis nonnullis ciuitatibus, castris & terris Ecclesiæ Romanæ & aliarum ecclesiarum, habuit & habet diuersos variosq; tractatus, quæ quidem alienationes in fomentum dictæ prætensæ huius sacri concilij dissolutionis, & ipsius concilij eneruationem fieri moliuntur, & in damnum & iacturam patrimonij beati Petri aliarumq; ecclesiarũ cederent manifestè: idcircò his & aliãs ex bonis & iustis causis, quæ ad hoc cuiuslibet rectè sentientis animum inducere debent, hæc sancta synodus eidem domino Eugenio omne alienationis, infeudationis & impignorationis genus bonorum immobilium, ac etiam mobilium precioforum & iurium Ecclesiæ Romanæ, & aliarum ecclesiarum quarumcunq;, necnon authorizationem alienationum bonorum immobilium & iurium aliarum ecclesiarum, omnemq; indictionem seu impositionem nouarum gabellarum, & aliorum onerum in alma vrbe Romana & alijs terris ecclesiæ Romanæ, necnon impositionem cuiuscunq; grauaminis seu subsidij sub nomine decimæ vel quocunq; alio nomine censeantur, penitus interdicit, omnesque alienationes, infeudationes & impignorationes de eisdẽ bonis immobilibus, & iuribus ecclesiæ Romanæ & aliarum ecclesiarum, & authorizationem huiusmodi per dictum dominum Eugenium factas & fiendas, ac gabellas & alia onera per eundem dominũ Eugenium impositas seu imposita, cassat, reuocat, irritat, & annullat adeò, vt nec ius aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam pariant. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, decimoquinto Calendas Ianuarij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringẽtesimo trigesimosecũdo.

Die 22. Ianuarij, anno 1433.

SESSIO NONA.

In qua concilium recipit Sigismundum Imperatorem.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congrega-

ta, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Inter iustitiæ opera nil iustius, nilque dignius esse constat, quàm eos qui pro vniuersalis Ecclesiæ vtilitate solicitudinis studia vtilesq; labores impendunt, ac purò mentis affectu solertibusque vigilijs ecclesiastica iura tuentur, ipsius Ecclesiæ munire præsidijs, aduersus ea præsertim incommoda, quæ in eos pro impensis Ecclesiæ Dei obsequijs moliuntur. Cùm itaq; charissimus Ecclesiæ filius & eiusdem fidelissimus aduocatus Sigismundus, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. rex, pro vniuersalis Ecclesię vtilitate, huius sacri concilij generalis ipsam repræsentantis protectionem in se suscipiens, ipsiq; constanter adhærens, suæ laudabilis solicitudinis studijs virtuosisq; laboribus, tam cum domino Eugenio papa quarto, vt attentatam dissolutionem ipsius concilij reuocando, ipsi concilio adhæreret, quàm etiam cum Christianitatis principibus & prælatis, dominisque & communitatibus, ipsius sacri concilij fauorem & augmentum studuerit & studeat multifariè promouere: idcircò dignæ gratitudinis vicem rependens hæc sancta synodus, eundem sub specialis protectionis suæ munimine suscipit, necnon quoscunq; processus, etiam priuationem regnorũ, prouinciarum, dominiorum, honorum & quarumlibet dignitatũ forsan continentes, contra præfatum Romanorũ regem factos, aut etiã sub censuris & pœnis ecclesiasticis aut alijs quibuscunq;, per ipsum dominum Eugenium papam aut alium eius nomine prolatos, vel in posterum quouis modo faciendos, aut etiam proferendos, authoritate omnipotentis Dei cassat, irritat, & annullat, ac, si decęterò attententur, fieri nunc pro tunc cassos & nullos esse decernit, ac nullius existere roboris vel momenti. Vniuersis autem Christifidelibus etiam sub pœnis latæ sententiæ excommunicationis & priuationis dignitatis cuiuslibet ecclesiasticæ vel mundanæ interdicit, ne quispiam ipsi domino Eugenio papæ aut alteri eius nomine, circa processus huiusmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni quouis modo obedire vel parére præsumat. Quinimo præfato regi quilibet obediat, & parére teneatur, sicut priùs de iure tenebatur, ac si dicti processus nunquam emanassent, vel etiam emanarent.

In eadem sessione cassat synodus processus contra ducem Vuilhelmũ protectorem concilij, & alios adhærentes concilio.

Et insuper pari modo quoslibet processus per præfatum dominum Eugenium papam aut alium eius nomine, contra quoslibet alias personas cuiusuis gradꝰ, status, præeminentiæ & honoris extiterint, etiam si regali, reginali, ducali aut alia quauis præfulgeant

geant dignitate, & præsertim contra dilectũ Ecclesiæ filium nobilem virum Vuilhelmũ ducem Bauariæ, huius sacri concilij nomine præfati regis Romanorum protectorem, necnon ciuitates, vniuersitates quarumcunque ciuitatum & terarum, & maximè Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectas, vicarios quoq;, rectores gentium, armigerorum & capitaneos officiales & singulares personas earundem, huic sanctæ synodo adhærentes factos & prolatos, vel in posterum faciendos aũt proferendos, etiã contra similes personas, ciuitates & vniuersitates, quæ in futurum adhærebunt, postquàm adhæserint, hęc sancta synodus cassat, irritat & annullat; & si in futurum fieri attententur, nunc pro tũc cassos & nullos esse decernit, ac nullius existere roboris vel momenti. Vniuersis quoq; Christifidelibus, etiam sub simili pœna latæ sententiæ excommunicationis & priuationis dignitatis cuiuslibet ecclesiasticæ vel mũdanæ interdicit, ne quispiam ipsi domino Eugenio papæ aut alteri eius nomine, circa processus huiusmodi factos vel fiendos, aut eorum executioni quouis modo obedire vel parére præsumat. Celebrata fuit hæc sessio die vigesimasecunda Ianuarij, Anno domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio. Lecta & publicata per reuerendum patrem & dominum, dominum Franciscum Episcopum Cumanum, celebrante reuerendo domino patriarcha Antiocheno.

bum alta & intelligibili voce legit, & solenniter publicauit.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Pridem in octaua sessione huius sacri concilij in decreto citationis domini Eugenij papæ quarti, clausula quædam infrascripti tenoris adiecta fuit, videlicet adijciens, quòd si dictus dominus Eugenius papa præmissis parére contempserit, & dicto tempore sexaginta dierũ pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcunque beneficia vel officia, in fomentum dictæ suæ prætensæ dissolutionis, & eneruationem, diminutionem seu impedimentum huius sacri concilij, de quo ipsius sacri concilij arbitrio iudicabitur, an factæ fuerint in fomentum, tales promotiones, hæc sancta synodus cassat, irritat, & annullat. Hanc autem clausulam pro tuitione huius sacri concilij & personarum eidem adhærentium, hæc sancta synodus extendit, & vires habere vult, vsquequò per ipsam sanctam synodum super hoc aliter fuerit ordinatum.

Extensio decreti quod incipit, Ambitiosorum.

Ex eadem etiam causa decretum illud, quod incipit, Ambitiosorum &c. in eadem sessione promulgatum, hæc sancta synodus extendit ad personas collegiorum, capitulorum, monasteriorum & conuentuum seu alias quascunq;, quæ aliquem admittere seu recipere præsumpserint in possessionem dignitatum, officiorum vel beneficiorum personarum, quæ in dicto decreto exprimuntur.

Accusatio contumaciæ papæ.

Deinde dictis decretis pronunciatis, promotores præfatæ sanctæ synodi, per oraculum magistri Henrici de Behenheym officialis curiæ Basileensis &c. contumaciam domini nostri papæ Eugenij quarti accusarũt, prout in schedula continetur, cuius tenor sequitur, & est talis: Reuerendissimi reuerendiq; patres & domini, cùm iamdudum de mense Aprilis proximè præterito, in publica sessione hæc sancta synodus exorasset, monuisset, ac debitè omni cũ instantia humiliter requisiuisset dominum Eugenium papam quartum, vt illam suam prætensam dissolutionem huius sacri concilij aliâs per ipsum factam, sicut de facto processerat, de facto etiã reuocare deberet, ac ipsam etiam reuocationem, quemadmodùm & dissolutionem huiusmodi prætensam, per diuersas mundi partes transmitteret & publicaret, ac ipsi sacro concilio Basileensi (sicut tenebatur) assisteret fauoribus opportunis, fuerit quoque statutus exinde sibi terminus quatuor mensium ad veniendum personaliter, vel

SESSIO DECIMA.

Die 19. Februarij, 1433.

ANNO domini millesimo quadringentesimo tricesimotertio, indictione vndecima, die verò Iouis decimanona mensis Februarij, celebrata fuit sessio decima in naui ecclesiæ Basileensis. In qua post Missam de Spiritusancto per reuerendum in Christo patrem dominum Matthæum episcopũ Albinganensem solenniter decantatam, orationibusq;, litanijs, euangelio secundum Matthęum, Dixit Simon Petrus ad Iesum, Eccè nos reliquimus omnia &c. alijsque suffragijs cum hymno, Veni creator spiritus, decantatis, assistentibus & præsentibus in eadem quadragintasex prælatis in mitris eorum planis, de quorum numero tres presbyteri & duo diaconi cardinales in vtrisque lateribus collocati extiterunt. Necnon illustrissimo principe domino Vuilhelmo duce Bauarię &c. huius sacri concilij protectore, vnà cum alijs quàmplurimis honorabilibus vtriusq; tam spiritualis quàm secularis status personis, ex iniuncto sibi mandato pro parte ipsius sacræ synodi, reuerendus in Christo pater dominus scilicet *Crimanus episcopus ambonem ad hoc ordinatum ascendẽs, decreta infrascripta de verbo ad ver-

Matth. 19. d

*Germanus
*Cumauus

vel alias personas idoneas mittendũ ad hoc sacrum concilium cum plena potestate ad omnia & singula peragẽda in hoc sacro concilio, prout hæc latiùs in decretis ipsius sanctæ synodi continentur, & dicto termino quatuor mensium adueniente, fuerit per nos sæpedictæ sacræ synodi promotores & procuratores, ac nomine eiusdem coram vestris reuerendissimis paternitatibus ipsius domini Eugenij, nullatenus in præmissis parentis, cõtumacia debitè accusata, petitumque ipsum contumacem declarari. Etlicet tunc sancta synodus solita vtens mansuetudine, huiusmodi petitionem nostram non spreuerit, neq; contumaciam petitam declarauerit, producta tamen nostra assumens, interloquendo se deliberare velle decreuit. Quæ quidem deliberatio per tres menses exinde subsequentes perdurauit, per quos hæc sancta synodus ad omnem eius grauitatem & mansuetudinẽ in procedendo clarè ostendendum, ipsi domino Eugenio expectato, si fortè resipisceret in præmissis, nec tamen adhuc parente, die decimooctauo mensis Decembris proximè præteriti in publica sessione cùm adhuc viderent præfatũ dominum Eugenium in priori sua contumacia perdurare, ac etiam quod longè deterius erat, hoc sacrum concilium subuertere varijs modis satagere, necnon quandã congregationem sub nomine generalis concilij in præiudicium & euersionẽ huius sacræ synodi indicere, ipsum per suum decretum solenne iteratò ad superabundantem cautelam, & vt in magis manifesta constitueretur contumacia, omni cum reuerentia admonuit, exhortata est, ac eidem ex parte omnipotentis Dei præcepit atq; mãdauit, quatenus infra sexaginta dies à dicta die decimaoctaua mensis Decembris subsequentes, prædictas prætensas dissolutionẽ & conuocationem cõgregationis sub nomine generalis cõcilij publicè reuocaret, huicq; sacro concilio publicè purè & simpliciter adhæret, realiter & cum effectu: alioquin hæc sancta synodus absq; vlteriori monitione seu citatione contra ipsum super præmissis & omnibus alijs in ipso sacro cõcilio peragendis vsq; ad finem debitũ inclusiuè procederet, prout Spiritussanctus dictaret, & tam de iure diuino quàm humano foret procedendum. Verùm reuerendissimi reuerẽdiq; patres & domini, cùm præfatus dominus Eugenius, dictis sexaginta diebus iam elapsis, ꝑ vltimo & peremptorio termino sibi quo ad præmissa assignatis, circa omnia & singula sibi per hanc sacram synodum (vt est præmissum) præcepta & mandata negligentem se reddiderit, & minimè paruerit, imò in eius priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perseueret & perduret, nos duo, magister Hugo & ego, promotores & procuratores prædicti, ad probationem & iustificationem omnium & singulorũ præmissorum pridiè in generali congregatione in domo Prædicatorum decimaseptima huius mensis habita, producentes & repetẽtes omnia & singula instrumẽta & decreta, acta *actitata, & munimenta in præmissis faciens- for. *acta, & tia, & maximè primæ monitionis & requisitionis cum executione earundem debitè facta, necnon eiusdẽ domini Eugenij contumaciam aliâs accusatam, ac decretum huius secundæ citationis cum eius debita publicatione & executione, prout hæc omnia latiùs apud acta hui⁹ sanctæ synodi sunt conscripta, præfati domini papæ contumaciam accusauerimus, debita cum instantia requirentes, vt eundem vestræ reuerendissimæ paternitates pro contumace haberi vellent & reputari: contraq; eundem super præmissis & omnibus in hoc sacro concilio peragendis vsq; ad finem debitũ inclusiuè, sine vlteriori citatione, prout Spiritus sanctus dictaret, procedere: necnon certam diem pro sessione publica habẽda ad huiusmodi contumaciam solenniter accusandã deputare, & locum congregationis generalis fore habilem pro huiusmodi actu contumaciæ accusatæ, declarare dignarentur: vestræq; reuerendissimæ paternitates post nonnullas deliberationes dictum locum congregationis ad hoc habilem & idoneum ad præmissa decernentes & declarãtes, pro præmissa contumacia per nos accusanda, hanc diem necnõ & sessionem publicam præsentem nobis misericorditer statuere & assignare decreuistis, prout hæc omnia in supradictis actis huius sacri cõcilij pleniùs continẽtur, ad quæ, quo ad hoc, nos referimus. Vndè reuerendissimi reuerendiq; patres & domini, iuxta prædictam sessionis publicæ assignationẽ, nobis (vt præfertur) gratiosiùs concessam, nos prædicti promotores iteratò cũ ea qua possumus & debemus instantia, apud reuerendissimas dominationes vestras & coram hoc sacro concilio, præfati domini Eugenij papæ super omnibus & singulis in dictis citationum decretis contentis, contumaciam accusamus, petentes & eadem cum instantia requirentes, vt reuerendissimæ paternitates vestræ (ꝓut iustitia suadet, & ordo iuris postulat & rationis) declarent ipsum dominũ Eugeniũ in præmissis contumacem, ac pro tali eum habeant & reputẽt. Et insuper contra ipsum super præmissis & omnib⁹ alijs in hoc sacro cõcilio peragendis vsq; ad finem debitum inclusiuè, sine vlteriori citatione (prout Spiritussanctus dictauerit) & de iure diuino paritèr & humano fuerit procedendum, procedi, ac prout in huius sacræ synodi decretis pleniùs continetur. Qua siquidẽ cõtumacia (sicut præfertur) in scriptis accusata, reuerendissimus pater dominus cardinalis legatus *pro & nomine sacri concilij for. *pro se & iniunxit reuerendis patribus dominis Vti-

censi & Nouarienſi epiſcopis, quatenus ad valuas eiuſdem eccleſiæ irent, ad inquirendũ vtrùm ſanctiſſimus dominus noſter Eugenius papa quartus, cuius cõtumacia nunc per promotores fuit accuſata, aut aliquis alius eius nomine eſſet ibidẽ, qui vellet comparére coram ſacroſancta ſynodo ibidẽ exiſtente, facturus & adimpleturus illa ad quæ per duas citationes ſeu monitiones citatus ſeu monitus fuit. Qui quidem duo domini epiſcopi de mandato quo ſuprà, aſſumptis etiam nobis notarijs infraſcriptis, ad eaſdẽ valuas iuerũt, altaq; & intelligibili voce per organũ præfati domini epiſcopi Nouarienſis trina vice proclamauerunt, inquirentes prout eiſdem per dictum dominũ legatum nomine dicti ſacri concilij fuerat iniunctũ, petentes à nobis notarijs publicum inſtrumentũ ad perpetuã rei memoriam, &c. Qua ſic facta trina proclamatione, nemineq; pro dicto domino Eugenio cõparente, ad præſentiam eiuſdem ſacri concilij in eadem eccleſia cõſtituti, redeuntes, retulerunt, prout ſuprà, proclamaſſe, nec aliquẽ nomine prædicti domini Eugenij coram eis comparuiſſe. Poſt quam quidem relationem promotores ſacri concilij per organum domini officialis Baſileenſis proponentes, dixerunt in effectu ſimilia verba: Reuerendiſſimi reuerendiq; patres & domini, audiuerunt veſtræ reuerendiſsimæ paternitates relationem per dominos Vticenſem & Nouariẽſem epiſcopos factam, & quia præfatus dominus Eugenius, licet debitè vocatus & expectatus, per ſe vel alium nõ comparuit, prout neq; comparet, eius contumaciam iterum & ex ſuperabundanti accuſarunt, trina vice petentes ipſum per ſacrũ concilium pro contumace reputari, & declarari, reproducentes & repetentes acta & decreta huius ſacri concilij Baſileenſis, necnon duas citationes & earũ exe cutiones, vnà cum omnibus actis & actitatis in huiuſmodi cauſa, petẽtesq; diem certam pro ſeſsione publica ſuper huiuſmodi declaratione fienda, eiſdem aſsignari. Quibus petitis, dominus cardinalis legat⁹ & præſidens generalis dicti ſacri concilij & nomine eiuſdem, verba ſua dirigens ad ipſos promotores, dixit: Venerabiles promotores, audiuit hæc ſancta ſynodus relationem factam per præfatos dominos epiſcopos & petitionem veſtram, idcircò hæc ſancta ſynodus iudices huius ſacri concilij deputat & ordinat ad videndum & ad examinandum proceſſum factum contra eundem dominum Eugeniũ, & referant in congregatione generali. Qua facta relatione, ſacrum conciliũ deliberabit ſuper declaratione cõtumaciæ & alijs in huiuſmodi cauſa peragendis, ac in ſeſsione ſuper hoc decernenda vobis reſpondebit. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis ſupradicti promotores & eorum quilibet, ad perpetuam rei memoriam, petierunt & petijt à nobis notarijs fieri vnum vel plura, publicum * & publica inſtrumenta. Datum in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, die Iouis 19. menſis Februarij, anno à natiuitate domini 1433.

for.* vel publica, inſtrumentũ vel

SESSIO XI.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Quoniam frequens generalium conciliorum celebratio tanquam agri dominici præcipua cultura, vniuerſalem Eccleſiæ ſtatũ concernit, ideo ſumma cum diligentia intendendum eſt, vt cunctis obſtaculis quæ tam ſalubrem inſtitutionem impedire poſſent, accuratè obuietur. Inhærens igitur hæc ſancta ſynodus ordinationi decreti concilij Conſtantienſis, quod incipit, FREQVENS, cupiensq;, ne ſcandala quæ (prohdolor) diebus noſtris contigerunt, futuris temporib⁹ in perniciem Eccleſiæ repullulent, ſtatuit & decernit, vt Romanus pontifex, qui primus in vinea domini laborare, & alios ſuo exemplo ad laborandum trahere tenetur, per ſe vel legatum de latere aut legatos, eligendum vel eligendos de conſilio & aſſenſu non auriculari duarũ partium cardinalium, in concilijs generalibus debeat intereſſe: necnon omnes & ſingulæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ de iure vel conſuetudine generalibus concilijs adeſſe debent, deinceps ad ipſa generalia concilia tam vigore ipſius conſtitutionis, FREQVENS, indicta, quàm huius ſacri concilij Baſileenſis, vel alterius futuri legitimè cõgregati authoritate indicenda, ſine alia vocatione venire perſonaliter aſtringantur, niſi legitimo detineantur impedimento: quo caſu, perſonas idoneas cum ſufficienti mandato deſtinare teneantur. Quòd ſi ipſe Romanus pontifex, & aliæ prædictæ perſonæ hoc facere neglexerint, aut ipſum conciliũ quoquo modo de facto impedire, mutare, ,progare, diſſoluere, operam dederint, & infra quatuor menſes cum reali ſatisfactione non reſipuerint, ex tunc Romanus pontifex à Papali, & prædictæ perſonæ à ſuarum dignitatum adminiſtratione ſint ipſo facto ſuſpenſi. Quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrũ concilium ipſo iure deuoluatur. Quòd ſi pœnas prædictas per duos menſes poſt dictos quatuor animo ſuſtinuerint indurato, contra tam Romanum pontificem quàm prædictas perſonas, vſq; ad priuationem incluſiuè, per concilium generale procedatur.

Conſtantienſis concilij ſeſſ. 39.

Quòd liberum ſit cuilibet venire ad concilium.

Statuit quoq; hæc ſancta ſynodus, vt non obſtante quacunq;, etiam Romani pontificis prohibitione, omnibus quibuſcunque cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtant, etiam

tiam ſi ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, liberum ſit ad generalia concilia proficiſci. Quodq; ipſe Romanus pontifex ad ipſa concilia generalia accedere volentibus, & præſertim prædictis cardinalibus, licentiam (ſi petierint) impartiri teneatur.

Declarat concilium, verbum de prorogatione concilij: & caſſat attentata in contrarium, vel attentanda in futurum.

Declarat quoq; hæc ſancta ſynodus, verba illa, videlicet, Nullatenus prorogetur, in dicto decreto poſita, ita prohibitiuè intelligi, vt etiam per Papam prorogari nõ poſsit. Quodq; concilium actu congregatum, diſſolui aut de loco ad locũ mutari ſine ipſius concilij expreſſo conſenſu, per Romanum pontificem nullatenus poſsit, caſſatq;, irritat, & annullat, ſi quid forſitan contra hæc vel etiam in derogationem aut impedimentum ipſius concilij generalis, perſonarumq; & prælatorum ac ſuppoſitorum eiuſdẽ, per priuationem, translationem, cenſuras q; eccleſiaſticas, vel aliter quomodolibet in futurum contigerit attentari.

Quòd nõ diſſoluatur, aut mutetur concilium, niſi de conſenſu duarum partium cuiuslibet &c.

Statuitq; ex certis rationabilibus cauſis, vt præſens Baſileenſe concilium per neminem, etiã ſi Papalis fuerit dignitatis, diſſolui aut de loco ad locum mutari poſsit, niſi de expreſſo conſenſu duarum partium cuiuslibet deputationis, votis ſingulorum ſcrutatis, ſubſequentiq; approbatione duarũ partium cõgregationis generalis, ſimiliter ſcrutatis votis ſingulorum, ac demum in ſeſsione publica facta declaratione. Obſecratque per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, & per aſperſionem ſui ſanguinis precioſi omnia ſuppoſita huius ſacri concilij tam præſentia quàm futura obteſtatur, vt ante completam reformationẽ in capite & in membris, quantum rationabiliùs fieri poterit, nullatenus diſſolutioni conſenſum præſtent, nec loci mutationem fieri permittant, niſi ex cauſis iuſtis & manifeſtis.

Quòd locus concilij eligatur per menſem ante diſſolutionem, & declaratur verbum illud, In decennium.

Iuxta ipſius Conſtantienſis concilij ordinationem, vult omnino ſaltem per menſem ante tempus diſſolutionis eligi locum pro futuro celebrando concilio, declaratq; ad abundantem cautelam, verbũ illud, IN DECENNIVM, in prædicta poſitum conſtitutione, ſic intelligi debere, vt decennium totaliter compleatur, & eo integrè completo, ex tunc facultatem concilij generalis celebrandi incipere. Quòd ſi caſu aliquo contingat, eos qui concilijs generalibus intereſſe tenentur, in principio temporis non aduenire, declarat, non propterea dictam concilij celebrandi facultatem expirare, ſed vt* quantocitius commodè fieri poterit, celebretur. Ne autem diu differri poſsit, ſtatuit, vt per xx. dies ante prædictum decennij tempus completum, vel aliud, ſi forſan ex cauſa per concilium præfigi contingat, Romanus pontifex per ſe vel legatum aut legatos ſuos, necnon archiepiſcopus, in cuius prouincia vel diœceſi fuerit concilium celebrandum, & omnes prælati vicini loco celebrationis concilij per quatuor dietas vulgares, ceſſante impedimento canonico, in proprijs perſonis: vel eo obſiſtente, per viros idoneos ad hoc vicarios conſtitutos, adeſſe teneantur, vt de loci diſpoſitione & alijs præparatorijs concilij valeant habere tractatum. Die autem inchoationis concilij generalis præfinita, hi qui ibidem fuerint, Miſſam de Spiritu ſancto ſolenniter celebrent, & concilium ex eo die ſtabilitum & inchoatum eſſe efficaciter cenſeatur. Verùm propter multas neceſsitates quæ cõtingere poſſunt venientibus ad concilium, exhortatur hæc ſancta ſynodus eos qui tunc præſentes fuerint, vt ad ardua negocia concludenda, niſi decenti expectatione abſentium moderata, congruo interuallo temporis non procedant, ſed ſic diuino timore præuio procedatur in cunctis cum debita grauitate, ſicut tanta magnitudo negociorum vniuerſalis Eccleſiæ exigit & requirit. In his autem caſibus, in quibus ſecundum ſtatutum decreti Conſtantienſis, Papæ licet locum futuri concilij de conſenſu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium mutare, ſtatuit, vt ſi papa id facere negligat, collegiũ cardinalium hoc ſuppleat, ita tamen, vt duæ partes ipſorum cardinalium conſentiant, ſeruando nihilominùs modum qui in dicto capitulo, FREQVENS, continetur. Ipſam autem loci mutationem, ſi fieri contingat, iurabunt dicti cardinales, ſecundum Deum & conſcientiam ſuam illam facere, & ex cauſis manifeſtis in capitulo, FREQVENS, contentis.

* quantocius

Conſtantienſis concilij ſeſſ. 39. vbi ſuprà.

Quòd electores Papæ, ante ingreſſum conclauis iurent, quòd ſi quis eorum eligatur, ſeruabit dicta decreta.

Vt præmiſſa faciliùs executioni demandentur, ſtatuit ipſa ſancta ſynodus, quòd electores Romani pontificis ante ingreſſum conclauis iurare, Deoq; & Eceleſiæ promittere teneantur, quòd ſi contingat aliquem ex eis in Papam aſſumi, præmiſſa ſũpradicta decreta, ſtatuta & ordinata ſeruabit, & pro poſſe adimplere realiter & cum effectu curabit, adijciens quòd quicunque in Romanum pontificem futuris deinceps temporibus aſſumetur, inter alia quæ profiteri debet, iuxta decretum concilij Conſtantienſis, quod incipit, Quanto Romanus pontifex

In ſeſsione Cõſtan. 39.

tifex &c. iuret etiam præsens decretum efficaciter obseruare. Quam quidem professionem teneatur posteà in primo publico consistorio de nouo facere, profiteaturq́;, si eorum quæ in hoc decreto continentur, fuerit violator, necnon ratione cuiuslibet notorij criminis Ecclesiam scandalizantis, iudicio generalis concilij se esse subiectum. Hancq́; professionem tam ipse quàm collegium cardinalium inserant literis, quas de noua assumptione Papæ per orbem de more transmittent.

Quòd publicetur hoc decretum in synodis.

Vt tam salutaris ac necessarij decreti nullus possit ignorantiam prætendere, mandat hæc sancta synodus in virtute sanctæ obedientię omnibus metropolitanis episcopis, vt in prouincialibus & synodalibus concilijs, prælatis religionum in suis capitulis generalibus huiusmodi decretum legi faciant & publicari.

Concilium cassat iurisdictionem factam curialibus Romanę curię, ne veniant ad ipsum concilium.

Cùm liberũ esse debeat omnibus, ad hoc sacrum concilium generale, quod vniuersalem repræsentat Ecclesiam, proficisci, & consequenter quicquid in contrariũ quacunq; authoritate etiam si Papali, statuatur, irritum sit censendum: ideo hæc sancta synodus cassat, irritat, & annullat quæcunque mandata, etiam sub censuris, priuationibus beneficiorum & officiorum, inhabilitationibus ad eadem, & alijs quibuscunq; pœnis facta & fienda, tam per dominum Eugeniũ papam quartum, quàm eius camerarium vel alium eorum authoritate, curialibus & officialibus Romanę curiæ, vel alijs quibuscunque personis, cuiuscunq; status & dignitatis existant, ne de curia Romana recedant, per quæ facultas ad hoc sacrum concilium veniendi, tolli, impediri, vel restringi quomodolibet posset. Datum Basileæ in sessione publica celebrata in ecclesia maiori Basileensi, quinto Kalendas Maij, Anno à natiuitate domini 1433.

Die 14. Iulij, tunc fœria tertia, 1433.

SESSIO DVODECIMA.

Decretum citationis contra Papam.

Constantienſis concilij ſeſſ. 39.

SAcrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Sancta catholica Ecclesia in sacro Constantiensi cõcilio conueniens, cùm animaduerteret neglectũ sacrorum conciliorum, præteritis temporibus occasionem fuisse hæresum, errorum, schismatum ac plurimarum deformitatum in populo Christiano, ipsorumq́; conciliorum frequentationem, optimum fore dictarum pestium ac malorum antidotum, diuina inspiratione instituit, deinceps certis modo & tempore generalia concilia celebrari. Priùs autem ne quisquam de ipsorum conciliorum potestate hæsitaret, declarauit concilium generale catholicam Ecclesiam repræsentans, potestatem à Christo immediatè habere, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, atque ad generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. Quodq́; eius mandatis, statutis, ordinationibus & præceptis super præmissis seu ad ea pertinentibus, quicunq; etiam si Papalis fuerit dignitatis, obedire contumaciter contemnens, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciendus est & debitè puniendus, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Authoritate igitur memorati Constantiensis concilij, ac deinde ex instituto sacri concilij Senensis, approbationeq́; felicis recordationis Martini papæ quinti, & moderni domini Eugenij papæ quarti, hæc sancta synodus Basileensis legitimè congregata, ad opus generalis reformationis Ecclesiæ in capite & in membris, necnon ad extirpationem hæresum, omni cum diligentia in suo primordio procedere decreuit. Sed quoniam absq; pace Christianorum principum hæc duo sanctissima opera non facilem executionem habere poterant, professa est etiam ad pacem concordiamq́; Christiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodùm hactenus fecit, fecissetq́; vberiùs ac fortè feliciùs, nisi grauib⁹ fuisset per præfatum dominum Eugenium obstaculis impedita. Et quoniã inter Christianos nemo est, cuius pro sua dignitate magis interfit quàm summi pontificis, huiusmodi sacris operibus intendere, hæc sancta synodus à suæ congregationis initio dominum Eugenium per binas ambasiatas cum magna instantia deprecata est, vt suas operas consiliaq́; & auxilia ad ipsam synodum fouendam & promouendã vellet impendere. Cùm verò ab ipso domino Eugenio Papa pro suo pastorali officio omne genus subsidij & suffragij speraremus, lugubri nuncio ad nos perlatum est, hoc sacrum concilium tam solenniter institutum, & pro tam necessarijs negocijs congregatũ, in publico consistorio de facto, cùm de iure non posset, tentasse dissoluere. Quod nos audientes, tristitia consternati, magnoq́; mœrore confecti sumus. Nec modò nos sacrum concilium celebrantes huiusmodi prætensa dissolutio supra modum scandalizauit, sed & omnem populum Christianũ, qui tam sanctorum operum felicem exitũ magno cum desiderio expectabat. Existimans tũc hæc sancta synod⁹, siniſtris informationib⁹ ipsum dominũ Eugenium fuisse circunuentũ, mox ad eum venerabilem episcopũ Lausanen. & decanum Traiecten. oratores destinauit, eidẽ ostensuros causas prætensæ dissolutionis à veritate procul esse, supplicaturosq́; vt cùm huiusmodi res grauiter ac notoriè Ecclesiam perturbaret, plurimæq́; in Christiano populo exindè calamitates secuturæ essent, ipsam dissolutionem tam scandalosè factam, omnino reuocaret, & huic sanctæ synodo, sicut dignitatem suam decebat, cum effectu adhæreret. Sed ipsorum oratorum rationibus ac precibus nequaquam motus, eos ad nos vacuos remisit. Quod tam graue ac notoriũ scandalum hæc sancta synodus ferre non valens, ipsum dominum Eugenium in publica sessione monuit, vt infra quatuor menses prætensam dissolutionem tot scandalorum causam, penitus aboleret. Interim autem & post charissimus Ecclesiæ filius Sigismundus Romanorũ Imperator illustris tanquã Ecclesię fidelis aduocatus, pluribus notabilibus ambasiatis ac crebris literis ipsum dominum Eugeniũ humilimè deprecatus est, vt ab huiusmodi ecclesiæ perturbatione omnino desisteret. Idipsum etiam zelo fidei & ecclesiæ succensi quã plures reges & principes, cardinales ac prælati, tã in curia Romana quàm extra, rogando, obsecrãdo, monendo, sedula cum instantia fecerunt. Et quidẽ tot preces & requisitiones vndiq; sibi porrectę sunt tã piè, humiliter & deuotè, vt (quod dolenter referimus) si pax & tranquillitas ecclesiæ sibi fuisset cordi, nullatenus dissentire potuisset. Circa autem ipsorum quatuor mensium exitum ad nos quatuor oratores transmisit, non vt emendarent, sed errata defenderent, nosq; increparẽt, quòd mox suæ prętensæ nõ paruissemus dissolutioni. Quibus per responsiones huius sacri concilij, veritas tam iuris diuini & humani, quod sine consensu cõcilij dissoluere nequiuerat, quã facti, quòd causæ prætensæ dissolutionis verę non fuerant, extitit luce clariùs patefacta. Transactis his quatuor mẽsibus, cùm in publica sessione promotores sacri cõcilij ipsius domini Eugenij contumaciã accusantes, eum contumacem declarari peterent, sancta synodus à dictis oratoribus exorata, vt supersedere dignaretur pro tũc, & vsq; ad tres menses posteà distulit. Et cùm interim nulla suæ emendationis indicia appararẽt, imò quotidiè in suo ꝓposito duriùs perseuerãs, innumeris modis quos honestatis causa reticemus, ipsam sanctã synodum disipare & euertere conaretur: nos licet suadente iustitia acrioribus remedijs vti potuissemus, nihilominùs mansuetudinis nostræ non immemores, iterũ ipsum monuimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, vt infra sexaginta dies dissolutionẽ prętensam prorsus reuocaret, & sacro concilio purè, simpliciter, & cum effectu adhæreret. Quibus exactis, iterum per promotores concilij ipsius domini Eugenij contumaciã fortiùs accusantes, instantiùs interpellati sumus, vt ad declarationem contumaciæ & ad pœnas, quas tanta contumacia exigebat, procederemus. Et nihilominùs aliquandiu differre decreuimus, si fortè tantã sacri concilij pietatem videns, ipse quoq; ad pietatem flecteretur. Interea quatuor alij sui oratores ad nos superuenerunt, varias secum facultates, imò veriùs difficultates & inuolutiones afferentes, per quas monitioni nostræ nullatenus parebatur, nec prætẽsa irritabatur, sed potiùs firmabatur dissolutio. Multa etiam alia in his continebantur non mediocriter absurda, & sacro prejudicialia concilio, quibus, sine Dei offensa & graui iactura Ecclesiæ, nullatenus assentire poteramus, prout hæc in responsione dictis ambasiatoribus sextadecima die Iunij tradita, diffuse describuntur. Post itaq; duos menses, qui decima nona Februarij expirârunt, vsq; ad præsentem diem patienter distulimus, sperantes ipsum dominum Eugenium plenã tandem adhærentiã præbiturum, sed (vt rei euidentia iam demonstrat) quo magis pulsatur, eo ampliùs suas obturat aures. Et quanto secũ benigniùs ac modestiùs agitur, eo tenaciùs in suæ dissolutionis proposito perseuerat: & quãtùm ex eius verbis factisq; colligi potest, nil aliud prætendere videtur, nisi vt ecclesiã pessũndet, iusq; sibi & successoribus suis faciat, non solùm abrogandi ritũ sacrorum conciliorum & ea pro libito dissoluendi, sed & ipsorum sacratissima decreta spiritu Dei promulgata, à quibus status pendet vniuersalis Ecclesiæ, irritandi & abolendi, & prę sertim declarationem illam, quòd in his quæ ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem Ecclesiæ reformationem in capite & in membris pertinent, quilibet, etiam Papalis dignitatis, decretis generalis concilij subijcitur. Ex quibus quot quantaque mala ac scandala ex nunc & in futurum succedere possint, satis omnibus liquet, & in præfata responsione latè exprimitur. Cùm ergo iam vltra annum & dimidium, in cassum apud eum laborauerimus, nec nostris aut aliorum precibus & monitionibus flecti velit, nec eum quantacunq; mansuetudine ac patientia ad ea quæ pacis & rationis sunt, mouere queant, quid ampliùs frustrà immorandum est? Forsan nostram patientiam putat assensum, & ex longa dilatione fiduciam perseuerandi assumit, quasi arbitretur se rectè fecisse, nec ecclesiã in eum quicquam posse, cui nullam irrogare pœnam ausa est. Veremur, ne facilitas veniæ, incentiuũ sibi tribuat delinquẽdi. Timemus, ne si delicta notoria intacta dimittamus, fouere ipsa iudicemur. Christus Deus noster cùm in Hierusalem pergeret, opus nostrę redemptionis impleturus, & Petrus eum prohibere vellet, compescuit eum, dicens: Vade post me satana, scandalum mihi es, quia nõ sapis quæ

Hæc, ſicut & alia pleraq́;, nimis acerbè in pontificem dicuntur.

Matt. 16. d & Marc. 8. d

quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Beatus
Gala. 2. Paulus cùm vidisset B. Petrum apostolorum principem circa obseruationem legaliũ reprehensibilem fore, & non ambulare ad veritatem euangelij, restitit ei coram omnibus in faciem, & eum à simulatione, in quam alios deducebat, veritatis zelo repressit. Ecclesia catholica sæpenumerò summos pontifices, siue à fide delirantes, siue prauis moribus notoriè Ecclesiam scandalizantes, correxit & iudicauit, neq; vbi de fidei periculo aut scãdalo religionis Christianæ agebatur, Romanis pontificibus pepercit. His exemplis ac rationibus hæc sancta synodus excitata, habens à Deo authoritatem animaduertendi in eos qui ipsam non audierint, considerans q; expedire tam saluti animæ ipsius domini Eugenij, quàm statui vniuersalis Ecclesiæ modernis futurisq; temporibus, amodò in dictum dominũ Eugeniũ acrioribus remedijs, quoniam quidẽ leniora non prosunt, ꝓcedere decreuit. Et quanquã in tam notoriè & incorrigibiliter scandalizantẽ Ecclesiam, statim posset finalem ferre sententiam, nesciens tamen maternæ pietatis obliuisci, intuitu etiam præfati sereniss imi Imperatoris, qui per suas literas super hoc nos exactè rogauit, adhuc ipsum dominum Eugenium tertiò monere ac etiam tertiã ei indulgere dilationem proponit, vt in sua potestate sit, si velit pœnam euitare: idcirco hæc sancta synodus præfatum dominum Eugeniũ, cum quanta potest instãtia & affectu per viscera misericordiæ Iesu Christi rogat, orat, obsecrat, monet, citat & requirit, & ex parte omnipotẽtis Dei vltimò & peremptoriè mandat & præcipit, vt prædictam prętensam notoriè scandalosam dissolutionem penitus reuocet, & hoc sacrũ Basileẽse concilium, per generalium Constantien. & Senen. conciliorũ statuta, approbationem q; felicis recorda. Martini papę quinti, & ipsius domini Eugenij, legitimè inchoatũ, declaret à tempore huiusmodi inchoationis continuatũ fuisse & esse, ꝓsecutionem q; semper habuisse, cõtinuari q; ac prosecutionẽ habere debere, & ipsi purè & simpliciter adhæreat, & cũ effectu, & huiusmodi reuocationem declarationem q; & puram adhæsionem, per suas literas more Romanæ curiæ bullatas huic sacro concilio notificet infra sexaginta dies, à die præsentis publicę sessionis immediatè sequentes. Quòd si dicta omnia & singula infra præfatos dies adimpleuerit cum effectu, hæc sancta synodus ex sua solita benignitate & clementia ipsum dominum Eugeniũ, quantùm cum Deo poterit, honorare & honorari facere intendit. Si verò (quod absit) in pertinacia perdurans, omnia & singula prædicta infra præfatos lx. dies realiter & cũ effectu non adimpleuerit, elapsis dictis lx. diebus, ex nunc prout ex tunc, & ex tũc prout ex nunc, hæc sancta synodus in virtute omnipotentis Dei, à quo super omnes Christifideles immediatè potestatem vendicat, prędictum dominum Eugenium manifestè contumacẽ, notoriè incorrigibiliter q; scandalizantem Ecclesiam, ab omni administratione papatus in spiritualibus & temporalibus ipso facto suspendit, & suspensum esse declarat, processura tandem ad vlteriora, vsque ad sententiã finalem inclusiuè, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius nõ citato, prout Spiritussanctus dictauerit: omnẽ autem ipsius Papatus administrationem in his omnibus, quæ in spiritualibus & temporalibus ad solum Papam, vel ad solam sedem Apostolicã de iure pertinere noscuntur, eadem sancta synodus post dictũ terminum ad seipsam decernit & declarat ipso facto esse deuolutam. Quicquid autem in casu prædicto per ipsum dominum Eugeniũ, lapso dicto termino, ratione Papatus factũ fuerit & attentatum, decernit irritũ & inane. Quo casu omnes reges, principes, communitates, & alios quoscunq; cuiusuis status & dignitatis existant, hæc sancta synodus monet & requirit, & eisdẽ in virtute sanctæ obedientiæ & sub diuini obtestatione iudicij mandat, ecclesiasticis verò personis, quacunque dignitate, etiam si cardinalatus, patriarchali aut pontificali præfulgeant, sub pœnis quas ipso facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus, beneficijs & officijs, quocunq; nomine nũcupentur, etiam si forent metropolitanæ aut cathedrales ecclesiæ, siue in titulum siue in commendam obtineant. Vicarijs autem, gubernatoribus, vasallis, feudatarijs & subditis Romanæ Ecclesiæ, sub pœna priuationis ipso facto omniũ feudorum & aliorũ quorumcunq; iurium & priuilegiorum, quæ ab ipsa Romana Ecclesia obtinẽt, districtè pręcipit, vt præfato domino Eugenio, durante prædicta suspensione, prætextu cuiusuis iuramenti, subiectionis aut promissæ fidelitatis, nullatenus ratione Papatus obediãt. Adijcit quoq; hæc sancta synodus, quod si prędictus dominus Eugenius, dicto termino lx. dierũ pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quæcũq; beneficia vel officia in fomentum dictę suæ prætensæ dissolutionis, & eneruationem, diminutionem seu impedimentum huius sacri concilij, de quo ipsius sacri cõcilij arbitrio iudicabitur, an factæ fuerint in fomentum, eadem sancta synodus huiusmodi sic factas promotiones cassat, irritat, & annullat. Mandat prętera in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna priuationis, quã ipso facto incurrãt, omnium suorum beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum & gratiarum quarumcunque, etiam expectatiuarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, epis-

copis & alijs ecclesiarum prælatis, officiarijs curiæ & clericis quibuscunq; in Romana curia existentibus, cuiuscunq; status aut conditionis existant, quatenus in casu prædicto post lapsum dicti termini infra xxx. dies proximè & immediatè sequentes, à curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino sub pœna prædicta ad hoc sacrum concilium, omni mora postposita, veniant: patriarchæ verò, archiepiscopi, episcopi & alij ecclesiastici, prout de iure vel consuetudine ad generale concilium ire tenẽtur, sub pœnis iuris iter suum sine fraude continuando, ad hoc sacrum concilium arripiant. Reliqui verò qui ad generale concilium nõ tenentur venire, ad residendum & Deo seruiendum in proprijs beneficijs, vel ad hoc sacrum concilium sine moræ dispendio & omni fraude cessante, se transferant, & accedant. Omnes autem causas tam ecclesiasticas quàm profanas, ciuiles & criminales, inter quascunq; personas, cuiuscunq; status, conditionis aut dignitatis existant, in curia Romana pendentes, lapso dicto termino lx. dierum, in casu prædicto ab ipsa curia Romana eadem sancta synodus ad se aduocat, & aduocatas esse vult, expressè inhibens sub pœna excommunicationis latæ sententiæ omnibus iudicibus, auditoribus & commissarijs quibuscunq; prædictæ curiæ, ne post dictos dies in præfatis causis procedere, aut quicquam agere quoquo modo præsumant. Quicquid autem contra hanc aduocationem & inhibitionẽ attentari contigerit, ipso iure decernit irritum & inane. Decernit tandẽ hæc sancta synodus, huius decreti publicationem in præsenti sessione factam, eiusq; affixionem in valuis maioris ecclesię Basileensis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita vniuersos arctare, ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Insuper hæc sancta synodus declarat & protestatur, quòd nihilominùs huiusmodi dilatione lx. dierum pendente, cùm id rerum necessitas suadeat, aut qualitas agendorum, in vlteriori prosecutione concilij & agendorum in eo procedere intendit ordinatè, debitè & maturè, nec propterea supersedere aliqualiter in processu. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi in ecclesia maiori Basileensi 3. Idus Iulij, anno à natiuitate domini 1433.

DECRETVM DE ELECTIONIBVS & confirmationibus episcoporum & prælatorum, sub eadem duodecima sessione expeditum.

*Ad perpetuã rei memoria &c. Sicut in

QVemadmodum in construenda domo pręcipua est architectoris cura, vt tale iaciat fundamentum, super quo firmũ perduret ædificium: ita in generali Eccle-

siæ reformatione potissimum est huius sanctæ synodi studium, vt tales ecclesijs præficiantur pastores, qui tanquam columnæ & bases ipsam Ecclesiam doctrinæ & meritorum viribus firmiter sustententi. Quanta autem in eligendis prælatis diligẽtia adhibenda sit, officium eis iniunctum euidenter ostendit. Ad regimen enim assumuntur animarum, pro quibus dominus noster Iesus Christus mortuus est, & sanguis eius pretiosus effusus. Propterea sacri canones spiritu Dei promulgati, prouidè statuerunt, vt vnaquæq; ecclesia ac collegium seu conuentus sibi prælatum eligant. Quibus hæc sancta synodus eodem spiritu congregata inhærens, statuit & diffinit, generalem reseruationem omnium ecclesiarum metropolitanarum, cathedralium, collegiatarum & monasteriorum ac dignitatum electiuarum, per Romanum pontificem de cæterò fieri, aut facta vti non debere, reseruationibus in corpore iuris clausis, & his quas in terris Romanæ Ecclesiæ ratione directi seu vtilis dominij mediatè vel immediatè subiectis fieri cõtigerit, semper exceptis: sed quòd per electiones & confirmationes canonicas, secundum iuris communis dispositionem, prædictis metropolitanis, cathedralibus, monasterijs & collegiatis ecclesijs ac dignitatibus electiuis vacantibus, debitè, quideatur, non derogando propterea statutis, priuilegijs & consuetudinibus rationabilibus, quibuscunq; postulationibus in dispositione iuris communis remanentibus. Decernit q; hæc sancta synodus rationi fore consentaneum & reipublicæ accommodum, vt contra hoc salutare decretum Romanus pontifex nihil attentet, nisi ex magna rationabili ac euidenti causa, in literis Apostolicis nominatim exprimenda. Et vt eo firmiùs hoc salubre decretum custodiatur, vult eadem sancta synodus, vt inter alia quę Romanus pontifex in sua assumptione profitebitur, iuret decretum hoc inuiolabiliter obseruare. Et quoniam tales (vt prædictum est) oportet esse prælatos, hi ad quos ius pertinet eligendi, omnem curam adhibeant, vt dignam coram Deo & hominibus electionem faciant; exactam q; proinde apponant solicitudinẽ, vt tales eligant, qui tanto officio valeant satisfacere. Scientes quòd si vel dolosè vel negligẽter ac timore domini postposito, in re tam graui se gesserint, sicut authores erũt & causa malorum pastorũ, ita participes fient pœnarũ, quas ipsi mali pastores in districto Dei iudicio patientur. Et cùm humanæ fragilitatis conatus nihil sine omnipotentis Dei suffragio queat efficere, à quo omne da- Iac. 1. d
tum optimum & omne donum perfectum descendit, adueniente die electionis, hi ad quos põtificis vel abbatis spectat electio, in ecclesia conueniãt, magna cum deuotione Missã de spũsancto audituri, quẽ humiliter exora-

exorabunt, vt eos ad dignum eligendum pastorem inspirare dignetur. Et vt eò facilius hanc gratiam obtinere mereantur, quò deuotius ad actum electionis accedant, contriti & confessi sacramentum eucharistiæ reuerenter suscipient. Ad locum verò electionis ingressi pro quocunq; prælato, qui per electionem assumitur, iurabunt in manibus eius, qui capitulo præsidebit, & ipse præsidens in manibus eum immediatè sequẽtis, sub hac forma: Ego N. iuro, & promitto omnipotenti Deo & tali sancto vel sanctæ, sub cuius vocabulo dedicata est ecclesia, eum eligere, quem credam futurũ ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorẽ, nec illi vocem dare, quẽ verisimiliter sciuero promissione aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se aut alium interposita, aut aliâs qualitercunq; directè vel indirectè, pro se electionem procurare. Idem iuramentum præstet, confiteaturq; & communicet, qui constituit procuratorem ad eligendum certam personam. Necnon & procurator generaliter ad eligendum constitutus in casibus, in quibus secundum iuris communis dispositionem in huiusmodi electionis negocio procurator constitui potest*. Quod etiam iuramentum præstetur ab his, in quos continget super electione futuri prælati fieri compromissum, qui etiam confiteri & communicare teneantur. Quòd si prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi sint ipso iure potestate priuati. Deinde eligant in præfatum prælatum virum ætatis legitimæ, moribus grauem, literarum scientia præditum, in sacris ordinibus constitutũ, & aliâs idoneum secundum canonicas sanctiones. Quòd si aliter & de alia persona, quã vt prædictum est, aut per Simoniacam prauitatem electionem fieri contigerit, electio sit ipso iure irrita & inanis. Et sic Simoniacè eligentes, præter alias pœnas, perpetuò sint ipso facto iure eligendi priuati. Alij verò canonicis pœnis subiaceant. Simoniacè autem electi, & qui huiusmodi Simoniacæ electionis participes fuerint, taliterq; eligentes & confirmati, in horrorem tanti criminis pœnam ipso facto excommunicationis incurrant, necà tali reatu & excommunicatione electi & confirmati absolui possint, nisi ecclesias & dignitates, ad quas turpiter assumpti sunt, liberè resignauerint, & ad eas obtinendas, quas nefario ingressu adepti sunt, perpetuò reddantur inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis radicem, obsecrat per viscera misericordiæ Iesu Christi hæc sancta synodus, acinstantissimè exhortatur reges & principes, cõmunitates & alios cuiuscunque gradus & dignitatis existant, ecclesiasticæ vel mundanæ, ne electoribꝰ literas scribant, aut preces porrigant pro eo, qui per se vel per alium tales preces seu literas procurabit, multoq; minùs comminationes, impressiones aut aliud faciant, quo minùs liberè ad electionem procedatur. Similiter in virtute sanctæ obedientiæ ipsis electoribus præcipitur, ne ad huiusmodi literas vel preces, cõminationes vel impressiones (vt præmittitur) quenquam eligere præsumant*. Facta autem electione, & ei ad quem ius pertinet confirmandi, præsentata, si appareat coelectus, vel se opponens electioni, nominatim vocetur, ad videndum discuti electionis negocium. Et nihilominùs generaliter edictum publicum in ecclesia, in qua facta est electio, proponatur, iuxta constitutionẽ felicis recor. Bonifacij octaui*. Comparentibus autem aliquibus vel non, nihilominùs ipse confirmator ex officio tanquã in negocio inquisitionis procedat, omnem adhibiturus diligentiam, vt tam forma electionis, quàm merita electi & omnes circumstantiæ debitè examinentur & discutiantur. Et si electio confirmãda sit vel infirmanda, iudicialiter confirmetur vel infirmetur. Et vt omnia mundè & sine labe ac labis suspicione procedant, nõ solùm exigere aliquid quantumcunq; paruum, sed etiã gratis oblata, confirmator ratione cõfirmationis sub nomine subiectionis, subsidij, gratitudinis aut alio colore, prætextu cuiusuis consuetudinis aut priuilegij, per se vel alium nullatenus recipere presumat. Notarijs autem & his qui scripserunt in huiusmodi causis, emolumentum aliquod moderatè taxetur, habendo respectum ad laborem & operã scripturæ, non ad fructuum prælaturę valorem. Si verò confirmatores prædicti, electiones non seruatis superiùs ordinatis, & de personis non idoneis (vt præmittitur) factas, vel aliâs per Simoniacam prauitatem confirmauerint, eo ipso confirmationes huiusmodi sint nullæ. Confirmantes* autem alias personas, quàm vt supradictum est, pro ea vice: per Simoniacã aũt* labẽ, si eam commiserint, etiã sententiam excommunicationis incurrant eo ipso, à qua nisi per Romanum pontificem, præterquàm in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere non possint. Summũ verò pontificem hæc sancta synodus exhortatur, vt cùm speculũ & norma omnis sanctitatis & munditiæ esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat: alioquin, si secùs faciendo, notoriè & incorrigibiliter ex hoc Ecclesiam scandalizet, futuro concilio deferatur. Pro oneribus autem quæ ipsum pro regimine vniuersalis Ecclesiæ subire oportet, proq; sustentatione sanctæ Romanę Ecclesiæ cardinalium & aliorũ necessariorum officialium, hoc sacrum concilium ante sui dissolutionẽ omnino debitè & congruenter prouideat. Quòd si contingat aliquam circa

*, simile iuramentum subeat, confiteatur atque communicet, vt præmittitur.

* vel acceptent.

*quæ incipit, Et.

*labem, perpetuo (ipso facto) iure confirmandi sint priuati, & nihilominùs propter istam Simoniacam labem, si

*autem, iure confirmandi sint perpetuò priuati: & nihilominùs propter istam Simoniacam labem, si

circa hæc prouisionem non facere, tunc illæ ecclesiæ & beneficia, quæ vsq; nunc ex noui prælati assumptione certã taxam soluerint, deinceps medietatẽ huiusmodi capere per annum post adeptam pacificam possessionem soluere in partibus teneantur, duratura huiusmodi prouisione, donec prædictis Papæ & sustentationi cardinalium fuerit aliter prouisum. Per hæc eadem sancta synodus non intendit in aliquo præiudicare sanctæ Romanæ & vniuersali Ecclesiæ, nec alteri cuicunq;. Datum in sessione publica eiusdẽ sanctæ synodi in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata die lunæ 13. Iulij, anno domini 1433.

3. Idus Septembris.

SESSIO XIII.

Accusatio contumaciæ papæ facta per promotores sacri concilij in xiij. dicti concilij sessione celebrata.

DIE Veneris 11. mensis Septembris, Anno domini 1433. in Ecclesia maiori Basileẽsi fuit celebrata xiij huius sacræ synodi Basileensis sessio hoc modo, scilicet Missa de Spiritusancto per reuerendũ patrem dominum Matthæum Episcopum Albinganensem Italicæ nationis celebrata, antiphonis, litanijs & suffragijs vt in alijs sessionibus dictis, lectoq; euangelio secundũ Matthæum, In illo tempore: Respiciens Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum, &c. ac hymno, Veni creator spiritus &c. decantato cum versiculo & collecta, septem dominis cardinalibus & alijs dominis prælatis & patribus in eorum mitris planis & *pluuialibus existentibus in multitudine copiosa, assistente domino Guilhelmo duce Bauariæ, sacri concilij nomine sereniſsimi principis domini Imperatoris protectore, promotores sacri concilij per organum venerabilis viri domini Stephani de Nouaria legum doctoris, alterius promotorum huius sacri concilij, accusarunt contumaciam sanctissimi domini nostri Eugenij papæ quarti, prout in quadam schedula, quam ipse magister Stephanus, promotor in suis tenebat manibꝰ, quamque de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, latiùs continetur, cuius tenor sequitur & est talis: Reuerendissimi reuerendiq; patres & cęteri domini metuendissimi, quia nuper de mense Iulij proximè præterito & die 13. eiusdem, hæc sancta Basileensis synodus in publica sessione in præsenti ecclesia Basileensi celebrata, attentè considerans, sanctissimum dominum Eugeniũ papam quartũ exhortationes, obsecrationes, requisitiones, citationes & monitiones per eandem sacram synodum sibi repetitis vicibus factas, vt huic sacrosancto concilio adhęreret, & eidem fauores (prout tenetur) impenderet, aure surda pertransire, nec ipsum aliquatenus ad vota (prout tamen ipsum sacra synodus sperabat) inclinari, & quanquã ex tunc ipsa sacra synodus propter ipsius domini Eugenij manifestam contumaciã, ad huiusmodi contumacię declarationem contra ipsum procedere non immeritò potuisset, quemadmodum etiã pro tunc per promotores & procuratores dicti sacrosancti cõcilij Basileẽsis, licet immeritò debita fuit cum instantia postulatum, volens solita sua mansuetudine aduersus eundẽ dominum Eugenium vti, & iteratò ipsum ex superabundanti charitatiuè requirere & monere, certum decretum monitorium edidit & decreuit, quo idem dominus Eugenius exoratus, requisitus, monitus & interpellatus, ac in virtute omnipotentis Dei sub certis pœnis, modis & qualitatibus eidem mandatũ extitit, vt infra sexaginta dies à dicta sessione habita computandos, purè, simpliciter & liberè huic sacrosancto Basileensi concilio adhæreret, necnon prætensam dissolutionem eiusdem sacri concilij per ipsum aliâs attentatam, reuocaret, & alia in huiusmodi decreto contenta cum effectu adimpleret, alioquin pœnas in huiusmodi decreto contentas, ipso facto incurreret, prout hæc in dicto decreto latiùs continentur, ad quod nos promotores prædicti nos referimus in hac parte, & hîc pro repetito cum alijs omnibus actis sacri concilij ad causam facientibus, haberi volumus & repetimus. Cùm autem finis prefatorum sexaginta dierum instet de præsenti, & nec ipse dominus Eugenius per se, neq; per alium hanc sacram synodum de huiusmodi sua adhæsione pura, simplici & libera, ac reuocatione dictæ prætensæ dissolutionis, aliorumq; in dicto decreto contentorũ adimpletione, aliquatenus certificauerit, nec de præsenti certificet, sed eidẽ decreto & contentis in eo contumaciter satisfacere contemnat, in nõ modicum vniuersalis Ecclesiæ damnum, Christifidelium scandalum, atq; huius sacri concilij Basileensis vniuersalem Ecclesiam repręsentantis contemptum: idcirco nos promotores & procuratores antedicti, ex officio nobis incumbenti, coram hac sacrosancta synodo debita cum instantia humiliter requirimus, quatenus eundem dominum Eugenium contumacem (prout est) declarare, ipsumque pœnas in decreto contentas incidisse, decernere, ac ipsius contumacia exigente, ad vlteriora (prout Spiritussanctus dabit, & ordo iuris & rationis exigit) procedere dignetur, super huiusmodi requisitione & contumaciæ accusatione & alijs, requirentes per vos dominos notarios publica fieri instrumenta. Prædictis autem vt præmittitur factis, & contumacia accusata, illustris

Matth. 18. b Luc. 17. a

*plumalibus

princeps dominus dux Guilhelmus per organum venerabilis fratris Petri ordinis canonicorum regularium, nomine & ex parte ſereniſſimi domini Imperatoris & ſuorum, & dominus Ioannes Offenburg nuncius præfati domini Imperatoris, repetierunt illa quæ aliâs, videlicet die lunæ proximè præterita dixerant, & promiſerant in congregatione generali, pro dilatione & prorogatione triginta dierum conſequenda, eadem iterum dicentes, repetentes & promittentes. Similiter magiſter ciuium & nonnulli alij, nomine concilij & ciuitatis Baſileenſis, pro huiuſmodi dilatione inſtiterunt, & quòd ampliùs pro vlteriori dilatione nunquam facerent inſtantiam, ſunt proteſtati, de quibus ſimiliter petita ſunt per promotores inſtrumenta publica. Poſt hęc contumacia dicti domini noſtri papæ in ſcriptis (vt præfertur) accuſata, & deducta ad notitiam dominorum prætenſorum archiepiſcopi Spalatenſis & epiſcopi Ceruienſis, ambaſiatorum eiuſdem domini noſtri papæ, mox ipſi ad dictam congregationem acceſſerunt, & lecturam decretorum, quam reuerendus pater dominus Martinus epiſcopus Lectorenſis Gallicanæ nationis, de mãdato ſacri concilij iam inceperat, interruperunt, quique quædam verba intermiſcentes, duas bullas clauſas ſub bulla dicti domini noſtri papæ Eugenij credentiam in effectu continentes exhibuerunt & obtulerunt: quibus apertis & deinde lectis, vt moris eſt, præfati dominus noſter archiepiſcopus Spalatenſis, & epiſcopus Ceruienſis, propoſuerunt in effectu, quòd ipſi ad iſtud ſacrum concilium turbationis cauſa nullo modo accedebant, ſed ſolùm ex eo, quia ipſis relatum erat per aliquem ex ſuis commenſalibus, quòd in dicta generali ſeſsione ipſius domini noſtri papæ contumacia fuerat accuſata, ac ſi contra præfatum dominum noſtrum papã procederetur, vel procedi peteretur. Et quoniã (vt aſſerebant ipſi ambaſiatores) terminus citationis decreti concilij, quem lx. dierum dicebant, hac die hodierna nõ cadebat, nec iuxta illum terminum præfixum citationis dominus noſter Papa præfatus eadẽ die per ſe vel alium comparére tenebatur: ideo ſolùm pro ſui informatione, & ne contra præfatum dominum noſtrum Papam quoquo modo ſaltem *debitè procederetur, illuc acceſſerant, prout accedebant, proteſtantes de huiuſmodi termino & nullitate proceſſus antè dicti, petentes de his à nobis notarijs inſtrumenta. Quibus auditis, reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus cardinalis S. Angeli legatus, & huius ſacri concilij generalis præſidens, verba ſuprà dictorum archiepiſcopi Spalatẽſis, & Ceruienſis epiſcopi in effectu reſumens, eiſdem nomine ſacri concilij effectualiter reſpondit, qualiter ſacrum concilium propoſita per præfatum archiepiſcopum Spalatenſem, & epiſcopum Ceruienſem, benignè & cum manſuetudine audiuit: ſed quia aſſerebant ſe audiuiſſe, ſacrũ concilium contra præfatum dominum noſtrum Papam procedere, ideo dixit ſe malè informatos fuiſſe. Sed benè verũ erat, quòd hodiè terminus lx. dierum aliâs per decretũ ſacri concilij præfato domino noſtro papæ præfixus, de adhærendo præfato concilio purè & ſimpliciter, prætenſamq; diſſolutionem dicti concilij reuocando, hodiè inſtabat, idcirco promotores ſacri concilij volentes termino prædicto ſatisfacere, ipſius domini noſtri Papæ contumaciã accuſauerunt, petendo & requirẽdo, cùm nullus pro domino Papa adeſſet, volens decreto monitorio prædicto ipſius domini noſtri Papæ nomine ſatisfacere, quatenus eũ contumacem & in pœnas in decreto contẽtas incidiſſe declararẽt, pcederentq; ad vlteriora, prout daret Spiritus ſanctus, & dictaret ordo rationis. Quapropter petijt ipſe dominus cardinalis legatus & preſidẽs nomine ſacri concilij, quatenus ſi dictã adhæſionem ipſius domini Papæ haberẽt, ipſeq; domin⁹ Papa præfato cõcilij decreto ſatisfeciſſet, aut ipſi eius nomine debitè ſatisfacere vellẽt, de præmiſſis adhęſione & ſatisfactione fidem facerent cum effectu. Nam ſic faciendo, domini & patres de concilio illam adhæſionem cum magno gaudio, decantãtes, Te Deũ laudamus, ſuſciperent. Alioquin venerabiles patres ipſius ſacri concilij citiùs mortem eligerent, quàm eccleſiam Dei prętextu talis diſſolutionis periclitari permitterent, adijciẽs quòd benè verum erat, quòd ad ſereniſſimi principis domini Imperatoris ſupplicationem & inſtantiam, ſacrum concilium, præfatum lx. dierum terminum domino Papæ præfixum, vſq; ad xxx. dies ab hac die cõputandos, prorogandum duxerat, & prorogare intendebat ſub *modis & formis in decreto primo contentis. Et nihilominùs, quia dictæ bullæ ſimplicem credentiam continebant, dixit idem dominus legatus, quòd ſi aliquid exponere volebant, quòd libenter à patribus concilij audirentur. De quibus ipſe reuerendiſſimus pater dominus cardinalis legatus & præſidens, nomine ſacri concilij petijt à nobis notarijs inſtrumentum: hoc idem nomine ſacri concilij petierunt promotores. Poſtq; præfatus magiſter Stephanus alter ex promotoribus, reſpondens his quæ priùs dixerant dicti oratores Papæ, dixit, quòd quantum ad ipſum & alios promotores, ſatis erat, quòd tunc contumaciã Papæ accuſarent, & alia facerent & peterent, vt in ſua ſchedula ſupraſcripta continetur, & quòd prædicta facere poterant de iure, quia tunc expirabat terminus, cùm tempus deberet de momento in momentum computari, & ſi vlteriùs expectarent, non haberent dominos congregatos, coram quibus facerent

*indebitè

*modo & forma

facerent ea quæ eſſent neceſſaria facienda pro præmiſsis: & quantum ad ipſos promotores pertinebat, officium eorum erat ita facere, deliberatio verò ad ipſam ſynodũ pertinebat, petens de his omnibus publica inſtrumenta. Tandem cùm non conſtaret de adhæſione prædicta vel aliâs ſatisfactione efficaci ipſius domini Eugenij, ipſiſq; archi epiſcopo Spalatenſi, & Ceruienſi epiſcopo, per illuſtriſsimum dominum Vuilhelmum ducem Bauariæ, ſacri concilij nomine dicti Imperatoris protectorem & *vices gerentẽ, per organum diſcreti viri fratris Petri ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini, gratioſe requiſitis, vt ſi adhæſionem huiuſmodi haberent, illã ſacro concilio offerrẽt, & ob hoc totus mundus lætaretur: alioquin ſacrum conciliũ in ſuis agendis nullo modo perturbarent, & ad vlteriorem dictorum decretorum pronunciationẽ & publicationem procedere permitterent, & tandẽ neq; ad requiſitionẽ præfati domini legati, neq; ad requiſitionem ipſius domini ducis præfati, ambaſiatores Papæ aliquã adhæſionem offerrent, ſiue aliquam credentiam exponere vellent, placuit dictis dominis ambaſiatoribus ipſius domini noſtri Papæ, dicti decreti prorogatio. Quibus quidem ſic peractis, & dictis ambaſiatoribus à loco ſeſsionis recedentibus, & ſe abſentantibus, præfatus reuerẽdiſsimus pater dominus epiſcopus Lectorenſis, de mandato ſacri concilij, publicè alta & intelligibili voce, loco ad hoc deputato, huiuſmodi decreta de verbo ad verbũ legit, & pronunciauit ſub his verbis:

*vicegerentem

Baſileenſis concilij ſeſsione 12.

Sacroſancta generalis ſynod⁹ Baſileẽſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Dudum ſiquidem hæc ſancta ſynodus volens periculis & grauiſsimis ſcãdalis, quæ ex prætenſa huius ſacri concilij diſſolutione per dominum Eugenium Papam quartum facta, vniuerſali Eccleſiæ notoriè imminebant, ſalubriter prouidere, poſtquàm reiteratæ exhortationes ac requiſitiones ſynodi præfatæ & multorum principum ac dominorum, ſpecialiter chariſsimi Eccleſię filij Sigiſmundi Romanorũ Imperatoris illuſtris, & eiuſdem Eccleſiæ aduocati, vt dictam diſſolutionem reuocaret, & puram ac ſimplicem adhæſionem præfatæ ſynodo faceret, minimè profuerunt: tandem iuſtitię zelo compulſa, & ne morbus huiuſmodi in exitium & ſcandalum intolerabile militantis Eccleſiæ perduraret, die xiij. menſis Iulij proximè præteriti, in ſolenni ſeſsione decretum monitorium ſub certis pœnis & alijs in eo contentis, aduerſus dictum dominum Eugenium Papã decreuit, cuius tenor de verbo ad verbum ſubijcitur, & eſt talis: Sacroſancta catholica Eccleſia in ſacro Conſtantienſi concilio &c. vt ſuprà eſt totaliter ſcriptum. Cùm autem die termini aduenięte, ſolenniter in maiori eccleſia Baſileenſi publicam tenentes ſeſsionem ſederemus, ſeruatis ſeruandis, vt ſi ipſe dominus Eugenius aut alius pro parte eiuſdem comparére, & ſacrum concilium de paritione contentorum in decreto prædicto certificare vellet, facultatem haberet, dilecti Eccleſiæ filij *Hugo † Barardi de Vercellis, & Stephanus de Nouaria legum doctor, huius ſacri cõcilij promotores, præfati domini Eugenij papæ contumaciã, nec per ſe nec per alium, de adhæſione ſua pura & ſimplici, necnon de paritione omnium & ſingulorum contentorum in dicto decreto, quæ facere tenebatur accuſarunt, & cum inſtantia poſtulârunt, vt ad vlteriora aduerſum eum (prout exigeret iuſtitia) procederemus. Cùm autẽ circa proceſſum huiuſmodi intenderemus, dilecti Eccleſiæ filij Vuilhelmus Bauarię dux, huius ſacri cõcilij protector, & Ioannes Offenburg miles & ciuis Baſileenſis, literas credẽtiales in eorum perſonis pro parte dicti chariſsimi Eccleſiæ filij Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, huic ſacræ ſynodo directas, aliâs in ſacra generali cõgregatione exhibitas, & in vim* earum explicata repetierunt. Quorum expoſitorum tenor in effectu talis extitit: Reuerendiſsimi in Chriſto patres & domini, mãdat nobis illuſtriſsimus & inuictiſsimus Romanorum Imperator, vt ſolitas recommẽdationes & oblationes ſacratiſsimo huic cœtui exhibeamus ſui parte, necnon perſeuerantiam animi ſui circa adhæſionem continuò eidem concilio faciendã nunciemus. Quodq; licet notiſsimum ſit, ſuam ſerenitatem varijs nuncijs & oratoribus ac literis continuò dictum dominum Eugenium papam ſuper adhæſione plenaria ſacri concilij ſolicitaſſe & excitaſſe, etiam ſe ad ipſum perſonaliter transferendo, non ſine maximis periculis, incommodis & expenſis: tamen poſt habitam notitiam per literas ſibi præſentatas ſacri concilij, de decreto monitorio cum ſuſpenſionis pœna cõtra ipſum, eum ſummam feciſſe diligentiam Romæ, dum ibi fuit, vt ad parendum iniunctis per ſacrum conciliũ inclinaret, ſignificaremus: & cùm ſperaret, in ea re ſe poſſe proficere, cumq; (vt aſſerit) immemores exiſtere non debetis de his, quæ in ſacro Conſtantienſi concilio fecit pro vnione Eccleſiæ, & de periculis & incommodis quæ ſubiuit, & quæ etiam paſſus extitit, patiturq; pro iſto, ſpem non mediocrem eum in veſtra beneficentia recipere, debetis meritò exiſtimare. nam exploratiſsimi ſunt commeatus per eum facti ad Cathaloniam & Gallias Angliamq;, prodicta ſanctiſsima Eccleſiæ vnione, & nouiſſimè ad Italiam pro iſtius ſacratiſsimæ ſynodi felici progreſſu, vndè hac fiducia fretus, nobis iniunxit, vt cum maxima inſtãtia pro eiuſdem parte, eaſdem veſtras reuerendiſsimas dominationes rogaremus & deprecare-

*Stephanus de Nouaria legum doctor, & Hugo Barardi de Forcelis.

†Berardi

*eorum explicato

mur, vt terminum aliâs lx. dierum domino Eugenio papæ præfixum, in proxima præcedenti seſsione, per xxx. dies in eiſdem modis & qualitatibus, prout eſt, prorogare ob ſuam contemplationem, & ſingularem complacentiam dignaremini: quodq; ſacrũ concilium certificaremus, quòd decæterò nullam aliam circa proceſſum Papæ ipſius peteret dilationem, ſed liberè permitteret per ſacrum concilium procedi, prout dictauerit & ordinauerit faciendum, & cunctis per ſacrum concilium ordinatis & ordinandis acquieſcet & obtemperabit, & quantum poterit, inuiolabiliter faciet obſeruari. Et vt in maiori robore hæc ſancta ſynodus perſeueret, indicamus ſuam exiſtere intentionem, infra iſtos xxx. dies quos petimus, vbi huiuſmodi prorogatio concedatur, dictam ſuam ſerenitatem huc profecturam. Statimq; habita notitia prorogationis eiuſdem, omnes Alemaniæ principes conuocaturum ad hunc locum, & cum eis efficaciter inſiſtere, vt eidem concilio debeant adhærere. Et inſuper, ne huiuſmodi dilatio ſacro concilio vel eius ſuppoſitis aut ipſorum familiaribus poſsit eſſe damnoſa, contentatur idem Imperator, quod durante huiuſmodi xxx. dierum prorogatione, ſi quid Papa attentauerit contra aliquem prædictorum, ex nunc illud & alia quæ anteà attentauerit, per ſacrũ concilium irritentur & annullentur. Cùm autem *inter noſtra pectora reuolueremus* eiuſdem Sigiſmundi Romanorum Imperatoris grandia obſequia vniuerſali Eccleſiæ impenſa, & quæ in futurum impendi non dubitamus, quanquam huiuſmodi dilatio nonnullis ex multis cauſis vniuerſali Eccleſiæ oneroſa videatur, tamen dictorum obſequiorum intuitu, ac etiam à certo tenentes, quæ per dictos Vuilhelmũ ducem illuſtrẽ, & Ioannem Offenburg militem, pro dicti Imperatoris parte expoſita & oblata fuere, ſyncerè obſeruabuntur, petitioni huiuſmodi annuendum decreuimus. Spirituſſancti ergo nomine inuocato, cuius nutu dirigitur in agendis hæc ſacra ſynodus, & per eius gratiã ſperat omnia feliciter producere ad optatum dictum terminum lx. dierũ, aliâs dicto domino Eugenio papę quarto in proxima (vt præmittitur) ſolenni ſeſsione præcedenti aſsignatũ, ad certificandum ſacrum concilium de ſua pura, ſimplici & libera adhæſione, & dictæ prætẽſæ diſſolutionis concilij reuocatione, & alijs quæ in dicto decreto continentur, cum omnib⁹ qualitatibus, pœnis ac modis, & quibuſcunq; alijs dependentibus ab eiſdem, in eo inſertis, ad xxx. dies proximè futuros hæc ſancta ſynodus prorogat, & hunc terminum prorogatum, eandem vim, executionẽ & modum, quem habebat terminus lx. dierum, recipere decernit, ordinat & declarat, ac ex nunc ſtatuens & decernens, quòd ſi infra hoc ſpatiũ xxx. dierum plenariè idem dominus Eugenius non adimpleuerit omnia & ſingula, in præfato decreto monitorio contenta (vt præmittitur) abſq; alia declaratione facienda ſuper dicta non paritione, & alia quacunque ſolennitate requiſita, ad vlteriora procedet, vt in dicto monitorio decreto continetur. Et proinde omnibus ſuper præfata ſuſpenſione, quam durare vult, quouſq; aliter per concilium fuerit ordinatum, & alijs in huiuſmodi proceſsibus contentis, literas opportunas ſub bulla ſacri concilij poſtulantibus, per dilectos Eccleſiæ filios Iulianum S. Angeli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum cardinalem, Apoſtolicę ſedis legatum, & huius ſacri concilij, necnon & alios ſacrarum deputationum præſidentes, vel duos ex eis, eſſe tradendas, decernentes quòd decæterò nulla alia dilatio ad cuiuſcunq; inſtantiam concedatur. Datum Baſileæ in publica ſeſsione ipſius ſacræ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio idus Septembris, anno à natiuitate domini 1433.

Aliud decretum pro ſuppoſitorum tuitione.

Sacroſancta Baſileẽſis generalis ſynodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriã. Vt ſacri concilij & ſuppoſitorum eiuſdem indemnitati congruè prouideatur, ſtatuit & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd quæcunque per dominum Eugenium papam quartũ vel alium ſua authoritate in præiudicium, læſionem, derogationem ſeu iniuriam ſacri concilij vel incorporatorum ſeu incorporandorum eidẽ, per ſe vel per procuratorem, & familiarium ipſorum, ſeu in eorum ſeruitijs vbicunque exiſtentium, facta ſeu diſpoſita fuerint, à die inchoationis concilij prælibati, fientque & diſponentur forſitan in futurum, titulum vel poſſeſsionem quomodocunq; tangentia, ſiue in cardinalatus & patriarchatus dignitatibus, aut in prelaturis etiam cathedralium & metropolitanarum eccleſiarum & etiam monaſteriorum, vel alijs eccleſiaſticis beneficijs, præſtimonijs, commendis, vnionibus, penſionibus, officijs & rebus eccleſiaſticis vel temporalib⁹, & circa ipſa aut aliâs quomodocunq; & qualitercunq;, etiam ſi motu proprio directè vel indirectè, per ſe vel aliũ, ſint ipſo iure irrita & inania, & pro infectis penitus habeantur. Et ex nunc hæc ſancta ſynodus partes læſas in priſtinum ſtatum integrè reponit, & mandat per quemlibet iudicem competentem, audita querela partis læſe, & probata, incorporatione & nouitate prædictis ipſo facto omni exceptione remota, ſtrepitu & figura iudicij ceſſantib⁹, omnia reponi in eum ſtatum, in quo fuerãt ante dictam factam nouitatem. Quòd ſi dictus iudex in tali repoſitiõe doloſe vel aliâs perpe-

perperam ſe habuerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi per ſacrum concilium, eo durante, non valeat abſolutionis beneficium, niſi in mortis articulo, obtinere. Et vt pœnæ formidine arceantur, qui ambitioſe ſeu temerè aliorum prælaturas, dignitates & beneficia eccleſiaſtica & vniones, commendas, præſtimonia vel penſiones ſeu officia, necnon bona & iura qualiacunq; fuerint, occupare procurârunt & attentârunt, ſeu in futurum procurabunt & attentabunt: ſtatuit & decernit dicta ſancta ſynodus, quòd quicunq; clericus ſiue laicus, quacunq; dignitate eccleſiaſtica vel mundana, etiam ſi cardinalatus præfulgeat, ſiue ſit collegiũ aut vniuerſitas vel monaſterium, ab eodem domino Eugenio ſiue alio ſua authoritate impetrauerit ſeu obtinuerit, ſeu impetrabit & obtinebit, etiam ſi motu proprio aliquid quod in præiudiciũ, læſionem, derogationem ſeu iniuriam alicuius ex prædictis incorporatis vel incorporandis, aut ſuorum familiarium & in eorum ſeruitijs vbicunq; exiſtentium, vel adhærentium huic ſacro concilio per ſe vel procuratorem, valeat redundare, ſi virtute huiuſmodi conceſsionis ad aliquam occupationem deuentum ſit, niſi infra decem dies, elapſis ſexaginta diebus à die publicationis decreti huiuſmodi, vel poſtquàm ipſius verã & indubitatam notitiam habuerit, & per partem fuerit requiſitus, à tali occupatione & turbatione realiter & purè non deſtiterit, & ſiue occupatio ſecuta fuerit, ſiue non, præfatæ conceſsioni & omnibus ſecutis ex ea coram notario & teſtib⁹ renunciauerit, & rem dimiſerit cum effectu, & parti læſæ de perceptis poſt conceſsionem huiuſmodi ſatisfecerit: omni iure, quod in dictis prælaturis, dignitatibus, beneficijs, eccleſiaſticis officijs, penſionibus, præſtimonijs & commendis, bonis temporalibus & iuribus ſeu eorũ altero habere prætenderit, ſit priuatus, ac etiam alijs officijs & beneficijs quibuſcunq;, quę tempore huiuſmodi impetrationis obtinebat, & eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi per dictum ſacrum concilium, eo durante, vel eius authoritate, niſi in mortis articulo, abſolui nequeat quoquo modo: & nihilominùs ad obtinenda prædicta & quæcuuq; alia beneficia ſeu officia, perpetuò ſit inhabilis. Taliũ etiam conceſsionum executores prædictis pœnis volumus ſubiacere. Vt autem fraudibus quæ excogitari poſſent, obuietur, quia cum datarum anticipationibus in præiudicium aliorum literę Papales vel aliorũ ipſius Papæ authoritate, ſub data ante diſſolutionem huius ſacri concilij in præiudicium alicuius prædictorũ tendentes, produci poſſent, niſi ante dictã concilij diſſolutionem fuerint publicatæ, eis nulla fides debeat adhiberi, & pro nullis penitus habeantur. Datum in ſeſsione publica eiuſdẽ ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio idus Septembris, anno à natiuitate domini 1433. Quibus ſic lectis & pronunciatis, petitoq; per eundem dominum epiſcopum, an huiuſmodi decreta præfatis dominis de concilio placerent, generaliter reſponſum extitit, per verbum, Placet, nemine ſe ad hoc opponente vel reclamante: tunc præfati magiſter Stephanus & alij promotores ſacri concilij, de præmiſſis omnibus & ſingulis modo quo ſuprà acta & facta ſunt, à reuerendis patribus dominis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ pronotarijs & nobis notarijs & alijs in ſeſsione præſentibus, ad perpetuam rei memoriam petierunt inſtrumentum, aſsiſtentes in teſtimonium præmiſſorum inuocando. Poſtremò verò præfatus dominus dux, protector nomine dicti domini Imperatoris atq; ſuo, de præfata termini prorogatione modo quo per decretum factum eſt; dominis de ſacro concilio regratiatus eſt, & ſimiliter magiſter ciuium & nonnulli alij nomine concilij & ciuitatis Baſileenſis, aſſerens & affirmans idem dominus dux, quòd de omnibus quæ in ipſis decretis modò lectis continentur, contentiſſimus erat. Et quòd ex huiuſmodi dilatione nouiter data, fecerat ſacrum concilium maximam complacentiam domino noſtro Imperatori. De quibus etiam præfati magiſter Stephanus & alij promotores ſimiliter petierunt à nobis notarijs publica inſtrumenta. Subſequenter verò his peractis, inſtante ſupradicto magiſtro Stephano de Nouaria promotore, Alexander præfati domini cardinalis legati & præſidentis ac ſacri concilij curſor, huiuſmodi decreta tam pro prorogatione termini, quàm etiam pro tuitione ſuppoſitorum eiuſdem ſacri concilij, ſub bulla dicti ſacri concilij confecta, in valuis eccleſiæ maioris Baſileenſis cunctis intuentibus more ſolito affixit, & per ſpatiũ vnius horæ vel circa, affixam dimiſit. De quibus ipſe magiſter Stephanus nomine promotorio à nobis notarijs petijt inſtrumentum.

SESSIO XIIII.

Decreta eiuſdem ſeſsionis celebrata in eccleſia Baſileenſi, aſsiſtente domino Imperatore in habitu imperiali. Alia prorogatio monitionis papæ ad nonaginta dies. 8. Idus Nouemb.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiam repræſentans. Terminũ ſexaginta dierum datum ſanctiſsimo domino Eugenio Papæ quarto, iuxta formam monito-

rij, citationis & ſuſpenſionis in ſeſsione duodecima promulgati, ac deinde ad triginta dies, & poſteà pluribus vicibus vſq; in præſentem diem prorogatum, hæc ſancta ſynodus volens erga ipſum dominũ Eugenium omni manſuetudine & benignitate vti, tenore præſentium ad nonaginta dies ab hac die immediatè ſequentes, cũ omnibus clauſulis, qualitatibus & conditionibus in decretis tam monitorij ſexaginta dierũ, quàm prorogationis ad triginta dies inſertis, prorogat, & prorogatum eſſe ſtatuit, ita tamen, quòd ſi infra prędictos nonaginta dies omnia & ſingula contenta in quadam ſchedula, cuius tenor inferiùs deſcribitur, realiter & cum effectu præfatus dominus Eugenius non adimpleuerit, pœnæ in dictis decretis monitorij ac prorogationis contentæ, eo ipſo inflictæ ſint, & eſſe intelligantur. Tenor autem prædictæ ſchedulæ ſequitur, & eſt talis:

Formulæ adhæſionis tres, Eugenio papæ à cõcilio præſcriptæ.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam: Vt mentis noſtræ integritas ac deuotio, quam ad vniuerſalem Eccleſiam & ad ſacrum generale concilium Baſileenſe gerimus, omnibus conſtet euidenter, ideo tres literas noſtras, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, & alias quaſcunq; & quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Baſileenſis concilij, ſeu contra eius authoritatẽ factum & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, caſſas, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Vel ſic. Pridem tres noſtras literas in palatio Apoſtolico promulgari fecimus, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. Verùm cùm ex *prædictis literis nonnulla ſcandala orta ſint, & oriri poſsint, ideo ipſas & alias quaſcunq; ac quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Baſileenſis concilij ſeu contra eius authoritatem factũ & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, caſſas, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Vel ſic, in fine literæ adhæſionis: Quapropter tres literas noſtras pridem in palatio Apoſtolico promulgatas, quarũ tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, & alias quaſcũq;, aut quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prędicti ſacri Baſileenſis cõcilij, ſeu contra eius authoritatem factum & attentatum ſeu aſſertũ eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, caſſas, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Poterit præfatus dominus Eugenius eligere vnã de prædictis formis, quæ ſibi magis placuerit.

*dictis noſtris

Forma adhæſionis, à concilio papæ præſcripta.

Forma adhæſionis.

EVgenius epiſcop' ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum ſacrum generale concilium Baſileenſe, per generaliũ Conſtantienſis & Senenſis conciliorum ſtatuta, approbationemq; felicis recordationis Martini papæ quinti ac noſtrã, pro extirpatione hæreſum ac generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea legitimè inchoatum, ex certis cauſis in alijs noſtris literis expreſſis, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio diſſoluimus. Verùm cùm ex dicta diſſolutione ortæ ſint graues diſſenſiones, & grauiores oriri poſſent, nihilq; magis optem', quàm quòd prædicta ſancta opera ſuum debitũ ſortiantur effectum, decernimus & declaramus præfatum generale concilium Baſileenſe à tempore prædictę inchoatiõis ſuæ legitimè continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe, continuari ac proſecutionem habere debere ad prędicta & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quinimò præfatam diſſolutionem irritam & inanem declarantes, ipſum ſacrũ Baſileenſe conciliũ purè, ſimpliciter & cum effectu ac omni deuotione & fauore proſequimur, & proſequi intendimus.

Item præfatus dominus Eugenius reuocabit quoſcunq; proceſſus quarumcunque cenſurarum, priuationum & ſuſpenſionum factos contra ſuppoſita huius ſacri concilij Baſileenſis & adhærentes eidem, necnõ omnia geſta & facta in præiudicium, læſionem & derogationẽ eorundem, eis legitimè non citatis, nec legitimè defenſis, de quibuſcunque dignitatibus, beneficijs, commendis & officijs, etiam ſi cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopatus, epiſcopatus, abbatiæ &c. exiſtant iuribus & bonis quibuſcunque, & ſpecialiter cõtra reuerendiſsimos dominos cardinales de Cypro, ſancti Sixti, & Firmanum, ac omnia in priſtinum ſtatum per ſuas literas reducet, ac ſi nõ emanaſſent cum clauſulis opportunis, mandando ſub pœnis formidabilibus omnibus, qui ſe de dictis dignitatibus, beneficijs, commendis & officijs, iuribus & bonis intromiſiſſent, vel ratione dictarum priuationum ſeu ſuarũ ordiuationum quarumcunq; ſe vellent intromittere, vt ab ipſa intromiſsione & omni moleſtia penitus deſiſtant. Vtrùm autem fuerit legitima citatio & defenſio, ſtabitur iudicio ipſius ſacri concilij. Quodq; deinceps à nouitatibus & grauaminibus, ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro concilio, vel ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtet, vt ſit vera charitas inter ſacrum concilium & ſuam ſanctitatẽ ad Dei honorem & vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ, ac ſine aliquo rancore aut ſuſpicione conſiſtere valeat: & vt ipſe domin' Eugenius poſſit agnoſcere puram ac rectam ſacri concilij intentionem, ac veram charitatem, quam erga ipſum habet, & habere in futurũ intendit,

dit, oblationem aliàs factam in reſponſione data primis ambaſiatoribus ipſius domini Eugenij, quæ incipit, Cogitanti &c. iterum hæc ſancta ſynodus, etiam alia addendo, repetit in hunc modum: Eccè ſi quid culpæ commiſſum eſt attentando diſſolutionem, aut in confectione & publicatione triũ bullarum in reuocatione per ipſum dominum Eugenium fienda contentarũ, ſacrum concilium penitus abolet, dummodò ipſe dominus Eugenius omnia & ſingula ſuperiùs contenta, realiter & cum effectu adimpleuerit, & infra terminũ in præſenti decreto noſtræ prorogationis ſtatutum, huic ſacro concilio per ſuas authenticas literas ſignificauerit. Quod ſi fecerit, nemo erit noſtrum, qui pedes eius vt beati Petri non oſculetur, qui vt vicarium Chriſti non honoret: Erit concilij caput, omnes ad eum reſpicient, omnes ei complacere, obſequi, & quantùm cũ Deo poterunt, deſeruire curabunt. Offerimus etiam, quicquid dici aut cogitari poteſt, nos fideliſsimè facturos, quantùm cum Deo fieri poteritpro omni honore & ſtatu tam ſuę ſanctitatis, quàm omnium ſuorum. Datum in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſeptimo idus Nouembris, anno à natiuitate domini 1433.

Papa, caput concilij.

SESSIO XV.

Huic ſeſsioni interfuit Imperator cum inſignijs.

De concilijs prouincialibus & ſynodalibus.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriã. Pridem hæc ſancta ſynodus quoddam ſaluberrimũ promulgauit decretum, pro ſtabilitate & robore generalium conciliorum, quorum frequens celebratio præcipua eſt agri dominici cultura. Verùm cùm ad eandẽ culturam non dubium ſit pertinere, epiſcopales ſynodos & concilia prouincialia, prout veteres canones decreuerunt, frequentari: ideo eadem ſancta ſynodus antiquos & laudabiles mores noſtris cupiens temporibus obſeruari, ſtatuit atq; præcipit, ſynodum epiſcopalem in qualibet diœceſi poſt octauas dominicæ reſurrectionis vel alia die ſecundum conſuetudinem diœceſum ad minus ſemel in anno, vbi non eſt conſuetudo bis, annuatim celebrari per diœceſanũ propria in perſona, niſi canonico impedimẽto fuerit præpeditus, & tunc per vicarium ad hoc idoneum. Quæ ſynodus ſaltem biduo vel triduo duret, vel prout neceſſariũ epiſcopis viſum fuerit.

Prima autem die conuenientibus diœceſano & omnibus alijs, qui huiuſmodi ſynodo intereſſe tenentur, infra Miſſarum ſolennia vel poſt, diœceſanus vel alius eius nomine verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores ſectandum, abſtinendum à vitijs, & ad ea quæ pertinent ad eccleſiaſticã diſciplinam & officia ſingulorum, & præſertim vt hi quibus animarum cura commiſſa eſt, diebus dominicis & alijs ſolennibus plebem ſubiectam doctrinis & monitis ſalutaribus inſtruant. Poſteà legantur ſtatuta prouincialia & ſynodalia, & inter alia aliquis compendioſus tractatus, docens quomodò ſacramẽta miniſtrari debeant, & alia vtilia pro inſtructione ſacerdotum. Deinde ipſe diœceſanus de vita & moribus ſubditorum ſolerter inquirat, labem Simoniacæ prauitatis, contractus vſurarios, concubinatũ, fornicationem & alia quæuis crimina & exceſſus debita correctione cohibeat. Alienationes rerum eccleſiaſticarũ à iure prohibitas reuocet, clericorum abuſus & aliorũ ſubiectorũ, qui circa diuinum officium & delationem debiti habitus defecerint, in melius reformet & emendet. Et quoniã multa ſcandala ſæpè contingunt, eo quòd conſtitutio Bonifacij papæ octaui, quæ incipit, Periculoſa, edita ſuper clauſura monialiũ, non ſeruatur: ſtudeat ipſe diœceſanus, vt omnino iuxta ipſius conſtitutionis tenorem executioni demandetur: necnon vt quicunq; religioſi diœceſano ſubiecti, regulas & conſtitutiones ſuarum religionũ, præſertim vt ab eis omnis proprietas abdicetur, inuiolabiliter obſeruent. Ne etiam in receptione ipſorũ ad religionem, quicquam per Simoniam exigatur. Præcipua autem in ipſa ſynodo epiſcopi cura ſit, inquirere ac debitis remedijs occurrere, ne aliquod dogma hæreticũ, erroneum, aut ſcandaloſum, ſeu piarum aurium offenſiuum, ſortilegia, diuinationes, incantationes, ſuperſtitiones & quæuis diabolica figmenta diœceſim ſuã inficiant. Inſtituanturq; præterea teſtes ſynodales, viri graues, prouidi & honeſti, legis Dei zelũ habentes, iuxta diœceſum latitudinẽ in numero competenti, aut alij eorum poteſtatẽ habentes, vbi alij nõ ſunt ad hoc inſtituti, qui ſi diœceſano minùs idonei videantur, eos amouendo, alios (vt ei videbitur expedire) inſtituat. Hi autẽ in manibus ipſius diœceſani vel ſui vicarij iurare teneantur, vt tradit canon, Epiſcop' in ſynodo, qui per anni circulũ luſtrantes ipſam diœceſim, quæ corrigenda vel reformanda viderint, his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant. Quæ niſi correcta vel reformata iã fuerint, ad ſynodum ſubſequentem perferãt, in qua debitis remedijs occurratur. Sed & præter illa, quæ à teſtib' ſynodalib' vel alijs eorum officia exercentibus, diœceſanus audierit, inquirat & ipſe diligenter de cunctis ſubditorum ſuorum exceſsibus, & taliter in delinquentes inſurgat correctionis debitæ diſci-

Libro 6.

De regulatibus.

De hæreſibus.

disciplina, vt alijs malignari volẽtibus transeat in exemplum.

Celebretur quoq; in singulis prouincijs, saltem infra biennium à fine concilij generalis, & deinde ad minus semel de triennio in triennium, prouinciale concilium in loco tuto. In quo tam archiepiscopus quàm suffraganei omnes & alij, qui in huiusmodi concilijs prouincialibus interesse tenentur, debitè vocati intersint. Quòd si episcopus canonico fuerit impedimẽto detentus, procuratorem suum destinet, non solùm ad excusandum & probandum absentiæ causas, sed etiam ipsius nomine in concilio interessendum, suscipiendumq; quicquid concilium duxerit statuendum. Alioquin ipse episcopus à perceptione medietatis fructuũ vnius anni suæ ecclesię, qui per personam in ipso concilio deputandã, in ipsius ecclesiæ suæ fabricam effectualiter conuertantur, eo ipso sit suspensus. Alij verò venire negligentes, concilij arbitrio puniãtur, alijs iuris pœnis in suo robore duraturis. Concilio autẽ generali durante, & per sex menses antè, huiusmodi prouincialia concilia nõ celebrentur. Porrò in huius inchoatione concilij ipse metropolitanus vel alius eius nomine, infra Missarum solennia vel post, exhortatorium sermonem faciat, ea quæ ad statum ecclesiasticũ, & præcipuè ad pontificale officium pertinent, serioſe memorando, comminandoq; singulis, quòd iuxta Prophetæ
Ezech.3.c sententiam, si eorum culpa cuiusuis anima perierit, illius sanguis de manibus eorum à Domino exigetur. Præcipuè autẽ fiat tunc monitio exacta, vt dignis & benè meritis, quorum vita sufficiẽti testimonio nota sit, ordines & beneficia sine vlla Simoniaca labe cõferantur. Et super omnia, vt in animarum cura committenda, summa diligentia & matura inquisitio adhibeatur. Et vt bona ecclesiastica nullatenꝰ ad vsus illicitos, quin imò ad honorem Dei, ecclesiarum conseruationẽ (habendo secundum sacros canones præcipuam curam pauperũ & indigentium) laudabiliter conuertantur, scientes quòd de his omnibus apud tribunal æterni
Matth.5. iudicis vsq; ad minimum quadrantem rationem reddituri sunt. In quibus quidẽ concilijs de corrigendis excessibus, moribusq; subditorum reformandis, & præcipuè qualiter episcopi in conferendis beneficijs & confirmandis electionibus, ministrãdis ordinibus, deputandis confessoribus, prædicando ad populum, & puniendo excessus subditorum, obseruationeq; episcopalium synodorum, cęterisq; ad officium episcopale ac iurisdictionem & administrationem eorum in spiritualibꝰ & temporalibus quomodolibet spectantibus, se gesserint, & præsertim an à Simoniaca labe manus innoxias seruent, diligens inquisitio secundum iuris dispositionem fiat, vt omnes qui in præmissis deliquisse cõperti fuerint, per ipsum concilium corrigãtur & puniantur. Simili modo de ipso metropolitano circa omnia supradicta diligenter inquiratur, cuius excessus & defectus ipsum concilium eidem specialiter exprimat, ipsum admonendo & obsecrando, vt cùm aliorum pater vocetur, & esse debeat, à talibus omnino desistat. Et nihilominùs inquisitionem de ipso habitam, in scriptis redactam, ad Romanum pontificem vel alium eius superiorem, si quem habeat, sine mora transmittat, vt ab eo punitionem & reformationẽ suscipiat condecentem. Inter cætera, si quæ discordiæ, contentiones & inimicitiæ inter quoscunq; viguerint, quæ quietem & tranquillitatẽ prouinciæ possent perturbare, curet omni studio sacrum concilium illa sedare, & more piorum patrum ad pacem concordiamq; filiorum vigilanter intẽdat. Et si inter regna, prouincias & principatus, huiusmodi discordias suscitari cõtingat, mox sancti Dei antistites concilia prouinciarum suarum simul congregari procurent, & sibi inuicem conciliũ & auxilium impendentes, cuncta discordiarum fomenta amputare studeant: neq; hoc alicuius amore vel odio prætermittant, sed ad Deum solum & salutem populi mentis oculos erigentes, ad sanctũ pacis opus, omni tepiditate semota, inuigilent.

Cogitentur insuper in prouinciali synodo, quæ immediatè generale cõcilium subsequens antecedit, omnia quæ in eodem generali concilio visa fuerint prosequenda, ad Dei gloriam & prouinciæ commodum, salutemq; Christiani populi. Ibidemq; eligantur in numero competenti, qui ad proximum generale concilium vice totius prouinciæ debeant proficisci, quibus per subsidium vel aliâs prouideatur, prout de iure & concilio prouinciali fuerit visum expedire, ita tamen, quòd illi qui vltra personas (vt prædictum est) deputatas ad ipsum concilium generale accedere voluerint, aut eorum clerus nullatenus propterea grauẽtur. Relegantur quoque in vnoquoq; prouinciali concilio, quæ secundũ canonicas sanctiones in eisdem legi præcipiuntur, vt ea & inuiolabiliter obseruentur, & transgressoribus pœnæ debitę inferantur. Quòd si metropolitani vel diœcesani prædictis terminis in celebrandis prouincialibus & episcopalibus synodis, cessante legitimo impedimento, fuerint negligentes, medietatẽ omnium fructuum & obuentionum ratione suarum ecclesiarum ad eos pertinentiũ, fabricæ ipsarum ecclesiarum applicandam eo ipso amittant. Qui si in eadem negligentia per tres proximos menses perseuerauerint, ab officijs & beneficijs sint ipso facto suspensi. Quibus transactis temporibus sub antescriptis pœnis, antiquior in prouincia ordine episcopus ipsius metropolitani episcopi, aut

aut maior in dignitate post pontificalem in sacris constitutus, nisi ad alios forsan de consuetudine vel priuilegio pertineat, negligentiam in celebrandis prædictis prouincialibus & episcopalibus synodis supplere teneatur. Iubet insuper hæc sancta synodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcunq;, ad quos celebrare capitula pertinet, quòd illa statutis temporibus sub prædictis pœnis seruent, & seruari faciant, in quibus secundum canonicas sanctiones & religionũ constitutiones, cum omni studio & diligentia ad veram singularum religionum & ordinum reformationem intendant, ita vt deinceps in singulis monasterijs iuxta proprias regulas & constitutiones, debitè regularis vigeat obseruantia: & præcipuè, vt tria substantialia professionis vota omnino obseruentur. Per præmissa autem hæc sancta synodus non intendit iuribus quorumcunque quomodolibet derogare. Datum Basileæ in sessione publica, celebrata in ecclesia maiori Basileensi, sexto Kalendas Decembris, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimotertio.

SESSIO XVI.

Per quam declarat, Papam Eugenium concilio adhærere, celebratis cæremonijs consuetis, & in ea incorporantur bullæ Eugenij.

Huic sessioni interfuisse asseritur etiam Imperator in habitu imperiali, & prælati 90. omnes sedentes cum mitris albis, planis capitibus eorũ superpositis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuã rei memoriam. Literis sanctissimi domini Eugenij papæ quarti more curiæ Romanæ bullatis, ac per nonnullos sanctę Romanæ Ecclesię cardinales subscriptis, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs describitur, huic sacro concilio in generali congregatione per venerabiles Ioannem archiepiscopum Tarentinum & Christophorum Ceruiensem episcopum oratores suos præsentatis, lectis, examinatis & diligenter inspectis, eadẽ sancta synodus decernit & declarat, præfatum dominum Eugenium per prædictas literas satisfeciſſe plenariè monitioni, citationi & requisitioni huius sacri cõcilij, prout in decreto in xiiij. sessione promulgato, & in schedula in eodem decreto inserta, continetur. Ipsasq; literas approbat, acceptat, & admittit, ratasq; habet & gratas, & sic ab omnibꝰ haberi vult, mandans dictarum literarum transsumpta sub bulla sacri concilij dari debere omnibꝰ habere volentibus, quibus transumptis eandem fidem dari decernit, quæ ipsis literis originalibus daretur. Tenor verò dictarum literarum sequitur, & est talis:

Literæ Eugenij pontificis.

Eugenius episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum sacrum generale Basileense concilium, per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationesq; felicis recordationis Martini papæ quinti ac nostras, p extirpatione hæresum, pace populi Christiani ac generali reformatione Ecclesiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea, legitimè inchoatum, ex certis causis in alijs nostris literis expressis, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio & assensu dissoluimus. Verùm cùm ex dicta dissolutione ortæ sint graues dissensiones, & grauiores oriri possent, nihilq; magis optemus, quàm quòd prædicta sancta opera debitum sortiantur effectum, de consilio & assensu venerabilis fratris Iordani episcopi Sabinensis, & dilectorum filiorum nostrorũ Antonij sancti Marcelli, Francisci sancti Clementis, Angeloti tituli sancti Marci presbyterorum, ac Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Ardecini sanctorum Cosmæ & Damiani diaconorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, decernimus & declaramus, præfatum generale concilium Basileense à tempore prædictę inchoationis suæ legitimè continuatum fuisse & esse, prosecutionemq; semper habuisse, continuari, ac prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quinimo præfatam dissolutionem irritam & inanem de consilio & assensu simili declarantes, ipsum sacrũ generale concilium Basileense purè, simpliciter & cum effectu ac omni deuotione & fauore prosequimur, & prosequi intẽdimus. Præterea, vt mentis nostræ integritas ac deuotio, quam ad vniuersalem Ecclesiam & sacrum generale concilium Basileense gerimus, omnibus constet euidenter, duas nostras literas pridẽ in palatio Apostolico promulgatas, nam tertias, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs describitur, quæ dicuntur incipere, Deus nouit, cùm à nobis aut de scitu nostro nunquam emanârint, licet superfluum videatur, quod non extat, reuocare, tamen quia petitum est, & ad cautelam, si vllo vnquam tempore apparérent, & alias quascunq;, & quicquid per nos aut nostro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti sacri cõcilij Basileensis, seu contra eius authoritatem factum & attentatum seu assertum est, cassamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, nullas & irritas fuisse & esse declaramus. Item reuocamus quoscunq; processus quarumcunq; censurarum, priuationum & suspensionũ factos contra suppositа huius sacri concilij Basileensis, & adhærentes eidem, necnon omnia gesta & facta in præiudiciũ, læsionem & derogationem eorundem, eis non legitimè citatis, nec legitimè defensis, de quibuscunq;

dignita-

dignitatibus, beneficijs, commendis & officijs, etiam si cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, abbatiæ &c. existant, iuribus & bonis quibuscunq; , & specialiter contra cardinales de Cypro, sancti Sixti & Firmanum, ac omnia in pristinum statum per præsentes reducimus, perinde ac si non emanassent, cum clausulis opportunis. Mandantes sub pœnis formidabilibus omnibus, qui se de dictis dignitatibus, beneficijs, commendis, officijs, iuribus & bonis intromisissent, vel ratione dictarum priuationum seu nostrarũ ordinationum quarumcunque se vellent intromittere, vt ab ipsa intromissione & omni molestia penitus desistant. Vtrùm autem fuerit legitima citatio & defensio, stabitur iudicio ipsius sacri concilij. Nos autem deinceps à nouitatibus & grauaminibus seu præiudicijs inferendis ipsi sacro concilio vel suppositis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistemus. Tenor verò præfatarum literarum sequitur, & est talis:

Prima bulla reuocata.

Eugenius episcopus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. Inscrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo ad hoc nos, maximæ potestatis desuper plenitudine nobis tradita, super vniuersum gregem dominicum in præsulem constituit, vt ad remouendum atq; extirpandum de agro dominico vepres, ex quibus possent Ecclesiæ suæ sanctæ & Christianæ reipublicæ dissensiones & scãdala prouenire, cura assidua & peruigili intendamus. Sanè cùm dudum ex certis & rationabilibus causis concilium, quod nonnulli Basileæ congregatum esse dicebant, dissoluentes, illud ad ciuitatẽ nostram Bononiensem duxerimus commutandum, postmodùm cessantibus dictis causis, præfatum concilium in ipsa ciuitate Basileensi decreuimus per nostros legatos, qui ibidem nostro nomine præsiderent, continuari debere, prout in diuersis desuper confectis nostris literis pleniùs continetur. Cùm autem qui Basileæ congregati erant, prout sunt, etiam post dissolutionem & decretũ huiusmodi, ac etiam ante aduentum dictorum legatorum, nõ ad communem vtilitatem, sed ad priuatas passiones intenti, nullaq; authoritate sedis Apostolicæ suffulti, multa & grauia, etiam præter illa tria, propter quæ fuerat ibi principaliter concilium à principio constitutum, tanquam haberent generalis synodi, nobis etiam contradicentibus, potestatem, disponere, ordinare, statuere, sancire, declarare, & mandare præsumpserint, in nostrum & sedis Apostolicæ ac venerabilium fratrum nostrorum cardinalium, & aliorum nobis adhærentium graue præiudicium, præter & contra sanctorum patrũ decreta & canonicas sanctiones: Nos attẽdentes, quòd ea, quæ per eos sic perperã statuta, facta & ordinata existunt, si sub dissimulatione & silentio præterirent, in magnum atq; euidens præiudicium Ecclesię atq; Apostolicæ sedis, & graue scandalum plurimorum verisimiliter redundare possent, cùm nõ ad reformationem, sed deformationem, nõ ad vnitatem, sed scissuram Ecclesiæ, non ad hæreses tollendas, sed nutriendas, non ad pacẽ fidelium, sed discordiam seminandam spectare videantur: ac propterea volentes, prout ex debito pastoralis officij tenemur, quãtum altissimus permiserit, futuris scandalis celeri remedio prouidere, omnia & singula gesta, facta & ordinata, sancita, decreta & declarata per præfatos Basileæ congregatos & existentes, videlicet citationes, processus & sententias, statuta & decreta, quę de nobis seu contra nos, iura & libertatem nostrã & sedis Apostolicæ vel venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, seu ipsorum aliquem, aut prælatos quoscunq; , siue curiales aut Romanam curiã sequẽtes, vsq; ad præsentem diem facere, statuere, attentare, & ordinare nimiùm præsumpserũt, & quæ vsq; ad accessum ipsorum legatorum ad suprascriptam ciuitatem Basileensem, & in ipso concilio præsidentium, quomodolibet per eos in futurum fient, agentur, ordinabuntur, sancientur, statuentur, attentabuntur, & mãdabuntur, exceptis his, in quibus eis per nostras literas facultatẽ concessimus, irita esse & inania, nullumq; effectum debuisse aut debere sortiri, authoritate Apostolica de consilio & assensu præfatorũ fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, tenore præsentiũ declaramus, decernimus, & pro infectis haberi volumus & mandamus. Ipsaq; & maximè legationes in terris Ecclesię, creationes & ordinationes officialium, beneficiorũ collationes, ac omnia & singula indè secuta, vel quæ in posterum sequi possent, ex nunc prefata authoritate, cùm de facto processerint, de Apostolicæ potestatis plenitudine cassamus, irritamus, & annullamus, ac nullius esse decernimus roboris vel momenti, districtiùs inhibentes vniuersis Christifidelibus, ne decretis, ordinationibus, mandatis, factis & gestis huiusmodi aliquo modo pareant vel intendant, aut pro talibus reputent, declarantes omnes & singulos, cuiuscunq; status, grad⁹ & præeminentiæ existant, etiã si imperiali, regali, cardinalatus, siue quacunq; alia ecclesiastica siue seculari præfulgeant dignitate, nullo vinculo iuramẽti, promissionis, facti, aut conuentionis prædictis factę, quomodolibet se teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, voluntatis, mandati, cassationis, irritationis, annullationis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-

præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum apostolorũ Petri & Pauli eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimotertio, quarto calendas Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Secunda bulla reuocata.

Eugenius episcopus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. In arcano nostræ mentis sæpissimè cogitantes, quòd nisi superinualescenti hominum malitiæ, qui Ecclesiam Dei varijs quæsitis coloribus perturbare conati sunt, authoritas Romanorũ pontificũ restitissет, diuersa in Ecclesia Dei scandala emersissent: non solùm debitum, sed etiã necessarium reputamus, vt nos quoque ea quæ in Ecclesiæ scandalũ, nostrumq; & sedis Apostolicę contemptum & dedecus fieri conspicimus, debitis remedijs comprimamus. Sanè cùm ad nostram notitiam nuper peruenissет, quoddam prætensum decretum, datum tertio idus Iulij anno domini 1433. emanasse, in quo inter cætera contineri videtur, nos infra lx. dierum spatium dictis congregatis purè & simpliciter adhærere debere: venerabilibus autem fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, necnon quibuscunq; in Romana curia existentibus mandari dicebatur, vt post ipsum terminum lapsum, infra viginti dies proximè sequentes, sub pœna priuationis omnium beneficiorũ suorum, commendarũ, pensionum, officiorum & gratiarum quarumcunq; , quam incurrerẽt ipso facto, Romanam curiã relinquerent: omnes insuper causas in ipsa curia pendentes, ad se eo casu aduocabant, prout hæc & nonnulla alia in ipso prætẽso decreto dicuntur pleniùs contineri: nos ex incumbenti nobis cura officij pastoralis astricti ad tuendam nostrã sedisq; Apostolicę authoritatem, cardinaliũ quoq; , patriarcharum, archiepiscoporũ, episcoporum, prelatorum, officiariorum & aliorũ curialium predictorum, asserentium ipsius decreti *ex defectu potestatis condentiũ, ac in hac parte supplicantium, vt super præmissis prouidere vellemus, graui querela cõmoti, authoritate domini nostri Iesu Christi, qui nos suum in terris vicarium constituit, ac de potestatis nostrę plenitudine pronunciam⁹, decernimus, ac etiã declaramus, præmissum assertum decretũ, ac omnia & singula in eo contenta, nullum & inane penitus extitisse, & existere, nulliusq; authoritatis, valoris vel momenti: ipsumq; & quæcunq; in ea comprehensa eadẽ authoritate reuocamus, cassamus, irritamus, & pro infectis haberi volumus, & mandamus, decernentes insuper & etiam statuentes, processus omnium beneficiorum, officiorum, dignitatum, pensionũ, commendarum seu titulorũ quorumcunq; collationes & dispositiones quascunque, in vim eiusdẽ decreti quomodocunq; & qualitercũq; factas & fiendas, & omnia indè secuta notoriè, nullius extitisse vel existere firmitatis. Mandamus insuper omnibus & singulis Christifidelibus, ecclesiasticis & secularib⁹, cuiuscunq; dignitatis, status seu conditionis existant, etiam si imperiali, regali, reginali, cardinalatus, patriarchali vel quauis alia præfulgeãt dignitate, sub anathematis pœna & priuationis, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, dignitatũ, officiorum & beneficiorum suorũ quorum cunq; , & inhabilitationis ad illa, seu alia in posterum obtinenda, ne cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, prelatos, officiarios, clericos seu alios Romanã curiam sequentes, in eorũ personis seu rebus ecclesiasticis, beneficialibus, spiritualib⁹ vel profanis, occasione præfati decreti turbent quomodolibet vel molestent, nec ea facientibus præstent auxilium, consilium vel fauorem. Pari quoq; pœna illos, qui authoritate seu occasione quacunq; , ea aut eorũ aliqua ausi fuerint attẽtare, volumus subiacere, inhabilitantes eos ad quascunque dignitates, honores, officia & beneficia in posterũ obtinenda, supplentes ex eadem potestatis plenitudine omnes defectus, si qui forsan interuenerint in præmissis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ pronunciationis, constitutionis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, voluntatis, mãdati, statuti, inhabilitationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud sanctum Laurentium in Damaso, anno incarnationis dominicæ millesimo, quadringentesimo, tricesimotertio, idibus Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

Tertia bulla reuocata.

Hanc bullã Eugenius pontifex negat se scientẽ confectã.

Eugenius episcopus seruus seruorũ Dei, vniuersis Christifidelibus salutem & Apostolicam benedictionem. Deus nouit secretorum omnium optimus perscrutator, quòd vsqueadeò summoperè atq; diligenti studio procurauimus, ne sacrilegũ schisma in Dei Ecclesia nasceretur, quòd pauci etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales Basileæ conuenientes, ipsum possent verisimiliter (si ab inceptis non desisterent) inducere, nos etiam ad illa humiliando, vt scandala vitarentur, ac ipsis plurima permittendo, ad quæ de iure minimè tenebamur, credentes vt exinde pacati, pax & tranquillitas inter nos & ipsos, imò veriùs in Christiana religione oriretur. Sed nõ profuerunt, siue prodesse possunt, per nos piè, mansuetè ac mode-

*Fortè deest, *defectum seu *nullitatem*

modestè cum ipsis dicta & gesta, vt potest notoriè adnimaduertere Christicola quilibet orthodoxus, quin ipsi velint se à sancta sede Apostolica scindere, & diuinum corpus dominicum, id est, sanctam matrem Ecclesiam, Christi tunicam inconsutilem, lacerare, ac scissuram pestiferam in ipsa conficere, nosq; Petri successorem legitimum, licet immeritum, pro posse confundere, quas res hactenus Christianæ religionis principibus patefacere non curauimus, sperantes nostra cum mansuetudine & patientia omnia ad debitæ iustitiæ semitas posse deducere, ac ipsos ab eorum conatibus & erroribus reuocare. Sed prohdolor nimiùm iste morbus eorum cancerosus inualuit, & quotidiè conualescit, quia nostra clementia & nimia benignitas ipsos contra nos quotidiè reddit magis elatos. Et quamuis eorum desiderijs condescendentes, mandauerimus iterũ debere Basileæ concilium celebrari, ipsi tamen quoniam nobis oppidò sunt infesti, & quos toleraſſe, & ipsis suarum contra sedem Apostolicam rebellionum indulgentiã obtuliſſe, non profuit: eorum tamen intentionem executioni gaudent & cupiunt præcipuè demandare, nos falso de varijs criminibus impetentes, vt valeant inhumaniter omni põtificali potestate nos perturbare, quorum callidè dicta & gesta opus est refellere, ne falsis detractionibus de nobis confictis, valeant Christianam circumuenire religionem, ac omnibus Christifidelibus eorum gesta, dicta & facta horrenda sapere posse in futurum schisma & pestiferã hæresim ostendamus, nostris his literis singulariter eorũ obiectis respondentes. Obijciunt igitur primùm de nobis obloquentes, quòd scandali & perturbationis causa in Ecclesia Dei introducẽdi, perperàm conati sumus sacrum Basileense dissoluere concilium, quodque ex hoc vniuersalem Ecclesiam conturbauimus, nec sine consensu concilij dissolutionem illam facere valuimus: quæ cuncta veritati iuris & facti penit9 sunt aduersa. Quoniam primùm nostra nunquàm fuit aut erit intentio, sacrum dissoluẽdo exinanire concilium, ac nolle secundum Constantiensis & Senensis statuta conciliorũ ipsam sacram synodum celebrari, in qua perfidæ hæreses euellerentur, & Deo militantium in Ecclesia reformarẽtur mores improbi, ac alta pax & dulcis tranquillitas Christiano populo traderetur: quin potiùs hoc tam salubre negocium semper insedit, & residet cordi nostro. Et his de rebus cupientes vt ipsum per Apostolicæ nostræ solertiæ studium finem debitum consequeretur, in nostræ assumptionis principio ad summi Apostolatus apicem mandauimus, per dilectum filium Iulianum sanctæ Romanę Ecclesiæ sancti Angeli diaconum cardinalem, ibidem Basileæ sanctam synodum celebrari. Verùm quoniam postmodùm, vt alijs nostris literis curauimus Christicolis palàm facere, iustis de causis ex parte ipsius Iuliani, & nonnullorum tunc Basileæ conuenientium, per dilectum filiũ Ioannem Pulchri patris ipsorum oratorem, ad nos specialiter deputatũ, nos informati veridica relatione percepimus, quòd Basileæ pro tunc sine magno temporis interuallo ipsius sanctæ synodi celebratio non esset posibilis, concilium ipsum penitus non dissoluimus, vt ipsi non benè interpretati sunt, sed ad nostrã Bononiensem ciuitatem commutauimus, sic quòd ipsum in sua essentia consistere voluimus, ac à Basileensi ciuitate solùm exoluimus. Quare nos indebitè criminantur, quòd scandala in Ecclesia Dei introducendi causa concilij dissipauimus, cùm ipsum à Basilea commutare, necessitatibus vrgentib9, coacti fuerimus. Et quamuis nunc nobis ipsas causas per præfatum oratorem intimatas, inficiari non vereantur, orbi tamen toti notissimum est, illas causas celebrandi concilij impedituas, extitisse veras. Nam ferè octo menses effluxerant, postquàm ipsa initiari debuit sancta synodus, nec adhuc Basileæ conuenerant tres episcopi, aut alij in toto numero decem prælati, regumq; & principum procuratores siue nuncij pauci siue nulli aderant, cum quibus de Christianorum pacatione siue cõcordia possent aliqua pertractari, vt in concilijs primùm est decens inquirere. Doctorum & magistrorum ferè nulli intererant, qui hæreticorum versutijs resistere possent, ac argumenta eorum sophistica scirẽt refellere & confutare. Locus etiam ipse Basileensis ciuitatis minimè tutus videbatur, tum propter armatam finitimam hæresim Bohemorum, tum propter subortam guerram inter dilectos filios viros illustres Burgundiæ & Austriæ duces. His igitur & alijs iustis & legitimis de causis, non scandalizandi clerum siue errores studio conficiendi, de ipsorum cardinalium plurimorum consilio & assensu, qui nunc Basileæ conueniunt, & hanc commutationem damnant, illam fecimus, præsertim his etiam de causis moti, quia sperabamus, quòd in Italia consistente charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Romanorum tunc rege, nos facilius ambo potuissemus Bononiæ conuenire, adessentq; ibidem Bononiæ tunc celeriùs prelati & principes in numero copioso, siue ipsorum procuratores & nuncij, cum quibus meliùs & grauiori maturitate singula in concilijs agenda expedirentur, & maiori cum reuerentia ab omnibus Christifidelibus reciperẽtur, quàm illa quæ per paucos Basileæ conuenientes fieri forsitan contigissent. Nescimus ergo, quomodò ipsam audent commutationem reprobare, cuius ipsi plurimi fuerũt authores præcipui, damnant nanque eorum gesta, non nostra, quia tunc

tunc eramus grauissima corporali infirmitate grauati, cùm ipsi dissolutionẽ & translationem ipsam promouebant, suadebant, & efficere studuerãt, nobis præcipuè ad memoriam reducentes, & his rationibus compellentes, quòd dum eramus in minoribus constituti, vnà cum ipsis & alijs fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalibus, voto & iuramento nos astrinximus, quòd illo in loco concilium teneremus, in quo maiori parti cardinal. .m magis expediens videretur, cùm Basileæ non speraretur posse concilium celebrari temporibus à iure decretis, iam fine temporis instante, & impedimentis subsistentibus anteà enarratis, sicque ipsi mutationem siue translationẽ necessariã esse dicentes, & vt alio in loco transferremus, sedulò requirentes. Tandem fuit causa finalis, vt ipsam translationẽ siue commutationem faceremus, quam tamen & iustam fuisse, & nobis soli cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus facere licuisse (prout egimus) etiam absq; alterius consensu concilij, nemo sanæ mentis ambigere debet. Nam etsi canon Constantiensis concilij, qui incipit, Frequens, ab ipso concilio editus, & à felicis recordationis Martino prędecessore nostro non improbatus, locum mutare, vel tempus inceptionis concilij prorogare nobis sine concilij consensu prohibere videatur, non tamen debet sic abusiuè interpretari, vt, causa imminente, nobis etiam soli adempta fuerit circa loci mutationem, temporis prorogationem dispensandi facultas, cum etiam si à Martino editus extitisset, illa non fuisset, siue esse debuisset prohibẽtis intentio, quæ successoribus suis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari post ipsum, quinimo eadem potestate functuris, & infertur (prout est secundum omnia iura) in hac parte concilium inferius summo pontifice, papamq; ipsis priorem nequeunt soluere vel ligare, sed nos in his concilio superiores, ipsum possemus pro libitu regulare. Nam hoc de iure notissimũ est, quòd possumus quæcunq; statuta, decreta, declarata siue sancita per quoscũq; prædecessores nostros, vel per quæcunq; concilia, dummodò in ipsis fidei fundamenta non existant, siue ex hoc vniuersalis Ecclesiæ bonum principaliter non turbetur, vt vicarius Christi & irreprehensibiliter pro nostro amouere & corripere pro libitu voluntatis: & cõtrà sentire non esset longæuum ab hæresi, velle ligare manus vicarij Iesu Christi, & in terris Dei legati, siue ipsius gesta iudicare vel improbare, quod sacrilegij crimen habet. Sed quæsumus, nobis dicant, qui nobis detrahunt, quæ hæresis, quæ vniuersalis Ecclesiæ turbatio ex hac translatione loci surgere poterat, si nos sanctã synodum Bononiæ commutauimus, vt eius bonum nõ frustraretur vlteriùs, quod iam mensibus octo sine fructu aliquo extiterat prorogatũ, & ipsius initiandi postmodùm Basileæ vestigia commoda nulla videbantur? Profectò nullus per iuris tramites ambulans, & non passione seductus assereret, quòd Ecclesiæ fecerimus perturbationem, sed salutem: nec celebrationem concilij frustrauimus, sed id accelerare concupiuimus. Taceant ergo hi, qui sic nobis inhumaniter detrahunt: quoniã non ad Christianorum & Ecclesiæ noxam, commutationem fecimus, sed pro salute tutissima, vt citiùs quæ in concilio forent agenda, finem debitum sortirentur. Fuit igitur à Basileensi ciuitate legitima pro tũc nostra concilij dissolutio, ac ipsius ad Bononiã iustissima translatio, & asserentes contrà sunt penitus ab omni veritate ac fide catholica alieni. Nos insuper criminantur & diffamãt, quòd sacro concilio purè & simpliciter non adhæremus, sed quotidiè magis & magis contemnimus & despicimus, quodq; nos modestè & mansuetè monere curauerint, vt scandalosam dissolutionẽ & Ecclesiæ Christi perturbationem amouere deberemus, quas res inquiunt nos pertinaciter recusare, & has ob causas nos citare & monere non sunt veriti, & tandem (quod est deterius) si eorum vota infra sexaginta dies non adimpleuerimus, nos ab omni pontificali dignitate suspendisse profitentur: quæ quantùm contra omnia sint diuina iura pariter & humana, ac hæresim manifestè nutrientia, breuiter ostendemus: nam dissolutionem, quam scandalosam & Ecclesiã perturbantem esse dicunt, legitimis de causis & necessarijs iure fecimus, vt antè retulimus. Quod igitur scandalum, quod iustè, honestè & vrgente necessitate factum extitit, potuit generare? Profectò nullum, cùm omnia quæ ad salutem Christianæ religionis debuissent in Basileensi concilio expediri, & quæ pro tunc cùm ipsam sanctam synodum commutauimus, ibidem Basileæ fieri non poterant: meliùs, celeriùs & commodiùs in ipsa Bononiensi synodo perfici valuissent. Quam etiam Ecclesiæ turbationem fecimus, cùm (vt paulò antè narrauimus) illo in tẽpore, quo concilium commutauimus, ferè nulli prælati conuenerant? Non poterant igitur perturbari, qui nõ aderant: quia quòd concilium Basileę fieret, non curabant. Nam si affectassent, ibidem in tempore conueniissent. Nec quo ad illos qui conuenerant, quia ita pauci numero erant, quòd sine nostra authoritate Ecclesiã vniuersalem repræsentare non poterant, quamuis ipsi eam repræsentare se dixerint. Concilio igitur ad ipsam Bononiensem ciuitatem legitimè translato, ibidem postmodum Basileæ conuenientes velut locustæ acephali, canonicum sine nostris præsidentibus non fecere concilium, cùm authoritate carerent Apostolicæ sedis. Nec ve-

Constantiensis concilij sess. 39.

ræ ſunt, quas faciunt excuſationes, quòd Conſtantienſis, Senenſisq; atq; felicis recordationis Martini ac noſtra authoritate, ipſorum concilium vires habuerit, & habeat. Nã nos prædictis veris cauſis ſubſiſtentibus, & noſtrã & piæ memoriæ Martini, & ipſorum conciliorum authoritates, vt iure fecimus, reuocare potuimus, vt patulè ſuprà inſinuauimus. quare poſt ipſam canonicam diſſolutionem & authoritatum prædictarum reuocationem, abſq; vlla Apoſtolica authoritate conueniebant, ſiue conueniunt. Vndè verum non eſt dicere, eorum canonicũ poſt noſtram diſſolutionem & ſine noſtris præſidentibus fuiſſe vel eſſe concilium, quoniã nulla rata eſt vel vnquam erit ſynodus generalis, quæ ſummi pontificis non fuerit authoritate ſuffulta. Nec etiam eorum Spiritus ſanctus eſt caput, cùm miſericors Ieſus Chriſtus ſuper omnia ſummũ pontificẽ † eccleſiæ poſt tranſitum verbi ad patrẽ, caput & principem ab ipſo Chriſto & Eccleſia conſtitutum Eccleſiæ inſtituerit, nos videlicet, qui locum retinemus ipſius vicarij Ieſu Chriſti, quamuis immeriti. Sacrilegum igitur à nobis poſtulant & hæreticum, vt declarare velimus, retroactis temporibus Baſileæ continuè fuiſſe concilium, cùm poſt noſtram diſſolutionem ſine noſtris præſidẽtibus regulare non fecere concilium: quia eorũ dicta, geſta & facta omnia, contra diuina iura pariter & humana perperã ſunt confecta, & quæ per nos nullatenus ſunt debita comprobari. Et in hoc eſt quòd Chriſtianã religionẽ circumuenire cupiunt, vt ſub colore, quòd continuè Baſileæ concilium fuiſſe declaremus, omnia eorũ geſta & facta cõprobem⁹, quæ adeò ſunt minùs benè compoſita, vt etiam ſi ab habentibus poteſtatẽ promulgata fuiſſent, eſſent irritatione, annullatiõe & reuocatione digniſſima. Nã quod nunquã eſt lectũ, ipſi in ciuitate noſtra Auinionenſi, & contra noſtram voluntatẽ conſtituere legatum auſi ſunt, illã tyrannidi vnius Cardinalis, nuper cum eis cõuenientis ſubijciendo, ſpreto verò legato de latere, per nos & ſedem Apoſtolicã conſtituto: vndè tot guerrarum ſtrages, tot rapinæ, tot homicidia, tot incendia ſuborta ſunt. Sed tandem clementiſsim⁹ Deus ſua miſericordia fauit parti iuſtiorẽ cauſam habenti, quia noſtro vero dominio, & ſub noſtro legato ipſa ciuitas eſt ſubiecta. Ipſi inſuper de ſingulis Romanæ curię officijs inter ſeipſos diſponere nõ ſunt veriti, præſidentes, ad præſidendũ in eorum generali concilio, deputando, noſtris penitus præſidentibus ſpretis, cũ quibus potuiſſent ac debuiſſent canonicam ſynodum facere & firmare. Cauſarum etiam auditores à ſeipſis cõſtituerunt, quod nuſquã viſum eſt, pontifice ſummo Romanam cnriam tenente, dum ad ipſam extirpationẽ hęreſum, reformationẽ morum, pacemq; Chriſtico-

Denotat Cardinalé S. Euſtachij qui obijt poſtmodũ in eodem concilio.

larum vniuerſam intenti eſſe deberent, ſingulorum cauſas particulares ſtudent potiùs ventilare. Exercitium etiam vicecancellariatus officij, vni ex ipſis contra noſtrã voluntatem tribuere præſumpſerunt, ac etiam generalia ſiue publica conſiſtoria celebrare, omniaq; attentare non formidant, quæ tantum ſunt nobis & ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata, perinde ac ſi vniuerſæ carnis viam eſſemus ingreſi, vel ſi omnis pontificalis ſummæ dignitatis poteſtas eſſet nobis adhuc viuentibus & in Petri ſede legitimè conſtitutis, apud ipſos deuoluta: quod aſſeuerare eſt hæreticum & prophanũ, cùm poteſtas apud nos & ipſos, & ſic duos, in ſolidũ eſſe non poſsit: quia imaginari non poſſumus, qua authoritate, quo iure nobis in ſede Apoſtolica conſiſtentibus, beneficia conferant, niſi quòd vſurpant contra iuſtitiã iurã noſtra. Et quod deteſtabilius eſt, illa quæ in noſtris prædeceſſoribus malefacta damnãt, monaſteriorum religioſorũ ſecularibus clericis adminiſtrationes conceſſas, ipſi ad inſtantiam cuiuſdam principis ſecularis fecerunt. Nam officium Generalis Humiliatorum, & illius ordinis principale monaſteriũ, cuidam ſeculari clerico in commendã ſiue adminiſtrationẽ conceſſerunt: quam rem, exemplo veluti pernicioſam, nos per antèa facere recuſauimus. Ipſi verò vt epiſcopos habeant, continuò cognita cõtraria voluntate facere tentauerunt, & ſub tali eorum colorato titulo clericus antedictus in dicta adminiſtratione intruſus eſt, ita vt dici poſsit, quòd ferè centũ monaſteria regularia, quæ ſub officio Generalis dicti ordinis regulari debuiſſent, ſub vnius clerici ſecularis ſunt adminiſtratione ſuppoſita: quæ quantùm iuri, quantùm honeſtati, quãtùm bonis moribus conueniant, quiſq; prudens animaduertere poteſt. Poſtremò tandẽ vltra aliud, quòd nos & plurimos fratres noſtros ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinales citare conati ſunt, etiam poſtquam decreuimus iterũ ibidem Baſileæ debere concilium agitari, nos etiam ab adminiſtratione ſummi pontificatus ſuſpendere freti ſunt, vt ad ipſos poſſent ſaltem de facto, ipſam noſtram ſummi pontificis poteſtatem aduocare, & eius adminiſtrationem exercere, conferendo beneficia vel officia, & alia faciendo quæ nobis tantùm ſunt à iure conceſſa ſiue permiſſa. Iſtæ ſunt ergo cauſæ, quare continuè Baſileæ fuiſſe concilium per nos declarari cupiunt. Iſti ſunt, qui, quoniam eorum vota pati non volumus, de nobis tot mendacia confingunt. Iſtæ ſunt hæreſes quas extirpare cupiũt. Iſtæ ſunt reformationes debitæ, quas in Eccleſia Dei introducunt, & pax & trãquillitas, quas vniuerſis Chriſtifidelibus diſponunt, quia inter ſeipſos poteſtatem noſtrã diuidunt, & ſibijpſis aſſcribere cupiunt, vt quę beneficia vel officia ſiue honores, quos à nobis conſe-

Denotat Cardinalẽ Rothomagẽſem, qui fuit vicecancellarius tempore concilij.

qui

qui non valuerunt, ſcindendo Dei Eccleſiam conſequantur. Abſit igitur à nobis, abſit, vt talem declarationẽ faciamus, & quòd talia geſta comprobemus. Prius eſt enim, vt non ſolùm pontificatũ vel partem eius, ſed animam tollant, quàm fidem catholicã nobis auferant. De hoc autem verò ad oſtendam noſtram ſynceram & puriſsimam intentionem, quam habemus, vt concilium fiat, & quòd omnia ad finem debitum perducantur, contenti ſumus, & volumus purè & ſimpliciter continuè fuiſſe concilium, ita tamen, quòd omnia geſta & attentata contra nos, ſiue ſedis Apoſtolicæ libertatem vel priuilegia, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ cardinales ac nobis adhærentes, prout de facto fecerunt, ſic de facto ante omnia reuocent, noſtrosq; legatos iuxta iuris regulas præſidentes admittant. Obijciunt etiam nobis, & admirari videntur, quòd Baſileæ iuſsimus ſacram ſynodum celebrari, ac mandauimus cum concilij conſilio, agenda per præſidentes perfici. Dicimus, quòd concilium duntaxat potens eſt, ipſos autem præſidentes ſequi neceſſe eſt: & ideo ſi concilium dictaret, ſiue conſuleret aliquid Eccleſiæ expedire, præſidentibus verò non placeret, hoc ipſum minimè fieri poſſet, ſic quòd de iudice concilium conſiliarius formaretur. Sed hi ſic dicentes, ſi nulla iura vidiſſent, ſatis eſſet. Nam ſi *ipſi omnia mundi iura percontẽtur, omnia volunt, quòd quæ concilio ſtatuuntur, declarantur, ſeu ſanciuntur, à Papa vel eius legato conſtituantur atque promulgentur, ſacro concilio conſulente, ſiue etiam approbante. Nam ſi Papa vel legatus eiuſdem, nollet diſponere aliqua, contrà concilium affectaret: Papæ ſententia, vel eius legati, perſonam ſummi pontificis repræſentantis, non concilij voluntas, ſequenda foret, cùm ſuper omnia concilia habeat poteſtatẽ Papa, niſi fortè quæ ſtatuenda forent, catholicam fidem reſpicerent, vel ſi non fierent, ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ principaliter perturbarent, quia tunc concilij ſententia eſſet potiùs attendenda. Verba igitur noſtrarum literarum ſecundum iuris formam interpretanda ſunt, vt quæ ad ſolum concilium ſpectarent, quæ ſunt numero plurima, cũ concilio expediantur & fiant, alij verò iuris tramitem imitentur. Et hoc eſt, in quo potiſsimè falluntur, qui Baſileæ conueniunt. Nam credunt in ſingulis agendis eſſe iudices ſupra pontificem, quod eorum actiones demonſtrant. Nam in ſingulis ſe nobis ſuperiores reputant, quod tamen aſſeuerare eſt hæreticum & prophanum. Obmuteſcant igitur, & noſcant, quod etiam ſic cum concilio fieri mandauit fe.re. Martinus noſter proximus prædeceſſor, nec velint noſtram puram intentionem in ſingulis lacerare, quam etiam cum alijs laceſſere conãtur, aſſeuerantes noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicem

Locus obſcurus.

*ipſi

non fuiſſe canonicam electionem. Sed ô mi ſericors Deus, cur oculos tuæ piæ iuſtitiæ contra præfatos non conuertis? Nam plurimi ex his qui talia proferunt, ſunt, qui nos in Petri cathedram dirigentes inthronizauerunt, iſti nos conſecrauerunt, iſti nos coronauerunt, & aliqui ex eis, vt à vero Chriſti vicario pontificatus inſignia ſuſceperunt, alij verò ex eis ferè omnes gratias ſiue beneficia plurima ſunt adepti, & nos annis plurimis pro ſummo vero pontifice venerati ſunt. Igitur imaginari non poſſumus, qua fronte, qua audacia, quo colore poſsint noſtram catholicam electionem in dubium reuocare, præſertim cùm ipſorum allegent maximam turpitudinem. Quare principes Chriſtiani religioſiſsimi, vosq; alij Chriſticolæ orthodoxi, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti præfatos Baſileæ conuenientes adhortemini, vt deſiſtentes ab inceptis, velint noſtros præſidentes admittere, vt canonicam ſynodum faciẽtes, poſsint bona illa propter quæ ſacrum conciliũ eſt inſtitutum, debitæ executioni demãdare. Quòd ſi ſecus (quod abſit) fecerint, & Dei Eccleſiã ſcindere (vt hactenus ſunt conati) cõcupiuerint, nec cum præſidentibus intendere reformationi Eccleſiæ ſtuduerint, tũc vos Chriſticolas principes iterum per eiuſdem miſericordiam obſecramus, qui pro nobis mortem ſubijt temporalem, vt velitis eorum improbis conatib⁹ pro poſſe reſiſtere, præſertim ne ſchiſma nefandiſsimũ in Dei Eccleſia oriatur. Nam hoc ad principes pertinet ſeculi Chriſtianos, vt eorum temporibus pacatã velint eſſe matrẽ Eccleſiam, vndè ſunt ſpiritualiter nati. Quod Pſalmographi verbum oſtendit, cùm inquit: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã. Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore &c. Sed quomodò ſeruiunt principes in timore, niſi ea quæ contra ſanctam matrem Eccleſiam & iuſſa domini ſunt, religioſa ſeueritate prohibendo atq; plectendo? Agite igitur, viriliter agite, aduerſus Chriſti vineã & agrum dominicũ deuaſtare cupientes, nec permittere velitis, quòd ſine authoritate pontificis conciliabula, non concilia, fiant: quomodo in futurum poſſet eſſe exemplum perniciоſiſsimum, vt decem ſiue plures ad libitũ ſine ſedis Apoſtolicæ authoritate aliquo in loco prælati conuenirent, ſcandalizarentq; populum Chriſtianum orthodoxum, ac contra Chriſti vicarium pro libitu reſilirent, vt reſiſtentes malis actionibus, ęternam gloriam mereamini. Datum Romæ apud ſanctum Laurentiũ in Damaſo, anno incarnationis dominicæ 1433. idibus Septembris, pontificatus noſtri anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cõſtitutionis, declarationis, proſecutionis, intentionis, caſſationis, reuocationis, irritationis, annullationis, volũtatis, reductionis

Pſalm. 2.

& mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. xviij. Calendas Ianuarij, pontificatus nostri anno tertio. Ego Iordanus episcopus Sabinensis, manu propria subscripsi. Ego Antonius tituli sancti Marcelli, manu propria subscripsi. Ego Lucidus cardinalis de * Comite, manu propria subscripsi. Ioannes de Nursia. Poggius. Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, Nonis Februarij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

* de Comitibus Nursiensis iste fuit scriptor Eugenij: Poggius secretarius, Poggijq; nomẽ a tergo bullę scriptum fuit.

Die sabbati xxiiij. Aprilis, 1434. in congregatione generali domini legati sanctissimi domini nostri incorporati sunt sacro cõcilio nominibus priuatis, vt sequitur, videlicet reuerendissimi reuerendiq; patres domini, cardinalis sanctæ Crucis, archiepiscopus Tarentinus, episcopus Paduanus, & abbas sanctæ Iustinæ, &c.

Oratores sanctissimi domini Eugenij papæ quarti in eorum incorporatione iurabũt nominibus proprijs, fideliter laborare pro statu & honore huius sacri concilij & eius decreta defendere, & manu tenere, & specialiter decretum sacri concilij Constantiensis, cuius tenor sequitur, & est talis: Primò, quòd generalis synodus in Spiritusancto legitimè congregata, generale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq;, cuiuscunque status vel dignitatis etiam si Papalis existat, qui mandatis, statutis siue ordinationibus aut præceptis huius sanctæ synodi & cuiuscunq; alterius concilij generalis legitimè congregati, super præmissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Item iurabunt dare sanum & salubre consilium secundũ Deum & conscientias suas, & non reuelare vota singulorum, in quantùm ex huiusmodi reuelatione verisimiliter posset oriri aliquod odium vel scandalum, &c. Et nõ recedere à loco huius sacri concilij, sine licentia obtenta à deputatis eiusdem.

Constantiensis concilij sess. 4.

Super admissione præsidentium in concilio nomine domini Eugenij papæ quarti.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiã repræsentans, dilectos Ecclesiæ filios Nicolaum tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbyterum, Iulianum sancti Angeli diaconum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, & venerabiles Ioannem archiepiscopum Tarentinum, & Petrum episcopum Paduanum, ac dilectum Ecclesię filium Ludouicum abbatem sanctæ Iustinæ Paduanæ, tantùm admittit in præsidentes in hoc sacro concilio, nomine, vice & loco sanctissimi domini Eugenij papæ quarti cum infrà scriptis conditionibus & clausulis, plenissimum robur & effectum per omnia habituris, videlicet, sine * omni iurisdictione coactiua, saluo etiam * vlla modo procedendi in hoc sacro concilio hactenus obseruato, præsertim qui continetur in ordinationibus huius sacri concilij, quæ incipiunt: Primò sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de cõcilio distribuantur æqualiter, quantùm fieri poterit, &c. Ordinat etiam, quòd præter feriam sextam, in qua ordinaria est congregatio generalis, non possit fieri alia, nisi fuerit concluſum priùs per tres deputationes ad minùs. Et tunc intimetur ipsis præsidentibus vel alteri ex eis, quòd ponant schedulas. Et si non fecerint, vnus ex promotoribus concilij, vel vnus ex deputationibus quicunq; sit, ponat schedulas. Et omnes de concilio veniant ad congregationẽ. Aliâs si non fuerit concluſum per tres deputationes, nullus ad ipsam congregationem accedat. Et quicquid ibi factũ fuerit, nullius sit roboris. Et idẽ de sessione. Item, quòd lectis in congregatione generali his quæ concluſa sunt per deputationes, primus inter præsidentes ibidem præsentes, etiam alijs vel alio ex eis absentibus, concludat iuxta ordinationes sacri concilij. Quòd si nolit ipse aut alius de præsidentibus ibidẽ præsentib' facere, tunc proximior prælatus subsequens in ordine considendi, concludat. Et ipso nolẽte, alius succesiuè faciat. Et si fortè nullus de præsidentibus veniat ad congregationem, vel ad sessionem generalis concilij, tunc * primus prælatus (vt præmittitur) pro illo die faciat officiũ præsidentis. Item, quòd omnia acta huius sacri concilij (sicut hactenus est obseruatum) fiant, & expediantur sub nomine & bulla ipsius concilij. Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, sexto calendas Maij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

* proximus * proximior

In hac

In hac 17. sessione tam solenniter celebrata, interfuit Sigismundus Romanorum Imperator sedens coronatus cum alijs nobilibus sibi astantibus. Vnus dux à dextro, tenens ensem euaginatum in manu, iuxta quem dux Vuilhelmus Bauariæ, habens & tenens pomum rotundum deauratum cum cruce in signũ mundi, & à sinistro dominus Marchio Brandenburgensis, vnus Electorum Imperij, habens seu tenens sceptrum regale deauratum, &c. Et benè centum prælati, sedentes cum mitris albis, vt moris est, &c.

Super innouatione decreti concilij Constantiensis de authoritate & potestate conciliorum generalium, absentibus dominis legatis Papæ.

Huic sessioni 18. non interfuit Imperator, iam antè Basilea digressus.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Ad magnam Ecclesiæ catholicæ vtilitatem pertinere dinoscitur, vt ipsius authoritas (cui omnes subesse tenentur) in sacro olim Constantiensi concilio declarata, sæpiùs manifestetur, & ad omnium notitiã perducatur. Et quemadmodum nonnulla concilia præcedentium synodorum salubres instituciones & declarationes renouare consueuerunt, ita & hæc sancta synodus necessariam illam declarationem de generalium conciliorum authoritate, in dicto Constantiensi concilio promulgatam, sub eodem qui sequitur tenore innouat: Primò, quòd generalis synodus in Spiritusancto legitimè congregata, generale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunque cuiuscunq; status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, qui mandatis, statutis siue ordinationibus aut præceptis huius sanctæ synodi aut cuiuscunque alterius concilij generalis legitimè congregati, super præmissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, sexto calendas Iulij, Anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

Constantiensis concilij sessione 4. Et supra in hoc Basileensi, sessione 16.

Constantiensis cõcilij sess. 5.

In qua fuerunt pronunciatæ decreta in materia Græcorum, necnon Iudæorum & neophytorum.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Sicut pia mater pro filiorum salute semper anxia est, nec vnquam quiescit, donec si qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit: sic & multo ampliùs sancta mater Ecclesia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare consueuit, vt omnes qui Christiano nomine censentur, sublato omni dissidio, eandem fidei vnitatem, sine qua salus esse non potest, fraterna charitate custodiant. Quamobrem huius sanctæ synodi ab initio suæ congregationis, præcipua cura fuit, illud recens Bohemorum, antiquumq; Græcorum dissidium prorsus extinguere, & eos nobiscum in eodem fidei & charitatis vinculo perpetuo copulare. Bohemos igitur viciniores primò, deinde Græcos per nostras literas & oratores pro sancta vnione faciẽda, cum omni charitate ad hoc sacrum conciliũ vocauimus. Et quanquam Bohemorum negocium multi ab initio nõ solùm difficile, sed penè impossibile æstimarent, nostrosq; tanquam superuacuos & inutiles iudicarent labores, attamen dominus noster Iesus Christus, cui nihil impossibile est, sic salubriter rem ipsam vsq; ad hanc diem direxit, vt multo ampliùs hæc ipsa Bohemorum vocatio Ecclesiæ sanctæ profuerit, quàm multi potentissimi exercitus, qui sæpè Bohemiam armata manu ingressi sunt. Quæ res eo ampliorem spem nobis præbet, vt hanc Græcorum vnionem cum omni fiducia & constãtia prosequamur. Quod quidem eo libentiùs aggredimur, quo ipsos ad hanc vnionem plurimùm affectos conspicimus. Vt primùm enim sereniſsimus Græcorum Imperator & patriarcha Constantinopolitanus per nostros requisiti sunt oratores, mox tres insignes viros de his qui apud eos magnæ videtur authoritatis, (quorum primus ipsum Imperatorem consanguinitate attinet) ad hanc sanctã synodum destinârunt, sufficienti ipsius Imperatoris mandato cum bulla aurea & eius manu propria subscripta, ac patriarchæ literis munitos, qui tã in generali congregatione, quàm coram commissarijs nostris feruentissimũ Imperatoris & patriarchæ, totiusq; ecclesiæ Orientalis ad hanc vnionem desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosecutionem pulsant, ac quotidiè excitant, duo inter alia firmiter constanterq; asserentes, vnionem ipsam nisi

in ſynodo vniuerſali, in qua tam Eccleſia Occidentalis quàm Orientalis conueniat, fieri nullatenus poſſe, & in ea ſynodo ſi fiat, (vt infrà conuentum eſt) omnino ipſam vnionem ſecuturam. His auditis, ſumma nobis lætitia ac iocunditas nimirum acceſsit. Quid enim catholicæ Eccleſiæ felicius glorioſiuſq; contingere vnquam poſſet, quàm quòd tot Oriẽtales populi, qui numero hominũ ab his qui noſtræ fidei ſunt, non multùm diſtare videntur, in eadem nobiſcum fidei vnitate coniungantur? Quid vtilius aut fructuoſius ab exordio naſcentis Eccleſiæ populus Chriſtianus vidit vel audiuit, quàm quòd tam diuturnum pernicioſumque ſchiſma penitus extirpetur? Vndè & aliam reipublicæ Chriſtianæ Deo propicio, vtilitatem accreſcere confidimus, quoniam ex hac vnione, cùm facta fuerit, plurimos ex nefanda Mahumeti ſecta ad fidem catholicam conuerti, ſperandum eſt. Quid igitur pro tam pijs ac ſalutaribus rebus, per Chriſti fideles tentandum faciendumq; non eſſet? Quis catholicus pro tanto nominis Chriſtiani & orthodoxæ fidei incremento, non modò caducam huius mundi ſubſtantiam, ſed & corpus & animam exponere non deberet? Quocirca omnem cogitatũ noſtrum iactantes in Deum, qui facit mirabilia magna ſolus, venerabiles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, præſidentes ſedis Apoſtolicæ, patriarcham Antiochenum, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, magiſtroſque & doctores in numero competenti deputauimus, vt vnà cum ipſis Græcorum ambaſiatorib⁹ rem iſtam tractare, & quo ordine ad executionẽ deducenda eſſet, proſpicere deberent. Qui tam inter ſe, quàm cum ipſis oratoribus ſæpenumerò conuenientes, habito inter ſe digeſto conſilio, ad infraſcripta cum ipſis deuenerunt capitula, quæ poſteà ſecundum morem huius ſacri concilij per ſacras deputatiões maturè deliberata, ac deinde per generalem congregationẽ concluſa firmataq; ſolenniter extiterunt. Quorum tenor vnà cũ mãdato ipſius domini Imperatoris ſub bulla aurea ſequitur, & eſt talis:

Pſal. 54. c 71. c. 135. a

Ambaſiatores ſereniſsimi domini Imperatoris Græcorum, & domini patriarchæ Cõſtantinopolitani, videlicet dominus Demetrius *protonoſtiarius Palæologus Mæotides, venerabilis Iſidorus abbas monaſterij ſancti Demetrij, & dominus Ioannes Diſsipatus, eiuſdem Imperatoris familiaris, conuenientes cum dominis deputatis ſacri concilij, primò expoſuerunt, quòd ſi Eccleſiæ Occidentali placeret, vt hæc ſynodus Conſtantinopoli celebraretur, Eccleſia Orientalis proprijs expenſis ibidem conueniret, nec oporteret, vt Eccleſia Occidentalis prælatis Orientalibus aliquas expenſas faceret. Quinimò ipſe dominus Imperator, in quibus poſſet, prælatis Latinis Conſtantinopolim venturis ſubueniret. Sin autem placeret, vt prælati Eccleſiæ Orientalis ad terras Latinorum pro prædicta ſynodo accederent, neceſſariũ fore propter legitimas cauſas, vt expenſis Eccleſiæ Occidentalis ſubuenirent. Et cùm dictis dominis deputatis videretur multis de cauſis, hanc vnionẽ commodiùs fieri poſſe in hac ciuitate Baſileenſi, vbi actu concilium congregatum eſt, ſæpè ac multùm apud ipſos dominos oratores inſtiterunt, vt hic locus pro hac ſancta vnione eligeretur, offerẽtes impenſas ad hoc neceſſarias. Sed ipſis oratoribus reſpondentibus, quòd cùm eorum inſtructiones limitatæ de certis locis per ipſos Imperatorem & patriarcham eis datæ ſint, non hunc locum eligere qui in ipſis inſtructionibus nominatus non eſſet, Domini deputati ſacri Concilij, cognoſcentes ſanctam ac perfectam ipſius concilij intentionem, quæ eſt, vt pro honore Dei & profectu fidei catholicæ nullis parcatur laboribus & impenſis, iudicârunt non expedire, vt propter locum duntaxat tantum bonum negligeretur. Acceptârunt igitur, ſi placeat ſacro Concilio, vnum de locis inferiùs nominãdis, cùm hoc, quòd (ſicut inferiùs eſt conuentum) mittantur aliqui vel aliquis ad ipſum dominũ Imperatorem, patriarcham & alios, quibus perſuadeãt per efficaces rationes, vt in hanc ciuitatem Baſileenſem velint aſſentire. Loca nominata ſunt, Calabria, Anchona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia ciuitas in Italia. Extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Auſtria, & ad vltimum Sabaudia. Conuenerunt tandem dicti domini deputati cum ipſis dominis ambaſiatoribus, in his quæ ſequuntur, ſi ſacro Concilio placeant. Primo dicti ambaſiatores promiſerunt, quòd ad huiuſmodi ſynodum conuenient Imperator Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitanus, & cæteri tres patriarchæ & archiepiſcopi & epiſcopi & alij eccleſiaſtici, qui commodè venire poterunt. Similiter quòd venient ab omnibus regnis & dominijs, quę ſubijciuntur eccleſijs Græcorum, cum plena poteſtate & mandato vallato iuramento & alijs clauſulis opportunis, tam ex parte ſecularium dominorum quàm prælatorum. Item, quòd mittatur vnus vel plures ambaſiatores, ex parte ſacri Concilij cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione prælatorum Eccleſiæ Orientalis ad Conſtantinopolim, quæ octo millia expedientur ab ipſis ambaſiatoribus ſacri Concilij, prout ipſi domino Imperatori & ipſis ambaſitoribus ſacri Concilij videbitur. Ita tamẽ, quòd ſi dicti prælati nollent Conſtantinopolim venire, vel poſtquàm Conſtantinopolim venerint, nollent ad ſynodum prædictam accedere, tunc teneatur dictus Imperator reddere dictis ambaſiatoribus ſacri Concilij, quicquid pro ea re expenderint. Item, quòd Eccleſia Occidentalis ſoluat expenſas quatuor galearum groſſarum, quarum duæ ſint de Conſtantinopoli, & duæ aliundè, pro conducendo dum tempus erit ad portum noſtrum, & reducendo Conſtantinopolim dominum Imperatorem & patriarchas & prælatos Eccleſiæ Orientalis cum ſuis, vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum. Quibus ipſa Occidentalis Eccleſia impenſas faciet hoc modo: Quia pro expenſis ipſius Imperatoris & ipſarum ſeptingentarum perſonarum, à Conſtantinopoli vſque ad portum noſtrum vltimum, dabit ipſi Imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem vltimo portu vſque ad locum dictę ſynodi, & deinde, quandiu manebunt in ſynodo, & vſque ad reuerſionem ipſorum ad Conſtantinopolim, faciet dicto Imperatori cum dictis ſeptingentis perſonis impenſas honeſtas. Item, quòd infra decem menſes incipiendos à menſe Nouembris proximè ſequenti, teneatur ſacrum Concilium mittere duas galeas groſſas, & duas ſubtiles verſus Conſtantinopolim cum trecentis baliſtarijs. Super quibus galeis erunt ambaſiatores ſacri Concilij, & dominus Demetrius *proto noſtiarius Palæologus, primus de ipſis ambaſiatoribus domini Imperatoris. Qui quidẽ ambaſiatores ſacri Concilij, habebunt ſecum quindecim millia ducatorum, dando domino Imperatori pro expenſis ſuis & patriarcharum & prælatorum, ac aliorum venientium vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum, faciendis à Conſtantinopoli vſque ad portum vltimum, ad quem debebunt applicare, vt ſuprà. Item prædicti ambaſiatores ſacri Concilij, ituri cum prædictis galeis, ordinabunt, quòd decem millia ducatorum erunt parata ad exponendum, ſi neceſſarium fuerit, pro cuſtodia ciuitatis Conſtantinopolitanæ, propter periculum quod poſſet interuenire à Turcis ciuitati tempore abſentiæ dicti domini Imperatoris, quæ pecuniæ exponentur per aliquem à dictis ambaſiatoribus ſacri Concilij * deputandis, prout neceſsitas fuerit. Item, ordinabunt prædicti ambaſiatores ſacri Concilij, de expenſis duarum galearum ſubtilium & trecentorum baliſtariorum, pro cuſtodia ciuitatis Conſtantinopolitanæ tempore abſentiæ domini Imperatoris, & quòd gentes dictarum galearum & ipſi baliſtarij iurabunt in manibus Imperatoris, fideliter ſe habere. Et capitanei eorum ſint, quos Imperator inſtituerit. Item, quòd prædicti ambaſiatores habeant expenſas duarum galearũ groſſarum, tot quot expendi conſueuerunt in armando tales galeas. Item, quòd huiuſmodi ambaſiatores ſacri Concilij ituri cum prædictis galeis Conſtantinopolim, nominabunt domino Imperatori portum, ad quem vltimò debebit applicare, & locum vnum de prænominatis, in quo eſſe debeat dicta vniuerſalis ſynodus. Laborabunt tamen cum omni inſtantia, vt ciuitas iſta Baſileenſis eligatur, prout ſperandum eſt. Item, quòd hoc ſacrum Baſileenſe concilium interim ſtabit firmiter in Baſilea, nec diſſoluetur legitimo impedimento ceſſante, quo interueniente (quod Deus auertat) pro continuatione ſui iuxta diſpoſitionem capituli, Frequens, ad aliam ciuitatem ſe transferet. Et in caſu quo dominus Imperator non contentaretur de iſto loco, tunc infra menſem, poſtquàm præfatus dominus Imperator applicuerit ad dictum portum vltimum, ſacrum Concilium ſe transferet ad vnum de prædictis locis nominatis, per ipſum ſacrum concilium (vt ſuprà dictum eſt) eligendum. Item, quòd in omnem euentum prædicta omnia vtrinque adimpleantur. Item, quòd prædicta omnia fient firmiori modo, & cum maiori robore & ſecuritate, quo fieri poſſunt per ſacrum Concilium, videlicet per decretum & ſub bulla. Item, quòd prædictis omnibus concluſis & concordatis, ac (vt præmittitur) firmiter roboratis, ſummus pontifex expreſsum præbeat aſſenſum per ſuas patentes bullas. Et quòd prædicta omnia & ſingula intelligi debeant bona fide, ſine dolo & fraude, & abſque impedimento legitimo & manifeſto. His omnibus adimpletis, dicunt ſupradicti ambaſiatores Græcorum, & promittunt, quòd omnino venient, etiam ſi bellum foret, & inſtaret ciuitati. Et ob earum omnium rerum confirmationem tradent mandatum præfati Imperatoris ſub bulla aurea ſacro concilio, & pro prædicto Imperatore ipſi & alij iurabunt, ſcribendo & ſubſcribendo propter firmam & veram fidem, quòd fieri debeat cum DEO vniuerſalis ſancta ſynodus, ſi mors Imperatoris non interuenerit, aut impedimentum aliquod manifeſtum & verum, quod fugi vitarique non poſſet. Poſtremò petitum eſt ab ipſis ambaſiatoribus Græcorum, vt exponerent quædam nomina, in eorum inſtructionibus contenta. Et primò, quid intelligunt per verbum, ſynodus vniuerſalis. Reſponderũt, quòd papa & patriarchæ ſint in dicta ſynodo per ſe vel procuratores ſuos, ſimiliter & alij prælati ſint ibidem verè vel repræſentatiuè, promittentes (vt ſuprà) quòd dominus Imperator Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitanus intererunt perſonaliter *liberi & inuiolenti, hoc eſt, quòd vnicuique liceat liberè dicere iudicium ſuum ſine cuiuſquam impedimento vel violentia, ſine contentione, hoc eſt, ſine contentione rixoſa & contumelioſa. Non tamen excluduntur diſputationes & collationes neceſſariæ, pacificæ, honeſtæ, & charitatiuæ. Apoſtolica & canonica hæc omnia

*protouestiarius for. *protoſpatarius

*protouestiarius for. *protonotarius, aut *protoſpatarius

for. *deputandum

*libera & inuiolenta

In Conſtantienſis concilij ſeſsione 39. Et in procœmio huius Baſileenſis.

quomodo intelligi debeāt,& de modo procedendi in ſynodo, remittunt ſe ad ea, quæ ipſa vniuerſalis ſynodus declarabit & ordinabit. Item quòd Imperator Græcorum & eorum Eccleſia habeat honores ſuos, hoc eſt, quos habebat tempore exorti præſentis ſchiſmatis, ſaluis ſemper iuribus, honoribus,priuilegijs & dignitatibus ſummi pontificis, & Romanæ Eccleſiæ & Imperatoris Romanorum. Et quòd ſi qua dubitatio oriatur, detur declarationi vniuerſalis concilij præfati.

Sequitur tenor mandati dicti Imperatoris ſub Bulla aurea, de Græco in Latinum translati.

Quoniā miſsi fueruntad ſacroſanctum Concilium generale Baſileenſe noſtri & Imperij noſtri ambaſiatores, familiaris noſter * protonoſtiarius Demetrius Palæologus Mæotides, & honorandiſsimus in ſacris monachis abbas ſacri monaſterij ſancti Demetrij, & familiaris noſter Ioannes Diſsipatus, ad conſtitutionem à nobis ſolicitati generalis & œcumenici concilij, pro vnione præmeditata eccleſiarum Chriſti, & dedimus eis ambaſiatoribus perfectam & plenam poteſtatem & * bayliam ſuper & in prædictis, mandat, diffinit, & ordinat Imperium noſtrum per præſens chryſobulum ſuū, quòd omnia & ſingula illa, quæ ordinauerint, promiſerint,iurauerint, fecerint, & conſtituerint per ſcripturam ſiue ſcripturas ſuper prædictis præfati noſtri ambaſiatores,reputentur à noſtro imperio, & affirmata ſint, tanquam ſi à perſona noſtra præſentialiter facta,ordinata, promiſſa & iurata forent. Et ſi contingeret impedimentum aliquod, vel mors in aliquo dictorum ambaſiatorum, tunc quod factum eſt,& promiſſum erit per duos ex eis, firmum & validum ſit,tanquam ſi per omnes tres factum foret. Et in robur & firmitatem prędictorum,iurat Imperium noſtrum per iuramentum debitum, & condecens nobis, tanquam Chriſtiano fideli Imperatori, & per orationem & benedictionem ſancti mei Imperatoris domini & patris noſtri felicis memoriæ, & per animam meam. Factumq; eſt præſens chryſobulum Imperij noſtri, à mundi creatione ſexies mil leſimo nongenteſimo quadrageſimoſecundo,& à domini noſtri IESV CHRISTI natiuitate milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, die vndecimo Nouembris, Conſtantinopoli in palatio noſtro imperiali. Et ſubſcriptum literis rubeis manu noſtra propria more imperiali, cum pendenti aurea bulla.

*protouestiarius

Litera domini patriarchæ Conſtantinopolitani de Græco in Latinū tranſlata ſub bulla plumbea, & eſt talis:

Ioſeph Dei gratia archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, nouæ Romæ vniuerſalis patriarcha, reuerendiſsimis cardinalibus Romanæ Eccleſiæ & reuerendis epiſcopis & omnibus alijs deuotis congregatis in ſynodo Baſileenſi, condignam & condecentem mitto vobis omnibus ea, qua teneor, charitate & amicitia ſpirituali ſalutem. Literas Reuerentiæ veſtræ recepimus per reuerendum Antonium epiſcopum Sudenſem, & fratrem Albertum de Criſpis, ſacræ theologiæ magiſtrum, oratores veſtros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum benè notauimus optimam diſpoſitionem atque intentionem Deo amabilem,quam veſtra Reuerentia pro tota Chriſtianitate gerit,& ſpecialiter pro nobis, id eſt, pro vnitate Eccleſiæ ſanctæ CHRISTI. Et ſuper hoc lætati fuimus maximè, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos iam diu hortati fuimus inſtanter Eccleſiam Romanā. Multoties enim ſcripſimus, & miſimus illuc pro vnitate prædicta, vt omnibus patet. Tantis autem legationibus ex parte noſtra factis,& tanta ſolicitudine oſtenſa,non permiſerunt tamen circumſtantiæ rerum, vt finem acciperet noſtra voluntas & tractatus. Ad præſens igitur de iſtis & eiſdem & conſimili & eadem diſpoſitione,veſtrę Reuerentiæ ſcribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum, ſub præſentia omnium perſonarum debentium neceſſariò adeſſe, ſecundum antiquum ordinem & conſuetudinē, & tale concilium fieri canonicum,liberum, inuiolatum, & ſimpliciter ſecundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum: & illud omne, quod DEO dante in tali Concilio vnanimiter & cōcorditer concluſum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & ſine contradictione & lite quacunque. Quæ omnia dicta fuerunt, & conceſſa, & confirmata à ſancta Romana Eccleſia, per plures legationes ad eam noſtri parte facta. Impedita verò fuit iſtorum concluſio & effectus, propter temporales circumſtantias, vt ſuprà dictum eſt. Sed quoniam veſtra Reuerentia in præſenti tempore tantam promptitudinem ſuper iſtis oſtendit, per legationem ſpecialem quam fecit pro iſtis,& hortata fuit nos literis & relationibus ſuorum oratorum, propter hoc & nos mittimus ambaſiatores noſtros familiarem imperij * protonoſtiarium Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandiſsimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & Ioannem Diſſipatum, per quos petimus & rogamus V. R. quòd ad hoc Deo amabile opus vnionis conferatis omnem curam & ſolicitudinem, vt fiat & concludatur dictum laudabile opus,veſtris ſtudio & diligentia, noſtris correſpondentibus. Cùm verò ſint aliqua neceſſaria ad hoc & eius operis executiua,commiſimus de iſtis prædictis noſtris ambaſiatoribus, qui V.R. latiùs & clariùs omnia

*protouestiarium

referent, & manifeſtabunt, placeatq; V. R. eiſdem plenam fidem adhibere. Datum in vrbe Conſtantinopoli, milleſimo quadringēteſimo trigeſimotertio,die decimoquinto menſis Octobris.

Sequitur confirmatio ſupradictorum capitulorum.

Supraſcripta igitur capitula & conuentiones hæc ſancta ſynodus authoritate vniuerſalis Eccleſię præſenti decreto approbat, ratificat & confirmat, ſtatuitq; ac decernit, & pollicetur ea & eorum quodlibet ſeruare, & inconcuſſa tenere,vt prędmittitur.Quæ cùm ad incrementum fidei orthodoxæ, vtilitatemq; Eccleſiæ catholicæ & totius populi Chriſtiani pertinent, omnibus fidem CHRISTI diligentibus grata plurimùm & accepta eſſe debent.Et quoniam(vt præſcriptum eſt)ipſi Græci propter nonnullas cauſas poſtulant, vt ſanctiſsimus dominus Eugenius papa quartus, dictis capitulis & conuentionibus expreſsè cōſentiat, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipſum Eugenium hæc ſancta ſynodus cum omni charitate obſecrat & deprecatur, ac per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, cum quanta poteſt inſtantia exorat ac requirit, vt in fauorem fidei & eccleſiaſticæ vnitatis, præfatis capitulis & conuentionibus ſynodali decreto approbatis & ratificatis, per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas,expreſſum aſſenſum præbeat. Datum in ſeſsione publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata,ſeptimo idus Septembris,anno à natiuitate domini milleſimo quadringēteſimo trigeſimoquarto.

Aliud decretum de Iudæis & neophytis, in eadē ſeſsione promulgatum.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis,in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſequens veſtigia hæc ſancta ſynodus,illud gerit potiſsimè in viſceribus charitatis,vt omnes euangelicam veritatē agnoſcant,& in ea,poſtquàm agnouerint, fideliter perſeuerent. Proinde, vt Iudæi alijq; infideles ad orthodoxā conuertantur fidem, quiq; ad ipſam conuerſi fuerint,in illa conſtanter permaneant, his ſalubribus inſtitutis prouidere decernens,in primis ſtatuit,vt omnes diœceſani quoſdam in literis diuinis benè eruditos, aliquot vicibꝰ annuatim deputent in locis, vbi Iudæi aut alij infideles degunt,ad prædicandū & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, vt ipſi infideles qui audiunt, ſuos valeant errores recognoſcere. Ad quam prædicationem ſub pœnis tam commercij per fideles illis interdicēdi, quàm alijs ad hoc opportunis ipſos infideles cuiuſcunq; ſexus in annis diſcretionis conſtitutos,accedere compellāt. Ipſi autem diœceſani ac prædicantes, ita ſe erga illos propicios ac charitate plenos exhibeant, vt nō ſolum propalatione veritatis, ſed & alijs humanitatis officijs ipſos Chriſto lucrifaciant. Chriſtianos autem cuiuſcunque dignitatis aut ſtatus, quomodolibet impedientes,ne Iudæi ad huiuſmodi prædicationem conueniant,aut arceantur, notam fautoriæ infidelitatis incurrere ipſo facto decernit. Vt autem hæc prædicatio eo ſit fructuoſior, * quo prædicantes linguarum habuerint peritiam, omnibus modis ſeruari præcipimus conſtitutionem editam in concilio Viennenſi, de duobus docere debentibus in ſtudijs ibidē expreſsis, linguas Hebraicam,Arabicam, Græcam & Chaldæam: quæ vt efficaciùs obſeruetur, rectores ipſorum ſtudiorum inter alia quæ in aſſumptione Rectoratus iurant, hoc etiam addi volumus, operam ſe pro ipſius conſtitutionis obſeruatione daturos. In concilijs etiam illarum prouinciarum,in quibus huiuſmodi ſtudia conſtituta ſunt,omnino diſponatur, vt hi qui prædictas linguas docturi ſunt, ſtipendia debita percipere valeant. Sacros inſuper canones renouantes, præcipimus tam diœceſanis, quàm poteſtatibus ſecularibus, vt modis omnibus prohibeāt, ne Iudæi aut alij infideles, aut Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares ſeu ſeruientes,aut filiorum ſuorum nutrices habeant, ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtiuitatibus, nuptijs & conuiuijs aut balneis, ſeu nimia conuerſatione communicent,aut medicos, vel matrimoniorum proxenetas ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutos aſſumant, necalijs publicis præponant officijs, aut ad gradus quoſcunq; ſcholaſticos admittant,nec eis locentur prædia vel alij redditus eccleſiaſtici. Prohibeantur etiā, libros eccleſiaſticos, calices, cruces & alia eccleſiarum ornamenta ſub pœna perditionis rei emere, aut pignori ſub pœna amiſsionis pecuniæ mutuatæ accipere. Sub grauibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum, per quem à Chriſtianis euidenter diſcerni poſsint. Quorum vt euitetur nimia conuerſatio, in aliquibus ciuitatum & oppidorum locis, à Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis, habitare compellantur, & ab eccleſijs longiùs quātùm fieri poteſt.Nec diebus dominicis & alijs ſolennibus feſtiuitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præſumant.

* quo maiorem

De his qui volunt ad fidem conuerti.

Si quis eorum ad fidem catholicam conuerti voluerit, bona ſua quæcunque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæſaque permaneant. Quòd ſi huiuſmodi bona ex vſura aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, ac notæ ſint perſonæ, quibus foret de iure reſtitutio facienda,(quia nō dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum)illis reſtitui omnino

omnino oportet. His verò personis non extantibus, quia talia per manus Ecclesiæ in pios essent vsus conuertẽda, hæc sancta synodus vicem gerens vniuersalis Ecclesiæ, in fauorem concedit susceptri baptismatis, tanquam in pium vsum apud ipsos remanere debere, sub pœna diuini anathematis tam ecclesiasticis quàm secularibus interdicens, vt nullam super his, quouis quæsito colore, molestiam inferãt, aut inferri patiantur, sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam
1.Ioan.3.c (vt scriptum est) qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodò charitas Dei manet in ipso? si ipsi conuersionis tempore inopes aut indigentes fuerint, per viscera misericordiæ Dei nostri omnes tam ecclesiasticos quàm seculares hæc sancta synodus exhortatur, vt ipsis conuersis manus porrigant adiutrices. Ipsi quoq; diœcesani non solùm Christianos ad subueniendum illis exhortentur, sed tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quàm de his quæ ad pauperũ vsus per ipsos conuertenda deuoluuntur, huiusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosq; à detractionibus, contumelijs, paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam
Ephe.2.d baptismi ciues sanctorum & domestici Dei efficiuntur, longeq; digniús sit regenerari
b editali spiritu, quàm nasci carne, hac * edictali lege statuimus, vt ciuitatum & locorum, in quibus sacro baptismate regenerantur, priuilegijs, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione duntaxat natiuitatis & originis alij consequuntur. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & hi qui de sacro fonte suscipiunt, tam ante baptismum quàm post, illos in articulis fidei ac legis nouæ præceptis, catholicæq; Ecclesiæ ritibus diligenter instruere. Et tam ipsi quàm diœcesani operam dent, ne cum Iudæis seu infidelibus, saltem per longum tempus, penitus conuersentur, ne sicut nouiter contingit ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam perditionem recidiuos efficiat. & quoniam (experientia teste) mutuam inter se neophytorum conuersationem ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimùm officere compertum est, exhortatur hæc sancta synodus locorum ordinarios, vt quantùm pro incremẽto fidei viderint expedire, curent & studeant, neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare. Prohibeatur & his neophytis sub grauibus pœnis, ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbata aliasq; solennitates & antiquæ sectæ ritus quoquo modo obseruent. Sed & ecclesias & prædicationes nostras, prout alij catholici frequentent, & in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant. Contemptores autem præ-

dictorum, per sacerdotes in quorum parochijs siti sunt, aut alios ad quos de iure vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, ac etiam per alios quoscunque, diœcesanis seu inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferantur: & inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, per eos taliter puniantur, quòd & alijs transeat in exemplum. De his omnibus in concilijs prouincialibus & synodalib⁹ diligens fiat inquisitio. & tam circa episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quàm ipsos neophytos & infideles prædictorum contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuscunq; gradus vel præeminentiæ, huiusmodi neophytos, ne ad obseruationem ritus Christiani seu alicuius præmissorum compellantur, foueat atque defendat, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas incurrat. Neophyti verò si se corrigere post canonicam monitionem neglexerint, quin ad vomitum Iudaizantes redire comperti sint, contra eos tanquam perfidos hæreticos, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Si qua verò ipsis Iudæis vel infidelibus indulta seu priuilegia per quoscunque ecclesiasticos seu seculares cuiuscunque status seu dignitatis, etiam si Papalis vel Imperialis existant, concessa iam sint, vel in futurum concedi contingat, vergentia quoquo modo in detrimentum catholicæ fidei aut nominis Christiani, seu quorumcunque præmissorum, hæc sancta synodus cassa & irrita esse decernit, decretis & constitutionibus Apostolicis ac synodalibus, quæ super præmissis condita sunt, in suo robore duraturis. Et vt huiusmodi sanctæ constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiã prætendere possit, iubet hæc sancta synodus, vt per singulas cathedrales & collegiatas ecclesias, aliaq; pia loca, in quibus vberior est fidelium concursus, semel in anno ad minùs infra diuina promulgetur. Datum in sessione ipsius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, septimo idus Septembris, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

SESSIO XX.

Decretum de concubinarijs in sessione vigesima promulgatum.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu-sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Tanto sumus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione statuta & de-

& decreta sub forma authentica proniores, quanto ex hoc statutis & decretis huiusmodi circa eorum obseruationem valeat fides certior adhiberi. Hinc est, quòd nos tenores constitutionum inferiùs descriptarum, per nos dudum editarum, & in sessione publica per nos in maiori ecclesia Basileẽsi vndecimo Calendas Februarij, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo-quinto celebrata publicatarũ, & apud acta nostra de mandato nostro descriptarum, ad dilectorum ecclesię filiorum &c. N. & N. qui tenores huiusmodi se in iudicio & extra asserunt indigere, supplicationis instrumentum de actis ipsis extrahi, & præsentibus annotari fecimus, quæ sequuntur in hæc verba: Quicunque clericus, cuiuscunq; status, conditionis, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius præeminentiæ existat, qui post huius cõstitutionis notitiam, quam habere præsumatur, per duos menses post publicationem eiusdem in ecclesijs cathedralibus, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquàm eadem constitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum, trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat: necnon & huiusmodi publicum concubinarium, vt primùm talem esse innotuerit, mox suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinã dimittat. Quã si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè resumpserit, iubet hęc sancta synodus, vt ipsum suis omnibus beneficijs omnino priuet. Et nihilominùs hi publici concubinarij, vsquequò cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamq; vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensationẽ recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quòd si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos (vt prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quàm in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant. In concilijs etiam prouincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiã per suspensionem à collatione beneficiorum vel alia cõdigna pœna seueriter procedatur. Et si hi, quorũ destitutio ad summum pontificem spectat, per Concilia prouincialia aut suos superiores, propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsi summo põtifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscunq; capitulis generalibus & prouincialibus, quo ad suos seruetur, pœnis alijs contra prædictos & alios non publicos concubinarios statutis, in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt Publici cõcubinarij qui. non solùm hi, quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure factã, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed qui mulierem de incontinentia suspectam & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit. Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus à concubinarijs percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fœditate sordescere: sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione aut spe alicui⁹ quæstus, talia quouis modo tolerent aut dissimulẽt: alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint, restituere ad pios vsus omnino teneãtur & compellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas, prælati modis omnibus curent à suis subditis, etiam per brachij secularis auxilium (si opus fuerit) penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios, apud patres suos cohabitare non permittant. Iubet insuper hæc sancta synodus, vt etiã in prædictis synodis & capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus secularibus viris, etiã si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocunq; quæsito colore, prælatis qui ratione sui officij aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinatu procedunt. Et cùm omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub peccati mortalis pœna necessariò euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quàm solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehẽsibilis est, qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui verò solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium vxorem ducat. 1.Corin.7.b

Pro huius autem diuini obseruatione præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quàm alijs canonicis remedijs omni studio laborent.

De excommunicatis non vitandis, certo modo non vocatis.

Ad vitandum scandala & multa pericula, subueniendumque conscientijs timoratis, statuit etiam, quòd nemo deinceps à communione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut alijs quibuscunq; diuinis vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ

seu

seu suspensionis aut prohibitionis, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticũ obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam aut locum certũ aut certam, à iudice publicata vel denunciata specialiter & expressè: aut si aliquẽ ita notorie excommunicationis sentẽtiam constiterit incidisse, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari. Nam à communione illius abstineri vult iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

De interdictis non leuiter ponendis.

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueuerunt scandala euenire, statuit hæc sancta synodus, quòd nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa aut locus, ecclesiastico supponi possint interdicto, nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum aut dominij seu rectorum vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius cuiuscunque priuatæ personæ, huiusmodi loca interdici nequaquam possint authoritate quacunque ordinaria vel delegata, nisi talis persona priùs fuerit excommunicata ac denunciata seu in ecclesia publicata, ac domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum, authoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatã infra biduum indè cum effectu nõ eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint: qua etiam post biduũ eiecta, recedente, vel satisfaciente, mox diuina resumi possint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.

Contrà friuolè appellantes.

Vt lites citiùs terminentur, super eodem, grauamine aut super eadem interlocutoria vim diffinitiuæ non habente, nullatenus liceat secundò appellare. Quodq; ante diffinitiuam friuolè vel iniustè appellans, vltra condemnationem expensarũ, damnorum & interesse, in quindecim florenis auri de camera parti appellatæ per appellationis iudicem condemnetur. Datum in sessione publica ipsius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, vndecimo Calendas Februarij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

Requisitio.

Lectis & pronunciatis suprascriptis decretis, de mandatis sacri Concilij per reuerendum patrem dominum episcopum Lectorensem inclytæ nationis Gallicanæ, ipse reuerendus pater dominus Lectorẽsis episcopus requisiuit omnes dominos archiepiscopos & episcopos in concilio & sessione præ-

dicta præsentes, vt prædicta decreta, præsertim de concubinarijs, mittant ad ecclesias suas, & faciant solenniter publicari. Item quòd archiepiscopi hic existentes, mittant suffraganeis suis absentibus, quòd specialiter publicent. Item prælati qui sunt ex parte alicuius regni, intiment prælatis absentibus. Item quòd procuratores archiepiscoporum & episcoporum intiment ista suis dominis.

SESSIO XXI.

De Annatis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

In nomine Spiritussancti paracleti statuit hæc sancta synodus, quòd tam in curia Romana quàm alibi, pro seu in confirmatione electionum, admissionum, postulationum, præsentationum prouisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione etiam à laicis facienda, institutione, installatione & inuestitura, de ecclesijs etiã cathedralibus & metropolitanis, monasterijs, dignitatibus, beneficijs, officijsq; ecclesiasticis quibuscunq;, necnon ordinibus sacris & benedictione ac pallio, decæterò nihil penitus antè vel pòst exigatur ratione literarum bullæ sigilli, annatarum communium, & minutorum seruitiorũ, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cuiusuis consuetudinis, priuilegij vel statuti, aut alia quauis causa vel occasione, directè vel indirectè, solùm scriptoribus, abbreuiatoribusque & regiistratoribus literarum seu minutarum, pro ipsorum labõre competenti salario soluendo. Huic autem sacro canoni, si quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præsumpserit, pœnam incurrat aduersus Simoniacos inflictã, & in ipsis dignitatibus ac beneficijs taliter obtentis, nullum ius ac titulum acquirat. Obligationes quoq;, promissiones & censuræ ac mandata & quicquid in præiudicium decreti huius saluberrimi fieri continget, nullas obtinere vires, atq; irrita censeantur. Et si (quod absit) Romanus pontifex, qui præ cæteris vniuersalium conciliorum exequi & custodire canones debet, aduersus hanc sanctionem aliquid faciendo Ecclesiam scandalizet, generali concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpę iuxta canonicas sanctiones per suos superiores digna vltione puniantur.

De pacificis possessoribus.

Quicunq; non violentus, sed habens coloratum titulum, pacificè & sine lite prælaturam, dignitatẽ, beneficium vel officium triennio

triennio proximo hactenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit postea in petitorio vel possessorio à quoquam etiam ratione iuris nouiter impetrati, molestari, excepto hostilitatis casu vel alterius legitimi impedimẽti, de quo protestari, & iuxta con-
Viennense concilium. cilium Viennense, illud intimare teneatur. Lis autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis, iurisq; sui in iudicio exhibitionem, ac terminorum omnium obseruationem, processum fuerit. Ordinarij autem diligenter inquirãt, ne quis sine titulo beneficium possideat. Quòd si talem quandocunq; repererint, declarent ius illi non competere, vel huic (si sibi videatur) nisi sit intrusus seu violentus aut aliâs indignus, vel alteri idoneo prouideant.

Quomodò diuinum officium in ecclesia celebrandum sit.

Si quis principem seculi rogaturus, habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoq; mente, seipsum ac verba studet cõponere, quanto diligentiùs in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, hæc omnino facere *curare debet? Statuit igitur sancta synodus, vt in
*curabit? cunctis cathedralib⁹ ac collegiatis ecclesijs, horis debitis, signis cõgrua pulsatione præmissis, laudes diuinæ per singulas horas nõ
*adeatim cursim ac festinanter, sed *asiatim ac tractim & cum pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendo inter solenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus persoluantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac superpellicijs mundis vltra medias tibias longis vel cappis, iuxta temporum ac regionum diuersitatem, ecclesias ingrediantur, non caputia, sed almucias vel byrreta tenentes in capite. Qui cùm in choro fuerint, grauitatem seruent, quam & locus & officium exigunt, non insimul aut cum alijs confabulantes seu colloquentes, aut literas seu scripturas alias legentes. Et cũ psallendi gratia ibidem conueniant, iuncta ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, presertim qui maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Cùm dicitur, Gloria patri & filio & spiritui sancto, omnes consurgant. Cùm nominatur glorioſum illud nomen
Philip. 2. b IESVS, in quo omne genu flectitur cælestium, terrestrium & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum Horæ in communi publicè cantantur, legat vel dicat priuatim officium. Nam non solùm obsequium quo obnoxius est choro, subtrahit, sed alios psallentes perturbat. Super his debitè obseruandis, alijsque ad diuini officij prosecutionem ac chori disciplinã spectantibus, decanus vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet, hincindè ne quid inordinatè fiat, circumspiciens. Horum autẽ transgressores, illius horæ in qua circa prædicta excesserint, vel alia maiori, prout transgressionis grauitas exigit, plectentur pœna.

Quo tempore quisq; debet esse in choro.

Qui in matutinis ante finem Psalmi, Venite exultemus, in alijs horis ante finem primi psalmi, in Missa ante vltimum Kyrieeleison, vsque in finem diuino officio non interfuerit, nisi fortè necessitate cogente, ac petita & obtenta à præsidente chori licentia, discedere oporteat, pro nulla hora absens censeatur, saluis ecclesiarum consuetudinibus, si quę fortè circa hoc arctiores existant. Idem in his obseruetur, qui à principio vsque in finem in processionibus non permanserint. Pro cuius executione deputetur aliquis, onus habens notandi personas singulas statuto tempore non conuenientes, iuramento adstrictus agere fideliter & nulli parcere. Iubet etiã hęc sancta synodus, quòd in illis ecclesijs in quibus singulis horis certæ distributiones statutæ non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur, vt iuxta mensuram laboris plùs minúsve quisq; capiat emolumenti, tollens prorsus abusum illum, quo in vna duntaxat hora præsens, totius diei distributiones vsurpat: & illum, quo præpositi vel decani aut alij officiales, ex hoc solùm quòd officiales sunt, licet actualiter pro vtilitate ecclesiæ non absint, quotidianas distributiones percipiunt.

Qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ sint.

Quoscunq; etiam alibi beneficiatos seu in sacris constitutos, cùm ad horas canonicas teneantur, admonet hęc sancta synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiũt, vt non in gutture vel inter dentes seu deglutiendo aut syncopando dictiones, nec colloquia vel risus intermiscendo, sed siue soli, siue associati, diurnum nocturnumq; officium reuerenter verbisq; distinctis peragant: actali in loco, vnde à deuotione non retrahantur, ad quam se disponere & præparare debent, iuxta id quod scriptum est: An-
Eccle. 18. c te orationem præpara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.

De his qui tempore diuinorum vagantur per ecclesiam.

Quicunque in ecclesia beneficiatus, præsertim de maioribus, diuinorum tempore per ecclesiam vel foris circa ipsam deambulando, aut cum alijs colloquendo, vagari visus fuerit, non solùm illius horæ, sed totius diei præsentiam ipso facto amittat. Qui si semel correctus, non destiterit, per mensem distributionibus careat, vel grauiori (si pertinacia exegerit) pœnæ subiaceat, ita vt tandem desistere cogatur. Prohibeatur etiam, ne diuina officia tumultuosi quorumcun-

De regularibus.

que per ecclesiam discursus impediant aut perturbent. Regulares qui in conuentualibus ecclesijs circa prædicta excesserint, graui superioris arbitrio castigentur.

De tabula pendente in choro.

Vt cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet sciat quid sibi agendum imminet, statuatur tabella aliqua, continuè pendens in choro, in qua quid per vnumquenq; ex canonicis vel alijs beneficiatis in singulis horis per hebdomadam aut maius tempus, legendum cantandúmve sit, scribatur. Qui autem, secundum quod ibi descriptus fuerit, facere per se vel alium neglexerit, pro qualibet hora distributiones vnius diei amittat.

De his qui in Missa non complent, Credo, vel cantant cantilenas, vel nimis basse Missam legunt, aut sine ministro.

Abusum aliquarum ecclesiarum, in quibus, Credo in vnum Deum, quod est symbolum & confessio fidei nostræ, non completè vsque ad finem cantatur, aut Præfatio seu Oratio dominica obmittitur, vel in ecclesijs cantilenæ seculares voce admiscētur, seu Missa etiã priuata sine ministro, aut per secretas orationes ita submissa voce dicitur, quòd à circunstantibus audiri non potest, abolentes, statuimus, vt qui in his transgressor inuentus fuerit, à suo superiore debitè castigetur.

De pignorantibus cultum diuinum.

Abusum etiam illum, cultui diuino manifestè derogantem, quo nonnulli ecclesiarum canonici contrahentes debita, sic se creditoribus obligant, vt nisi statuto tempore satisfaciant, à diuinis cessetur officijs, abolentes, & obligationem huiusmodi, etiam si iureiurando firmata sit, irritam decernentes, statuimus, vt qui talem illicitum contractum fecerint, trium mensium fructus ipsi ecclesiæ applicandos, ipso facto amittant. Et quandiu diuina non resumpserint, nullos ex ipsa ecclesia prouentus percipiant.

De tenentibus capitula tempore Missæ maioris.

Prohibet hæc sancta synodus, vt tempore Missæ maioris, præsertim solennibus diebus, capitula seu actus capitulares, aut alij tractatus per canonicos non celebrentur, nisi fortè vrgens & euidens ingrueret necessitas. Qui verò ad talem horam capitulum indixerit, à distributionib⁹ quotidianis per hebdomadam sit suspensus, neque ipsi canonici pro illa hora distributiones ipsas lucrentur.

De spectaculis in ecclesia non faciendis.

Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum ecclesijs, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra, baculo ac vestibus pontificalib⁹, more episcoporum benedicunt, alij vt reges ac duces inducti, quod festum fatuorum vel innocentum seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alij laruales & theatrales iocos, alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad spectacula & cachinnationes mouent, alij comessationes & conuiuia ibidem præparant: hæc sancta synodus detestans, statuit & iubet tam ordinarijs quàm ecclesiarum decanis & rectoribus, sub pœna suspensionis omnium prouentuum ecclesiasticorum trium mensium spatio, ne hæc aut similia ludibria, neq; etiã mercantias seu negociationes nundinarum in ecclesia, quę domus orationis esse debet, Matth. 21. b Marc. 11. c Luc. 19. g ac etiam cœmeterio exerceri ampliùs permittant, transgressoresq; per censuram ecclesiasticam, aliaq; iuris remedia punire nõ negligant. Omnes autem consuetudines, statuta ac priuilegia, quæ his non concordant circa hæc decretis, nisi fortè maiores adijcerent pœnas, irritas esse hæc sancta synodus decernit. Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata * die Iouis nona mensis Iunij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto. *quinto Idus

SESSIO XXII.

De condemnatione libelli fratris Augustini de Roma, archiepiscopi Nazareni.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cùm inter cætera pietatis opera, ad conseruandam fidei catholicæ veritatem, extirpandosq; errores & hæreses hæc sancta synodus potissimè conuenerit, nostræ solicitudinis præcipuum studium est, ilicò vt pullulare aliquid nouerimus, quod fidei Christianæ puritatem offendere, & splendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obnubilare possit, penitus rescindere, agrumq; dominicum à noxijs zizanijs & vepribus cum omni diligẽtia expurgare. Proinde quendam libellum editum à magistro Augustino, vulgariter dicto de Roma, archiepiscopo Nazareno, cuius primus tractatus de sacramento vnitatis Iesu Christi & Ecclesiæ, siue de Christo integro intitulatur, secundus de Christo capite & eius inclyto principatu, alius de charitate Christi circa electos & eius infinito amore, tanquã non sanam & erroneam in fide doctrinam continentem, cum suis defensorijs damnat & reprobat. Et potissimè scandalosam illam

assertionem, erroneam in fide, in ipso libello contentam, quam piæ fidelium aures sine horrore audire non possunt, videlicet, Christ⁹ quotidiè peccat, & ex quo fuit Christus, quotidiè peccauit, quanuis * de capite Ecclesiæ Christo Iesu saluatore nostro dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quæ cum Christo capite vnũ esse Christum asserit, intelligentiam eius esse referendam dicat. Necnon & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas in articulos damnatos in sacro Constantiensi concilio incidere declarat, videlicet: Non omnes fideles iustificati, sunt membra Christi, sed soli electi, finaliter in perpetuum regnaturi cum Christo. Secundum ineffabilem præscientiam Dei sumuntur membra Christi, ex quibus constat Ecclesia, quæ tamen non constat nisi ex eis, qui secundum propositum electionis vocati sunt. Non sufficit, Christo vniri vinculo charitatis, vt aliqui efficiantur mẽbra Christi, sed requiritur alia vnio. Has etiam quæ sequuntur: Humana natura in Christo, verè est Christus: Humana natura in Christo, est persona Christi: Ratio suppositalis determinans humanam naturam in Christo, non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata: Natura humana in Christo, proculdubiò est persona verbi: & verbum in Christo natura assumpta, est realiter persona assumens: Natura humana assumpta à verbo ex vnione personali, est veraciter Deus naturalis & proprius: Christus secundum voluntatem creatam, tantùm diligit naturam humanam vnitam personæ verbi, quantùm diligit naturam diuinam: Sicut duæ personæ in diuinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Christo, humana & diuina, sunt æqualiter diligibiles propter personam communem: Anima Christi videt Deum tam clarè & intense, quantùm clarè & intensè Deus videt seipsum. Quas quidem propositiones & alias ex eadem radice procedentes, in prædicto libello contentas, tanquam erroneas in fide, damnat & reprobat hæc sancta synodus. Ne igitur per huiusmodi doctrinam in errorem quempiam fidelium prolabi contingat, districtè præcipit, ne quisquam præfati libelli doctrinam, & præsertim suprascriptas propositiones (vt præmittitur) damnatas & reprobatas, ac etiam eius tractatus defensorios, docere, prædicare, defendere, aut approbare præsumat. Eos autem qui secùs egerint, tanquam hæreticos & aliâs animaduersione canonica puniendos decernit. In nullo autem per hæc derogare intendit dictis aut scriptis sanctorum doctorum, in prænominatis materijs loquentium, quinimò ea recipit, & amplectitur iuxta eorum veram intelligentiam, per eos aut alios catholicos doctores in theologica schola communiter expositam & declaratam. Nec per hanc sententiam personæ præfati authoris præiudicare intendit hæc eadem sancta synodus, quia etsi debitè vocatus fuerit, causas tamen absentiæ allegauit, & in aliquibus suis scriptis & aliâs doctrinam suam determinationi Ecclesiæ submisit. Cæterùm hæc sancta synodus mandat & præcipit omnibus archiepiscopis, episcopis, cancellarijs vniuersitatum & inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ad quorũ spectat officium, quatenus diligentiam solertem adhibeant & prouideant, ne aliquis dictos librum & libellos defensorios habeat aut præsumat penes se conseruare aut tenere, imò ipsos prædictis assignare habeat, vt de illis faciant, prout iura disponunt: aliâs contra tales canonica animaduersione procedatur. Datum in sessione publica, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata idibus Octobris, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

* pro

SESSIO XXIII.

De electione summi pontificis.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam salus populi pastor bonus, meritò hanc sanctam synodũ, quantùm * pro humanæ legis fieri potest industria, niti decet, vt Romanus pontifex, qui gregis dominici primus & summus est pastor, talis fiat, talisq; perseueret, qui cunctarum animarum saluti ac totius Christiani orbis vtilitati prouideat, & tanto officio dignè satisfaciat: proinde constitutiones tam sacrorum conciliorum, quàm summorum pontificum, super Romani electione pontificis editas, innouans hæc sancta synodus, & eis quædam salubria adijciens, statuit vt quotiescunq; sedem Apostolicam vacare contigerit, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præsentes in loco, quo summi pontificis electio celebranda est, decima die postquàm sedes vacauerit, omnes in capellam aliquam vel locum prope conclaue conueniant. Indè præcedente cruce, bini cum deuotione cantando, Veni creator Spiritus, incedentes, locum conclauis ingrediantur: quò nõ nisi duos familiares necessarios quilibet introducat. Cæremoniarum autem gratia, duo clerici, quorum saltem vnus sit notarius, etiam admitti possint. Camerarius verò, cum his quibus conclauis custodia commissa fuerit, curet, ne quis præter prædictos conclaue ingrediatur. Ipse autem post ingressum cardinalium, clausis foribus, cum deputatis intret, & singulorũ cardinalium

* per &c. industriam

cellas diligenter perquirat. Exceptisque infirmorum aut debilium medicinalibus, si qua ibidem victualia vel confectiones reperiantur, amoueat. Exiens indè, claudensque conclauis ostium, custodiam solicitè obseruet, ac singulis diebus cibaria quæ cardinalibus deferûtur, accuratè perquirat, nec introferri permittat, nisi quod pro moderata refectione necessariũ videatur, decretis hu-
* promulgatis in ius sacri Concilij, *quæ promulgantur in quarta & septima sessionibus, in suo robore firmiter permansuris. Sequenti die cardinales omnes coram his, qui in conclaui fuerint, audita Missa de Sancto spiritu, sacram sumant eucharistiam. Et antequàm scrutinium inchoent, antepositis sanctis euangelijs, iurent super hac forma: Ego N. talis cardinalis iuro & promitto omnipotenti Deo, patri & filio & Spirituisancto, ac beato Petro apostolorum principi, eum eligere in pontificem, quem credam Ecclesiæ vniuersali in spiritualibus & temporalibus vtilem, & tantæ dignitati idoneum: nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuero, promissione aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se vel alium interposita, aut aliàs qualitercunq; directè vel indirectè, pro se electionem procurare, electoque in pontificem non priùs obedientiam facere, quàm iuret iuxta formam decreti sacri Basileensis concilij, ita me Deus adiuuet, cui in die tremẽdi iudicij redditurus sum de hoc & cunctis operibus meis rationem.

Post hæc quilibet eorum schedulam dabit, in qua vltra tres nõ nominet, inter quos si vltra vnum nominauerit aliquis, sit extra cardinalium collegium. Neq; vna die nisi vnum fiat scrutiniũ, & immediatè post Missam. Lectis schedulis, nisi duarum partium in vnum vota concurrant, mox comburantur. Ante autem sex cõpleta scrutinia, accessus ad quenquam fieri non possit. Recogitent eo tempore cardinales, & attẽta mente considerent, quantum sibijpsis meritum vel demeritum, quantumque populo Christiano fructum vel præiudicium, bonum vel malũ eligendo pontificem, facturi sunt. In nulla profectò re magis domini nostri Iesu Christi gratiã vel iram assequi possunt, quàm cum de vicario eius suis præficiendo ouibus agitur, quas ita dilexit, vt pro ipsis & mori, & crucis tormentum pati dignatus fuerit.

DE PROFESSIONE EIVSDEM *summi pontificis.*

Statuit hęc *Decernit sancta synodus, vt electus in Papam, electioni de se factæ per infrascripti modi expressionem consentire teneatur. Quam expressionem si præsens in curia per cardinales, vel extra per eorum aliquem, vel alium ab ipsis ad hoc habentem mandatum, in præsentia notarij & decem saltem personarum fieri conuenit, qui præsentata sibi electione, requisitus infra diem naturalem ab hora requisitionis, si non fecerit, electio sua pro infecta habeatur, & ad aliam in nomine domini cardinales procedere teneantur. Expresso autem (vt prædicitur) huiusmodi consensu, cardinales eidem vt summo pontifici mox obedientiam debitam exhibeant. Postquàm verò per cardinales obedientia præstita fuerit, nulli de eius pontificatu ambigere fas sit.

FORMA CONSENSVS.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spiritussancti. Ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, cuius Ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & beato apostolorum principi corde & ore confiteor & profiteor, quòd quãdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam, secundum traditionem Apostolorum, generalium conciliorum & aliorum sanctorum patrum, maximèautem sanctorum octo conciliorum vniuersalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertij Ephesini, primi & quarti Chalcedonensis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi Niceni, octaui quoq; Constantinopolitani, necnon Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis generalium etiam conciliorum, & illam fidem vsque ad vnum apicem immutilatam seruare, & vsq; ad animam & sanguinem defendere & prædicare, ritumq; pariter sacramentorum ecclesiasticorum Ecclesiæ traditum, omnimodè prosequi & obseruare. Pol liceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæresum & errorum, reformatione morum, ac pace in populo Christiano. Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorum generaliũ, & confirmationem electionum, iuxta decreta sacri Basileensis concilij. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi iudicij redditurus sum de hoc & cunctis operibus meis rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solenniter repetam.

Ne lapsu temporis hæc tam salubris institutio de memoria summi pontificis elabatur, singulis annis die quo anniuersarium celebratur electionis vel coronationis suæ, intra Missarum solennia primus Cardinalis qui ibidem affuerit, publicè & alta voce coram summo pontifice legat sic: Sanctissime pater, attẽdat sanctitas tua, & diligenter consideret promissionem hanc, quam die electionis tuæ Deo fecisti. Posteà eam legens, in fine dicat: Curet igitur sanctitas tua, pro honore

honore Dei, & salute animæ tuæ, & vtilitate vniuersalis Ecclesiæ, prædicta omnia pro viribus obseruare bona fide sine dolo & fraude. Recogites etiam, cuius vicem geras in
Ioan.10.b.c terris, illius videlicet, qui animam suam pro ouibus suis posuit, qui ter antequàm oues
Ioan.vlti.d suas beato Petro committeret, petijt, an ipsum diligeret: quiq; sicut iustus iudex, & quem nullum latet secretum, rationem exi-
Matth.5.d get à te de omnibus vsq; ad minimum quadrantem. Memineris quid beatus Petrus, alijq; sibi succedentes pontifices fecerunt, qui nil aliud cogitabant nisi honorem Dei, propagationem fidei, publicum Ecclesiæ bonum, salutemque & vtilitatem filiorum suorum: & tandem imitantes magistrum & dominum, animas suas pro sibi commendatis ouibus exponere nõ dubitârunt. Noli
Iatth. 6. c tibi aut tuis thesaurizare in terris, vbi tinea & ærugo demolitur, vbi fures & latrones effodiunt, sed thesauriza tibi in cælis. Non sis acceptor personarum, nec sanguinis, nec patriæ, aut nationis. Omnes filij Dei sunt, & tuæ curæ ac custodiæ pariter commissi. Di-
Matth.12.g cas exemplo Christi: Qui fecerit voluntatem patris mei, qui est in cælis, ille meus fra-
Marc.3.d ter, mater & soror est. In distribuendis dignitatibus & beneficijs, non carnem, non munera, non quid aliud temporale, sed solum Deum & virtutes atque hominum merita tibi proponas. In corrigendis excessibus ecclesiasticam exerce disciplinam, me-
Psal.105. mor quam gratiam Phinees, quámve pœnam Heli, alter iniurias Dei vlciscendo, alter dissimulando, meruerunt. Pauperes autem ac miserabiles personas defende, iuua & sustenta. Ad omnes autem paternam habe charitatem. Post expleta coronationis solennia, ac singulis annis post electionis anniuersarium, cum fratribus suis octo saltem continuis diebus summus pontifex vigili cura pertractet exequi, quod tam solenniter Deo pollicitus est. In primis igitur perscrutetur, in qua orbis parte Christiana religio vexatur à Turcis, Sarracenis, Tartaris & alijs infidelibus: In qua regione viget hæresis, schisma vel quælibet superstitionis species: In quibus prouincijs mores & diuinorum obseruantia mandatorum, rectaque viuendi norma tam in statu ecclesiastico quàm seculari dilabuntur: Vbi etiam libertas ecclesiastica conculcatur: Inter quos reges principesq; & populos vigeant odia vel bella, vel bellorum metus, & vbiq; sicut pius pater cum fratribus suis remedijs opportunis diligenter prouidere studeat. His vniuersalib⁹ expeditis negocijs, ad ea quæ proximiora sunt, manum apponens, mox domum, familiam & curiam Romanam, vbi & prout necessarium fuerit, exemplariter componere, veraciterq; reformare incipiat, vt ab eius oculata reformatione, quæ cæterarum est ecclesiarũ caput, inferiores ecclesiæ morum hauriant puritatem: nec aliquibus calumniandi ac maledicentiæ præstetur occasio: & tam circa magnos quàm paruos inquirens vigilantißimè, & inquiri faciens, quicquid emendatione dignum repererit, corrigere nullatenus differat aut dissimulet, sciens duplex esse peccatũ, vnum quod ibi perpetratur, aliud longè grauius quod indè sequitur. Quicquid enim ibidem agitur, facilè trahitur in exemplum. Vndè fit, vt langueſcente capite, reliquum posteà corpus morbus inuadat. Pontificalis domus ac curia tanquam speculum mundum esse debet, in quo omnes prospicientes, ad eius exemplum se componant, & viuant. Proinde ab ea penitus dissipet & euellat, quicquid Simoniacæ labis, quicquid concubinariæ sordis, quicquid deniq; vel Deum offendere, vel homines scandalizare potest. Curet, ne officiales perperam officia sua administrent, ne quenquam grauent, nec per concussionem aut illicitè quicquam extorqueant, & vt hi qui officialibus præpositi sunt, ipsorum excessus inultos nõ patiantur. Neminem permittãt vestibus & coloribus per sacros canones prohibitis vti. Clerum Romanum qui sibi principaliter & immediatè subiectus est, principaliter in omni ecclesiastica honestate instruat, monens, non in vestimentorum pompis & nitore consistere beneplacitum Dei, sed in humilitate, decentia, mentis puritate, simplicitate cordis, in morum castimonia & reliquarum virtutum ornatu, quæ habentem Deo & hominibus commendant: sed reformet, [& præsertim, vt cultus diuinus in Ecclesijs Vrbis cum ea qua decet veneratione & disciplina obseruetur. Populum quoq; Vrbis, quæ peculiaris eius est parochia, doceat, instruat, & in via salutis dirigat. Imperet cardinalibus, vt titulos ac parochias suas, prout eorum incumbit officio, visitent & reforment. Prælatum aliquem magnæ scientiæ, probatæq; & exemplaris vitæ in Vrbe vicarium constituat, qui vice sua cleri & populi Episcopalem curam gerat, de quo an oneri suo diligenter incumbat, sæpè perquirat. Post hæc cum eisdem fratribus de temporalitate Ecclesiæ Romanæ benè salubriterq; regenda, accuratè cogitans, prouideat, vt prouinciæ, ciuitates, oppida, castra, terræ ipsi Ecclesiæ subiectæ, iustè ac pacificè gubernentur, tali quidem moderamine, vt inter regimen ecclesiasticorum ac secularium principum sic distet, sicut inter patrem & dominum. Non quæstui, sed protectioni ac tutelæ intendat, & paterna charitate cunctos fouens, nõ tam subditos quàm filios existimet. Et quoniam spiritualem temporalemq; ipsorum cũram habet, in uigilet omnes partialitates ac seditiones indè amouere, præsertim Guelforum & Gibellinorum, & quæcunq; his similia pernicioſa nomina, animas corporaq;

pariter perimentia,omnem det operam,pœ nis ſpiritualibus & temporalibus & quibuſ cunque poteſt modis, ſublatis indè cunctis diſſenſionum fomentis , eos vnanimes ad deuotionem Eccleſiæ conſeruare. Ad regen dum prouincias ac ciuitates,principales deſtinet cardinales, vel prælatos integræ & incorruptæ famæ, quos non inhiare pecunijs, ſed iuſtitiæ ac paci ſubditorum intendere, veriſimile ſit: quorum legatio biennio, aut ad plus triennio elapſo,expiret. Et quia dig-
Lucæ 16. a gnum eſt,vt quilibet ſuæ villicationis rationem reddat, deputetur expleta legatione aliquis vel aliqui inſignes viri, qui ſuæ adminiſtrationis rationem, necnon querelas ac petitiones prouincialium audiant, & iuſtitiam exhibeant, & quod ipſi facere commodè nequeunt, Papæ deferant, qui omnino geſta eorum ſcire ſtudeat: & ſi quid illicitè perpetraſſe ipſos conſtiterit, nullatenus inultum dimittat,vt & ſucceſſores ſui,quæ nõ licent,ſuo exemplo facere formident. Et ne officiales manus forſitan ad illicita apponant, competens ſalarium, vndè viuere honeſtè poſſint, eis conſtituatur. Sæpè etiam ſummus pontifex inquirat, quomodò tam legati gubernatores & commiſſarij, quã Romanæ Eccleſię vicarij ac feudatarij ſubditos regant, & an nouis gabellis & exactionibus grauent. Quicquid autẽ auſteritatis ſeu iniuſti oneris ſuper ceruices ſubditorum fieri cognouerit, nequaquam toleret. Pati enim impium eſt,vt hi quos Papa per ſe paternè ret,per alios tyrannicè tractentur. Statuta & conſtitutiones antiquas, quibus prouinciæ ac terræ ſalubriter regi conſueuerũt, inuiolata ſeruari faciat. Quòd ſi qua poſteà irrationabiliter vel ad æmulationem ſeu partialiter edita ſint, cauſa cognita, retractẽtur & reformentur. Infra annum ab electionis die Romanus põtifex ad ſe oratores ſeu procuratores prouinciarum ac principalium ciuitatũ Eccleſiæ Romanæ accerſiat, & oſtendens erga eos paternæ charitatis affectũ, ab ipſis de ſtatu & conditione patriarum , & quemadmodùm prædeceſſoris ſui tempore recti ſint, num etiam aliquo iniuſto grauentur onere, & quid pro ſalubri ipſorum regimine faciendũ ſit, perſcrutetur: & tandem in omnibus vtilitati & indemnitati ipſorũ ac bono publico, prouiſionis remedia tanquam filijs adhibeat. Hoc idem ſaltem de biennio in biennium repetere non pigeat. Inter cætera quæ feudatarij, capitanei, gubernatores, ſenator,caſtellani, alijq; præcipui officiales vrbis & terrarum Eccleſiæ iurare ſolent, hoc etiã adijciatur, vt in eorum inſtitutione iurent, quòd ſede vacante, ad mandatum cardinalium ciuitates,terras,loca,arces & caſtra ac gentes nomine Romanę Eccleſiæ tenebunt, ac tradent liberè & ſine contradictione. Ne ſummus pontifex carnalitatis trahi videatur affectu magis quàm iudicio rationis, atq; vt ſcandalis obuietur, quę(experientia teſte)ſæpè ſecuta ſunt, nullum decæterò conſanguineum vel affinem vſq; ad tertium gradum incluſiuè, ducem, marchionem, comitem, feudatarium, emphyteotam,vicarium, gubernatorem, officialem, caſtellanum alicuius prouinciæ, ciuitatis,oppidi, caſtri, fortalicij aut loci Romanæ Eccleſiæ, nec ſuper his iuriſdictionẽ, ſeu poteſtatem aliquam habere, nec capitaneum ſeu conductorem gentium *armorum faciat, aut eſſe permittat. Ipſi quoque cardinales ſummo pontifici ſecùs agere volenti,nequaquam aſſentiant: Quodq; ſuccedens pontifex , aliter facta prorſus retractet ac reuocet. Iuxta Nicolai papæ quarti conſtitutionẽ ſtatuit ſancta ſynodus, vt ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales omnium fructuum, reddituum , prouentuum, mulctarum, condemnationũ ac cenſuum, de quibuſcunq; terris & locis Romanæ Eccleſiæ ſubiectis prouenientium , medietas pertineat,inſtitutioque & deſtitutio omnium rectorum , gubernatorumque & cuſtodum , quocunque nomine cenſeantur, qui præerunt dictis terris & locis, ac etiã dictorum fructuum collectorum, de conſilio & conſenſu ipſorum cardinalium fieri debeat. ipſos igitur cardinales admonet ſancta ſynodus, vt terras & ſubditos Romanæ Eccleſiæ ab iniurijs & oppreſsionibus protegant, de pace q; ac ſalute & bono ipſorum regimine cogitantes, apud ſummum pontificem & vbi opus fuerit, ipſos omni fauore promoueant. Etſi de omnibus Romanæ Eccleſiæ terris magna cura ſummo pontifici ac cardinalibus eſſe debeat, ad vrbem tamen Romanam mentis intuitum ſedulò conuertere, & ad ipſam tanquam peculiarem filiam & principalem eorum parochiam, in qua beatorum Petri & Pauli ac innumerabilium Chriſti martyrum & ſanctorũ ſacra corpora requieſcunt, vbi ſedes eſt Romani pontificis, vndè & ipſe ac Romanum denominatur imperium,& ad quam omnes Chriſticolæ deuotionis cauſa confluere ſolent, ſingularem quandam charitatem & præcipuum affectũ gerere tenentur,vt in pace,tranquillitate ac iuſtitia gubernetur,in ſuisq; Eccleſijs,mœnibus,vijs & ſecuritate ſtratarum detrimentum non patiatur. Quocirca ſtatuit hæc ſancta ſynodus,vt de quibuſcunq; ipſius vrbis redditibus & prouentibus, aliqua competens portio ad conſeruationem eccleſiarum,mœnium,viarum, pontium, ſecuritatisq; itinerũ ipſius vrbis & diſtrictus, per aliquos viros probatæ famæ de conſilio cardinalium eligendos, re ipſa exponatur. Sicut ſeruum ſeruorum Dei ſummus pontifex ſe profitetur, ita opere comprobet. Et cùm ad ipſum tanquam communẽ patrem, vndiq; homines confugiant,adiri ſe ab omnibus facilè permittat. Vnam ergo ſaltem in hebdo-

Conſanguinei quomodo pape ſui habendi.

for.* armatarum.

hebdomada diem pro publica ſtatuat audientia, in qua omnes, præſertim pauperes & oppreſſos, patienter & benignè audiat, & quantùm cum Deo poteſt, exaudiat, cunctisq; ſicut pater filijs, prout cuiq; opus fuerit, iuxta vires conſilio & auxilio prouideat benignè. Et ſi corporali neceſsitate impeditus fuerit,alicui vel cardinali vel alteri inſigni viro omnia ſibi relaturo, committat, omnibusque curiæ officialibus iubeat,præſertim vicecancellario,pœnitentiario, & camerario, vt ipſos pauperes citò gratisq; expediant,memor Apoſtolicæ charitatis, qua
Galat. 2. b Petrus & Paulus inuicem dexteras dederũt, vt pauperum memores eſſent. Diebus verò dominicis & feſtiuis ad Miſſam exeat publicam, poſt quam aliquanto temporis ſpatio indigentibus audientiam præbeat. Singulis hebdomadis,vel ſaltem in menſe bis, conſiſtoria publica teneat, in quibus negocia eccleſiarum cathedralium ac monaſteriorum ſeu principum ac vniuerſitatum, aliaq; magni ponderis audiat. Lites autem & cauſas minores remittat ad vicecancellarium. Ipſe autem quanto ampliùs poteſt,litigijs ac minoribus negocijs ſe eximat, vt maioribꝰ intendat liberiùs. Quoniam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, pars corporis Romani pontificis eſſe cenſentur, reipublicæ admodùm expediens eſt, vt iuxta vetuſtum morem grauia & ardua negocia de ipſorũ conſilio, directione, cauſa quoque maturè cognita, deinceps fiant, præſertim cauſarum fidei deciſiones , ſanctorum canonizationes, erectiones ſeu ſuppreſsiones, diuiſiones, ſubiectiones, vniones Eccleſiarum cathedralium & monaſteriorum, promotiones cardinalium, confirmationes ac prouiſiones de eccleſijs cathedralibus & monaſterijs, priuationesq; & translationes abbatũ, Epiſcoporum, & ſuperiorum leges ſeu conſtitutiones,legationes de latere, ſeu vicariorum ac nunciorum authoritate legatorum de latere fungentium commiſsiones, nouæ religionis inſtitutio,exemptiones nouæ eccleſijs, monaſterijs ſeu capellis, aut ipſarum iam factarum reuocationes,ſaluo decreto ſa
Conſtantienſis concilij ſeſſ. 39. cri Conſtantienſis concilij, de prælatis non transferendis inuitis.

De numero & qualitate cardinalium.

Cùm ſummo pontifici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales,in dirigenda Chriſtiana republica collaterales aſsiſtant, neceſſe eſt vt tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re ipſa cardines ſint,ſuper quos oſtia vniuerſalis verſentur & ſuſtententur Eccleſiæ. Statuit igitur ſancta ſynodus, vt deinceps eorum numerꝰ adeò ſit moderatus, quòd nec ſit grauis Eccleſiæ, (quæ nunc ob temporum malitiam pleriſque grauibus affligitur incommodis) nec ſuperflua numeroſitate vileſcat. Qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus,quantùm commodè fieri poterit,aſſumantur, vt notitia rerum in Eccleſia emergentiũ faciliùs haberi, & ſuper his maturiùs deliberari poſsit,ſic tamen,quòd numerum vigintiquatuor inter hos qui nunc ſunt,& aſſumendos,non excedant,ita quòd de vna natione vltra tertiam partem reſpectu cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum indè oriundum,& de ea natione quæ nunc vltra tertiam partem habet, vſq; ad ipſius tertiæ partis reductionem,eſſe nequeant. Sint viri in ſcientia moribusq; ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis,magiſtri,doctores ſeu licentiati, cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Sit ſaltem tertia, vel quarta pars de magiſtris aut licentiatis in ſacra ſcriptura. Inter hos autem vigintiquatuor, eſſe aliqui poterunt admodùm pauci, filij,fratres aut nepotes regum ſeu magnorum principum, in quibus cum circunſpectione & maturitate morum competens literatura ſufficiat.

Non fiant cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani pontificis, aut alicuius cardinalis viuentis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicuius criminis aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autem numero vigintiquatuor, pro magna eccleſiæ neceſsitate vel vtilitate, duo alij, in quibus vitæ ſanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quanquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis (cùm Romanæ Eccleſiæ vniti fuerint) inſignes aliqui viri adijci poterunt.

Non fiat cardinalium electio ſolùm per auricularia vota, ſed illi ſolùm aſſumi poſſint, in quos, facto vero ſcrutinio ac publicato, maiorem partem cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiam Apoſtolicæ literæ cum ſubſcriptione cardinalium conficiantur, decreto huius ſacri concilij in quarta ſeſsione ſolenniter publicato,quod incipit, Itẽ cùm multiplicatio cardinalium &c. in ſuo robore inuiolabiliter permanſuro. Cùm recipient cardinales ſuæ dignitatis inſignia, quorũ ſignificatio eſt, vt pro bono vniuerſalis Eccleſię ſanguinem proprium(ſi opus ſit)non vereantur effundere,iurabunt in publico cõſiſtorio (ſi ſint in curia: ſi verò abſentes, in manibus alicuius epiſcopi & publicè, cui per literas apoſtolicas, in quibus forma iuramenti inſerta ſit, commiſſum fuerit) in hunc modum: Ego N. nuper aſſumptus in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalem,ab hac hora in anteà ero fidelis beato Petro, vniuerſaliq́ue & Romanæ Eccleſiæ ac ſummo pontifici, eiusq́ue ſucceſſoribus canonicè intrantibus, laborabo fideliter pro defenſione fidei catholicæ, extirpationeq; hæreſum & errorum ac ſchiſmatum,reformatione morũ,ac pace in po-

Seſsione 4. huius concilij.

Iuramentũ cardinalis recens electi.

pulo Christiano. In alienationibus rerum & bonorum ecclesiæ Romanæ, aut aliarum ecclesiarum & beneficiorum quorumcunque, non consentiam, nisi in casibus à iure permissis, & pro alienatis ab ecclesia Romana recuperandis, pro posse operam dabo. Non consulam quicquam summo pontifici, nec subscribam me, nisi secundũ Deum & conscientiam meam. Quæ mihi per sedem Apostolicam commissa fuerint, fideliter exequar. Cultum diuinum in ecclesia tituli mei, & eius bona conseruabo, sic me Deus adiuuet. Pro conseruandis cardinalium titulis, quorum aliqui tam in diuino cultu quàm ædificijs nimium prohdolor in opprobrium sedis Apostolicæ & ipsorum cardinalium collapsi sunt, statuit hæc sancta synodus, vt de redditibus seu prouentibus terrarum Romanæ ecclesiæ, quorũ medietas iuxta constitutionem Nicolai papæ ad cardinales (vt prædictum est) pertineat, decima pars eiº, quod spectat ad quemlibet cardinalium, proprio titulo singulis annis applicetur. Et nihilominùs vel in vita vel in morte quilibet cardinalis tantùm proprio titulo relinquat, vndè communiter vna persona sustentari possit. Quod si non fecerit, tam pro hoc quàm pro dicta decima parte, bona omnia ipsius cardinalis obligata sint vsq; ad debitam satisfactionem. Et ad executionem huius, oneramus primum cardinalem illius ordinis, de quo ille defunctus erat. Visitet per se quilibet cardinalis præsens in curia, absens verò per vicarium idoneum singulis annis titulũ suum, clericosq; & populum ecclesiarum subiectarũ, & cum diligentia inquirat, & salubriter prouideat, super cultu diuino bonisq; ipsarum ecclesiarum, ac vita & moribus clericorum & parochianorũ, de quibus, cùm suæ sint oues, in districto Dei iudicio rationem redditurus est. Et tam quo ad tẽpus visitandi, quàm quo ad alia, seruet quæ instituta sunt in decreto nostro de concilijs synodalibus. Etsi quemlibet cardinalium tam ipsa dignitas, quàm propria perurgeat pollicitatio, pro memoratis sanctis laborare operibus, nihilominus vt eo efficaciùs res fiant, quo singulis quasi peculiariter distribuuntur, episcopi cardinales indagare curent, quæ regiones hæresibus, erroribus, superstitionibus nouis aut veteribus infectæ sint: presbyteri, vbi mores & diuinorum mandatorum obseruantia ac ecclesiastica disciplina deficiant: diaconi, qui reges & principes seu populi bellis agitentur, vel agitari timeantur: & tanquam apes argumentosæ tam apud summũ pontificem, quàm inter se ipsos diligenter ac accuratè negocia hæc sancta promoueant, operam dantes, vt vbi necessarium fuerit, salubri remedio prouideatur. Ipse autem summus pontifex, tanquam communis omnium pater & pastor, non solùm rogatus ac solicitatus, sed proprio motu vbiq; inuestiget, inuestigariq; faciat, & quàm potest, omnibus filiorum morbis salutarem conferat medicinam. Si quando Papam (quod absit) negligẽtem aut remissum, seu agentem quæ statum illius non decent, ipsi cardinales inspexerint, filiali reuerentia & charitate tanquam patrem obsecrent, vt officio pastorali honoriq; ac debito suo satisfaciat. Et primò quidẽ aliquis vel aliqui de per se, deinde si se non corrigat, omnes collegialiter accersitis quibusdam notabilibus prælatis, prædicentes quòd si non abstinuerit, proximo generali concilio deferent: nec pro salute ipsius summi pontificis & bono publico, eius odium vel quicquam aliud timeant, dum tamen reuerenter & charitatiuè id agant. Multo magis, si quem ex cardinalibus aliquid perperàm seu reprehensione dignum facientem Papa cognouerit, paterna semper charitate & iuxta doctrinam euangelicam corrigat, vt sic alter in alterum, pater in filios, & filij in patrem charitatis opera exercentes, ecclesiam Dei exemplari ac salubri moderamine gubernent. Prælatos & quoscunq; alios, insignes præsertim viros, ad curiam Romanã proficiscentes, cardinales benignè & honorificè tã publicè quàm *priuatè pertractent, & apud summum pontificem eorum negocia gratis ac liberaliter recommissa faciant. Et cùm ei qui communis est omnium pater, cardinales assistant, personarum acceptores fieri vel aduocatos, valdè indecens est. Propterea interdicit hæc sancta synodus, vt tanquam iudicis collaterales, partialitatem nullam accipiant, etiam si de terra partiali originẽ ducant. Nec sint principum aut communitatũ seu aliorum contra quenquam, cum precio vel sine, partiales protectores aut defensores: sed exuti omnem passionem, in sedandis concordia vel iustitia litibus, Papę assistant. Principum autem & quorumcunq;, præsertim pauperum ac religiosorum, gratis & sine vllo quẽstu promouere iusta negocia, tanquam charitatis opus, persuadet sancta synodus, & commendat. Cum affabilitate & benignitate seruent cardinales grauitatẽ ac modestiã, quæ huic congruunt dignitati: pietatem autem, quæ (secundum Apostolum) ad omnia vtilis est, seruẽt ad omnes. Affines suos, præsertim benè meritos ac pauperes, quãquam negligere non debeant, non tamen ita ipsos opum aut beneficiorum multitudine accumulent, vt alij indè scandalum patiantur. Caueant ne bona ab ecclesijs profecta, vltrà quàm necessitatis ratio postulat, in carnem & sanguinem effundant. Cùm tales sic ambulare in magnis pontifex inspexerit, arguat atq; obuiet, vt decet. neq; enim culpæ erit expers, si iuxta officium suum corrigenda nõ corrigat. Familia, mensa, supellex rerum & equorum tam Papæ quàm cardinalium, nec

Cardinalibus quibus quid maximè curandum.

*priuatim

1. Tim. 4. c

nec numerositate, nec fastu aut pompis, neque aliquo excessu reprehensibilis sit. Ita domũ & quę in domo sunt, moderatè componat, vt alij non scandalum, sed frugalitatis capere exemplum possint. Tam summus pontifex & cardinales, quàm cæteri episcopi constitutionem beati Gregorij in generali synodo editam seruare studeant, cuius tenor hic est, quam hæc sancta synodus innouat: Cùm pastoris vita *exemplo debeat esse discipulis, plerunque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen seculares pueri sciunt: de qua re præsenti decreto statuimus, vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi, in ministerio cubiculo pontificali obsequantur, vt is qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui veram eius in secreto conuersationem videãt, & ex sedula visione exemplum profectus sumant. Paschalis etiam Papæ verbo aduertant, dicentis: Episcopi lectioni & orationi vacent, & semper presbyteros & diaconos aut alios boni testimonij clericos habeant, vt secundum Apostolum & sanctorum patrum instituta, possint irreprehensibiles inueniri. Non expedit reipublicæ, vt cardinalibus, quos rebus arduis vniuersalis Ecclesiæ intentos fore oportet, aliæ causæ, quàm electionum ecclesiarum cathedralium aut monasteriorum, vel principum aut vniuersitatum seu similes, per Papã aut *cancellariam delegentur. Minores igitur litigiosæ causæ in auditorio Rotæ, quod ad hoc institutum est, committantur. Neque Papa, neq; cardinales familiares suos, quasi munera accepturos, ad confirmatos vel prouisos prælatos decæterò mittant, ne, quod per se facere non decet, per alios fieri patiantur. Quod aliquando factũ est, vt pro anulo in assignatione tituli cardinalibus tradito, post mortem eius aliqua pecuniæ summa vel res alia de bonis suis arripiatur, decæterò non fiat, cùm labores eorum pro republica impensi, exequias, si pauperes forẽt, potiùs de publico mereantur.

*exemplum

Habetur infrà, cuius initium est, Regnante &c. in sancta hac

*cancellarium

De electionibus.

Licet dudum hæc sancta synodus, abolita per eam generali omnium ecclesiarum & dignitatum electiuarum reseruatione, prouidè decreuerit, vt prædictis ecclesijs & dignitatibus per canonicas electiones & confirmationes prouideri deberet, volens etiam speciales seu particulares ipsarum ecclesiarum & dignitatum electiuarum prohibere reseruationes, per quas libera in eisdem eligendi & confirmandi facultas impediri posset, quodq; aduersus hoc decretum Romanus pontifex nihil attentaret, nisi ex magna, rationabili & euidenti causa, in literis Apostolicis nominatim exprimenda: quia tamen contra ipsius decreti mentẽ non pauca sine huiusmodi causa gesta sunt, vndè grauia hactenus successerũt, & grauiora indies timentur scandala, cupiens hæc sacrosancta synodus his obuiare, nolensque vt ipsius decreti mens, quæ fuit, omne obstaculum à canonicis electionibus & confirmationibus tollere, suo frustretur effectu: statuit, vt electiones in dictis ecclesijs sine impedimento aut obstaculo omnino fiant, quæ, causa cognita, iuxta iuris communis & dicti nostri decreti dispositionem confirmentur, vel infirmentur. Veruntamen si fortè aliquando contingat, electionem aliquam etiam aliâs canonicam fieri, quæ in perturbationem ecclesiæ aut patriæ vel boni publici vergere timeatur, summus pontifex, cùm ad ipsum confirmatio delata fuerit, si talem vrgentissimã causam adesse manifestè cognouerit, ea priùs maturè discussa, ac parte plenè defensa, accedente posteà Romanæ Ecclesiæ cardinalium aut maioris partis subscriptione, huiusmodi causam veram sufficientemq; fore attestantium, reiecta tali electione, ad capitulum vel conuentum remittat, vt vel infra tempus iuris vel aliud, iuxta loci distantiam, ad aliam, ex qua euenire talia non formidentur, electionem procedant.

De reseruationibus.

Et quia multiplices ecclesiarum & beneficiorum hactenus factæ per summos pontifices reseruationes, non parum ecclesijs onerosæ extiterunt, ipsas omnes tam generales quàm speciales siue particulares, de quibuscunq; ecclesijs & beneficijs, quibus tam per electionem, quàm collationem aut aliam dispositionem prouideri solet, siue per extrauagantes, Ad regimen, & Execrabilis, siue per regulas cancellariæ aut alias apostolicas constitutiones introductas, hæc sancta synodus abolet, statuens vt decæterò nequaquam fiant, reseruationibus in corpore iuris expressè clausis, & his quas in terris Romanæ Ecclesiæ, ratione directi seu vtilis dominij mediatè vel immediatè subiectis fieri contigerit, duntaxat exceptis.

De Clementina, literis.

Licet in Apostolicis vel alijs literis quibuscunq; aliquem dignitati, beneficio aut iuri cuicunq; renunciasse, aut priuatum esse, seu aliquid aliud egisse, per quod ius proprium auferatur, narratum sit, huiusmodi literæ in his non præiudicent, etiam si super ipsis gratia vel intentio narrantis fundetur, nisi per testes aut alia legitima cõstiterit documenta. Datum in sessione publica huius sacræ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, octauo Calendas Aprilis, Anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

SES-

SESSIO XXIIII.

De indulgentijs.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans. Quia ambasiatores nostri ad Constantinopolim trasmissi, vice & nomine eiusdē sanctæ synodi sereniſsimo Imperatori Romeorum, & reuerendiſsimo domino patriarchæ Constantinopolitano, propter nonnullas causas promiserunt, capitula aliàs in hac sancta synodo super modo vniuersalis & œcumenici & vtriusq; ecclesiæ concilij celebrandi, hinc & indè cōclusa & firmata dare, & cum effectu exhibere, sub consueta huius sanctæ synodi bulla plumbea data præsenti, & sub tenore de verbo ad verbū subsequenti, nolens hæc sancta synodus obmittere aliquid eorum, quæ pro vnione ecclesiarum Christi fieri possunt, dictam suorum ambasiatorum promisionem præsenti decreto acceptat, approbat, ratificat, & confirmat, & præfata capitula de verbo ad verbū, prout per præfatos ambasiatores promisū est, præsentibus inserit, sub tenore qui sequitur: Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiā repræsentans, ad perpetuam rei memoriā. Cùm inter cætera toti populo Christiano necessaria opera, propter quæ hoc præsens sanctum concilium extitit congregatū, vnio Occidentalis & Orientalis ecclesiarum Christi præcipuū & maximū sit, meritò pro hac perficienda ab initio suæ congregationis omni conatu laborauit. Etenim quam primum potuit, ad sereniſsimum Imperatorem Græcorum & reuerendiſsimum patriarcham Constantinopolitanum cum literis suos transmisit ambasiatores, ad ipsos cum omni charitate & instantia exhortandū, quatenus & ipsi cum plena potestate mitterent aliquos, qui nobiscum tractarent de modo dictam sanctā vnionem consequendi: qui mox vt requisiti fuerunt, tres insignes viros de his, qui apud eos magnæ videntur authoritatis, quorum primus ipsum Imperatorē consanguinitate attinet, ad hanc sanctam synodū destinârunt, sufficienti ipsius Imperatoris mandato, cū bulla aurea & eius, ppria manu subscripto, ac patriarchæ literis munitos, qui tam in generali congregatione, quàm corā commissarijs nostris feruentisimū ipsius Imperatoris & patriarchæ, totiusq; ecclesiæ Orientalis ad hāc vnionem desideriū exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosecutionem pulsant, ac quotidiè excitāt, duo inter alia firmiter constanterq; asserentes, vnionē ipsam nisi in synodo vniuersali, in qua tam Ecclesia Occidentalis quàm Orientalis conueniat, fieri nullatenus posse, & in ea synodo (si fiat, vt infrà conuentū est) ipsam vnionem secuturam sperari. His auditis, summa nobis lætitia & iocunditas nimirùm accesit. Quamobrem omnem cogitatū nostrum iactantes in Deum, qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præsidentes sedis Apostolicæ, patriarcham Antiochenum, archiepiscopos, episcopos, abbates, magistrosque & doctores in numero competenti deputauimus, vt vnà cum ipsis Græcorum ambasiatoribus rem istam tractare, & quo ordine ad executionē deducenda esset, prospicere deberent: qui tam inter se, quàm cū ipsis *ambasiatoribus sæpenumerò cōuenientes, habito inter se maturo & digesto consilio, ad infrà scripta cum ipsis deuenerunt capitula, quæ posteà secundum morem huius sacri concilij per sacras deputationes maturè deliberata, ac deinde per generalem congregationem concluſa firmataq; solenniter extiterunt: quorum tenor vnà cum mandato ipsius domini Imperatoris sub bulla aurea, sequitur, & est talis: Ambasiatores sereniſsimi domini Imperatoris &c. vt decreto concilij superiùs inserto latiùs continetur. Et quia temp' superiùs expressum, infra quod prædicta debebant adimpleri, effluxit, non propter defectum alicuius partiū, sed quia ita contigit varijs interuenientibus tractatibus: hæc sancta synodus tempus per præfatos sereniſsimum Imperatorē Græcorum & reuerendiſsimum patriarcham Constantinopolitanum parte ex vna, & ambasiatores huius sacræ synodi parte ex altera statutum & firmatū, quod est à mense Maio immediatè sequenti ad annum, ita quòd per totum mensem Maij ad annum sequentem vtraque partium sit parata ad exequendum supradicta, quantùm ad quamlibet partiū attinet, acceptat & promittit se impleturam, quantùm ad ipsam pertinet, infra dictum tempus quicquid in supradictis capitulis continetur. Datum Basileæ in sessione publica huius sanctæ synodi, solenniter celebrata decimooctauo Calendas Maij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſexto.

*oratoribus

Sessiones.

Saluusconductus Græcorum, datus domino Imperatori Græcorum & patriarchæ Constantinopolitano à sacro concilio Basileensi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersam Ecclesiā repræsentans. Quia authore Deo in regione nostra Occidentali & obedientia Ecclesiæ Romanæ, est vniuersalis & œcumenica synodus celebrāda, in qua iuxta concordata in hac sancta syvodo, & in Constantinopoli denuò ratificata, tam Occidentalis quàm Orientalis Ecclesia conueniet, vt cunctis erga eandem Ecclesiam Orien-

Orientalem, nostræ intentionis synceritas pateat, & omnis suspicio, quæ circa securitatem ac libertatem venientium oriri posset, de medio auferatur, tenore præsentis decreti hæc sancta synodus Basileensis, nomine & vice totius Ecclesiæ Occidentalis, & omnium de eadem Ecclesia cuiuscunq; status, etiam si papali, imperiali, regali, pontificali vel quacunq; alia inferiori spirituali vel seculari præfulgeant dignitate, potestate vel officio, decernit, dat & concedit sereniſsimo Imperatori Græcorum, reuerendiſsimis patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno & Hieroſolymitano, cęterisq; vsque ad numerum septingentarum personarum, etiam si Imperiali, regali, archiepiscopali, episcopali & cuiuscunq; alterius status, dignitatis aut conditionis fuerint, ad prædictum vniuersale & œcumenicum concilium in regione Occidentali (vt præmittitur) celebrandum, venientibus aut venturis, plenum & liberum saluum conductum, omnesq; prædictos & quemlibet ipsorum, tam in personis quàm in honoribus & rebus quibuscunque, ipsorum nominibus, regnis, puincijs, dominijs, territorijs, communitatibus, ciuitatibus, castris, oppidis, villis, & omnibus locis obedientiæ nostræ Ecclesiæ Occidentalis, per quæ siue eundo, siue stando, siue etiam redeundo transituri sunt, aut eos transire contigerit: in suam tutam securamq; saluiguardiam recepit, & recipit per præsentes, promittens & cōcedens omnibus & singulis ex ipsis hoc præsenti edicto synodali, tutam & liberam facultatem accedendi & veniendi in & ad ciuitatem seu locum, in qua vel in quo erit dictum sacrosanctum vniuersale concilium celebrandum: ibiq; standi, morandi, residendi, habitandi, cum omnibus immunitatibus, libertatibus & securitatibus, quibus illi qui erunt de obedientia Ecclesiæ Romanæ, habitabunt: disputandi etiam & ratiocinandi, iura & authoritates allegandi, & omnia alia liberè & sine cuiuscunque impedimento dicendi, faciendi, & tractandi, quæ pro vnione Ecclesiarum Christi eis expedire videbitur & opportunum. Indè etiam semel & pluries, & toties quoties eis & cuilibet eorum videbitur, & placebit, simul & separatim, & cum eorum bonis, rebus & pecunijs & sine, pro libitu recedendi & redeundi tutè, liberè & impunè, omni impedimento reali & personali cessante, penitusq; remoto, etiam si talis vnio (quod absit) nō sequeretur, nec effectum haberet: quo casu & in omnem alium euentum, præfati sereniſsimus Imperator, domini patriarchæ & alij suprà nominati, nostris duntaxat expensis & galeis, absque aliqua dilatione temporis, omniq; remoto impedimento, cum eisdē honoribus, beneuolentia & amicitia, quibus ad præfatum vniuersale celebrandum concilium deducentur, etiam in & ad Constantinopolim reducentur, siue vnio sequatur in dicta celebranda synodo œcumenica, siue non. Nō obstantibus in prædictis vel aliquo prædictorum quibuscunq; differentijs, discordijs & dissensionibus ad præsens vigentibus, & quæ in futurum oriri & vigere possent inter dictas Ecclesias Occidentalem & Orientalem, seu inter ipsam Ecclesiam Romanam & ei subiectos & aggregatos, & præfatum sereniſsimum Imperatorem, & alios Ecclesiæ Constantinopolitanæ aggregatos, & non obstantibus aliquibus sententijs, decretis, condemnationibus, iurib' & decretalibus, quomodocunq; & qualitercunq; factis & prolatis seu fiendis: Et etiam non obstantibus aliquibus repræsalijs & debitis publicis vel priuatis: Et non obstantibus aliquibus criminibus, exceſsibus, culpis & delictis, si qua per prædictos vel alterum eorum quomodocunq; & qualitercunq; commissa & perpetrata forent: Et generaliter non obstantibus quibuscunq; alijs, etiam si talia forent, de quibus necessarium esset, specialem in præsentibus facere mentionem. Et si contingat aliquem vel aliquos ex nostris, eis vel alicui ipsorum iniuriari (quod absit) vel aliquam moleſtiam inferre in persona, honore, rebus & alijs quibuscunque, taliter excedens, iudicabitur per nos aut nostros, vsq; ad condignam & rationabilem satisfactionem parti læsæ. Et econuerso, si aliquis ipsorum alicui ex nostris aliquam (vt præmittitur) iniuriam inferat, iudicabitur per eos vsque ad condignam & rationalem satisfactionem ei, qui iniuriam passus est, secundum morem & consuetudinem vtriusque partis. De alijs autem criminibus, exceſsibus & culpis quibuscunq;, quælibet partium cognoscet, & iudicabit de suis.

Hortatur autem hęc sacrosancta synodus vniuersos Christi fideles, & nihilominùs authoritate vniuersalis Ecclesiæ in virtute spiritus sancti & sanctæ obedientiæ mandat, & præcipit omnibus & singulis prælatis, regibus, ducibus, principibus, officialibus, communitatibus & alijs singularibus personis, *cuiusuis status, conditionis & dignitatis existant, nostræ Occidentali Ecclesię aggregatis, quatenus prædicta omnia & singula inuiolabiliter obseruent, & quantum in eis est, obseruari faciant: dictosque sereniſsimum Imperatorem, patriarchas & alios omnes & singulos antedictos, ad dictū sacrum celebrandum concilium accedentes, & indè recedentes, simul & diuisim fauorabiliter & reuerenter honorent & tractent, ac honorari & tractari faciant. Si qua verò dubitatio circa dictum saluum conductū & contenta in eo oriri contigerit, stabitur declarationi præfatæ vniuersalis synodi celebrandæ. Vult autem hæc sancta synodus præsentem saluum conductum valere, & in

*cuiuscūq;

ſuo robore permanere, quouſq; ad vltimũ, dicti ſereniſsimus Imperator, patriarchæ, & alij ſupradicti, cum ſuis nobilibus & famulis, vſq; ad numerum (vt præmittitur) ſeptingentarum perſonarum, alijsq; rebus & bonis, ſint reuerſi in & ad ciuitatem Conſtantinopolitanam. Si quis autem contra prædicta aut aliquod ipſorum aliquid facere quo quo modo tentauerit, indignationem omnipotentis Dei & dictæ ſanctæ ſynodi ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ in ſeſſione publica huius ſanctæ ſynodi ſolenniter celebrata xviij. Calendas Maij, Anno à natiuitate domini 1436.

Aurea bulla domini Imperatoris Græcorum, lecta in ſeſsione publica & congregatione generali.

Quoniam deſtinatæ fuerunt ab imperio
*meo *noſtro & ſanctiſsimo domino œcumenico patriarcha ambaſiatæ ad ſacroſanctam Eccleſiam Romanã, videlicet ad beatiſsimum Papam dominum Martinum quintũ, & ad modernum ſimiliter ſanctiſsimum Papam dominum Eugenium quartum, ſimiliter & ab ipſis tranſmiſſæ fuerũt multoties ad nos pro vnione eccleſiarum Chriſti, & multis laboribus cum multa diligẽtia vtrinq; factis, tamen propter aliquas circunſtantias temporaneas non peruenit ad finem tale bonũ & ſanctum opus vnionis. Poſt hæc autem deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Baſilea congregata, ſacroſanctam Eccleſiam Romanam repræſentans, propter quod & nos noſtros ad eam deſtinauimus, videlicet familiarem imperij noſtri Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandiſsimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & familiarem imperij
*mei *noſtri Ioannem Laſcari Diſsipatum, qui illuc accedentes oſtenderunt, in ipſam quædam neceſſariò ab ea tractari in præparationem & conſtitutionem vniuerſalis & œcumenici concilij, in quo neceſſe eſt tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam ſanctam vnionem, quæ quidem hæc ipſa ſynodus Baſileenſis acceptauit, & promiſit illa adimplere. Vndè & ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit, fratrem Ioannem de Raguſio, ordinis Prædicatorum profeſſorem, & in ſacra pagina magiſtrum, Henricum Menger decretorum doctorem, canonicũ Conſtantienſem, & Simonem
*Fieron *Freron ſacræ theologiæ baccalaureum, canonicum Aurelianenſem, cum decreto ipſius generali, in quo de his continebatur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo, non placuerunt nobis, vt in ipſo iacebant, procœmium videlicet talis decreti, & capitulum in quo ſcribebatur de modo reuerſionis noſtræ à loco celebrãdi concilij ad Conſtantinopolim, ſi permittente Deo (quod abſit) non fieret vnio eccleſiarum Chriſti in tali ſynodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinatè & manifeſtè. prædicti autem ambaſiatores videntes diſplicentiam & reſiſtentiam noſtrã, nec aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum, conceſſerunt, & promiſerunt curare in prædictis, videlicet quòd dicta ſancta ſynodus dabit, & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum procœmio, modo & forma, quibus in literis ipſorum promiſſorijs continetur. Et circa reuerſionem noſtrã de ſynodo in Conſtantinopolim, in caſu quo non ſequeretur dicta vnio, (quod abſit) facere & adimplere, prout habetur in forma ſaluicõductus prædicti. His itaque ſic progreſsis, & inter nos concordatis, petierunt & ipſi ambaſiatores, vt promittamus & nos abſq; contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) vtrinq; catholica & œcumenica ſynodus. Qui quidem locus eſſe debet vnus ex nominatis in
*decreto *decretis, qui cunq; ordinabitur per dictum ſacrum concilium Baſileenſe, ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri concilij † continentur. Etiam † cõtinetur quòd exire debeamus hinc à Conſtantinopoli, in accedendo verſus locum celebrandi œcumenici concilij, à principio ſequentis Iunij, indictionis decimæquintæ, ſicut conuentum eſt inter nos & ipſos ambaſiatores ſacri concilij. Et quia etiam ad maiorem cautelam & firmitatem horũ omnium, petierunt fieri literam chryſobuli imperij † noſtri, Imperium † noſtrum grato animo † mei † meum rationabili petitioni eorum annuens, præſens chryſobulum largitur & concedit: per quod acceptat, determinat & promittit, quòd ſi dicta ſacra ſynodus Baſileenſis remedium apposuerit in prædictis, videlicet ſi prędicta capitula in ſupradicto decreto contenta, cũ procœmio in forma, ſicut hîc per ambaſiatores ipſius ſynodi concordatum eſt, nobis direxerit, & compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta opportunè, ſimiliter & fecerit ſaluum conductũ cum capitulis de modo reuerſionis noſtræ ad Conſtantinopolim, vt prædicitur: reliqua etiam, vt ambaſiatores ipſius nobis promiſerunt, & nobiſcũ conuenerunt: exibit & † imperiũ noſtrum † ad imperium meũ cum Deo ſine contradictione à Conſtantinopoli ſecundum prædictum tempus, cum præſtantiſsimo domino œcumenico patriarcha Conſtantinopolitano, & cæteris debentibus intereſſe, ad accedendũ ad locum vbi celebrabitur ſanctum catholicum & œcumenicum concilium, abſq; impedimento rationabili, vero & manifeſto, etiam ſi bellum (quod abſit) ab infidelibus foret, & inſtaret ciuitati noſtræ Conſtantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem & conſeruationem inuiolabilem ſupraſcriptorum, iurat Imperium † noſtrum, per debitum † noſtrum † meum † mihi bis iuramentum tanquam Chriſtiano & fideli

deli Imperatori, & per orationem ſancti mei domini & Imperatoris patris imperij mei famoſiſsimi & felicis memoriæ & per animam meam: factumq; eſt ſuper iſtis præſens chryſobulum imperij
*mei *noſtri, in anno ſexmilleſimo nongenteſimo quadrageſimoquarto, in menſe Nouembris, indictione decimaquarta, à natiuitate verò domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, die vigeſimoſexto menſis Nouembris.

Bulla plumbea domini patriarchæ Conſtantinopolitani, miſſa ſacro concilio Baſileenſi.

Quoniam deſtinatæ fuerũt ab humilitate noſtra, & potentiſsimo & ſancto meo Imperatore ambaſiatæ ad ſacroſanctam Eccleſiam Romanã, videlicet ad beatiſsimum papam dominum Martinum quintũ, & ad modernum ſimiliter ſanctiſsimum papam dominum Eugenium quartum, ſimiliter & ab ipſis tranſmiſſæ fuerũt multoties ad nos pro vnione eccleſiarum Chriſti, & multis laboribus cum multa diligentia vtrinque factis, tamen propter aliquas circunſtantias temporaneas non peruenit ad finem tale bonum & ſanctum opus vnionis. Poſt hæc autẽ deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Baſilea congregata, ſacroſanctam Eccleſiam Romanam repræſentans, propter quod & nos noſtros ad eam deſtinauimus, videlicet familiares potentiſsimi & ſancti mei Imperatoris, in Spirituſancto dilectos filios noſtræ humilitatis, videlicet Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandiſsimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & Ioannem Laſcari Diſsipatũ, qui illuc accedentes, oſtenderunt in ipſam quædam neceſſariò ab ea tractari in præparationem & conſtitutionem vniuerſalis & œcumenici concilij, in quo neceſſe eſt tractari & celebrari & perfici (Deo
*dante *duce) prædictam ſanctam vnionem. Quæ quidẽ hæc ipſa ſynodus Baſileenſis acceptauit, & illa promiſit adimplere. Vndè & ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit, fratrem Ioannem de Raguſio, ordinis Prædicatorum profeſſorem, in ſacra pagina magiſtrum, Henricum Menger decretorum doctorem canonicum Conſtantienſem, & Simonem Freron ſacræ theologiæ baccalaureum canonicum Aurelianenſem, cum decreto ipſius generali, in quo de his continebantur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo, nõ placuerunt nobis, vt in ipſo iacebãt, procœmium videlicet talis decreti, & capitulum in quo ſcribebatur de modo reuerſionis noſtræ à loco celebrãdi concilij ad Conſtantinopolim, ſi permittẽte Deo (quod abſit) non fieret vnio eccleſiarũ Chriſti in tali ſynodo, quia nõ exprimebatur in eo de hoc determinatè & manifeſtè. Prædicti autem ambaſiatores videntes diſplicentiam & reſiſtentiam noſtram, nec aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum, conceſſerunt, & promiſerũt curare in prædictis, videlicet quòd dicta ſancta ſynodus dabit, & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum procœmio, modo & forma, quibus in literis ipſorum promiſſorijs continetur. Et circa reuerſionem noſtrã de ſynodo in Conſtantinopolim, in caſu quo non ſequeretur dicta vnio, (quod abſit) facere & adimplere, prout habetur in forma ſaluicõductus prædicti. His itaque ſic progreſsis, & inter nos concordatis, petierunt & ipſi ambaſiatores, vt & promittamus & nos abſq; contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) vtrinq; catholica & œcumenica ſynodus. Qui quidem locus eſſe debet vnus ex nominatis in decreto, quicunque nominabitur per dictum ſacrum concilium Baſileenſe, ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri concilij continetur. Etiã quòd exire debeamus hinc à Conſtantinopoli, in accedendo verſus locum celebrandi œcumenici concilij, à principio ſequentis Iunij, in dictionis decimæquintæ, ſicut conuentum eſt inter nos & ipſos ambaſiatores ſacri concilij. Et quia etiã ad maiorem cautelam & firmitatem horum omnium petierunt fieri ſigillum noſtræ humilitatis, humilitas noſtra grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præſens ſigillum largitur & concedit, per quod in Spirituſancto diſponit, quòd ſi dicta ſacra ſynodus Baſileenſis remedium appoſuerit in prædictis, videlicet, ſi capitula in prædicto decreto contenta cum procœmio, in forma ſicut hic per ambaſiatores ipſi⁹ ſynodi concordatum eſt, nobis direxerit, & compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta opportunè, ſimiliter & fecerit ſaluum conductum cum capitulo de modo reuerſionis noſtræ ad Conſtantinopolim, vt prædicitur: reliqua etiam, vt ambaſiatores ipſius nobis promiſerunt, & nobiſcum conuenerunt: exibit humilitas noſtra cum potentiſsimo & ſancto meo Imperatore cum Deo ſine contradictione à Conſtantinopoli ſecundum prædictum tempus, & cum cæteris debentibus intereſſe, ad accedendum ad locum vbi celebrabitur ſanctum catholicum & œcumenicum concilium, abſq; impedimento rationabili, vero & manifeſto, etiam ſi bellum (quod abſit) ab infidelibus foret, & inſtaret ciuitati noſtræ Conſtantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem ſupradictorum, factum eſt præſens ſigillum noſtræ humilitatis in menſe Nouembris, indictionis decimæquartæ, anno ab Adã ſeu mundi conſtitutiõe
*ſexmilleſimo nongẽteſimo quadra- *ſexies geſimoquarto, à natiuitate verò domini milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoquinto.

Bulla indulgentiarũ remiſsionis omnium peccatorum ſemel in vita, & ſemel in morte, in fauorem ſubſidij pro reductione Græcorum procurandi.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Vox illa iocunditatis & lætitiæ ad populũ Iſraeliticum olim de cælo lapſa, eadem nunc per os huius ſanctæ ſynodi in auribus populi Chriſtiani inſonans, clamat: Conſolamini conſolamini
Eſa.40.a populę meus, dicit dominus Deus veſter. Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, & dimiſſa eſt iniquitas illius. Meritò lætari & cõſolari te debes plebs Chriſtiana, cùm his nouiſsimis diebus tanta lætitiæ cauſa offertur, quantam vix vnquam experta es. Vno enim eodemq; tempore plenariã omnium peccatorum veniam conſequeris, & fratres tuos, quorũ innumerabilis eſt multitudo, quingentis fermè annis à tuo conſortio ſegregatos, tibi proximè reuniri ſperas. O quanta erit iſta iubilatio? O quàm ſuaue cordibus Chriſtianorum orietur gaudium, cùm primùm homines Deo, & ipſi inter ſe fraterna charitate conciliabuntur? Quas igitur Chriſto noſtro pro hac duplici lætitia, qua nulla maior deſiderari poteſt, gratias agemus? Quis domini miſericordias ad plenũ
Pſal. 88. enarrabit, qui populum Chriſtianum varijs vndiq; calamitatibus hoc tempore afflictũ, tanta gaudij nouitate conſolatur? Eccè populę Dei, adeſt tibi annus iubileus, annus remiſsionis omnium peccatorum, annus generalis vnionis Eccleſiæ. Proinde loquimini omnibus Chriſti fidelibus, qui in ſancta habitant Hieruſalem peregrinante in terris, ad cor eos conſolando, & aduocate eos ad hanc duplicem lætitiam, quoniam malitia tam diuturni ſchiſmatis, quod innumerabilia Eccleſiæ ſanctæ Dei mala intulit, auxiliante domino (vt confidimus) citò complebitur, & finem accipiet. Iniquitas quoq; peccatorũ, quæ huius ſchiſmatis & iræ Dei cauſa fuit, diuina clementia remittitur. Con
Eſa.51.c & 52.a ſurge igitur, conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere veſtimẽtis gloriæ tuę Hieruſalem ciuitas ſancta. Quàm fortis & glorioſa eris tunc mater Eccleſia, cùm omnes qui Chriſtum colunt, ab Occidente in Orientem eodẽ fidei & charitatis vinculo vnitos conſpicies? Ingemuiſti hactenus nimio dolore afflicta, cùm à ſæuiſsimis Turcis & Sarracenis, alijsq; Chriſtiani nominis inimicis, innumeras patereris iniurias, iacturas, perſecutiones & opprobria, & nemo te conſolari poterat. Cùm paſsim videres filios tuos omnis ſexus, ætatis & dignitatis in ſeruitutem trahi, & (quod ſeruitute deterius eſt) plurimos ab vberibus tuis abſtractos, ad impium Mahumeti cultum perduci. Harum autem calamitatum quid aliud, quàm hoc diuturnum ac peſtiferum ſchiſma, cauſa extitit? Sed diuino munere appropinquat iam tempus, vt omni penitus extincto diſsidio, vnitas ſancta fiat. Quæ cùm impleta fuerit, atq; hi magni populi Occidẽtales & Orientales fraternum fœdus ſimul inierint, nemo tunc fortitudini tuæ reſiſtere poterit. Tunc abiectis lugubribus, conſurges regina Ec- Pſal.44.
cleſia in veſtitu deaurato, circundata varietate: & qui te olim perſequentes conculcabant, procident corã te: & venient ad te qui Eſa.60.e
detrahebant tibi, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. O vos omnes qui Chriſtiano nomine cenſemini, expergiſcimini iam talia audientes, plaudite manibus, & iubilate Chriſto ſalutari noſtro. Eccè enim nunc 2.Cor.6.a
tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis: Eccè iam pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, viſitat nos in abundantia gratiæ & felicitatis. Aſſurgite, & occurrite illi in humilitate ſpiritus, in orationibus atq; eleemoſynarũ largitate, vt qui pro peccatis veſtris iuſtè iratus, tamdiu hoc ſchiſma durare paſſus eſt, & multis perſecutionũ flagellis ab his qui int', & ab his qui foris ſunt, vos cædi permiſit, nunc purgatis & emendatis indulgens, ſanctam inter vos vnionẽ inſpiret, vnitisq; non ſolùm perdita reſtauret, ſed & vobis veſtros ſubijciat inimicos. Audiſtis pridem ſolennes ambaſiatores ſereniſſimi Imperatoris Græcorum ac patriarchæ Conſtantinopolitani, ab hac ſancta ſynodo accerſitos, Baſileam adueniſſe, & tandẽ Deo propicio, concluſiſſe nobiſcum modum huius ſanctæ vnionis perficiendæ, aſſenſu ſanctiſsimi domini Eugenij papæ accedente, vt videlicet ad locũ ſynodi vniuerſalis tam noſtri, quàm ſui archiepiſcopi & epiſcopi, ipſeque Imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus, alijq; Orientalis Eccleſiæ patriarchæ accedant. Vt autem tantũ opus certiùs firmaretur, tres noſtros oratores poſteà Cõſtantinopolim deſtinauimus, vt ab ipſis Imperatore & patriarcha ratificationẽ eorum, quæ hîc ſui concluſerant ambaſiatores, obtinerent. Quæ omnia ipſi Imperator & patriarcha iuxta noſtri decreti capitula, ratificârunt, & approbârũt, ac literas Latino Græcoq; ſermone ſcriptas, & eorũ manibus ſubſcriptas, bullisq; aurea & plumbea munitas, per vnũ ex tribus noſtris oratoribus ad nos nuper reuerſum tranſmiſerunt. Et cùm ad ipſam ſynodum proprijs expenſis tam procul de partibus Orientalibus Græci proficiſci nequeant, opus fuit vt expenſas in veniendo ſtandoq; & redeundo neceſſarias, & quaſdam alias pro tuitione ciuitatis Conſtantinopolitanæ, ne Imperatore abſente, à Turcis forſitan expugnari poſſet, polliceremur. Et quanquã huiuſmodi impenſę nonnullis

nullis graues viderentur, nos tamen animaduertentes, quantus Dei honor & profectus Eccleſiæ, quanta exaltatio fidei orthodoxæ, quantum incrementũ nominis Chriſtiani, quot millium animarum ſalus, quantaq; vtilitas & innumerabilia bona populo Chriſtiano hinc forent prouentura, non ſolùm ipſas impenſas, ſed & perſonas proprias fore exponendas, dignũ eſſe iudicauimus, ſpem ponẽtes in domino, cuius negocium agitur, & in charitate ac deuotione fideliũ, qui dum talia intellexerint, ſubſidijs & auxilijs opportunis non deerunt. Si Chriſtus Deus noſter ſanguinem ſuum toto precioſiorem mundo, pro noſtra redemptione effudit: ſi eius veſtigia ſecuti Apoſtoli atq; alij ſancti viri, pro ſalute proximorum & incremento fidei corpora ſua libenter morti obiecerunt: quid nos facere oportet, à quibus non niſi caduca huius mundi ſubſtantia efflagitatur? Si reges & principes pro recuperandis expugnandisque ciuitatibus & oppidis multo ampliorem ſummam exponere ſoliti ſunt, ſi deniq; pro augẽdis facultatibus & vanitatibus ſeculi, ſe & ſua multis periculis homines ſubijciunt, & vt exemplo vtamur ſaluatoris, quærens aliquis preciomatth.13.f ſam margaritam, cùm inuenerit ipſam, vendit omnia bona ſua, & emit illam: nónne Eccleſia Dei & vniuerſus populus Chriſtianus facere hanc impenſam poterit, & debebit, ex qua nihil terrenum, nihil caducum, ſed omnia quæ ſuprà memorauimus bona, ſuccedent? Si vna duntaxat anima Chriſto charior eſt, quàm totum mundi aurum: nos vbi millia millium ſaluanda ſunt, auari aut negligentes videbimur? Conſueuit aliquando Eccleſia ad liberandum de manibus infidelium terram ſanctã, ſeu pro debellandis hæreticis indicere generale paſſagium, conuocareq; reges & principes & alios bellatores, vt armis iſta peragerent, necnon & pro alijs iuſtis cauſis ab omnibus Chriſtianis ſubſidium poſtulare, ad quæ vt promptiores efficeret, donis ſpiritualibus plenariæ remiſſionis peccatorum inuitauit. Profectò ſi veterum reuoluantur hiſtoriæ, nulla vnquam affuit cauſa iuſtior, quàm iſta eſt, nec pro qua Chriſticolæ omnes ſe & ſua libẽtiùs exponere deberent. Hîc enim non ſolùm ad recuperandam terram intenditur, ſed etiam millia millium animarum, pro quibus mediocre ſubſidiũ petitur, vndè impenſæ Græcis promiſſę, ſine quibus tam ſanctum opus perfici nequit, inueniri poſsint. Quis igitur pro tanto vniuerſæ Eccleſiæ bono, proque tanto animæ ſuæ merito portiunculã rerum ſuarum, quas dono Dei obtinet, denegare audebit? O felicem & precioſam eleemoſynam, quæ regnum cælorum promerebitur, & quæ tantam fidei catholicæ vtilitatem dabit. O beatum illum hominem, quem dominus ad tam ſanctum opus inſpirauerit. Hunc quidem (ſicut ſcriptum eſt) in die ma
la liberabit dominus. Licet autem ex debito Pſal.40.
Chriſtianæ profeſsionis quiſq; ad hoc ſanctum negocium pro viribus contribuere, ac ſubuenire obnoxius ſit, nihilominùs vt eo libentiùs omnes faciant, quo ſe hîc & in futuro ſeculo perampliùs remunerandos fore intellexerint, decreuit hæc ſancta ſynodus vniuerſam Eccleſiã repræſentans, ſponſam Chriſti, affluẽter aperire ſpirituales theſauros, quos ipſe ſaluator aſcendens in cælum, ſibi reliquit. Omnibus igitur Chriſti fidelibus vtriuſq; ſexus, qui ad hoc ſanctum opus tantum contribuerint, quantũ quiſq; vna integra hebdomada pro ſuæ perſonæ ac familię, ſi eam habuerit, refectione exponit, vel ſi de proprijs viueret, exponeret, religioſis quoque pro quibus ſuus conuentus aut ſuperior vel alius iuxta prædictã rationem erogauerit, omnium peccãtorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſsi fuerint, authoritate omnipotentis Dei & de eius miſericordia confiſa, illam plenariam remiſsionem impartitur ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, quam Eccleſia concedere ſolet omnibus euntibus Romam tempore iubilei, vel cruce ſignatis ad recuperationem terræ ſanctæ tempore paſſagij generalis, & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicetur augmentum. Ita tamen, quòd per annum integrum (ſi vixerint) ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante, aut ſi dictis ſextis ferijs ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſeruantia, iniuncta pœnitentia, voto vel aliâs ieiunare teneantur, vna alia die ſingularem ſeptimanarum eiuſdem anni, qua ad ieiunandum non ſint aſtricti, ieiunent, aut ad iudicium ſui confeſſoris in alia pietatis opera commutent. Ac etiam eadem die qua ieiunabunt, vel (vt præmittitur) ieiunare deberẽt, ſi ſint clerici, ſeptem Pſalmos vel Miſſam: ſi laici, ſeptem Pater noſter & ſepties Aue Maria, dicere ſint aſtricti, vel alia pietatis opera iudicio ſui confeſſoris agant. Quòd ſi conuentus tales ſint, qui nihil in communi poſsideant, vel aliæ perſonæ victum vera mendicitate quærentes, ſeu aliâs contribuere non valentes, ne huius ſpiritualis muneris ſint expertes, ſi vltra ieiunium (vt prædicitur) obſeruandum ſingulis diebus vnius anni, prædictos pſalmos & Miſſas, ſi clerici: ſi laici, prædictas orationes, ceſſante legitimo impedimento, eo modo quo ſuprà exprimitur, ſupplendo dixerint, vel alia pietatis opera ſui confeſſoris iudicio (vt præmittitur) exercuerint, ac pro felici huius negocij conſummatione Deum ſuppliciter exorauerint, eandem plenariã remiſsionem conſequantur. Erogantibus autem ad idem opus, quantum vna die pro ſe ſuæq; familiæ expenſis expenderent, vel ſi de proprijs viuerent, exponerent, ſeptem annos & totidem quadragenas de iniũctis ſibi pœniten-
tijs elar-

tijs elargitur. Et vt hi omnes ad huiusmodi indulgentiæ gratiam aptiores existant, omnibus sacerdotibus secularibus & regularibus aliâs discretis, quos in confessores pro huiusmodi consequenda indulgentia elegerint, indulget, vt confessionibus eorum auditis, ipsas à quacunq; excommunicationis, suspensionis & interdicti sententia, à iure vel constitutione, seu etiam non nominatim, sed generaliter ab homine lata, & à quibuscunq; alijs propter quæ etiam sedes Apostolica meritò esset consulenda, imposita satisfactione & restitutione his quorũ interest facienda, salutarem iniungant pœnitentiam, & debitæ absolutionis in foro pœnitentiali duntaxat in forma Ecclesiæ beneficium impendant. Quam satisfactionem ac restitutionem, si infra terminum à confessore statutum facere neglexerint, huiusmodi indulgentia in nullo suffragetur. At cum clericis super irregularitate occulta, aliâs, quàm ex bigamiæ vel homicidij voluntaria causa, contracta, dispensent. Super votis verò peregrinationis, seu abstinentiæ aut alijs similibus, quæ ipsi fideles emiserint, etiam si vltramarina, aut alia loca, seu limina sanctorũ Petri & Pauli ac Iacobi Apostolorum visitare vouerint, seu aliâs non impletis, dispensandi eisdem confessoribus etiam facultatẽ concedit: ita tamen, quòd ipsi cum quibus taliter dispensari continget, expensas quas ad loca huiusmodi vel pro alijs votis implendis, iuxta ipsorum confessorum taxationem fecissent, ad hanc causam contribuant. Et vt nulla cuiquam peccati rubigo remaneat, vult & indulget hæc sancta synodus, vt quicunq; ex vsurario vel non debito quæstu, seu qualitercunq; illicitè aut indebitè aliquid percepisset, seu bona ablata aut quæuis incerta possideat, si non extent, vel ignorentur personæ, quibus facienda esset restitutio, aut res quascunque tenentes, cuiuscunque status aut religionis existant, in quorum detentione conscientiæ eorũ grauantur, vel quæ de iure ad pias causas per ecclesiam deberent exponi, huiusmodi res & bona seu valorem, necnon & qui arma vel alia prohibita infidelibus seu hæreticis portauerint, lucrum quod indè perceperũt, ad hoc opus iuxta suam & sui confessoris conscientiam & æstimationem tradere teneantur. Iubet insuper eadem sancta synodus, vt habita huius decreti notitia, omnes diœcesani in cathedralibus, collegiatis & parochialibus, in quibus eis visum fuerit, ac etiam generales ordinum mendicantium in conuentualibus ecclesijs eis subiectis, mox disponant, quatenus verbum Dei per prædicatores idoneos ad populũ annuncietur, prædictas indulgentias publicando, & fideliter exhortando ad subsidium in tam pijssima causa impendendum, quibus prædicatoribus & prædicationem audientibus, ac etiam omnibus alijs, qui circa prædictam æstimationem subsidium aliquod vel auxilium in hac re dederint, centũ dies de iunctis pœnitentijs singulis vicibus in forma Ecclesiæ relaxat. Ne autem in colligendis ac conseruandis pecunijs fraus aliqua committatur, ordinat sancta synodus, quòd in qualibet cathedrali in ciuitatibus, in oppidis verò & alijs locis in principali ecclesia vnus cippus, truncus vel capsa ponatur, vbi tanquam in gazophylacio domini, quilibet pecunias erogãdas ac incerta & ablata seu illicitè quæsita, reponere possit & debeat. Cuius sint tres claues, quarum vnam teneat episcopus, vel cui voluerit ipse committere, pro quolibet trunco in omnib⁹ locis ciuitatis & * diœcesis * diœcesis
cesibus, capitulum aliam in cathedrali, prælatus seu rector in principali, tertiam timoratus aliquis vir, quem ciuitas, oppidum seu locus deputare voluerit, qui diebus per eos statuendis, talem cippum, truncum vel capsam corã notario vel duabus fide dignis aperiant personis, & pecunias ad fidas manus deponant, eas sine fraude, diminutione vel contradictione illi vel illis assignaturi, quas hæc sancta synodus ad hoc deputauerit. Quòd si in campestribus locis vel alibi periculum seu detrimentum in conseruatione pecuniarum, per modum superiùs expressum verisimiliter timeretur, diœcesani vel ad colligẽdum huiusmodi pecunias ab hoc concilio deputandi, (prout magis expediens visum fuerit) vtiliter prouideant. Quicunq; autem, etiam si pontificali aut regali præfulgeat dignitate, fraudem, furtum siue rapinã circa prædictas pecunias seu impedimentũ ex proposito & malitiosè in hoc sanctissimo opere fecerit, vltra indignationem omnipotentis Dei & reatum supremi sacrilegij, sententiam excommunicationis incurrat, à qua nisi priùs plenaria facta restitutione & impedimento sublato, absolui non possit. Vult autẽ hæc sancta synodus, quòd elapso biennio à die præsentis decreti, prædictæ indulgentiæ ac facultates nemini concedi valeant, præterquàm in mortis articulo, quo ad illos qui infra bienniũ (vt suprà dictum est) contribuerint. Quodque personis illis quæ sub spe huius gratiæ & indulgẽtiæ aliquid commiserint, in nullo huiusmodi gratia ac specialis concessio suffragetur. Et quia difficile foret, præsentes literas singulis exhibere, decernit hæc sancta synodus, vt earũ transsumpto manu publica authoritate archiepiscopi in tota prouincia, & ordinarij in sua diœcesi proprio sigillo munito, tanquam literis originalibus plena fides in omnibus adhibeatur. Datum in sessione publica huius sanctæ synodi solenniter celebrata in maiori ecclesia Basileensi, decimooctauo calendas Maij, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

SESSIO XXV.

De locis futuri & œcumenici concilij pro Græcis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Nuper hæc sacrosancta synodus inter varias solicitudines, quibus inscrutabilis diuinæ altitudinis prouidentia eam inuocatione sui spiritus paracleti, ad excolendum dominici gregis agrum adunari, operariq; dignata est, internæ mentis oculos more agricolæ peruigilis reuoluens, & attentè prospiciens, quàm deflendè diutina Occidentalis & Orientalis Ecclesiarum in eiusdem fidei professione diuisio in Dei perstitit & durauit Ecclesia, de clementissima eius bonitate, apud quem nihil est impossibile, quique dignè postulantibus affluenter dat & largè, spem suscipiens & fiduciam, ad procurandam inter ipsas Ecclesias catholicæ fidei vnitatem, suæ diligentiæ curas tanto accuratiùs, non parcendo laboribus vel impensæ, adhibere decreuit, quãto ex hoc ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, vberiorem animarum salutem, maiusq; ipsius fidei incrementũ prouenire cognouit. Cupiensq; propterea, suffragante spiritussancti gratia, tam saluberrimum vnionis negocium aggredi & amplecti, ad illud serenissimum Romeorum Imperatorẽ & venerabilem patriarcham Constantinopolitanum, cæterosq; prælatos & alium Græcorum populum per diuersos oratores & literas duxit inuitãdos pariter & exhortandos. Qui quidem Imperator & patriarcha & alij Græci, volẽte & eorum corda Altissimo inflammante, exhortationes huiusmodi alacribus animis suscipientes, ipsumq; vnionis negocium aggredi synceris affectibus perhibentes, suos solennes oratores & nuncios sufficienti mandato bulla aurea & propriæ manus subscriptione Imperatoris, bullaq; plumbea patriarchæ prædictorum munito suffultos, feruentissimum eorundem ad hanc fidei vnitatem zelum deuotissimè explicantes, ad eandem sacrosanctam synodum duxerunt destinandos, cum quibus ipsa sancta synodus diuersis tractatibus & deliberationibus præuijs, pro executione & cõsummatione felici tam salutaris operis, nonnulla decreta & capitula ad hoc summoperè necessaria & vtilia, superiùs inserta, & dudum in certa sessione ipsius sanctæ synodi in maiori ecclesia Basileensi celebrata, publicata, animo concordi conclusit. Volensq; deinde hæc sancta synodus, decreta & capitula huiusmodi vijs & modis omnibus necessarijs & opportunis prosequi, ac iuxta illa ad electionẽ loci prò futuro œcumenico concilio, in quo Imperator & patriarcha prædicti, alijq; Græci conuenire possent & deberent, celebrando, maturè procedere, habitisque super his & alijs hanc piam rem concernentibus, in diuersis ipsius sanctæ synodi deputationibus multiplicibus propositionibus & tractatibus, illisque cum votorum suppositorum eorundem scrutinio diligenti recensitis, demum in generali congregatione ad hoc in maiori ecclesia prædicta (vt moris est) indicta, & iterum votis singulorum in eadem scrutatis, repertoq; duplo maiorem partem & multo plùs vota sua direxisse in Basileam, Auinionem vel Sabaudiam, inuocata spiritussancti gratia, post Missarum solennia conclusum fuit & conuentum, quòd apud Imperatorem, patriarcham & alios Græcos prædictos, diligens & debita fieret instãtia, cum allegationibus & expositionibus plurimarum rationum, quæ ad id allegari & adduci possent, vt ex diuersis bonis respectibus ciuitatem Basileensem acceptarent pro dicto œcumenico concilio ibidem celebrando: quam si eos omnino recusare contingeret, extunc ciuitas Auinionẽsis locus esset ipsi⁹ œcumenici concilij ibidem celebrandi. Si tamen illud in eadem celebrari non posset, extunc in Sabaudia concilium celebraretur antedictũ. Vt igitur præmissa omnia & singula debitum & votiuum sortiantur effectum, cum omni solennitate aliâs in hoc sacro Basileensi concilio in rebus arduis expediendis adhiberi solita, patribus in maiori ecclesia Basileensi post Missarum solennia confidentibus, hæc sancta synodus decernit, vult, statuit, ordinat & declarat, futurum œcumenicum concilium in Basileensi, aut illa recusata, in Auinionensi ciuitatibus, alioquin in Sabaudia iuxta conclusionẽ supradictam, debitis & conuentis temporibus debere celebrari. Quodq; Imperator & patriarcha & alij Græci prædicti, iuxta capitulata & decretata huiusmodi, necnon omnes & singuli alij, cuiuscunq; gradus, status, dignitatis vel præeminentiæ existant, qui generalibus concilijs de iure vel consuetudine interesse debent, etiam si pontificali dignitate præfulgeant, ad illud debeant & teneantur, maximè pro consummatione tam salutaris operis, accedere & etiam conuenire. Et hanc præmissam nominationem & electionem vult, statuit & decernit hæc sancta synodus, vt sit firma, inconcussa & inuiolabilis, quacunque alia modificatione, ordinatione, dispositione, nominatione seu electione per ipsum sacrum concilium seu alium vel alios, quacunq; authoritate, etiam papali fungentes, in contrarium facta seu facta, minimè valitura seu valituris, quam seu quas hæc sancta synodus ex certa scientia ex nunc irritat, cassat, reuocat, & annullat, seu

cassa, nulla & irrita nunciat, & pro infectis il lam seu illas habere vult, & præsentibus habet, quatenus in totum vel in partem præmissæ electioni obuiant vel repugnant. Supplet etiam hæc sancta synodus ex certa scientia omnem defectum, si quis in præmissis vel aliquo præmissorum forsitan interuenerit. Et insuper cùm res tam ardua plurimũ in Dei Ecclesia fructum allatura, sine grauibus expensarum sarcinis consummari, & Græci prædicti adduci, adductiq; sustentari non valeant, dignumque & debitum existat, vt pro consummatione tam felicis operis Christi fideles vniuersi, maximè ecclesiasticæ personæ, de commissi sibi patrimonij domini nostri Iesu Christi substantijs liberali dispensatione ministrent, hæc sancta synodus vniuersis & singulis ecclesiasticis personis, exemptis & nõ exemptis, sub quacunq; verborum forma, etiam ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cuiuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiã si cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, generalẽ omnium & singulorum suorum ecclesiasticorum fructuum & prouentuum, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, decimam de suis ecclesijs, monasterijs, dignitatibus & officijs, cæterisq; ecclesiasticis beneficijs in sua generali congregatione iam impositam & conclusam, persoluendam & exigendam, decernit, statuit & declarat imponendam, eamque imponit per præsentes. Præterea dicta sancta synod⁹ decernit, vult, ordinat, & declarat, quòd venerabiles Ioannes Lubecensis, Ludouicus Visensis, Delphinus Parmensis, Ludouicus Lausanensis episcopi, ipsius sacrosanctæ synodi oratores, ad conducendum Græcos ad locum œcumenici cõcilij, eorumq; maior pars tunc præsens, portum Latinum locis suprà electis & nominatis aptiorem & propinquiorem, ad quem dicti Græci vltimò debeant applicare, eligendi & nominandi plenã habeant potestatem, illamque eisdem concedit per præsentes, iuxta formam aliarum literarum eis superindè datarum. Postremò eadem sancta synodus vult, ordinat & decernit, quòd pro præmissorum & ex eis dependentium debita & votiua executione, dictorumq; syndicorũ & concilij securitate pleniori, ad omnem eorum aut suorum procuratorum vel nunciorum petitionem & instantiam, eis quæuis aliæ literæ opportunæ, vtiles & necessariæ, sub bulla eiusdem sanctæ synodi per ipsius cancellariam in forma debita & honesta concedantur, conficiantur, & etiam expediantur. Datum Basileæ in sessione publica huius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, nonis Maij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

ALIVD DECRETVM LECTVM IN eadem sessione pro cautione Auinionensi.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Cùm nuper dilecti Ecclesiæ filij syndici & concilium ciuitatis Auinionensis, summam septuaginta millium florenorũ auri de camera, pro conductione serenissimi * Græcorum Imperatoris & venerabilis patriarchæ Constantinopolitani, aliorumq; Græcorum ad œcumenicum concilium, dante domino, venturorum iuxta concordata & conclusa cum eorum ambasiatoribus, necessariam huic sacrosanctæ synodo & vniuersali Ecclesiæ liberaliter mutuare obtulerint, iamque eius partem exoluerint, ac restantem, expeditis nonnullis pro eorum cautione ab ipsa sancta synodo petitis, in pecunia numerata exoluere paratos se offerant: eadem sancta synodus cupiens (prout decens est & debitum) dictorum syndicorum & concilij, ne ex sua liberalitate damnum patiantur, indemnitati legaliter prouidere, omnes & singulas pecuniarum quantitates, quæ ex indulgentijs per ipsam sanctam synodum vniuersis Christifidelibus de bonis sibi à Deo collatis, pro prosecutione vnionis Occidentalis & Orientalis ecclesiarum, ad eandem Christianæ fidei professionem in dicto concilio, domino largiente, procurandæ & perficiendæ largientibus, per eius literas ad diuersas mundi partes directas, & iam in plerisq; locis solenniter publicatas, concessas, necnon ex decima generali per eandem sanctam synodum causam ob præmissam imposita & concluſa, hactenus proueneruntac prouenient in futurum, syndicis & concilio præfatis vsq; ad summam supradictam exnunc obligando, hypothecando & assignando, vult, statuit & decernit, quòd ijdem syndici & concilij in omnibus & singulis, quibus maluerint, & quæ eligenda duxerint, & præsertim Franciæ, Aragoniæ, Delphinatus, Britanniæ, Sabaudiæ & Burgundiæ regnis, ducatibus, terris, prouincijs, ciuitatibus & diœcesibus, authoritate eiusdem sanctæ synodi & vniuersalis Ecclesiæ ad leuandum, exigendum & recipiendum de pecunijs ex indulgentijs & decima prædictis (vt præmittitur) prouenientibus vsq; ad summam prædictã, & quousq; illa eisdem integraliter fuerit persoluta, quascunque personas idoneas ad hoc eis vtiles & accõmodas, in suos collectores nominare, eligere, deputare & ordinare, quodque personæ ipsæ sic per eos nominatæ, electæ & deputatæ, de pecunijs huiusmodi vsque ad summam prædictam nomine syndicorum & concilij prædictorum, petere, exigere & leuare possint & debeant, perinde ac si per ipsam sanctã synodum ad hoc deputatæ

*Romeorũ

tatæ & nominatæ fuissent, necnon illos soluentes quoscunq;, debita assignata quitantia, à solutis sint liberi penitus & immunes: Promittit insuper & pollicetur hæc sancta synodus, quòd ipsa collectores ipsos sic per dictos syndicos & conciliũ deputatos, quibusuis colore vel occasione captatis, directè vel indirectè, sine expressa syndicorum & concilij prædictorũ voluntate atq; consensu nullatenus reuocabit, nec pecunias huiusmodi per alios in eligẽdis per dictos syndicos & concilium regnis, ducatibus, terris, prouincijs, ciuitatibus & diœcesibus prædictis sine consensu simili exigi, colligi, vel leuari faciet, aut eorum collectoribus huiusmodi, quo minùs illas vsq; ad summã prædictam pro syndicis & concilio prædictis liberè colligere & leuare valeant, impedimentum aliquod præstabit, seu præstari patietur quoquo modo: quinimò regũ, principum & aliorum dominorum, in quorum regnis, territorijs & dominijs eosdem syndicos & concilium electionem antedictã facere contigerit, super libera exactione & collectione pecuniarum ex indulgentijs & decima huiusmodi (vt præfertur) prouenientium, fauorem & consensum, coercitionem quoq; (si opus fuerit) & brachij secularis auxilium procurabit & ordinabit, aliasq; eosdem syndicos & concilium super integra & realirestitutione & satisfactiõe dictæ summæ omnino reddet indemnes. Præterea eadem sancta synodus vult, statuit & decernit, quòd super exactione pecuniarũ huiusmodi syndicis & concilio prædictis, quæcunq; literæ & processus cõpulsoriales & pœnales, cum omnibus & singulis clausulis necessarijs & opportunis concedantur, conficiantur, & etiam per ipsius cancellariam expediantur, alijs literis in præmissis & circa præmissa iam concessis, in suo robore duraturis. Datum Basileæ in sessione nostra publica huius sanctæ synodi, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, nonis Maij, anno à natiuitate domini millesimo quadringẽtesimo trigesimo septimo.

SESSIO VIGESIMASEXTA, ET EST monitorium & citatio contra dominum Eugenium papam & cardinales.

Multa in hac synodo sparsim habẽtur, quæ pontifici & eius authoritati derogent, quæ sunt cautè legenda. Videatur de his bulla retractationũ Pij 2. pontificis maximi, quæ infrà habetur

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Cùm Christi Ecclesia varijs & acerrimis languorib⁹ subiaceret, hominumq; peccata & præuaricationes diuinę legis magis ac magis indies pernicioso crescerẽt augmento, dignatus est omnipotens Deus fidelium inspirare cordibus, vt in Basileam ciuitatem, profectò vndiq; integerrimam, sacrosancta generalis synodus conueniret, quæ præsertim in reformandis moribus tam in capite quàm in membris, & excitandis cordibus in obseruatione legis Dei, vigilantem impenderet operã, vt & diuinus honor refloreret in terris, & represis enormitatibus peccatorum, ad procurandam animarum salutem efficaciùs conuerteretur hominũ solicitudo. Iam verò pluribus annis in ea re per ipsam synodum exhibiti sunt indefessi labores: commemorata frequentiùs extitit regnantium scelerum multitudo, quæ vniuersam Christianitatem in multas clades, multaq; discrimina adducere cõspicitur. Ecclesia in Christi nomine congregata, cunctis palàm curauit ingerere monita salutis, die ac nocte clamitans, vt redirent præuaricatores ad cor, & obseruarent legem domini Dei sui. Deniq; salubria decreta & sacros canones instituit, quibus pestis auaritiæ, Simoniæ, ambitionis & aliorum vitiorum (quæ multorum corda nimiùm incendebant) arcerẽtur à grege domini, & iuxta præcepta Christi atq; sanctorum patrum instituta, dignitates ecclesiasticæ atq; beneficia dignis & idoneis pastoribus ac ministris gratuita collatione, iustisque & canonicis electionibus ac institutionibus distribuerentur, quorum medio vniuersus clerus & populus salubriter regeretur, ac perduceretur in salutem. Sed (quod heu dolentissimè referimus) ille qui primus hæc exequi debuerat, quemq; & Christi præcepta & canones sacrorum conciliorum præcæteris seruare oportuerat: imò & cæteros ad horum obseruantiam efficaciter inducere, nulla vnquam monitione, nulla exhortatione induci iam longo tempore potuit, vt aliquam morum emendationem Christo placentem, aut notissimorum abusuum correctionem in Ecclesia sancta Dei efficere satageret. Quin potiùs conspicit vniuersus orbis, sub eius regimine maiora semper scãdala grauioraq; exoriri, (sanctissimum dominum Eugeniũ papam quartum loquimur) quem frequentibus monitis hęc sancta synodus cum plurima charitate & benignitate, tum per ipsius synodi oratores, tum per literas, tum etiã per eiusdem domini Eugenij nuncios inducere curauit, atq; etiam per alii quorum regum & principum ambasiatores hortata est, vt pro Christi reuerentia & animarum salute, salutari animarum gubernationi operam daret, electiones proborũ pastorum fieri assentiret, beneficia à Christo gratis accepta, gratis distribueret, cæteraque in ædificationem Ecclesiæ ageret, quæ iuxta canones sanctorũ patrum eadẽ synod⁹ pro animarũ salute & vniuersalis Ecclesiæ ordinauerat, & quemadmodùm sacrosanctũ generale Constantiense conciliũ irrefragabili catholicæ veritatis declaratiõe diffiniuit in his rebus, quæ ad reformationẽ vniuersalis

Esa. 46. c

Constantiensis concilij sess. 39

Ecclesiæ in capite & in membris pertinent, obediret. Pariter quoq; notum sit, quòd sacra generalia cõcilia iurisdictione super Papam vti possint, cùm clamorosa insinuatione: vel aliâs ipse, vt scandalizator Ecclesiæ, sacro concilio defertur. Monuit quoq; hæc sancta synodus ipsum dominũ Eugenium, quatenus dignaretur ambulare vnanimiter cum consensu eiusdem in domo Dei, & adhæsionem, quam literarum suarum testimonio solenniter huic eidẽ synodo exhibuit, factis & operibus adimpleret, vt pax & tranquillitas salutaris per vniuersam vigeret Ecclesiam. Sed in aduersum prohdolor electiones pontificum & pastorũ sedulò perturbare visus est, translationes prælatorum, eis inuitis, cõtra sanctorũ patrum & sacrorum canonum atq; sacri concilij Constantiensis statutorum formam & tenorem facere, diuisiones, scandala & schismata per singulas ferè vacantes ecclesias ingerere. vtplurimùm enim vnus eligitur, alteri verò per ipsum, suis reseruationibus iam sublatis, innitentẽ prouidetur, ipsa electione reiecta: imò & aduersus filios obedientiæ, qui decretis huius sanctæ synodi obedire voluerunt, graues compertus est fulminare sententias, ipsos, p libito volũtatis à beneficijs & dignitatibus mandando priuari, inhabilitari, & excõmunicari. In collatione præterea seu expeditione dignitatum & beneficiorũ, & aliarum rerum dispensatione, etiam more inconsueto graues summas pecuniarum exigere, abusus pestiferos detestabili & horrenda specie Simoniacæ labis respersos, aduersus iura diuina & humana in animarum perniciem & ecclesiarũ orbis non mediocre præiudiciũ, ac prouinciarum, regnorum & singularum patriarum depauperationem & exinanitionem, cum pluribus fouere incrementis, dignitatibus etiam seu vacantibus beneficijs prouidendo carnalitatis affectu, nõ iudicio rationis, nec eos erigẽdo qui in ecclesijs proficere possunt, sed quorum vel precibus delinitus extitit, vel pro quibus quispiam maiorum rogasse compertus est, aut (quod deterius est) qui vt beneficiati fierent, muneribus impetrârunt, non aduertens, nihil esse quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni assumãtur prelati ad regimen animarum. Sententijs insuper synodalibus spretis, quas olim summi põtifices maxima cum veneratione prosequebãtur, prætensas appellationes ab eisdem interpositas admittit, sententias huiusmodi expresè reuocando. Ipse insuper illos, quos hæc sancta synodus pro causis iustissimis alligauit, soluere de facto conatus est, nulla satisfactione peracta. Cæterùm cùm deceat Romanum pontificem iuxta sacrorum canonũ & summorum pontificũ institutа per fratres suos sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, qui sibi in executione sui officij coadiutores existunt, sua exercere consilia, vt ipsorum salubribus & prudẽtibus consultis status Ecclesiæ tam in spiritualibus, quàm temporalibus rationabiliter dirigatur, ipse dominus Eugenius etiã in rebus grauissimis minimè eorũdem consilia requirere fertur, qui sunt pars corporis sui, sed aliorum extraneorum consultationem sectatur, quod non ex rationis iudicio, sed ex carnali affectu nõnunquã prouenire videtur. Dispẽsatione quòq; sibi credita abutitur, eam in dissipationem conuertendo, & potestatem sibi datã in ædificationem, vertendo in destructionẽ. Plura verò grauia nobis obmittentibus, nouissima occurrunt consideratione miseranda. Audiuimus quidem nuper, ciuitatem Prænestinã, cuius episcopali titulo vnus ex Romanæ Ecclesiæ cardinalibus consueuit insigniri, per tolerantiam eius & suorum domesticorũ ac stipendijs Romanæ Ecclesiæ militantiũ opera, in ruinam mirabiliter decidisse. Oppida insuper plurima, in eiusdẽ sanctæ Romanæ Ecclesiæ patrimonio consistentia, aliquãdo prædæ exposita, vt oppidũ Butrij Bononiæ proximum, aliquando solo æquata. Et qui augmentũ efficere debuerat, operatus est diminutionem, cùm tamen ex dignitate summi pontificatus nõ peccandi licentiam, sed benè viuendi necessitatem assecutus esse noscatur. In operibus præterea fidem concernentib⁹, cùm hoc tempore pro œcumenico concilio cum Græcis celebrãdo Ecclesia indigeret, put & de præsenti indiget, subuentionibus fidelium populorum, ipse substantiam eorum aliorsum diuertere satagens, & subsidia fidei catholicæ multipliciter impediens, indulgẽtias plenarias per loca diuersa multiplicasse dicitur, absq; causis vrgentibus eas disseminando, in grauem perturbationẽ sanctissimi operis pro ipsa fide orthodoxa per hanc synodũ inchoati, aliaq; pluria hucusq; peregisse atq; procurasse dicitur, quæ prosecutioni rerum ad bonum fidei orthodoxæ & eius promotionem pertinentium, magnum impedimentum & multã retardationem attulerunt. Illud quoq; multa reprehensione in tãto pastore dignum est, quòd iuramentum in assumptione sui ad Apostolatus apicem, super certis ordinationibus præstitum, ac deinde post ipsius assumptionem sub bulla sua solenniter confirmatũ, minimè seruasse dicitur, sed quod dolenter referimus, (vtà plurimis asseritur, & fama publica laborat) ipsum notoriè trãsgressus est. Deniq: eum ita agere conspicit vniuersus orbis, (nam hæc quæ notoria esse dicuntur, Ecclesiã vniuersalem scandalizantia, recẽsemus) vt occasione sui vniuersa Ecclesia grauissimis turbationibus subiaceat, quibus nisi diuina miseratio prouideat, ruina prioribus inaudita seculis, Christiano populo prospiciatur imminere. Non autem solùm in rerum spiritualium regimine hanc

Constantiensis concilij sess. 39.

ipsam

ipsam ruinam consideramus, sed & in gubernatione temporalium dominiorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ notorios defectus attendimus, quorum alienatores honorẽ perdere felicis recordationis Symmachus papa decreuit. Quãtas enim terras ipse dominus Eugenius alienauerit, quantæq; eius incuria & insolerti regimine deperditæ & occupatæ sint, quantas strages subditorum Romanæ Ecclesiæ, quos etiã, vt Bononiensis ciuitas in suis suppositis attestari potest, peremptos audiuimus, sine pœnitentiæ & eucharistiæ sacramentis, quàm etiam miseranda vastatio suo tẽpore subsecuta fuerit, notoria facta testari videntur. Expectauit autem iam plurimis annis hæc sancta synodus cum multa patientia, vt hæc omnia ipse dominus Eugenius corrigeret, atq; in melius emendaret, ac veluti vicés gerentem Christi & Petri successorem decet, totum orbem exemplo bonarum actionũ in viam salutis dirigere studeret. Dum verò videmus cuncta iugiter in peius ruere, & omnia magis conturbari, plurimis anxiamur doloribus, ac hemẽter gregi dominico compatimur, quẽ in totalem ferè desolationem per incrementa scandalorum, diuisionum ac vitiosarum deformitatũ decidere formidamus, nisi debito regimini Ecclesiæ Dei cõueniens prouisio apponatur, & consulatur publicæ saluti. Videns itaq; hæc sancta synodus, quæ per summariã informationem exabundanti factam, ipsum dominum Eugenium in prædictis publicè & notoriè diffamatũ comperit, necessitatem prouidendi debito regimini Ecclesiæ imminere, vt si conciliũ congregatum non esset, summè necessarium foret pro his rebus ipsum congregari: attendens præterea in iudicio Dei oportere reddere rationẽm super tantorum dissimulatione malorum & scandalorum, quibus corrigendis pro salute totius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus incumbere tenetur, & ex potestate quam super cunctos fideles cuiuscunq; authoritatis, etiam si papalis existant, à Christo accepit, iuxta supradictam declarationem* in concilio Constantiensi habitam, & in hoc præsenti dudum renouatam, cùm etiam coram Deo & hominibus grauissimè reprehendenda veniret, si in hac vrgentissima Ecclesiæ necessitate suum officium (prout tenetur) etiã nemine postulante exequi negligeret: decernit, vt intra sexaginta dies à die prẽsentis sessionis & affixionis numerandos, quem terminum præfato domino Eugenio peremptoriè præfigit, vt si qua interim coram hac sancta synodo super præmissis & alijs proponendis, pro sui defensione aut excusatione alleganda vel proponẽda duxerit, per se vel alium ad hoc legitimè deputatum, coram eadem synodo Basileæ compareat. Dicto autem elapso termino, siue dictus dominus Eugenius per se vel alium cõparuerit, siue non, hæc sancta synodus ad vlteriora procedet, cognoscendo & terminando, prout Ecclesiæ sanctæ Dei, spiritu sancto dictante, conspexerit expedire. Vniuersis insuper sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna aliâs præstiti huic sacro concilio per se vel alium nomine suo iuramẽti, & quo ad eos qui iuramentum nõ præstiterunt, sub pœna priuationis fructuum suorum beneficiorum mandat & præcipit, vt infra eundem terminum in hac ciuitate Basileensi compareant, saluti sanctæ matris Ecclesiæ cum cæteris in synodo congregatis consulturi & opportunè prouisuri, prout Spiritus sanctus dictauerit. Hoc ipsum quoq; vniuersis principibus & populis Christianis innotescere voluimus, vt videntes sanctæ matris Ecclesiæ & vniuersæ Christianitatis augustias, in vnã sententiam pro honore Dei creatoris nostri, & animarũ salute pariter conueniant, & quod toti orbi salutare fuerit, communi consensu amplexentur. Decernit tandem hæc sancta synodus, huius decreti publicationẽ in præsenti sessione factam, eiusq; affixionem in valuis maioris ecclesiæ Basileensis, vim habere monitionis & citationis, quoad omnes & singulos actus in hac re fieri necessarios, vsque ad finalem terminationem, etiam ad sententiam diffinitiuam audiendum, & eius executionem faciendum inclusiuè, & ita vniuersos arctare, ac si personaliter apprehensi, & eis intimatum fuisset. Datum Basileæ in nostra sessione publica, solenniter in ecclesia maiori Basileensi celebrata, pridiè calendas Augusti, anno à natiuitate domini millesimo quadringẽtesimo trigesimo septimo.

In synodo 5. cuius initium, Benè quidem fraternitas.

*Constantiensis concilij. Constantiensis concilij sessione 4. & 5.

SESSIO XXVII.

In qua cassatur nominatio & creatio cardinalium, per dominum Eugeniũ papam quartum facta.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Tantam reuerentiam sacris canonibus generalium conciliorum sancti patres censuerunt adhibendam, vt violatores eorum voluntarios grauissimè vindicarẽt, & vnumquemq; in suijpsius destructione agere arbitrarentur, ea destruere conantem, quæ vniuersali consensu fuerunt instituta. Grauis quoque exindè iactura toti ecclesiastico immineret ordini, si decreta synodalia conciliorũ generalium, quibus neruus regulæ ecclesiasticæ ac disciplinæ salutaris innititur, per cuiuspiam voluntatem, & maximè sedente adhuc ipsa vniuersali synodo, abrumpi sinerẽtur.

Dudum

Basileensis concilij sessione 4.

Dudum autē hæc sancta synodus super cardinalib⁹ sanctæ Romanæ Ecclesiæ assumendis, inter cætera duo salubria edidit decreta, quorū tenores ad lucidiorem vniuersorum informationē, de verbo ad verbum hic inserere, & innouare decreuimus.

Tenor primi decreti.

Basileensis concilij sessione 4.

Item, Cùm multiplicatio cardinaltum sit Ecclesiæ dispendiosa & onerosa, propterea & ex alijs rationabilibus & legitimis causis eandem sanctam synodum mouentibus, statuit, ordinat, atq; ex certa scientia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta synodus, quòd durante hoc sacro concilio, Romanus pontifex à loco istius sacri concilij absens personaliter, non debeat neq; possit aliquem vel aliquos, cuiuscunq; dignitatis, conditionis, gradus seu status existant, in sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalem vel cardinales, quouis modo aut quocunq; quæsito colore vel causa assumere, pronunciare secretè aut publicè, aut pronũciatos seu assumptos secretè, publicare. Et si secùs attentatum fuerit, exnunc in anteà irritum sit & inane, nulliusq; roboris vel momẽti. Quòd si forsan taliter de facto assumpti aut pronunciati, se pro cardinalibus gerere aut nominare presumpserint, quibuscunq; dignitatibus priuati, & ad omnes & singulas futuras inhabiles. Et quicunq; eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, exnunc prout extunc sentẽtia excommunicationis innodati sint ipso facto, à qua præterquàm in mortis articulo, nisi à præfata synodo absolutionis, siue habilitationis beneficium obtinere non possint.

Tenor secundi decreti.

Basileensis cõcilij sessione 23.

Cùm summo pontifici sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales in dirigenda Christiana republica collaterales assistant, necesse est vt tales instituantur, qui sicut nomine, ita re ipsa cardines sint, super quos ostia vniuersalis versentur & sustententur Ecclesiæ. Statuit igitur sancta synodus, vt deinceps eorũ numerus adeò sit moderatus, quòd nec sit grauis Ecclesiæ, nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum fieri poterit commodè, assumantur, vt notitia rerũ in Ecclesia emergentium faciliùs haberi, & super his maturiùs deliberari possit: sic tamen, quòd numerum vigintiquatuor inter hos qui nunc sunt, & assumendos, non excedat: ita quòd de vna natione vltra tertiã partem respectu cardinalium pro tempore existentiũ, ac de vna ciuitate & diœcesi vltra vnũ indè oriundum & de ea natione quæ nũc vltra tertiam partem habet, vsq; ad ipsius tertiæ partis reductionẽ esse nequeant. Sint viri in scientia moribusq; ac rerum experientia excellẽtes, non minores triginta annis, magistri doctores seu licentiati cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars de magistris aut licentiatis in sacra scriptura. Inter hos autẽ vigintiquatuor esse aliqui poterunt admodùm pauci, filij, fratres aut nepotes regũ seu magnorũ principum, in quib⁹ cum circunspectione & maturitate morum competens literatura sufficiat. Non fiant cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis, aut alicuius cardinalis viuentis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicuius criminis aut infamiæ nota respersi. Prædicto autẽ numero vigintiquatuor, pro magna Ecclesiæ necessitate vel vtilitate duo alij, in quib⁹ vitæ sanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quanquam memoratos gradus nõ habeant, ac de Græcis cùm Romanę Ecclesiæ vniti fuerint, insignes aliqui viri adijci poterunt. Nõ fiat cardinalium electio solùm per auricularia vota, sed illi soli assumi possint, in quos facto vero scrutinio ac publicato, maiorẽ partem cardinalium per subscriptionẽ manus propriæ constiterit collegialiter consensisse. Desuper etiã Apostolicæ literæ cum subscriptione cardinalium conficiantur, decreto huius sacri concilij in quarta sessione solenniter publicato quod incipit: Item, cùm multiplicatio cardinalium, &c. in suo robore inuiolabiliter permansuro.

Basileensis cõcilij sessione 4.

Aduersus autem præmissorũ decretorum mentem & tenorem, nuper non sine graui dolore comperimus, venerabilem Ioannem patriarcham Alexandrinum in sacrosanctæ Romanæ Ecclesię cardinalem (licet de facto & nulliter) per dominũ Eugenium papam fuisse assumptum, cùm nec summus pontifex absens à loco huius sacri concilij, ipsum in cardinalem creare debuerat, contra primum decretum in sua adhæsione solenniter approbatum, neq; proportionem singulis nationibus conuenientem, & qualitates in secũdo decreto descriptas omittere, sicut in promotione dicti patriarchæ factum esse comperitur. Et cùm frustrà hæc sancta synodus iura cõderet, nisi sua authoritate quã ex Christi dono immediatè susceperit, eadem tueretur: vtque Gelasius Papa profitetur, & nullum iam veraciter Christianũ ignorare credit, vniuscuiuscunq; synodi cõstitutum quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem, ac præteris oportere, quàm primam: necessitasq; vrgeat illis transgressoribus iuriũ occurrere, ex quibus complures illaqueationes animarũ & grauia in futurum schismata prouenire valerent, (nam & qui talem, cardinalem reputãt, iuxta supradicti decreti tenorẽ, vinculo excõmunicationis eo ipso innodãtur) & in futuris electionib⁹ Romanorũ pontifi cum varia schismata poterunt exoriri, si prętensi cardinales, quorũ irrita & inanis promotio decreta extiterit, huiusmodi electionibus se voluerint immiscere. ad obuiandũ itaq; tantis discriminib⁹, admonet & exhortatur

In epistola ad episcopos Dardaniæ, cuius initium est: Valdè mirati sumus.

tatur hæc sancta synodus præfatum dominum Eugenium, sub obtestatione diuini iudicij & per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi, & eidem ex parte Dei omnipotentis præcipit atq; mandat, vt pro futurorum schismatum & scandalorum euitatione, prædictam & alias quascunq; vocationes per eum factas ad cardinalatus honorẽ, contra prædictorum decretorum formam & tenorem, sicut de facto processerunt, eas reuocet, casset publicè & annullet, nullasq; fuisse & esse decernat, prout hæc sancta synodus hoc synodali decreto, sicut de facto processerũt, eas cassat, irritat & annullat, nullasq;, cassas & irritas decernit atq; declarat, vlteriusq; à talibus vocationibus abstineat. aliàs prouidebit hæc sancta synodus, prout Spiritu sancto dictante, vtilitati Ecclesiæ viderit expedire. Declarat insuper hæc sancta synodus, vniuersos qui præfatum Ioannem patriarchã aut alios taliter de facto promotos, pro cardinalibus gesserint & reputauerint, pœnas in præfatis decretis annotatas, eo ipso incurrere. Datum in sessione nostra publica, in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, vj. Calendas Octobris, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

DECRETVM CASSATIONIS LIterarum falso bullatarum, in eadem sessione lectum.

In 3. synodo Romana, cuius initium est, Flauio, &c. Benè quidẽ fraternitas,

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuã rei memoriam. Cùm dudum ex ordinatione nostra concorditer concluſa, literæ sub bulla huius sacri cõcilij super nominatione locorum Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ pro celebrando œcumenico concilio in aduentu Græcorum fuerint expeditæ, & deinde ad notitiam nostram peruenerit, quasdam alias literas nominationem Florentiæ & Vtini continentes, clandestinè & contra ordinationẽ huius sacri concilij fuisse bullatas, cupiens hæc sancta synodus vnumquenque de his rebus veraciter informari, ne quem piam falsa pro veris recipiendo decipi cõtingat: decernit & declarat, omnes literas continentes nominationem quorumcunq; aliorum locorum pro antedicto concilio celebrando, præter iam dicta loca Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ, quibus bulla sacri concilij inueniretur appensa, fuisse falso bullatas & contra huius sanctæ synodi ordinationẽ, nec literis talibus vllam fidem esse adhibendam, aut ipsis seu earum transsumptis, quacunq; authoritate, etiã si papali transsumptæ fuerint, esse vtendũ: huiusmodiq; literas sic falso bullatas cassat, irritat & damnat, ac cassas & irritas esse decernit, inhibens omnibus & singulis, quauis dignitate præfulgeant, etiam si legatione papali de latere, dispositione, mandato vel quauis alia seu alio fungerentur, sub pœnis excommunicationis, quàm ipso facto incurrãt, ac inhabilitationis actiuæ & passiuę ad quascunque pontificales aut aliàs dignitates ecclesiasticas vel seculares, & ad beneficia obtenta & obtinenda, ne præfatis literis falso bullatis aut earum transsumptis vtantur, aut vtentibus auxilium, consilium vel fauorem in his præstare præsumant. Datum in sessione nostra publica, in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, vj. calendas Octobris, anno à natiuitate domini 1437.

Aliud decretum in eadem sessione lectũ, quòd ciuitas Auinionensis non possit alienari, & recipitur in saluogardiam concilij.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Cùm nostra solicitudo ad hæc inter alia iugiter aspiret, vt sancta præsertim Romana Ecclesia feliciter in spiritualibus gubernetur, simul quoq; cũ virtutum ornatu, temporaliũ rerum obtineat vbertatem, sine quibus spiritualium administratio diu subsistere non valeret: prisci quoq; patres hac consideratione permoti, largam prædiorum, dominiorum & possessionum amplitudinem ipsi Ecclesiæ acquirere curauerunt, quorum alienationem sub grauibus pœnis censuerunt, prohibẽdam, adeò vt Symmachus Papa spiritu Dei repletus, in suo canone decreuerit, etiã papæ non licere prædia Ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsufructũ rura tradere, nisi tantummodò dom⁹, quæ in quibusdã vrbibus non modica impensa sustẽtantur, qua lege omnes custodes & prælatos astringi voluit, vt donator, alienator, venditor honorẽ perderẽt, & qui subscriberet cũ eo, qui reciperet, nisi restitueret, anathema foret. licere etiã voluit, quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere, quod non tantùm in Apostolica ecclesia seruandũ esse dixit, verumetiã vniuersis ecclesijs per prouincias arbitratus est conuenire. nos eorũ vestigia imitando vigilanter curare conuenit, ne quicquã terrarum & possessionũ (quæ iam Deo & ipsi Romanæ Ecclesię in sustentationem summi pontificis & ministrorum suorũ dedicatæ sunt) distrahi à quoquã vel alienari patiamur, illa præsertim loca insignia, in quibus necessitatis tempore liberè valeat Romanus pontifex cũ sua curia cõmorari, vbi nullus secularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis fauor absorbeat, nullus terror immineat, nihil suam sanctitatẽ & venerabiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales à verò & veri cõsilij soliditate remoueat, cùm nõ absq; [illegible]uisione diuina ipsa loca

Apostо-

Apoſtolicæ ſedi proueniſſe credantur. Ex his autem cauſis & alijs nos iuſtè & meritò mouentibus, prouiſione congrua occurrere duximus, ne inclyta ciuitas Auinionis, quæ ſe ſemper deuotiſsimã & fideliſsimam Eccleſiæ exhibuit, & nouiſsimè in fidei catholicæ obſequium, de ſuis facultatibus copioſiſsimam ſubuentionẽ pro vnione Græcorum cum Latinis proſequenda, miniſtrauit, quoquo pacto ab ipſius Romanæ Eccleſiæ dominio alienetur, aut ad manus alienas transferatur, cùm ex his & alijs Eccleſiæ vniuerſali per ipſam inclytam ciuitatem impenſis obſequijs, non impeti, non damnificari, non in alios vſus alienari, ſed beneficijs attolli meritò debeat. Eccleſiaſticis enim vtilitatibus inſudãtes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Decernit igitur hæc ſancta ſynodus, vt nullus cuiuſcunque dignitatis vel præeminentiæ fuerit, etiam ſi papalis, ciuitatem prædictam & etiam comitatum Venayſini cum terris & dominijs ſibi adiacentibus, audeat vel præſumat quouis modo ſeu iuris colore quæſito, vendere ſeu pignori obligare, aut in feudum vel cenſum dare, aut quouis modo alienare. Quod ſi ſecùs per Romanũ pontificem vel aliũ quemuis actum ſit de præſenti, vel in futurum agi contingat, hæc ſancta ſynodus totum id & quicquid indè ſequatur, exnunc prout extunc caſſat, irritat & annullat, & omni carere decernit robore firmitatis. Atq; etiam ſtatuit, quòd ipſe Romanus pontifex vel alius quiuis, ſi quicquam contra huiuſmodi decretum attentauerit, ſacro generali concilio deferatur. Recipientes quoq;, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia quauis eccleſiaſtica vel ſeculari præfulgeant dignitate, vel etiam ſi communitas fuerit, decernit hæc ſancta ſynodus pœnis excommunicationis, priuationis cuiuſcunque dignitatis eccleſiaſticæ vel ſecularis, etiam omnium feudorum, ſpecialiter quæ à Romana vel alia tenent eccleſia, ſubiacere, necnon perpetuæ inhabilitationis ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas vel ſeculares, & quæcunque beneficia & officia in poſterum obtinenda. Communitas verò eccleſiaſtico interdicto, vltra pœnas ſuprà expreſſas ſibi conuenientes, eo ipſo ſubiaceat, quas pœnas ſingulariter ſinguli, qui aliquid prædictorum attẽtauerint, ipſo facto incurrant. Inſuper ciuitatem prædictam Auinionenſem, quæ magnam mercedem ab vniuerſali promeretur Eccleſia, cuique indigniſsimũ eſſet pro eius optimis meritis, mala quæuis per aliquem irrogari, præſertim cùm multa contra ipſius ciuitatis ſtatum in eneruationem, diſturbium & diſſolutionẽ huius ſanctæ ſynodi & ſuorum ſanctorum operum, attentari & machinari poſſent, quibus hæc ſancta ſynodus non valeret ex poſt facto ſaltẽ commodè & ſine grauata damno prouidere, cumq; iam ipſi ciuitati & ciuibus grauia comminata ſint, veluti ex informatione ſummaria cõperimus, eadem ſancta ſynodus ciuitatem ipſam & ſuppoſita eidem in ſuam & Eccleſiæ vniuerſalis quam repræſentat, ſpecialem protectionem & ſaluaguardiam ſuſcipit ac reponit, prohibens ſub pœnis prædictis omnibus & ſingulis, quacunque dignitate vel præeminentia eccleſiaſtica vel ſeculari, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia qualibet præfulgeãt dignitate, vel etiã ſi communitas fuerit, ne ipſi aut ipſorũ aliquis directè vel indirectè ciuitatem prædictam diffidare, perturbare, inuadere, vel inquietare tẽporaliter vel ſpiritualiter, aut eius habitatores violenter capere, aut in perſonis vel bonis eorum damnificare atq; moleſtare præſumant. Quod ſi quis fecerit, pœnas ſuperiùs expreſſas ipſo facto incurrat. Romanus verò pontifex ſi aliquod prędictorũ attentauerit, ſacro concilio deferatur, & ipſa attẽtata nullitati ipſo facto ſubiaceant. Et quoniam id quoq; pariter indignum eſſet, vt venerabilis Petrus epiſcopus Albanenſis, ſacroſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupatus, & Apoſtolicæ ſedis legatus, qui ad ipſius ciuitatis Auinionenſis & comitatus Venayſini prædicti gubernationem deputatus eſt, quiq; pro expeditione ſubſidiorũ ſanctæ matri Eccleſiæ præſtitorũ, in eadem ciuitate Auinionenſi, ad proſequendam vnionem Græcorum fideliter & efficaciter laborauit, huic ſanctę ſynodo ſe obſequentiſſimum exhibendo, per quempiam vexaretur, inquietaretur, aut moleſtaretur, cuius etiã perturbatio & moleſtatio in magnum diſpendium & in grauem calamitatẽ ipſius ciuitatis Auinionenſis veriſimiliter proueniret, idcirco ſub eadẽ protectione ex præmiſsis cauſis recipit hæc ſancta ſynodus eundem venerabilem Petrum epiſcopũ Albanẽſem, & ſuos familiares domeſticos & continuos commenſales, decretoq; pariter prohibet eadem ſancta ſynodus ſub pœnis antedictis, ne quiſquam cuiuſcunq; dignitatis (etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, imperialis, regalis, ducalis aut alterius, vel etiam communitas) ipſum & ſuos prędictos inuadere, diffidare, moleſtare, aut de facto in ſuis beneficijs, bonis & reb' quibuſcunq; perturbare præſumat, vel ſpiritualiter vel temporaliter quoquo modo contra eundem & eoſdẽ procedere. Si verò Romanus pontifex aliquid prædictorum attentauerit, ſacro concilio deferatur, ſimiliq́ue nullitatis vitio in contrarium attentata eo ipſo ſubiaceant. Quodq; abſolutio & relaxatio à prædictarum excommunicationum (præterquam in mortis articulo) ac interdicti, & inhabilitationis, & cæterarum pœnarum ſententijs, ſacro generali cõcilio reſer-

uata intelligatur. Datum in ſeſsione noſtra publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata vj. calendas Octobris, anno à natiuitate domini 1437.

SESSIO XXVIII.

In qua accuſatur contumacia papæ, & declaratur contumax.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Die Martis prima menſis Octobris, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, in eccleſia maiori Baſileenſi, in qua ſeſsiones præſentis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis celebrari ſolent, vigeſimaoctaua ipſius ſanctæ ſynodi ſeſsio hoc modo extitit celebrata, videlicet Miſſa ſolẽni de ſpiritu ſancto per reuerendum patrem dominum Georgium epiſcopũ Viſenſem nationis inclytę Hiſpanicæ celebrata, & demum ſuffragijs, Antiphona Exaudi &c. litanijs, euangelio ſecundũ Matthæum, Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas maior eſt in regno cælorum? Et aduocans Ieſus paruulũ &c. ac hymno, VENI CREATOR SPIRITVS, cum verſiculo & collecta & oratione, DEVS QVI CORDA, decantatis, præſidente in eadem ſeſsione præfata reuerendo patre domino epiſcopo Viſenſi ante maius altare, vbi dicta Miſſa celebrata extitit, in pontificalibus cum mitra aurifabrata & pluuiali, in cathedra & ſede eminentiori, pluribusq; alijs dominis prælatis cum mitris planis & pluuialibus, vt in talibus in eadem ſynodo fieri ſolitum eſt, ſuperioribus & eminentioribus ſedibus ſuis locis tam à dextris quàm à ſiniſtris conſidentibus in multitudine copioſa: cõpluribusq; dominis eccleſiaſticis diuini & humani iuris magiſtris, doctoribus & ſcientificis viris principum ſpiritualium & temporalium, ac almarum vniuerſitatum ſtudiorum generalium nuncijs & ambaſiatoribus, ac alijs de diuerſis mundi partibus ibidem aſtantibus in magno numero & multitudine copioſa, eandem ſanctam ſynodum vniuerſalem Eccleſiam repræſentantem celebrantibus, conſtituti in iure coram eadem ſynodo pro tribunali ſedẽte, venerabiles viri domini promotores & procurator fiſcalis eiuſdem ſanctæ ſynodi, per organum dicti promotoris fiſcalis ſua verba eidẽ ſynodo in perſonam dicti domini epiſcopi Viſenſis præſidentis dirigentes, audientiam publicam ibidem tunc ſibi dari & concedi ad hanc horam, humilimè & inſtanter petierunt, ſupplicârunt, & poſtulârunt, cui ſupplicationi eadẽ ſancta ſynodus per organũ ipſius domini præſidentis annuit. Tunc ijdẽ domini promotores & procurator fiſcalis decretum originale monitorij ſiue citatorij ab eadem ſancta ſynodo emanatũ, contra ſanctiſsimum dominum noſtrum papam Eugeniũ quartum, eius ſynodi vera bulla plumbea impendenti bullatum, de quo in ſchedula infraſcripta fit mentio, necnon inſtrumentum publicum executionis eiuſdem per affixionem in valuis prædictæ eccleſiæ Baſileenſis die datæ ipſius decreti facti, vnà cũ ſchedula accuſationis contumacię ipſius domini noſtri papæ, quam accuſarunt, atq; petierunt, vt in eadem per ipſum procuratorem alta & intelligibili voce lecta cõtinetur, cuius ſchedulæ tenor ſequitur in hæc verba:

Reuerendiſsimi reuerendiq́; in Chriſto patres ac metuendi domini, ac cæteri vniuerſi domini noſtri præſtantiſsimi, hanc ſacroſanctam generalem ſynodum Baſileenſem, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantẽ, conſtituentes & celebrantes, cùm iamdudum, videlicet pridiè calendas Auguſti anni præſentis milleſimi quadringenteſimi trigeſimiſeptimi, hæc ſancta ſynodus conſiderans mala, deformitates, & ſcandala ac pericula, quæ in Eccleſia Dei hactenus viguerũt, prout adhuc vigent, (quibus corrigendis pro ſalute toti' Chriſtianæ plebis ex officio ſuo totis viribus ſuis incumbere tenetur, etiam ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cuiuſcunque authoritatis, etiam ſi papalis exiſtant, à Chriſto accepit, cõtra ſanctiſsimum dominum noſtrum Eugenium papã quartum) quoddã citatorium per edictum, quatenus per ſe vel alium ad hoc legitimè deputatum, coram eadem ſancta ſynodo de & ſuper contentis in dicto citatorij decreto & alijs proponendis, infra ſexaginta dierũ ſpatium pro ſui defenſione aut excuſatione alleganda vel proponenda comparéret, terminum peremptorium eidem ſtatuendo (vt in eo latiùs continetur) decreuerit, quod quidem citatorium in præſenti ciuitate & in valuis huius maioris eccleſiæ Baſileenſis, iuxta illius formã & tenorem, per edictum executum fuerit, & debitæ executioni demandatum: nos Bartholomæus de Fraxino, & Ioannes* Slitznerode promotores, & ego Ioannes * Spaſſerij procurator fiſcalis, ac officiarij huius ſacroſanctæ ſynodi, bullam citatorij dictæ ſanctę ſynodi vera bulla plumbea bullatam, vnà cum inſtrumento executionis eiuſdem citatorij (vt præmittitur) factæ realiter, facto & in ſcriptis offerimus, repræſentamus, & producimus, ac præfati ſanctiſsimi domini Eugenij per ſe aut aliũ cum ſufficienti mandato infra dictos ſexaginta dies in ipſo citatorio ſibi præfixos, per ſe aut alium non comparentis, neq; comparé recurantis, (licet ſæpiſsimè ipſa ſancta ſynodus quàmplures celebrauerit congrega-

* Sletzenrode
* Spaſerij

tiones, in quibus aut ipſarũ aliqua ipſe dominus Eugenius comparére infra dictum terminum potuiſſet) contumaciam accuſamus, ipſumq́ue contumacem reputari, ac in contumacia & defectu poni & declarari per hanc ſanctam ſynodum, petimus cum inſtantia atq; poſtulamus. Necnon eundem dominum Eugeniũ alta voce ad valuas huius maioris eccleſiæ Baſileenſis per duos reuerendos in Chriſto patres dominos epiſcopos, vnà cum notarijs huius ſacri concilij, iuxta mores antiquos vocari, & relationem vocationis fieri inſtãter requirimus. de quibus omnibus per nos promotores & procuratorem fiſcalem, antedictos, dictis, propoſitis & requiſitis, nomine quo ſuprà, à vobis reuerendis patrib⁹ dominis protonotarijs, ac etiam huius ſacri concilij notarijs & ſcribis, petimus ad futuram rei memoriam vnum vel plura, publicum vel publica confici inſtrumenta. Ad quorum petitionem & mandatum ipſius ſanctæ ſynodi, lecto priùs prædicto executionis inſtrumento, & dicto monitorij ſeu citatorij decreto, cùm in eodem loco dum edictum fuit emanatum, aliâs lectum fuiſſet, habito pro lecto, reuerendis in Chriſto patres & domini, domini Matthæus Albinganenſis & Aymo Gratianopolitanus epiſcopi, de mandato dictæ ſanctæ ſynodi per organũ dicti domini præſidentis eis facto, prædictum dominum noſtrum papam primò ſuper gradus ante dictum magnus altare alta & intelligibili voce per organum ipſius domini epiſcopi Albinganenſis vocârunt, & proclamârunt clamoroſa inſinuatione ſub his verbis: Ex parte ſacroſanctæ ſynodi publicè & ſolenniter requiritur ſanctiſsimus dominus Eugenius papa quartus, quatenus ſi vigore citationis contra eũ nouiſsimè per eandem ſanctam ſynodum decretæ, duxerit ſe conſpectui huius ſanctæ ſynodi præſentandum, ad ſe defendendum & excuſandũ ſuper his, de quibus huic ſanctæ ſynodo delatus eſt, compareat corã hac ſancta ſynodo, ad hunc actum pro tribunali ſedente, quæ eidem pollicetur gratam & debitam audientiam. Similiter ex parte eiuſdem ſanctæ ſynodi omnib⁹ intimatur, quatenus ſi quis ſit, qui mandatum habeat ſufficiens ad comparendum pro eodem domino Eugenio, compareat coram eadem ſedente, vt ſuprà. Hæc autem ſancta ſynodus pollicetur cuilibet, exigente iuſtitia, audientiam gratam, &c. Qui dominus noſter papa ſic vocatus & proclamatus, nec aliquis pro eo comparuit, nec reſpondit. Vndè ipſi duo domini epiſcopi ante valuas ſeu portas ipſius eccleſiæ acceſſerunt, & iterum & cum pauſata intermedia inſtantia, trina vice alta & intelligibili voce & clamoroſa inſinuatione præfatum dominum noſtrum papam vocârunt & proclamârunt per organũ cuius ſuprà, ſub eiſdem verbis ſupraſcriptis, prout etiam prouidi viri Arnoldus Amici, Ioannes Kempener, & Gotfridus Dorſten, ipſius ſanctæ ſynodi curſores, vocibus eleuatis, reiteratis vicibus, vocârunt & proclamârunt. Qui dominus noſter papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidem comparuit, neq; reſpondit. Quibus ſic factis, ipſi duo domini epiſcopi ante conſpectum ipſius ſanctæ ſynodi & in medium reuerſi, ſe prædictum dominum noſtrum papã (vt ſuprà ſcriptum eſt) vocaſſe & proclamaſſe, & per dictos curſores vocatum & proclamatũ fuiſſe, quodq́; ipſe nec aliquis pro eo comparuerat, neque reſponderat, eidem ſanctæ ſynodo retulerunt. Præterea præfati promotores & procurator fiſcalis, per organum ipſius procuratoris, contumaciam prænominati domini noſtri papæ iteratò accuſarunt, ipſumq́; ſuper omnibus & ſingulis in dicto citatorij decreto contentis, contumacem reputari, & ad vlteriora procedi, & aliâs decerni & fieri, vt in quadã alia ſchedula per ipſum procuratorem etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta, continetur, cuius tenor talis eſt: Nos promotores & procurator fiſcalis antedicti, quo ſuprà nomine iſtam vocationem & relationem (vt præmittitur) factas, interacta huius cauſæ & ſacri concilij petimus regiſtrari: dictamq́; citatorij bullam & inſtrumentum executionis (prout ſuperiùs producta ſunt) iteratò repetimus, & reproducimus, & apud acta ſacri concilij, & cauſæ huiuſmodi inſeri & regiſtrari petimus. Et quia præfatus dominus Eugenius de & ſuper contentis in dicto citatorij decreto legitimè citatus, ſufficienterq́; expectatus, nec per ſe nec per alium infra dictos ſexaginta dies curauit, atque curat comparére, ipſius contumaciam accuſamus. Ipſumque ſuper omnibus & ſingulis in *dicti citatorij decreto contentis, prout iuſtitia ſuadet, & iuris ordo poſtulat atque rationis, contumacem reputari, in cauſaq́; huiuſmodi in eius contumaciam, eius abſentia diuina repleta præſentia, vt ipſi ſanctæ ſyondo videbitur expedire, & vniuerſali Eccleſiæ ſanctæ Dei neceſſarium fuerit & vtile, ad vlteriora procedi, ac proceſſum per audientiam contradictarum aut aliâs (prout videbitur) decerni per ipſam ſanctam ſynodum, inſtantiſsimè poſtulamus: requirentes dominos protonotarios & notarios huius ſanctæ ſynodi, vt omnia in cauſa huiuſmodi acta & producta ac ordinata, apud acta ſacri concilij & cauſæ huiuſmodi regiſtretis: necnon quo ſuprà nomine, à vobis dominis protonotarijs & notarijs petimus, ad futuram rei memoriam, vnum vel plura, publicum vel publica confici inſtrumenta. Huiuſmodique ſchedula ſic lecta, & per eandem ſanctã ſynodum audita, ipſa ſancta ſynodus per organum prædicti domini præſidentis præcepit & iniunxit præfato domino epiſcopo Albinganenſis, vt ambonem (in quo decreta ipſius ſanctæ ſynodi, per eandem ſanctam ſynodum pronunciari & legi ſolent, dum ęduntur) aſcenderet, declarationemq́; contumaciæ prænominati domini noſtri papæ alta & intelligibili voce, nomine ipſius ſacroſanctæ ſynodi legeret & pronunciaret, prout infrà. Qui quidem dominus epiſcopus Albinganenſis, mandatis ipſius ſynodi obediens, dictum ambonem aſcendit, dictamq́; ipſius domini noſtri papæ contumaciæ & proceſſus ad vlteriora declarationem, in ſcriptis alta & intelligibili voce nomine ipſius ſacroſanctæ ſynodi legit, & pronunciauit, vt in eadem ſchedula per eum lecta cõtinetur. Cuius tenor ſequitur ſub his verbis: Hæc ſancta ſynodus Baſileenſis, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, & ad huiuſmodi actum legitimè congregata, & pro tribunali ſedens, audita petitione promotorum & procuratoris fiſcalis eiuſdem ſanctæ ſynodi, *vt ex eorum relatione & productione inſtrumentorum viſa eiuſdem domini Eugenij papæ contumacia in non parendo citatorio eiuſdem ſacri concilij, recepta etiam ſuper hoc ad maiorem cautelam per deputatos eiuſdem ſynodi informatione tam de prædictis, quàm de notitia eiuſdem citatorij in Romana curia, decernit, declarat, & reputat dictum dominum Eugenium legitimè citatum, ſufficienterq́; expectatum, fuiſſe & eſſe contumacem, & eius abſentia non obſtante, diuina *eadem repleta præſentia, contra eundèm dominum Eugenium papam ad vlteriora fore procedendum, prout ſacro concilio videbitur, cõſideratis neceſſitatibus & vtilitatibus vniuerſalis Eccleſiæ. Qua ſiquidem contumaciæ declaratione & proceſſus decreto ſic lecto, præfatus dominus epiſcopus Albinganenſis petijt eidem ſacroſanctæ ſynodo, an huiuſmodi declarationis & decreti pronunciatio, per eum de mandato ſanctæ ſynodi (vt præfertur) facta & lecta, ipſi ſanctæ ſynodo placeat. Quæ ſacroſancta ſynodus alta voce reſpondit per verbum, Placet. De quibus omnibus & ſingulis præmiſsis, præfati domini promotores, nomine promotorio eiuſdem, petierũt à dominis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarijs & nobis notarijs & ſcribis ipſius ſynodi, ad perpetuam rei memoriam fieri vnum vel plura, publicum vel publica, inſtrumentum vel inſtrumenta *. Celébrata ſiquidem ſolenniter extitit prædicta ſeſsio, & acta fuerunt hæc omnia ſupradicta, vbi & prout ſupraſcripta ſunt. Et interfuerunt teſtes præſentes, venerabiles & circunſpecti viri domini & magiſtri, Aegidius Camineti in medicina Pariſiẽſis, & Ioannes de Segobia in theologia magiſtri Salamantinenſis almarum vniuerſitatum ſtudiorum generalium, in dicta ſancta ſynodo ambaſiatores, Guilhelmus Kircher dictus de Conſtantia, & Ioannes de Comitibus archipresbyter Papienſis decretorũ, & Stephanus de Nouaria legum doctores, & Robertus Auelon licentiatus in decretis canonicus Cameracenſis, cum pluribus alijs rogatis & requiſitis.

*for. & ex

*eiuſdem repleta præſentiam,

*dicto

*loco illorum. Acta ſunt hęc Baſileæ in eccleſia maiori Baſileenſi, in ſeſsione publica eiuſdẽ ſynodi ſolenni ter celebrata, calendis Octobris, anno à nativitate domini 1437.

SESSIO XXIX.

De reuocatione prætenſæ bullæ papæ ſuper translatione concilij factæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Compatiens hæc ſancta ſynodus miſerabilibus Eccleſiæ ruinis, & languoribus capitis atq; membrorum ex intimis condolens viſceribus, poſt editionem ſaluberrimorum decretorum in obſeruationẽ legis domini & antiquorum canonum, poſt benignas & charitatiuas admonitiones, ſummo pontifici per oratores plurimos directas, poſt annorum plurium expectationem cum multa patientia deductam, cùm & decreta contemni, & admonitiones paruipẽdi, & indè ſcandala, diuiſiones & ſchiſmata creſcere videret, vitiaq́; & peccata maioribus adoleſcere incrementis, compulſa eſt tandem ſynodus ipſa, regimini eccleſiaſtico prouiſionẽ quærere ſalutarem, & ſummum pontificem ad hoc vehementiùs excitare, vt ea quæ ad ipſius & vniuerſæ Eccleſiæ ſalutem erant, efficaciter agere curaret, cuius exemplum ſubditi facilè imitantur. Et quoniã (vt ſapiens loquitur) melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus: meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta blandientis oſcula, defectus aliquos debiti regiminis (qui Eccleſiæ dicti fuerunt) flebili querela commemorauit, vt in melius emendarentur, nec ipſius ſummi pontificis aut aliorum valerent diutius obeſſe ſaluti. Et vt omnis patiẽtia exhiberetur, nulla poſita eſt pœnarum adiectio, ſed tantùm terminus conueniens præfixus extitit, vt infra illum aut per ſe, aut per alium ipſe in hac ſancta ſynodo comparéret, atq; ſic debito regimini Eccleſiæ (prout publica neceſsitas maximè impellebat) opportunè prouideretur, veluti forma citationis editæ apertiùs indicauit, quod & maximè hæc ſancta ſynodus agere vrgebatur, dum poteſtatem habet immediatè à Chriſto ſuper vniuerſos Chriſtifideles cuiuſcunq; ſtatus etiam ſi papalis exiſtant, in his præſertim, quæ ad reformationẽ pertinent. Dumq́; ob ipſam cauſam reformationis congregata eſt, quæ nullatenus perfici poteſt, niſi ſummus pontifex ad eam reformationem cum effectu capeſſendam, ſuum inclinauerit animum, cùm etiã experientia

Prou. 27. a

*quæ saluté afferre docuerit, ex editione decretorum, * ex qua salus effici debuerat, in locis pluribus turbationem fuisse subsecutã, dum ea per summum pontificem infringuntur, cuius authoritate se tuentur, qui huiusmodi decretis aduersari volunt. Difficilè quoq; cæteri corriguntur, si regimen ipsius ac curiæ suæ non viderint emendatum, quod ab ipsis trahitur in exemplum. Verùm summus ipse pontifex prefatam citationem pro tanta necessitate publicæ salutis emanatam, quæ etsi non placentia, tamen salubria continebat, aliquantulùm molestiùs primo aspectu ferens, quandam suæ ordinationis paginam in aduersum promulgasse dicitur. In qua primùm de prosecutione*reductionis Græcorum varia recitans, ad impugnationem electionis loci pro œcumenico cõcilio per hanc sanctam synodum factæ, se conuertit, solam Auinionensem ciuitatem commemorans, quæ rebus vtiq; gerendis commodissima esse dinoscitur, omniq; pace & securitate gaudere, tacita veritate de Basilea & Sabaudia in eadẽ electione coniunctis. Verùm cùm nostram illam electionem & decreto *cum Græcis edito plenè satisfacere cõstet, atq; loca rebus agendis commodissima, omni quoq; nationi opportuna manifestè continere, non necesse est, vt de hac re longiorem sermonem protrahamus: nec summus ipse pontifex laborẽ declinandi in alterum locorum illorum recusare debet, si bonum rei huius tãto affectu desiderat, sicut in suis literis prædicauit. Refert præterea diuisionem, in huius electionis locorum negocio prohdolor suscitatã, quam & se confirmasse ostendit, quam vtinã potiùs extinguere curasset. Nam & postquàm galeæ & pecuniæ in Auinione pro locis per hanc sanctam synodum electis expeditæ fuerant, ipse alias galeas in Constantinopolim mittere curauit, diuisionem Latinæ Ecclesiæ coram Græcis ex duplici legationis missione demonstraturus: quæ quantùm honori Ecclesiæ Latinæ, quantùm vnioni Græcorum prosequendæ disconueniant, nemo est qui nõ videat. Insuper iustificare nititur, quòd per venerabilem Ioannem archiepiscopum Tarentinum oratorem suum, in missione certarum literarum super huiusmodi diuisione electionis transmissarum factum est, quod subticere honestius fuisset, ne nos pro tuenda nostra iustitia, rem illam magis aperire coge remur. Nam & literas illas clandestinè & falso bullatas fuisse, iam notoriũ est. Et si summus pontifex de confessione ipsius archiepiscopi* & alijs circunstantijs verã informationem acceperit, non impinget in huius sacri concilij libertatem, quòd ipse archiepiscopus in causam propter eam rem tractus sit, aut in domo propria arrestatus. Sed ad impugnandum eandem libertatem, cuiusdam procuratoris ipsius archiepiscopi ca-

kunionis

*de

ptionem nobis obijcit, quam iussu nostro constat nullatenus fuisse peractam, imò procuratorẽ ipsum iussu cuiusdam prælati, scandalosæ turbationi obuiare volentis, quam procurator ipse per appellationem emittendam ab hoc sacro concilio, verisimiliter videbatur esse facturus, per publicum officialem captũ hæc sancta synodus pro sua mansuetudine ilicò iussit expediri, qui & procurator adhuc nobiscum in plena libertate versatur. Nec præterea verũ est, per hoc sacrum concilium aut iussionẽ ipsius, aliquod spolium priori Furnensi (velut memoratæ literæ prætendunt) fuisse irrogatum, licet literæ aliquæ, plurima scandalosa aduersus hanc sanctam synodum & supposita eiusdẽ continentes, absq; tamen nostro scitu, longè ab hac ciuitate eidem dicantur ereptæ. Nec tam leues colores ad impugnationem libertatis huius sacri concilij quærere oportuit, cùm & iam toti mundo constare possit, tantæ libertatis & securitatis plenitudinem hic adesse, vt nullum locum vberiorem aut securiorem, quàm ipsam ciuitatem Basileensem sub imperiali protectione constitutam, & optima politia gubernatam, credamus inueniri. Cæterùm aduersus citationem emanatam plurima proferre conatur, quæ omnia ex superioribus rationibus euidentissimè confutantur. Et sperandum est, vbi res ipsa pleniùs digesta, summus pontifex effectum citationis huiusmodi auimaduerterit, in quærenda ipsius & aliorum salute versari, vt languor acerrimus à corpore mystico Ecclesiæ depellatur, non adeò aduersus citationẽ ipsam succensebit. Quæ etsi aliquid amaritudinis, more salubris medicinæ, in primo gustu ferre videatur, eam tamen in nouissimis iucundã & salutiferam esse (deo aspirante) persentiet, nec eam bono publico aut charitati aduersam, imò potiùs suæ saluti ac Ecclesiæ necessitati accommodam fuisse cognoscet. Quòd verò tale aliquid priora ignorasse secula commemorat, si rerum gestarum percurrat historias, non tantùm summos pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos conspiciet, sed etiam depositos à papatu, ac etiam non nullis obedientiam ex multis causis fuisse subtractam. Sed si abusuum incrementa nunc vigentia, si longam & fortem aduersus sanctam synodum & reformationem Ecclesiæ resistentiam perseuerantem, quæ priora secula ignorârunt, animaduertat, nihil admirabitur huius citationis nunc repertum fuisse antidotum. Omittimus verba, quæ aduersum nos grauia proferuntur, recensere, omnia mansuetis & mitibus animis sustinentes, dum salutem Ecclesiæ prosequamur. Sed denique summus pontifex talibus qualibus supradictis coloribus suffultus, dum huic sanctæ synodo in his præsertim, quæ ad reformationem pertinent, obedire tenetur, & ad eandem

dem euocatus, aut super rebus propositis in eum, excusationẽ afferre, aut cunctis in melius emẽdatis, regimini ecclesiastico donare salutem, ipse hanc sanctam synodum dissoluere, ac in ciuitatem Ferrariensem transferre conatur, cum plurium adiectione censurarum, si virtute præfati citatorij in aliquo processum fuerit aut aduersus eum, seu sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, aut præsidentes oratores suos, qui in hoc concilio fuerunt, vel aliquem ipsorum, aliqua nouitas illata fuerit, vel etiam quicquam à die citatorij factum, continuatum vel seruatum extiterit. Est ne hæc obedientia, quam concilijs generalibus per summos pontifices & alios quoscunq; sacra Constantiensis synodus, in his præsertim quæ ad reformationẽ pertinent, declarauit exhibendam? memor

Matt. 18. a verborum Christi, qui postquã Simoni Petro dixerat, si te non audierit, dic Ecclesiæ: si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, continuò subiecit: Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: quam & Ecclesiæ authoritatem à Christo donatam, esse etiam supra papam, si quis priùs ambigeret, iam hoc ipsius magnæ synodi Constan-

Constantiensis cõcilij sess. 4. & 5. tiẽsis authoritas apertè declarauit, cuius hęc verba sunt: Ipsa synodus in spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunq; status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem prędicti schismatis, ad generalem reformationem Ecclesiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq; cuiuscunq; status, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus huius sanctæ synodi & cuiuslibet alterius legitimè congregatę seu pertinentibus ad ea, factis & faciendis, contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignę pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris subsidia recurrendõ. quorum virtute decretorum subsecuta fuit felicis recordationis papę Martini electio, cui ipse dominus Eugenius succedit, qui etiam ipsi Constantiensi concilio, cùm esset in minoribus, præsens interfuit. Iam verò ipse nõ solùm non obedit synodo generali, sed & super illam in reformationis proprio negocio, se iudicẽ constituere molitur, eam propria voluntate dissoluere volens, atque in alium locum suæ origini propinquum, euocare, vbi (sicut verisimiliter creditur) ita dominari sperat, vt resisti suæ nõ possit voluntati. Sed nec eũ decuit obliuisci, quòd iam altera vice dissolutionem synodi facere attentauerit, quam deinceps reuocare & inanem atq; irritam fateri oportuit. Scire insuper debuit, iamdudũ in hac sancta synodo fuisse solenniter decretatum, assentientibus plurimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus quorũ aliqui adhuc de præsenti cum eo sunt, vt hoc concilium per papam sine expresso consensu duarũ partium eiusdem concilij, votis singulorum per deputationes & in generali congregatione scrutatis, posteà solenni sessione subsecuta, dissolui non possit, aut de loco ad locum transmutari, pœnis omnibus atq; censuris ferendis in aduersum, extunc cassatis & irritatis. formidare præterea debuit, aliud concilium in Ferraria erigere, cùm alio decreto per anteà edito declaratum sit, omne conciliũ quod isto durante alibi contigerit eligi, non fore concilium, sed schismaticorum conuenticulum. Intelligitur autem durare hoc concilium iuxta præmissi decreti seriem, donec ex consensu duarum partiũ eius fuerit dissolutum, quæ decreta ipsius domini Eugenij subsequẽti adhęsione corroborata sunt, ac per suos oratores præsidentes saltem nominibus proprijs iurata. Sed & anteà in decreto concilij Constantiensis quod incipit, Frequens, fuerat ordinatum, vt locus futuri concilij cum consensu ipsius cõcilij congregati eligi deberet, & si concilio dissoluto locum illum mutari oporteret ex causis legitimis, tunc alius locus eiusdem nationis eligi deberet. Si verò causæ illæ totam nationem concernerent, locus vicinior assumeretur. Quòd si locum futuri concilij alio tempore celebrandi, sine consensu concilij actu congregati assignare, & nisi ad loca ibidem declarata, mutare nõ potest, multo minùs concilium congregatum incontinenti sine ipsius consensu ad locũ alium sua voluntate transferre. Denique non debuit obliuisci decreti super conuentione Græcorum per ipsum approbati, quo cauetur, concilium in Basilea firmiter esse permansurum, donec Græci ad portũ per hanc sanctam synodum eis nominandum, peruenerint. Quo pacto igitur, quóve consilio nunc huius concilij dissolutionẽ aut translationem efficere frustrà conatur? Sed quis vsus ille est plenitudinis suæ potestatis, dũ si contra aliquem oratorum suorum, vtpotè archiepiscopum Tarentinum, (de quo mentionem fecerat) quicquam agatur pro debito iustitiæ, ob eam causam vult etiam concilium dissolui? Deniq; vnionem Bohemorum, quam tantis laboribus hæc sancta synodus perquisiuit, dum pro vltimato eius complemento instamus, conturbare nititur huius prætensæ ordinationis series, quæ vltra trigínta dies hanc sanctam synodum huic negocio prohibet intendere. O admiranda consilia, quæ ad eneruationem authoritatis Ecclesiæ & suijpsius destructionem summo pontifici suggeruntur, quæ si conniuentib⁹ oculis pertransiret hæc sancta synodus, tota confundi timeretur Ecclesiæ authoritas: & quis in papatũ assumptus,

Constantiensis concilij sess. 5.

Basileensis concilij sess. 11.

Constantiensis concilij sess. 4. & 39.

Basileensis concilij sess. 19.

posset vniuersam Christianitatem pro sua voluntate decolorare, nec vlla esset resistentia. Quinimò & accusat⁹ de hæresi aut quouis crimine, confestim synodum accusantem & corripientem dissoluere tentaret, ne subiret iudicium. Nunc quoq; dolentissimè ferendum est, tale exemplum à domino Eugenio donari posteris, vt iudicium subterfugiendo, ad detestabile refugium prætensæ dissolutionis concilij se cõuertat. Qui & non rectè de authoritate Ecclesiæ sentire videtur, dum ipsius Ecclesię congregatę cui (vti declaratum est) obedire tenetur, ipse se iudicem constituit, & aduersus tot decreta, tot sanctiones conciliorum, eam conatur dissoluere, qui tamen dudum in adhæsione sua cùm de reuocatione literarum incipientium, Deus nouit, mentio haberetur, ipse quicquid per eum aut suo nomine in præiudicium aut derogationẽ huius Basileensis concilij seu contra eius authoritatem factum, attentatum seu assertum erat, cassauit, irritauit, & annullauit, nullatq; & irrita fuisse & esse declarauit, & se deinceps à nouitatibus & grauaminibus seu præiudicijs inferendis huic sacro concilio, aut suppositis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu desistere pollicitus est. Cùm igitur talia in aduersum perpetrata, quæ vniuersis fidelibus detestanda & abhorrẽda sunt, nullatenus sub dissimulatione pertransire valeamus, volens hæc sancta synodus (sicut tenetur) de opportunis remedijs prouidere, declarat huiusmodi prætensam dissolutionem huius concilij, ac translationem in ciuitatem Ferrariensem, per dominum Eugenium papam quartũ factas, cum omnibus censuris, pœnis & alijs indè secutis, nullas esse, penitusq; irritas & inanes, mandans, obsecrans, & præcipiens eidem, vt hæc (sicut de facto processerunt) reuocare habeat, & aduertat ipse pœnas, quæ dudum in decreto huius sanctæ synodi, quod incipit, Quoniam frequens, etiam ante ipsius adhæsionem in vndecima sessione promulgato, contra Romanum pontificem ad concilium generale quoquo modo dissoluendum, mutandum, prorogandum operam dantem, prolatæ fuerunt: vbi expressè cauetur, quòd si Romanus pontifex talia agens, infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerit, extunc à papali administratione sit ipso facto suspensus, quæ quidẽ papalis administratio ad sacrum generale concilium ipso iure deuoluatur. Quòd si pœnã ipsam per duos menses post prædictos quatuor menses sustinuerit animo indurato, contra ipsum vsq; ad priuationẽ inclusiuè per concilium generale procedatur: quas quidem pœnas hæc sancta synod⁹ ipsum dominum Eugenium, nisi resipuerit, decernit & declarat incursurum, iuxta terminos in prædicto decreto vndecimæ sessionis præfixos, ad quarum pœnarum executionem, nisi resipuerit, (vt prælibatum est) meritò procedemus. Insuper hæc sancta synodus omnem nominationem, electionem, assumptionem loci Ferrariensis factam, tanquã decretis ipsius synodi repugnantem, sicut de facto processit, cassat & irritat, imò veriùs cassam & irritam esse declarat. Et casu quo in eadem ciuitate aut alibi aduersus præfatorum decretorum nostrorum tenorẽ summus ipse pontifex concilium erigere iuxerit, vel incipiet in futurum, mandat & præcipit hæc sancta synodus vniuersis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs quibuscunq; in curia dicti domini Eugenij existentibus, qui synodis generalibus de iure vel consuetudine interesse tenentur, vt ad hoc sacrum concilium Basileense, cæteri verò ad loca suorum beneficiorum vel alibi extra curiam se transferant, sub pœnis excommunicationis, priuationis omnium beneficiorum, dignitatum & officiorum, & inhabilitationis perpetuæ, quas, si contrà fecerint, ipso facto incurrant. Inhibet præterea sub eisdem pœnis hęc sancta synodus, ne quisquam, cuiuscuis status & dignitatis, etiam si cardinalis, patriarcha, archiepiscopus, vel episcopus fuerit, ab hac sancta synodo vigore seu prætextu dissolutionis aut trãslationis per ipsum dominum Eugenium factæ recedere audeat, vel ab actibus conciliaribus vllo pacto desistere, seu huiusmodi translationi vel dissolutioni quomodolibet obedire. Decernit quoq; hæc sancta synodus, vt omnes & singuli ad hoc concilium liberè accedere possint, ac si præfatæ dissolutio & trãslatio prætensæ nullatenus emanassent, nec quisquã venientes ad hoc sacrum concilium quouis modo habeat impedire. Vniuersis quoque Christifidelibus sub pœnis excommunicationis inhibet, quacunq; dignitate ecclesiastica vel seculari, etiam si cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, pontificali, imperiali, regali vel alia quacunq; præfulgeãt, ne ad tale prætensum concilium per ipsum dominum Eugenium (vt præmittitur) erectum vel erigendum, accedere vel mittere præsumant, neq; etiã vniuersitates, collegia, capitula, communitates ad tale prætensum concilium mittant. Quod si fecerint, ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto.

Basileensis concilij sessione 16.

Basileensis concilij sessione 11.

Deniq; ne ipse dominus Eugenius iugiter grauiora grauioribus addere præsumat, noua schismata & scandala suscitando, authoritatemq; vniuersalis Ecclesię vehementiùs impugnando, inhibet eidem hæc sancta synodus, ne deinceps aduersus ipsam quicquam innouet, eandem vel eius supposita & eidem adhærentes perturbando vel molestando, seu iam attentata continuet, ac etiam vniuersos qui beneficia, dignitates, personatus & officia suppositorum huius sacri

sacri concilij, seu eidem concilio adhærentium impetrauerint, seu obtinuerint, seu impetrare tentauerint vel obtinere, etiã si motu proprio concessa fuerint, & omnes qui huiusmodi impetrationi vel prouisioni beneficiorum, dignitatum, personatuum & officiorum quorumcunque, assensum, fauorem vel *auxilium dederint, quacunq; præfulgeant dignitate (vt præmittitur) ecclesiastica vel seculari, etiam si vniuersitates, communitates, collegia vel capitula fuerint aliquod seu aliqua suppositorũ huius concilij & eidem adhærentium, vigore seu prætextu prætensæ ordinationis per ipsum dominum Eugenium factæ, in suis beneficijs ac alijs rebus molestauerint vel perturbauerint, quacunq; authoritate ordinaria vel delegata. Decernit eadem sancta synodus, pœnis excommunicationis, priuationis ab omnibus beneficijs, officijs & dignitatibus, ac inhabilitationis ad eadem, quantum ad singulares personas, & si vniuersitates, communitates, vel collegia aut capitula fuerint, interdicto ecclesiastico ipso facto subiacere, decretis huius sanctæ synodi, quæ incipiũt, Ambitiosorum: &, Vt sacri: &, Cùm Christi ecclesia, & alijs quibuscunq; ipsius decretis & ordinationibus in suo robore duraturis. Insuper vniuersis prælatis, etiam pontificali dignitate præfulgentibus, capitulis, vniuersitatibus, communitatibus, & collegijs, ac alijs quibuscunq; personis ecclesiasticis, sub pœnis prædictis quo ad singulares personas, & quo ad communitates, vniuersitates, collegia, capitula, sub pœnis cessationis à diuinis & interdicti, quas (si contrafecerint) incurrant ipso facto, prohibet hæc sancta synodus, ne aliquem qui præfata beneficia, dignitates, personatus, & officia suppositorum huius sacri concilij & eidem adhærentium (sicut præmittitur) obtinuerint, recipere seu admittere ad possessionem, vel inuestire quouis modo audeãt: literis quoque*, prouisionibus & mãdatis papalibus, vel alijs quibuscunq;, quacunq; authoritate ordinaria vel delegata, sub quibuscunq; censuris vel pœnis emanatis, super huiusmodi priuationibus ac præfatorum beneficiorum, dignitatum, personatuum & officiorum collationibus, hæc sancta synodus decernit nullatenus fore obediendũ, quodque aduersus pœnas superiùs præmissas nullus restitui, etiam ad diuinorum celebrationem rehabilitari, reintegrari, sed nec à sententia excommunicationis (excepto duntaxat in mortis articulo) absolui, vel etiam quoad communitates & capitula ac vniuersitates & collegia interdicta, relaxari, nisi per hanc sanctam synodum, posint. Vt autem nullus huius nostræ ordinationis & decreti possit quouis modo prætendere ignorantiam, volumus & mandamus, hanc præsentem paginam valuis huius ecclesię cathedralis Basileensis sub nostra bulla affigi atque publicari, & per affixionẽ ipsam eidem domino Eugenio ac vniuersis & singulis intimari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, mandati, cassationis, irritationis, inhibitionis, inhabilitationis, priuationis, excommunicationis, interdicti, à diuinis cessationis declarationis, affixionis & intimationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursurum. Datum in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basileensi quarto Idus Octobris celebrata, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

* consilium

Basileensis concilij sessione 8. & sess. 13. & sess. 26.

* prouisionum

SESSIO XXX.

Super modo communionis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidius videatur pro declaratione catholicæ veritatis, quid circa perceptionem sacrę Eucharistiæ tenendum sit, & agendum pro vtilitate & salute populi Christiani, post diligentem perscrutationem diuinarum scripturarum sacrorumq; canonum & doctrinarum à sanctis patribus & doctoribus traditarum, in hac sancta synodo longis temporibus habitam, consideratisq; omnibus quæ pro declaratione huius rei consideranda fuerunt, decernit & declarat eadem sancta synodus, quòd fideles laici siue clerici communicantes, & non conficientes, non astringuntur ex præcepto domini ad suscipiendum sub vtraq; specie, panis scilicet & vini, sacrum eucharistiæ sacramentum. Sed Ecclesia quæ regitur spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet vsq; ad consummationem seculi, (sicut ait diuina scriptura) ordinare habet, quomodò ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius sacramenti & salute fidelium viderit expedire. siue autem sub vna specie, siue sub duplici quis communicet, secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesiæ proficit dignè communicantibus ad salutem. Nec vllatenus ambigendum est, quòd non sub specie panis caro tantùm, nec sub specie vini sanguis tantùm, sed sub qualibet specie est integrè totus Christus. Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub vna specie, ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutissimè obseruata, & à doctoribus diuinæ legis sacrarum scripturarum atque

De sumptione corporis Christi sub vna tantùm specie.

Matth. 28. d

canonum multam peritiã habentibus, iam à longæuo tempore commendata, pro lege habenda eſt, nec alicui licitũ eſt eam reprobare, aut ſine authoritate Eccleſiæ ipſam immutare. Datum Baſileæ in noſtra ſolenni & publica ſeſsione, decimo Calendas Ianuarij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

SESSIO XXXI.

De cauſis.

Acroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Eccleſiaſticæ ſolicitudinis ſtudium iugiter inuigilare conuenit, vt fraterna charitas in clero ac populo Chriſtiano vigeat, nec quiſquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum ſuum opprimere permittatur: ſicq; iuſtitia ordine debito cuilibet miniſtretur, vt & viris doloſis auferatur nocendi licentia, & quies ac trãquilliias rectorum non facilè perturbetur. Inoleuerũt autem hactenus intolerabiliũ vexationum abuſus permulti, dum nimiùm frequenter à remotiſsimis etiã partibus ad Romanam curiam, & interdum pro paruis & minutis rebus ac negocijs quàm plurimi citari & euocari conſueuerunt, atq; ita expenſis & laboribus fatigari, vt nonnunquam commodiùs arbitrentur iuri ſuo cedere, aut vexationem ſuam graui damno redimere, quàm in tam longinqua regione litiũ ſubire diſpendia. Sic facilè extitit calumnioſis opprimere pauperes, ſic beneficia eccleſiaſtica plerunq; minùs iuſtè per litium anfractus obtenta ſunt, dum iuſtis poſſeſſoribus eorum, ſeu quibus illa de iure competebant, neque opes neq; facultates ad illos ſumptus ſufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam curiam & litis agitatio in eadem depoſcebant. Confunditur etiã exinde ordo eccleſiaſticus, dum ordinarijs iudicibus ſua iuriſdictio minimè ſeruatur, pecuniæ & facultates regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parùm diminutæ ſunt. Et quod vniuerſo eccleſiaſtico ordini admodùm nocere compertum eſt, hi quos ad ſumma negocia Chriſtianæ religionis ſublimitas dignitatis euocabat, minùs illis reddebantur intenti, dum ipſorum mentes nimiùm occupabat aſsidua cauſarum multitudo. Quæ attendens hæc ſancta ſynodus, & pro reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris, iuxta poteſtatẽ ſibi à domino conceſſam euigilãs, vt omnia deinceps ordine congruo peragantur, ad ſalutem animarũ & pacem ac quietem cunctorum, ſtatuit & decernit, quòd in partibus vltra quatuor diætas à Romana curia diſtantibus, omnes quæcũq; cauſæ, exceptis maioribus in iure expreſsè enumeratis, & electionum eccleſiarum cathedralium & monaſteriorum, quas immediata ſubiectio ad ſedem Apoſtolicã deuoluit, apud illos iudices in partibus, qui de iure aut conſuetudine præſcripta vel priuilegio cognitionem habent, terminentur & finiantur. Et ne ſub vmbra appellationũ, quæ nimiùm leuiter & nonnunquam friuolè hactenus interponi viſæ ſunt, atq; etiam in eadem inſtantia ad prorogationẽ litium ſæpè multiplicari, materia ſouendis iniuſtis vexationibus relinquatur, ſtatuit eadem ſancta ſynodus, quòd ſi quis offenſus corã ſuo iudice, habere nõ poſsit iuſtitiæ complementum, ad immediatum ſuperiorem per appellationẽ recurſum habeat: nec ad quemcunque, etiam ad papam, obmiſſo medio, neq; à grauamine in quacunq; inſtãtia ante diffinitiuam ſententiam quomodolibet appelletur, niſi forſitan tale grauamen extiterit, quòd in diffinitiua ſentẽtia reparari nequiret: quo caſu, non aliàs, ad immediatum ſuperiorem liceat appellare. Si verò quiſpiam à ſedis Apoſtolicæ immediatè ſubiecto ad ipſam ſedem duxerit appellandũ, cauſa per reſcriptum vſq; ad finẽ litis incluſiuè in partibus committatur, niſi fortè propter defectum iuſtitiæ, aut iuſtum metũ etiam in partibus conuicinis, de quibus in commiſsione exprimendis, legitimo priùs documẽto aliàs quàm per iuramentũ ſummariè conſtiterit, apud ipſam ſedẽ foret meritò retinenda. Et quicquid in contrariũ huius ſaluberrimi decreti attentatũ, factum vel obtentũ fuerit, ſit nullum ipſo facto. Litigantes, qui contrà fecerint, in expenſis condemnẽtur. Romanæ verè Eccleſiæ cardinales, vicecancellarium, camerarium, magnũ pœnitentiarium, protonotarios & alios ſedis Apoſtolicæ officiales, actu in Romana curia ſuis offi cijs inſiſtentes, hoc decreto nõ intendimus comprehendi. Ne tamen in diſſolutionem vel translationẽ præſentis concilij, aut erectionem conuenticuli apud Ferrariam vel alibi ſub nomine cõcilij generalis, quas dominus Eugenius papa quartus efficere conatus eſt, vel conaretur in futurum, cauſas illas, & maximè incorporatorum aut incorporandorũ in hoc ſacro concilio, quas hæc ſancta ſynodus remitteret, aut nõ reciperet, in curiam ipſius domini Eugenij, aut præfatum conuenticulũ Ferrarienſe vel aliud, de facto trahi contingeret in fomentũ diſſolutionis, trãslationis & erectionis prædictarum, voluit eadẽ ſancta ſynod⁹, cauſas quaſcunq; pendentes & cõmiſſas, aut etiã quaſcunq: cauſas incorporatorũ atq; incorporandorum, atq; alias per appellationem deuolutas aut deuoluendas, necnon illas quæ obſeruationem decretorum ipſius ſanctæ ſynodi concernunt, apud eandem ſanctam ſynodum, ipſa durante, ſeu donec aliter fuerit ordinatum, tractari, ſaluis etiam aduocationibus cauſarum pendentium in Romana curia, per quæcunq; noſtra decreta factis aut faciendis, decretis etiam alijs & ordinationibus eiuſdem ſanctæ ſynodi in ſuo robore remanentibus. Datum in ſeſsione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas Februarij, anno à natiuitate domini 1438.

Quæ cauſæ Romã tantùm remittendæ.

Appellationum leuiũ abuſus.

ALIVD DECRETVM DE COLLATIONIBVS BENEFICIORVM, IN EADEM SESSIONE PUBLICATVM.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuã rei memoriam. Placuit diuinæ pietati, hoc tempore animos hominum, qui varijs abuſibus irretiri cœperant, vehementiùs excitare, vt ſalus quæreretur cunctorũ, & per ſynodum vniuerſalem mores Eccleſiæ in melius reformarentur, cum ſalutari directione capitis & membrorum in viam iuſtitiæ & ſanctitatis. Quod vt faciliùs atq; ordinatiùs fieret, & ne ſub prætextu variarũ opinionum aut Romani pontifices, aut alij quicunque non ſatis vniuerſalibus concilijs obedirent, prædiſpoſuit eadem diuina pietas, in ſacro Conſtantienſi concilio ſynodorum vniuerſaliũ iuriſdictionem ita declarari, vt nulli relinqueretur ambigẽdi occaſio, cùm decreto ſolenni diffinitum extitit, vniuerſale concilium habere authoritatem immediatè à Chriſto, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis fuerit, obedire teneatur in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura reformandæ Eccleſiæ huic ſanctæ vniuerſali ſynodo Baſileenſi incumbit, hoc vnum ſingulari ſolicitudine proſequendum arbitratur, vt per ſingulas eccleſias miniſtri inſtituantur idonei, qui ſcientijs & virtutibus effulgeant, ad Chriſti gloriam & vniuerſi populi Chriſtiani ædificationem ſalutarem, cui rei graue impedimentum hactenus afferre viſa eſt gratiarum expectatiuarum multitudo, quæ grauem ordini & ſtatui eccleſiaſtico perturbationem, variasq; inordinationes ac plurima diſcrimina cõperitur inieciſſe. Ex his enim frequentiùs dati ſunt eccleſijs miniſtri non probati, nec cogniti, vacaturorumq; beneficiorum expectatio, quę ſicut antiqua iura teſtantur, occaſionẽ deſiderandæ mortis alienæ præſtare ſolet, quod plurimùm præiudicat animarum ſaluti: ſed & inſuper lites innumeræ & contentiones inter ſeruos Dei excitãtur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & prouinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes diſcurrendo ad Romanam curiam, innumerabiles vexationes ſubeunt, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, ac varijs affliguntur peſtibus: atque etiam ſuis patrimonijs ac parentum opibus exhauſtis, graui egeſtati ſubiacere coguntur. Plurimi abſque iuſto titulo beneficia ſibi vendicant, & non quibus de iure debentur, illa obtinent, ſed nonnunquam hi quibus aut circunueniendi proximum maior aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit vberior: ſub inuolutionibus quoque prærogatiuarum, antelationum, aliorumque huiuſmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit inueniri. Iuuenibus etiam, qui ſtudio literarum & virtuoſis operibus intendere deberent, datur materia euagandi, qui ſæpiùs per litium anfractus & varios diſcurſus, ratione gratiarum ipſarum turbantur, & inquietantur. Ordinarijs collatoribus ſuum miniſterium ſubtrahitur, & confunditur ordo eccleſiaſticus, dum vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur. Romanique pontifices dum officia inferiorum nimiùm ſibi vendicant, à maioribus & magis fructuoſis operibus vniuerſale bonum concernentibus retrahuntur, nec inferiorum directioni atque correctioni inuigilant, ſicuti publica vtilitas expoſcit. Quæ omnia grauem confuſionem ſtatui clericali & ſacerdotali, *in diſpendium* diuini cultus & præiudicium publicæ ſalutis afferunt, poſſentque grauiorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora iugiter prolabentibus, niſi prouideretur in aduerſum. Volens itaq; hæc ſancta ſynodus ſuper his opportunum remedium adhibere, ſtatuit & decernit, vt Romanus pontifex qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectatiuas aut nominationes, nullo modo nulláve ex cauſa concedat, cùm ipſe præcæteris, ne ſit tantorum occaſio malorum, abſtinere debeat. Fruſtrà enim inferioribus inhiberetur, ſi ipſe, qui alijs debet eſſe omnium bonorum & virtutum exemplar, non abſtineret. Vt enim ille ſanctiſsimus & doctiſsimus Leo papa inquit, Totius familiæ domini ſtatus & ordo mutabitur, ſi quod inquiritur in corpore, non inuenitur in capite. Integritas etiam præſidentium, ſalus dinoſcitur eſſe inferiorum. Ceſſentq; decæterò iam factæ, & tam ipſæ quàm etiã fiendæ, ſi quæ fiant, nullæ ſint ipſo facto, exceptis illis gratijs & nominationibus, ſuper quibus proceſſus iam ſint expediti, quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus, quibus hactenus curſum cõſueuerunt habere, tolerandas duximus, donec aliter fuerit ordinatum. Reſeruationes etiam particulares, quæcunq; fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos põtifices, quàm per legatos ſedis Apoſtolicæ, decæterò nullæ ſint

Conſtantienſis concilij ſeſsione 4. & 5.

In epiſtola 65. ad Africanos epiſcopos, cuius initium eſt, Cùm in ordinationibus.

sint ipso facto. Non tamen intendit prohibere hæc sancta synodus hoc præsenti decreto, quo minùs futuri Romani pōtifices tempore pontificatus sui modo honesto & conuenienti, de vno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia, & de duobus vbi fuerint quinquaginta, & vltrà, disponant, ita tamen, vt in eadem ecclesia cathedrali vel collegiata, duas præbendas suo tempore non conferant, vt qualificationes graduatorū inferiùs designatæ, in ipsis præbendis suum valeant sortiri effectum. Neq; etiam collationes per præuentionem fiendas, intēdit impedire, decreto nostro de reseruationibus, quo ad cætera, & alijs decretis huius sanctæ synodi in suo robore duraturis. Vt verò cęteri, ad quos beneficiorum, dignitatum, personatuum, officiorū & administrationum collatio, seu quæuis dispositio spectat, ad prouidendum literatis viris & scientia perornatis specialiùs astringantur, voluit eadem sancta synod⁹ certas qualitates virorum literatorū & graduatorum designari, quibus certo ordine debeat prouideri, prout inferiùs annotatur, adijciens quòd si per prælatos & doctores alicuius nationis in hoc concilio consistentes, pro bono suæ nationis aliter circa huiusmodi qualificationes disponendum videatur in futurum, quicquid per illos fuerit ordinatum & in generali congregatione præsentis concilij conclusum, exnunc prout extunc ratum & firmum habeatur, & vim decreti habeat, ac si in præsenti decreto de verbo ad verbum expressum foret. Quòd si quis cuiuscunq; status, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis aut alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes (vt præmittitur) designatas vel designandas, de ipsis beneficijs, dignitatibus, personatibus, officijs & administrationibus quouis modo disposuerit, eo ipso sit irritum & inane. Collatioq; huiusmodi ac prouisio, seu quæuis dispositio ad superiorem proximum deuoluatur, qui similiter habeat prouidere: quod si non fecerit, ad alium superiorem proximū deuoluatur, gradatim vsque ad summum pontificem ascendendo. Non volumus tamen ordinarios collatores, & eos ad quos præsentatio seu alia quæuis dispositio beneficiorum spectat, in quatuor mensibus, quibus præfatæ gratiæ expectatiuæ vel nominationes cursum non habent, donec ipsæ gratiæ & nominationes ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem seu dispositionem concessæ cessauerint, ad qualificationes infrascriptas obseruandas astringi.

Sequuntur qualificationes, & ordo in conferendis beneficijs per ordinarios, de quibus suprà tactum est.

Primò, cùm per generalis concilij statuta sanctè ordinatum existat, quòd quælibet ecclesia metropolitica teneatur & debeat vnum habere theologum, qui sua doctrina & prædicationibus fructum salutis afferat, ordinat hæc sancta synodus, quòd extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales, taliter videlicet, quòd quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur & debeat canonicatum & præbendam, quàm primum facultas se obtulerit, & inueniri poterit, vni magistro licentiato vel in theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residentiæ ac lecturæ & prædicationis subire voluerit, quiq; bis aut semel ad minùs per singulas hebdomadas, cessante legitimo impedimento, legere habeat: & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniri possit. Et si residentiam deseruerit, de alio prouideatur. Veruntamen vt liberiùs studio vacare possit, nihil perdat, cùm absens fuerit à diuinis. Insuper quòd in qualibet ecclesia cathedrali vel collegiata, vltra prædictā præbendam theologo (vt præmittitur) assignandam, tertia pars præbendarū conferatur graduatis aliâs idoneis modo & forma infrascriptis, sic quòd prima vacatura huiusmodi graduato, & deinde post alias duas sequens eo modo conferatur, & sic deinceps, videlicet magistris aut licentiatis seu baccalaureis formatis in theologia, qui per decennium in aliqua vniuersitate priuilegiata, doctoribus seu licentiatis in altero iurium vel medicina, qui per septem annos in sua facultate studuerint in vniuersitate, vt suprà, magistris seu licentiatis in artibus, cū rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua vniuersitate à logicalibus inclusiuè & suprà in artibus, vel in alia superiori facultate studuerint, necnon in theologia, qui per sex annos vel in vtroque aut in altero iuriū, baccalaureis qui per trienniū, si nobiles ex vtroq; parente, & ex antiquo genere, aliâs autē per quinquennium consimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minùs suum studium fecerint, qui de prædictis gradibus, tempore & nobilitate supradictis fidem facere teneantur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios collatores, quòd in conferendis beneficijs huiusmodi, præsertim quo ad dignitates, respectū habeant singulariter ad magistros, necnon licentiatos & baccalaureos formatos in theologia. In dignitatibus verò nō electiuis, personatibus, administrationibus & officijs dictarū ecclesiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obseruentur. Quòd si quis ex dictis qualificatis, tempore vacationis præbendæ seu dignitatis huiusmodi, alias duas obtineat præbēdas, seu dignitates & prębendas, vel aliud seu alia beneficiū aut beneficia, quod

Theologi in cathedralibus collegijs cur ad minus vnū esse oporteat.

vel quæ residendo in altero ipsorum, & horis diuinis interessendo, valeret seu valerent vsq; ad summam seu æstimationem ducentorum florenorum cameræ, similiter quicunq; duas præbendas cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipsa tertia parte includi seu comprehendi censeatur. In ecclesijs autem parochialibus, quæ in ciuitatibus aut villis muratis existunt, instituantur personæ sic, vt suprà, qualificatæ, aut ad minus qui per tres annos in theologia, vel in altero iurium, seu magistri in artibus, qui in aliqua vniuersitate priuilegiata studentes fuerint, & huiusmodi gradum adepti fuerint, si tales potuerint inueniri, qui voluerint huiusmodi beneficijs deseruire. Et vt faciliùs inueniri possint, statuit hæc sancta synod⁹, quòd quolibet anno, durāte tempore quadrageſimę, omnes & singuli hoc modo qualificati, de ipsa diœcesi & alij qui voluerint, habeant per se vel per procuratorem sua nomina exhibere illis, ad quos beneficiorum curatorum collatio vel præsentatio spectat, seu eorum vicarijs. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quàm (vt premittitur) facta, non ptopter hoc irrita censeatur. Et similiter in collatione tertiæ partis præbendarū superiùs memorata, intelligatur, si tot graduati seu qualificati modo præmisso potuerint inueniri, teneanturq; (vt præmittitur) ipsi graduati & qualificati sua nomina tempore prædicto ipsis, ad quos beneficiorum dispositio spectat, seu eorum vicarijs exhibere per se vel per procuratorem. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quàm (vt præmittitur) facta, non propter hoc irrita censeatur. Si autem illi ad quos beneficiorū quæuis dispositio spectat, contra supradictarum qualificationū designationem & ordinem aliquod beneficiū contulerint, seu ad ipsum præsentauerint, vel quomodolibet disposuerint, sit ipso facto irritum & inane, velut superiùs præmissum est. Et nihilominùs per concilia prouincialia cùm in his defecerint, aut etiam personis non idoneis quoquo modo prouiderint, iuxta tenorem constitutionis concilij generalis, quæ incipit, Graue de præbendis, corrigantur & debitè puniantur. Illi verò, ad quos beneficiorum regularium spectat collatio seu dispositio, prætermissis indignis, eadem religiosis idoneis conferant & assignent. Quod si aliter fecerint, per eorum superiores & capitula prouincialia corrigantur, & debitè puniantur. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, nono Calendas Februarij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

DECRETVM TERTIVM PROMVLGATum in eadem seſſione, de ſuſpenſione domini Eugenij papæ quarti.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Audiuit omnis Ecclesia iam à plurimo tempore, quo pacto hæc sancta synodus inter cætera ob reformationem ipsius Ecclesiæ Dei in capite & in membris specialiter congregata, cùm sua decreta salubria passim contemni prospiceret, abusuumq; deformitatem continuari, atq; etiam plùs solito inualescere in diuinæ maiestatis offensam, & vniuersi sacerdotij atque totius Christianæ religionis ruinam miserabilem, videretque periculosissimum schisma per erectionem alterius prætensi concilij isto durante, & alia plurima scandala imminére populo Dei, & vniuerso orbi perturbationem non modicam ex resistentia, quam aduersus debitam reformationē Ecclesiæ & salubria huius sanctæ synodi opera, dominus Eugenius papa quartus diuisionem assiduam fouendo, & libitum propriæ voluntatis decretis & ordinationibus synodalibus præferendo, præstare videbatur: impulsa est post longam plurium annorum expectationem, super regimine ecclesiastico salubrem prouisionem quærere, & ipsum dominum Eugenium inducere, vt ea quæ saluti suipsius & vniuersæ Ecclesiæ congruebant, in tantis tamque vrgentibus necessitatib⁹ agere curaret, cùm hoc ipsum eidem sanctæ synodo maximè liceret, atque incumberet ex ea authoritate, quam à Christo immediatè accepit, cui vniuersi fideles cuiuscunq; status, etiam si papalis existant, obedire tenentur in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis & reformationem Ecclesiæ in capite & in membris, veluti determinatio vniuersalis Ecclesiæ in sacris scripturis fundata, & in celeberrimo concilio Constantien si promulgata, diffiniuit, adijciens quòd quicunq; contumaciter ipsi vniuersali concilio obedire contempserit in prædictis & pertinentib⁹ ad ea, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, ad alia iuris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Et tandē pridie Calendas mensis Augusti nouissimè præteriti, decreuit hæc sancta synodus, terminum sexaginta dierum peremptoriè præfigere, infra quem præfatus dominus Eugenius coram eadem synodo per se vel per alium comparéret, si qua super prædictis ac alijs in dicto monitorio expressis, cæterisque in futurum proponendis, quæ tunc non sine rationabili causa tacebantur, pro sui excusatione vel defensione duceret proponenda. Quo termino elapso, siue dict⁹ dominus Eugenius comparéret, siue non, hæc sancta synodus ad vlte-

Constantiensis concilij seſsione 4. & 5.

Basileensis concilij seſ. 26.

ad vlteriora procedere decreuit, cognoſcendo & terminãdo, prout Eccleſiæ ſanctę Dei, ſpirituſancto dictante, videretur expedire. Sed (quod cum dolore referimus) ipſe dominus Eugenius infra aſsignatũ terminum neq; per ſe, neq; per aliũ comparêre voluit, aut minimam excuſationem ſi quam haberet, tranſmittere: imo correctionem effugere volens, diſſolutionem & translationem concilij, quam de iure nõ poterat, de facto, pendente termino, attentauit: cùm tamen iam altera vice diſſolutionem huius concilij per eum attentatam, reuocaſſet, declarans eam irritam & inanem, dicensq; ipſum concilium pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris legitimè inchoatum, continuatum fuiſſe, & proſecutionem habere debere, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quibus attentis, elapſo dictæ citationis termino, ſuam contumaciam in publica ſeſſione promotores & procurator fiſcalis huius ſacri concilij accuſarunt. Exigenteque iuſtitia, hæc ſancta ſynodus in eadem ſeſsione contumaciã ipſam domini Eugenij ſufficienter accuſatam declarauit, ipſumq; contumacem reputauit, decernens, eius abſentia nõ obſtante, ad vlteriora procedendum fore, prout ipſi ſanctæ ſynodo videretur, conſideratis neceſsitatibus & vtilitatibus vniuerſalis Eccleſiæ. Et quanquam attenta contumaciæ magnitudine, eadẽ ſancta ſynodus abſque vlteriori expectatione in ea re procedere potuiſſet, volens tamen nihilominùs cum omni mãſuetudine & benignitate procedere, ad inſtantiã inclytæ memoriæ Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, & venerabilium archiepiſcoporum cæterorumq; illuſtrium principum electorum ſacri Imperij, per ſexaginta dies adhuc cenſuit differendum, vt per huius ſanctę ſynodi patientiam probaretur, ſi ipſius domini Eugenij animus ad ſalutem ſui ipſius & vniuerſalis Eccleſiæ inclinari valeret. Confeſtim autem pleniùs innotuerunt ea, quæ aduerſus hanc ſanctam ſynodum & eius ſuppoſita, in prętenſa diſſolutione iam attentata, ipſe dominus Eugenius perpetrauerat, transferendo hoc ſacrum concilium in ciuitatem Ferrarienſem, ſi contra ipſum aut aliquem oratorum ſuorum vlteriùs procederetur. Et præcipiendo ſub pœnis & cenſuris grauiſsimis, quas tamen inferre non poterat, ſuppoſitis huius ſacri concilij, vt ab eo diſcederẽt: qua in re decreta ſacræ ſynodi Conſtantienſis & iſtius manifeſtè violabat, transferendo concilium pro libito voluntatis, præter conſenſum ipſius, ac etiam vſurpando ſibi authoritatem ſupra ſanctam ſynodum, de reformatione Eccleſiæ in capite agentem, non rectè ſentiens (vt videbatur) de authoritate ſacrorum conciliorum & determinationibus vniuerſalis Eccleſiæ fidem concernentibus, tam in ipſo Conſtantienſi concilio, quàm in iſto promulgatis ſuper obedientia, quam ſummi pontifices ſynodis vniuerſalibus exhibere tenentur, ac etiam ſchiſma introducens, & aliud conciliũ iſto durante erigens, quod nõ fore concilium, ſed conuenticulum ſchiſmaticorum, iam præcedentibus decretis fuerat declaratum, ad diſſolutionem concilij iam ſemel per ipſum reuocatam, iterum redeundo, & ex modo diſſolutionis ac pœnarum adiectionis, ſupra concilium iuriſdictionem in facto reformationis aſſumendo, ſe nõ concilio, ſed conciliũ ſibi obedire teneri, factis ſuis proteſtando. Merebaturq; tantarum tamque grauium offenſarum in Eccleſiã Dei & ſcandalum ipſius iam pluriès attentatum ac prę-iudicium fidei multitudo, vt ilico in ipſum dominum Eugenium iuſti iudicij ſequeretur vltio pro ipſius & vniuerſalis Eccleſiæ ſalute. Sed non immemor hæc ſancta ſynodus maternæ pietatis, adhuc expectare voluit, ſi fortè ipſe dominus Eugenius à tanta inobedientia reſipiſcens, conuerteretur ad cor, euidentiſsimisq; iuribus & rationibus declarauit, hanc diſſolutionem & translationem nullas penitus eſſe, nulliusq; roboris & momenti cum omnibus indè ſecutis. Intermiſſa quoq; celeriori condignarum inflictione pœnarum, hæc ſancta ſynodus eas duntaxat pœnas aduerſus præfatum dominum Eugenium eo tunc promulgare duxit, quæ aduerſus Romanos pontifices ſacra generalia concilia diſſoluere, & perturbare tentantes, ordinatæ fuerant, vt videlicet niſi infra quatuor menſes à die diſſolutionis & tranſlationis per eum attentatarũ, reſipiſceret cũ ſatisfactione reali, ab omni adminiſtratione papali eſſet ipſo facto ſuſpenſus. Quæ quidem papalis adminiſtratio ad generale concilium deuolueretur. Et ſi hanc pœnam per duos mẽſes ſuſtineret animo indurato, poſt quatuor prædictos menſes contra ipſum vſque ad priuationẽ incluſiuè per concilium generale procederetur, quas pœnas hæc ſancta ſynodus ipſum dominum Eugenium, ſi non reſipiſceret cum ſatisfactione reali (vt præmittitur) declarauit, & non ſolùm declarauit, ſed etiam expreſsè decreuit incurſurum. Cùm verò iam & prior terminus ſexaginta dierum indultorum poſt contumaciam accuſatã, & alius quatuor menſium poſt diem prætenſæ diſſolutionis & translationis huius concilij per ipſum dominum Eugenium attentatarum, elapſi ſint, & pendentibus ipſis dilationibus, nulla correctio aut emendatio conſpiciatur prouenisse, imo potiùs cõtinuatio abuſuum & deformitatum in offenſam diuinæ maieſtatis & interitum animarum, rebellioq; & inobedientia domini Eugenij aduerſus ſanctam ſynodum vniuerſalẽ & decreta ipſius, procuratio inſuper aſsidua erectionis illius prætenſi concilij Ferrarienſis per tranſmiſsionẽ literarum ad di-

Suprà ſeſsione 16.

Hæc & id genus alia huius ſynodi cautè legenda ſunt ob multas grauiſsimas rationes, quibus authoritas Papæ adſtruitur, quæ his eleuatur.

ad diuerſas regiones, & conuocationẽ plurimorum ad idem conciliũ, quod fore conuenticulum ſchiſmaticorum, iam declaratum commemorauimus. Ex quibus & authoritatis ſanctorum conciliorum peſſundatio, & reformationis Eccleſiæ Dei extinctio, & inductio ſchiſmatis inauditi per erectionem alterius prætenſi concilij, iſto durante concilio, ac deniq; determinationum Eccleſiæ vniuerſalis paruipenſio, in læſionẽ irreparabilem catholicæ fidei ſequeretur, niſi diuina pietas ſuæ Eccleſiæ in tantis languoribus ſubueniret. Vrgetur tandem hæc ſancta ſynodus, ne tanta mala diſsimulando, aſſenſum illis præſtare videatur, & ne facilitas veniæ, incentiuũ tribuat delinquendi ſeu malè agendi, cùm leuiora remedia nõ proficiunt, vtiliorem & ſalubriorem adhibere medicinam, atq; poſt varias expectationes tandẽ ſaluti vniuerſalis Eccleſiæ prouidere, & ad ſuſpenſionem ipſius domini Eugenij ab adminiſtratione papali, quam pœnam ſacra Conſtantienſis ſynodus Romanis pontificibus in varijs caſibus cenſuit inferendam, procedere, alias pœnas duriores adhuc pro ſua conſuetudine differendo, vt ſaltem per compulſionem iuſtitię cum temperamẽto miſericordię, ipſius Romani pontificis animus ad ea quæ ſunt ſalutis & pacis, in reformationem debitam Eccleſiæ vniuerſalis & animæ ſuæ & totiꝰ populi Chriſtiani ſalutiferam ædificationem, ipſiusque Eccleſiæ futuris temporibꝰ pacificationem gratiſsimam, & authoritatis ſacrorum conciliorum conſeruationem valeat inclinari. In virtute igitur omnipotẽtis Dei, in cuius nomine hæc ſancta ſynodus cõgregata exiſtit, & à quo immediatè poteſtatem ſuper vniuerſos fideles cuiuſcunq; dignitatis, etiã ſi papalis exiſtant, (vt præmiſſum eſt) accepit, eadem ſancta ſynodus prædictum dominum Eugenium papam quartum, manifeſtum contumacem, & in aperta rebellione perſiſtentem, ac notoriè incorrigibiliterq; Eccleſiam Dei ſcandalizantẽ, omnibus præmiſsis tam coniunctim quàm diuiſim attentis, ab omni adminiſtratione papatus in ſpiritualibus & temporalibus ſuſpendit, ac ſuſpenſum eſſe declarat, proceſſura tandẽ ad vlteriora vſq; ad ſententiam finalem incluſiuè, ſi opus fuerit, ipſo domino Eugenio ampliùs non vocato, prout vtilitati & neceſsitati Eccleſiæ, ſpirituſancto dictante, conſpexerit expedire. Omnem autem ipſius papatus adminiſtrationẽ in his omnibus, quæ in ſpiritualibus & temporalibus ad ſolum papam & ſedem Apoſtolicam de iure pertinere noſcuntur, eadem ſancta ſynodus ad ſe ipſam decernit ac declarat eſſe deolutã, ne propter gubernationis defectum, Eccleſia interim varia diſcrimina pati poſsit, decernens irritum & inane, quicquid durante hac ſuſpenſione, per ipſum dominũ Eugenium ratione papatus factum fuerit vel attentatum. Omnes quoq; reges, principes, communitates & alios quoſcunq;, cuiuſuis ſtatus & dignitatis exiſtant, hæc ſancta ſynodus monet & requirit, & eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub diuini obteſtatione iudicij mandat, eccleſiaſticis verò perſonis quacunq; dignitate, etiam ſi cardinalatus, patriarchali aut pontificali præfulgeant, ſub pœnis quas ipſo facto incurrant excommunicationis & ſuſpenſionis ab omnibus dignitatibus, & beneficijs & officijs, quocunq; nomine nuncupentur, etiam ſi forent metropolitanæ aut cathedrales eccleſiæ, ſiue in titulum, ſiue in commendam obtineant. Vicarijs autem, gubernatoribus, vaſallis, feudatarijs & ſubditis Romanæ Eccleſiæ ſub pœna priuationis ipſo facto omnium feudorum & aliorum quorumcunq; iurium & priuilegiorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent, diſtrictè præcipit, vt durante hac ſuſpenſione, prætextu cuiuſuis iuramenti, ſubiectionis aut promiſſæ fidelitatis, eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipſos quoque ad huiuſmodi iuramenta & promiſsiones, durante ipſa ſuſpenſione, nullatenus aſtringi declaramus, ſed ad hoc ſacrum concilium in omnibus recurrant, pro quibus ad Romanum pontificem recurrere ſoliti ſunt. Intendit enim hæc ſancta ſynodus mundè, iuſtè ac ſanctè neceſsitatibus quorumcunque prouidere. Mandat præterea in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub pœna priuationis, quam ipſo facto incurrant, omnium ſuorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, commendarum, penſionum & gratiarũ quarumcunq; etiam expectatiuarum, omnibus & ſingulis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, archiepiſcopis, epiſcopis & aliarum Eccleſiarum prælatis, officiarijs curiæ, & clericis quibuſcunq; in Romana curia exiſtentibus, cuiuſuis ſtatus & conditionis exiſtant, quatenus infra quadraginta dies proximè ſequentes poſt diem præſentis ſeſsionis, à Romana curia recedant. Et deinde cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi & alij eccleſiaſtici (prout de iure vel conſuetudine ad generale concilium ire tenẽtur) ſub pœnis iuris iter ſuum ſine fraude continuando, ad hoc ſacrum concilium arripiant: reliqui verò qui ad generale concilium nõ tenentur venire, ad reſidendum & Deo ſeruiendum in proprijs beneficijs, vel ad hoc ſacrum generale conciliũ ſine morę diſpendio & omni fraude ceſſante, ſe transferant, & accedãt, decreto noſtro quod incipit, Compatiens, Baſileenſis & alijs quibuſcunq; huius ſanctæ ſynodi, in ſuo robore duraturis. Omnes autem cauſas tam eccleſiaſticas ſpirituales, quàm etiã profanas ciuiles & criminales atque mixtas, inter quaſcunq; perſonas, cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, in Romana curia

Suſpenditur Eugenius 4. à papatu.

concilij ſeſſione 29.

*i penden-

pendentes, ab ipsa Romana curia hęc sancta synodus in eo statu in quo sunt, ad se aduocat, & aduocatas esse vult, & declarat expresse, inhibens omnibus iudicibus, auditoribus & commissarijs quibuscunq; prædictæ curiæ, etiã si cardinalatus, patriarchali, pontificali aut alia quauis dignitate præfulgeant, ne in præfatis causis procedere aut quic quã agere quouis modo præsumant. Quòd si post notitiam huius decreti nostri quicquam fecerint, pœnas excommunicationis ipso facto incurrant, ab ipsius excommunicationis sententia huic sanctæ synodo duntaxat, ipsa durante, absolutione reseruata, aut cognitione iusti impedimenti (si quod allegaretur) quare à Romana curia ad hanc sanctam synodum accedere debentes, non accesserunt: aut recedere debentes, non recesserunt. Cuius quidem impedimenti allegatas causas intendit hæc sancta synodus diligenter cum benignitate scrutari. Quicquid autem contra hanc aduocationem & inhibitionem attentari contigerit, ipso iure decernit irritum & inane. Et vt fraudibus quę excogitari possent, obuietur, quia cum datarum anticipationibus in præsentis *suspensionis ac huius decreti nostri elusionẽ, literæ papales vel aliorum ipsius authoritate sublata, ante ipsam suspensionem produci possent, nisi ante huiꝰ decreti nostri promulgationem fuerint intimatæ & publicatæ, eis nulla fides adhibeatur, & pro nullis habeantur. Decernit tandẽ hæc sancta synodus, huius decreti publicationem in præsenti sessione factam, eiusq; affixionem in valuis maioris ecclesiæ Basileensis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita vniuersos arctare, ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, nono Calendas Februarij, anno à natiuitate domini 1438.

*sessionis

SESSIO XXXII.

De cassatione prætensi electionis loci à minori parte facti.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriã. Pridem in decreto vigesimænonæ sessionis huius sanctæ synodi, quod incipit, Compatiens, lucidè extitit declaratum, dissolutionẽ huius sanctæ synodi & translationem eius in ciuitatem Ferrariensem per dominum Eugenium papam quartum de facto attentatas, tam in eo casu quo contra ipsum virtute citatorij in nostra vigesimasexta sessiõe promulgati, aut contra quempiam præsidentium in concilio oratorum suorũ in aliquo procederetur, quàm in eo casu quo Græcos contingeret aduenire, nullas esse, penitusq; irritas & inanes, huiusmodiq; dissolutionẽ ac translationem repugnare veritati declaratæ per sacram synodum Constantiensem dicenti, quòd generale concilium vniuersalem Ecclesiam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunq; status & dignitatis fuerit, etiam si papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationẽ schismatis, & generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris: quodq; si in his & pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempserit, condignæ pœnitẽtiæ subijciatur. Quæ veritas in verbis Christi fundata est, dicentis Simoni Petro: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quæcunq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et post pauca subdit: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Eademq; sacrorũ conciliorum authoritas super Romanum pontificem & quemlibet alterũ, in Actibus apostolorum, declarationibus vniuersaliũ conciliorum, & doctrinis sanctorum multipliciter inuenitur patefacta. Repugnabat quoque talis dissolutio & translatio veritati, in hac sancta synodo dudum multipliciter declaratæ, quòd papa concilium vniuersale sine consensu ipsius dissoluere non potest, aut de loco ad locum transferre. Cui dominus Eugenius post longam resistentiam, quam eidem veritati in prima prætensa dissolutione huius concilij, & translatione in Bononiam olim factis, & per vniuersum orbem publicatis, sub colore reductionis Græcorum, quam etiam veluti causam necessariam protunc allegabat, tandẽ assensit, reuocans huiusmodi dissolutionem & translationẽ, & dicens, ea non obstante, concilium à tempore suæ inchoationis legitimè continuatum fuisse, & decernẽs ac declarans irritam & inanem, ac etiam reuocans, quicquid per eum aut suo nomine factũ, attentatum seu assertum erat contra ipsum Basileense concilium seu eius authoritatem: & deinceps à grauaminibus eidem inferendis abstinere pollicitus est, prout per quartamdecimam sessionem huius sanctæ synodi, præsente sedis Apostolicæ legato, & pluribꝰ sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibꝰ assentientibus, etiam inclytæ memoriæ Sigismundo Romanorũ Imperatore, sibi fuerat indictum. In qua sessione forma præfatæ reuocationis & confessionis veritatis per ipsum dominũ Eugenium faciendæ, decreta fuerat. In hac quoq; veritate conquieuit vniuersa catholica Ecclesia, reputans ipsam dissolutionem per eum, sine consensu concilij minimè fieri potuisse. Nec vllatenus aduersus veritatẽ repu-

Constantiensis concilij sessio. 4. &5.

Matth. 18.c

Ibidem.

Vide Epistolam tractatoriã Pij 2.

Basileensis concilij sess. 11.

repugnandi, & ad errorem semel dimissum redeundi, causam assumere potuit ipse dominus Eugenius ex prædicto citatorio. In quo post plurimas admonitiões sibi factas, vt aliquam emendationẽ poneret efficacem in ecclesiastico regimine miserabiliter defluente, & decreta salubria per hãc sanctam synodum edita susciperet, alijsque exempla bonorum operum præstaret, seipsum & cæteros dirigendo in viam salutis, cùm ipse ex aduerso in contemptum huius sanctæ synodi & totius Ecclesiæ desolationem, plurimarumq; diuisionum suscitationem, saluberrimæ reformationi ipsius corporis Ecclesiæ longo tempore resisteret: vniuersalis Ecclesia congregata ipsum dominum Eugenium, sicut mater filium delinquentem, in viam salutis dirigere satagens: & sicut Paulus reprehendit Petrum coram omnibus, cùm non ambularet ad veritatẽ Euangelij: eundem dominum Eugenium arguens, atq; ex authoritate à Christo eidem Ecclesiæ data corripiens, defectus notorios, in quibus animam suam & vniuersam rempublicam nimium grauabat, commemorauit, vocans ipsum & alios conuocans, vt in regimine Ecclesię salutaris apponeretur prouisio. Quod post longam tolerantiam tandem id agere *impulsa fuit hæc sancta synodus, dum post contemptũ reformationis salutaris, ad suscitationẽ grauissimi schismatis & læsionem veritatis, ipsius matris Ecclesiæ vulneration-em grauissimã idem dominus Eugenius realiter procedebat, cui per prædictum citatorium summè necessarium erat obuiare, dum sub coloribus exquisitis eandem sanctam synodum & eius opera disipare, atq; quoddam conuenticulum in loco suæ voluntati dedito, nulliter ac de facto erigere, in scissuram Ecclesiæ disposuerat, cuius rei perficiendæ gratia iam triremes & oratores in Græciã transmittebat, ad impediendum aduentum Græcorum in locum per hanc sanctam synodum nominatum, & perturbandum effectũ nostræ legationis in Constantinopolim transmissæ, atq; rumpendũ ea quæ inter ipsam synodum & Græcos concordata erãt, in quibus etiam ipse dominus Eugenius expresse consenserat. Sed nec vllum colorem dissoluendi hoc sacrum Basileense concilium, & ipsum in Ferrariã transferendi, in casu aduentus Græcorum præfatus dominus Eugenius potuit assumere ex schedula per quandã prætensam sessionem conuenticuli Ferrariensis (vt dicitur) commemorata, quam schedulam illi conuentionalẽ dixerunt super termino Auinionensibus præfixo in expeditione pecuniarum facienda, quam si non facerent, alium locum nominare seu eligere possemus, & teneremur, atque aliundè vniuersali Ecclesiæ prouidere. Vel ex quadam alia schedula, quam temerariè decretum appellant, incipiente, Hæc sacrosancta synodus inter suæ congregationis exordia, quod in vigesimaquinta sessione huius sanctæ synodi promulgatum allegârunt, cùm ex rationabilibus & necessarijs causis in ipsa nostra sessione vigesimaquinta nominationẽ trium locorum Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ pro œcumenico concilio celebrando, solenni decreto nostro incipiente, Nuper hæc sacrosancta synodus, publicauerimus, volentes eam inconcussam & inuiolatam permanere, omnemq; aliam nominationem seu electionem cuiuscunque alterius loci decernentes irritam & inanem: vniuersiq; facilè conspiciunt, dominum Eugenium ex his rebus nullum fundamentũ erectionis præfati conuenticuli assumere potuisse, qui veritatem gestorum considerant. Quanquam enim inter deputatos quosdam nostræ congregationis actum fuerit, vt nisi per Auinionenses infra præfixum terminum fieret pecuniæ expeditio, ad aliam nominationem procedendum foret, atq; in nostra generali congregatione conclusum, non tamen dici potest, hanc synodum per viam contractus cum aliquo conuenisse: nullus enim tunc aderat, cum quo contractũ huiusmodi celebraret. Nec venit in dubium, quenquam cum seipso nõ posse contrahere, cùm inter spondentem recipientemq; sponsionem, debeat esse distinctio personarum. Ipsius autem nostræ conclusionis interpretatio, declaratio, moderatio, mutatio iuxta causas occurrentes, atq; omnimoda dispositio ad ipsum concilium pertinebat, maximè cùm non ageretur de facto priuato cuiuscunq; personæ, sed de rebus statum vniuersalis Ecclesiæ concernentibus, quarum dispositio ab vniuersali concilio sub directione spiritus paracleti constituto, per cuiuscunq; aut quarumcunq; personarum arbitrium non tollitur. Superuenit autẽ protestatio legatorum sedis Apostolicæ aduersus decretationem loci Auinionensis, qui pariter cum Basilea & Sabaudia in ipsa conclusione concorditer capta, iunctus erat. Quę protestatio non modicam occasionem retrahendi animos Auinionensium à prædicta expeditione pecuniarum præstabat: fueruntque ex alia parte per dominum Eugenium & suos, aduersus hanc expeditionem, pendente termino assignato, grauia impedimenta in Auinione præstita. Idque accidit, vt oratoribus nostris in Auinionem venientibus, præcipui gubernatores ciuitatis tunc absentes essent, sine quibus res non poterant tractari. Quibus deinceps aduenientibus, ita actũ est, vt Auinionenses ipsi circa terminum præfixum capitaneum triremium nostrarum de triginta millibus & octingentis florenis auri de camera contentarent, & oratores nostros de residuo totius pecuniæ expetitæ, cautos ac securos facerẽt, prout

*compulsa

prout ipsi oratores nostri hoc idem suis literis nobis intimauerunt. Requirebant autem ipsi Auinionenses, vt decretationē electionis seu nominationis loci per nos factæ, expediremus. Quæ nos attentiùs considerantes, & intentioni huius sanctæ synodi satisfactum esse iudicantes, per talem expeditionem pecuniarum, attentis maximè impedimentis interea appositis, (quoniam legitima impedimenta in omni conclusione rerum agendarum intelliguntur excepta) cùm & per hunc modum longè meliùs prouidebatur vniuersali Ecclesiæ, quàm dimittendo omnia quæ parata erant pro legatione mittenda in Græciam, & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbationem rerum agendarum, maximè quoniam vrgebamur cōuentiones nostras cum capitaneo classis triremiū Ecclesiæ initas seruare, (cui dilectus Ecclesiæ filius Iulianus tituli sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis, legatus sedis Apostolicæ, vexillum Ecclesiæ & baculum peregrinationis in nostra congregatione generali nomine nostro tradiderat, cuiq; iam grandis summa pecuniæ per Auinionenses assignata erat) concluſimus ad ipsam decretationem locorum priùs electorum, videlicet Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ, procedendum fore, & duæ partes huius sacri cōcilij & ampliùs in eandem sententiam conuenerunt, licet pauci de hoc non contenti, alium locum pro celebratione œcumenici concilij nominare, & deputare præsumpserunt, absque hoc quòd talis potestas eis cōpetere declarata fuisset. Quibus nec competebat de statu totius concilij & vniuersalis Ecclesiæ, factisq; fidei seu pertinentib⁹ ad ea, contra consensum duarum partium concilij, & morem permaximè in generalibus concilijs à principio nascentis Ecclesiæ obseruatum disponere: qui tamen adhuc in nominando loca non concordes extiterunt, pauciſsimiq; fuerunt, qui tandem in hoc resediſſe dicuntur, quòd nominationem facerent Vtini & Florentiæ, aut alterius loci, qui tutus esset, ac papæ & Græcis accommodus, quiq; galeas & pecunias primò expediret. In aliqua quoq; nostrarum quatuor deputationum, in qua octoginta personæ erant, vnus solus formam talis nominationis, veluti decretandam, propria voluntate produxisse, solus deliberasse, & concluſisse dicitur. In alijsq; deputationibus valdè pauci hoc idem egisse dicuntur aduersus ordinationes huius sanctæ synodi. Et demum, cùm sesionem nostram super decretatione locorum Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ celebraremus, legereturq; nostrum decretum in ambone maioris ecclesiæ Basileensis iuxta morem consuetum, vnus ex illis pauciſsimis in loco inferiori & insolito, quandā schedulam legere præsumpsit, à paucis vel nullis intellectam, quæ nominationem locorū Vtini & Florentiæ aut alteri⁹ loci (vt præmittitur) per pauciſsimos factam, continere dicebatur, qui etiam in ea synodū generalem contra consensum duarum partium concilij & ampliùs se (vt dicitur) appellare præsumebant, licet nulliter & de facto. Sed non propterea dimiſimus decreti nostri præfati publicationē super nominatione Basileæ, Auinionis & Sabaudiæ continuare, quod aliam nominationem locorum irritam declarauit. Nam & si ita permitteretur, vt longè minor pars in concilijs generalibus aduersus partem multo maiorem aliquā decretaret, sibiq; authoritatem totius concilij assumeret, ingressus periculoſiſsimus ad multas diuisiones excitandas in futurum, & destructionem ipsorum conciliorum præberetur. Neq; literas super illo prætenso decreto, sic per nos irrito declarato, bulla huius sanctæ synodi bullari toleraſsemus, licet quidam falso & clandestinè aliquas bullauerint, sicut eas falso bullatas fuisse declarauimus, per solenne decretum in vigesimaseptima sesione huius sanctæ synodi promulgatum. Sed nec ipsius prætensi decreti tenorem obseruauit dominus Eugenius, imo effectum eiusdem (si quis fuisset) euacuauit, dum Florentiam, quæ in illo (vt dicitur) nominata erat, & pecunias atq; galeas disponebat, per eum acceptatam reiecit, & deinde Bononiam, sicut fertur, postremò Ferrariam pro libito suæ voluntatis elegit, ac etiā priusquàm Græci ad portum aliquē citramarinum applicuissent, conciliabulum in ipsa ciuitate Ferrariensi erexit. Neq; ad ipsum arbitrari spectabat, quis locus tutus erat pro concilio celebrando, cùm ipse talem locum tutum iudicare poterat, quem sancta synodus minimè tutum reputasset. Nec asserere potest, sibi facultatem per præfatū prætensum decretum attributam, vt nunc in vno loco, nunc in altero (prout vellet) concilium fieri ordinaret, ac de eius securitate iudicaret, quod nec illi pauci fecerūt, nec sub nomine generalis synodi aduersus synodū ipsam, & eius libertatem atq; authoritatem tale aliquid faciendi, ipsamq; voluntati Papæ subijciendi, colorem aliquē habuerunt. Neq; etiam in concilio vnquam conuenerunt ad iudicandum, vel declarationem faciendū super securitate loci Ferrariensis, aut adimpletione primò facta ex parte loci illius in expeditione galearū & pecuniarum, de quibus in ipso prætenso decreto agi dicebatur. Deniq; nec per eos qui illud condidisse dicuntur, hoc obseruatum est, vt firmiter in Basilea steterint, donec Græci ad portum applicuissent. Quodq; deinde infra mensem recesserint ad locum ipsis Græcis per oratores concilij nominatum, neque in hoc conuentiones cum Græcis concordatas obseruârunt, sicq; tametsi prætensum illud decretum aliquam apparentiam priùs habuisset,

Concilium Ferrariense & Latina & Græca ecclesia reuerēter agnoscit.

habuisset, quā tamen veraciter non habuit, fuit ex consequentibus effectibus euacuatum: ipsumq; cassum, nullum & irritum penitus esse & fuisse, nulliusq; roboris & momenti, decernit & declarat hæc sancta synodus, inhibens ne quis quacunq; dignitate, etiam si papali præfulgeat, dictum prætensum decretum sub nomine legitimi & synodalis decreti audeat nominare, nec illius executioni fauores quomodolibet impendere, sub pœnis & censuris contra violatores & turbatores vnitatis ac pacis ecclesiasticæ à iure impositis, in quas decernit hæc sancta synodus eos incidere ipso facto, notum faciens vniuersis, suum verum decretum legitimè concluſum, ex assensu duarum partium & ampliùs iuxta decreta & ordinationes ipsius, & ex communi omnium supposītorum concilij concordia, nemine discrepante, vera eius bulla plumbea bullatum, veraciter per eam fuisse obseruatum, & in executionem deductum, conuentionesq; initas cum Græcis ex parte sua, quantum in se fuit, adimpletas extitisse. Quæ quidem sancta synodus oratores suos venerabiles episcopos Visensem & Lausanensem ac Nicolaum de Mentone militem, cum galeis & pecunijs in Græciam misit, qui coram Imperatore Romeorum, & patriarcha Constantinopolitano omnia ex integro adimplere obtulerunt, quæ ipsis promissa fuerant, sicuti sua relatio cum attestatione publicorū notariorum nobis facta indicauit, locumq; œcumenici concilij celebrandi nominauerunt, qui anteà per ipsos Græcos in suis conuentionibus expresè acceptatus fuerat & concordatus. Portum etiam tali loco aptiorem assignauerunt, requirentes eosdem Imparatorem & patriarchā, vt pariter sua promissa adimplerent. Qui se excusauerunt super non aduentu eorum, allegantes tempus adimplendarum promisionū elapsum fuisse, prout per literas suas nobis rescripserunt, quanquam tamen huic responsioni fuerit plenè satisfactū per oratores nostros, quoniam ipsi conuenienti tempore, mense scilicet Februarij, anno præterito ab hoc sacro concilio recesserant pro veniendo illuc ante terminum assignatum, si non fuissent multiplicia impedimenta sibi deinceps obiecta, quæ notoria sunt: quoniā in conuentionibus cum Græcis per nos initis expresse cautum erat, omnia intelligi debere bona fide, sine fraude & dolo & absque impedimento legitimo & manifesto. Sed vltra hæc etiam præfatus Imperator alteri oratorum nostrorum Ioanni de Ragusio in sacra theologia magistro, ordinis Prædicatorum apud eum existenti, dixerat se esse contentū, vt oratores ipsi & galeæ ante mensem Octobris in Constantinopolim nō venirent. Plurimas verò practicas in Græcia factas accepimus per eos, qui ex parte domini Eugenij transmisi fuerunt, vt aduentū ipsorum Græcorum ad alterum locorum per nos nominatorū, impedirent, atq; ipsos in locum, quē vellet dominus Eugenius, attraherent. Et in vna triremi, in qua principalis oratorum suorum presens erat, nuncius quidam, quem nostri oratores præmiserant cum literis huius sacri concilij & plurium principum Christianorum, captus est, veluti per debitam informationem cognouimus, nec deinceps de vita eius quicquam nobis aut nostris oratoribus compertum extitit. Domus quoq; præfati Ioannis de Ragusio oratoris nostri in Constantinopoli, inuasione balistariorum fuit impetita: aliquaque ibidem facta sunt, quę non est necessarium recitare per singula, vt sic ad fines suos pertingere possent quos miserat dominus Eugenius, ita vt nostri oratores sine Græcis ipsis, protestatione tamē solenni contra eosdem priùs facta, redire oportuerit. Quæ omnia præualere non potuerunt aduersus veritatem. Sic hæc sancta synodus cuncta cū Græcis concordata ex parte sua adimpleuit, nec per ipsam remansit, quo minùs Concilij œcumenici celebratio cum Græcis in loco etiam per eos nominato, habita fuerit, iuxta ea quæ cum ipsis conuenta erant, si illi promissa sua seruassent, aut per alios non fuissent impediti seu retracti.

Intenditq; & proponit eadē sancta synodus, Deo adspirante, authoritatem & veritatem catholicæ & vniuersalis Ecclesiæ, quā ipsa repræsentat, ac integritatē fidei orthodoxæ iugiter illæsas conseruare, pro honore ipsius omnipotentis Dei & salute animarum: nec bono ipsius vniuersalis Ecclesiæ conueniens existimat, per quascunq; practicas aut exquisitos colores, etiam sub spe dubia prosequendi, modis aliundè excogitatis, alia negocia quorum euentus incerti sunt, authoritatem conciliorum vniuersalium conculcari, veritates declaratas per Ecclesiam, & fidem orthodoxam concernentes, prosterni, viam aperiri Romanis pontificibus ad dissoluēda concilia generalia per varios modos sine ipsorū consensu, ex quo facilè potestatem datam ad ædificationem, in destructionem verti contingeret, reformationemque ecclesiastici status, pro qua iam tot sunt adhibiti labores, frustrari, atq; ipsius Ecclesiæ stabilitatem & decorem hoc modo deperire, in perditionem animarum & totius populi Christiani lamentabile detrimentum. Sic enim possemus & illa bona maxima ex nunc perdere, & illa alia non acquirere, atq; sic totam Ecclesiam in confusione relinquere. Primùm quidē nobis incumbit, Ecclesiæ fidem, veritatem & authoritatem conseruare, & deinceps cunctos ad eius vnitatem redire volentes, syncera charitate amplecti, prout & nos semper parati sumus & erimus. Cùm itaq; ea nulla esse &

penitus inualida, quæ dominus Eugenius aduersus hanc sanctam synodum, in ipsius prætensa dissolutione & translatione in Ferrariam, notoriè constet, ipsumq; conuenticulum Ferrariense non fore concilium, sed schismaticorum conuenticulum, dudum præfato decreto vigesimænonę sessionis huius sanctæ synodi declarauerimus, meritoq; pœnam suspensionis ab administratione papali in spiritualibus & temporalibus iamdudum contra Romanum pontificem, concilium vniuersale sine ipsius consensu dissoluere aut transferre attentantem, ordinatam, in ipsum dominum Eugenium tulerit, & latam esse declaraucrit hęc sancta synod⁹, ac etiam quascunq; sententias, pœnas & censuras excommunicationis, priuationis, inhabilitationis, interdicti, & alias contra huius sanctæ synodi supposita & eidem adhærentes, per ipsum dominum Eugenium latas & ferendas, cassas & nullas fuisse & esse declarauerimus: non necesse arbitramur, vt denuò ad ea cassandum & irritandum procedamus, quæcunq; per ipsum dominũ Eugenium aut præfatum Ferrariense conuenticulum facta sunt aduersus eandem synodum, quæcunq; eius supposita, & quoscunque ipsis adhærentes, etiã ante ipsius domini Eugenij suspensionem ab administratione papali, & quę durante ipsius suspensione aut præfato conuenticulo, facta sunt, fiunt, aut fient in futurum, in quibuscunq; per ipsum videlicet dominum Eugeniũ ratione papatus, aut ipsum conuenticulum sub generalis aut œcumenici concilij nomine, qui etiam victualia suppositis huius sanctę synodi auferri, & portantes ea spoliari, eorumque spolia primò capientium occupanti cedere *mandauit: quæ quàm grauia sint aduersus vniuersalem Ecclesiam, & quanta reprehensione digni sint qui talia agunt, cuncti cõspicere possunt. Nos quoq; omnibus & singulis manifestantes veritatem, declaramus omnia prædicta per ipsum dominum Eugenium, aut ipsum conuenticulũ facta & facienda, etiam contra dictos Ecclesiæ filios ciues Basileenses & eorum ciuitatẽ, nulla penitus, cassa & irrita fuisse & esse, nec aliquem ipsius domini Eugenij, prędictq; conuenticuli præceptis, mandatis aut prohibitionibus, etiam prætextu cuiuscunq; iuramenti aut obligationis, in quibuslibet prædictis teneri obedire, imo potiùs ad non obediendum illis omnes & singulos catholicos ex præcepto nomini & Ecclesiæ sponsæ eius, quam ab omnibus audiri iubet, esse adstrictos. Requirimusq; & monemus vniuersos Christi fideles, vt ecclesię catholicæ (quę à directore dirigitur sapientissimo & infallibili) per hanc sanctam synodum repręsentatæ firmiter adhæreant vsq; in finem, nec vllis tentationibus per voluntatẽ cuiuscunq; suscitatis aut suscitandis, ab ipsius Ecclesiæ firmitate & veritate suos animos dimouebant, confidẽtes in superno saluatoris nostri auxilio, qui ad Ecclesiam suã dixit, Ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi: manentesq; perseueranter in ipsa Ecclesiæ domo, quæ, vt ait B. Hieronymus, declarans sacræ scripturę veritatem, dicitur ædificari supra firmam petram, quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine ruga & macula, quæ domus etiam claues accepit & potestatẽ ligandi & soluendi: Hanc domũ si quis corrigentẽ corripientemq; contempserit, sit tibi (inquit) sicut ethnicus & publicanus) soliditatẽq; fidei semper teneant, memorantes etiã dictum illud beati Cyprianí: Alienus est, prophanus est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui vniuersalis Ecclesiæ nõ tenet vnitatem.

Matth.18.c

Insuper quoniam in supradicto decreto vigesimænonæ nostræ sessionis, pœnas & cẽsuras iustissimas promulgauit hæc sancta synodus aduersus omnes, qui ad præfatum conuenticulum Ferrariense accederent, aut mitterent, præcepitq; sub eisdem pœnis & censuris omnibus & singulis in curia, quã dominus Eugenius quondam tenebat, aut etiam actu de facto tenet, existentibus, vt si conuenticulũ Ferrariense per eum erigi contingeret, ab eius curia recederẽt, & deinceps declarata suspensione ipsius ab administratione papali, etiam sub pœnis & censuris in decreto nostræ vigesimænonę sessionis contentis, mandauimus, vt infra quadraginta dierum spatium ab eadem curia recederent: ideo omnes & singulos in cõuenticulo Ferrariensi aut ptætensa ipsius domini Eugenij curia existẽtes, & in prædictis nostris decretis comprehensos, qui eorundem decretorum monitionibus nõ paruerunt, citat hæc sancta synodus, vt trigesimo die à data præsentis decreti computando, in nostra generali congregatione (si tunc eã celebrari contingat) alioquin in proxima subsequente, compareant coram eadẽ sancta synodo, visuri se declarari in pœnas prædictas incidisse, aut iustas causas (si quas habeant) allegaturi: quem terminum ipsis peremptoriè & vna vice pro omnibus hæc sancta synodus duxit assignandũ, & assignat, decernens vlteriùs contra eos procedendum fore, & declarandũ, prout iuris & rationis fuerit, quorum omniũ nomina & cognomina haberi vult pro sufficienter expressis. Insuper cum in prima sessione huius sanctæ synodi pœnæ excommunicationis, anathematizationis & interdicti decretæ fuerint aduersus omnes & singulos, qui quascunq; personas ecclesiasticas vel seculares, ad hoc sacrũ concilium venientes, seu in eo stantes, aut ab eodem recedẽtes, temeritate propria per se vel aliũ seu alios arrestare, inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, vel bonis suis spoliare, vel iniurijs affligere, seu ipsos

Mat.vlti.d

Ferrariense conciliũ & Latini & Græci inter œcumenica numerãt & veneran tur.

*mandãrunt

ipsos sic delinquentes receptare, aut aliâs quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa, rata & grata habere, vel eis dare consilium, auxilium vel fauorẽ, publicè vel occultè, directè vel indirectè præsumpserint, vel præsument in futurum, quę pœnæ solenni decreto cõcilij Constantiensis aduersus prædictos fuerunt ordinatæ, vltra easdem pœnas & censuras, quas omnes & singulos qui mandato præfati domini Eugenij, vel præfati conuenticuli Ferrariensis, quicquam prædictorũ fecerint, aut facient in futurum, expresè incurrisse, & incursuros esse decernimus ac declaramus. Etiam contra eosdem, tanquã contra fautores schismatis, ad grauiora procedendũ fore decernit hæc sancta synodus, omnibus alijs decretis & ordinationibus eiusdem sanctæ synodi in suo robore duraturis. Decernit tandem hęc sancta synodus, omnes & singulos supradictos per publicationẽ præsentis decreti in valuis maioris Ecclesiæ Basileensis affigendi, perinde arctari ac arctatos intelligi, ac si dictę citationis, ordinationis & declarationis executio ad eorum propriasper sonas facta fuisset. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, nono Calendas Aprilis, Anno à natiuitate dominì millesimo quadringentesimo trigesimooctauo.

SESSIO XXXIII.

De veritate fidei catholicæ per tres veritates.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Sicut vna est Christi Ecclesia, quæ (vt ait Apostolus) est columna & firmamentum veritatis, sic omnia Ecclesię membra vnitatem semper obseruare necesse est in professione catholicæ veritatis, atq; fideliter & firmiter credere, quicquid per ipsam Ecclesiã de veritate fidei fuerit declaratum, vt non sicut paruuli fluctuantes circumferantur omni vento doctrinæ, aut per repugnantium dogmatum varietatẽ in diuisiones & schismata prolabantur. Dudum autem in sacra generali Constantiensi synodo conueniens catholica Ecclesia, veritatem de generalium conciliorum authoritate solenniter declarauit. Deinde in hac sacra generali Basileensi synodo, eandem necessariam declarationem sub eodẽ qui sequitur tenore, innouauit. Primò, quòd generalis synodus in Spiritusancto legitimè cõgregata, generale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunq;

1.Tim.3.c

Ephe.4.c

Constantiensis cõcilij sess.4. & 5. Et in Basileensi sessione 2.

status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & ad generalem reformationẽ Ecclesiæ in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq; cuiuscunq; dignitatis, etiã si papalis existat, qui mandatis, statutis siue ordinationibus aut præceptis huius sanctæ synodi & cuiuscunq; alterius cõcilij generalis legitimè congregati, super præmissis seu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur & debitè puniatur, etiã ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Cumq; (sicut præfertur) quilibet cuiuscunq; dignitatis, etiã si papalis existat, Concilio generali in *ptæmissis obedire teneatur, declaratum etiam fuit frequenter ac diligentè, quòd ipsum generale concilium pro præmissis eaq; concernentibus, aut aliquo præmissorum actu congregatum, sine ipsius consensu per nullum quauis authoritate, etiã si papali dignitate præfulgeat, dissolui, transferri, aut ad aliud tempus prorogari potest. Et licet has esse veritates fidei catholicæ, satis constet ex pluribus declarationibus præcedentibus, tam in præfato Constantiensi concilio, quam in hoc Basileensi factis, ad maiorem tamen soliditatem & firmitatem omnium catholicorũ in vnanimi professione veritatum ipsarum, hæc sancta synodus definit, declarat, prout sequitur:

*prædictis

Veritas de potestate concilij generalis vniuersalem Ecclesiam repræsentantis, supra Papam & quemlibet alterum, declarata per Constantiense & hoc Basileense generalia concilia, est veritas fidei catholicæ.

Quèadmodum has veritates damnarit Eugenius 4. vide infra sessione 38.

Veritas hæc, quòd Papa concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentans, actu legitimè congregatum super declaratis in præfata veritate aut aliquo eorum, sine eius consensu nullatenus authoritatiuè potest dissoluere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans, est censendus hæreticus. Datum in sessione nostra publica, in maiori ecclesia Basileensi solẽniter celebrata, xvij. Calendas Iunij, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXIIII.

De depositione Eugenij papæ quarti.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

Prospexit dominꝰ de excelso sancto suo, de cælo in terram adspexit, vt audiret gemi-

Psal.101.

tus plorantis Ecclesiæ super perditionibus animarum preciōso Iesu Christi sanguine redemptarum, & malis innumeris, quæ in religionem Christianam irruerūt. Et quo-
Psal. 10. niam iustus est ipse dominus, & iustitias dilexit, in vnum hominem, per quem scandalū venit vniuersō orbi, & quo grauiter peccante, atq; correctionē spernente, ira super omnem populum venire videtur, iudicium facere disposuit, per ministerium Ecclesiæ suæ cōgregatæ in nomine ipsius Christi sal-
Matth. 18. c uatoris omnium, qui ait: Vbicunq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum, & qui de peccа-
Ibidēm. tore nolente Ecclesiam audire, dixit: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Eiusdem quoq; diuina prouidentia præuidens resistētias & oppugnationes, quas aduersus reformationē Ecclesiæ Dei & authoritatem sacrorum generalium conciliorum ipsam Ecclesiā representantium, ac bonum publicū totius religionis Christianæ, susciturus erat in tempore suo Eugenius papa quartus, quantaque scandala, diuisiones & schismata facturus in orbe, sacram synodum Constantiensem excitauit per Spiritum sanctum, vt declarationem veritatis fidei catholicæ toti orbi explicaret, dicentem, quòd conciliū generale vniuersalem Ecclesiam representans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunq; dignitatis, etiam si papalis existat, obedire teneatur in his, quæ pertinēt ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem generalem Ecclesiæ in capite &
Constantiensis concilij sessione 4. & 5. Et Basileensis sess. 2. in membris. Item quòd si quis cuiuscunq; status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis siue ordinationibus, aut præceptis ipsius cōcilij generalis in prędictis & pertinentibus ad ea contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Qua siquidem declaratione viam parauit miserator dominus, per quam Ecclesia Dei in præfatum Eugenium multiplices excessus, qui adeo notorij sunt, quòd nulla tergiuersatione celari possunt, perpetrantem & contumaciter Ecclesiā audire, ac præceptis, statutis & ordinationibus synodalibus obedire contemnentem, iustū iudicium ferre haberet, iuxta cuius veritatis declaratæ dispositionem, hæc sancta synodus Basileensis in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiā representans, necessarium esse iudicans, vt cui pia nō prodest correctio, debita nō parcat abscisio: postquàm in multa longanimitate, patientia & mansuetudine post plures admonitiones expectauit eundem Eugeniū, vt salutarem emendationem & excessuum prædictorum correctionem efficeret, tandē cùm amplius differri non posset, quo minùs catholicæ fidei & saluti vniuersæ Christianæ religionis sub auxilio spiritus paracleti prouideatur, ne ex vlteriori protelatione iustitiæ sanguis pereuntium animarū de nostris manibus requiratur, sed cum diligentia salubre regimen gregi dominico præbeatur, vt postquàm veritas de terra militātis Ecclesiæ orta est, & iustitia de cœlo prospexit, Deus ipse donet benignitatem, & terra nostra proferat fructum salutarem, oriaturq; simul nostris diebus iustitia & abundantia pacis: eadem sancta synodus pro tribunali sedens, per hanc suam sententiam diffinitiuam, quam fert in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat, Gabrielem priùs nominatum Eugenium papam quartum, fuisse & esse notorium & manifestū contumacem, mandatis seu præceptis Ecclesiæ vniuersalis inobedientem, & in aperta rebellione persistentem, violatorem assiduū atq; contemptorem sacrorum canonum synodaliū, pacis & vnitatis Ecclesiæ Dei perturbatorem notorium, vniuersalis Ecclesiæ scandalizatorem notorium, Simoniacum, periurum, incorrigibilem, schismaticū, à fide deuium, pertinacem hæreticum, dilapidatorem iurium & bonorū Ecclesiæ, inutilem ac damnosum ad administrationem Romani pontificij, omni titulo, gradu, honore & dignitate se reddidisse indignum. Quem propterea eadē sancta synodus à papatu & Romano pontificio ipso iure priuatum esse declarat & pronunciat, ac ipsum ab eisdem amouet, deponit, priuat & abijcit, decernendo nihilominùs contra eundem ad executionem etiam aliarum iuris pœnarum, ad quas hæc eadem sancta synodus, ac eadē sua sententia ipsum condemnat, vlteriùs fore procedendum. Ac eidem inhibet, ne deinceps pro Papa vel Romano pontifice se quouis modo nominet seu gerat. Omnesq; Christicolas ab ipsius obedientia, fidelitate ac iuramentis & obligationibus, eidem quomodolibet præstitis, absoluit & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christifidelibus inhibet, sub pœnis fautoriæ schismatis & hæresis ac priuationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum ecclesiasticorum & mundanorū, & alijs pœnis iuris, etiam si Imperialis, regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis aut episcopalis dignitatis, aut etiā si communitates, vniuersitates & collegia existant, qui si contra hanc inhibitionem fecerint, sint authoritate huius decreti ac sententiæ ipso facto priuati, & alias iuris incurrāt pœnas, ne eidem Gabrieli notorio schismatico, periuro, hæretico, scandalizatori, incorrigibili, pertinaci, priuato, deposito, amoto, & taliter declarato, tanquā summo pontifici obediant, pareant, vel intendant, aut eum quouis modo sustineant vel receptent, aut si sibi auxiliū, consilium vel fauorem præstent. Necnon pro-

Pius 2. pontifex maximus Eugenium hunc vocat virū bonum & sanctum, & eū de multis falsò accusatum dicit. Videius bullam retractatoriam.

Psal. 84.

Psal. 71.

pronunciat, decernit, & declarat eadem sancta synodus, omnes & singulos processus, inhibitiones, sententias, censuras, constitutiones, ordinationes, & alia quæcunque per eum aut alios quoscunq; factos & facta, quę possent præmissis obuiare, irritos & inanes, ac irrita & inania, nulliusque fuisse aut fore roboris vel momenti.

Datum in sessione nostra publica, in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, septimo Calendas Iulij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono.

SESSIO XXXV.

De stabilitate Concilij Basileensis.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam. Diligentibus Deum nihil in hoc seculo tam graue videri debet, quod ab operibus charitatis, in eius gloriam & animarum salutem explendis, animos eorum retrahat, cùm & beа-
Rom. 8. g tus Paulus apostolus dixerit, neq; mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Idcirco hæc sancta synodus in nomine ipsius Christi saluatoris congregata, non obstantibus quibuscunque impedimentis, opera sancta reformationis Ecclesiæ sanctæ Dei & salutis vniuersorum, quantum concesserit diuina pietas, & constanter & perseueranter prosequi desiderans, atque iam semoto per iustitiæ rectitudinem præcipuo obstaculo, quod per inutilē & damnosam administrationem Romani pontificis maximè oberat vnitati, paci & debitæ gubernationi ipsius Ecclesiæ, pacem cunctorum quantum fieri potest, perquirere cupiens, cùm in decreto vndecimæ sessionis eiusdem sanctæ synodi statutū fuerit, quòd hoc præsens Basileense concilium non possit dissolui, nisi consentientibus duabus partibus eiusdem concilij, scrutatis votis singulorum, primò in singulis deputationibus, & deinde in congregatione generali, ac demum in sessione publica decretatione subsequuta, & deinceps super modo ponendi materiam dissolutionis Concilij, in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa cōclusio recepta, pridiè idus Decēbris, anno à natiuitate domini 1438. statuit, decernit & declarat, quòd per recessum cuiuscunq; aut quorumcunque, cuiuscunq; status aut dignitatis, ab hac ciuitate Basileensi, etiam si cardinalatus, patriarchalis aut pontificalis existant, non sit, neq; censeatur concilium dissolutum, nisi iuxta formam & modum prædictorum decreti & conclusionis processum fuerit. Et quoniam hac soliditate stabilis permanentiæ concilij debitè obseruata, res arduæ quæ in manibus sunt, poterunt maturiùs & ordinatiùs tractari, & præcipuè circa electionem futuri summi pontificis, quæ maiorem attentionem requirit, non intendit hęc sancta synodus ante terminum sexaginta dierum, in decreto septimæ sessionis eiusdem super ipsa electione in hoc concilio fiēnda præfixum, computandorum à die depositionis Gabrielis, olim dicti Eugenij papæ quarti, quæ fuit septimo Calendas Iulij, ad huiusmodi electionem procedere. Effluxo autē hujusmodi termino, decernit, ad eandem electionem in sacro Concilio fore procedendum, modis & formis per ipsum concilium declarandis. Vt autem sub virtuoso & idoneo pastore, quem à Domino dari speramus, fiat omnium Christianorum vnio & abundantia pacis, volens hæc sancta synodus cum reali effectu cunctos, quantum in se est, inuitare ad pacem, omnes & singulos sequentes curiā prætensam præfati Gabrielis olim dicti Eugenij papæ, ac in eadem existentes, cuiuscunq; status, gradus aut conditionis, etiam si cardinalatus, patriarchalis, episcopalis fuerint, qui ipsius Gabrielis olim Eugenij obedientiam & adhærentiam in totum dimiserint, huic sacro concilio realiter & cum effectu, infrà terminum huiusmodi sexaginta dierum, à tempore prædictę depositionis computandorum, adhęserint, atq; de his coram eodem concilio per se vel per alios legitimè docuerint, infra terminū prædictum, intendit benignè amplecti & recipere, ac eorum statui & indemnitati conuenienter prouidere. Datū Basileæ in sessione nostra publica, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, sexto idus Iulij, Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, Apostolica sede vacante.

SESSIO XXXVI.

De conceptione gloriosissimæ virginis MARIAE.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus diuinæ gratiæ mysteria, mercedē gloriosam repromisit æterna Dei patris sapientia, dum ait: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, quod etiam de gloriosa virgine, quæ ipsam patris sapientiam, Dei filium æternum in vtero pertulit, ac mundo peperit, sacrosancta legit Ecclesia. Nam quicquid de dignitate & sublimitate virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est, ad laudem & honorem filij sui

Sixtus quartus (cuius sententiam sequitur synodus Tridentina sessione 5.) sensisse videtur virginem Mariā sine peccato originis conceptam esse. Vide in Extrau. lib. 3. de reliq. & ven. sanctorum, & obserua quę illic habetur scitu necessaria.

pertinere,

pertinere. Et qui honorificant gratiam & ſanctitatem matris, honorificant & elucidant glorioſum nomen filij eius, qui ipſam ſanctificauit & repleuit gratia. Vndè ſi in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à Domino Deo eſt, præclara merita parturit, in ea re ſpecialiter fructus vberrimos afferre ſperanda eſt, quæ ſanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo ante ſecula, ante quàm terra fieret, & ab æterno ſibi manſionem ordinauit prima & æterna veritas. Id quoq; maximè congruit, vt pax habeatur in quæſtionibus concernentibus ſanctitatem illius, per quam pax diffuſa eſt in terris. Hactenus verò difficilis quæſtio in diuerſis partibus & coram hac ſancta ſynodo ſuper conceptione ipſius glorioſæ virginis MARIAE matris & exordio ſanctificationis eius facta eſt, quibuſdam dicentibus ipſam virginem & eius animam per aliquod tempus aut inſtans temporis ſubiacuiſſe actualiter originali culpæ: alijs autem econuerſo dicentibus, à principio creationis ſuę Deum ipſam diligendo, gratiam eidem contuliſſe, per quam à macula originali illam beatiſſimam perſonam liberans & præſeruans, ſublimiori ſanctificationis genere redemit, cùm fundaret eam Altiſsimus ipſe, & ipſam fabricaret filius Dei patris, vt eſſet mater eius in terris. Nos verò diligenter inſpectis authoritatibus & rationibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriuſque doctrinæ coram hac ſancta ſynodo allegatæ ſunt, alijsq; etiam plurimis ſuper hac re viſis, & matura conſideratione penſatis, doctrinam illam differentem glorioſam virginę Dei genitricem MARIAM, præueniẽte & operante diuini numinis gratia ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctamque & immaculatam, tanquam piam & conſonam cultui eccleſiaſtico, fidei catholicæ, rectæ rationi & ſacræ ſcripturę, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, diffinimus & declaramus, nulliq́ue decæterò licitum eſſe in contrarium prædicare & docere. Renouantes præterea inſtitutionẽ de celebranda ſancta eius Conceptione, quæ tam per Romanam, quàm per alias Eccleſias ſexto idus Decembris antiqua & laudabili conſuetudine celebratur, ſtatuimus & ordinamus, eandẽ celebritatem præfata die in omnibus eccleſijs, monaſterijs & conuentibus Chriſtianæ religionis, ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendam eſſe, cunctisq; fidelibus verè pœnitentibus & confeſsis, ea die Miſſarum ſolennijs centum, primis autem vel ſecundis veſperis totidem, ſermoni verò verbi diuini de ea feſtiuitate intereſſentibus centum quinquaginta dies, conceſsione perpetuis temporibus duratura, de iniunctis ſibi pœnitentijs hæc ſancta ſynodus elargitur.

Festum conceptionis beatæ Mariæ approbatur.

Datum Baſileæ in ſeſsione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimoquinto Calendas Octobris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

SESSIO XXXVII. ET EST REVOCATIO proteſtationum, conuentionum, iuramentorum obuiantium electioni papæ fiendæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Quoniam in opere neceſſario, quod fauente ſuperna gratia aggreſſuri ſumus, in eligendo ſummum pontificẽm, & prouidendo ſaluti Eccleſiæ in gloriam omnipotentis Dei, non ſolùm quærere oportet, quæ ad ipſius operis conſummationẽ promouent, verumetiam impedimenta tollere, quæ felici progreſſui rerum agendarum aduerſari aut officere poſſunt, vel quomodolibet contraire: vt purius, ſyncerius & liberius ipſa electio ſummi pontificis fiat, omnes & ſingulas proteſtationes, quæ poſſunt puritati, ſynceritati & libertati & efficaciæ eiuſdem electionis & eligendi per ſacrum concilium ſummi pontificis obedientiæ plenariè obuiare, necnõ conuentiones, pactiones, promiſsiones, obligationes, iuramenta, condicta, intelligentias & intendimenta, vbicunque, qualitercunq; & per quoſcunq;, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis & præeminentiæ, etiam ſi Imperiali, regali, cardinalatus, archiepiſcopali, ducali aut alia quacunq; eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, in aduerſum huius electionis factas & facta, fiendas & fienda, ex abundanti damnat, reprobat, & annullat, prout etiã de ſe ipſis nulla nulliusq́ue roboris vel momenti exiſtunt, mandans ſub obteſtatione diuini iudicij, & ſub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant, & præcipiens, ne quis talia facere, vel iam factis vti, aut eadem obſeruare quouis modo præſumat. Omnesq́; & ſingulos ab huiuſmodi promiſsionibus & obligationibus quibuſcunq;, etiam iuramento vallatis, eadem ſancta ſynodus ad cautelam & ex abundanti abſoluit & relaxat, & prout hæc de facto proceſſerunt, abſolutos & relaxatos eſſe declarat. Datum Baſileæ in ſeſsione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas *Decembris, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

*Nouẽbris

ALIVD

ALIVD DECRETVM EIVSDEM SESſionis de modo eligendi ſummum pontificem, & numero.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriã. Conſolabitur dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius, ait Eſaias Propheta, & ponet deſertum eius quaſi delicias, ſolitudinem eius quaſi hortum domini. gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. quod iam aſpirante ſingulari gratia ſpiritus paracleti, in eccleſia conſpicere ſperamus, & videre paſtorem bonum conſtituendum à domino ſuper familiam ſuam, qui ſapienti & fideli regimine releuet ipſam Eccleſiam à languoribus ſuis, quos ex inutili & damnoſa adminiſtratione hactenus perpeſſa eſt. Et licet diuerſis temporibus diuerſi modi ſuper electione Romanorum pontificum obſeruari ſint, prout neceſsitas & vtilitas Eccleſiæ expoſcebat, nunc tamen cura rei huius ſub directione omnipotẽtis Dei incumbit huic ſanctæ ſynodo congregatæ pro reformatione Eccleſiæ & ſalute omnium fidelium in nomine Chriſti ſaluatoris, qui ait: Matth. 18. b Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorũ. Etiam poſt editionem ſalubrium decretorum & ſacrorum canonum, atq; iuſtam depoſitionem illius, qui ipſos canones & decreta ſpernebat ac paruipendebat, ſanctæ reformationi & reſtaurationi legis diuinæ ac publicæ ſaluti vehementer obſiſtens, ſupereſt, virum talem quærere à domino, & cum beneplacito ſuæ benignitatis eligere, per quem deſiderata cunctis gentibus ipſa reformatio atq; ſalutaris gubernatio Eccleſiæ Dei in ſalutarem reducantur effectum. Nam & ſingulariter futuro paſtori incumbet benè regendi neceſsitas, dum recens exemplum ſui prædeceſſoris ob eius damnoſum regimen electi ante oculos poſitum habebit. Dudum quoq; in quarta ſeſsione huius ſanctæ ſynodi, celebrata duodecimo Calendas Iunij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, ſtatutũ fuit de electione Romani pontificis, ſi ſedem Apoſtolicam hoc ſedente concilio, vacare contingeret, in hunc modum: Hæc ſancta ſynodus decernit, ſtatuit, atque diffinit, quòd in euentum vacationis ſedis Apoſtolicæ, hoc ſacro generali concilio durante, electio ſummi pontificis in loco iſtius ſacri cõcilij fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentata quauis authoritate, etiam ſi papali, non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus editis vel edendis, aut alijs in contrarium facientibus, ac ſi de ipſis de verbo ad verbum, eſſet faciẽda mentio ſpecialis, aut iuramento firmata exiſtãt, quibus ex certa ſcientia derogat, & decernit nulla & irrita eſſe & nullius roboris vel momenti ipſo iure. Contrarium verò attentantes ſint tam actiuè quàm paſsiuè, quo ad electionem Romani pontificis, & ad quaſcunque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuò priuati, & infamiæ notam & etiam excommunicationis ſententiã incurrant ipſo facto. Quòd ſi forſitan aliqua de facto prætenſa electio præſumeretur, tam electus prætenſus, quàm illi adhærentes & eum pro tali gerentes, ſupradictas pœnas incurrant. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præmiſſas ſententias aut aliquam earum incurrerint quoquo modo, dicta ſancta ſynodus tantummodò præterquàm in mortis articulo ſibi reſeruat, decernens præſens decretum ligare, afficere, vim & effectum habere & ſortiri, poſt quadraginta dies continuò proximè ſecuturos à die publicationis eiuſdem. Deinceps autem in noſtro decreto ſeptimæ ſeſsionis ordinatum fuit, quòd in euentum prædictum vacationis ſedis Apoſtolicę, hoc ſedente generali concilio, ante ſexaginta dies à tempore ipſius vacationis continuè computandos, ad electionem Romani pontificis minimè procederetur, quem terminum ſexaginta dierum, poſtquàm vacauit ipſa ſedes per depoſitionem Gabrielis, olim Eugenij papæ quarti, hæc ſancta ſynodus duxit expectandum. Decreuitq́ue, effluxo illo termino, electionem Romani pontificis in hoc ſacro concilio eſſe fiendam, modis & formis per ipſum concilium declarandis, prout in decreto noſtro trigeſimę quintæ ſeſsionis pleniùs continetur. Cùm autem iam per eiuſdem termini lapſum, adhuc per plures dies ad electionem prefatam procedere diſtulerimus, Eccleſiaq́; accerrimos dolores patiatur, dum protelatur ſedis Apoſtolicæ diuturna vacatio, & differtur noui paſtoris electio, ipſe quoq; qui iuſtiſsimè depoſitus eſt, varijs artibus Eccleſiam conturbare conatur, & Apoſtolicæ ſedis primatum nefanda præſumptione tenere & occupare, in graue ſcandalum Eccleſiæ & magnum periculum fidei & religionis Chriſtianæ, (qui pertinaciam ſuam indies magis ac magis hominibus manifeſtando, menſe Septembris proximè præterito horrendam in uectiuã aduerſus veritates fidei in hanc ſanctam ſynodum, eiuſq́; fautores & defenſores promulgauit, non correctionem ſeu emendationem proferens, ſed omnem incorrigibilitatem & pertinaciã oſtendens, atq; proprijs factis toti mundo manifeſtans) neceſſe eſt Eccleſiæ catholicæ de prudenti & fideli paſtore prouidere, qui eam à perſecutionibus tam reprobi hominis defendat, fidemq́; conſeruet, ac iuſtitiam & veritatẽ tueatur, animasq́; precioſo Chriſti ſanguine redemptas, quas præfatus Gabriel ſeducere nititur,

Baſileenſis conc. ſeſſ. 24. quæ incipit Dudũ hæc ſancta.

Baſileenſis con. ſeſſ. 4. cuius eſt initiũ, Attendens quòd ad

nititur, dirigat in viam salutis. Nam sicut res ipsa indicat, plura & maiora scandala indies euenirent, nisi per auxilium gratiæ Dei de remedio prouideretur opportuno. Ad quod quærendum, & de idoneo pastore prouidendum, necessitas fidei maximè nos impellit. Volens itaq; tandē hæc sancta synodus post maturam & longam expectationē exoluere debitum obsequiū domino Deo suo, & saluti atque necessitati ipsius Ecclesiæ (vt tenetur) prouidere, ad laudem & gloriam beatissimæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, statuit, decernit & declarat, electionē Romani pontificis fiendā & celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum concilium Basileense seu eius authoritate, modis & formis infrà scriptis.

Iste cardinalis Arelatensis fuit Eugenio infestissimus: hinc istæ tot acerbitates, vt videtur.

Et primò, quòd vnà cum dilectissimo Ecclesiæ filio Ludouico tituli sanctæ Cæciliæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, præsente & præsidente in sacro concilio, & alijs ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, si qui ante consummatam electionem futuri summi pontificis aduenerint, & adhærentes huic sacro concilio, eidem electioni interesse voluerint, alij tam de prælatis, quàm cæteris honorabilibus ecclesiasticis viris, in sacerdotio aut saltem diaconatus ordine constituti, vsq; ad numerum triginta & duorum, per eandem synodum ad prædictam electionem faciendam, in nostra generali cōgregatione ac in sessione publica nominandi & deputandi, potestatem habeant, prout secundum Deum & conscientias suas eisdem videbitur, hac vice liberè eligendi summum pontificem authoritate huius sanctæ synodi, ita vt ille absq; vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia summus pontifex habeatur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere, aut saltem à duabus partibus ipsorum fuerit electus, & consensum (vt infrà dicitur) præstiterit. Nec valeat electio, nisi duæ partes prædictorum in ipsum electum consenserint, & conuenerint. Qui omnes pro hac vice eligere debentes, tanto attentiùs synceris mentibus & expurgatis conscientijs idoneū & perutilem pastorem eligere curent, quanto Ecclesiam in maioribus necessitatibus positam conspiciunt, ad solū Deum oculos dirigentes, qui in districtissimo examine de tanto & tam arduo negocio (ex quo pendet salus vniuersalis Ecclesiæ) reddituri sunt rationem. Ordinat insuper, statuit & decernit hæc sancta synodus, quòd supradicti eligere debentes, die sequente post nominationem eorum in congregatione generali, conueniāt omnes in maiori ecclesia Basileensi, in qua Missa & sermo solennes celebrentur & fiant (prout est de more fieri) in die quādo intratur conclaue, tenebiturq; eodem die publica sessio, & ibi omnes suscipiāt eucharistię sacramentum, ac iuramentum præstent, quod in vigesimatertia sessione huius sanctæ synodi extitit ordinatum. Quibus peractis, sine redeundo in domos suas, intrent conclaue ad hoc ordinatum in domo huius ciuitatis Basileensis, in qua sacra deputatio pro communibus teneri consueuit, ad electionem huiusmodi celebrandam, & consequenter præsentandum ac intimandum, cæteraq; facien dum, obseruandum & prosequendum, quæ in præsenti decreto expressa sunt, & quæ in cæteris hic non expressis, alia decreta huius sanctæ synodi, necnon aliæ constitutiones & ordinationes, videlicet tam in corpore iuris clausæ, quàm extrauagantes (quæ hactenus obseruari consueuerunt) de cardinalibus & alijs electoribus Romani pontificis statuunt & decernunt, quę omnia, saluis expressis in prædicto decreto, volumus in suo robore permanere, & etiam in prædictis ad eligendum pro hac vice deputatis & deputandis, locum habere, quemadmodùm de cardinalibus in prædictis decretis, constitutionibus & ordinationibus statutum & ordinatum reperitur, sed nullum eisdem expressis quouis modo prędiudiciū generare.

Electus autem in papam, præsentata sibi electione, si præsens in hac ciuitate fuerit, per aliquos ex ipsis electoribus, etiam si cardinales non fuerint, vel extra ciuitatem per aliquos ex ipsis, vel alios ad hoc habentes mandatum ab eis, in prędentia notarij & saltem decem personarum requisitus, teneatur infra diem naturalē ab hora requisitionis, consentire ac iurare modo & forma inferiùs descriptis: alioquin eius electio pro infecta habeatur. Volumus autem, quòd si contingeret ipsum electū huiusmodi electionem non acceptare, seu ei non consentire modo & forma & in tempore ordinatis, quòd præfati ad eligendum ordinati, ad alterius electionem procedant, priusquàm exeant conclaue, si præfatus electus in hac ciuitate fuerit. Si verò fuerit extra ciuitatem, eo casu infra triduum post notitiam habitam in concilio, & per ipsum concilium in congregatione generali declaratam, de recusatione per electum facta, iterum intrent conclaue pro electione alterius facienda, omnib⁹ modis & formis, sicut superiùs dictum est. Et si quis ipsorum electorū à tempore primi ingressus conclauis, in anteà recederet à concilio, vel decederet, aut impedimentum haberet, per quod non posset electioni interesse, vel etiam conclaue intrare nollet, alius loco eius subrogetur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, aut per maiorem partem ipsorū, qui habebit communicare & iurare, prout præfati deputati, aut maior pars ipsorum ordinauerit. Duretq; potestas omnium & singulorum prædictorum absq; alia noua deputatione electorū, donec electio per eos facienda, realiter per consen-

sensum electi sortita fuerit effectū. Hāc autem formam & modum electionis approbat, statuit, ordinat & decernit hæc sancta synodus pro hac vice. Et ad omnem scrupulum submouendum, omnes & singulos in eadem synodo præsentes & venturos, & qui ei adhęrebunt, quantum ad huiusmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus sententijs excommunicationis (si quas forsitan incurrerint) & quibuscunq; censuris à iure vel ab homine generaliter vel specialiter, etiā à concilijs generalibus vel summis pontificibus promulgatis, absoluit, ipsosq; ad omnes actus in eadem synodo agendos, actiuè & passiuè, quatenus op⁹ est, habilitat, & habiles esse declarat, volens etiām, vt specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis (vt præmittitur) locum habeat constitutio Clementis quinti, quæ ordinat, vt nullus ex cardinalibus cuiuslibet excommunicationis, suspensionis & interdicti prætextu, à dicta electione repelli valeat, cæteris eiusdem concilij decretis in his quæ superiùs expressa nō sunt, semper saluis, supplens ex certa sciētia & ex plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsitā interuenerint in præmissis, ac etiam suspendens omnia iura positiua in concilijs generalibus & à summis pontificibus edita & statuta, & ordinationes, consuetudines & priuilegia quibuscunq; concessa, & pœnas contra quoscunq; ordinatas, & eis derogans, inquantum effectum præsentis decreti impedire posset, quoquo modo in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;. Præterea cùm necessitas rerum & circunstantiæ temporis id exposcant, vt hæc sacra synodus & ipse summ⁹ pontifex per Dei gratiam in proximo assumendus, quàm maximè vnum sint eadem charitate & vnanimi consensu, quàmpluribus ad hæc vrgentibus rationibus ordinat & decernit, vt electus in summum pontificem, priusquàm aliquid graue in his quæ pertinent ad administrationem papatus, exerceat, insignia coronationis suæ assumere debeat in loco huius sacri cōcilij, ad quem, si absens fuerit, infra terminū sibi assignandum per deputatos ad eligendum, vel maiorem partem eorundem, venire teneatur.

Sequitur forma consensus, professionis & iuramenti præstandi per ipsum electum in summum pontificem.

In nomine domini, Amen. In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, ego N. electus in papā, omnipotenti Deo, cuius Ecclesiā suo præsidio regendam suscipio, & beato Petro Apostolorū principi corde & ore profiteor, quandiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidē catholicam, secundum traditionem Apostolorum, generalium conciliorū & aliorum sanctorum patrum, maximè autem sanctorū octo conciliorum vniuersalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertij Ephesini, quarti Chalcedonensis, quinti & sexti itē Constantinopolitani, septimi item Niceni, octaui quoq; Constantinopolitani, necnon Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis generalium etiam conciliorum, & illam fidem vsq; ad vnum apicem immutilatam seruare, & vsq; ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritumq; pariter sacramentorum ecclesiasticorum Ecclesię traditum, omnimodè prosequi & obseruare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicę & extirpatione hæresum & errorum, reformatione morum, executione & obseruatione decretorum Constantiensis & Basileensis conciliorum, ac pace in populo Christiano. Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorū generalium ac confirmationem electionum, iuxta decreta sacri Basileensis concilij. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo cui in die tremendi iudicij redditurus sum de hoc & alijs meis operibus rationē, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solenniter repetam. Datum vt suprà.

Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad perpetuam rei memoriam. Cùm ea quæ laudabiliter pro reprimendo conatus malignantiū ordinata sunt, nullatenus negligi deceat, sed potiùs diligenti seruari studio, sacrum canonem dudum in concilio Constantiensi editū aduersus illos, qui bona electorum seu etiam eorū qui famabantur de nouo electi in summos pontifices, rapere vellent, innouat hæc sancta synodus sub huiusmodi tenore: Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim, ad quod cupiditatis & auaritiæ *stimulis incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges, vt earum metu humana refrenetur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cùm itaq; nonnunquam eueniſſe comperimus, quòd electo Romano pontifice, nōnulli sub prætextu prætensæ cuiusdam abusiuæ licentiæ, res & bona sic electi, quasi culmine diuitiarum adepto, falso prætendentes occupanti concedi, nedū illius sic electi, imo aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter confingunt, domos, res & bona cardinalium, aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclauis existentium, etiam violenter inuadunt, recipiunt, occupant, & transportant, lucri facta existimantes, ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scādala, rapinæ, furta & nonnunquam

Constantiensis concilij sess. 41. *stimulo

homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratæ temeritatis & audacię viam præcludere, & huiusmodi periculis & scandalis obuiare volentes, præfatum damnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus, statuẽtes quòd quicunq;, cuiuscunq; status aut conditionis existant, contra hoc præsumpserint attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel fauorem præbere, pœnas quas in violentos raptores & occupatores huiusmodi, iura atq; Apostolicæ & Imperiales cõstitutiones statuũt, & eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi per hanc sanctam synodũ, aut futurum Romanum pontificẽ, præterquàm in mortis articulo, & facta satisfactione, absolui nequeant, & omni officio, beneficio, priuilegijs ac dignitate Ecclesiastica & mundana, feudisq; & rebus alijs, si quę aut quas in Romana vel alijs ecclesijs obtinebunt, sint priuati, & intestabiles actiuè & passiuè existãt: ciuitas verò quæ in præmissis culpabilis fuerit, ecclesiastico subiaceat interdicto, huic adijcientes sanctioni, vt domini temporales, rectoresq; & officiales ciuitatis vel loci, vbi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmissa fieri sub grauibus pœnis publicè & realiter prohibeant, & prohibitionẽ diligenter faciant obseruari, cæteris constitutionibus circa talia editis, in suo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani pontificis, per hanc sanctam synodum seu eius authoritate celebranda, vbi obseruatione & executione præfatæ cõstitutionis opus est, nos omnia & singula prædicta agẽdi & exequendi, illis personis tam ecclesiasticis, quàm secularibus, quæ postmodùm in nostra cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & potestatem, decernentes literas super hoc fieri cum censuris & alijs remedijs iuris, etiã cum inuocatione brachij secularis & clausulis opportunis. Datum vt suprà.

Ne tempore electionis fiat audientia.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, ad futuram rei memoriam. Ne variarum rerũ occupatio actum salubrem electionis futuri pontificis impediat, aut perturbet, decernit hæc sancta synodus, vt ad tam necessarium & tam salubre electionis negocium attentiùs procedatur, audientiã & omne causarum & litium exercitium, in hoc sacro concilio præter audientiã cameræ, à die quo deputati ad eligendum summum pontificem intrabunt conclaue, & deinceps vsque ad publicationẽ electionis ipsius summi pontificis inclusiuè, suspendenda esse, eademq; hoc præsenti decreto suspendit & prohibet, irritum decernens & inane, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Datum vt suprà.

Contra inuectiuam.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

In Esdra scriptum est, Veritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatẽ inuocat. Cælum etiam ipsam benedicit, Veritas manet, & inualescit in ęternum, & viuit & obtinet in secula seculorum. Nõ est apud eam accipere personas neq; differentias, sed quæ iusta sunt, facit omnibus iniustis. Cuius quidem veritatis fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius papa quartus, iusto iudicio à papatu depositus, seipsum magis deijcit & prosternit. Qui nuper apud Florentiam (prout per summariam informationẽ accepimus) libellum quendam, qui incipit, Moses seruus Dei, promulgauit, in quo prætensam translationem præfatam huius sacri concilij in Ferrariam, quam erroneam in fide pluribus decretis & epistolis nostris lucidissimè declarauimus, necnon erectionem schismaticam conuenticuli Ferrariensis sub nomine generalis concilij, hoc sacro durante concilio, in vim præfatę translationis attentatam, maiori semper cum pertinacia defendere & approbare conatur, adijciens quòd à recta linea per anfractus erroris exorbitauimus, quodque concilium Constantiense in malignum sensum, & à sana doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc, quòd declarauimus per sessionem nostram, decimoseptimo Calendas Iunij proximè prætériti celebratam, tres veritates, quarum tenor sequitur:

Esd. 4. d

Basileensis conc. sess. 33. quæ incipit, Sicut vna est.

Veritas de potestate concilij generalis, vniuersalem Ecclesiam repræsentantis, super papam & quemlibet alterum, declarata per Constantiense & hoc Basileense generalia concilia, est veritas fidei catholicæ.

Constantiensis concilij sessione 4. & 5. Basileensis sess. 2.

Veritas hæc, quòd papa concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentans, actu legitimè congregatum, super declaratis in præfata veritate aut aliquo eorum, sine eius consensu nullatenus authoritatiuè potest dissoluere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans, est censendus hæreticus.

Conatur quoq; ipse Gabriel post prædicta per eum sic asserta, sub obscuritatibus verborum mundum inuoluere, dicens se damnare & reprobare veritates prędictas ad sensum Basileensem, quem inquit, facto demonstrauit: neq; illũ sensum explicans, nec in quo sensu eas approbare velit, manifestãs: quæ

quæ fortasis ideo subticet, quoniam manifestè videt, verba dictarum veritatum ita clara esse & aperta, sicut sunt, quòd de nulla obscuritate notari meritò possunt, nec ad multiplices p trahunt sensus: & per consequens, quòd ille primus sensus, iuxta quem se dicit reprobare dictas veritates, nullatenus allegari potest. Hoc autem notum facimus vniuersis catholicis, quòd nullum sensum in his habet hæc sancta synodus, nec habere vult, nisi quem sacra synodus Constantiensis habuit in declarationibus suis, sensum verum & catholicum, quemque semper habuimus in declarationibus per nos factis, in secunda, vndecima, duodecima, vigesimanona & alijs sessionibus nostris ac epistolis synodalibus, pariter cum cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, oratoribus principum, abbatibus, doctoribus, qui in nostro cœtu affuerunt, fideliter & vnanimiter credentibus, quòd concilium habet potestatem immediatè à Christo, cui papa obedire tenetur, prout veritas præfata in concilio Constantiensi declarata, diffiniuit, quodq; hæc veritas est iuris diuini, quòd papa ipse concilium generale vniuersalem Ecclesiam repræsentans, legitimè congregatum, eo modo quo frequenter declaratum est, sine eius consensu dissoluere aut de loco ad locum transferre non potest: neq; aduersus has veritates prævalere potuit Gabriel ipse, qui prætensam dissolutionem huius sacri concilij, sine eius consensu prima vice per eundem Gabrielem attentatam, hoc sacro concilio eidem ex parte Dei omnipotentis præcipiente atq; mandante, iudicialiter reuocare compulsus est, ac in sua adhæsione eam declarauit nullam, irritam & inanem, ipsaq; non obstante, conciliũ legitimè continuatum fuisse, & prosecutionem habuisse, & habere debere, reuocando etiam expresè literas incipientes, Deus nouit, quæ suo nomine factæ dicebantur, & aduersus huius sacri concilij & aliorum conciliorum authoritatem, varios errores continebant: item duas literas suas incipientes, Inscrutabilis, & In arcano, alias etiam quascunq;, ac quicquid per ipsum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem huius sacri concilij Basileensis seu contra eius authoritatẽ, factum & attentatum seu assertum erat. Ecclesia catholica tunc in pace conquieuit, tenens firmiter esse verum & catholicum, quòd papa absq; consensu cõcilij ipsum dissoluere aut transferre non potest, cognoueruntq; cuncti fideles, quòd acquiescere oportet iudicio generalis concilij summũ pontificem, cùm post tam diuturnam resistentiam duorum annorum, quib⁹ ipsam dissolutionem idem Gabriel iustificare conabatur, acquieuit iudicio sacri generalis concilij, præsentans iudicialiter coram eodem formam suæ confessionis, quemadmodum sacrum concilium ordinauit, reuocando expresè (vt dictum est) quæcunq; asserta per eum aut nomine suo in contrarium. Possuntq; omnes catholici nunc videre, quanta plaga inferretur Ecclesiæ Dei, si reuocaretur in dubium illa declaratio facta in concilio Constantiensi, vigore cui⁹ & ineffabili ac inexpugnabili authoritate, depositio Ioannis vigesimi tertij, & priuatio Benedicti à iure papatus (si quod habebant) sic in suis obedientijs nuncupatorum, ac etiã electio Martini, cui successit olim Eugenius, factæ sunt, & à quibus consequenter omnes creationes cardinaliũ, promotiones prælatorum & aliorum ordinum & graduum ecclesiasticorũ factę sunt, quantumq; declarationis eiusdem & authoritatis datæ à Christo concilijs generalibus vigor deperiret, si summi pontifices possent concilia, dum congregata essent, transferre de regione in regionem sine consensu ipsorum, & eisdem concilijs præcipere, vt dissoluerentur aut discederent, etiam si nollent, quoties libéret ipsis pontificibus. Verùm in hac reprobatione dictarum veritatũ, quam idem Gabriel facit in præfato libello, intelligere possunt omnes fideles, quomodò iã id verificatur, quod à septem annis in sua duodecima sessione ipsius de ipso Gabriele prædixit hæc sancta synodus, cùm ait: Et quantum ex eius verbis factisq; colligi potest, nil aliud prætendere videtur, nisi vt Ecclesiam pessundet, iusque sibi & successoribus faciat, non solùm abrogandi ritum sacrorum conciliorum, & ea pro libito dissoluendi, sed & ipsorum sacratissima decreta spiritu Dei promulgata, à quibus status pendet vniuersalis Ecclesiæ, irritandi & abolendi, & præsertim declarationem illam, quòd in his quæ ad fidem, extirpationẽ schismatis, & generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris pertinent, quilibet etiam papalis dignitatis, decretis generalis concilij subijcitur. Hæc in præfata duodecima sessione habentur, quæ nunc idem Gabriel apertè manifestat. Vndè omnes intelligere possunt, quàm iustè hæc sancta synodus hucusq; eidem restitit. Conspiciunt animum obduratum, quo authoritati generalium conciliorum factis & verbis resistebat, contemnendo etiã & violando voluntariè sacros canones pro salute animarum editos. De quibus ait Damasus papa: Violatores canonũ voluntariè, à sanctis patribus grauiter iudicãtur, & à spiritu sancto, instinctu cuius ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare in spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdẽ canones non necessitate cõpulsi, sed libenter (vt præmissum est) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blas-

Sed pleriq; cardinales ad Eugeniũ venia petita redierũt, solo Arelatensi Basileę manente.

Constantiensis concilij sessione 12.

25. q. 1. Violatores.

phemantium in ſpiritum ſanctum. Reprobat inſuper præfatus Gabriel, & damnat ſuã diſpoſitionẽ, ad quam hæc ſancta ſynodus iuxta diſpoſitionẽ præfatæ veritatis in concilio Conſtantienſi declaratæ, poſt longam expectationem & maturã examinationem iudicialiter proceſsit, propter hæreſim, ſchiſma, Simoniacam notoriam prauitatẽ, periurium, & contemptum ac violationem aſſiduam ſynodalium decretorũ concernentium reformationem Eccleſię generalem in capite & in membris, quibus incorrigibiliter ſcandalizabat Eccleſiam Dei, à quibus quidem nequaquã ſe in præfato libello expurgat, ſed conuicia & maledicta in hoc ſacrum concilium & ſuppoſita eius referre conatur, & ſententiam in iudicem ferre, à quo legitimè condemnatus extitit. Et poſtquàm per Eccleſiam hæreticus iudicatus eſt, veros catholicos doctrinam ipſius Eccleſiæ inuariabiliter tenentes, hæreticos appellare præſumit, ſicut mos eſt condemnatorum de hæreſi, vt ſuis iudicibus maledicere, & hæreſim obijcere ſoleant, cùm veritate fuerint manifeſtiſſima ſuperati. ad quæ omnia pleniorem reſponſionem fecimus in reſponſione ſynodali, data in noſtra generali congregatione Nonis huius menſis Octobris. Renouat etiam pœnas, quas aduerſus ſuppoſita huius ſanctæ ſynodi, eo quòd ſuæ prætenſæ & erroneæ translationi non parebant, iamdudũ anno præterito in conuenticulo Ferrarienſi promulgauit. Cùm itaq; ex dicto libello omnibus conſtare poſsit, quomodò præfatus Gabriel in crimine hæreſis ac ſchiſmate, de quibus condemnatus eſt, ſe pertinaciùs obduratum reddebat, & magis ac magis ſe hæreticum comprobet, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus hæc ſancta ſynodus præcipit atq; mandat, vt iuxta verbum Moſis ſerui Dei dicentis, Recedite à tabernaculis hominum impiorũ, à tabernaculo & conſortio ac omni adhærentia ipſius Gabrielis, tanquam à Chore, Dathan & Abiron authoribus ſchiſmatis recedãt cum effectu, illumque omnino deuitent, iuxta præceptum Apoſtoli in epiſtola ad Titum, qua dicit: Hæreticum hominem poſt primã & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit proprio iudicio condemnatus. Nam etiã iuxta doctrinã Ioannis in ſecunda canonica ſua, Non habenti doctrinam Eccleſiæ nec eſt dicendum, Aue. Omnesq; huic diuinæ ſententiæ non acquieſcentes, meritò pertimeſcere habent, quoniam in diſtricto examine diuini iudicij reddituri ſunt rationem, ſi participationem, adhærentiam & fauorem dicto Gabrieli, per generale concilĩ condemnato tanquam hæretico, præſtent. Et quoniam (vt ait beatus Gregorius) illa capitula recipi nõ debent, quorum damnantur authores, ne ex doctrina præfati libelli, quem in confirmationẽ ſuæ hæreſis & ſchiſmatis, dictus Gabriel poſt ſuam condemnationem effeciſſe dicitur, quempiam fidelium in hac re ſeduci contingat, hęc ſancta ſynodus diſtrictiùs inhibet, præcipitatq; mãdat omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, aut alterius cuiuſcunq; eccleſiaſticæ vel ſecularis, etiã ſi vniuerſitates, communitates vel collegia fuerint, ne priuatum libellũ publicare, prædicare, approbare, ſeu defendere præſumant, ſeu eidẽ quouis modo aſſentire, credere, aut fauere, vel eo vti, ſeu vtentibus eo conſilium, auxilium vel fauorem præſtare, neque etiam prætenſis cenſuris, ſeu ſententijs innouationis, declarationis, damnationis, reprobationis, nunciationis, confirmationis & diſpoſitionis in eodẽ libello quomodolibet contentis, quas nullas ac nullius penitus roboris vel momenti eſſe decernimus & declaramus, obedire, attendere, ſeu eas obſeruare, aut vigore earundem ſeu aliorum quorumcunq; mandatorum vel confeſsionũ aut indultorum, quaſcunq; dignitates, etiam ſi cardinalatus, patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales fuerint, vel beneficia, aut alia quæcunq; bona ſuppoſitorum huius ſanctæ ſynodi & eidem adhærentium, quouis modo impetrare, occupare aut detinere, etiã ſi motu proprio eis conceſſa dicantur, vel ipſos ſic impetrantes, occupãtes, vel detinentes, ad poſſeſsionem eorundem recipere vel admittere, ſeu eos in eiſdem ſuſtinere quouis modo præſumant, ſub pœnis fautoriæ ſchiſmatis & hæreſis, necnon alijs pœnis excommunicationis, priuationis, ab omnibus dignitatibus, etiam ſi (vt præmittitur) cardinalatus, patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales, aut pontificales fuerint, beneficijs & officijs & inhabilitationibus ad eaſdem, & interdicti, dudum in octaua tertiadecima, & vigeſimanona, ac alijs ſeſsionibus huius ſanctæ ſynodi, in talia *facientibus, promulgatis, quas hæc ſancta ſynodus innouat, & quas omnes & ſinguli prædicti ipſo facto incurrant, nec ab alio quã ab hac ſancta ſynodo, præterquam in mortis articulo valeant de prædictis abſolui. Et ſi qui huic ſacro concilio incorporati, aut ei adhærentes, vigore mandatorum præfati Gabrielis, olim Eugenij, poſt eius ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali emanatorum, ſuis dignitatibus aut beneficijs quibuſcunq; ſpoliari eſſent, aut ſpoliarentur in futurum, poſsint nihilominùs ſine *aliæ cauſæ cognitione aut requiſitione alterius authoritatis, poſſeſsiones huiuſmodi dignitatũ & beneficiorum per ſe vel per alios reintrare & recuperare, alijs pœnis contentis in decretis noſtris ſemper in ſuo robore duraturis. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, tertio calendas Nouembris, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante.

Num.16.d
Pſalm.105.
Tit.3.c
*facientes
*aliæ

Aliud decretum de electionibus.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Magna nobis eſt ſolicitudo, vt electiones paſtorum, quibus incumbit regere gregem dominicum, ritè celebrentur, & quantum poſsibile eſt, cuncta remoueantur quę ipſarum puritati obuiare poſſunt. Quia verò ſæpiùs cõtigit hactenus, monaſteriorum & eccleſiarum prælatis decedentibus, & eorũ corporibus tumulatis, propter expectationẽ abſentium vocandorum ex locis longinquis, Eccleſias ipſas & monaſteria vacantia interim diſpendia plurima ſuſcepiſſe, & propter diuturni interim expectati temporis ſpatium, varia rogamina & precum ſubornationes factas fuiſſe, vndè eccleſijs ſæpiùs magnæ iacturæ proueniſſe noſcũtur: ſtatuit & ordinat hæc ſancta ſynodus, quòd decæterò ad electiones de perſonis ad Eccleſiarum & monaſteriorũ regimina faciẽdas, vbi abſentes hactenus vocari conſueuerunt, non teneantur illi de capitulo vel conuentu, in quo electio facienda fuerit, aliquos vocare abſentes in locis vltra duas diætas ab ipſa Eccleſia vel monaſterio diſtantibus exiſtentes, canonibus aliter diſponentibus nõ obſtantibus quibuſcunq;. Et idem in electionib⁹ ad quaſcunq; dignitates faciendas intelligatur. Per hoc tamen priuilegijs, ſtatutis & conſuetudinibus illarum eccleſiarum & monaſteriorum, in quibus ad ipſas electiones faciendas prælati religioſi aut alij de alijs eccleſijs aut monaſterijs vocandi ſunt, nõ intendimus in aliquo derogare. Prædicta quoq; in caſu electionũ duntaxat volumus intelligi, alijs caſibus, in quibus abſentes vocandi ſunt, in diſpoſitione iuris communis remanẽtibus. Inſuper, quoniã in modo & forma eligendi eccleſijs & monaſterijs prælatos, maximè cùm in eorum electionibus per viã ſcrutinij proceditur, multa requiruntur à iure obſeruanda, quorũ omiſsio huiuſmodi electiones nullas reddit, vel ſaltem annullandas, vndè diſpendia & quàm plurima diſcrimina eiſdem eccleſijs & monaſterijs hactenus ſæpenumerò euenerunt, & continuò in poſterum euenire poſſent, ad obuiandum eiſdẽ diſcriminibus & diſpendijs, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quòd ſuperiores, ad quos earundẽ electionũ ſpectat cõfirmatio, electiones quaſlibet huiuſmodi, dummodò illas alias à maiori parte capitulorum ſeu conuentuũ, eccleſiarum & monaſteriorũ huiuſmodi, priùs tamen vocatis vocandis, & communione ſuſcepta & iuramentis præſtitis primitus, iuxta formam decreti noſtri deſuper editi de perſonis idoneis celebratas cognouerint, ſuper reliquis formã concernentibus, iuxta traditionem canonum, abſq; tamen malitia & fraude omiſsis, ad confirmationes huiuſmodi electionum procedere, & cum taliter electis, cùm ipſarum qualitas & eccleſiarum vtilitas perſuaſerit, vt ijdẽ in eccleſijs & monaſterijs eiſdem præeſſe, ipſasq; in ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare, ac diſpenſare poſsint & valeant. In poſtulationibus tamen quorumcunq; nullatenus iuramenta & cõmunio, ſicut nec in electionibus obmittantur, conſtitutionibus eiſdẽ in contrarium facientibus, nõ obſtantibus quibuſcunq;. Datum Baſileæ in ſeſsione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio calendas Nouembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, Apoſtolica ſede vacante.

Aliud decretũ confirmationis nominatorum ad eligendum papam & deputatorum in conclaui.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, ad futuram rei memoriam. Nuper in decreto noſtræ 37. ſeſsionis ſuper electione Romani pontificis promulgato, inter cætera ſtatuimus, quòd vnà cũ dilecto Eccleſiæ filio Ludouico tituli S. Cæciliæ cardinali, Arelatenſi vulgariter nuncupato, & alijs cardinalib⁹ ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi qui ante conſummatam electionẽ aduenirent, & ipſi electioni intereſſe vellent, alij triginta duo tam de prælatis, quàm de cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris aſſumerẽtur, qui, p hac vice authoritate hui⁹ ſanctæ ſynodi ipſum Romanum pontificẽ eligere haberent, ita vt ille ab vniuerſali Eccleſia ſummus pontifex habeatur, qui à duabus partibus omniũ prædictorũ fuerit electus, prout hæc omnia in prædicto decreto latiùs continẽtur, inter quos triginta duos nominauimus & elegimus dilectos Eccleſię filios Thomã abbatem de Dondraina ordinis Ciſtertienſis, diœceſis Candidę caſæ, Ioannem de Segobia archidiaconũ de Villauiſoza in Eccleſia *Ouetenſi, Thomam de Courcellis canonicũ Ambianenſem, in ſacra theologia magiſtros, committentes eiſdem plenariam facultatem eligendi, ſi vellent, ac aſſumendi ſecum vnum, duos aut tres alios, (prout eis videretur) qui aſſumpti & electi ſimilem & eandem ſecum poteſtatẽ haberent & facultatem, mandato, vice & authoritate huius ſacri Baſileenſis concilij, nominãdi & eligendi reſtantes electores ipſius futuri Romani pontificis, & etiam alios officiarios pro conclaui neceſſarios, ita quòd nullus per eos eligendus aut nominãdus, cenſeretur eſſe electus & nominatus, niſi à maiori parte prędictorũ eligentiũ nominatus eſſet & electus. Quibus iniunximus, vt reciperent, & nominarent ipſos reſtantes electores ex toto corpore

Baſileenſis concilij ſeſsione 37. quæ incipit conſolabitur domi. nus Sion.
*Onetenſi

pore Concilij, habendo reſpectum ad nationes & deputationes in hoc ſacro Concilio exiſtentes, quantùm fieri poſſet. Recepimusque ab ipſis tribus prænominatis iuramentum, quòd eligerent viros timoratos & idoneos, quodque non reuelarent electos per ipſos, vſq; ad publicationem eorundem in generali congregatione aut ſeſsione, ſed ipſam electionem ſic per eos factam, clauſam ſub eorum ſigillis reponerẽt in aliquo loco tuto ſub fida cuſtodia, vſque ad illam diem publicationis. Volentes autem tres prædicti deputati noſtri commiſsionem ſibi per nos factam exequi, coaſſumpto ſibi dilecto Eccleſiæ filio Chriſtanno de Gretzregine in theologia magiſtro, præpoſito Eccleſiæ ſancti Petri in Bruna Olomucenſis diœceſis, die quinto Calendas Nouembris in domo fratrũ Minorum Baſileenſiũ conuenientes, elegerunt & nominârunt tam de prælatis, quàm de cæteris vſque ad complementum numeri trigintaduorum, ipſis in eodem numero ex noſtra ordinatione comprehenſis, quos in certa ſchedula deſcripſerunt, & eandem clauſam ſub ſigillis eorum, in loco tuto ſub fida cuſtodia repoſuerunt, vſq; ad diem publicationis fiendæ. Subſequenter verò die quarto Calendas eiuſdem menſis Nouembris in noſtra generali congregatione in hoc ſpecialiter indicta, præfatam ſchedulam aperientes, nominationem & electionem ſic per eos factam publicauerunt, in qua perſonæ infraſcriptæ, nominatæ & deputatæ ſunt ab eiſdem pro electoribus futuri Romani pontificis: Ioannes archiepiſcopus Tarentaſienſis, Otho Dertuſenſis, Georgius Vicẽſis, Franciſcus Gebbennenſis, Ludouicus Vicenſis, Bernardus Aquenſis, Guilhelmus Vercellenſis, Georgius Auguſtenſis, Ioannes Eporedienſis, Fredericus Baſileenſis, Ludouicus Taurianenſis Eccleſiarum epiſcopi, *Alerannus S. Benigni fructuarienſis ordinis ſancti Benedicti Eporedienſis diœceſis, Iacobus de *Seguſio ordinis ſancti Benedicti Taurinenſis diœceſis, Conradus de Lucella Ciſtertienſis ordinis Baſileenſis diœceſis, Raymud' Conchẽſis ordinis ſancti Benedicti Ruthenenſis diœceſis, Petrus ſancti Cucufatis eiuſdẽ ordinis Barchinonenſis diœceſis, Thomas de Dondraina ordinis Ciſtertienſis Candidæ caſæ diœceſis, Antonius Arularum ordinis ſancti Benedicti Elnẽſis diœceſis monaſteriorũ abbates, Ioannes de Segobia archidiaconus de Villauiſoza in eccleſia Onetenſi, Chriſtianus de Gretzregine præpoſitus ſancti Petri in Bruna Olomucenſis diœceſis, Nicolaus Thibout pœnitẽtiarius Conſtantienſis Rothomagẽſis prouinciæ, Thomas de Courcellis canonicus Ambianenſis, Ioannes de Valle rector parochialis Eccleſiæ de pleneor Leonenſis diœceſis in theologia magiſtri, Guilielmus Hugonis archidiaconus Metenſis legum doctor, frater Ioannes de Monte Canuto præceptor domus ſancti Antonij de Rennerſo Taurinenſis diœceſis, Derzelaus archidiaconus Cracouienſis, Bernardus de Boſco canonicus Ilerdenſis, frater Bartholomæ⁹ de Prouanis præceptor domus ſancti Antonij de Clauaſio Eporedienſis diœceſis, Ioannes Vuiler decanus ecclеſiæ Baſileenſis, Raymundus Albioli canonicus Turiaſſonenſis decretorum, Henricus de Iudæis legum doctores, Iacobus de Saltzburga licentiatus in iure canonico canonicus Ratiſponenſis. omnes ſupraſcripti ſunt in ſacerdotio conſtituti.

*Aleramus

*Pegutia

Nomina verò perſonarum, quas in alijs officijs neceſſarijs pro conclaui deputauerunt, ſunt hæc: Ludouicus epiſcopus Lauſanenſis, pro locum tenente camerarij durante ipſo conclaui.

Pro cuſtodibus conclauis, Perceuallus Bellicenſis, Nicolaus Groſſetanus epiſcopi, Ioannes ſancti Michaelis de Cluſa, ordinis ſancti Benedicti Taurinenſis diœceſis, Franciſcus Abundantiæ ordinis ſancti Auguſtini Gebennenſis diœceſis monaſteriorũ abbates, Franciſcus de Fuſce ordinis Minorum magiſter in theologia, Vuilhelmus de Conſtantia legum doctor canonicus Spirenſis, Ioannes de Turicella decanus Segobricenſis, Theodoricus Nagel canonicus Rigenſis.

Pro clericis cæremoniarũ gratia, Aeneas de Senis Tridentinenſis, Michael Brumenſis Beluacenſis Eccleſiarum canonici notarij Apoſtolici. Pro promotoribus, Hugo Berardi, Ioannes Sletzenrode. Pro procuratore fiſcali, Robertus Maynani. Pro ſoldano, Petrus de atrio. Deinceps autem loco Bernardi epiſcopi Aquẽſis, qui allegatis per eum pluribus cauſis, ab ingreſſu conclauis & officio electiõis ad quod deputatus erat, ſe excuſauit, habitis deliberationibus in ſacris deputationibus, loco eius in noſtra generali congregatione nominauimus & deputauimus Ludouicum epiſcopum Maſilienſem. Hanc itaq; nominationem, electionem & deputationem tam debentium eligere ſummum pontificẽ, quàm officiariorum neceſſariorum pro conclaui, præſenti decreto eadem ſancta ſynodus approbat & confirmat, eamq; validam eſſe, atq; in omnibus vim, robur & effectum habere decernit & declarat, ſupplens ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſsis.

Aeneas iſte poſteà fit Pius ſecundus, & damnata cõtra Eugenium.

Datum in ſeſsione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio Calendas Nouembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

SES-

SESSIO XXXIX.

Confirmatio electionis Papæ electi.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Deus patrum noſtrorum & dominus miſericordiæ, qui fecit omnia verbo ſuo, etſi de omnibus à ſe creatis prouidentiam gerat, cuncta certo gubernans ordine, ſpeciali tamẽ cura dilectam ſuam Eccleſiam ſemper dirigit, pro qua vnigenitum ſuũ dedit, conſolans eam iugiter per ſpiritum paracletum, qui ipſam in afflictionibus adiuuat, in perſecutionibus cõfortat, in tribulationibus lætificat, nec eam quibuslibet tentationib⁹ ſeculi huius vinci aut ſuperari permittit. In cuius glorioſo nomine congregata hæc ſancta ſynodus, authoritate duorum præcedentiũ conciliorum & duorum Romanorum pontificum, dum reſtaurationem legis *diuinæ & ſacrorum canonum, reformationemq; morum ſolicito perquiſiuit ſtudio, ſimul etiã extirpationem hæreſum, pacificationemq; Chriſtianorum principũ multis proſequẽs laborib⁹, varias aduerſitates pertulit, & propter veritatem & iuſtitiã plurimas perſecutiones perpeſſa eſt. Adiuuante tamen virtute Dei, ſedulò perſeuerauit in proſecutione ſanctæ reformationis Eccleſiæ pro honore Dei & ſalute omnium animarum. Cùm autem hoc opus ſelices progreſſus habere non poſſet propter aduerſitates & reſiſtẽtias plurimas, quas Gabriel, olim dictus Eugenius papa quartus in contrariũ opponebat, decreta ſalubria & ſacros canones contemnẽs & paruipendens, authoritatemq; ſacrorum conciliorum verbis & factis conculcans, determinationes fidei catholicę per Eccleſiam factas pertinaciter impugnando, & abuſibus varijs atq; criminibus Eccleſiã Dei notoriè & incorrigibiliter ſcandalizando, prout in proceſsibus ſuper hoc deductis, latiùs continetur: vbi tandẽ apud eum nulla proficiebat admonitio, oportuit ad alia iuris remedia recurrere, & à ſummo pontificio, quod nimiùm damnoſe & inutiliter adminiſtrabat, eundem deponere. Poſt quam depoſitionẽ cùm quatuor menſes & ampliùs eſſent effluxi, conſiderãtes quàm grauibus ſit *circundata diſpendijs, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, ſicut exacti conſideratio temporis edocet, ad electionẽ noui pontificis procedere duximus, repetitis priùs in noſtra publica ſeſsione trigeſimaſeptima illis, quæ dudũ de electione ſummi pontificis in hoc Concilio fienda, in euentum vacationis ſedis Apoſtolicæ ipſo cõcilio durante, in quarta & ſeptima ſeſsionibus eiuſdẽ ſanctæ ſynodi ſtatuta & ordinata fuerant. Et facta ſolenni declaratione, quòd pro hac vice electio Romani pontificis fienda & celebranda erat per hoc ſacrũ Baſileenſe Concilium ſeu eius authoritate, atq; etiam ordinatione per decretum præfatæ trigeſimæſeptimæ ſeſsionis, quod vnà cum dilectiſsimo Eccleſiæ filio Ludouico tituli ſanctæ Cæciliæ Romanæ Eccleſiæ presbytero cardinali, Arelatenſi vulgariter nuncupato, præſente & præſidente in hoc ſacro Concilio, & alijs ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, ſi qui ante conſummatam electionem futuri Romani pontificis aduenirẽt, & huic ſacro Concilio adhærentes, eidem electioni intereſſe vellent, alij tam de prælatis, quàm de cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris in ſacerdotio, aut ſaltem in diaconatus ordine conſtituti vſq; ad numerum trigintaduorum, per eandem ſanctam ſynodum ad prędictam electionem faciendam, in generali ſua congregatione ac in ſeſsione publica nominandi & deputandi, poteſtatem haberent, prout ſecundum Deum & ſuas conſcientias eiſdem videretur, hac vice liberè eligendi ſummum pontificem authoritate huius ſanctæ ſynodi: ita vt ille abſq; vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia ſummus pontifex haberetur, qui ab omnibus prædictis ſic debentibus pro hac vice eligere, aut ſaltem à duabus partibus ipſorum eſſet electus, & conſenſum ſuum iuxta formam in eodem decreto ordinatam præſtaret, ſecundum cuius decreti diſpoſitionem trigintaduo archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali dignitatibus, & graduum ac ſcientiarum titulis inſigniti, nominati & deputati in noſtra generali cõgregatione ac demum in ſeſsione publica, quorum nomina, dignitates, gradus & ordines hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſsis, die tertio Calendas huius menſis Nouembris, celebrata Miſſa ſolenni per præfatum cardinalem Arelatenſem, ac per ſingulos ipſorum ſuſcepto diuinæ Euchariſtiæ ſacramento de manu eiuſdem Cardinalis, in præſentia totius cleri & populi & iuramentis ſolennibus præſtitis, ipſi pariter cum eodem Cardinali conclaue intrauerunt, in ea domo ciuitatis Baſileẽſis, in qua deputatio pro communibus teneri conſueuit. Vbi cum magna deuotione ſeptem diebus inſiſtentes, quinque ſcrutinia ſucceſsiuè de manè diuerſis diebus celebrata Miſſa, & inuocata Spirituſſancti gratia peregerunt. Et tandem facto quinto ſcrutinio ea hora, qua proceſsio huius ſacri Concilij domum præfatam circuibat, cantando hymnum, Veni creator ſpiritus &c. compertum eſt, religioſum & nobilem virum Amedeum ducem Sabaudiæ in ſolitudine Ripalię Gebennenſis diœceſis, iam à pluribus annis in virtute continentiæ honeſtè conuerſantem, &vir-

Hic ſolus cardinalis Arelatenſis Baſileenſiũ adiutor fuit contra Eugenium.

Hic Amedeus poſteà ſpõtè ſe abdicauit pontificatu, rogatus ab imperatore Friderico.

& virtutum Domino in ſpiritu humilitatis ac ſimplici & humili habitu deſeruientem, in ſummum pontificem vniuerſalis & Romanæ Eccleſiæ eſſe electum, iuxta præfati decreti noſtri 37. ſeſſionis diſpoſitionem. Quæ quidem electio poſtmodùm, aperta feneſtra conclauis, fuit per prædictum dominum cardinalem Arelatenſem publicè nunciata, decantatoq́; Te Deum laudamus, per omnes ſuprà dictos ad eligendum deputatos, concorditer ſuper electione ipſa Deum glorificantes, & orationibus conuenientibus ſubiunctis, ipſi à conclaui exierunt in pluuialibus & mitris, alijsq́; habitibus condecentibus, prout ſtatui vniuſcuiuſq́; competebat, concomitantibusq́; prælatis & alijs ſuppoſitis huius ſacri concilij, ac proceſſionibus omnium collegiorum & conuentuum huius ciuitatis Baſileēſis, cum reliquijs & decentibus ornamentis, populiq́; multitudine copioſa, Eccleſiam maiorem Baſileenſem adierunt, vbi ipſi prælati & alij de ſacro Concilio vnanimiter Deo gratias retulerunt. Iteratoq́; ſæpedictus dominus cardinalis Arelatenſis in ambone, præſentibus omnibus electoribus deputatis, & in hoc conſentientibus, atq; idipſum approbantibus, retulit, quomodo ipſa electio ritè & canonicè fuerat celebrata, notarijs Apoſtolicis, qui in conclaui fuerant, etiam idem atteſtantibus. Quæ omnia conſiderans hæc ſancta ſynodus, & ſpem magnam gerens in domino, quòd præfatus Amedeus pro ſapientia, experientia, iuſtitia, clementia & cæteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſalutis efficiet in populo Dei, fidem conſeruando, mores reformãdo, pacemq́; componendo inter principes Chriſtianos atq; populos, velut ſanctitatis amator & pacis cultor, qui cum omnibus pacem, & cum nullo differentiam aut diſcordiam habere famatur, domui ſuę benè & laudabiliter præpoſitus, grandiumq́; populorũ prudentiſsimus gubernator, & in rebus eccleſiaſticis & ſpiritualibus non mediocriter exercitatus, habita ſuper hoc in quatuor deputationibus omnium ſuppoſitorũ huius ſacri Concilij con cordi & vnanimi deliberatione, & demum in generali cõgregatione concluſione ſubſecuta, ipſam electionem laudat, recipit & approbat, & ex abundanti & ex certa ſcientia hoc præſenti decreto ratificat & confirmat, declarans eundem Amedeum abſq; vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia teneri, haberi & reputari debere, electum in verum & legitimum ſummum & Romanum pontificem. Et hoc ipſum per præſentis decreti publicationem ad notitiã volumus deduci cunctorum.

Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata xv. Calendas Decembris, anno à natiuitate Domini 1439.

SESSIO XL.

De conſenſu Felicis quinti electi in Papam, tunc ducis Sabaudiæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cùm (ſicut ait beatus Hilarius) propriũ Eccleſiæ eſſe ſoleat, vt tunc vincat, cùm lęditur: tunc intelligat, cùm arguitur: tunc ſecura ſit, cùm ſuperata videtur: arca enim per quã Eccleſia deſignatur, eleuata eſt in ſublime: confidit hæc ſancta ſynodus, quòd ille qui poſt nubilum dat ſerenum, inclytam ſponſam ſuam ſuccedentibus turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto reſpiciet, non ferens eam in ſui nominis iniuriã diutiùs conculcari. Ipſa etenim ſynodus poſuit in domino ſpem ſuam, & factus eſt protector eius, nec miſericordiam ſuam abſtulit, qui varijs aduerſitatum generibus cõgrua appoſuit remedia, prementib⁹ quidem grauibus calamitatibus, & irruentibus perſecutionibus aduerſus Eccleſiam ipſam & authoritatem eius, excitauit eandem ſanctam ſynodum ſpiritus paracletus, vt ad electionem noui paſtoris & Romani procederet pontificis, qui ſe opponeret murum pro domo Iſrael. Quæ quidem electio tandem cum ſolennitate congrua in eadẽ ſynodo ritè & canonicè celebrata extitit, de perſona ſanctiſsimi Felicis quinti, tunc Amedei ducis Sabaudiæ, ac decani militum in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis, in humilitatis ſpiritu domino famulantiũ, prout decreto 39. ſeſſionis dictæ ſynodi ſuper hoc confecto pleniùs continetur. Cuius tenor talis eſt:

Sacroſancta &c. ad perpetuã rei memoriam.

Deus patrum noſtrorum &c. Poſt cuius quidem decreti publicationẽ præfata ſynodus dilectiſsimum Eccleſiæ filium Ludouicum tituli S. Cæciliæ presbyterum cardinalem, Arelatenſem vulgariter nuncupatũ, & de latere & alios legatos & oratores ſuos, videlicet pleroſque epiſcopos, abbates, magiſtros & doctores iuris diuini & humani, nobilem virũ Ioannem comitẽ in Tyerſteyn, protectoris dictæ ſynodi Imperiali authoritate deputati vicegerentem, & certos milites ad eundem electũ tranſmittentes duxit, vt ipſi electionem præfatã præſentarent & conſenſum eius expoſcerent & requirerent, iuxta formã in decreto trigeſimæſeptimæ ſeſſionis præfatæ ſynodi ſtatutam & ordinatã. Quibus quidẽ legatis & oratoribus in præfati electi præſentia conſtitutis, ipſumque præſentato ſibi die, videlicet Iouis, decimoſeptimo menſis Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trige-

trigeſimonono, decretò electionis prædictæ ex parte eiuſdẽ ſynodi ſupplici precum inſtantia repetitis vicibus requirentibus, quatenus pro conſolatione Eccleſiæ Dei, in maximis his temporibus aduerſitatibus & tribulationib⁹ conſtitutæ, electioni huiuſmodi acquieſcere, & conſenſum præſtare, aliaq́; ad quę iuxta decretum trigeſimæſeptimæ ſeſſionis huiuſmodi tenebatur, facere & adimplere dignaretur, idem electus tunc in magna (vt cernebãtur) ſpiritus anxietate conſtitutus, mœrore compreſſus, cùm hinc deſiderium quietis, cui ſub ſuaui contemplatione, depoſita temporalium negociorũ cura, vacare delegerat in ſolitudine prædicta, retraheret, & humanę conditionis infirmitas oneris & laboris magnitudinẽ refugeret, hincq́; vniuerſalis Eccleſiæ authoritas & Reipublicæ neceſsitas impelleret: & licet diutiùs trepidauerit, ignorans, quid conſultiùs ageret in præmiſsis, poſt multiplices ſeorſum cum grauibus perſonis habitas conſultationes, metueus etiam (vt dicebat) ne ipſius ſic ad vniuerſalis Eccleſiæ & Reipublicæ miniſterium neceſsitate cogente vocati, contradictionis reluctatio diuinã contra ſe indignationem prouocaret, & grauioris forſan diſpendij in Eccleſia Dei occaſionem induceret, non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, ſed obſequendi neceſsitate impulſus, & affectu publicæ ſalutis procurandæ, in humilitatis ſpiritum tanti oneris ſarcinæ humeros ſuppoſuit, & ſe Apoſtolicæ ſolicitudinis iugo ſubmiſit, electioniq́; de eo factæ, genibus flexis, exortisq́; lachrymis, etiam infra ſtatutũ ad hoc in decreto 37. ſeſſionis huiuſmodi terminum, ad laudem Dei omnipotentis deuotè conſenſit, & humiliter acquieuit, ac per dictum cardinalem, quo vocari vellet nomine, interrogatus, (prout moris eſt in Romanum pro tempore pontificem electo) Felix nomen duxit ſibi eligendum, chlamyde & caputio, quibus tunc vtebatur, depoſitis, etiam genibus flexis, profeſsionẽ, iuxta præfatæ 37. ſeſſionis continentiã atq; formam, emiſit, & propria manu ſubſcripſit, die & anno ſuperiùs expreſsis, cuius quidem profeſsionis tenor talis eſt:

Felix quintus.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & ſpirituſſancti, ego Felix electus in Papam, omnipotenti DEO, cuius Eccleſiam ſuo præſidio regendam ſuſcipio, & beato Petro Apoſtolorum principi, corde & ore profiteor, quandiu in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam ſecundum traditionem Apoſtolorum & generalium conciliorum & aliorum ſanctorum patrum, maximè autem ſanctorum octo conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Niceni, ſecundi Cõſtantinopolitani, tertij Epheſini, quarti Chalcedonẽſis, quinti & ſexti item Conſtantinopolitani, ſeptimi item Niceni, octaui quoq; Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis generalium etiam conciliorum, & illam fidem vſq; ad vnum apicem inuiolatam ſeruare, & vſq; animã & ſanguinem confirmare, defenſare, & prædicare, ritumq́; pariter ſacramentorum eccleſiaſticorum Eccleſiæ traditum, omnimodè proſequi & obſeruare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morum, executione & obſeruatione decretorũ Conſtantienſis & Baſileenſis conciliorum, ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiam proſequi celebrationem conciliorum generalium & confirmationem electionum, iuxta decreta ſacri Baſileenſis concilij. Hanc autem profeſsionẽ mea manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi iudicij redditurus ſum de hoc & alijs meis operibus rationẽ, pura mente ſuper altare offero, quã in primo publico conſiſtorio ſolenniter repetam.

Quibus peractis, cardinalis alijq́; legati & oratores prædicti iuxta commiſsionẽ & poteſtatem eis traditam, ipſum electum, depoſitis ſibi indumentis conſuetis, per traditionem veſtis albi coloris & annuli de papatu inueſtierunt, & alba pluuiali cæterisq́; ornamentis papalibus congruentibus induerũt, & in cathedra poſuerunt. Ipſe cardinalis, alijq́; epiſcopi, prælati, principes, comites, barones, & nobiles reuerentiã & obedientiam Romanis pontificibus exhiberi ſolitas ſibi exhibẽtes, in proceſſione ſolenni cruce præcedente, more papali (vt decuit) ad Eccleſiã monaſterij S. Mauricij ordinis S. Auguſtini in dicta ſolitudine conſtitutã, proceſſerunt. Et dum ipſe electus fuit ante altare proſtratus, diu orauit, & hymni, Te Deũ laudam⁹, decantatione finita, & Pater Noſter, & alijs ſuffragijs & collecta conſuetis per dictũ cardinalem dictis, eundem electũ inthronizauerunt, ipſum ſuper altare maius dictæ Eccleſiæ eleuantes. Demũ ipſe electus adſtantibus ibidem ſolennem benedictionem dedit, & indulgentias conceſsit, in his omnib⁹ decentibus & congruis ſolennitatibus obſeruatis. Quæ quidem præmiſſa omnia ſex notarijs publicis & decẽ ad hoc ſpecialiter requiſitis teſtibus, pleriſq; prælatis, principibus, comitibus, baronibus, nobilib⁹, magiſtris, doctoribus & alijs inſignibus & notabilibus viris ibidem præſentibus, & iſta atteſtantibus, geſta fuere, prout in inſtrumentis publicis, quorum tenores ipſa ſynodus præſenti decreto habet, & haberi vult pro ſufficienti expreſsis, pleniùs continetur.

Declaratio quòd domino Felici ſit obediendum.

Præfata igitur ſacra ſynodus, quę electionem Felicis, tunc Amedei, huiuſmodi eius ſolennã

solenni decreto cunctis Christifidelib⁹ publicari curauit, consensum per eundem electum dictæ electioni præstitum, ac summi apostolatus acceptationē hoc præsenti decreto publicat, & ad notitiā deducit, & deduci vult singulorum, ipsasq; electionē, acceptationem, consensus præstationem, professionem, inuestiturā & inthronizationem gratas & ratas habens, authoritate vniuersalis Ecclesiæ ex certa scientia approbat, roborat, & confirmat, decernens & declarans eidem electo tanquam vnico, vero & indubitato Ecclesiæ Romanæ pastori, ab omnibus Christifidelibus de necessitate salutis obediendum fore & debere obediri, ac eisdem Christifidelibus, quacunque etiam si Imperiali, cardinalatus, patriarchali, regali, pontificali, abbatiali, seu alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, aut principatus, ducatus, marchionatus, comitatus seu cuiusuis alteri⁹ dominij titulo potiantur, necnon ciuitatū communitatibus, oppidorum, villarum & locorum ac studiorum quorumcunq; vniuersitatibus, & ecclesiarum tam metropolitanarum aliarum cathedralium, quàm collegiatarum capitulis & monasteriorum conuentibus, necnon ordinum mendicantiū generalibus ministris & prouincialibus, ac quibuscunq; alijs cuiuscunq; dignitatis præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, sub obtestatione diuini iudicij, necnon excommunicationis, suspensionis & interdicti, ac priuationis omnium dignitatum, bonorum & officiorum ecclesiasticorū & temporalium, iuriumq;, feudorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunq; pœnis, quas & alias iuris pœnas, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, generales ministri & prouinciales magistri & doctores, capitula, conuentus, cęteriq; supranominati & alij ecclesiastici quicunq; mandatis huiusmodi inobedientes, seu in aliquo contrauenientes, ipso facto incurrant. Ad ipsas verò pœnas contra reges, principes, duces, marchiones, comites, barones, milites & alios dominos temporales & seculares personas quascunq;, quæ similiter inobedientes & rebelles fuerunt, ipsa sancta synodus vniuersalis Ecclesiæ, seu ipse Felix sua Apostolica authoritate procedere curabit, iustitia mediante, authoritate Dei omnipotentis & eiusdem vniuersalis Ecclesiæ districtè præcipit atque mandat, quatenus eidem electo, vero & indubitato dictæ Romanæ Ecclesiæ pastori reuerenter (vt tenentur) obediant & intendant. Et insuper omnia & singula indulta, literas, processus, sententias, censuras & mandata prætensa per Gabrielem, olim Eugenium papam quartum, qui tanquam schismaticus, hæreticus & alijs diuersis criminibus, quibus Ecclesiam Dei incorrigibiliter scandalizabat, irretitus, ab omni gradu, honore & dignitate papali per præfatam synodum iusto iudicio depositus & amotus extitit, seu eius authoritate quomodolibet concessa, promulgata de facto, quæ præmissis obuiare possint, prout sunt, cassa, irrita & inania, nulliusque roboris vel momenti fore decernens pariter & declarans, vniuersis Christifidelibus supradictis sub prænominatis & alijs in decreto depositionis & admonitionis dicti Gabrielis, quod incipit: Prospexit dominus de excelso sancto suo, contentis, vtpotè fautoriæ schismatis & hæresis, & alijs etiam iuris pœnis, quas contrafacientes & rebelles ipso facto incurrant, inhibet ne præfato Gabrieli sic depositō & amoto, eiusq; mandatis, nuncijs & literis, aut exinde secutis processibus, sententijs & censuris prætensis quomodolibet obediant, pareant, seu ea exequātur, aut exequi faciant seu procurent eidem Gabrieli seu nuncijs, mādatis, literis & prætensis processib⁹, sententijs & censuris suis huiusmodi vtentibus, vel ea exequentibus, assistentiam, auxilium, consilium vel fauorem præstare præsumant, decretis alijs eiusdem synodi in suo robore nihilominùs duraturis. Datum Basileæ in sessione nostra publica, in maiori ecclesia Basileensi solenniter celebrata, quarto calendas Martij, anno à natiuitate domini 1440.

Basileensis concilij sessione 34.

SESSIO XLI.

In qua condemnantur quidam libelli scandalosi &c. per Gabrielem olim Eugenium papam quartum editi.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Licet (vt sacrorum canonum apertè testatur authoritas) condemnatis de hæresi & ab Ecclesia Dei *seiunctis, nulla super catholicos iudicādi sit attributa vel permissa potestas, ac fidelibus Christicolis quæuis illorū communio sub grauissimis iuris diuini pariter & humani pœnis sit penitus interdicta: quia tamen inualescente hominū malitia ac humani generis inimico, omnium hæresum satore procurante, plerunq; nonnulli taliter damnati, sic suos obdurant animos, in sua pertinacia gloriantes, & vniuersalem Ecclesiam ac sibi deuotos sub prætenso colore iudicialis sententiæ libellis scandalis & contemptibus plenis, in vniuerso afficere & perturbare non verentur: non solum debitum, sed & necessarium reputamus, vt contra damnabiles huiusmodi ausus debita ordinemus antidota, dignaq; animaduersione contra talium fautores arctiùs exurgamus.

*præcisis

Nuper

Nuper siquidem dum Gabriel, olim Eugenius papa quartus nuncupatus, multiplicia & enormia crimina vniuersalem Ecclesiam Dei scandalizantia, quę adeò notoria erant, quòd nulla tergiuersatione celari poterāt, perpetrauerat, & Ecclesiam audire, ac præceptis, statutis & ordinationibus synodalibus obedire contemneret, hæc sancta synodus necessarium esse iudicans, vt cui pia nō proderat correctio, debita nō parceret abcisio, postquam in multa longanimitate, patientia & mansuetudine post plures admonitiones expectauerat eundem, vt salutarē emendationem & criminum prædictorum correctionem efficeret, tandem cùm ampliùs differre non posset, quo minùs fidei catholicæ & saluti vniuersæ Christianæ religionis sub auxilio spiritus paracleti prouideretur, eadem sancta synodus in sessione publica Basileæ 7. calendas Iulij, anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono solenniter celebrata, per suam sententiam inter alia dictum Gabrielem fuisse & esse notorium & manifestū schismaticum & hæreticum, ac diuersis alijs criminibus vniuersalem Ecclesiam scandalizantibus, irretitum, eumq; propterea à papatu & Romano pontificio ipso iure priuatum esse declarauit, pronunciauit, ac ipsum ab eisdē amouit & depositum, inhibendo singulis fidelib⁹ sub grauib⁹ pœnis tunc expressis, ne eidem Gabrieli sic priuato & depositō, tanquam summo pontifici obedirēt, parérent, vel intenderent, aut eum quouis modo sustinerent, aut receptarent, aut auxiliū, consilium vel fauorem præstarent, prout in sententia & decreto nostris desuper confectis, plenius continetur. Cùm autem (sicut accepimus) nuper quædam famosa scripta, scandalosa, iniuriosa, schismatica, à fide deuia, & hæretica, quam ipse sententiam diffinitiuam appellat, quæ incipit: Quoniam sanctorum patrum sententia &c. per quam dictus Gabriel inter alia sanctissimo domino nostro Felici quinto in Romanum pontificem electo, vero, vnico & indubitato Christi vicario, & eius Felicis quinti electoribus, per hoc sacrū concilium cum debita maturitate & prouidentia circunspecta ad hoc tunc ordinatis, ac alijs qui conclaue pro electione Romani pontificis in hac sancta synodo ingressi fuerunt, & in ea interuenerunt, eisq; credentibus & adhærentib⁹ conuicia plurima & turbationes in suis personis, dignitatibus, beneficijs & rebus temerè & calumniosè inferre molitus est, decernendo & declarādo eos fuisse & esse dignitatibus & beneficijs ac officijs suis priuatos, & inhabiles ad eadem, licet de facto nomine ipsius Gabrielis emanauerit, & publicata fuerit in vniuersalis Ecclesiæ & dicti Felicis quinti ludibrium, dedecus & contemptū: nos attendentes quòd illorum scripta recipi non debent, quorum damnantur authores, & ne ex dicta scriptura prætensa, per quam idem Gabriel se pertinaciùs obduratum, ac magis & magis hæreticum, & omni crudelitate repletum comprobat, quempiam fidelium in hac re seduci ac turbari contingat, hęc sacrosancta synodus volens (vt tenetur) super hoc salubriter prouidere, prætensam scripturā ac quicquid ex ea secutum est, declarat fuisse & esse omnino irrita & inania, nullumq; debuisse ac debere fortiri effectū, seu nocumentum vel *damnum afferre cuiquam, vel quomodolibet attulisse, ipsaq; quatenus processerunt de facto, & quæ in posterū sequi possent, in irritū reuocat, cassat & annullat. Inhibet quoq;, mandat, atq; præcipit vniuersis & singulis Christifidelibus, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis vel conditionis fuerint, etiam si imperiali, regali, ducali, cardinalatus, patriarchali, pōtificali seu alia quauis ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant, ac ciuitatibus, vniuersitatibus, communitatib⁹, villis, oppidis, castris & collegijs quibuscunq;, sub fautoriæ schismatis & hæresis ac excōmunicationis, quo ad singulares, interdicti verò quo ad ciuitates, vniuersitates, communitates, villas, oppida, castra & collegia prædicta, necnon priuationis omnium & singulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, priuilegiorum & bonorum ecclesiasticorum & mundanorū, ac inhabilitationis ad eadē, alijsq; in dicto & cæteris nostris decretis contentis pœnis, quas contrafacientes & rebelles ipso facto incurrere volumus, ne scripturā & in ea contenta huiusmodi acceptare, publicare, prædicare, approbare seu defendere, aut eisdem quouis modo consentire, vel fauere, nec eis obedire, seu ea attendere, vel obseruare, seu aliarum quarumcunq; prætensarum (priuationum ac processuum indè secutorum, etiā quascunq; censuras continentium, per ipsum Gabrielē damnatum factorum, aut in posterum forsan faciendorum) prætextu, dignitates, beneficia, personas, res & bona Felicis quinti, electorum & aliorum in eadem prætensa scriptura quoquo modo comprehensorū, quouis modo impetrare, occupare, inuadere, perturbare, vel detinere, aut ipsos impetrātes, inuadentes, perturbantes, capientes vel detinētes ad possessionem eorundem, seu aliās recipere, admittere, seu eos in illis sustinere, aliasque ipsis ac dictæ scripturæ ac in eis contentis, alijsq; præmissis assentientibus & illis vtentibus, seu ea publicantibus & defendentibus, auxilium, consilium vel fauorem præstare quoquo modo audeant vel præsumāt, nec præmissa (quantū in eis est) executioni demandari permittant. Datum Basileæ in sessione nostra publica, in maiori Ecclesia Basileensi solenniter celebrata x. Calendas Augusti, anno à natiuitate domini 1440.

*notam

Sententia Eugenij 4. contra Felicem & eius studiosos &c.

SES-

SESSIO XLII.

De prouisione Felicis papæ quinti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu-ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Inſcrutabili diuinæ altitudinis prouidentia ad *extollendum & conſeruandum dominici gregis agrũ, in inuocatione ſpiritusſancti aduna-tos, inter multiplices nobis incumbentes ſolicitudines, illa nos cura propenſiùs angit & vrget, vt quæ pro Chriſtianæ religionis incremento & reipublicæ vtilitate per nos ſummo ſtudio edita ſunt & decreta, votiuè dirigi & firmiter valeant adimpleri, & vt Romanus pontifex decretorũ huiuſmodi executor & conſeruator præcipuus, illa tanto ampliùs, tantoq; liberiùs exequi poſſit & manutenere, ac aliâs felici regimini Eccleſiæ Dei ardentiùs intẽdere, quo congruę prouiſionis auxilio iuxta ſui ſtatus exigentiam ab vniuerſali Eccleſia ſuffultus, incumbentia ſibi & ſuis onera expenſarum grauiſſima, commodiùs & faciliùs cõſpexerit poſſe ſupportare. Cùm itaq; ſanctiſsimus dominus Felix papa quintus, ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptus, non mundanarum rerum cupidine ductus, cùm patrimonium beati Petri & terras Romanæ Eccleſiæ prohdolor per alias tyrannides cerneret occupatas, allectus, ſed diuinæ voluntati reſiſtere non volens, & Eccleſiæ Dei in tam graui fluctuatione conſtitutæ, piè compatiens, iugũ tanti oneris pro Dei reuerentia, ſidei conſeruatione, & vniuerſalis Eccleſiæ conſolatione ſuis humeris ſuſcipiens, proprijs derelictis, decreta huiuſmodi cum omni humilitate ſuſceperit, eaq; & fidem catholicã obſeruare, & manutenere purè & ſimpliciter iuxta mentem & tenorem eorundem profeſſus fuerit, ad proſecutionem totius boni reipublicæ & religionis Chriſtianæ, necnon ad defenſionem authoritatis generaliũ conciliorum & decretorum prædictorum affectibus ſyncerisanhelans, grauiaq; & importabilia expenſarum onera in diuerſis & magnis Eccleſiæ Dei ingruentibus negocijs, præſertim pro executione illorum ſanctorum operum, propter quæ eadẽ ſancta ſynod⁹ congregata eſt, cùm de patrimonio beati Petri aut aliundè nullam adhuc ſubuentionem habuerit, hactenus ſubierit & pertulerit, ac grauiora neceſſariò dietim ſubire & perferre habeat, per quæ (vt confidimus & ſperamus) idem Felix papa patrimoniũ huiuſmodi & terras Eccleſiæ recuperare, pacẽque Eccleſiæ dare poterit, domino concedente: attendens itaq; ſancta ſynod⁹, quòd ſpiritualia ſine temporalibus diu ſubſiſtere nequeunt, præmiſſis & alijs diuerſis rationabilibus & euidentibus cauſis permota, volens etiam quod in decreto ſuę ſeſsionis 12. 3. Idus Iulij anno à natiuitate domini 1433. celebratæ, quod incipit, Sicut in conſtruenda domo, ordinatum eſt, laudabiliter adimplere, hoc irrefragabili decreto vſq; ad quinquennium à die datæ præſentiũ computandum, quintũ: & deinde ad aliud quinquennium extunc proximè ſubſecuturum, decimum denariũ veri valoris annui ſecundum communem æſtimationem quorumcunq; fructuum, reddituum & prouentuũ primi anni omnium & ſingulorũ canonicatuum & præbendarum, dignitatũ, perſonatuum, adminiſtrationum, præſtimoniorum, præſtimonialium portionum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium & regularium, cuiuſcunq; conditionis, ordinis aut religionis fuerint, & quocunq; nomine cenſeantur, etiã ſi dignitates ipſæ patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales, abbatiales, prioratus, cõuentuales ac in metropolitanis ſeu alijs cathedralib⁹ maiores poſt pontificales, aut in collegiatis eccleſijs principales & electiuæ fuerint, à dicta die in anteà, ſiue per obitum aut liberam ſeu ex cauſa permutationis reſignationem, vel aliâs quouis modo & qualitercunq;, præterquàm per priuationem cauſa reformationis, aut reſignationẽ ſimplicem in foro conſcientiæ, ſeu per optionem præbendarum in eccleſijs, vbi illarum optiones fieri conſueuerũt, vbicunq; in Romana curia vel extra, vacantium oneribus neceſſarijs illis pro tempore incumbentibus deductis, & quotidianis diſtributionib⁹, necnon xenodochijs pauperũ, hoſpitalibus in quibus hoſpitalitas actu tenetur, leproſarijs quoq;, & alijs in titulum beneficij concedi non ſolitis, duntaxat exceptis, à quibuſuis capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis eccleſiaſticis & ſecũlaribus, exẽptis & non exemptis, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis ſeu conditionis exiſtant, illa pro tempore poſſidentibus, aut fructus, redditus & prouentus huiuſmodi ex ſtatutis vel cõſuetudinibus, commendis ſeu aliâs quouis modo percipientibus, pro vna infra ſex, & alia medietatib⁹ infra alios ſex menſes eiuſdem primi anni, ſanctiſsimo domino Felici papæ quinto, ſuiſq; collectoribus & ſubcollectoribus per eum deputandis, realiter & cum effectu perſoluendum, & per eos exigendũ, leuandum, colligendum & recipiendum, eidem domino Felici papę pro ſua ac cardinalium & officialium prædictorum prouiſione, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ tenore præſentium reſeruat, conſtituit, deputat & aſsignat, ſtatuens & decernens, capitula, conuentus, collegia & perſonas ipſas ad ſolutionem quinti & decimi denarij huiuſmodi dicto domino Felici papæ, eiusq; collectorib⁹ & ſubcollectoribus modo præmiſſo faciendam,

*excolendum

Spiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere diu nequire.

dam, fore efficaciter obligatos. Quodque ſi infra vnum menſem à die quo collectores vel ſubcollectores huiuſmodi in Eccleſia cathedrali ſe quintum vel decimũ denarium huiuſmodi ab illius debitorib⁹ recipere paratos obtulerint, & publicauerint, quemlibet terminorum prædictorum ſequentium in ſolutione huiuſmodi, defecerint, negligentes ſeu remiſsi fuerint: ſingulares perſonæ, excommunicationis: capitula verò, conuentus & collegia, huiuſmodi ſuſpenſionis à diuinis ſententias eo ipſo incurrant, à qua quidem excommunicationis ſententia ab alio, quàm à nobis aut dicto domino Felice papa, ſeu cui ille id duxerit committendũ, præterquam in mortis articulo conſtituti, (niſi priùs de tũc debito, vt præmittitur, denario eidem domino Felici papæ quinto, eiúsve collectoribus & ſubcollectoribus ſatisfecerint, aut deſuper cum eis concordauerint) abſolutionis beneficium nequeant obtinere: & ſi capitula, conuentus, collegia & perſonæ prædictæ excommunicationis & ſuſpenſionis ſententias huiuſmodi per tres menſes, dictum menſem immediatè ſequẽtes, animo (quod abſit) ſuſtinuerint indurato, extunc eorum eccleſiæ, monaſteria & loca eccleſiaſtico ſint ſuppoſita interdicto, tam diu & quouſq; à ſententijs (vt præfertur) abſolui, & interdictum huiuſmodi meruerint relaxari, nõ obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac ſtatutis, vſibus & conſuetudinibus Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, locorum & ordinum quorumcunq; iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quacunq; alia firmitate vallatis, literis quoque, gratijs, priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, indultis & conceſsionibus, capitulis, conuentibus & collegijs prædictis, eorumq; eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatib⁹, locis & perſonis, in genere vel ſpecie, ſub quacunq; verborum forma, vniuerſalis Eccleſiæ Apoſtolica vel alia quauis authoritate factis & conceſsis, etiam ſi de eis & eorũ totis tenoribus in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio fienda foret, & quæ, quo ad hæc, eis nullatenus ſuffragari volumus, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;, aut ſi capitulis, conuentibus, collegijs & perſonis prædictis communiter vel diuiſim, quomodolibet indultum exiſtat, aut interim indulgeri contingat, quòd ad ſolutionem ſeu præſtationem denarij huiuſmodi, aut cuiuſcunq; alterius oneris vel ſubſidij non teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari, ſeu ipſi vel eorum loca interdici non poſsint, per literas non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi eorumque eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, beneficijs, locis, perſonis & ordinibus proprijs mentionem. Vult tamen & aſſentit hæc ſancta ſynodus, quòd ſi aliqua natio, regnum vel prouincia modũ prouiſionis huiuſmodi ſibi non conuenire ſenſerit, aut allegauerit oneroſum, prefatus dominus Felix papa, auditis illius rationibus, & conſiderãdis debitè ponderatis, cum eadẽ natione aut eius perſonis (prout rationabiliter expedire videbitur) conuenire, & cum eis concordare poſsit: & quicquid cum eo in hoc ſit conuentum, aut concordatũ fuerit, id ipſa ſancta ſynodus gratum & ratum perindè haberi decernit & declarat, ac ſi de hoc in preſenti decreto plena & expreſſa mentio haberetur. Quodq; denarius prædictus, vacatione prædicta quotieſcunq; infra primũ annum huiuſmodi in quacunq; natione occurrente, & eo durante, vltra ſemel nullatenus exigatur, nec quiſquam ad illum ſoluendũ amplius teneatur. Inſuper vult & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd ſi qua capitula, collegia & cõuentus, ac eccleſiaſticæ ſecularésve perſonæ cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, ordinis ſeu conditionis exiſtant, fructus, redditus & prouentus primi anni huiuſmodi, aut aliquam illorum quotam ſiue partem ex ſtatutis, conſuetudinibus ſeu priuilegijs aut aliâs quouis modo leuare & percipere conſueuerunt, per hoc præfato domino Felici papæ in exactione huiuſmodi denarij nullatenus præiudicetur, diſtrictiùs inhibendo capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis ipſis ſub ſententijs & pœnis ſupradictis, ne illos vel illam in præiudicium dicti denarij pro eo anno quoquo modo petere vel exigere audeant ſeu præſumant. Per hoc tamen hæc ſancta ſynodus capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis prædictis, quo minùs annis dictum primum vacationis annum ſequentibus illos & illam pro ea parte, quę ob impoſitionem denarij huiuſmodi eis defecerit, petere & exigere valeant, non vult nec intendit præiudicium generari. Præterea cùm nonnulli nationis Germanicæ, apud nos conſtituti, nationem ipſam præ cæteris plùs fore grauatam, coram nobis allegauerint, ſi in ea denarius huiuſmodi abſq; alia moderatiõe exigi deberet & leuari: hæc ſancta ſynodus his & alijs rationabilibus cauſis mota, beneficia quæcunq; & qualiacunq; infra dictam nationẽ conſiſtentia, valorem quinq; marcarum argenti ſecundum communem extimationẽ eorum neceſſarijs oneribus deductis non excedentia, hoc decreto nullatenus includi, nec de illorum fructibus, redditibus & prouentibus denarium huiuſmodi ſolui, leuariq; ſeu exigi debere, decernit & declarat, volẽs & ſtatuens, quòd ſi de vero valore in premiſsis quandoq; hæſitari contigerit aut contendi, collectores & ſubcollectores huiuſmodi vnam, & is cui ſolutio denarij huiuſmodi pro tempore incumbit, aliam perſonas pro diſcuſsione dubij & contentionis huiuſmodi eligere: & ſi

illas discordare contingeret, loci ordinarius aut eiusdem in spiritualibus vicarius, seu officialis generalis: si verò occasione metropolitanæ vel cathedralis Ecclesiæ dubium aut contentio exorta fuerit, casu discordiæ huiusmodi capitulum cum altera personarum sic electarum, dubium huiusmodi habeant terminare. Quarum quidem personarum ac in casu discordiæ huiusmodi ordinarij seu eius vicarij & capituli prædictorum, sententiæ & determinationi partes hinc inde stare, & parére sine omni contradictione debeant & teneantur. Cæterùm hæc sancta synodus collectoribus & subcollectoribus denarij prætacti pro tempore deputatis, sub obtestatiõe diuini iudicij & excommunicationis pœna, quam contrafacientes incurrere vult ipso facto, districtiùs inhibet, ne quicquam vltra denarium huiusmodi à personis pro tempore soluẽtibus & debentibus, prætextu schedulæ, quitantiæ seu liberationis per ipsum de eo quod sibi solutum fuerit, factæ, petere vel exigere audeant seu præsumant: sed quòd de competenti salario eis per camerã dicti domini Felicis papæ assignando, cõtenti remanere debeant, decernit, vult & ordinat: quodq; collectores & subcollectores ipsi sic in exigendo denarium huiusmodi, modũ obseruẽt, quòd personæ de indebito grauamine nõ immeritò querulari cogantur, ac propterea calices, libri, iocalia & alia ornamenta ecclesiastica nullatenus impignorentur, distrahantur, vel alienentur. Vult tamen & decernit eadem sancta synodus, ne personas sententijs prædictis pro tempore illaqueatas, vltra modum in absolutione obtinenda, ad curiam veniendo, grauari contingat, quòd præfatus dominus Felix papa quintus collectoribus & subcollectoribus ipsis vel alijs (prout opus & expediens videbitur) personas sic ligatas, à censuris huiusmodi absoluendi, & interdicta relaxandi & tollẽdi, plenam & liberam concedat facultatem. Teneanturq; ipsi collectores & subcollectores, solutione dicti denarij facta, capitula, conuentus & collegia, ac personas prædictas à sententijs & censuris prædictis gratis & sine aliqua difficultate absoluere, interdictumque forsan positum similiter tollere & relaxare. Pro cuius quidem absolutionis, sublationis & relaxationis literis etiam sigillatis, si prædicti eas habere voluerint, etiam si per notarium fuerint subscriptæ, ad soluendum vltra sextam partem vnius floreni de camera, nullatenus constringi valeant vel compelli. Eos autem qui contrafecerint, excommunicationis sententiam incurrere voluit ipso facto. Quodq; post decennium à dicta die computandum, assignatio prouisionis huiusmodi cesset penitus & expiret, capitulaq;, conuentus, collegia & personæ prædictæ ad solutionem denarij huiusmodi ratione dignitatum & aliorũ beneficiorum prædictorũ, extunc in anteà vacaturorum, decæterò nullatenùs teneantur. Decernit quoq;, omnes & singulos processus, pœnas, sententias & censuras, quos & quas contra capitula, conuentus, collegia & personas huiusmodi ob non solutionem ratione beneficiorum post decennium vacaturorum huiusmodi, per quemcunq;, etiam si papali dignitate præfulgeat, quauis authoritate fieri, ferri, & promulgari contigerit, irritos & irritas, ac irritum & inane, quicquid in contrarium scienter vel ignoranter fuerit attentatum. Datum Basileæ in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata, pridie Nonas Augusti, anno à natiuitate domini 1440.

SESSIO XLIII.

De visitatione beatæ Mariæ virginis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Inter assiduas militantis Ecclesiæ turbationes & procellas, quibus ipsa dietim affligitur, illa singularis iucunditas & egregia exultatio communitati fidelium relicta est, vt dominum creatorem nostrum intimis præcordijs diligentes, eundẽ in sanctis suis deuotè glorificent. Per hoc enim & ipse dominus, qui gratiam illis præstitit, dignè collaudatur, & ipsorum sanctorum promptiora erga nos reddimus patrocinia. Quod quidem singulariter est agendum, cùm calamitates irruunt, quæ absq; demeritis hominũ non contingunt, vt per ipsorum sanctorum preces & merita, misericordia domini super peccatis hominũ imploretur, & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis præseruetur. Inter autem omnes qui cælestem regem pro nobis interpellent, præcipuè ad glorioſissimam illam & omni laude dignissimam Dei genitricem Mariam est recurrendum, quæ quanto altior exiſtit, tanto humiliùs ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens, pro quibus in vtero gestauit saluatorem. Hæc apud Deum quem ipsa peperit, sedula pro nobis aduocata, nos iuuat, nos tuetur, nos, ptegit, nos exaltat: hæc omnibus qui ad eam recurrunt, promptissimum exhibet patrocinium. Huic igitur sanctissimæ virgini, etsi plures festiuitates veneranda sanctorum patrũ antiquitas consecrauit, irruentibus tamen dietim maioribus mundi calamitatibus & angustijs, quæ ad expetenda eiusdem virginis auxilia vehementiùs vrgent, iucunditatem illam sibi cælitus datam, non immeritò conuenit celebrari, dum virgo eadem beatissima cælesti edocta

edocta nuncio & spiritu sancto duce, ascendens cum festinatione in montana, humilem Zachariæ domum intrauit. Iesus enim qui in vtero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare. Et ipsa virgo glorioſissima cognatam Elizabeth visitans, nõ minùs illã suaui quàm fructuoso salutauit alloquio. Maximã nanque lætitiam fidelium mentibus debet ingerere excellens illud mysterium, quo matres illæ glorioſæ, totius salutis nostræ ferentes primordia, tam familiariter inter se exultârunt, cùm virgo excellentissima de stirpe Dauid Maria, & veneranda inter filias Aaron Elizabeth inuicem colloquuntur: quarum altera creatorem omniũ & saluatorem nostrum, altera præcursorem Ioannem gestat in vtero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ, diuina inter se beneficia commemorant. Felix quidem illa conuentio, & magnis diuinæ gratiæ splendoribus illustrata, qua tales & tantæ in vnum matres pariter affuerunt, quarum altera virgo ex spiritu sancto, altera sterilis & in senectute conceperat, & vtriusq; partum cælestis angelus prænunciauit: Qua Ioannes adhuc maternis reclusus claustris, venientem ad se dominum in Mariæ vtero veneratur: Qua repleta spiritu sancto Elizabeth, conceptui filij Dei & saluatoris hominum gratulatur: qua & ipsa prophetans, beatissimam dixit Mariam quæ credidit, & reuelata sibi mysteria pandit: Qua denique repleta ineffabili gaudio mater domini Maria, omnia in corde suo cõferens, quæ vel priùs ab angelo, vel tunc ab Elizabeth perceperat, in canticum & laudem domini prorumpit. Nunc admirabilem Dei potentiam, qui respexit humilitatem ancillæ suæ, collaudat: nunc magnitudinem operum eius glorificat, nunc refert misericordiã, quæ à progenie in progenies super se timentes diffunditur: nunc iustitiã, qua superbi deijciuntur, & humiles exaltantur, magnificat: nunc promissionem Abraæ & semini eius factam, & iam tunc completam commemorat, ac quòd se beatam omnes generationes vsq; ad consummationẽ seculi dicerent, diuina inspiratione prophetauit. Eandemq; prophetiam sic manifestè videmus iugiter adimpleri, vt superuenientes generationes ipsam virginem beatam & beatissimam magis ac magis meritò dicere conentur. Quis igitur tantam lætitiam satis poterit explicare? Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? Quis hæc gaudia sufficienter exponat, dum Ioannes nondum natus exultat, Elizabeth aduentu virginis collætatur, Maria in mysterijs gaudet, clausus in vtero saluator, à suo recognoscitur præcursore, lætantur angeli, cælum & terra iucundantur, & tota Trinitas nouis laudibꝰ glorificatur? Hæc igitur gaudiorum magnitudo, specialibus est extollenda præconijs. Hæc singu-

Lucæ 1.

laribus solennitatibus celebranda, in qua & dominum qui gestatur in vtero, & virginem quæ portat, & sterilem quæ concepit, & præcursorẽ qui visitatur, condecentibus prosequi debemus honoribꝰ. In cuius commemoratione, qui tribulati sunt, Mariam implorant, quæ gaudiorũ huiusmodi memor (vt sperandum est) non solùm supplicantes exaudiet, sed sicuti ex sua clementia consueuit, etiam supplicare volentium preces præueniet. Quæ considerans hæc sancta synodus, cùm in hoc tempore tota prohdolor Christianitas in laboribus & angustijs constituta cernatur, cumq; ferè vbiq; diuisiones & bella per humani generis hostem introducta vigeant, & ipsa etiã Ecclesia militans non mediocribus agitetur procellis, dignum esse iudicauit, solennitatem hanc quæ congruè visitatio beatissimæ virginis appellatur, in singulis Christianorum ecclesijs celebrari, vt honorata in hac celebritate per pias & deuotas fidelium mentes mater gratiæ & omnis consolationis sacecrima virgo Maria, benedictum filium suũ iam multis hominum peccatis offensum, sua intercessione concilians, pacem & vnitatem fidelibus largiatur. Ideoq; statuit & decernit eadem sancta synodus, ad honorem ipsius virginis Dei genitricis, vt post expleta resurrectionis dominicæ, pentecostes, glorioſæ Trinitatis, sacri corporis Christi, beatorum Ioannis Baptistæ, ac Apostolorũ Petri & Pauli solennia, in quibus Ecclesia post solennitatem annunciationis dominicæ, quam præfata visitatio temporis ordine confestim sequebatur, est occupata, per singulas Christianorum ecclesias quolibet anno sexto nonas Iulij festum huiusmodi visitationis glorioſæ virginis celebretur. Hoc igitur solenne festum amplectantur Christifideles, & omnes qui beatam virginem singulari deuotione prosequuntur, secum in hac solennitate suæ exultationis cõgaudeant. Quam vt eo libentiùs in diuinis honorent officijs, quo magis spiritualibus fuerint excitati muneribus, ipsa sancta synodus omnibus Christifidelibus, qui matutinis, processioni, sermoni, Missarum solennijs, vel primis aut secundis vesperis huius glorioſæ virginis festiuitatis interfuerint, pro vnoquoq; officiorum prædictorum centũ dies de iniunctis pœnitentijs misericorditer elargitur.

Datum in sessione nostra publica, in ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata Calendis Iulij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

SESSIO XLIII.

De tuitione ſuppoſitorum huius ſacri Concilij.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Catholicæ Eccleſiæ ſanctis operibus continuè intenti, ſi cunctis fidelibus in miniſtranda iuſtitia nos deceat eſſe fauorabiles & benignos, illos non immeritò, qui pro fidei orthodoxæ atq; generalium conciliorum authoritatis defenſione fideles labores impenderunt & impendunt, iuſtitiæ fauoribus attollere debemus & munire præſidijs, quib⁹ per nos maturè facta decreta inſequendo, à peruerſis ambitioſorum illatis ſubleuari, & inferendis moleſtationibus præſeruari valeant, & ſic eorundē decretorum tranſgreſſorum, illorum præſertim, qui nobis incorporati & huius ſanctæ ſynodi decreta manutenere & defendere iurauerunt, contemptum puniri facere, ſicq; erga ſingulos iuſtitiam ordine debito exercere, vt alter in alterius iniuriam non facilè proſiliat: & formidata in reprobis vltione improrum, nocendi temeritas cōpeſcatur, & inter eos tuta ſit innocentium tranquillitas. Poſtquàm dudum omnipotens dominus nimiùm afflictam Eccleſiam ſuam ſponſam pietatis oculo reſpicere, & fidelium cordibus inſpirare dignatus fuerat, vt ſynodus vniuerſalis duorum etiam generalium conciliorum authoritate, & duorum ſummorum pontificū ſucceſsiuè approbatione pro errorum hæreſumq; extirpatione, ac generali Eccleſiæ in capite & in membris reformatione, atq; regum & principum aliorūmq; catholicorum adinuicem diſſidentium pacificatione, in hanc ciuitatem Baſileenſem conueniret: nos tunc occurrentia, quæ nonnulli aduerſus opera prædicta inferre conabantur, ac etiam futura, quæ veriſimiliter inferri poſſent, impedimenta circunſpicientes, & vt illa pro quibus conueneramus, communem Chriſtianorum ſalutem concernentia, ad fines optatos perduci, ac eis per quæ directè & indirectè impediri, ipſiq; incorporati ab eis retrahi poſſent, obuiare cupiētes, per nonnulla ſalubria decreta ſtatuendo diffiniuimus: Primò, quòd nullus eidem ſynodo per ſe vel procuratorē incorporatus aut incorporandus, etiā procurator ipſe, à tempore arrepti itineris animo veniendi ad ipſam ſynodum ſine fraude continuati, pro quacunq; cauſa tunc mota vel in anteà mouenda, aut alia quauis occaſione, ad Romanam curiam ſeu coram quocunq; iudice ordinario vel delegato, extra locū dictæ ſynodi ea durante inuitus trahi ſeu euocari, aut contra eum inuitum procedi poſſet, decernentes extunc irritum & inane, nulliusq; roboris exiſtere vel momēti, quicquid in contrarium per quemcunq; etiā Romani pontificis authoritate, attentari contigerit in futurum. Deinde verò, vt ſi quis Eccleſiam cathedralem, dignitatem, beneficium, officium, penſionem, vel commendā alicuius ex incorporatis vel incorporandis, ſeu adhærentibus eidem ſynodo, à Romano pontifice vel quouis alio impetrare, aut etiā motu proprio conceſſum acceptare attentaret, nō ſolùm iure, quod in tali Eccleſia, dignitate, beneficio ſeu officio habere prætenderet, ſed etiam omnibus beneficijs eſſet ipſo iure priuatus, & ad obtinendum beneficia in futurum inhabilis. Et ſucceſsiuè, videlicet tertio Idus Septembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio decreuimus, quòd quicunq; etiā per Romanum pontificem, vel eius authoritate, in præiudicium, læſionem vel derogationem, ſeu iniuriā dictæ ſynodi, vel incorporatorum ſeu incorporandorum eidē per ſe vel procuratorem aut familiariū ſuorum ſeu in eorum ſeruitijs vbicunq; exiſtentiū, facta ſeu diſpoſita erant, fierentq; & diſponerētur forſitan in futurū, titulum vel poſſeſsionem quomodocunq; tangentia, ſiue in cardinalatus & patriarchatus dignitatib⁹, aut in prælaturis cathedralium etiā metropolitarum eccleſiarum, monaſterijs vel alijs beneficijs eccleſiaſticis, præſtimonijs, commendis, vnionibus, penſionibus, officijs & rebus eccleſiaſticis vel temporalibus, & circa ipſa aut aliās quomodocunq; & qualiter cunq;, etiam ſi motu proprio, directè vel indirectè, eſſent ipſo iure irrita & inania & pro infectis penitus haberentur, partes læſas extunc in priſtinum ſtatum reponendo, & per quemlibet iudicem competentem reponi mandando: adijcientes, quòd ſi prætextu talis conceſsionis ad aliquam occupationem deueniretur, niſi occupans infra decē dies, elapſis ſexaginta diebus à dicto die tertio idus Septembris, ſi per partem lęſam foret requiſitus, & à tali occupatione & turbatione realiter & purè deſiſteret, ac parti lęſæ de perceptis poſt conceſsionem huiuſmodi ſatisfaceret, vltra pœnas prædictas excommunicationis ſententiam incurrat eo ipſo, talium etiam conceſsionum executores eiſdem pœnis ſubiacere decernentes, prout in ipſis decretis, quorum tenores & effectus haberi volumus pro expreſsis, pleniùs continetur. Verùm quia, ſicut clamoroſa dictorum ſuppoſitorū querela didicimus, pleriq; ambitioſi, quorum effrenata cupiditas modum habere neſcit, ad dignitates, beneficia & honores modis improbis adſpirantes, ac per exquiſitas vexationes dictorum incorporatorum, illos ab huiuſmodi ſanctis operib⁹ retrahere ſatagentes, nonnullorū ex eiſdem incorporatis

*prætenſis

poratis & ſuppoſitis Eccleſias parochiales, metropolitanas, epiſcopales atq; monaſteria, aliasq; dignitates, commendas, penſiones, canonicatus & præbendas, officia & beneficia eccleſiaſtica, necnon iuriſdictiones eiſdem incorporatis & ſuppoſitis ratione eccleſiarum, dignitatum & beneficiorum huiuſmodi cōpetentes, ac alias res & bona contra definitiones & prædicta ac alia decreta noſtra, quorum tenores & effectus ſimiliter haberi volumus pro expreſsis, in authoritatis Eccleſiæ & conciliorum prædictorum vilipendium, dictorumq; ſuppoſitorum graue præiudicium, non ſine manifeſta diuinę maieſtatis offenſa impetrare, extorquere, in uadere, acceptare, aut occupare ſeu in illis propria temeritate ſe intrudere, dictaq; ſuppoſita illorum poſſeſsionibus & rebus ſpoliare & priuare, ac proceſſus etiam pœnales contra eos facere, & fieri procurare, penſiones etiam nonnullas ex dictis incorporatis ſuper eccleſijs cathedralibus alijsq; dignitatibus & beneficijs eccleſiaſticis aſsignatas, aliosq; fructus beneficiorū quæ ipſi incorporati obtinebunt & obtinēt, retinere, ſubtrahere, vſurpare, & de illis ſatisfacere recuſare & denegare, alijsque diuerſis iniurijs in perſonis, bonis ac rebus prædictis illos affligere, atq; conceſsiones, impetrationes & acceptationes huiuſmodi in ſuarum perditionem animarum exequi non erubuerunt, prout adhuc non erubeſcunt: nos, quorum intereſt in præmiſsis opportunæ prouiſionis remedia adhibere, volētes ſtatui vniuerſalis Eccleſię & ſuppoſitorum prędictorum indemnitati & quieti ſalubriter prouidere, decretis & diffinitionibus prædictis inhærentes, illaq; innouantes, ac eis adijcientes, hoc perpetuo ſynodali decreto authoritate vniuerſalis Eccleſiæ deeernimus & declaramus, impetrationes, electiones, collationes, &*diſpoſitiones quaslibet de dictis eccleſijs cathedralibus, monaſterijs, dignitatibus, commendis, *penſionibus, officijs & beneficijs, iuriſdictionibus cæterisq; rebus & bonis prædictis, necnon proceſſus prætenſos omnes & ſingulos, quaſcunq; etiam ſuſpenſionum, excommunicationum, interdicti, priuationum, inhabilitationum, inhibitionum, aliásve ſententias, cenſuras & pœnas ſeu proceſſus alios cuiuſcūq; qualitatis exiſtant, in ſe continentes, aduerſus ipſa ſuppoſita ac in eorum præiudicium, læſionem vel derogationem aut odium, ac contra prædicta & alia decreta noſtra quomodocunq; & & qualitercunq; promulgatos & factos, ac omnia indè ſecuta, tanquam de facto attentata, (prout ſunt) irrita, nulla & inania, nulliusq; roboris vel momēti fuiſſe & exiſtere, ac pro infectis haberi debere: nullum quoque ex eiſdem ſuppoſitis, vel quemcunq; alium illis in nodatum fuiſſe, aut in anteà innodari poſſe: impetrantes verò ſeu detentores & occupatores prętextu collationum, diſpoſitionum, etiā motu proprio factarū, aut detentionum vel occupationum de huiuſmodi eccleſijs, dignitatib⁹, beneficijs, officijs, iuriſdictionib⁹, & bonis, in illis etiam in quibus ſeu ad quæ ipſa ſuppoſita ex noſtris vel Apoſtolicis alijsve canonicis collationibus & prouiſionibus, aut aliās quomodolibet ius habuerunt, prout habent, quæ obſtantibus obedientiæ diuerſitatibus, vel alijs legitimis impedimentis, contra ſuos aduerſarios cauſas inchoare, ſeu proſequi commodè non potuerunt, etiam ſi Eccleſiæ, dignitates, beneficia & officia vel res & bona huiuſmodi trium annorum, vel alterius cuiuſuis longioris tēporis ſpatio occupata fuerunt, aut coloratus prætēdatur titulus prętextu etiā decreti noſtri de pacificis poſſeſſoribus, quod incipit: Quicunq; nō violentus, quod contra ipſa ſuppoſita in caſibus præmiſsis locum habere non volumus, nullum titulū vel ius quodcunq; acquiſiuiſſe, ſeu acquirere: ipſos etiam incorporatos nullum ius, titulum vel poſſeſsionē perdidiſſe, aut aliquod in iure eis competenti præiudiciū generari potuiſſe, quo minùs ipſi, quotieſcunque opportunitas ad id ſe obtulerit, poſſeſsionum eccleſiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum vel aliorum prædictorum, quibus ſpoliati extiterūt, per ſe vel alium ſeu alios abſq; alia cauſæ cognitione, ſeu alterius authoritatis requiſitione continuare, eorū quoq; ſuper quibus ſententiam vel ſententias, quæ partibus per ſe vel procuratorem præſentibus, & vſq; ad finem ſe defendentibus, in rem tranſiuerint iudicatā, apud nos contra ſuos aduerſarios obtinuerint, illorum & preſentis decreti vigore poſſeſsionem adipiſci & intrare, & ſuper illis de quibus poſſeſsionem nondum habuerunt, actionē intentare, & ius ſuum proſequi valeant. Spoliatos inſuper, aliorū & præſentis decretorum noſtrorū authoritate in illum ſtatum priſtinū, in quo ante ſpolium, occupationem ſeu nouitatem huiuſmodi erant, perindè ac ſi factæ non fuiſſent, repoſitos & reſtitutos eſſe. Impetrationes autem & conceſsiones etiā motu proprio de eccleſijs cathedralibus, monaſterijs, dignitatibus, commendis, penſionibus ſeu cuiuſuis qualitatis beneficijs, aut alijs reb⁹ vel bonis (vt præfertur) factas, viribus vacuas: necnon illos qui eas acceptare præſumpſerunt, cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, aliáve eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, iure quod in eis habere prætendebant, & alijs beneficijs omnibus priuatos, ac ad alia in poſterum obtinenda inhabiles fore. Illos verò ex eis, qui prætextu talium cōceſsionum & impetrationum ad aliquam occupationem proceſſerunt, & vt ab huiuſmodi occupationibus & perturbationibus deſiſterēt, iuxta

*diſpenſationes
*prouiſionibus

Baſileenſis concilij ſeſſione 21.

Basileensis concilij sessione 13.

tenorem decreti nostri quod incipit, Vt sacri: requisiti, talibus requisitionibus non paruerint, vltra prædictas, excommunicationis: necnon earundem impetrationum & concessionũ receptores & executores, quo ad singulares personas, easdem sententias & pœnas: quo verò ad nobis incorporatos, qui (vt præfertur) huic sanctæ synodo iurauerunt, & in præmissis auxilium, consilium vel fauorem præbuerunt, periurij reatũ incurrisse, & de beneficijs quibus ratione præmissorum (vt præfertur) priuati existũt, per eos ad quos spectat, huius decreti authoritate liberè disponi posse, similiter decernimus & etiam declaramus. Et vt metus pœnæ, meta fit præsumptionis, omnibus & singulis cuiuscunq; dignitatis (vt prædictum est) existant, qui aliquam Ecclesiam cathedralem, etiam metropolitanam, aliámve prælaturam, dignitatem, commendam, pensionem, officium aut beneficium ecclesiasticum, seu etiam vt supra designata iurisdictionem, res & bona prædicta quæcunque, cuiuscunq; qualitatis existant, eorundem incorporatorum & suppositorum, omnibus & singulis cuiuscunq; dignitatis (vt prædictum est) existant, qui occupant & detinẽt, seu etiam occupabunt & detinebunt forsitan in futurum, vltra prædictas & alias tam per nostra, quàm aliorum generalium conciliorum decreta, sanctionesque canonicas, inflictas (quas occasione præmissorum incurrisse noscuntur) pœnas, sub Excommunicationis, necnon perpetuæ infamiæ pœnis, quas quemlibet contrafacientem incurrere volumus ipso facto, præcipimus atque mandamus, vt infra duorum mensium à data præsentis decreti, vel etiam interim infra duodecim dierum spatium, à tempore quo illius notitiam habuerint, computando, ab omnibus & singulis occupationibus & perturbationibus per eos sic factis, penitus desistant, ac ecclesias, dignitates, commendas, pensiones, officia & beneficia atq; res & bona prædicta, quibus dicti incorporati spoliati fuerint, aut super quibus sententiam vel sententias, quę partib⁹ per se vel per procuratorem præsentibus, & vsq; ad finem se defendentibus, in rem transiuerunt iudicatam, obtinuerint, illorum possessionem liberam & vacuam dimittant: necnon de perceptis, & qui durante occupatione huiusmodi percipi potuissent, fructibus, expensis & interesse propterea passis, partibus læsis ac etiam pensionibus (vt præfertur) assignatis, necnon beneficiorum eorundem incorporatorũ fructibus, ac alijs rebus & bonis prædictis integrè & realiter satisfaciant, aut cum eis amicabiliter concordẽt. Quod si facere contempserint, ac pœnas prædictas damnabiliter incurrere, illisq; peraliũ mensem duobus mensibus lapsis, aut duodecim diebus prędictis insordescere non formidauerint, extunc vltimo mense huiusmodi lapso (cùm crescente contemptu, crescere debeat & pœna, & Ecclesia nõ habeat, quid vlteriùs faciat) singularis persona, decẽ: si verò vniuersitas aut capitulum, aut aliud collegium seu communitas fuerit, triginta marcarum auri pro vna cameræ Apostolicę, ac pro alia parti læsæ, & pro tertia æqualibus partibus mediato vel immediato domino ciuitatis vel loci, in qua seu quo Ecclesia, dignitas, beneficium, commenda, officium vel res huiusmodi extiterit, si vices suas impendere voluerit, alioquin cuicunq; alteri, operam efficacem ad id præstanti pro labore applicandarum, pœnas incurrat eo ipso. Interim verò non minùs patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæteriq; ordinarij seu collatores, etiã si capitula, vniuersitates vel collegia fuerint, aliæq; personæ ad quas ecclesiarum cathedralium electio, necnon dignitatum, beneficiorum, officiorum & aliorũ prædictorum collatio, presentatio, prouisio seu quæuis alia dispositio communiter vel diuisim pertinet, infra simile duorum mensium vel duodecim dierum & vnius alterius mensis à finé duorum mensium vel duodecim prædictorum dierum computandum spatium, postquã pro parte illorum quorũ interest, fuerint requisiti, sub omnib⁹ & singulis superiùs designatis & pecuniarijs pœnis, quas contrafacientes & rebelles etiam ipso facto incurrere volumus, omnibus etiam maioris excõmunicationis vel defectus tituli, alijsq; exceptionibus, oppositionibus, appellationibus & subterfugijs cessantibus & reiectis, & absq; quarumcunq; causarũ cognitione, quam eis & alijs quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis & secularibus sub eisdem pœnis & casib⁹ præmissis penitus interdicimus, electiones, collationes, *præsentatiões & quas- * reseruati-
cunq; alias dispositiones modis præmissis præ- ones
sumptas, præsentis decreti authoritate, sicuti de facto processerunt, de facto retractent, & annullent, impedimenta præstita submoueant, occupatores ab occupatis expellant, & de perceptis fructibus, & qui percipi potuissent, necnon expensis & interesse prædictis, etiam per incarcerationem personarum occupantium, si opus fuerit, satisfieri, ac partes læsas in eum statum, in quo ante occupationem seu factam nouitatẽ huiusmodi fuerant, reponere & reintegrare procurent, vasalli insuper & quicũq; debitores & subditi ecclesiarum cathedralium, dignitatũ, beneficiorum, commendarũ & aliorũ prædictorum, nullatenus occupatorib⁹ prædictis, sed eisdẽ incorporatis & suppositis spoliatis, vt prius, obediant & pareant in omnib⁹, ipsiq; debitores de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus ecclesiarũ, dignitatum, beneficiorum ac aliorũ huiusmodi sub excommunicationis pœna, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto,

cto, respondeant, & integrè satisfaciant, vel cum eis amicabiliter concordẽt. Quod si facere neglexerint, & intrusis de fructibus & iuribus huiusmodi respondere præsumpserint, tales à debito nullo modo liberatos fore, sed incorporatis (vt præfertur) spoliatis realiter teneri decernimus. Præterea si archi episcopi cæteriq; prænominati præmissa nõ adimpleuerint, eisq; nõ paruerint cum effectu, extunc lapsis duobus mensibus vel duodecim dieb⁹, & adhuc alio mense prædictis, ecclesiæ, ciuitates & alia loca, in quib⁹ talia, Ecclesiæ, dignitates, beneficia, aliaq; prædicta fuerint (vt præmittitur) occupata, tãdiu ecclesiastico subiaceãt interdicto, quousq; rebelles prædicti per ecclesiasticã vel secularem fuerint potentiã à ciuitate vel loco expulsi, aut mãdatis nostris huiusmodi fuerit satisfactum, quib⁹ expulsis, vel vt præfertur satisfacto, diuina possint officia resumi & continuari. Quæ omnia & singula etiam in pendentibus per appellationem, vel aliâs lo cum habere volumus & decernimus. Porrò in casu non paritionis, liceat interim dictis incorporatis & suppositis post lapsum duorum mensium aut duodecim dierum prædictorum, brachij secularis, necnon rectorum & officiariórũ ciuitatis vel loci huiusmodi auxilium inuocare, quos etiã in subsidium iustitiæ, præsentis decreti tenore inuocam⁹, requirimus & monemus, vt ipsi post simile duodecim dierum spatiũ, à tempore requisitionis super hoc eis factæ computandorũ, auxilium, consilium, potentiam & fauores possibiles, sub excõmunicationis & priuationis priuilegiorum, quæ ab ecclesijs obtinent, pœnis, quas eos, nisi fecerint quæ mandamus, incurrere volumus ipso facto, præstare non postponant, quorum potentia & auxilio præfatis spoliatis ecclesiarũ, dignitatum, beneficiorum & officiorum, rerum & bonorum prædictorum possessionem, tam eiusdem decreti quàm propria authoritate, ac etiã per potentiã intrandi & continuandi, ac intrusos suos expellendi, plenariã concedimus potestatem & facultatem. Omnes autem Christifideles quacunq;, etiam si cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali vel alia ecclesiastica seu mũdana præfulgeant dignitate, qui præsens decretum temerè violare, aut illius executionẽ denegare, seu directè vel indirectè impedire, ac partibus aduersis adhærere vel fauere seu eorũ aliquem receptare, defendere, aut tueri præsumpserint: quo ad singulares personas, excommunicationis, necnon trium: quo autem ad capitula, vniuersitates & collegia, ecclesiastici interdicti & decem marcarũ auri (vt supradictum est) applicandarum, pœnas incurrere decernimus eo ipso. Cæterũ, quia præterita nos commonent, futuris cautiùs obuiare periculis, præsentis decreti tenore sub interminatione diuini iudicij, & sub excommunicationis, priuationis, inhabilitationis, pecuniarijs & alijs superiùs expressatis pœnis, quas ipso facto quemlibet contrafacientem incurrere volumus, districtiùs inhibemus, ne aliquis cuiuscunq; cõditionis & excellentiæ fuerit, ecclesiasticæ vel mundanæ, etiam si cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali vel alia quacunq; præfulgeat dignitate, quasuis Ecclesias, patriarchales, metropolitanas, vel alias cathedrales, monasteria, prælaturas, dignitates, officia, commendas, pensiones, iurisdictiones, vel alia cuiuscunq; qualitatis beneficia, siue res & bona quibuscunq; nominib⁹ censeantur, ad ipsos pro tempore incorporatos & incorporandos huic sacro Basileensi, aut alteri vniuersali legitimè congregando concilio, vel ipsorum familiares pertinentia, eodem concilio durante, & in eo *præsentiali- * personali-
ter existentes, in præiudicium, læsionẽ, de- ter
rogationẽ seu odium concilij, seu incorporatorum vel incorporãdorum huiusmodi, à quocunq; etiam Romano pontifice impetrare, vel motu proprio collata acceptare, aut in illis se intrudere, seu in eorundem incorporatorum odiũ siue præiudiciũ suos consanguineos, procuratores aut fautores in personis vel bonis affligere seu molestare, vel eosdem incorporatos pro tempore inuitos alibi quam in eodem concilio super re quacunq; trahere, aut ad respondendum seu iudicium subeundum compellere præsumat: quoscunq; processus, etiam quascunq; pœnas in se continentes, & quicquid in contrarium forsitan attẽtari contigerit, irritum & inane, nulliusq; roboris vel momẽti existere, exnunc, prout extunc nunciantes & decernentes. Non intendimus tamen, aliquos ex incorporandis in futurum, qui ante eorum incorporationẽ super aliquibus criminib⁹ apud suos superiores delati forent & legitimè præuenti, hoc decreto tueri, quin possit contra eos super criminibus huiusmodi etiam vsq; ad diffinitiuã sententiã inclusiuè procedi: absolutionem verò omnium & singulorum, qui præfatas sentẽtias, censuras & pœnas, vel earũ aliquã incurrerint quoquo modo, synodo pro tempore sedenti, & illa dissoluta, Romano põtifici tantummodò, præterquàm in mortis articulo reseruam⁹. Postremò, vt nullus ipsius decreti ignorantiã prætendere valeat, decernimus illud per publicationẽ in præsenti sessione factã, vim habere, & ita vniuersos & singulos lapsis duobus mensibus aut duodecim dieb⁹ prædictis, adstringere & arctare, ac si eis personaliter apprehensis intimatũ foret. Quocirca vobis venerabilibus patriarchis, primatib⁹, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, priorib⁹, præpositis, decanis, cantoribus, archidiaconis, cæterisq; in dignitatibus quibuscunq; constitutis, ac catheedraliũ ecclesiarũ canonicis, districtè præcipiẽdo mandam⁹, quate-

nus vos aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, præmiſſa omnia & ſingula, vbi & quando expedire videritis, ſolenniter publicantes, ſi & poſtquàm ſuper præmiſsis vel aliquo eorum pro parte alicuius ex incorporatis & ſuppoſitis prædictis vel alterius promotorum negociorum noſtrorum, aut noſtri vel Romani pōtificis procuratoris fiſcalis, quibus ſuper his omnimodā atq; plenariam concedimus poteſtatem, requiſiti fueritis, vel fueris requiſitus, & vobis quòd aliquis vel aliqui ex perturbatoribus prędictis aliquā vel aliquas ex ſententijs & pœnis ſuperiùs expreſſatis incurrerit, fuerit facta fides, ad earundem pœnarum declarationem contra eos procedētes, illos tandiu in eccleſijs veſtris ac alijs locis, dominicis alijsq; feſtiuis diebus eaſdem pœnas incurriſſe publicetis, & publicari faciatis, ac vt tales euitetis, & ab alijs euitari faciatis, ac aliâs ad plenariā pœnarum prædictarum executionē procedere curetis, donec ſuper his ſatisfactione præuia debitè meruerint abſolutionis beneficiū obtinere. Et nihilominùs legitimis ſuper his per vos habendis, ſeruatis proceſsibus, eos quoties opus fuerit, aggrauare curetis, contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nos enim vobis & veſtrum ſingulis, omnes & ſingulos, qui ſententias & pœnas huiuſmodi vel earum aliquā incurrerint quoquo modo, in loco noſtræ ſacræ congregationis, ea durāte, ipſa verò diſſoluta, in loco Romanæ curiæ & extra etiam ad partes: illos verò ex eis, ad quos tutus non patebit acceſſus, ſeu in locis in quibus libera mandatorū noſtrorum executio fieri non poterit, ſuper quo partis læſæ vel promotorum aut procuratoris prædictorum iuramento ſtari volumus, in audientia literarum contradictarū, & in valuis maioris eccleſiæ ciuitatis vel loci, in qua vel in quo hanc vel aliam generalem ſynodū pro tempore ſedere, vel ea diſſoluta aut nō ſedente Romanum pontificem cum ſua curia reſidere contigerit, ſi in ea vel apud nos: ſi verò extra ſuper his, pcedi contigerit, in loco eccleſiæ, dignitatis vel rei, ſuper qua vel quo agetur, aut alio viciniori, in quo partis læſæ commoditas ſe obtulerit, in valuis maioris eccleſiæ ciuitatis vel loci huiuſmodi, ad inſtar edictorum publicorum monendi, requirendi & citandi, plenam & liberā authoritate vniuerſalis Eccleſiæ concedimus tenore præſentium facultatem, volentes & eadem authoritate decernētes, monitiones, requiſitiones & citationes ſic factas, vim habere, ac eoſdem ſic monitos, requiſitos & citatos arctare perinde, ac ſi eis perſonaliter apprehenſis factæ forent. Non obſtantibus noſtris atq; Apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus, quibus quo ad præmiſſa derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;.

Datum Baſileæ in ſeſsione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, quinto idus Auguſti, Anno à natiuitate domini 1442.

SESSIO XLV.
ſeu vltima.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu-ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Deſiderauit Ezechias rex, vt fieret pax & veritas in 4. Reg. dieb⁹ ſuis: & nos deſiderio deſideramus, 20. d vt pax & vnio Eccleſiæ in dieb⁹ noſtris, hoc ſacro durante Baſileenſi concilio, daretur. Verùm cùm ex plurimis impedimentis quę dietim ingeruntur, & in futurū ſuccreſcere poſſent, formidetur, ne pax & vnio huiuſmodi deſideratæ in hac ciuitate Baſileenſi fieri, aut actus conciliares liberè exerceri valeant, volentes, ppterea caſibus futuris prouidere, ac vt fides & authoritas generalium conciliorum vniuerſalem Eccleſiam repręſentantium, illibatę permaneant, quodq; vnio & pax vera Eccleſiæ dentur, necnon vt continuetur celebratio generaliū conciliorum, attento quòd iam ſanctiſsimus dominus Felix papa quintus præuidens neceſsitatis caſum, pro futuro concilio nominauit inclytam ciuitatem Lugdunenſem in partibus Galliarum, in hocq; ſatisfaciendo decretis ſacrorū Conſtantienſis & Baſileenſis huius generalium conciliorum, dictam ciuitatem Lugdunenſem, quā experientia docente generalium ſynodorū hactenus in ea celebratarum, accommodam & idoneā reputamus, tenore præſentiū in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, p futuro proximo celebrādo concilio nominauimus, deputamus & aſsignamus. Cumq; immineant vrgentiſsimæ cauſę, vt breui fiat alterius generalis cōcilij celebratio, propterea ſtatuimus & ordinamus, vt infra trienniū à datis præſentium computandū, generale concilium in præfata ciuitate Lugdunenſi celebretur, decernētes quòd cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, prælati ſeu quicunq; alij, qui ad generalia cōcilia de iure vel conſuetudine cōuenire debent, in termino prēmiſſo ad dictum locum accedere teneātur, dummodò poſt diſſolutionē huius concilij hoc vel alio in loco cōtinuati, reſtet vnus annus ante huiuſmodi triennij finē. Volumus etiam, & ſpecialiter concedimus, quòd prædictū terminum futuri celebrandi concilij abbreuiare valeat præfatus papa Felix. Per prēmiſſa autem etſi rectè inſpicientibus aliud videri nō debeat, ad maiorem tamē veritatis manifeſtationem declaramus, quòd nō intendimus, neq; volumus, hoc ſacrum

generale concilium Baſileenſe diſſoluere, aut diſſolutum quomodolibet cenſendū eſſe, quinimo in hoc loco continuandum fore, & continuari debere, dum tamen integra & plena libertas atq; ſecuritas, necnon ſaluusductus, per inclytam ciuitatem Baſileenſem nobis & eidem ſynodo conceſsi, ſeruentur illæſi. Adijcientes, quòd ſi aliquod fieret impedimentum, quo minùs in hac ciuitate Baſileenſi iuxta ritum conſuetum actus conciliares liberè exerceri, aut libertas ſeu ſecuritas & ſaluusconductus huiuſmodi non ſeruarentur: quibus caſibus ſeu eorum aliquò (quod Deus auertat) aduenientibus, ſuper quo ſtari volumus arbitrio ſeu atteſtationi dilectiſsimorum cardinalium & venerabilium epiſcoporum, aliorumq; dilectorum Eccleſiæ filiorum, per nos hodiè deputatorum, aut maioris partis eorum pro tempore præſentium, cum ſubſcriptione eorum, indè ſuper conficiendo publico inſtrumento & ſingulis eorundem imminendo, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, hanc ſanctam ſynodū pro ipſius continuatione, ab hac ciuitate Baſileenſi ad ciuitatem Lauſanenſem, vtiq; prouincię Biſuntinæ locum habilem, tutum & idoneū ad generalis concilij celebrationem, in nomine patris & filij & Spiritusſancti tenore preſentium transferimus, ac translatum eſſe decernimus, cum eiſdem modis, formis, qualitatibus & ordinationibus, cum quibus in hoc loco Baſileenſi continuata fuit, & ſtat de præſenti.

Datum Baſileæ in noſtra publica ſeſsione, in Eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, xvij. Calendas Iunij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringēteſimo quadrageſimoſecundo.

Indulgentiæ incorporatis conceſsæ.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu-ſancto legitimè congregata, &c. Dilecto Eccleſię filio, &c. Grata per te nobis & vniuerſali, quam in Spiritu-ſancto legitimè congregatam repræſentamus, Eccleſiæ hactenus impenſa, & quæ adhuc impendere nō deſiſtis, condignè perſtringentes obſequia, illis reddimur intenti non immeritō, per quæ obſequia fructuoſa tibi ſint, & ad maius cedere valeant animæ ſalutis incrementum. Dudum ſiquidē omnibus & ſingulis, qui tantùm noſtræ cōgregationi incorporati fuerunt, & etiā vſq; ad feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ virginis tunc futurū incorporarentur, ac nobiſcum in vinea Domini per ſex menſes laborârūt, & inanteà laborarent, huiuſmodi eorum labores & obſequia condignis ſalutarium retributionum præmijs compenſare cupientes, literas noſtras cōceſsimus in hæc verba:

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Benigna vniuerſalis Eccleſiæ prouidentia, theſauros ſpiritualium gratiarum à Chriſto ſibi conceſſos, laborantibus in vinea domini meritò diſpenſare curat, quo magis labores ac ſolicita ſtudia in proſecutione ſalutis animarum & publici boni Chriſtianæ religionis & exaltationi fidei catholicæ conferant, vt ſic fructuoſis eorū operibus digna rependantur præmia, & ad vberiora meritorum incrementa feruentiùs excitemur. Virtuoſum igitur atque laudabilem zelum ſuppoſitorū huius ſanctæ ſynodi, fidelia obſequia Chriſti Eccleſiæ in ſuis neceſsitatib⁹ & aduerſitatibus exhibentium, & pro inchoatis ſanctis operibus communem Chriſtianorum vtilitatem concernentibus aſsiduè laborantium, attenta conſideratione penſantes, & laboribus eorū digna ſalutarium retributionum munera elargiri cupientes, vt omnes & ſinguli qui huic ſanctæ ſynodo incorporati, reſident perſonaliter in eadem, & anteà per ſex menſes reſederunt, ac etiam qui hucuſque ad feſtum aſſumptionis Mariæ virginis eidem ſanctæ ſynodo incorporati fuerunt, poſtquàm per totidem menſes in eadem reſederunt, necnon & illi qui in noſtris & ipſius Eccleſiæ negocijs extra locum huius ſacri Concilij per nos miſsi ſunt, ac (vt præfertur) nobiſcum per totidem menſes laborârunt, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, etiam cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali præeminent dignitate, ſingulos confeſſores idoneos, ſeculares & regulares preſbyteros eligere, qui toties quoties opportunum fuerit, ipſorum ſingulorum confeſſionibus diligenter auditis, ipſis ſingulis in ſynceritate fidei, vnitate, obedientia & deuotione ſanctæ vniuerſalis & Romanæ Eccleſiæ atq; noſtram & ſummi pontificis pro tempore legitimam adminiſtrationem papatus habentis perſiſtentibus, pro pœnis & cenſuris à iuris conſtitutione vniuerſalis Concilij vel Apoſtolica aut alia quauis, vel ab homine generaliter promulgatis omnibus debitam abſolutionem impendere, atque iniungere valeant pœnitentiam ſalutarem, niſi forſitan talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica fuerit meritò conſulenda, necnon etiam vota peregrinationis, abſtinentiæ & ſimilia per eos emiſſa, exceptis tamen votis peregrinationis Romanæ, Hieroſolymitanæ, & S. Iacobi in Compoſtella, in alia pietatis opera commutare. Quodq; pręterea prędicti vel alij ſimiles confeſſores per ſimiles eorum incorporatorum & incorporandorum eligendi ſingulos ſemel in vita & ſemel in mortis articulo ipſorum ſingulorum ſimilibus confeſsionibus auditis, eis ſingulis præterquā in homicidij voluntarij caſu, alijs pro peccatis omnib⁹, etiam ſi talia fuerint,

fuerint, propter quæ ſedes ipſa meritò conſulenda exiſteret, authoritate vniuerſalis eccleſiæ & noſtra debitæ abſolutionis beneficium impendere, ac pœnitentiã ſalutarem iniungere, plenariam remiſsionẽ omnium peccatorum ſuorum concedentes, ipſosq; & ipſorum quemlibet à quibuſuis excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſingulis alijsq; eccleſiaſticis cenſuris & pœnis à iure vel ab homine generaliter, etiam per legatorum vel delegatorum ſedis prædictæ, aut vniuerſalium conciliorum vel Apoſtolicæ ſedis, aut prouincialis, vel quaslibet ſynodales conſtitutiones, ſiue iuxta regularia quorumlibet ordinum inſtituta incurriſſe quomodolibet cenſebuntur, etiam ſi propterea ad ſedem ipſam vel alium quemcunq; ſpecialis habendus foret recurſus, ſi id humiliter petierint, iniuncta eis indè pro modo culpæ ſimili pœnitentia, necnon alijs quæ fuerint iniungenda, authoritate prædicta etiã abſq; cuiuſuis alterius ſuper hoc requiſita licentia, abſoluere, atque etiam ſemel (vt præmittitur) in vita quæcunq; vota peregrinationis, abſtinentiæ, & ſimilia in alia pietatis opera commutare, etiam ſi talia ſint, propter quæ ſedes Apoſtolica meritò foret conſulenda. Et cum eis & eorum quolibet ſuper irregularitate, ſi quam huiuſmodi ſententijs aut earum aliqua ligati, Miſſas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrãdo, vel ſe illis immiſcendo, vel aliâs qualitercunq:, præterquàm in bigamia vel homicidio voluntario contraxerint abolendo. Etiam omnem inhabilitationis, irregularitatis & infamiæ maculam ſiue notam, per ipſorũ quemlibet præmiſſorum occaſione contractam, eadem authoritate diſpenſare, ipſosq; & eorũ quemlibet, ad quaſcunq; dignitates, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, & alias quaſcunq; necnon perſonatus, adminiſtrationis, officia & beneficia quæcunq; eccleſiaſtica & curam animarum habentia, quæ indebitè ac minùs canonicè, aliâs tamen colorato titulo, etiam ſi per Simoniæ labem, non tamen per violentiam aut prætextu literarum & inſtrumentorum falſo fabricatorum adepti ſunt & poſsidẽt, ipſis tamen dignitatibus, beneficijs, officijs, in quorum adeptione labes Simoniæ interuenerit, in ſuis manibus prædictorum confeſſorum liberè reſignatis, rehabilitare, aliaque eis poſt rehabilitationem huiuſmodi denuò abſq; alicuius iuris præiudicio conferre, & de illis prouidere, & aliâs deſuper ipſorum ſtatui & indemnitatibus conſulere, etiam ad alias quaſcunq; dignitates (vt præmittitur) & beneficia illis canonicè conferendas aut conferenda rehabilitando, ac in omnib⁹ & per omnia liberè & licitè poſsint & valeant, prout Romanus põtifex pro tempore in legitima adminiſtratione papatus conſtitutus, quomodolibet facere poſſet. Ita tamen, quòd ipſorum ſinguli de fructibus per eos ex dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs & beneficijs huiuſmodi indebitè perceptis, aliqualem portionem pro fabricis & ornamentis eccleſiarum ſeu pro alijs vſibus iuxta voluntatem & diſcretionem confeſſorum prædictorum exponere debeant, ac etiam teneantur. Et quibus quidem abſolutionibus, abolitionibus, diſpenſationibus & prouiſionibus, etiã in iudicio & extra (vbi opus fuerit) ſtari volumus perſonis incorporatis & incorporãdis prædictis, authoritate ipſius vniuerſalis concilij tenore præſentiũ indulgemus. Volumus autem, quòd confeſſores ipſi de his, quibus ratione præmiſſorum fuerit impendenda ſatisfactio, etiam ſimilis incorporatis prædictis pro tempore confitentibus, per ſe, ſi ſuperuixerint, vel per hæredes ſuos, aut *alios, ſi tunc fortè tranſierint, faciendã iniungant, quam ipſi abſoluti vel hæredes aut alij premiſſa facere, & adimplere teneantur, vt præfertur. Et ne (quod abſit) aliqui propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda, volumus quòd ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi, aliquis vel aliqui incorporatorum prædictorum aliqua fortè committerent, quo ad illa, remiſsio eis nullatenus ſuffragetur: *quoniam etiam ad eos qui à nobis receſſerunt, & ad diſſolutionem ſeu derogationem authoritatis præſentis ſacri concilij improbis auſibus machinati ſunt, *volumus aliquatenus extendi. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginã noſtræ conceſsionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ quinto calendas Iulij, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante. Nos igitur (vt tu qui ante datam literarum prædictarum noſtræ cõgregationi incorporatus fuiſti, & nobiſcum ipſius Eccleſiæ cauſis & negocijs proſequendis per ſex menſes & ampliùs ſolicitis ſtudijs laborafti, literarum prædictarum pleno gaudeas effectu, & ne eundem effectum ſuper eo quòd incorporatus fueris, & per huiuſmodi menſes nobiſcũ laboraueris, vt præfertur, cuiuſuis hæſitationis ſuperſit ſcrupulus, tempore præcedente (vt præfertur) incorporatum fuiſſe, ac per huiuſmodi menſes nobiſcum realiter & veraciter laboraſſe) harum ſerie literarum atteſtamur, & cunctis notum relinquimus, volentes & authoritate vniuerſalis Eccleſiæ decernentes, quòd præſentes literæ ad probandum plenè huius rei ſeu facti exiſtentiam ſiue certitudinem vbiq; ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat

*aliâs

for. *nolumus

ceat hanc paginam noſtræ atteſtationis, voluntatis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum.

Datum Baſileæ quinto Calendas Iulij, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante.

DECRETVM QVINQVE concluſionum.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, ad perpetuam rei memoriam. Solicitudinẽ generalium conciliorum, quorũ frequens celebratio, agri dominici præcipua cultura eſt, maximè fieri decet, vt euellant & deſtruant vepres & tribulos errorum, ædificentque & plantent ſanam doctrinã veritatis, per quam animæ hominum nutriantur in ſalutẽ. Quod attendens hæc ſancta ſynodus, volensq; errores varios aduerſus euangelicam veritatem & determinationes Eccleſiæ pullulantes extinguere, tres catholicæ fidei veritates cordibus omnium Chriſtianorum per ſolenne decretum ſuæ ſeſsionis firmiùs inſerere curauit, cuius decreti tenor talis eſt, Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, &c. ad perpetuam rei memoriam: Sicut vna eſt Chriſti Eccleſia, ita &c. vt habetur in triceſimatertia ſeſsione. His autem ſic præmiſsis, prouidendum inſuper fuit, vt ea reſcinderentur ſarculo eccleſiaſticæ ſolicitudinis, quæ in aduerſum errata ſunt. Et potiſsimè dum error in illo deprehenditur, qui animabus Chriſtianorum grauius poſſet afferre nocumentum, aliosq; ad errandum faciliùs inducere. Tanta enim nobis cura eſſe debet conſeruandæ Chriſtianæ fidei, vt nec in minimo permittatur violari, quam pertinaciter offendentes in aliquo, totam offendere cenſentur, dum doctrinã eccleſiæ catholicæ in his quæ fidei ſunt, nõ ſequuntur velut infallibilem regulam, ſed indicium proprium in aduerſum obduratis animis ſequi volũt. Verùm præcipuè cauendum eſt, ne is qui aliorum doctor in via veritatis eſſe debet, alios in foueam & præcipitium erroris abducat, & potiſsimè talis erroris, qui vniuerſalium conciliorum authoritatem eneruet, quorum iudicium *ſummum eſt in terris in extirpatione errorum & conſeruatione rectæ fidei. Nec vnquam aliquis peritorum dubitauit, ſummum pontificem in his quę fidem concernunt, iudicio eorundem conciliorum vniuerſalium eſſe ſubiectum. Conquieſcat autem Chriſtiana religio in præmiſſa declaratione catholicæ fidei circa ipſorum conciliorum authoritatem, explicata in ſacra Conſtantienſi ſynodo. Et deinceps cùm olim Eugenius papa quartus, hanc ſynodum Baſileenſem ſine ipſius conſenſu attẽtaſſet prima vice diſſoluere, declaratum ſibi fuit, hoc ipſum præmiſſæ declarationi repugnare, quodq; non poterat diſſoluere, aut in alium locum transferre, vel in aliud tempus prorogare generale concilium vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, ſine conſenſu ipſius: ac etiam quòd hæc erat veritas iuris diuini, & articulus fidem concernens, quæ ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Tandem poſt longam reſiſtentiam, quam aduerſus veritatem fecerat, & multiplices admonitiones atq; informationes ſibi per hanc ſanctam ſynodum factas, diſſolutionem ipſam reuocauit, illamq; declarauit fuiſſe irritam & inanem, reuocans etiam quicquid contra huius ſacri cõcilij Baſileenſis authoritatem per ipſum aut ſuo nomine aſſertũ erat. Sicq; rurſum vniuerſa Eccleſia & Chriſtiana religio in hac fidei veritate conquieuit, firmiter credens nõ poſſe fieri diſſolutionẽ concilij ſine conſenſu eius. Spes autẽ omnium erat, ipſum dominum Eugenium, attenta maxima adhæſione huic ſanctæ ſynodo per eum ſolenniter præſtita, deinceps in vnitate fidei cum tota Eccleſia permanere, à qua iterum prohdolor ſe grauiùs per attẽtatam ſecundam diſſolutionem huius ſacri concilij ſine conſenſu ipſius, ſeparauit. Et cùm fuiſſet iterum admonitus, vt hoc ipſum reuocaret, expectatoq; diuturno tempore, vt rurſum errorem dimitteret, pertinaciùs in eo permanſit, authoritatem conciliorũ generalium & veritates fidei circa eam declaratas, aſsiduè conculcans. Quod conſiderans hæc ſancta ſynodus, & videns ſe nihil apud eum per admonitiones & expectationem proficere, omnibus Chriſtianis rei huius veritatẽ manifeſtare debuit, ne aliquos deinceps in ſuos errores attrahere poſsit, qui per ignorantiã laqueos perditionis incurrant, ſed potiùs lumen doctrinæ Eccleſiæ catholicæ iugiter ſequentes, faciant rectos greſſus ſuos in acquiſitione æternæ ſalutis, ſitque omnium vna fides, vna ſocietas ſpiritus in vinculo pacis. Et vt clariùs rei ſeries ipſius innoteſcat, poſsintq; cuncti pleniùs veritatem ab errore, lumen à tenebris diſcernere, quinq; concluſiones in ſua congregatione generali concluſit hæc ſancta ſynodus nono Calendas Iulij proximè præteriti, declaratiuas eorum quæ aduerſus duas veritates in decreto ſuprà memorato poſitas, præfatus Gabriel, dictus tunc Eugenius papa quartus, attentauit. Quarũ quidem concluſionum tenor talis eſt:

Constantienſis cõcilij ſeſſ. 4. & 5.

Pius 2. ſcribit non ſine ratione Eugenium voluiſſe in ſtalia conciliũ haberi.

Baſileenſis concilij ſeſſione 33.

*ſupremũ

Baſileenſis concilij ſeſſione 38. cuius initiũ eſt, In Eſdra ſcriptũ.

Veritatibus duabus prædictis repugnat prima huius ſacri Baſileenſis concilij prætenſa diſſolutio ſeu translatio, per Eugeniũ papam modernum de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ (vt aſſerit) attentata.

Veritatibus duabus prædictis repugnanes errores Eugenius papa modernus post rimam prætensam dissolutionẽ siue translationem syn odali monitus ac iussus sententia,& in form a sibi oblata, iudicialiter reuocauit.

Veritatibus duabus ptædictis repugnans sacri huius Basileensis concilij prætensa dissolutio siue translatio, per Eugenium modernum citatum super facto reformationis, attentata de plenitudine potestatis, vt asserit, casu quo contra ipsum aut aliquem de suis præsidentibus procederetur, inexcusabilem in fide continet errorem.

Veritatibus duabus prædictis repugnans huius sacri concilij Basileensis iterata dissolutio seu translatio prætensa,ipsum modernum Eugenium dissoluentem seu transferentem,in reuocatũ errorem probat iterum esse prolapsum.

Veritatibus duabus prædictis repugnans iterata dissolutio seu translatio, necnon ipsius Eugenij post eius monitionem synodalem, vt ipsam dissolutionem seu translationem prætensam (vt præmittitur) factam reuocaret,declaratáq; contumacia, ac in eadem longa permanentia, apertáq; sua rebellio, & alterius congregationis iu vim prætensæ dissolutionis sub nomine concilij generalis erectio, hoc sacro durante Basileensi concilio, sunt de eiusdem Eugenij pertinacia euidentia testimonia,quę clamore accusatoris non indigent.

Quæ quidem omnia deduci voluit hæc sancta synodus in notitiam cunctorum per præsentes, vt euulsis erroribus de agro domini,vnitas fidei refloreat, & omnibus amplexantibus veritatem, Ecclesia Dei consequatur salutem & pacem,quę per huiusmodi dissolutiones & impugnationes per præfatum Gabrielem, tunc dictum Eugenium papam quartum, aduersus sanctã synodum suscitatas, quàm plurima pericula & detrimenta hucusq; sustinuisse dinoscitur.Et sicuti in errore suscitata scandala & schismata succreuerunt, sic ex agnitione veritatis pax & tranquillitas oriatur,ipsaq; Christi Ecclesia,destructis aduersitatibus vniuersis,securitate gaudeat & salute. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis & notificationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit,indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursurũ. Datum Basileæ in sessione nostra publica, sexto nonas Iulij, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, Apostolica sede vacante.

BVLLA NICOLAI PAPAE QVINTI SVPER APPROBATIONE *actorum & gestorum in concilio Basileensi.*

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriã. Vt pacis, qua nihil desiderabilius,in vniuersali Ecclesia amplissimè diffundatur & perduret serenitas, & omnium corda quæ exagitauit & defatigauit diuisio,vnitas integra ad cuiuslibet status & honoris prosperitatem consolidet, libenter secundum nostræ & Apostolicæ authoritatis plenitudinem magnitudinemq; voluntatis,omnia amplectimur, per quæ nõ solùm super præsentibus & futuris, sed & super præteritis,vt illibata permaneant,debitæ prouisionis adhibetur remedium. Cùm itaq; post crebras variasq; conturbationes, quibus multis ab annis sancta Dei subiacuit Ecclesia,causantibus diuisionibus, quæ inter felicis recordationis Eugenium papam quartum prædecessorem nostrum,& tunc Basileense concilium viguerunt, hoc in nostro tempore, & ex altissimi Dei prouidentia ineffabili interpositas,tractatuq; oratorum charissimorum in Christo filiorum, Francorum, Angliæ & Renati Siciliæ regum, necnon Delphini Viennensis primogeniti Francorum regis illustris, pacem Ecclesiæ redditam videbamus, dum percepimus venerabilem & charissimum fratrem nostrum Amedeum primum cardinalem episcopum Sabinensem, in nonnullis prouincijs Apostolicæ sedis legatum, vicariumq; perpetuũ, Felicem papam quintum tunc in sua obedientia nominatum, iuri quod in papatu asserebat se habere, ad huiusmodi pacem Ecclesiæ obtinendã,cessisse: eos verò qui Basileæ,postmodũ Lausanæ sub nomine generalis concilij hactenus congregati permanserunt, ordinasse & publicasse nobis tanquam vnico ac indubitato summo pontifici obediendũ esse à cunctis fidelibus, & præfatam Lausanensem dissoluisse congregationem: Desiderãtes igitur toto affectu ea perficere,quib⁹ Christifideles suppressis & extinctis dissensionum & differentiarũ seminarijs, communi fruantur cõcordia, cuiuslibet eorum status,honoris, reputationis & quietis stabilitate firmata, quascunq; promotiones, electiones,confirmationes, postulationes, admissiones,translationes,commendas, administrationes & prouisiones ad quascunque patriarchales,metropolitanas & cathedrales ecclesias, necnon abbatiales dignitates ac monasteriorum regimina quorumcunq;, exemptorum & non exemptorum: necnon quascunq; collationes,prouisiones & dispositiones quorumcunque beneficiorum Ecclesiasti-

Amedeus non Papa, sed cardinalis.

Obserua Basileenses tandem ad Nicolaum accessisse.

corum, regularium & secularium, de iure patronatus etiam laicorum, cum cura vel sine cura,etiam si ecclesiæ parochiales fuerint,aut canonicatus & præbẽdæ, dignitates maiores post pontificales in cathedralibus,vel principales in collegiatis existant, personatusq; perpetuæ administratiões vel officia,etiam curata vel electiua, in quibuscunque Ecclesijs prioratus conuentuales, aut cuiuscunque conditionis, qualitatis vel naturæ fuerint, etiam alterius generis, quàm expressa,paris vel maioris, etiam si ex quauis causa tunc dispositioni Apostolicæ specialiter vel generaliter reseruata, fuerint litigiosa,aut aliâs affecta, vel ad sedem Apostolicam quomodolibet deuoluta, in vim quorum seu prætextu collationum, prouisionum,reseruationum, aut aliarum dispositionum huiusmodi seu alicuius prę missorum,aliâs quàm ex titulo priuationis factarum, præmissarũ occasionum, diuisionum ipsarum ecclesiarum, beneficiorum,dignitatum,officiorum, personatuum,administrationum, canonicatuũ & præbendarum habita seu adepta sit possessio, & possidentur de præsenti: admissiones etiam resignationum quorumcunq; beneficiorum, dignitatum,Ecclesiarũ,simpliciter vel ex causa permutationis factarũ authorizationum & institutionum,pensionum item quarumcunq; super quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum fructibus,reseruationibus & assignationibus, cum processibus & fulminationibus indè secutis, necnõ vniones, annexiones,incorporationes quarumcunque dignitatum & beneficiorum Ecclesiasticorum,secularium & regularium, quibuscunq; patriarchalibus, archiepiscopalibus, abbatialibus vel capitularibus mensis aut monasterijs,conuentibus,dignitatibus,canonicatibus & præbendis vel beneficijs,seu ad inuicem sub quibusuis verborũ formis, dimembrationes etiam *ecclesiasticarum & beneficiorum quorumcunq;, ecclesiarum quoq;,monasteriorum studiorumq; generalium fundationes,erectiones,suppressiones & subiectiones,& quorumcunq; beneficiorum creationes, exemptiones, item reuocationes,pallij dationes, confecrationes, benedictiones, personarũ de ordine ad ordinem translationes, infeudationes, institutiones,contractuum confirmationes, facultatis testãdi concessiones, absolutiones, liberationes, quitantias super quibuscunq; debitis ratione decimarum, semidecimarũ, indulgentiarum,annatarum, communium & minutorum seruitiorũ, vel aliâs quomodolibet, dispẽsationes tã super ætatis quàm natalium & aliarum inhabilitatum defectibus, super incompatibilibus in quocunq; numero, etiam si ad curas parochiales, matrimonijs, iuramento, ordinibus & voto etiam transmarino & rebus alijs quibuscunque, necnon absolutiones à quibuscunq; excommunicationũ, anathematizationum & alijs cẽsuris ecclesiasticis, interdictorum tam generalium quàm specialium relaxationes,ac etiam illarum fulminationes & appositiones iuramentorum, etiã fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis aut alia inhabilitate vndecunq; processerit, restitutiones etiam ad famam & honores gratiarum,indultorum, indulgentiarum & priuilegiorum, & quascunq; alias concessiones, ac omnia & singula tam iustitiam quàm gratiam concernentia,siue in foro conscientiæ aut contentioso,in personis aut locis, quæ tempore concessionum & aliorum præmissorum obediuerunt præfato venerabili ac charissimo fratri nostro Amedeo cardinali Episcopo,legato & vicario supradicto, tunc Felici papæ quinto nominato, ac cõgregatis antedictis seu eorum alteri tam per ipsum tunc Basileense concilium & Amedeum in sua obedientia Felicé quintum nuncupatum, quã illos qui in Basileensi & Lausanensi ciuitatibus sub nomine generalis concilij congregati remanserũt,aut alium seu alios, sua aut alterius eorum authoritate etiam de latere legatos, delegatos, siue alios quoscunq; ab eis vel eorum altero potestatẽ habentes coniunctim vel diuisim,qualitercunq; facta,gesta,concessa,data,indulta, disposita & ordinata, etiam si maiora & grauiora aut alterius cuiuscunq; naturæ à præmissis existant, & specialem requirant expressionem, quæ volumus & decernimus pro expressis specificè haberi,cum omnibus & singulis indè secutis. Ac etiam omnia & singula per ordinarios in dictis locis facta,pro bono pacis & vnionis Ecclesię,motu proprio ex certa scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinaliũ, præsentium serie approbamus, ratificamus,& etiam confirmamus, rataq; & firma haberi volumus. Necnon potiori pro cautela de personis patriarcharum, archiepiscoporum, Episcoporũ & abbatum, quibuscunq; Ecclesijs & monasterijs, quarum & quorum assecuti sunt possessiones, & possident de præsenti, necnon de dignitatibus,prioratibus,personatibus, administrationibus,officijs, canonicatibus & præbendis, commẽdis & beneficijs quibuscunque etiam sedi Apostolicæ specialiter vel generaliter reseruatis, deuolutis vel quomodolibet affectis, eorum possessoribus quibuslibet de nouo prouidemus, ac ipsorum omniũ fructus,redditus & prouentus, necnon emolumenta singula in quibuscunq; & vbicunq;, etiam extra diœcesim, in quibus Ecclesia,monasterium,prioratus,dignitas, seu beneficium huiusmodi fuerit, consistentia, ad eorũ possessores spectare & per-

* ecclesiarũ

*m tinere.

tinere. Et quòd ipſi in ſuarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, dignitatum & beneficiorum (prout eorũ ſingulos concernit) poſſeſsionibus, pro huiuſmodi bono pacis & vnionis, pacifici remaneant & quieti, decernimus & declaramus, gratis & abſq; ſolutione communium vel minutorum ſeruitiorum, annatarum, aut vacantiæ tam noſtræ cameræ, quàm venerabiliũ fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium collegio facienda, nomina & cognomina, valoresq; ipſorum beneficiorum & dignitatum, ac non obſtantias ipſorum poſſeſſorũ pro expreſsis habentes, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcunq;. Inſuper quaſcunq; obligationes ſeu debita de & ſuper annatis ſeu communibus & minutis ſeruitijs iuxta curiæ noſtræ conſuetudinem, cæterisq; iuribus nobis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium collegio cæterisq; officialibus debitis, ſi quæ deberi dicerentur, occaſione quarumcunq; metropolitanarũ & cathedralium eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, etiã conuentualium beneficiorum & officiorũ huiuſmodi, vſq; ad præſentẽ diem poſſeſſoribus antedictis ex ſimili ſcientia remittimus & relaxamus, pariter & donamus: eosq; qui huiuſmodi debitis obligati eſſent, ab omni eorum ſolutione abſoluimus & liberamus, & ſuper illis dari quitantias petentibus aut volentibus demandamus in forma plena, debita & opportuna, fructus etiam illos, quos durante huiuſmodi diuiſione, ex dictis eccleſijs, dignitatib⁹, beneficijs & officijs perceperunt, etiam ſi nobis & cameræ Apoſtolicæ debiti eſſent, penitus ipſis & cuilibet ipſorum remittimus de dictæ ſedis munificentia liberali, camerario, theſaurario, clericis cameræ, collectoribus & ſubcollectoribus noſtris quibuſcunq; inhibentes ſub excommunicationis ſententia & alijs cenſuris eccleſiaſticis atq; pœnis, quas remiſsioni & inhibitioni noſtris huiuſmodi contraueniẽtes incurrere volumus ipſo facto, ne fructus prædictos occaſione præmiſſa, dicta diuiſione duráte perceptos, & per nos remiſſos, vt præfertur, à quoquã quomodolibet exigere ſeu extorquere præſumant. Dictorum rurſus poſſeſſorum ſingulis aduerſarijs ſuper præfatis eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatibus, officijs & beneficijs perpetuum ſilentium imponentes, quaſcunq; promotiones, impetrationes, conceſsiones, prouiſiones, declaratiões & literas deſuper pro ipſis aduerſarijs & alijs quibuſcunq;, in præiudicium ipſorum poſſeſſorum vel derogationem huiuſmodi per nos confirmatorum, quomodolibet etiam ſi motu proprio, ex certa ſcientia aut plenitudine poteſtatis, & de venerabilium fratrũ noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu, tam per dictũ noſtrum prædeceſſorem, quàm nos ſiue alium quemcunque, illius aut noſtra authoritate, ſiue alia quacunq; factas, datas, conceſſas & habitas, etiam ſi in vim earum ipſis aut alicui eorum in re vel ad rem ius quæſitum foret: necnon diffinitiuas & alias etiam, quæ in rem tranſierunt iudicatam, ſuper eccleſijs & alijs præmiſsis in Romana curia vel aliâs vbicunq; contra dictos poſſeſſores promulgatas ſententias & quæcunq; indè ſecuta, prædictis motu & ſcientia ac plenitudine pro bono pacis & vnionis prædictarum caſſamus, irritamus & annullamus, ac caſſa, irrita, infecta, nullaq; & inania ac viribus vacua declaramus & denunciamus. Illas verò ex ſententijs, quæ pro prædictis poſſeſsionibus ſuper præmiſsis, ac etiam quaſcunq; alias ſententias & ſubrogationes, quæ, p quibuſuis perſonis, partibus ſe defendentibus, illarũ omnium nominibus & cognominibus pro expreſsis habentes, & quæ in rem tranſiuerunt iudicatam, in Baſileenſi ſeu Lauſanenſi ciuitatibus, ſeu in curia præfati venerabilis ac chariſsimi fratris noſtri Amedei primi cardinalis, (vt præmittitur) legati vicarijq; perpetui, Felicis quinti in ſua obedientia nominati, vſq; in hodiernum diẽ prolatæ ac ſubrogationes pro altero ex collitigantib⁹ mutuò ſe defendentibus factæ ſunt, validas & ratas decernentes, necnõ quaſcunq; lites & cauſas deſuper in noſtra curia vel alibi contra ipſos poſſeſſores ſuper prædictis eccleſijs, dignitatibus, beneficijs, officijs quomodolibet pendentibus, quorum omnium, etiam ſi vna vel duę ſeu plures diffinitiuæ vel aliæ ſententiæ prolatæ ſint, ſtatus præſentibus pro expreſsis habentes, ad nos aduocamus, & totaliter extinguimus. Et pro maiori omnium & ſingulorũ ſecuritate & roboris validitate, quibuſcunq; perſonis tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ exiſtant, etiam ſi cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopali, epiſcopali aut alia quacunq; præfulgeant dignitate, necnõ quarumcunq; tam cathedralium quàm collegiatarum & aliarũ eccleſiarum & monaſteriorum capitulis, collegijs & conuentibus, ac ſingularibus perſonis earundem, illiq; vel illis, ad quem ſeu ad quos dictarum eccleſiarum, beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorũ electio, collatio, prouiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio communiter vel diuiſim pertinet, ac huiuſmodi poſſeſſorum aduerſarijs, quibus per nos ac noſtrum prædeceſſorem ſeu alium quẽcunq; factæ ſunt conceſsiones & prouiſiones de huiuſmodi eccleſijs, beneficijs & officijs poſſeſsis, omnibus & ſingulis alijs, quorum intereſt vel intererit quomodolibet in futurũ, mandamus expreſsè inhibentes, videlicet patriarchis, archiepiſcopis & epiſcopis ſub ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ, minoribus verò perſonis ſingularibus ſub excommunicationis, necnõ dictorum poſſeſſorũ aduerſarijs ſub ſimili excommunicationis ac priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum quæ obtinẽt, & inhabilitationis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, perpetuæq; infamiæ: collegijs verò, capitulis & conuentibus ſub ſuſpenſionis à diuinis, pœnis, ſententijs & cenſuris, quas contrafacientes & rebelles (prout quemlibet ipſorũ concernit) exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, incurrere volumus ipſo facto, ne ipſi ſeu eorum alter publicè vel occultè, directè vel indirectè, quouis quæſito colore vel ingenio, contra declarationes, cõceſsiones, approbationes, ratificationes, confirmationes & alia prædicta vel eorum aliquod in præiudicium, damnum & grauamen dictorum poſſeſſorum & derogationem præmiſſorum per nos confirmatorum, aut alicuius eorum, facere, dicere & attentare, ſeu ipſi prænominati, ad quos ſpectat huiuſmodi electio, collatio, prouiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio, quenquam alium ad Eccleſias, dignitates, beneficia & officia ſeu alia præmiſſa, hactenus ſic poſſeſſa recipere & admittere, neq; poſſeſſores huiuſmodi ſuper præmiſsis in aliquo vexare, perturbare, moleſtare, ſeu inquietare quomodolibet præſumant, aut præſumat, ſed ea omnia & ſingula inuiolabiliter & ſine contradictione quacunque, quantum in eis eſt, manu teneant & obſeruent, dictosq; poſſeſſores in poſſeſsione ſua huiuſmodi teneant & defendant. Si quæ etiam (quod abſit) per quempiam quacunq; etiã authoritate noſtra, contra præmiſſa ſeu eorum aliqua, aut in præiudiciũ dictorum poſſeſſorum ſeu alicuius eorum, nouitates factæ fuerint ſeu fierent, illas ac quæcunq; indè ſecuta exnunc prout extunc habemus & haberi volumus pro infectis. Et nihilominùs contrauenientes & rebelles huiuſmodi, ſiue patriarchæ, archiepiſcopi aut epiſcopi fuerint, ab ingreſſu Eccleſiæ: minores verò perſonas ſingulares, excommunicatos: necnon dictos aduerſarios & eis auxilium dantes, vltra excommunicationis pœnã beneficijs & officijs ſuis priuatos, inhabiles & infames: capitula verò, collegia & conuentus, à diuinis ſuſpenſos per quemlibet ordinarium loci, aut alterum in dignitate conſtitutum, ſiue canonicum alicuius Eccleſiæ cathedralis, per quemcunq; ex huiuſmodi poſſeſſoribus eligendum & requirendum, ſeu executionem dandum ſuper huiuſmodi noſtra volũtate in Romana curia ſiue extra, declarari & denunciari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & ſingulis, ipſis & eorum cuilibet, authoritate Apoſtolica damus atq; concedimus facultatem, reiectis in præmiſsis omnibus & ſingulis cauſ-

telis & appellationib⁹ quibuſcunq;, in præiudicium præmiſſorum interpoſitis ſeu interponendis, quas tanquam friuolas & inanes cũ indè ſecutis & ſecuturis, extunc prout exnunc, & exnunc prout extũc caſſamus, irritamus, annullamus, & pro infectis haberi volumus: vicecancellario & quibuſuis alijs officialibus noſtris expreſsè inhibentes, ne ad cuiuſuis inſtantiam ſuper cauſis prætenſarum appellationum huiuſmodi, aut aliâs via ſimplicis querelæ ſeu reſtitutionis in integrum aliquam commiſsionem ſignare, ſiue reſcriptum etiam extra Romanam curiam concedere, nec auditores cauſarum palatij noſtri, ſiue ordinarij loci aut quicunq; alij commiſsiones ſiue reſcripta huiuſmodi recipere, ſeu cauſas deſuper motas & mouẽdas audire præſumant, ſeu attentent. Adijcientes, quòd ſi vllo vnquam tempore apparet, de aliqua conceſsione ſeu declaratione per nos aut noſtros ſeu dicti prædeceſſoris literas, quaſcunq; clauſulas, etiã derogatorias, generales vel ſpeciales ſub quacunque verborum forma in ſe continẽtes, licet in illis dicatur, non obſtantibus clauſulis dicentibus quòd illis non derogetur, niſi de eis ſpecialis mentio fiat, aut quòd de verbo ad verbum & cum toto tenore illarum inſeri debeat, facta ſeu fienda, per quam dictos poſſeſſores ſeu eorum aliquẽ in huiuſmodi ſuorum beneficiorum poſſeſsione ſeu aliâs turbari, vexari, moleſtari, ſeu inquietari, aut contra huiuſmodi noſtras cõceſsiones, prouiſiones & alia per nos approbata fieri, atq; contraueniri poſsit, etiam ſi motu proprio, ex certa ſciẽtia, ſiue de plenitudine poteſtatis & de ipſorum venerabilium fratrum noſtrorum cardinaliũ conſilio & aſſenſu emanarent, ſeu emanaſſent tales declarationes aut conceſsiones pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ, nullatenus effectũ ſortiri, ſed pro infectis exnunc prout extunc haberi volumus. Verùm ſi in obedientia prædictorum tunc nuncupati Felicis, & illorum qui Baſileæ & Lauſanæ ſub nomine generalis concilij tunc permanſerunt, duo vel plures ſuper vno vel pluribus beneficijs litigarẽt, poſſeſſio non poſsidenti nõ afferat præiudicium, ſed cuilibet ius ſuũ ſemper ſaluũ conſeruetur, ac etiã vnicuiq; maneat ius, quod ante huiuſmodi diuiſionem ſibi quæſitum erat. Et ſi fuerint aliquæ Eccleſiæ ſeu beneficia, quarum ſeu quorum caput in vna obedientia, & membra in altera exiſtant, membra reducantur ad caput. Saluo tamẽ, quòd membrum obtinens in illius remaneat poſſeſsione, ſi ius eidẽ competebat ante huiuſmodi diuiſionẽ. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula, in quibus eis forſan fides facienda fuerit, loca deferre, dicta authoritate Apoſtolica decernimus, quòd illarum tranſſumpto manu publica & ſigillo alicuius epiſcopi aut illius vicarij, ſeu curiæ

aut ſuperioris eccleſiaſtici ſignato & munito, perinde ac ſi originales literæ huiuſmodi exhiberentur, fides plenaria adhibeatur, & ſtetur. Mandantes nihilominùs literas in ſimili forma pro quibuſcunq; particularibus perſonis eas petentibus & habere volentibus, illorũ nominibus & cognominibus ſpecificè expreſsis, cum deſignatione eccleſiæ, dignitatis, beneficij ſiue beneficiorum, aliarumq; conceſsionum ſuperiùs deſignatarum, in cancellaria noſtra & alibi gratis & ſine ſolutione alicuius taxæ, ſaluo moderato ſalario ſcriptorum, expediri: & irritũ decernimus & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, prouiſionis, decreti, voluntatis, impoſitionis, caſſationis, remiſsionis, relaxationis, donationis, abſolutionis, liberationis, inhibitionis, impoſitionis, irritationis, annullationis, declarationis, denunciationis, aduocationis, extinctionis, voluntatis, mandati, dationis, conceſsionis, adiectionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Spoleti anno incarnationis dominicæ, 1449. decimoquarto Calendas Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

P. de Noxeto, Marcellus de curia. regiſtrata in camera Apoſtolici concilij.

EPISTOLAE ET RESPONSIONES SYNODALES SACRI GENERALIS CONCILII BASILEENSIS.

EPISTOLA SYNODALIS DE CONVOcatione Bohemorum ad Concilium.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, vniuerſis viris eccleſiaſticis, nobilib⁹, & toti populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Compulit nos charitas Chriſti egredi de terra noſtra & cognatione noſtra, & venire ad locum quẽ oſtendit nobis dominus pro pace Eccleſiæ & ſalute populi Chriſtiani. Et quid mirũ quòd pro Chriſto in terra aliena peregrinari decreuimus, cùm ipſe dominus noſter pro nobis duriſsimã vſq; ad mortem crucis peregrinationem pati dignatus ſit? Si Ioan. 3. Deus ita dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitum daret: & nos meritò ita ipſum diligere debemus, vt pro ouibus ſuis, ſi oporteat, animas noſtras libẽter exponam⁹. Quod quidem, quantũ diuina gratia nos inſpirauit, erga omnes prompto animo facere parati ſumus, & ob hoc ex omni natione ad ſacrum generale concilium huc conuenimus, vt expulſis de populo Chriſtiano errorib⁹, ſedatis bellis, & extinctis vitiorũ illecebris, fidei vnitas, animorum concordia, & ſanctorum morum diſciplina vbiq; ſeruentur: & ipſa mater Eccleſia, toto orbe terrarũ diffuſa, in pace ſanctorum & vnitate refloreat. Et quanquã plurima in hoc ſacro concilio immineant, quibus neceſſariò prouidendum eſt, nihil tamen ante oculos noſtros tam ſedulò verſatur, quàm vt vos in eadem vnitate nobiſcũ coniungamini. Si ſciretis quanto affectu ſalutem & pacem veſtrã optamus, ſi corda noſtra charitate erga vos ardentia intueremini, obmiſsis omnibus, ſine mora huc properaretis vos in vlnas noſtras, confidentes quòd à nobis qui vos propter Chriſtum vt noſmetipſos amamus, requiem animabus veſtris inuenire poſſetis. Et forſan diſsidium noſtrum aliquandiu in Eccleſia Deus permiſit, vt per experientiam cognoſcentes quanta mala ex diuiſione fraterna oriuntur, poſteà alter alterum perfectiùs diligamus: & vnitas, qua nihil inter homines reperitur meliùs, cautiùs deinceps cuſtodiatur. Ieſus Chriſtus orauit, vt non ſolum Apoſtoli, ſed omnes qui per verbum eorum crediturí erant, vnum eſſent, ſicut ipſi ſunt vnum pater & filius: & in hoc dixit cognoſci diſcipulos ſuos, ſi dilectionem inuicem haberent. Si cupimus Chriſto placere, ſi eius diſcipuli eſſe & videri volumus, laboremus pro viribus, vt vnum ſimus, dilectionemq; & concordiã, ſicut Chriſti fideles decet, inuicem habeamus. Oſtendamus ſecundum primitias Eccleſiæ multitudinis credentiũ, vt ſit cor vnum & anima vna: ſicut vnus eſt Acto. 4. nobis Deus, vna fides & vnus baptiſmus: ita Ephe. 4. nos eiuſdem patris filij ſimus vnanimes, & habitare vni⁹ moris nos dignos faciat in domo ſua. Quàm bonum & quàm iocundum Pſal. 132. tunc erit, cùm in eadem ſanctæ matris Eccleſiæ domo concorditer habitabunt fratres in vnum? Quanta lætitia erit in cœlis, ſi vos qui aliquãdiu à nobis diuiſi fuiſtis, iterum in charitate & vnitate nobiſcum reconciliemini? Eccè Spirituſſanctus ex omni natione congregat fratres, vt ſicut ipſe charitas eſt, ita in charitate viuat, & iuxta promiſsionem Chriſti, omnem doceat veritatem, quæ ad ſalutem eſt neceſſaria. Scimus quia noſter cæleſtis paterfamiliâs bonũ fidei ſemen Matth. 13. in terra veſtra ſeminauerat, ſed venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizaniam. Putamus multum boni ſeminis adhuc ſupereſſe, nec radicem omninò aruiſſe. Speramus adhuc terram eſſe idoneam ad fructificandum in domo domini, dummodò patiamini infundi rorem Spirituſſancti, qui illam fœcundet, & herbas noxias exurat. Credim⁹ admodum vobis moleſtũ fore, tot ſtrages, incendia, depopulationes & infinita mala cõſpicere, quæ ex huiuſmodi diſsidio quotidiè contingunt, vosq; optare pacẽ patriæ ac quietem, vt tandem fides catholica vbiq; terrarum debitè colatur. Ijs nuſquã meliùs prouideri poteſt, quàm in hoc ſacro concilio, vbi vniuerſalis conuenit Eccleſia: hîc quicquid pertinet ad fidei veritatem, quicquid ad pacem & concordiam, quicquid ad vitæ puritatem & diuinorum mandatorum obſeruantiam, omni cum diligentia & libertate tractabitur. Licebit liberè omnibus exponere, quicquid Chriſtianæ religioni expedire iudicauerit: licebit conſulere & procurare remedia. Aderit planè Spirituſſanctus, in cuius nomine cõgregata eſt hæc ſancta ſynodus. Ipſe erit dux & rector concilij, perfectè illuminaturus corda hominum, vt viam ambulent veritatis & pacis. fiduciã in Chriſto habemus, quòd ſi huc puro corde & bona intẽtione acceſſeritis, proculdubiò læti & conſolati in patriam redibitis, genti veſtræ pacem, quietem, gratiamq; Dei & hominum, vobiſcum deferentes. Audiuimus quòd ſæpè conqueſti eſtis, nõ eſſe vobis traditam, qualem voluiſſetis, liberam audientiam. Iam ceſſabit omnis querelæ occaſio. Eccè iam locus & facultas plenæ audientiæ præbetur. Iam inuitamini non coram paucis, ſed vniuerſaliter audiemini, quantumlibet audiri volueritis. Ipſe Spirituſſanctus aſtabit medius iudex & arbiter, quid in Eccleſia tenendum & agendum ſit. Erimus ſimul in oratione perſeuerantes, & tam diu & tam ſeruenter ſuam pietatẽ gemitibus, ieiunijs, precibus, obſecrationibus ac ſanctis operibus interpellabimus, vſquequò ipſe charitatis author & veritatis doctor, corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam amplectendamq; veritatis & vnitatis ſemitam. Ob hoc potiſsimè in Eccleſia Spirituſſanctus introduxit concilia, vt ſi qua circa fidẽ inter Chriſtianos diſſenſio orta fuerit, omnibus in vnum conuenientibus, per inuocationem nominis ſui veritas euidenter appareat. Sæpenumerò in Chriſtiana religione pullulârunt errores, opiniones & ſchiſmata: ſed interuentu ipſorũ conciliorum Spirituſſanctus illa procul effugauit & penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis, ſi pacem optatis, ſi honor Chriſti penitus vobis curæ eſt, iam re ipſa oſtendite. nullo vnquã loco vel tempore efficaciùs & accommodoſiùs, quàm hîc eſt modò, iſta omnia fieri poſſunt. Proindè vos ex toto corde & tota anima per ipſum Spiritum ſanctum hortamur rogamus & obſecramus, vt poſtquàm oſtiũ ad tale ac tantum bonum apertum videtis, non differatis introire, & ad hoc ſacroſanctum conciliũ in nomine Ieſu Chriſti confidenter accedere, vt vnanimiter audiamus verbum hoc, quod Spirituſſanctus in Eccleſia Dei facturus eſt. Et licet hunc locum ſecurum & liberum omnib⁹ venientibus ſtatuerimus, ne tamen aliqua forſitan occaſione retrahi poſsitis, nos paratos offerim⁹ plenum ac ſufficientem ſaluumconductum veniendi, ſtandi & redeundi ijs, quos deſtinare volueritis, nomine vniuerſalis Eccleſiæ concedere, ac omnia facere quæ pro tutela & ſecuritate ipſorum expedire videbuntur. Rogamus autem vos, vt viros tales mittatis, ſuper quos Spiritus domini requieſcere ſperetur, mites videlicet, timoratos, humiles corde, pacem optantes, & non quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti, qui nobis & vobis & toti populo Chriſtiano hîc pacem, & in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur, qui viuit benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Ioan. 17.

Ioan. 13.

Datum Baſileæ die decimaquinta menſis Octobris, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo, indictione decima, pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij, diuina prouidentia papæ quarti anno primo.

QVOD PATRES INTENDVNT MAnere in Baſilea, & quòd non credatur literis aut mandatis in contrarium.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentãs, vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Zelus domus Dei quæ eſt Eccleſia, extra quam non eſt ſalus, nos inuitat atq; charitatiuè compellit, aduerſus hæreſes vaſtatrices tunicæ inconſutilis Chriſti, quæ fides eſt orthodoxa, viriliter inſurgere: & non minùs peruerſis moribus, quibus prohdolor infectus eſt populus Chriſtianus, & indies in omni ſtatu ampliùs inficitur, ſalubriter obuiare, necnon bellicis cladibus penè vbiq; terrarum fidelem populum deſtruẽtibus, & quaſi ad nullitatẽ miſerabiliter perducẽtibus, quantum vires noſtræ gratia diuina adiutæ valuerint, finem ac remedia opportuna adhibere: pro quibus cauſis euidenter neceſſarijs & maximè arduis hîc in Spiritu ſancto conuenimus, tam generalium conciliorũ Conſtantienſis & Senenſis, quàm expreſsis mandatis felicis recordationis domini Martini papæ quinti, necnon & ſanctiſsimi domini noſtri moderni Eugenij quarti authoritati-

bus expreſsis, & ſpecialibus repetitis mandatis reuerendiſsimo in Chriſto patri domino Iuliano ſancti Angeli diacono cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, atq; huius ſacri concilij præſidenti. Verùm antiquus humani generis hoſtis, inſidias more ſuo parare volens tot tãtisq; bonis, quæ ex hoc ſacro concilio prouenire ſperantur, famam (vt audiuim⁹) per diuerſa loca diffundere conatur, quòd hæc ſacroſancta ſynodus Chriſtianæ religioni tam vtilis & neceſſaria, diſſolui aut prorogari vel in aliquem alium locũ transferri debeat, ex quo cùm veriſimiliter timeamus, nonnullos huiuſmodi rumoribus à ſancto eorum propoſito huc forſan veniendi retrahendos, ideo tenore præſentium ſignificamus, nos omnino decreuiſſe in hoc ſancto concilio firmiter permanere: & accedente gratia Spirituſſancti, diligentiſsimè laborare ad prædicta ſancta opera, quę inchoamus, perficienda: nec vlla ex cauſa vel occaſione hinc recedere, antequàm aliquod efficax remediũ circa prædicta adhibitum fuerit, cùm euidenter conſtare poſsit ex diſſolutione huius ſacri concilij ſecutura fidei catholicæ, ſtatus eccleſiaſtici, & totius Chriſtianæ religionis ruina. Speramus & pro certo tenemus, attẽta integritatis & vitæ & ſanctitatis vitæ fama, qua hucuſque nunc vixit ſanctiſsimus dominus noſter Eugenius papa quartus, ipſum omnem fauorem & auxilium daturum ad conſeruandũ hoc ſacrum conciliũ, quod authoritate præcedentium conciliorum & ſui anteceſſoris, & ipſius, inchoatum ac ſtabilitum extitit: nec quiſquã aliquo modo credat quibuſcunq; perſonis aut literis aliud aſſerẽtibus. Et ob hanc rem mentem noſtram pleniùs explicãdam, iam noſtros ſolennes deputauimus ad ſuam ſanctitatem ambaſiatores. Etſi quid in contrarium aliquo modo fuſſet vobis inſinuatũ, aut inſinuari contingeret, id omni veritate carere credatis. Nec veriſimile eſt, quòd benè informatus dominus Apoſtolicus vicarius Ieſu Chriſti, ad quẽ principaliter pertinet extirpare hęreſes, reformare mores corruptos, & procurare pacem in populo Chriſtiano, aliquo modo cogitaret diſſoluere hoc ſacrum concilium, præſertim contra decreta concilij Conſtantienſis, per prædeceſſorem ſuum & eundem approbata, & à tantis ſolennibus viris maturè digeſta, quo efficacius remedium ad hæc facienda reperiri non poteſt, ex cuius diſſolutione certitudinaliter ſequerẽtur hæreſum, deformitatum ac guerrarum & odiorum induratio ac etiã multiplicatio. Noſtræ quippe profeſsionis eſt, nos exponere morti pro domo Dei, Eccleſiã eius defenſare aduerſus tam eminentia pericula, potiſsimè nunc temporis, quo ad dictam noſtram ſanctam ſynodum ſperamus Bohemos aduenire, & in ſacra fidei catholicæ vnione nobiſcum reduci. Nam noſtras literas, quibus ad idem eoſdem monebamus ſalubriter & charitatiuè, honeſtè ac reuerenter ſuſceptas intelleximus. Cæterùm pax & concordia regum, principum & communitatum, quibus ſuper ijs literas noſtras direximus, per hoc præſens ſacrum concilium efficienda ſperatur, precipuè pax regni Francię, pro qua reuerendiſsimo in Chriſto patri domino cardinali ſanctæ Crucis, Apoſtolicæ ſedis legato in Francia, die noctuq; ad hoc tendenti & laboranti, noſtras literas & nuncios ſpeciales tranſmiſimus. Qui quidem dominus cardinalis locum conuentionis aſsignandæ partibus, nobis notificandum reſcripſit, quatenus vnà cum eodẽ ad tam ſanctum opus concurrere efficaciter valeamus, propter quæ ſaluberrima opera Spirituſſancti, qui huius ſacri concilij cuſtos eſt & protector, adiutrice gratia perficiẽda, hîc de omni regione cõuenimus, atq; in publica ſeſsione noſtra, decimaquarta Decẽbris in maiori huius ciuitatis Eccleſia celebrata, per noſtra decreta hîc tam diu permanere congregati ſtatuimus, quouſq; præfati neceſſarij vtiq; ac plurimi fructuoſi effect⁹ votiuos fines ſortiantur: quod fixè & inflexibiliter perficere, vt præmiſimus, intẽdimus. Eapropter deuoti viri, in Chriſto ſyncerè dilecti, vos in domino obſecramus, pro huius ſacræ noſtræ ſynodi ſalubri directione deuotiùs exorare, proq; huiuſmodi felici ſucceſſu diuinam clementiam humiliùs implorare: necnon & ſi quæ literæ, ſchedulæ, ſcripta, mãdata, quocunq; nomine cenſeantur, à quibuſuis perſonis inueneritis aut receperitis, noſtræ huic ſanctæ intentioni obuiantia, aut ſaluberrimos effectus præfatos quoquo modo impediẽtia, nobis indilatè tranſmittere curetis: nec eiſdem adhærere, aut à ſynceritate, quam noſtræ congregationi geritis, vllatenùs recedere velitis, quocunque colore per quoſcunq; prætenſo. Reuerẽdos aũt patres dominos prælatos & cæteros qui de iure vel conſuetudine ad ſacram generalem ſynodum venire tenẽtur, admonemus & mandamus ſub pœnis iuris ac ſub debito iuramenti, quatenus celerrimè ad noſtram congregationem accedant in propria perſona: aut ſi fuerint corporãli impedimento detenti, honorabiles & doctos viros de ſuis eccleſijs benè inſtructos, deſtinare nõ omittant. Sic autem facientes, Chriſto cuius cauſam gerimus, maximè placebitis: Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, imo & toti Chriſtianitati dignũ famulatum præbebitis: vos verè fideles, Dei honorem, Eccleſiæ ſuæ meliorationem volentes & affectantes monſtrabitis, atq; gratiam in præſenti, & gloriam in futuro poſsidebitis, quam vobis conferre dignetur preſenti ſynodo præſentialiter aſsiſtens Spirituſſanctus. Datum Baſileæ vigeſimaprima Ianuarij, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, pontificatus dicti

Hic Iulianus poſtea relictis Baſileenſibus, Eugenio adhæſit, cum multis alijs.

Eugenius laudatur.

dicti domini Eugenij papæ quarti anno primo, ſub ſigillo reuerendi in Chriſto patris domini Philiberti epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomagenſis. De mandato dictæ ſanctæ ſynodi, v. Sapientiæ.

RESPONSIO SYNODALIS DE AVthoritate cuiuslibet concilij generalis ſupra Papam & quoslibet fideles, quodq; ſine eius conſenſu non potuit diſſoluere concilium Baſileenſe dominus Eugenius papa quartus.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Cogitanti huic ſacræ ſynodo, in Spirituſancto legitimè congregatę, quid vobis venerabilibus Ioanni & Andreæ, Tarentinenſi & Coloſſenſi archiepiſcopis, ac Bertrãdo epiſcopo Magalonenſi, necnon dilecto Eccleſiæ filio Antonio de ſancto Vito, palatij Apoſtolici cauſarum auditori, oratoribus ſanctiſsimi domini Eugenij papæ quarti, pro ijs quæ ſuo nomine bis expoſuiſtis, reſponſura ſit, duo ipſe Spirituſſanctus perſuadet: primum, vt (ſecundum Apoſtolum) nõ in ſublimitate ſermonis & doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus loquatur: deinde, vt ſummum pontificem & vos & quoſcunq; huic ſacro concilio aduerſantes, ſub ijs verbis Apoſtolicis admoneat, quibus beatus Paulus ad Epheſios vſus eſt: Nolite, inquit, contriſtare Spiritum ſanctum. Vtinam non à triſtitia dicendi exordium aſſumere poſſemus, & ab ea præſertim, quæ in Spiritum ſanctum committi dicitur. Duob⁹ modis ſacri doctores exponunt Spiritum ſanctum contriſtari. vel cùm boni dono ſpirituſſancti & propter charitatem contriſtãtur de his, quæ non rectè faciunt: vel cùm Spirituſſanctus ab homine nõ rectè facienti, repellitur more humano. Sicut enim homo de domo pulſus, triſtis recedit, ita Spirituſſanct⁹ propter non rectè facta hominum deſerit eos, & ab his recedit, non ipſe triſtis, ſed triſtes dimittens quos deſerit. Connectendo inuicem vtranq; expoſitionem, obſecrat hæc ſancta ſynodus cum omni manſuetudine, lenitate & modeſtia ſummũ pontificem & vos eius oratores, ne Spiritum ſanctum contriſtare velitis: Tum propter noſipſos concilium celebrantes, ne triſtitiam, mœroremq; patiamur, intuentes ipſum non rectè agere, dum diſsipare & euertere conatur hanc ſanctam vniuerſalem ſynodum, pro ſalute populi Chriſtiani congregatam: Tum etiam propter ipſum dominum Eugenium, vosq; & alios concilium impugnantes, ne ſic agendo, Spiritum ſanctum à vobis repellatis. Ipſe enim habitare non conſueuit cum his, qui operibus aduerſantur charitatis. Inter noſtram autem & veſtram triſtitiã hoc refert, ſicut inter præſentem & futuram, meritoriamq; & pœna dignam. Nos enim vehementer illa ſentimus zelo domus Dei incenſi. Grauiſsimè quidem contriſtata eſt hæc ſancta ſynodus, tacta dolore cordis intrinſecùs, cum amaritudine & fletu volens congregare filios ſuos, ſicut gallina pullos ſub alis ſuis, & non permittitur: volens fidei & Eccleſiæ periclitanti ſuccurrere, & prohibetur. Et quod cauſa maioris doloris eſt, ab eo prohibetur, qui omnem animi conatum & ſtudium ad tam ſanctum & neceſſarium opus, more prædeceſſorum ſuorum conuertere deberet. Ipſe autem ſummus pontifex, vosq; & alij concilio contradicentes, triſtitiam nunc non ſentitis, nec animaduertitis quantum ſcandali ac perturbationis in Eccleſia ſic agendo ſeminatis: ſed eo periculoſior ac maiori compaſsione dignus hic morbus eſt, quo non ſentitur, ſentietis autem poſteà, dum ſcandala nata eſſe videritis, & cùm apud illud terribile Chriſti tribunal ſtabitis, de ſingulis vſq; ad minimum quadrantem rationem redditurі. Sed hoc nos in anguſtijs & tribulationibus conſolatur, quòd huiuſmodi triſtitia in gaudium atq; præmium Domini nobis conuertetur: aduerſantibus autem, ad iudicium: quod vtinam per condignam pœnitentiam in miſericordiam commutetur, quemadmodùm optamus ac oramus pro vobis & pro omnibus nos perſequẽtibus & calumniantibus. Si Dauid videns præuaricantes, & non cuſtodientes teſtimonia Domini, tabeſcebat: ſi Chriſtus dominus ſuper vnam ciuitatem ruituram lachrymatus eſt, quanto dolore affici debet mater Eccleſia, videns per aduerſantes concilio tot populorum ſalutem impediri? Quis eas animas numerare poſſet, quas ſatanas errorum atq; hæreſum laqueis in pleriſque mundi partibus alligatas tenet, quaſq; alligaturus eſt contagione peſtifera, niſi celeriter per hoc ſacrum concilium prouideatur? Quæ autem Chriſtianitatis portiuncula eſt, quæ domeſtico, ciuili, crudeliſque bello & exitiali odio non agitetur, adeò quidem, vt atrociùs Chriſtianus quàm Saracenus? quid attinet vltrà ad dicendum, cùm omnis & eccleſiaſticæ & Chriſtianæ vitæ diſciplina, vbiq; penè extincta videatur? Hæc omnia, ſpes erat & expectatio gentium, per hoc ſacrum Concilium poſſe reparari: & iacta fundamenta iam erant, ita vt populus Chriſtianus hac ſpe reſpirare videretur. Tam ſancta igitur & neceſſaria opera ſi perturbari videamus, nónne maximo dolore contriſtari nos oportet, præſertim cùm ab eo perturbatio hæc veniat, qui primus pro ſuo officio ad ſuccurrendum eſſe deberet? Quis catholicus hæc audiens, ſe à lachrymis temperet? Quis ille eſt, cuius viſcera ad compaſsionem

Ephe. 4.

Matth. 23.

2. Cor. 5. b
Matth. 5. d

Ioan. 16. d
2. Cor. 7. c

1. Cor. 2.

Pſal. 118. p

Luc. 19. f

moueri non debeant? Meritò ergo ſummũ pontificem exoramus, ne Spiritum ſanctum contriſtare velit. Quàm formidabile ſit, in Spiritum ſanctum delinquere, hinc cognoſcite, quod cùm cętera peccata vel in patrem vel in filium commiſſa, remittantur, ſolum
Matth. 12. c peccatum in Spiritum ſanctum veritas atteſtatur nec in hoc, nec in alio ſeculo remittendum. Quid magis in Spiritum ſanctum committitur, quàm perturbare ſacra Concilia, quæ ſpiritu ſancto diriguntur, cuius exiſtentia extirpantur hæreſes, eliminantur ſchiſmata, damnantur errores, diſcordia in pacem vertitur, vitia ad mores ſanctos commutantur? Quid boni ac ſancti eſt in Eccleſia Dei, ſiue ad fidem, ſiue ad mores, ſiue ad generalem Eccleſię ſtatum ſpectet, quod ex ipſorum conciliorum ſaluberrima doctrina nõ fluxerit? Meritò igitur tam graue peccatum, tam grauem meretur pœnam, præſertim cùm non in vnam perſonam aut gentem, ſed in omnes homines ac populos præſentes & futuros, & in totum Chriſti myſti-
Matth. 18. cum corpus perpetretur. Si ſcandalizanti vnum de puſillis minimis Eccleſiæ, tam terribile iudicium minatur Deus, quid putatis illi fiet, qui vniuerſalem ſcãdalizat Eccleſiã? Quo maiori loco quis poſitus eſt, & maior cura ſibi commiſſa, eo tranſgreſsio damnabilior. Sanguis omnium pereuntiũ propter hæreſes, bella & morum deformitatem, ab eius manibus exigetur, qui impedimento eſt, ne illa tollantur. Sed & hoc auget triſtitiam noſtram, quòd is qui percutit, aut ſe percutere nõ recognoſcit, aut diſsimulat. Quis non turbetur, ſi percuſſor percuſſo dicat: Cur me cædis? cùm potiùs ad percuſſum, id dicere, pertineret? Venitis ad nos, & ſub ſpecie virtutis exhortando proponitis, Non ſit
1. Cor. 12. ſchiſma in corpore. Sanctũ eſt hoc verbum, & omni acceptione dignum: ſed rectiùs factum eſſet, ſi ad eũ qui vos miſit, huiuſmodi ſermonem ſeriatim expoſuiſſetis. Saltem, quod ab eo recedentes non feciſtis, facite
for. *eſt vt ad eum redeũtes. Ei enim permaximè opus *ſit vt dicatis, Nõ ſit ſchiſma in corpore. Nos enim nihil aliud quęſiuim⁹, nec quærimus. hoc cupimus, hoc oramus. Et ne ſit ſchiſma in corpore, quàm piè, quàm ſuppliciter per diuerſos oratores ſuam ſanctitatem exorauimus, vt ſicut catholicũ pontificem decet, velit Eccleſiæ catholicæ ſe coniungere, quã hoc ſacrum concilium repręſentat. Quoties deprecati ſumus, ne ſanctam ſynodum perturbet ac perſequatur? quoties ſupplicauimus, ne intolerabilium ſcandalorum, quæ ſuus diſſolutionis prætenſæ conatus parturire poteſt, velit eſſe occaſio? Dicite nobis: Si duo ad certũ tempus vel ad aliquod complendum opus ſocietatem inijſſent, & alter eorum ante tempus vel operis finẽ velit ſocietatem dimittere, alter autẽ vſq; ad finem temporis vel operis perdurare, quis horum cenſendus eſt ſocietatis ſciſſor ac diuiſor? Si duobus ſeruis mandat Dominus, vt laboratum in agrum vadant vſq; ad fructuũ tempus, & alter in via retrocedit, alius autem in agro laborans, vſque ad meſſem perſeueret: quis eorum alter alterũ deſerere, & quis Domini mandatis obtemperare dicendus eſt? Et ſi recedens, perſeueranti dicat, recede & tu, ne ſit diuiſio inter nos, an debet ille recedere, & potiùs conſeruo, quàm Domino, parére? Nemo eſt tam hebetis ſenſus, qui iſta nõ dijudicet. Videamus ergo, ſi placet, quis ſcindit ſocietatem aut fraternitatem Eccleſiæ, quis ab alio ſe diuidit, quis ſanctæ matris Eccleſiæ mandata contemnit. Conuenit vniuerſalis Eccleſiæ myſticum Chriſti corpus in celeberrimo Conſtantienſi concilio, vbi Spiritu ſancto dictante, vnanimi conſenſu pro generali ſtatu Eccleſiæ conſeruando diffinitum eſt, vt deinceps concilia certo tempore celebrentur & modo, ad colendum agrum Dominicũ, & indè euellendum vepres, ſpinas & tribulos hæreſum, errorum & ſchiſmatum, & exceſſus corrigendum & deformata reformandũ. Huius ſtatuti vigore felicis recordationis dominus Martinus papa quintus, per literas Apoſtolicas locum proximi concilij ordinauit ſub his verbis: Ad perpetuam rei memoriam: Cupientes & volentes decreto huiuſmodi generalis concilij Conſtantienſis ſatisfacere, inter alia diſponenti quòd omnino generalia concilia celebrentur in loco, quem ſummus pontifex per menſem ante finem huius concilij, approbante & conſentiente concilio, deputare & aſsignare teneatur, pro loco dicti proximi celebrandi concilij, eodem conſentiente & approbante concilio, ciuitatem Papienſem tenore præſentiũ deputamus. Poſteà cœptum eſt celebrari concilium Papienſe, quod de conſenſu concilij translatum eſt ad ciuitatem Senenſem. & ibi conſentiente & approbãte concilio, per nuncios Apoſtolicos electa eſt hæc ciuitas Baſileenſis pro loco proximi tunc ſequentis concilij in ſeptennium celebrandi. Aduenit ſeptennij tẽpus, congregatur hîc concilium, non ſolum iuxta decreta duorũ generalium conciliorũ, ſed accedente expreſſo conſenſu ipſius Martini, & moderni domini Eugenij, deſtinãtium ad hoc legatum ſuũ. Eccè iuſſu ſpirituſſancti vniuerſale concilium legitimè congregatum eſt ad colendum agrum dominicum. Adeſt à principio ſummus pontifex per legatũ ſuũ. poſteà ante finitũ tempus, & opere non cõpleto, recedit, deſeritq; laborãtes in agro nomini. Nũc igitur qui habet oculos, videat quis diuiſionem, ſciſſurã, rixam, contentionẽ, nouitatẽ ac ſcandalum faciat, quæ omnia ex ſchiſmate prouenire commemoraſtis. Nũquid nos propria authoritate huc venimus? Si Eccleſia bis congregata in duob⁹ concilijs, ſi duo Romani

Romani pontifices ita ſtatuerunt, ſi id agimus quod ipſe Spirituſſanctus per organũ Eccleſiæ decreuit, cur nobis dicitur, Non ſit ſchiſma in corpore? Cùm Chriſtus dixiſſet,
Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: multi ex diſcipulis audientes, dixerunt: Durus eſt hic ſermo. & murmurantes, ſcandalizati ſunt, & retrò abierũt. Et cùm Ieſus diceret duodecim diſcipulis: Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Quis horum ſe diuiſit? an recedẽtes, an remanentes cum eo à quo vocati fuerant? Sed ad viciniora veniamus exempla. Olim papa Ioannes vigeſimus tertius, congregato Conſtantiæ cõcilio, indè receſsit, dans ſuo receſſu quantum in eo erat, occaſionẽ diſſolutionis prætenſæ. Nunquid qui Conſtantiæ remanſerunt vſque in finem, dicẽdi ſunt temerarij & præſumptuoſi? Nunquid vt ſequerentur Ioannem, dicendũ eis fuiſſet, Recedite hinc, ne ſit ſchiſma in corpore? An potiùs finaliter pronunciatum fuit, receſſum ſuum fuiſſe illicitum & ſcandaloſum? Et quis non videat plus eſſe, expreſsè conari diſſoluere, quàm ſolùm corporaliter ex Concilio diſcedere? Igitur ſi hîc pronunciatum ſit, huiuſmodi diſſolutionem non valuiſſe, nihil noui factum eſt. Qui vſq; ad finem Conſtantiæ perſeuerauerunt, ab omnibus commendati & laudati ſunt. Sic ſperamus in domino contingere his, qui hîc conſtanter perſeuerârunt. Deſinite igitur propter ſanctam perſeuerantiam noſtram calumniari nos, & dicere, Non ſit ſchiſma in corpore. quaſi, niſi hinc receſſerimus, ſchiſma fiet in corpore. Nos potiùs ſperamus, quòd quemadmodùm per alia Concilia ſalubriter prouiſum eſt Eccleſiæ varijs calamitatibus afflictæ, ita & per hoc, DEO concedente, prouidebitur. Sed dicitis: Si manſeritis hîc, venient ſcandala: dolemus & contriſtamur, & propterea ipſum obſecramus, ne Spiritum ſanctum contriſtet, nec ſit cauſa ſcandalorum: quia etſi neceſſe ſit,
Matth. 18. vt ait veritas, venire ſcandala, væ tamen illi per quem ſcandalum venit. Is qui huius eſt author ſcandali, cùm vnico verbo id tollere poſsit, cur differt? in manu ſua eſt, ſine vlla difficultate poteſt. Non opus eſt congregare pecunias, exercitus aut naues, quemadmodùm ſi Hieruſalem (vt aſſeritis) recuperare velit. Reuocet prætenſam diſſolutionem, & ſublatum eſt omne ſcandalum. Reddet vnà & ſibi & Eccleſiæ pacem. Nec pudore aut quouis humano reſpectu ab hoc retrahatur, quoniã Romanus pontifex cùm videt ſibi aliquid falſo ſuggeſtũ, aut quod tendat ad noxam, ſe feciſſe cognoſcit, ſtatim reuocare cõſueuit, quinimo plurimum gloriæ & honoris hinc ſibi accedet. Omnes enim intelligent, plùs ſibi eſſe curæ eccleſiaſticam pacem, quàm propriã voluntatem. Narratis plurimas hæreſes à principio naſcentis Eccleſiæ vſque in hodiernum diem exortas, & per ſanctos patres & concilia fuiſſe ſublatas. Verum id eſſe fatemur. Et cùm peculiare ſit & proprium conciliorum priuilegium extirpandi hæreſes, & à Spirituſancto indultum, nullatenus ea impediri, ſed foueri oportet. Si Eccleſiaſticos annales relegamus, vix vllam hæreſim, niſi per concilia, ſublatam inuenimus. Meritò igitur cauendũ eſt, ne tam leuiter diſſoluatur, quod tantum Chriſtianitati profectũ facere conſueuit. Dicitis duo genera eſſe hominum, qui fidei catholicæ maximè aduerſantur, Græcos & Huſsitas, de quibus prouideri oportet. Fatemur his duabus gentibus reconciliandis intendendum fore, & hæc ſunt ſtudia noſtra. Nec putetis Græcorum nos eſſe oblitos, ſed cogitantes per literas & nuncios huc eos aduocare. Poſteà in hanc ſententiam venimus, ſummo pontifici deferre, ipſumq; rogare, vt ſolennes oratores ad eos mitteret, quatenus huc recõciliationis cauſa accederent, daretq; omnem operã ad hoc ſanctum negociũ. Iſta per nuncios noſtros dilectos Eccleſiæ filios, primò magiſtrum Ioannem Pulchripatris, deindè Iacobum de Sirck Scholaſticum Treuirenſem, & Thomã *Fiene Officialem Pariſienſem, ſuæ ſanctitati nunciauimus. Detulimus etiam ſuæ ſanctitati pro honore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in pleriſq; alijs, arbitrati vt (ſicut ad officium eius ſpectabat) hæc & alia neceſſaria exequeretur. Sed vſq; nunc ſpe noſtra fruſtrati ſumus. Nam dum in modeſtia & ſimplicitate procedimus, & calumnias & iniurias patimur: & dum ſacrum concilium ſuæ ſanctitati, honorem exhibet, ipſam hanc ſanctam ſynodum perimere laborat. Græcos autem maximè nobis cordi eſt, ſicut & alios, Eccleſiæ reconciliare: pro quare ſancta & neceſſaria, omnibus viribus laborare intendimus: & quicquid pro eorum reductione faciendum eſt, prompto animo offerimus. Et vt omnibus noſtra ſyncera inteſcat intentio, te venerabilem archiepiſcopum Coloſsenſem, qui aliâs hoc negocium pertractaſti, deprecamur, vt nominẽ noſtro hanc legationem vnà cum collegis tibi per hanc ſacram generale ſynodum adiungendis, ad illos velis ſuſcipere, oblaturus eis pro parte noſtra quicquid pro ipſis conuertendis offerendum videtur. Tibi autem pro viagio tuo condignas expenſas dare offerimus. *Sed cum quis hoc facilè futurum, ſi Locus obſchiſma non fiet in corpore, iam paulò ante reſpondimus, nos non futuros ſchiſmatis cauſam, cognoſcere & ipſi & omnes potuerunt, nos non contemptum ire ſummũ pontificem, vt dicitis: imo illam reuerentiã, quæ beati Petri ſucceſsori debetur, ſibi exhibere volumus, dummodò à corpore Eccleſiæ, extra

*Firne

ſcurus.

extra quam non est salus, se nolit segregare. Quod si fecerit, quod tamẽ non credimus, nunquid & nos tanquã canes muti, non va-
Esa.56.d lentes latrare, tacebimus, & periclitantẽ Ecclesiam clauso ore adspiciemus? Nunquid
Galat.2. non & Paulus restitit in faciem Cephę in eo, in quo reprehensibilis erat? Non propterea Græci ad vnitatem Ecclesiæ accedere, & propriam salutem, quæ sine veritatis catholicæ confessione haberi non potest, cognoscere negligent. Sed quomodò credendum est, Bononiam Græcos esse venturos, si tam facilè concilia dissolui videant? Quam igitur spem Græci cõcilio Bononien si vel alibi celebrando habebunt, si tam solenne concilium per septennium expectatum, & per duos pontifices Romanos confirmatum, re infecta, in limine ipso euanescat? Græci maiorum suorum in hoc vestigia imitantes, sine celebratione concilij reductionẽ ipsorum fieri non posse arbitrantur. Nã ipsorum patres, quicquid ad fidei veritatẽ pertinebat, per concilia soliti sunt diffinire. Necessariũ ergo est, ne spem conciliorum perdant, vt firmum & stabile hîc Basileense concilium perseueret: ad quod si venire decreuerint, & Romanæ Ecclesiæ reconciliari intendant, quicquid eis pro ipsorum aduentu necessariũ fuerit, libenter offerimus: & omnia quæcunq; habemus, parati sumus vsq; ad nuditatem, imò vsq; ad animam, pro eorum reductione exponere. De loco autem non est quod causari possint. Nam si Bononiam vsque perueniant, paululùm plus laboris accipient huc proficiscendo. Et cùm olim ad ciuitatem Lugdunensem, remotiorẽ quàm ista sit, ac deinde ad ciuitatem Constantiensem oratores miserint, non minùs commodè ad hanc venire poterunt. Accipiat igitur tua deuotio hanc sanctam legationem pro nomine Iesu Christi & salute Græcorũ, quorum certè maiores ab Ecclesia omnia meritos esse recognoscimus. Posteà de crudelitatibus Hussitarum, & quàm periculosa sit eorum hæresis, subiecistis. Non potestis in hoc tantum dicere, quin plura referenda essent. propterea maximè admiramur, cùm illi nihil tantum odio habeãt, quàm nomen & authoritatem summi pontificis, quòd totis viribus huic concilio aduersetur, quod tam diligenter pro eorũ conuersione laborat. Quòd autem hoc desit, culpa erit illius, qui per diuersam sententiã ab eo quod Ecclesia in Constantia statuit, se diuisit, & hãc nouitatẽ & dissidium induxit. Sed quæ spes reductionis esse poterit, si decreta concilij Constantiensis, in quo illa hæresis damnata est, infringantur? Quòd autẽ priùs studendum sit, vt priùs nouella zizania euellantur, videtis ferè per annum nos ad hoc laborare cum omni patientia, modestia & longanimitate, vt sacro concilio summus pontifex, prout tenetur, adhæreat. Sed speram⁹ in domino, quòd vel ipse dominus papa Eugenius tandem veritati & rationi acquiescet, vel mundus huius sacri concilij iustitiam recognoscens, eidem adhærebit. Fatemini mores ecclesiasticorum corruptos, indigere reformatione, pacemq; postremò esse necessariam in populo Christiano, & hoc esse præcipuum sacerdotis officium, pacis negocijs intendere. sed hoc fieri non posse, si sit schisma in corpore. Superuacuum est iterum de eadem re rationem reddere. Credimus Deo & hominibus constare, nec voluntatem nec opera nostra ad schisma tendere. Multiplicatis precibus oramus ipsum dominum Eugenium, ne seipsum à corpore scindat, nec offendiculum tam sanctis operibus, ob quę concilium congregatum est, & vos necessaria esse dicitis, velit gratis apponere. Olim summi pontifices summo studio ac cura fouebant sacra concilia, & ea summo cum honore prosequebantur: & quæ in illis fiebãt, non vt ab hominibus, sed à spiritu sancto dictata, venerabantur. Si veteres relegantur historiæ, nullo tempore fuit tam necessarium celebrare concilium, quàm modò & in hoc loco: nullumq; vnquam fuisse concilium legitur tot authoritatibus stabilitum, & nihil ominùs à summo pontifice tam grauiter & multipliciter impugnatum. Dicitis, impossibile videri, simul de principatu Ecclesiæ & moribus disputare. Disputatio ista cur necessaria sit, non intelligimus. Nos semper debitum suæ sanctitati reddimus. semper reddat & ipse quod debet vniuersali Ecclesiæ, recognoscendo authoritatẽ concilij generalis iuxta decreta sacrę Constantiensis synodi. Et quoniam se offert, vt reformatio ab ipso incipiat, si huic actioni debitus ordo seruetur, vtinã facta verbis compensẽt. Sed hoc primùm ab eo munus reformationis optamus, vt tollat ante omnia dissolutionẽ prætensam, quę iuxta decreta concilij Constantiensis fieri non potuit, nec tolerari potest sine fidei & status ecclesiastici pernicie. de cæterisq; per Dei gratiam facilè concordabimus, si hoc duntaxat fecerit. Quantum ad debitum ordinem, quem seruandum dicitis, hoc est quod optamus. nullum autem magis debitum ordinẽ esse credimus, quàm vt ille seruetur, quem patres nostri in concilio Constantiensi, in quo & ipse affuit, instituerunt. Multa etiam de virtutibus eius diseruistis. in hoc laudãdus est Deus, à quo omne bonum. Rogandus etiam, vt quod illi deest, pro sua clementia largiatur. Hoc illud est, vt ab vniuersali Ecclesia se non scindat, extra quam nulla est vera virtus. hoc faciat, & ipsum condignis laudibus prosequemur. Et hæc ad ea, quæ primo loco per venerabilem archiepiscopum Colosensem relata sunt, dixisse satis est. Nunc autẽ ad proposita per venerabilem archiepiscopum Tarentinum, dicendum restat.

In

In primis latè explicat iurisdictionem & potestatẽ summi pontificis, quòd caput sit & primas Ecclesiæ, vicarius Christi, & à Christo, non ab hominibus vel synodis alijs præ-
Matth.16. latus & pastor Christianorũ: & ei dictæ sunt à domino claues, & vni dictum est: Tu es Petrus. & solus in plenitudinem potestatis vocatus sit, alij in partem solicitudinis. & multa huiusmodi, quæ cùm vulgatissima sint, minimè necessarium erat recensere. Ista pla-
En quantũ tribuãt summo pontifici, cui tamẽ mox sese anteponunt. nè fatemur & credimus, operamq; in hoc sacro concilio dare intẽdimus, vt omnes eandem sententiam credant. Et nihilominùs ipsum Romanum pontificem dicimus obedire teneri mandatis, statutis, ordinationibus ac præceptis huius sanctæ synodi Basileensis, & cuiuscunq; alterius concilij generalis legitimè congregati, in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationẽ schismatis, & ad generalem reformationẽ Ecclesiæ Dei in capite & in membris, quemadmodũ declaratum extitit per generale conciliũ Constantiense, catholicam repræsentans Ecclesiam, cuius catholicæ Ecclesiæ, quemadmodum & summi pontificis, æquum fuisset saltem pauciss imis explicare potestatẽ. Quod cùm non feceritis, dignũ est vt nos qui concilium celebramus, aliquid saltẽ perfunctoriè referamus. In primis hoc nos meminisse
Sed huius Ecclesiæ, vt paulo antè fassi sunt, caput & pastor est Romanus pontifex: ergo obedire illi debet ecclesia. decet, catholicam Ecclesiã illam esse, cuius confessio in symbolo continetur, sanctam Ecclesiam catholicã. huius Ecclesiæ catholicæ tanta authoritas est, vt sola Christi euangelia illa dicantur quæ Ecclesia recipit. plures enim de apostolis etiam scripsisse dicuntur euãgelia. Sed quia tantùm quatuor approbauit Ecclesia, illa sola, & non alia, venerantur. Ideo B. Augustinus in plerisq; locis asserit: Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ authoritas commoueret. Illa enim sacra scriptura dicitur, quam sacram declarat Ecclesia. Huius Ecclesiæ determinationi catholici omnes suas meritò sententias summittunt: & nisi ab ipsa approbentur Ecclesia, catholici esse nõ possunt. Hæc sancta Ecclesia tanto priuilegio à Christo saluatore nostro, qui eam sanguine suo fundauit, dotata est, vt eam errare non posse firmiter credamus. hoc solum competit Deo natura, ecclesiæ verò priuilegio. Præter autem Ecclesiam, nemini vnquam tale munus communi lege datum esse legimus: non angelis, hi enim à principio errare potuerunt, & multi
Gene.3. ex eis errârunt: non primis parentibus, nam à diabolo decepti sunt: non hominibus, nã
Psalm.115. omnis homo mendax: non summis pontificibus, quorum nonnulli in hæreses & errores lapsi esse dicuntur & leguntur. Ecclesia sola sine ruga & sine macula illa est, quæ errare non potest in his quæ ad salutem necessaria sunt. Vtiq; spiritussanctus qui mentiri nõ potest, se cum ea permansurum vsq;
Matth.28. ad finem seculi, & eam per spiritum sanctum
Ioan.16. in omni veritate docendam esse pollicitus est. In ista regeneramur, roboramur, nutrimur & viuificamur. extra istam nec salui esse, nec Deo placere possumus. Ianua cæli est, per quam solum ad cælum iter est.

Sponsa enim Christi dicitur, & vnica, & pulchra, & sine macula, & sine ruga: soror, amica, columba, formosa, speciosa, perfecta, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, suauis, mitis & decora, & quæ meritò beatissima prædicatur: pro eiusq; fortitudine & firmitate terribilis dicitur vt castrorum acies ordinata. Hæc enim mater & magistra omnium fidelium, ac etiam corpus Christi mysticum nuncupatur, cuius caput ipse dominus Iesus Christus. Nec mirum si errare non potest, quæ caput habet Christum, doctorẽ spiritum sanctũ. huius tanta est authoritas, vt qui contumaciter eius doctrinæ cõtradicere præsumpserit, hæreticus esse conuincatur. Quæ domus etiã claues soluendi & ligandi accepit à domino. hanc domum si quis corripientẽ cor-
Matth.18. rigentemq; cõtempserit, sit tibi, inquit dominus, vt ethnicus & publicanus. Decuit quidem tantã Ecclesiæ conferri potestatẽ, vt cùm omnis homo obliquabilis sit & peccabilis, ipsa esset in terris, cui⁹ iudicio, quod errare non potest, quilibet subijceretur. nec solum Ecclesię decreta & sententiæ authenticæ sunt, & quibus irrefragabiliter stari oportet, sed etiam eius facta & cõsuetudines instar habent sanctarum scripturarum. Sacræ enim scripturæ & consuetudini Ecclesiæ par ritus, & idem vtrisq; pietatis debetur affectus. Præteristis etiam silentio sacrorum generalium conciliorum authoritatẽ, quorum notitia cùm omnibus fidelibus necessaria sit, ideo de potestate eorum pauca perstringere non erit inutile. Istorum conciliorum & Ecclesiæ catholicæ eadẽ videtur esse potestas. Diffinitũ enim est in concilio Constantiensi, quòd synodus generalis in spiritu sancto legitimè congregata, catholicam repræsentat Ecclesiã, & potestatem à Christo immediatè habet. idem etiam Martinus papa in suis literis Apostolicis, sententias quasdã concilij Constantiensis interserens, exprimit. Quæcunq; igitur proximè dicta sunt de authoritate Ecclesiæ, trahi ad generale concilium, quod illam repræsentat, necesse est. Alioquin non recta esset repræsentatio, si eadem in repræsentante & repræsentato authoritas non inesset. Et hoc solum satis foret ad probandum omnem concilij potestatẽ, nec alia probatione vti necessarium videretur: vtiq; cùm maior probatio esse nõ possit, quàm ipsius Ecclesiæ quę errare non potest. Nihilominùs propter ipsorum reuerentiam aliquid ampliùs referamus. Audite quantæ authoritatis sint ipsa concilia, quantamq; reuerentiã non solũ priuatæ personę, sed & sancti summi pontifices ipsis concilijs
Can.2.3.4. &c.
Matth.18.

habue-

habuerunt. Inquit B. Cæleſtinus in epiſtola ad ſynodum Epheſinã tranſmiſſa, vt refert Iſidorus in libro conciliorum: Spirituſſancti teſtatur præſentiã congregatio ſacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas ipſa mẽtiri, cuius in euangelio iſta eſt ſententia: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorũ. Quod cùm ita ſit, nam nec huic breui numero Spirituſſanctus deeſt, quanto magis nunc intereſſe credamus in vnum conuentum turbæ ſanctorum? Sanctum nanq; concilium eſt pro debita veneratione collectum, in quo nunc apoſtolorũ frequentiſsimæ illius (quam legimus) congregationis, aſpicienda reuerentia eſt. Et idem Iſidorus in eodem libro in geſtis tertię ſynodi Toletanæ inquit: Vndè valdè neceſſarium eſſe proſpexi, veſtrã in vnum conuenire multitudinẽ, habens ſententiæ diuinæ fidẽ, quæ dicit: Vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Credo enim beatam ſanctæ Trinitatis diuinitatem huic ſacro intereſſe concilio, & ita tanquam ante conſpectum Dei, in medio veſtri fidem meam protuli. Eccè beatus papa Cæleſtinus eam reuerentiã habendam eſſe dicit congregationi concilij, quæ debetur collegio apoſtolorum, vtpotè in cuius medio ipſe Chriſtus aſsiſtit, Spirituſſanctus, & ipſa Trinitas. Quodq; ſpirituſſanct⁹ in concilijs iudicet, & propterea concilia errare nequeant, teſtis eſt ſcriptura Actuũ apoſtolorũ quæ dicit: Viſum eſt ſpirituiſancto & nobis. Etiam B. Hieronymus comparat concilij authoritatẽ ſoli, vt ſicut ſol ſuo ardore humores riuulorum deſiccat, ita concilium ſua authoritate omnem contrariam ſuperat argumentationem. Inquit enim in fine diſputationis contra Luciferianum: Poteram omnes diſputationum tuarum riuulos vno Eccleſiæ ſole ſiccare, de authoritate concilij generalis loquens. Item concilij authoritas authoritati ſacræ ſcripturæ comparatur: quia vt ait B. Auguſtinus de fide Chriſtiana, Catholica Eccleſia per orbem diffuſa, trib⁹ modis probatur exiſtere: quicquid in ea tenetur, aut eſt authoritas ſcripturarũ, aut traditio vniuerſalis, aut certè propria & particularis inſtructio. ſed authoritate tota conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum nihilominùs tota. Eccè par authoritas & ſcripturarum, & vniuerſalis traditionis. Sed concilia generalia, vniuerſali traditione & conſenſu fiunt & recipiuntur. Videntur etiam generalia concilia, vt euangelia, fore veneranda. Ratio enim, propter quam B. Gregorius quatuor prima concilia, vt euangelia, ſuſcipit & veneratur, iſta eſt, quia dum ſunt vniuerſali conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumpſerit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſolnunt. Sed hæc ratio eadem eſt in cæteris generalibus concilijs. vniuerſali enim conſenſu conſtituta ſunt. Beatus etiam Auguſtinus ad Ianuarium, aſſerit generalium conciliorum ſaluberrimam in Eccleſia authoritatem eſſe: quæ ſi ſaluberrima eſt, ſalutem continet: ergo qui authoritati concilij contradicit, contra ſalutem agit. Quantam deuotionẽ reuerentiamq; Chriſtifideles concilijs habere debeant, hinc patet, quòd antequam eſſet facultas in vnum congregandi & celebrandi concilia, Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt: poſtquàm autẽ cœpta ſunt concilia celebrari, omnis hæreſum atq; errorum caligo, tanquam ſole illuſtrante, depulſa eſt. Quòd etiam concilia ſtatuendo non errant, hinc liquidè conſtat, quia omni manent ſtabilita vigore, vtiq; cùm ſpirituſſanctus illa dirigat & inſpiret. Vndè inquit B. Iſidorus, quòd ſi qua ſint alia concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt poſt iſtorum quatuor authoritatem, omni manent ſtabilita vigore. Hinc etiam euidenter patet, quòd concilia errare non poſſunt: quomodo quilibet ſummus pontifex, qui eſt caput & paſtor Eccleſiæ, tenetur, prout in concilio Conſtantienſi ſtatutum fuit, quàm primum in ſummum pontificem electus eſt, profiteri coram ſuis electoribus fidem catholicã tenere ſecundum traditiones apoſtolorum, generalium conciliorum, & poſt nominationẽ aliquorum conciliorum, ſubijcitur etiam, *generalium conciliorum, & illam fidem vſq; ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſq; ad animam & ſanguinem confirmare, defenſare & prædicare. Et ita profeſſus fuit felicis recordationis Martinus papa quintus. ita etiam creditur, dominum Eugenium modernum profeſſum eſſe. Quilibet ergo Chriſtianus eandem fidem tenere obligatur, quam Eccleſia catholica & apoſtolica tenet & approbat. Quòd ſi errare poſſent concilia generalia in his, quæ ad ſalutẽ ſunt neceſſaria, profectò nimis vanum ac pernicioſum eſſet, ad talem fidem populum Chriſtianum aſtringi. Quantæ etiam authoritatis ſint concilia generalia, hinc luculenter aduerti poteſt, quòd ab eorum poteſtate nemo eximitur, etiam ſummus pontifex, vt extat concilij Conſtantienſis decretum in hæc verba: Hęc ſancta ſynodus Conſtãtienſis, generale concilium faciens, &c. ordinat, ſtatuit, diffinit, decernit & declarat, vt ſequitur:

Et primò, quòd ipſa in ſpiritu ſancto legitimè congregata, generale conciliũ faciens, cathólicam militantem Eccleſiam repræſentans, poteſtatẽ à Chriſto immediatè habet: cui quilibet, cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & generalem reformationẽ Eccleſiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunq; ſtatus vel

Matth. 18.

Acto. 15.

Matth. 18.

Sed huic cõcilio Cæleſtinus per ſuos præſidebat.

Acto. 15.

*necnõ Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennẽſis generalium etiam conciliorũ.

Conſtantienſis concilij ſeſſ. 4.

vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſiue ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi & cuiuſcunq; alterius concilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſsis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contemperit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrẽdo. Nec quiſquam illud dicere preſumat, quòd aliquod generale concilium legitimè congregatũ, inualidum ſit aut errare poſsit: quia ſi hic pernicioſus error admitteretur, tota fides catholica vacillaret, nec aliquid certi in Eccleſia haberemus: quia qua ratione errare poteſt vnum, poſſent errare & reliqua: quoniã vt inquit B. Auguſtinus, Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint officioſa mẽdacia, quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis †obtractetur improbitas? Quis iam de poteſtate conciliorum ſuper omnes alias poteſtates ambigere poterit, tot irrefragabilibus teſtimonijs comprobata? Ex his manifeſtè conſtat, authoritates quas de ſummi poteſtate pontificis allegaſtis, non probare quo minùs ipſe pontifex mandatis vniuerſalis Eccleſiæ & concilij generalis obedire teneatur. Sed id duntaxat probant, quòd omnes ſingulares homines particulares q; eccleſiæ, ipſi pontifici obedire debent, niſi in his quæ huic ſacræ ſynodo & cuilibet alteri legitimè congregatæ, præiudicium generarent. Nam etſi ſit caput miniſteriale Eccleſiæ, non tamen eſt maior tota Eccleſia. Alioquin errãte pontifice, ſicut ſæpè contingit, & contingere poteſt, tota erraret Eccleſia, quod eſſe non poteſt. Etſi caput ſit & principalis prælatus huius corporis myſtici, eſt nihilominùs intra corpus. Nam ſi extra corpus eſſet, tunc non pertineret ad corpus, nec tunc caput eſſet. corpus igitur hoc, totum cõtinet, & ipſum quod dicitur caput, & ſingula membra.

Et tamen ſynodus Chalcedonenſis ampliſsima, petijt ſua decreta à Leone papa cõfirmari: qui cæteris probatis, decretum de epiſcopo Conſtantinopolitano reſcindit.

Nec quis dicat, quòd ipſa pars principalis potentior eſt, ac dignior reliquo toto corpore & cæteris membris, & per conſequens illi potiùs obediendum: quia ratio, experientia & authoritas, dictant contrarium. Ratio, quia reliquum totum corpus, etiam nõ computato papa, ſecundum legem communem errare non poteſt in his quę ſunt fidei. Alioquin ſi errare poſſet, cùm certum ſit papam errare poſſe, tunc & papa & reliquo toto corpore errantibus, tota erraret Eccleſia: quod eſſe nõ poteſt. Experientia etiam demonſtrat, quia ſæpè experti ſumus & legimus papam, licet caput & principalem partem, erraſſe. reliquum autem corpus, papa etiam errante, erraſſe nunquã legimus. propterea reliquum ſæpè totũ corpus condemnauit atq; depoſuit papã, tam ratione fidei quàm morum. Sed nunquã papa condemnauit aut excommunicauit aut depoſuit reliquum totum Eccleſiæ corpus. licet ergo tam papa quàm Eccleſia claues habeant ligandi atq; ſoluendi, papa tamen nunquam in totam Eccleſiam claues ligandi atq; ſoluendi exercuit, Eccleſia autem ſæpenumerò in papam. Authoritas etiam ſcripturæ euangelicæ idem probat. Nam hoc quod dixit Chriſtus, Si peccauerit in te frater tuus, dic Eccleſiæ: & ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi vt ethnicus & publicanus, omnes homines comprehendit. & quod Petrus & ſucceſſores illa authoritate comprehendantur, oſtendit Paulus, qui in faciem reſtitit Cephæ & coram omnibus. Eccleſiæ enim dixiſſe videtur, qui coram omnib⁹ dixit, quo ad ſucceſſores Petri. Iam ſupradictum eſt, qualiter ſæpè peccata eorum dicta fuerint Eccleſiæ, & ab Eccleſia punita: & qui non audierunt Eccleſiã, fuerunt habiti vt ethnici & publicani, vt legitur de Anaſtaſio & Liberio. Probat hoc etiam authoritas vniuerſalis Eccleſiæ, quæ non poteſt errare, ita diffinientis in concilio Conſtantienſi, quòd peccata pontificum circa fidem vel ſchiſma vel mores, poſſunt dici Eccleſiæ, cuius præceptis & ordinationibus tenentur obedire: & ſi obedire contemperint, condignæ pœnitentiæ poſſunt ſubijci, & ad alia iuris remedia recurri, & per conſequens poſſunt ex communicari. quo facto, vt ethnici & publicani habebuntur. Hoc, etiam ſi pluribus alijs rationibus & authoritatib⁹ poſſet comprobari, ſatis eſt, authoritatem vniuerſalis Eccleſiæ adducere. Ipſa enim errare non poteſt: & quicquid determinet ſcripto, aut conſuetudine vniuerſaliter faciat, eiuſdem reuerentiæ & authoritatis eſt cuius ſacra ſcriptura. Vndè ſi in euangelio reperiremus ſcriptum decretũ illud Conſtantienſis concilij, quòd papa tenetur obedire concilio, &c. hæreticum eſſet, hoc reuocare in dubium. ſic & hæreticum eſt, ſi quis illi decreto contumaciter contradicat. Et quia ad alia noſtra feſtinat oratio, omnes argumentationes quæ fieri poſſent in contrarium, hac vnica authoritate Eccleſiæ veraciſsimè confutamus. Ita B. Hieronymus poſt longam diſputationem confundit atque conuincit Luciferianum, dicens: Poteram omnes tuarum propoſitionum riuulos hoc vno Eccleſiæ ſole ſiccare, de authoritate concilij loquens. Qualecunq; ergo nomen dignitatis aut poteſtatis de papa ſcriptum inuenitur, ad particulares quoſcunq; homines & ſingulares eccleſiaſticos referendum eſt, non ſupra vniuerſalem Eccleſiam, ita vt potiùs papa Eccleſiæ, quàm Eccleſia tota papæ obedire cogatur. Nam etſi papa maior ſit in Eccleſia, non tamen maior eſt tota Eccleſia. Vni autem quare dictum eſt, Tibi dabo claues regni cælorum? Sancti doctores exponunt, vt vnitatẽ deſignaret Eccleſiæ: & ideo

Matth. 18.

Gal. 2.

Matth. 16.

*n ab vni-

ab vnitate exordium proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe demonſtraretur. Et Petrus quando claues accepit, vt dicit Auguſtinus, Eccleſiam ſignificauit. Nec putetis,
for. *quia aut *quum
*quin Eccleſia claues habeat & imperium ſuper omnes, quòd ideo ſunt multi principes, contra philoſophicũ dictum, Entia nolunt malè diſponi, pluralitas principantium mala: vnus ergo princeps. Ipſa enim vnus eſt princeps. & vnitati fidelium, non ſingulis, hæc iuriſdictio à domino conceditur. & ideo ab vno incipere voluit, vt perfectam vnitatem atq; vnanimitatẽ deſignaret: quia vnitas Eccleſiæ multo maior eſt atq; perfectior, quàm vnitas vnius regis aut imperatoris terreni. Hic enim & errat, & in varias ſententias atq; contrarias ſæpè ſcinditur. Eccleſia autem nec errat, nec ſibi ipſi contradicit. Nec comparandum eſt corpus Eccleſiæ alijs policitis corporibus ciuitatum & vniuerſitatũ: quia in medio huius corporis eſt Chriſtus, qui ipſum regit ne erret. Alia autem politica corpora humanis & varijs voluntatibus gubernantur. neq; in hac materia congruit allegare errorem illorum, ſecundum B. Thomam, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia Petri, ſucceſſorem eius Romanum pontificem vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem non recognoſcentes: quoniam de ſingularibus eccleſijs & perſonis id intelligendum eſt, non de vniuerſali Eccleſia, quæ ſæpè obedientiã iuſtis ex cauſis Romanis pon-
Certè Marcellinum, vt alios omittamus, nemo epiſcoporum in concilio auſus fuit condemnare, niſi ille ſe prior condemnaſſet.
tificib⁹ ſubtraxit, vt Marcellino, Anaſtaſio, Liberio, Ioanni xij. Benedicto ix. Benedicto xiij. Ioanni xxiij. Progredientes deinde ad materiam concilij, dicitis quòd ſanctiſsimus dominus Eugenius ratus hæreſib⁹, bellis ac deformitatibus ſine ſanctorũ patrum & principum aſsiſtentia opportunè obuiari non poſſe, concilium Baſileenſe ex domini Martini papæ felicis recordationis authoritate per Senenſe concilium promulgatum, atq; eiuſdem Martini iuſsione ſtabilitum, poſt ipſius obitum & ſuæ ſanctitatis aſſumptionem, robur habere voluit & proſecutionem, ratum & gratum per ſuas Apoſtolicas bullas gerens, quicquid poteſtatis in ea re dilecto Eccleſiæ filio Iuliano S. Angeli diacono cardinali ſanctæ ſedis Apoſtolicæ legato, per prædeceſſorem ſuum collatum fuiſſet. Fatemini ergo & benè, conciliũ hoc legitimè congregatum, quia ſtabilitum fuiſſe dicitis authoritate Apoſtolica & per cõcilium Senenſe, & roboratũ per dominum Eugenium. Et quia facultas data præfato legato circa proſecutionem concilij, ratificata extitit per ipſum dominum Eugenium modernum, optimè veritatem narraſtis. Ita enim fuit, vt dicitis. Quo igitur pluribus authoritatibus ſtabilitũ fuit, & quo plures neceſsitates illud celebrari ſuadebant, eo minùs decuit illud perturbare & conari diſſoluere: & quidem pro tot neceſsitatibus non ſolùm concilium aliàs indictum perſeuerare debebat, ſed ſi indictũ non fuiſſet, de nouo debuiſſet indici. propterea nemo eſt qui nõ vehementer admiretur, tam ex abrupto & ſine cauſa huiuſmodi diſſolutionem eſſe attentatam. Sed excuſatis hoc factum eſſe, quia non videbat amplificationem illius vt optabat: & per oratorem noſtrum requiſitus, vt ea faceret, quæ nouã conuocationem prætendere videbantur, illud abinde diſſoluit. Quænam iſta excuſatio eſt? quinimò ſi amplificari non videbat, ad amplificandum operam dare pro ſuo officio debuiſſet. & id ipſum petebat noſter orator, obſecrans vt omnem fauorem concilio præberet, & ad ipſius proſecutionem intendere dignaretur. Nunquid ſi infirmus medico ſupplicet, vt eum ſanet, medicus ipſum interficere debet ne in ſanãdo laboret? Orator noſter ad nos reuerſus, quicquid Romæ expoſuerat, vt aſſeruit, hîc publicè retulit ex eius dictis. Quicunq; eum audiuit, nihil aliud indicat, niſi quòd cum omni inſtantia fauorem per dominum Eugenium concilio præſtandum & eius perſeuerantiam poſtulabat. Si nolebat ſummus pontifex exhortari prælatos, vt huc citiùs properarent, ſaltem ad actum diſſolutionis prorumpere non debebat. ſua enim ſponte veniſſent prælati. Vt igitur neceſsitatibus Eccleſiæ, quæ moram non patiebantur, citiùs fuiſſet prouiſum, ſupplicabatur, vt per ſuas literas exhortari vellet præſertim Italiæ prælatos, quos nos pro reuerẽtia ſummi pontificis, cui propinqui ſunt, citare pro tunc diſtulimus: imò etiam requirebatur, vt ſi commodè poſſet, ſua ſanctitas huc venire dignaretur. Sed & ſi prælatos Bononiam ad annũ cum dimidio cõuocauit, quomodò non poterat eis ſcribere, præſertim prælatis Italiæ, quòd ſtatim huc venirent, vt neceſsitatibus præſentibus prouideretur? Sed volebat ipſe perſonaliter intereſſe. Ideo quia infirmus ad annum cum dimidio diſtulit, quid ipſe ſciebat, ſi interim moreretur, an & anno cum dimidio perfectè ſanat⁹ eſſet? Sed præſentia ſua multùm prodeſſe poſſet. fatemur. Sed ſi adeſſe propter infirmitatem non poſsit, an propter infirmitatem papæ, infirmitas Eccleſiæ tam periculoſa negligetur? Magnæ fuerunt hæreſes Arrianorum, Neſtorianorum, Manichęorum, Donatiſtarum: & multa alia grauiſsima pericula tunc temporis in Eccleſia imminebant. Et nihilominus inſsit ſummus põtifex per ſuos legatos concilia celebrari. Dicitis, cum magna & matura deliberatione diſſolutionem factam eſſe. Si longa & matura deliberatione fuiſſet facta, debuiſſet mittere huc ad ſacrum concilium, & ſcire certiùs, an ſic facere expediret. Quis meliùs in rebus agendis deliberat? an præſens, an abſens? Facta concilij & harum partium magis innoteſcebant nobis, quàm alijs. Et propter reuerentiam ſacri concilij, catho-

catholicam repræſentantis Eccleſiam, ad maturam deliberationem habendã, concilium conſuli oportebat, non alienos. Sed audiuimus aliquos ex venerabilib⁹ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalib⁹ contradixiſſe, alios autẽ nunc dicere, ſe malè tunc fuiſſe circunuentos, & iam meliùs de veritate informatos, apertè contradicere. Audiuimus fuiſſe tunc & nunc multo maiorem murmurationem in curia de hac diſſolutione. quamplurimi, & ferè omnes qui in curia nomen habent virorum bonorũ, huiuſmodi factam diſſolutionẽ damnãt omnes qui extra ſunt cardinales, omnes quaſi principes & populi, & qui bonũ Eccleſiæ cupiunt, concilium laudant & diſſolutionem reprobant. Cauſæ etiã in bulla diſſolutionis expreſsæ, cum pace dictũ ſit, non ſic ſe habent, prout per noſtros ambaſiatores ſuæ ſanctitati nunciauimus: qui etiam tot & tanta ex ipſa diſſolutione, ſi effectum haberet, ſcandala ſequi dixerunt, quòd habẽtes etiam cor lapideum, molliri debuiſſent. Sed ex quo nunc conſtat, ipſas cauſas veras non eſſe, cur modò nõ mutat propoſitum? cur pax perturbatur Eccleſiæ? Dicitis hunc locum vicinum Bohemis. Diſtat iſte locus à Praga per quindecim diætas. ſunt ciuitates & principes intermedij potentiſsimi. Ciuitas iſta fortiſsima flumine Rheno & mœnibus & viris catholicis munita, vicina ad tria miliaria linguæ Gallicanæ. In iſtis partibus ille metus eſt de exercitu Pragenſium, qui Romæ. Putat ſua ſanctitas nos eſſe ita improuidos, quòd ſi hic locus tam vicinus eſſet Bohemis, quod meritò timendum eſſet, hîc manſiſſemus aut maneremus? Sed mira res. habuit ſanctitas ſua exercitum hoſtium in portis Romæ, nec timuit, nec receſsit: & hîc timet inimicos per quindecim diætas longinquos? Inter alias diſſolutionis cauſas hanc eſſe dicitis, quòd Bohemos vocauimus eo modo, quòd ſanctitas ſua ſuſtinere ſine offenſa non potuiſſet aut detractione damnationis in concilio Conſtantienſi factæ. Vocatio iſta nõ poteſt ſuſtineri ſine offenſa ac detractione concilij Conſtantienſis, ſed diſſolutio Concilij benè poteſt ſuſtineri. concilium Conſtantienſe mandat fieri concilium, (fieri autem cum effectu intelligitur) nõ prorogari tempus, non mutari locum. contra omnia iſta fit, & nihil de hoc dicitur. Sed calumniamur quia vocauimus Bohemos. Nunquid in decretis concilij Conſtantienſis ſcriptũ inuenitis, quòd Eccleſia non debeat eos ad inſtruendum & infirmãdum conuocare? Non miramur, ſi ex dictis oratoris noſtri occaſio ſumpta eſt ad diſsipandum conciliũ, quandoquidem ex pijſsimis noſtris literis id factum eſſe videamus. Vtinam propter honorem ſummi pontificis hanc cauſam in literis ſuis non inſeruiſſet, videlicet quòd huiuſmodi vocatio fuerit in iniuriam ſedis Apoſtolicæ ſacrorumq; conciliorum, & contra decreta ſanctorum patrum ac ſtatuta legum imperialium. Sed valdè mirãdum eſt, quod in eiſdem literis damnatur & approbatur. Si audiẽtia conceſſa Bohemis, reprobatur: cur Græcis conceditur, cùm & hi & illi ab vnitate Eccleſiæ ſeparentur? Si conciliũ Bononiæ propter illos indicitur, cur conciliũ Baſileenſe propter Bohemos & multa alia neceſſaria iam indictum, diſſolui procuratur? cùm Bohemica hæreſis periculoſior ſit, ad illam accuratiùs foret intendendum. Mirandum eſt, ſi verum ſit: dicitur, venerabili archiepiſcopo Gneznenſi cõceſſam eſſe facultatem per ſummum pontificẽ audiendi Bohemos. ſingulari perſonæ conceditur quod vniuerſali Eccleſiæ non permittitur? Si epiſtola noſtra diligenter & non ex liuore vel odio conſideretur, planè conſtabit, non ad iniuriam authoritatis Apoſtolicæ, nec conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, imò ad reuerentiam & honorem eorum factã fuiſſe vocationem. vocauimus enim, vt nobiſcum in eadem vnitate coniungantur: & vt, qui à nobis aliquandiu diuiſi fuerunt, iterum in charitate & vnitate nobiſcũ reconcilientur. Si hoc fieri poterit, ad quod nos laboram⁹, cedet proculdubiò ad honorem ſedis Apoſtolicæ. Ipſam enim reuerebuntur, quã vſq; nunc contemſerunt: cedet ad gloriã conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, quia illam fidẽ & ritum, qui in his concilijs declaratus eſt, quem vſq; nunc non tenuerunt, amodò tenebunt. Cur ergo retorquetur ad iniuriam, quod quæritur ad honorem? nec contra decreta ſanctorum patrum, nec contra leges canonicas aut ciuiles huiuſmodi vocatio facta eſt, ſiue aſſerere velimus eos vocatos ad inſtruendũ, ſicut veritas eſt, ſiue ad diſputandum. Si ad inſtruendũ, nemini dubium eſt, quin opus ſit pium & meritoriũ, & prælatorum officio neceſſarium. Si ad diſputandum, & ad hunc finem, vt errans inſtruatur & reducatur, cùm eadem ratio ſit, ſimiliter erit opus pium & laudabile, vt inquit B. Paulus ad Titum: Oportet epiſcopũ &c. Et ſubdit, Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere: imò pernimiùm periculoſum fuiſſet, denegare audientiã Bohemis, quam vbiq; locorum diuulgabant ſe poſtulare, & eis non concedi, ob hanc cauſam, quia eorũ articuli erant ita manifeſtè veri, quòd noſtri epiſcopi & ſacerdotes non poterant eis reſpondere, nec cum ipſis conferre audebãt: propter quod ſcrupulus non paruus in animis hominum, præſertim ſimplicium iſta audientium, erat exortus. Omnis autẽ ſchola theologorum, canoniſtarum & legiſtarum affirmat eam diſputationem de fide, quę non ſit cauſa perfidiæ ſeu tumultus, vel vt in dubiũ reuocet: ſed ad inſtruendum, vel clariùs patefaciendum veritatem, vel conuincendum

Tit. 1.

Idem iactant Lutherani &c.

vel confundendum hæreticos seu infideles, vel confirmandum catholicos, fore licitam: imò B. Thomas secunda secundæ dicit in casu simili, sicut est noster, quòd quando simplices viri solicitati sunt aut pulsati ab infidelibus vel hæreticis, corripere nitentibus in eis fidem, tunc necessarium est publicè disputare de fide. per hoc enim simplices firmantur in fide, & infidelibus aufertur decipiendi facultas. Alioquin ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent, peruertentibus fidei veritatẽ esset erroris confirmatio. Allegat B. Gregorium, quod sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Constat autem Alemanos per libellos & epistolas Bohemorum solicitari, vt eorum errores sequantur, allegando ad eorum peruersum sensum multas authoritates. Ergo, secundum B. Thomam & B. Gregorium, visi fuissemus confirmare errores Bohemorũ, nisi hoc casu dedissemus illis audiẽtiam. Quid ad hoc respondebunt nostri calumniatores? hoc etiam sæpenumerò actum fuisse per sacra concilia & sanctos patres legimus, cum hæreticis vel infidelib⁹, etiam priùs damnatis. Sylvester in concilio Romano publicè disputauit cũ duodecim scribis Iudæorum, quibus & per Christum & apostolos per tot annos antè, veritas Christianæ fidei prædicata fuerat, & in ea disputatione dati fuerunt iudices duo gentiles, Cirithon & Zenophilus. Beatus Athanasius publicè disputauit cum Arrio, cuius error priùs in celeberrimo concilio Niceno damnatus fuerat. In qua disputatione sedit arbiter quidã, nomine Probus, gentilis homo. In synodo Chalcedonensi orthodoxi disputârunt cum Nestorianis, dudum in cõcilio Ephesino damnatis. Et post multa inter eos fuit conuentum, vt nostri orarent secundum fidem nostram, & illi secundum fidem suam. Et charta quædam in qua & nostra fides & errores illorum describerentur, super corpus B. Euphemiæ poneretur, vt Deus veram fidem manifestaret. quod & factum est. Item licet error ille, qui asserit Chtistum vnius duntaxat fuisse naturæ, priùs fuisset damnatus, tamen in synodo Constantinopolitana, in qua præsedit sanctus episcopus Flauianus, Eutyches qui hunc tenebat errorẽ, fuit ad synodum vocatus, & plenè auditus, & secum disputatum. fuitq; per acta præcedentiũ conciliorum conuictus. Item licet error quem tenebat Luciferianus, fuisset antè damnatus, nihilominùs B. Hieronymus disputauit cum ipso, & eum per acta præcedentis concilij conuicit. Quanuis errores Donatistarum sequentium Arrianos, olim in concilio Niceno damnati fuissent, nihilominùs fuit congregata synodus Carthaginensis, & ad eam Donatistæ per nuncios concilij vocati sunt. Et inter alia, conuocationis verba ista sunt: Hanc ergo pacificam & ex charitate venientẽ vocationem contemnere non debetis. Et si quid veritatis vos habere arbitremini, non dubitetis asserere, id est, vt congregato nostro concilio, deligatis ex vobis quibus causam vestræ assertionis committatis: vt & nos posim⁹ hæc facere, etiam de concilio nostro deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore quicquid est quod nostram à vobis separat communionem, cum pace discutiatur, vt tandem adiuuante Domino Deo nostro Iesu Christo, finem veternosus error accipiat. Beatus etiam Dominicus & duodecim abbates in partibus Tolosanis cum Albingensibus, quorũ errores fuerant damnati, publicè disputauit apud fanum Iouis sub iudicibus deputatis. Sed ideo calumniari videmini epistolam, quia non ad recognoscendum errorem, sed ad submittendum se pariter cum Ecclesia veritatis inuestigationi sint vocati, quod Husitis fauorem & authoritatem, fidelibus verò ambiguitatem & perplexitatem præstare videtur. Cur sicut partem epistolæ, ita non recitastis & totam? Cur etiam addidistis, vbi addendum non erat? aut sicut post verbũ, Audietis & nos: addidistis, respondentes, cur non addidistis, instruentes & informantes? Circa principiũ epistolæ dicitur: Nihil tam ante oculos nostros versatur, quã vt vos in eadẽ vnitate nobiscum cõiungamini. Hinc satis innuitur, ex quo damus operam, vt nobiscum coniungãtur in eadẽ vnitate, quòd vnitatem dimiserint, & eam opus sit vt recuperent. Item & verbum illud, Et forsan dissidium nostrum aliquandiu Deus in Ecclesia permisit. Ac verbum illud, Quanta lætitia erit in cælis, si vos qui aliquandiu diuisi fuistis, iterum in vnitate & charitate nobiscum reconciliamini? Hoc apertè indicauit, eis necessarium esse reconciliari nobiscum, ex quo necessariò oportebat recognoscere errorem. Verbum etiam illud, Scimus quia noster cælestis paterfamiliâs bonum fidei se Matth. 13.
men seminauerat, sed venit inimicus homo & superseminauit zizaniam: hoc manifestè demonstrauit eos à veritate erraſſe, ac necessarium fore vt superinfundatur ros gratiæ spiritussancti. Fortè molestum est vobis verbum illud, Ipse Spiritussanctus astabit medius iudex & arbiter quid in Ecclesia Dei tenendum & agendum sit. Vel fortè verbum illud, Aderit planè Spiritussanctus, in cuius nomine congregata est hæc sancta synodus. Ipse erit dux & rector concilij, perfectè illuminaturus corda hominum, vt viam ambulent charitatis & pacis. Nobis autem est gratissimum & suauissimum, illum nobis iudicem & ducem constitui, quem nobis Christus dedit, dicens: Cùm autem venerit spiri- Ioan. 15.
tus paracletus, quem ego mittam vobis à pa & 14.
tre, ipse vos docebit, & suggeret omnia quæ

dixero

dixero vobis. An Spiritum sanctũ vos habere iudicem indignamini? An potiùs hominem, quàm Deum, velletis elegissemus iudicem? Meritò in principio sermonis nostri dicere persuasimus, ne Spiritum sanctũ contristaretis. Blasphemia esset, si quis negaret spiritum sanctum dictare sentẽtias, canones & decreta conciliorum. In Actibus apostolorum hoc expressum auditis, cùm dixerint Acto. 15.
apostoli, iudicantes non esse seruanda legalia: Visum est spiritui sancto & nobis. Leo papa inquit, sacrorum patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia comprobatos. Et Isidorus: Et si qua sunt talia concilia, quæ sancti patres spiritu Dei plenè sanxerũt. Si spiritualis homo iudicat omnia, 1. Cor. 2.
secundum Apostolum, quanto magis ipse Spiritussanctus, per quem homo accipit vt sit spiritualis? Quid est dicere, astabit medi⁹ iudex & arbiter, nisi quòd ipsamet synodus erit illa, quæ iudicabit & arbitrabitur? Nõ enim aliud iudicare & arbitrari poterit, quàm spiritussanct⁹ suggeret. Quid iterum aliud est dicere, astabit iudex, nisi quòd iudicabitur in hoc concilio, prout iudicatum est in Constantia? Nã cùm sententia illa condemnationis Husitarum, à spiritusancto dictata fuerit, & ipse nesciat variare sententiam veritatis, vtiq; cùm idem sit in omnibus concilijs, idipsum hîc veraciter iudicabit quod in illo. Si quis autem obijcit, quomodò iam iudicatum, iterum iudicabitur? Dicendũ est, quòd, cùm fiat ad salutem proximorum, non est incongruum idem repetere. Professio enim fidei catholicæ facta in concilio Niceno, in pluralibus sequentibus concilijs repetebatur. Quoties necesse est, toties mater Ecclesia aperire debet os ad docendum & instruendum. Non omnes spiritussanctus eodem tempore illuminat, sed vbi Ioan. 3.
vult, & quando vult, spirat. Qui in vno concilio illuminationem non acceperunt dono spiritussancti, fortè accipient in alio. Ideo necesse est sæpè frequentari concilia, vt hæresis quę in vno tolli non potest, tollatur in alio. Nec enim hæresis Arriana vel aliæ eodem tempore extinctæ sunt. Illuminabit ergo, vt speramus, spiritussanctus corda Bohemorũ in hoc concilio, & ostendet ipsis quid tenere & agere debeant in Ecclesia. Propter eos hoc verbum dictum est, & propter alios errantes: orabimus, vt spiritussanctus illustret corda vniuersi populi ad cognoscendum amplectendumq; veritatis & vnitatis semitam. Non enim de populo Christiano, sicut sunt & ipsi Bohemi, & alij errantes, cognouerũt adhuc & amplexi sunt veritatem & vnitatem. Cur nobis molesti estis, quòd in ducem elegerimus spiritum sanctum? Si B. Sylvester disputauit cum Iudæis sub duobus iudicibus gentilibus: si Athanasius cum Arrio sub vno iudice pagano: si orthodoxi cum Nestorianis sub iudicio corporis mortui sanctæ Euphemiæ: si concilium Carthaginense requisiuit Donatistas, vt illa controuersia terminaretur per aliquos vtrinq; eligendos: si beatus Dominicus cum Albingensib⁹ sub certis iudicibus, cur nobis non licuit eligere in iudicem spiritum paracletum? Quòd autem putatis nõ in Germania huiusmodi audientiam dandam, si danda esset, hoc (secundum beatum Thomã) nullo modo rationi congruit. Nam sicut in loco vbi non est nota hæresis, disputare periculosum est: ita vbi nota est, & homines ab hæreticis infestantur, disputare ad declarationem necessarium videtur. Quòd verò dicitis, ex ista vocatione præstari fidelibus ambiguitatem vel perplexitatem: miramur vndè hæ adinuentiones proueniant, cùm ex hoc non ambigui vel perplexi, sed certiores ac firmiores populi Alemaniæ facti sunt, videntes nostram confidentiam & fidei firmitatem in vocandis illis: maximeq; exhilarati sunt, sperantes ex hoc illos Ecclesiæ reconciliandos. Duo autem scelestissima capita huius hæresis, quæ commemoratis, nónne tandẽ vltimo supplicio tradita sunt? Si omnes hæretici talem fauorem haberent, pauci fierent hæretici. Quæ autem sint illæ plures & grauiores causæ, quæ præbuerunt occasionem dissolutioni, nescimus. si personam summi pontificis tantũ respiciunt, propter hoc non debet periclitari status Ecclesiæ. Si autem Ecclesiã, æquius fuisset intimare concilio, quod repræsentat Ecclesiam, vt prouideret. Hoc autem scimus, quòd hîc est plena & omnimoda securitas. Dolenter refertis, quòd dissolutioni prętensæ non paruimus, & mandata Apostolica per nos spreta sunt. Hoc ideo facimus, quia Deo plusquàm ho- Acto. 5.
minibus parére oportet. Sancta mater Ecclesia, cui quilibet parére debet, nos legitimè congregauit, vt tollendis deformitatib⁹ hæresum, bellorum ac vitiorum, quæ plurimæ sunt in populo Christiano, efficaciter intenderemus. Ne Ecclesiã & Christum Ecclesiæ principale caput cõtemneremus, perseuerandum censuimus in opere nobis iuncto. exposuissemus fidem orthodoxam, Christianam religionem, omnem deniq; ecclesiasticum statum periculo ruinæ & euersionis, si sic dissolutioni prætensæ paritum fuisset, quemadmodum oratores nostri nouissimè sanctitati suæ latissimè exposuerũt. Scriptum est in sexta synodo Constantinopolitana: Cùm læditur fides, parentum reuerentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresq; vitatur. Ad postremum, etiam super ipsam vitam mors potiùs à pijs patribus eligitur, vt meliorem resurrectionem consequantur: potiùs autem nobis dolendum foret, sicut & mundus dolet, quòd talia tentata sunt aduersus hoc generale concilium & contra vniuersalis concilij Constantiensis ordinationem,

cui cùm ſummus pontifex obtemperare tenetur, his pœnis ſubijcitur, quas contra inobedientes ſtatutas eſſe dicitis. Sed nec prætenſæ diſſolutioni paruimus, quia fieri non potuiſſe conſtabat. Nam etſi magna ſit papę poteſtas, id tamen ſibi facere non licet iuxta communem omnium ſententiá, vndè vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus turbetur, periclitetur aut decoloretur. Sed cùm in iudicio omnium ac noſtro, Eccleſia nunc vniuerſali reformatiõe neceſſariò indigeat, meritò iſtud concilium, quod ad hoc inſtitutum eſt, diſſoluere non licuit. Impediretur enim hæreſum extirpatio, pacificatio populi Chriſtiani, & deformitatum correctio. Vndè in prima ſeſsione huius cõcilij, facta ante dictam prætenſam diſſolutionem, diffinitum eſt, quod procurans hoc concilium impedire, diſſoluere, prorogare vel mutare, ſeueriter puniatur, & procedatur contra eum tanquã communis pacis perturbatorẽ, cùm ex hoc prædicta bona impediri videantur. Nec papæ fas eſt, decretũ illud Conſtãtienſe quod incipit, Frequens, abolere: vel taliter agere, quòd diſpoſitio ſua reddatur inutilis vel fruſtratoria. eſſet enim contra mentem Eccleſiæ, quæ illud decretum edidit pro vniuerſali Eccleſiæ ſtatu conſeruando, circa quod papa non diſpenſat. Statim autem tollere concilium iam inceptum, nihil aliud videtur, quàm non celebrare: imò multo deterius, propter graue ſcandalum quod in Eccleſia naſcitur ex tali ludibrio. Quòd autẽ pro vniuerſali Eccleſiæ ſtatu conſeruando, ipſum decretum editum ſit, ex præfatione ipſius liquet. Dicit enim: Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici præcipua cultura eſt, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum, errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineã Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit: horum verò neglectus, præmiſſa diſſeminat atq; fouet. Propterea nullo pacto Eccleſia tolerare debet, imò ſe vſq; ad animam & ſanguinem opponere, ne tale oſtium aperiatur, & tam vtile toti Chriſtianitati ſtatutum euaneſcat. Ex mente etiam dicti decreti videtur, diſſolutionem prædictam non valuiſſe. Vult enim quòd in fine cuiuslibet concilij locus futuri concilij eligatur per menſem antè, approbãte & conſentiente concilio: & ſic non debere diſſolui, niſi priùs, conſentiente concilio, locus per menſem antè pro futuro cõcilio electus ſit. Item cùm prohibeatur in dicto decreto prorogatio, multo magis videtur prohibita diſſolutio. plùs enim eſt auferre, quàm differre. Prorogatio dilationem inducit, diſſolutio peremptionem: Et licet mutatio certo modo concedatur, diſſolutio non. Hoc autem fecit papa. diſſolutio expreſſa fuit, non loci mutatio. Itẽ mutatio loci ex cauſa conceditur, quo ad concilium futurum. Dicit enim textus decreti: Locum autem pro futuro concilio abſq; euidenti cauſa non mutet. Non autem concedit mutari poſſe ſine conſenſu concilij, locum concilij actu congregati: quia de ſeipſo diſponere, ad ipſum concilium pertinet. Nam ſi ad concilium ſpectat, facere reformationem ſupra caput & membra: ad ipſum etiam videtur ſpectare, de his ſine quibus reformatio fieri non poteſt, & an locus reformationis continuandus ſit vel mutandus. Item ſi actu congregato concilio, locus pro futuro concilio eligi debet conſentiente concilio, quanto magis pro ipſo concilio actu iam congregato, continuando vel transferendo ad aliũ locum? cùm enim certa forma per hoc decretum indicatur, papa ipſam ſeruare tenetur. Alioquin fruſtrà ipſi lex indiceretur. Probatur ex alia ratione, diſſolutionem nõ valere, quia, vt prædictum eſt, cùm papa teneatur obedire ſtatutis, ordinationibus & præceptis cuiuſcunq; cõcilij in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſma & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: & ſi non obedierit, puniri poteſt: conſtat, ipſum in his caſibus fore inferiorem concilio, & concilium maius eo, cùm poſsit reformare, ſtatuere, mandare & punire. Inferior autem legem ſuperioris tollere nõ poteſt, nec ipſum ſuum ſuperiorem extinguere vel annihilare. Alioquin implicaret euidentem contradictionẽ, Tenetur obedire, & non tenetur, quia poteſt diſſoluere. Cùm ergo cõcilium congregatum ſit propter prædictas cauſas, & inter alia ſtatuerit ſub magna pœna, ne quis procuraret diſſolui aut mutari ipſum: papa, cùm illi obedire teneatur, nullatenùs diſſoluere poteſt. Alioquin ſi poteſt diſſoluere, non tenetur obedire. Ex quo neceſſariò infertur, quòd aut decretum prędictum non valet, aut diſſolutio: quia ſibi inuicem contradicunt. Præterea ante tempus concilij Conſtantienſis nullũ dubium erat, quòd congregato concilio ſuper facto fidei contra papam, papa illud diſſoluere nõ poterat: quia ſi potuiſſet diſſoluere, potuiſſet nõ iudicari: quod tamen ſibi non licebat: quia in fide deuius, poteſt per concilium iudicari. Ergo ſicut in iſto caſu, ita dicendũ eſt nunc congregato cõcilio ſuper reformatione generali in capite & in membris: quia iſti tres caſus, fidei, ſchiſmatis & reformationis, ſub eadem declaratione concilij Conſtantienſis continentur, quod non ſolũ ſcripto declarauit concilium Conſtantienſe, ſed etiam facto: quia Benedictũ propter ſchiſma, Ioannem vigeſimumtertium propter deformitatem vitæ depoſuit. Et ſi dicatur, Sicut papa poteſt congregare conciliũ propria authoritate, ita eadẽ poteſt diſſoluere: reſpondendum quòd longè differt. Ante enim concilij congregationem conciliũ non eſt: ſed vt primùm congregatũ eſt, ſtatim poteſtas vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt immediatè à Chriſto, & quam conciliũ repræſentat, transfunditur in ipſum concilium, vel potiùs continuatur in eo, & fit ipſum conciliũ ſuper papam & cunctos alios: quemadmodũ ſi quis homo ſubijciat ſe alicui, poſtquàm ſubiectus eſt, nõ poteſt ſe ab illa ſubiectione eximere, nec poteſtatem ſui ſuperioris diſſoluere ſine ſui ſuperioris conſenſu: quia quod à principio fuit voluntariũ, expoſt fit neceſſarium. Et hoc modo intelligenda ſunt iura, dicentia quòd concilia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem fiunt & robur accipiũt. Robur enim (vt communiter) accipiunt vt congregentur, non vt congregata poteſtatem iudicãdi & ſtatuendi à papa conſequantur. Et ſi quis fortè dixerit, in concilijs intelligitur excepta authoritas papæ; ideo papa non ſubijcitur: reſpondetur, illud eſſe verum, quando perſona papæ ſpecialiter non includitur: ſed ſi ſpecialiter includeretur, non poſſet excipi, quia eſſet contradictio. Sed in decreto concilij Conſtantienſis ſpecialiter dicitur, quilibet etiã papalis dignitatis, obedire tenetur præceptis concilij.

Quòd autem prædicta diſſolutio nõ valuerit, clarè deducitur ex decreto tertiæ ſeſsionis concilij Conſtantienſis, in qua fuit diffinitum, etiam ante proceſſum inchoatũ contra Ioannem, quòd dominus Ioannes vigeſimus tertius Romanam curiã & officia publica illius ſeu illorum officiarios de ciuitate Conſtantienſi ad alium locum non mutaret aut transferret, ſeu perſonas dictorũ officiariorum ad ſequendũ eum, directè vel indirectè cogeret ſine licentia & authoritate ipſius ſynodi: & hoc, quo ad illos officiarios & illa officia, per quorum abſentiam concilium veriſimiliter diſſolueretur vel læderetur. Et ſi contrarium feciſſet, vel faceret in futurum, aut aliquos proceſſus ſeu mandata contra dictos vel alios quoſcunq; illi ſacro concilio adhærentes, & cenſuras eccleſiaſticas aut alias pœnas vt ipſum ſequerentur, fulminaſſet aut fulminaret ſeu fulminauerit, eſſet totum irritũ & inane, nec eiſdem proceſsibus, cenſuris & pœnis tanquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore. Si ergo papa non poteſt priuare conciliũ aliquibus ſuis ſuppoſitis, per quorum abſentiam veriſimiliter concilium diſſolueretur vel læderetur: multo minùs poteſt priuare ipſum conciliũ ſeipſo, & ipſum annihilare. Si nõ poteſt facere aliquid, vndè veriſimiliter conciliũ diſſoluatur vel lædatur, multo minùs poteſt ipſum conciliũ veraciter & expreſsè diſſoluere vel lædere. Nihil videtur certi huic rationi poſſe reſponderi. Item concilium Conſtantienſe declarauit in eadẽ ſeſsione, quòd ſi qua priuatio vel translatio perſonarum exiſtentium in ipſo concilio vel adhærentiũ, facta fuiſſet in læſionẽ concilij per Ioannem à tempore inchoationis eiuſdẽ concilij, eſſet irrita & inanis. Eccè quomodo declaratur nullũ, quod fit in læſionem concilij. Et aduertendum quòd hæc duo capitula, loquendo de pœnis inflictis & cenſuris fulminatis & priuationibus factis in præteritum ante tempus ſeſsionis, intelligi oportet per modum declarationis eſſe irritas, & eis tanquam irritis & inanibus nõ eſſe obediendum. Alioquin ſi valuiſſent, non fuiſſet dictum hoc modo, nec fuiſſent annullatæ: quia ſecundum regulam iuris, factum legitimè, retractari non debet, etiã ſi ad eum caſum deueniat, à quo incipere non poſſet. Item in decima ſeſsione fuit pronunciatum, receſſum dicti Ioannis de Conſtantia, fuiſſe illicitũ & Eccleſiæ Dei & dicto concilio notoriè ſcandaloſum. Si ergo receſſus qui veriſimiliter & præſumptiuè tendebat ad diſſolutionem, fuit declaratus illicitus: quãto magis apparet, expreſſum actum diſſolutionis, eſſe illicitum? Iam ergo luce clariùs conſtat, diſſolutionẽ non valuiſſe. Quocirca mirandum nõ eſt, ſi non paruimus. magis autem mirandũ, quomodò ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ, pro vniuerſali bono & cum tanta maturitate promulgata, ita leuiter infringantur. vtinam qui ſedent in ſede Petri, legerent aliquando acta prædeceſſorum ſuorum. à talibus profectò abſtinerent. Inquit beatus Gregorius: Si ea deſtruerẽ quæ anteceſſores mei ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer. Item: Abſit à me, vt ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis infringã: quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo. Item Leo papa: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatem, nulla commutatione varientur: nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Item Gelaſius papa: Confidimus quòd nullus iam Chriſtianus ignoret vniuſcuiuſq; ſynodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam: quæ & vnam quanq; ſynodum ſua authoritate confirmat, & continua moderatione cuſtodit. cuſtodire igitur habet, & non tollere. Item Vrbanus papa: Sunt quidam dicentes, Romano pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges: quod & nos non ſolùm non negamus, ſed etiam valdè affirmamus. Sciendum verò ſummoperè eſt, quia indè nouas leges condere poteſt, vndè euangeliſtæ aliquid nequaquam dixerunt: vbi verò apertè dominus vel eius apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres, ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus pontifex dare poteſt: ſed potiùs quod prædicatum eſt, vſq; ad animam & ſanguinem confirmare debet. Item Zoſimus papa: Contra ſtatuta patrum aliquid vel mutare, ne huius quidem ſedis poteſt authoritas. Apud

nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiã. Item Leo papa: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, vt quod patres nostri siue in sanctis canonib⁹, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra sanctorum patrum quippe agimus saluberrima instituta, si quod ipsi diuino statuerunt consulto, intactum non conseruamus. Item ex concilio Chalcedonensi: à sanctis patrib⁹ in vnaquaque synodo vsq; nunc perlatas regulas tenere constituimus. Quòd autem subijcitis, si de aliqua vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiẽdum de eo quod non intelligitur rationem, ad Apostolicam sedem conueniendum esse, opus nõ fuisset narrare. Nam de Constantiensi synodo aut eius decretis nulla est dubitatio. synodus illa authentica est & catholica. decreta eius authentica sunt, & ita clara & intelligibilia, vt nulla egeant declaratione. Ista autem synodus legitimè inchoata est, & legitimè continuatur. Si autẽ aliquo modo de intellectu gestorum illius synodi dubitatio oriretur, cùm isto modo sit congregata, quæ catholicam repræsentat Ecclesiam, ipsius iudicium esset exquirendũ. Beatus autem Gregorius, cuius est capitulum illud, Nec licuit, loquebatur aliquib⁹ episcopis particularem synodum celebrantibus, qui volebant retractare statuta vniuersalis synodi Constantinopolitanæ: quòd si tunc temporis aliqua alia synod⁹ vniuersalis actu congregata fuisset, & de gestis prioris synodi aliqua ambiguitas fuisset orta, proculdubiò ad illius vniuersalis synodi determinationem recurrendum esse dixisset Gregorius, & suum iudicium iudicio synodi submisisset, qui priùs dixerat de concilijs loquens: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumpserit absoluere quos ligant, & ligare quos absoluunt. Si ista venerabiles viri rectè consideraretis, taceretis forsitan verbum illud, quod admiratione sit dignũ, nos presumpsisse citare summum pontificem. Non est præsumptio, nec admiratione dignũ, si quid iuridicè fit, nisi quis velit admirari tanquã constanter & virtuosè factum. presumptio fuit, rem illicitam & scãdalosam tentare. Et quia actus erat, qui notoriè scandalizabat & conturbabat Ecclesiam, ideo authoritate sacri concilij ipsum summum pontificem obsecrauimus & monuimus, vt dissolutionem prætensam tolleret, & ab hac sancta synodo non alienum se faceret. Paulo superiùs audistis, concilium Constãtiense pronunciasse, recessum illum Ioannis fuisse illicitũ & scandalosum. Optimè nostis, quod Ecclesia potest & debet, ac sæpè consueuit, cùm Papa ipsam scãdalizat, eũ monere & requirere vt desistat. Hoc certè quod egimus, non ad iniuriam factum est, sed ad honorem vtilitatemq; ecclesiæ ac suæ sanctitatis, vt tollendo ab Ecclesia scandalũ, vrriusq; honor atq; vtilitas conseruaretur. Sed additis, quod nec ab Augusto, nec à populo, necab omni clero iudex iudicabitur, allegãdo argumentationẽ glosæ, quòd concilium nõ potest iudicare papam: & si totus mundus sentiret in aliquo negocio contra papam, videtur quod papæ sententiæ standum sit. Sed illa glosa prò & contrà allegat, & non se firmat. Sed in c. Legimus, quod allegatis, tenet, quod statutum concilij, præiudicat statuto papæ. Superiùs ad hoc dictum est, quod per quemcunq; clerum particularem Papa non iudicatur, & ita textus loquitur, non tamen excludit Ecclesiam vniuersalem: quam qui corrigentem nõ audierit, sit tibi (inquit Christus) vt ethnic⁹ & publicanus. quã eandem authoritatem eadẽ glosa dicit etiã habere locum in Papam. & istud dicit in c. Si papa, dummodò sit tale crimẽ, de quo possit accusari, vtputà cùm scandalizaret Ecclesiam. vbi etiam dicit, nomine fratris quemlibet Christianũ contineri. Glosæ & doctores in hac materia ante concilium Constan. sæpè vacillabant: modò vnum, modò aliud dicebant: & scholasticè disputantes, non se firmabant. Magnũ oporteret explicare volumen, si singulorũ dicta & argumenta in mediũ proferre vellemus. propterea ad amputandũ curiosas & contentiosas verborũ concertationes, Ecclesia vniuersalis magistra omnium Constantiæ congregata, diffiniuit hũc passum. Itaq; si authoritas quæritur, quis nõ præferat vniuersalem Ecclesiam & omnes homines, dictis vnius doctoris aut decẽ, aut quorumcunq;, cũ authoritas Ecclesiæ & sacræ scripturæ, vt supradictum est, æquiparentur? Sacrã autem scripturam quis nesciat præferri omnibus doctoribus, vt plana est vndecima distinctio in decretis? Omnes autem doctores dicta sua Ecclesiæ submittunt. Si rationẽ quæritis, nónne rationabilius est, illius qui errare non potest, præferri sententiã iudicio illius qui errare potest? Iterũ ergo hîc respõdeat B. Hieronymus: Poteram omnes tuarum propositionum riuulos vno Ecclesiæ sole exiccare. Quantũ verò ad dispensationem faciendam super capitulo, Fequens, breuiter dicẽdum est, non posse in eo quenquã dispensare, in quo sibi imponitur lex, quã necesse seruare habet. Si aũt aliqui casus contingant rationabiles mutandi locum concilij, decretum illud optimè prouidet. Vndè non est dicere quòd aliâs inhumana esset constitutio illa. Addidistis etiã, indignum esse ad instantiã vnius, quantacunq; dignitate præditi, molestari decreto nostro summũ pontificem. putam⁹, sentire vos de dilecto Ecclesiæ filio Dominico cardinali, Firmano communiter nuncupato. Dolenter de re ista verbum facimus. Ipse grauissimè in publica sessione ac gene-

Matth. 18.

Pius 2. scribit cardinales qui Basileam venerant, ob prioritatis inimicitias bono & sancto viro Eugenio notam inurere voluisse, & eosdẽ tamen postea ad eum rediisse, & veniam petijsse.

generali sacra cõgregatione nostra questus est, quanta potuit cum honestate, intolerabilem sibi fuisse irrogatam iniuriam, petens sibi per concilium ministrari iustitiã, quam alibi consequi non potuit. Retulit quemad modùm à felicis recordationis Martino papa quinto assumptus fuerat in sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum cardinalem. post cuius mortem accessit ad vrbem, vt vnà cum alijs cardinalibus in electionẽ Romani pontificis, vt cardinalis & elector, interueniret. Et licet se ad electionem admitti instantissimè peteret, nihilomin⁹ (vt asseruit) eo spreto & contempto, fuit ad electionem summi pontificis processum, in magnam iniuriam & damnum ipsius & suæ dignitatis cardinalatus, & in publicum scandalum totius Ecclesiæ, contra bonos mores & sanctorum patrum instituta, quod hactenus nunquã auditum fuit. Asseruit etiam, post electionem domini Eugenij plures sibi illatas iniurias, cum omnium bonorum suorum & fructuum suæ ecclesiæ Firmanæ de facto expoliatione, & quòd super prædictis nunquam potuerit obtinere iustitiam, quã per medium nonnullorum venerabilium sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, pluriès sibi fieri petijt & requisiuit, maximè cùm nec Romã possit sine euidenti mortis periculo (vt asseruit) accedere. Patres concilij aduertentes prædicta, & recognoscẽtes quòd negocium istud esset grauissimum, & meritò per concilium non negligendum, maximè vt declaretur ius ipsius, an sit cardinalis vel non, vt in futura electione quando sedẽ vacare contingeret, sciatur an sit admittendus vel non, ne scandalum aliquod in ipsa electione vel post oriri possit, commiserunt causam istã iudicib⁹ concilij, in quantùm concernit ius ipsius, duntaxat cognoscendam. Et vt patribus concilij magis de iure suo constaret, legi fecit copiam cuiusdã decreti felicis recordationis Martini papæ quinti, vt asseruit, cuius tenor sequitur & est talis: Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo vicesimosexto, die Veneris nono Calendas Iunij, Romæ in palatio S. Petri præsentibus omnibus cardinalib⁹ qui erant in curia, excepto cardinali Aquilegiensi, qui tunc infirmabatur, ad quem fuerunt missi duo cardinales, videlicet Placẽtinensis & de Comite, pro eius voto sciendo, & ipsis consistorialiter congregatis, in forma consueta scrutinio præcedente secreto, publicè creauimus, assumpsimus & publicauim⁹ vltra cardinales eadem die assumptos & publicatos, Dominicũ episcopum Ilerdensem in presbyterũ, Prosperum de Columna, Dominicum de Crapanica electum Firmanum, Iulianum de Cæsarinis auditorem cameræ, diaconos sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, qui Ilerdensis & Firmanus aliâs iuxta morẽ consuetum creati fuerant, sed ex bonis causis tunc & nunc vnà cum alijs duobus noluimus publicari, sed dicto Ilerdensi reseruauimus locum suum, licet publicatus non sit. Item volumus, statuimus & ordinam⁹, quòd si contingat nos mori ante publicationem dictorum quatuor cardinalium, habeãtur statim pro publicatis solenniter, etiam quo ad electionem Romani pontificis, & ad omnia alia, etiam si tituli ipsis quatuor assignati nõ essent. Item volumus, statuimus; & de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & mandamus omnibus & singulis cardinalibus sub pœna excommunicationis ipso facto, & inhabilitationis omnis actiuæ & passiuæ, quo ad electionẽ Romani pontificis, quòd in casu scilicet mortis nostræ ante publicationem dictorum quatuor cardinaliũ, quòd ipsi alij cardinales teneãtur & debeãt immediatè scilicet infra diem naturalem, habita notitia mortis, publicare prædicta, dictosq; quatuor cardinales recipiant pariter & admittant in omnib⁹, ac si publicati & admissi fuissent, sicut superiùs est expressum. Ita fuit, A. cardinalis Prænestinus Laudẽsis, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Bononiensis propria manu. Ita fuit, F. episcopus Sabinensis, cardinalis Venetiarũ, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Aquilegiensis, propria manu. Ita fuit, G. cardinalis Senẽsis, propria manu. Ita fuit, B. cardinalis Placẽtinen. manu propria. Ita fuit, G. cardinalis S. Marci manu propria. Ita fuit, R. cardinalis de Brancacijs. Ita fuit, A. cardinalis S. Eustachij, propria manu. Ita fuit, L. cardinalis de Comite. Asseruit autem prædicti decreti originalem schedulam, eiusdẽ domini Eugenij tunc cardinalis Senensis, manu propria conscriptã. Addens etiam, duos ex venerabilib⁹ sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalibus ante ingressum conclauis, de liberè ipsum admittendo ad electionẽ, prout in dicto decreto cõtinetur, protestatos fuisse: quorũ duorum protestationem in publica forma in dicta sacra generali cõgregatione legi fecit, quę omnia ingesserunt stuporẽ atq; scrupulum magnũ in animis cunctorum audientiũ. Existimabatur aũt â domino factum, vt isto tempore sacrum conciliũ celebretur ad, quidendum tam insolitis nouitatib⁹. Quòd autem post dissolutionẽ præsumpserimus multa statuere & edita, promulgare, dolemus vehementer nos tam modicam iustitiam sacri concilij & authoritatẽ Ecclesiæ animaduertere, quòd ea quæ cum summa ratione facta sunt, præsumptionẽ vocetis. nos autem æquo animo vestra nõ rectè dicta toleramus, & potiùs pati iniuriam, quã reddere, volum⁹: licet quæcunq; agimus, ita euidenter iusta sint & licita, vt probatione non indigeãt, nihilominùs omni poscẽti parati sumus rationẽ reddere. Magnũ aliquid vos dixisse putatis, dum dicitis, quòd qui Romanæ Ecclesiæ priuilegiũ detrahit, ab ipso summo omniũ ecclesiarũ

capite

capite traditum, in hæresim labitur. Idē sentim⁹ & nos, ac multo firmiùs. Dicimus enim summum pontificem esse caput Ecclesiæ, & Romanam sedem principalem inter alias sedes. Sed nunquid dum partem laudatis, obliti estis totius? Nunquid dum vnam Ecclesiam extollitis, eam quæ vniuersalis est, prætermittitis? Si hæreticus est qui Romanæ Ecclesiæ primatū aufert, quanto maior ille hæreticus erit, qui iam Ecclesiā in qua Romana continetur, & præest super omnes ecclesias & omnes homines, potestatē habere negat? Item & hæreticum illum fateri debetis, qui putat concilium generale, & specialiter illud Constan. Ecclesiam catholicā non repræsentare, aut in his quæ ad fidē seu bonos mores pertinēt, posse errare. hoc si nobiscū credatis, omnis cōtrouersia facilè soluta est. Si sedi Apostolicæ credendū est & obediendum, credite literis apostolicis Martini papę quinti, in quibus ista continentur. Comme moratis nobis pœnæ formidinem ac conscientiæ vermiculū. eccè aduenit temp⁹, quod prædixit propheta: Væ qui dicitis bonū malum, & malum bonum. Qui nouitates inducunt, qui sanctorum patrum decreta infringunt, qui hæresum, bellorum ac vitiorū extirpationem impediunt, qui pacem perturbant Ecclesiæ, hi loquuntur de conscientiæ vermiculo. Si rationi nō creditis, saltē exemplis credite. Qui in concilio Constan. post recessum Ioannis papæ remanserunt, nunquid contra conscientiā fecerunt? nunquid non ab omnibus commendati sunt & commendātur? Nos id idē facim⁹, nisi quòd lentiùs procedimus. expectantes si fortè mollescat cor summi pontificis. hortamini nos ad pacē & vnionem. vtinā cor ori responderet. Eccè genibus flexis & plicatis manibus, crudele bellū quod nobis & Ecclesiæ infertur, tolli exoramus. Sed quomodò vera pax esse potest, si gladium infixū in vulnere tenetis? clamamus, tollite gladium, & obliuiscimur vulnerum: desinite percutere, & non recordamur iniuriarū. pax & vnio in manu pontificis est, quā sibi dari Ecclesia postulat. nō disgreget filios sub alis matris suæ congregatos, non disipet oues quas sibi commisit dominus. Eccè si quid culpę commissum est tentando dissolutionem prętensam, sacrum concilium penitus abolet, dummodò ipse pontifex à persequēdo desistat, tollatq; dissolutionē in perniciē Ecclesiæ tendentem. Si dignabitur venire, nemo erit nostrū qui pedes eius nō osculetur vt Petri, qui vt vicariū Christi non honoret, erit concilij caput, omnes ad eum respiciēt, omnes ei complacere, obsequi, & quantùm cum Deo poterūt, deseruire curabunt. Postremò concluditis, in duobus esse dissensionem, in tempore & loco. Quo ad temp⁹, dicitis placere summo pontifici, vt nō prorogetur vlteriùs: loci autem electionem dat nobis, dummodò sit in terris Italię Ecclesię Romanę subiectis, cùm personaliter velit interesse, cuius dominio, durante concilio, se spoliare intēdit. Reformationem autē cleri Germaniæ & reductionem Bohemorū committit præfato legato. Et vt nos ei adiumēto simus, si hoc fructuosiùs, quàm sine interuallo ad concilium proficisci extimamus: quòd si complementum rerum huiusmodi per nos & prædictum legatum fieri non posset, reliquum quod ad perfectionem extabit, supplebitur in concilio generali. Quantùm ex his verbis intelligimus, dominus Eugenius non solùm non reputat hoc concilium, sed nec quidē vult vllo pacto hîc celebrari concilium, sed dat nobis electionē loci in Italia, in quo futurum celebretur concilium. Quòd hoc sit legitimum conciliū, euidenter ostendimus. Propterea necessariū esse arbitramur tam saluti animæ suæ quàm vtilitati Ecclesię, vt sua sanctitas dissolutionē prætensam tollat, simpliciterque recognoscat concilium, & illi tota mente adhæreat. Hoc enim nullatenùs prætermitti potest: tum quia fieri non potuit, tum quia notoriè scandalizat Ecclesiā: tum ne futuris temporib⁹ detur occasio abolendi capitulum, Frequens: quod ita est in Ecclesia necessarium, sicut oculus in capite: sine Dei & totius Ecclesiæ graui offensa, dissolutioni prætensæ consentire nō possumus. Nā præter alia mala quæ prædicta sunt, hoc indè sequeretur, quòd fateremur Ecclesiam errasse, quæ hîc iudicauit dissolutionē fieri non potuisse. Abrogaremus etiā decretum Constantiensis concilij, non solùm de modo celebrandi concilij, sed etiā de conciliorū potestate. Ex eo enim decreto, vt persæpè dictum est, papa concilio, nō conciliū papæ subijcitur. Quo autē ad loci mutationem, maius quòd allegatis, est papę debilitas, quę prohibet ipsum huc accedere, & tamē interesse concilio necessarium reputat. Si Bononiam accedere poterit, & Basileā poterit. Et si paululū plus temporis itinerando exponi oporteat, nō est curæ. Alioquin futuris temporibus propter infirmitatem papæ oportebit conciliū ad locum residētiæ papæ transferre. Plura concilia & de rebus grauissimis, papa absente, quàm pręsente, celebrata sunt. Ipse dominus Martinus, licet grauissimè esset infirmus tempore inchoationis concilij huius, non tamen transferri Romam vel in Italiam mādauit. Et quantum coniecturari potest, nihil est quod magis pontificem modernum ab hoc loco retrahere debeat, quā suum prædecessorem. Mundus hanc excusationem non capit, quòd propter infirmitatem hoc fieri debeat, cùm alij pontifices, nō obstante ægritudine, legatos suos destinauerint. Nunquid mūdana gloria animū suum pulsat, vt si quid gloriosum in cōcilio agendum sit, suæ pręsentiæ tantùm attribuatur? Sed absit hoc à vicario Christi, qui omnia ad gloriam

Esaiæ 5.

Sed tunc erat schisma in Ecclesia, tribus sibi papatū vendicantibus, quod iam non est sub vnico Eugenio.

gloriam Dei referre debet: quanquam quicquid in legatorum suorū præsentia factum fuerit, sibi ascribi poterit. Sed qua conscientia potest à nobis mutatio loci concedi vel peti, cùm tāto tempore laborauerimus, vt Bohemos huc traheremus, & ipsi cum nostris oratoribus in magnorū præsentia principum concluserint, velle huc venire, & iam acceperunt tam nostrum quàm multorum principum saluosconductus? Si hinc euanescat concilium, spes reconciliationis Bohemorum perpetuò tolletur. animum reductionis si quem habent, videntes se delusos, indurarent magis quàm vnquam. esset certè confundere Ecclesiam, & periclitari fidem. Daremus enim multis populis occasionem, vt Bohemis se coniungerent, putantes fidē nostram veram nō fore, & nos aliquid non habere, per quod possemus eos instruere. Quòd si dixeritis, manebit hîc legatus & nos: hoc ergo est dicere, vt simus hîc, non vt concilium. Sed *hoc fieri non potest. nam â concilio vocati sunt, & ad concilium venire concluserunt: & nisi sit concilium, nullo modo venient. videtur non modicam spem tota Bohemia in concilium ponere. Dicent & ipsi Bohemi, principes atque populi Germaniæ, se à nobis deceptos, quòd vsq; nunc dixerimus, hoc esse verum concilium. Si nunc consentiamus hîc nō esse concilium, quam fidē decæterò mundus habebit concilijs? Si hoc fecerimus, nihil aliud restat, nisi vt tanquā deceptores per principes & populos istos lapidemur & trucidemur, vel in manibus Bohemorum tradamur? Vtranq; enim gentem delusisse videbimur. consultius nobis esset vt hinc fugeremus, quàm amisso nomine & authoritate concilij, hîc moraremur. Nec videmus quòd profectum aliquem dominus legatus, quo ad reformationem, facere posset, si hoc concilium extinguatur. Nam ita vbiq; mali mores inueterati sunt, quòd nisi fiat generalis reformatio in Ecclesia, nunquam fiet particularis alicuius prouinciæ. Solent enim omnes dicere: Reformentur alij, & reformabimur nos. Illud etiam dicunt: Reformentur capita, reformabimur & nos. Vndè iudicio omnium necessarium est, authoritate concilij generalis fieri generalem reformationem, in qua potiùs ad exequendū, quàm ad condendum nouas leges intendendum videtur. Quantum verò ad loci mutationem in Italia, cur à nobis expectatis respōsum, cùm nobis optimè constet, hoc tempore impossibile esse ibi celebrari concilium? Italia tota ardet guerris, omnis gleba suos habet armigeros & prædones, & vix simplices viatores securè transire possunt. * Quòd varietates & mutationes statuum sint in terris Ecclesiæ, vos meliùs nostis. est etiam in omnibus Ecclesiæ terris penuria non modica. Si mente lustratis omnes Christianitatis regiones, vix vlla est ad celebrādum concilium accommodatior, securior ac fertilior hoc loco intùs & in circuitu. Quod ante omnia est ponderandum, Bohemi ad Italiam nullatenùs venirent, quos etiam ad veniēdum huc, potenti principum manu conduci oportebit. Non enim aliter concludi potuit aduentus eorum, nisi magni quidam principes se obligauerint personaliter eos huc conducere, quod sine magnis expensis fieri non poterit. Ipsi etiam Bohemi oratoribus nostris in Egra expresè dixerunt, sentientes famam istius dissolutionis prætensæ & nouæ indictionis concilij Bononiensis, nullatenùs se montes transituros. Etiam vt inquit beatus Thomas, huiusmodi materiam in alienis partibus, vbi hæresis nota non est, periculosum esset tractare. Est etiā & aliud, propter quod pati non debemus mutari locum: quia hoc destrueretur, nec aliud fieret concilium. Nullus enim veniret, nec se ad tam longum iter exponeret, ea præsertim ratione, quòd quilibet existimabit, quòd sicut factum est hîc, ita futurum esse & multo magis in Italia. Et si dicatur, promittetur nō dissoluere nisi omnia completa sint, erunt qui replicabunt: Si duorum conciliorum & duorum pontificum authoritas non valuit, quin prædicta dissolutio fieret, multo minus valebit simplex promissio. Dicetur etiam, si dominus papa decederet, successor faceret sicut nūc fecit dominus Eugenius. Nec putetis homines esse rudes, quòd huiusmodi non cognoscant artes. Existimatur nihil aliud quęri per multas ac varias vias, nisi quemadmodum hoc concilium dissipetur. Tot angustias & molestias mentis & diuersos labores, qui sunt hîc, passi sunt pro sustentādo concilio, quòd si scirēt mutandum esse locum, statim ad propria redirent, ampliùs non visuri conciliū. Suspicantur multi, quòd nō tam loci mutatio, quàm extinctio decretorū concilij Constantiensis quæratur: ex quo quāta mala in Ecclesia nunc & in futuris temporibus sequerentur, vix enarrari posset. Hęc igitur & multa alia ratiōnant conscientias nostras, vt nullatenùs dictæ dissolutioni prætēsæ aut loci mutationi præbeam⁹ assensum. Quare obtestamur, obsecramus, & cum quanta possumus instātia requirimus prędictū sanctissimū dominū Eugeniū per passionē domini nostri Iesu Christi & salutē animæ suæ, & per debitū quo obligatur Ecclesię, vt cum omni fauore huic sacro velit adhęrere concilio. Obtulimus quę suprà audistis. Offerimus etiā omniū molestiarū, quas ex huiusmodi dissolutione perpessi sumus, velle obliuisci. Offerim⁹ etiam quicquid dici aut cogitari pōt, nos fideliss imè facturos, quātum cū Deo fieri poterit, p omni honore & statu tā suæ sanctitatis, quā omniū suorū, dummodò integrè ac simpliciter huic sanctę synodo se cōiungat. Quòd si prous

Imò verò Ferrariæ & Florentiæ frequēs admodū fuit synodus, & Basileæ vix vnus tandē remāsit cardinalis.

*hic

*Quot

si prout suam sanctitatem decet, ostendet nolle schisma in corpore, nec spiritum contristabit, qui sibi & nobis & toti populo Christiano hîc perfectam charitatem, & in futuro seculo vitam æternam donare digne tur, Amen. Datum Basileæ in congregatione nostra generali, tertio Nonas Septembris, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

RESPONSIO SYNODALIS, OSTENsiua non esse acceptandas literas Eugenij papæ de sua prætensa dissolutione, quodque articulus de dissolutione, est pertinens ad fidem.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Sperauit hactenus hæc sacra synodus, per diuturnam patientiam suam posse summum pontificem ad ea quæ rationis & æquitatis sunt, aliquãdo deflectere. cogitauit diu expectando efficere, vt ipse summus põtifex cognita nostra mansuetudine, hoc sacrum concilium vniuersalem repræsentans Ecclesiam, veraciter recognosceret, & illi, quemadmodùm tenetur, purè & simpliciter adhæreret: idque, quod scandali ac perturbationis causa in Ecclesia fuerat, sine difficultate reuocaret. Credebamus iam aduenisse diem, quo de ipso meliora concipere deberemus: ac dolorẽ, quem vsq; nũc ex sua scandalosa dissolutione perpessi fueramus, amodò ex sua humili adhærentia conuerteremus in gaudiũ. Sed quod non sine fletu referimus, spe nostra frustrati sumus, & quotidiè maior dolendi causa augetur: quoniã quem tolerando & differendo delinire curauimus, eum in suo proposito duriorem experimur. Præstolati sumus per annum integrum ac dimidium, vt offensam illam dissolutionis grauissimam, quæ notoriè vniuersalem læsit Ecclesiam, pœnitendo emendaret: & expectauimus vt dominus Eugenius pro nostra clemenria & benignitate, huic sanctæ synodo sepenit⁹ conformando, nos omnes consolaretur. Sed quantùm proh dolor aspicimus, maiori indies amaritudine ac mœrore cõtristat. Quid enim acerbiùs Ecclesiæ potest accidere, quã quòd, qui custos & caput illius esse deberet, & eam præ alijs fouere & honorare, ipsam nolit recognoscere, sed quotidiè magis contemnat & despiciat? Heu quàm magnã querelam habet de moderno pontifice sancta mater Ecclesia, cuius authoritatẽ omni studio opprimere satagit: & quo modestiùs ab ea admonetur & obsecratur, eo pertinaciùs illã audire negligit. Quàm mansuetè ac modestè erga eum sancta hæc synodus, licet graiter lacessita, se gesserit, nemo est qui iam ignorat. Postquàm enim dominus Eugenius in notorium Ecclesiæ scandalũ & perturbationem Christianæ religionis hoc sacrum concilium tam solenniter institutum, dissoluere conatus est, destinauimus primò nostros oratores, vt per eos informatus de pluribus scandalis, quæ ex huiusmodi dissolutione secutura erant, ipsam penitùs tolleret: & sacrum concilium, prout inchoatum erat ad honorem Dei & authoritatem Ecclesiæ, perfici pateretur: quod cùm facere recusaret, ipsum citauimus & monuimus, vt infra quatuor menses ab ipsa dissolutione desisteret, ac sacro concilio adhæreret. quibus lapsis, licet per promotores ipsius sacri concilij, ipsius domini Eugenij contumaciã accusantes requireremur, vt ipsum prout iuris erat, declararemus contumacem, & aduersus eum iuris remedijs procederemus, instantibus tamẽ ambasiatoribus ipsius domini Eugenij, & in publica sessione nos orantibus, vt in huiusmodi processu supersedere dignaremur protunc, & vsque ad tres menses sequẽtes distulimus. Quibus transactis, licet meritò ad suspensionem ipsius tanquam incorrigibilem & notoriè scandalizantem Ecclesiam, ab omni administratione papali procedere potuissemus, mitiùs tamen secum agentes, ipsum iterum monuimus ac citauimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, vt infra sexaginta dies prætensam dissolutionem omnino reuocaret, & huic sacro concilio publicè, purè ac simpliciter & cum effectu adhæreret. Quo adueniente termino, interim per promotores concilij, ipsius domini Eugenij contumaciam fortiùs accusantes, instantiùs requisiti fuimus, vt ampliùs tam notoriæ contumaciæ nõ parcentes, partes iustitiæ exequeremur. Decreuimus nihilominùs aliquandiu supersedere, expectãtes si fortè per tam exuberantem concilij mansuetudinem, ad cor reuerti & demum resipiscere vellet. Interim autem vos tres ac dominum episcopũ *Seruiensem ad nos ambasiatores transmisit, cum quatuor diuersarum facultatum bullatis literis, loco instructionum eis datarum, quæ cuiq; videnti non paruam admirandi occasionem præbuerunt, ita varijs cautelis & inuolutionibus plenæ, non quasi res ecclesiastica inter ecclesiasticos, sed vt res prophana inter mercatores tractaretur. Prima autem instructio erat, vt ad ciuitatem Bononiensem accederemus, quam si non acceptaremus, succedebat secunda, vt alium in Italia locum pro futuro concilio eligeremus: quod si nobis non placebat, offerebat tertiam ad arbitriũ duodecim prælatorum ac ambasiatorum principum hîc existentium, quibus an huiusmodi petitio iusta foret, committeretur. qui si declararent, Christianitati concilium expedire in Alemania celebrari, fieret cum modis & conditionibus in sequẽti instructione expressis. Quarta autem

*Seruiensem

ta autem instructio erat, vt si nihil prædictorum nobis placeret, facultatem haberemus eligendi vnam de ciuitatibus Alemaniæ, Basilea tamen semper excusa. Quòd autem ex his non solùm dissolutio sublata nõ sit, sed magis firmata, ac monitioni hui⁹ sacri concilij nullatenùs paritum, ita manifestum est, vt probatione alia non indigeat. quinimo & vos ipsi ambasiatores conati estis nonnullis rationibus, quanquam friuolis, probare, hoc concilium non fuisse ritè inchoatum: & tanquã tempore decreto non inceptum, lapsu temporis expirasse, atq; etiã si ritè congregatum fuisset, licuisse papæ sua potestate id dissoluere. Quibus nomine sacri concilij responsum est, & luce clarius probatum, sanctum hoc conciliũ legitimè extitisse inchoatum, nec à Romano pontifice sine ipsius concilij consensu dissolui potuisse: quodq; cum honore Dei & Ecclesiæ, prædictis bullis rem illicitam & valdè absurdam petentibus, nullatenùs concilium posset annuere. Post hæc fama publica referẽte, ad nostram peruenit notitiam, ipsum dominum Eugenium quasdam literas decimosexto Calendas Martij, duobus videlicet diebus ante finem dictorum sexaginta dierum in publico promulgasse consistorio, de quarum tenore postmodùm certiores effecti fuimus per nuncios dominorum Electorum sacri imperij, qui in publica congregatione nostra illas perlegi voluerunt. Harũ literarum hic est effectus, quòd ipse dominus Eugenius statuit, vt Basileæ concilium per suos legatos *quantocyus transmittẽdos celebretur. Interim verò Basileæ conuenientes, ad reductionem Bohemorum ad fidem catholicam, pacemq; inter cunctos Christi fideles tractandum, vult esse intentos. In principio autem dictarum literarum exprimitur, quemadmodùm per felicis recordationis Martinum papam quintum, cardinalis sancti Angeli principaliter destinatus fuisset ad extirpandum hæresim Bohemorũ cum potestate in Basileensi concilio præsidendi, si in tempore cõgruo & decreto, prælatorum ibi condecentem copiam reperiret. quod ipse cardinalis satis dilucidè confutauit, asserens sine vlla conditione sibi iniunctum fuisse, vt ipse concilio præsideret, quemadmodum ex literis ipsius domini Martini euidenter apparet, nec aliud à dicto domino Martino in mandatis habuisse, nisi hoc solùm, & bina vice repetitum, vt benè faceret. Quo verò ad tempus decretũ, quia ipse dominus Eugenius intelligit necessarium fuisse, vt statim & immediatè post septennium à fine concilij Senensis concilium Basileense inchoari debuerit, præfatus cardinalis explicauit, qualiter nec à iure communi hoc cautum est, nec mens papæ Martini, qui primò voluit intendendum fore ad expeditionem militarem congregãdam contra Bohemos, quàm vt Basileã ipse cardinalis pergeret. nec intentio istius domini Eugenij, qui multis pòst mensibus ipsi cardinali per suas literas iniunxit, vt expedito negocio Bohemorum, Basileã pro concilio celebrando accederet. fuitq; statim post septennium concilium opus inchoari. Iustificare etiam conatur præfatus dominus Eugenius causas propter quas dissolutionem præfatam fecisse se asserit: quas non fuisse sufficientes, nec sic se habuisse, in responsione data primis ambasiatorib⁹ clarè continetur. Per has autem literas, nemini videtur aliquo modo satisfactũ esse monitioni & requisitioni nostræ. Non enim recognoscit fuisse aut esse concilium, sed statuit vt celebretur per legatos *quantocyus transmittendos. Antè igitur quàm legati veniant, & conciliũ inchoetur, secundum has literas conciliũ dici non poterit: quod ex illa causula manifestiùs constat, quæ dicit: Interim enim Basileę conuenientes, ad reductionem hæreticorum & pacem volumus esse intentos. Si enim interim intelligeret esse concilium, non posset ipsum ad duos tãtùm casus restringere, cùm & de reformatione & de quibuscunq; negocijs totius Ecclesiæ, facultatẽ habeat concilium generale. Quòd si interim (vt prædictum est) intelligit non fuisse conciliũ, subsequenter dicendum est, non esse dissolutionem sublatã. neq; impedimẽto est quod dicat, Volumus vt dicta dissolutione non obstante, conciliũ per legatos transmittendos celebretur: quoniam ista clausula futuram duntaxat respicit concilij celebrationẽ per legatos faciendã, non autem concilium iam diu inchoatum. Hîc enim non reputat esse concilium. Vndè clausula ista, non obstante, non solùm *verò tollit prædictã dissolutionem, sed firmat, sicut exceptio alicuius casus ab aliqua regula, extra illũ casum firmat regulam. Cùm ergo non reputet esse concilium ante aduentum legatorum & celebrationem per ipsos faciendã, nec dissolutionẽ quo ad præterita, tollat: quis non iudicet, ipsum non parére mandatis concilij, quibus cauetur, vt purè, simpliciter & cũ effectu adhæreat? rei enim quæ secundum eum non est, adhærere nõ potest. Sed & vos oratores, euidenter cognoscentes per has literas decreto concilij minimè fore satisfactum, misistis, vt ipsi asseruistis in deputationibus huius sacri concilij, præfatum dominum episcopum *Ceruiensem, supplicaturum papæ, vt decreto prædicto satisfaciat. post cui⁹ episcopi ab hinc recessum, per duos menses & ampliùs hoc sacrum cõcilium procedere distulit. nonnulli enim ex patribus sacri concilij sperabant perfectam adhærentiam, adueniente dicto domino episcopo *Ceruiensi, assecuturam. Sed nec propterea ampliùs factum esse cognoscimus, imo quotidiè nobis manifestiùs innotescit, dominum

*quantocitius

*verè

*Seruiensem

*o

minum Eugeniũ in ſuæ diſſolutionis propoſito firmiter perdurare. Miſit enim tandẽ nonnullas literas, & in quibuſdã ex eis, quatuor nominat deſignatos legatos cardinales, ſuperuenturos ad præſidendum: in alijs, quinq; prælatos, in alijs præfatũ dominum cardinalem ſancti Angeli ſimul cum prædictis deputatis, & in omnibus his facultas data refertur ad literas datas decimoſexto Calendas Martij, in quibus non vetus approbatur concilium, ſed nouum per legatos indicendum expectatur. Scripſit præterea nobis, nominando ſacrũ concilium. ô vtinam recta id diceret intentione. quod quidem nos facilè crederemus, ſi huic nominationi reliqua conſonarent. aperiẽtes enim literas, legimus tale principium: Poſtquàm ſtatuimus in ciuitate Baſileẽſi debere concilium celebrari. de hoc ſtatuto cautum eſt in literis decimoſexto Calendas Martij. ſed in illis vt prędictum eſt, nouum expectatur concilium indicẽdum. nec nunc dicit quòd iam ſtatuerit, ſed quòd ſtatuit debere celebrari. quæ verba futuram celebrationem expreſſe ſignificant. In his etiam literis refert ſe ad facultatem datam legatis, & in huiuſmodi facultate ad prædictas literas decimoſexto Calendas Martij ſe refert. Quicquid ergo in omnibus literis dicitur, intelligendum eſt de futuro concilio per legatos celebrando. Sed & nõ mediocriter facultas data legatis, nos admirari cõpellit, in qua negocia quæque Eccleſię vniuerſalis per dictos præſidentes expedienda mandantur cũ conſilio concilij. quæ verba iuxta ſignificationem propriam aut regulas iuris canonici & ciuilis, innuunt, vt conſilium concilij peti duntaxat, non autem ſequi oporteat. Igitur ſi concilium conſuleret aut dictauerit aliquid Eccleſiæ expedire, & præſidentibus non libeat fieri, ſecundũ eum non licebit. Quid ſi præſidentes nihil eorum quæ ad fidem vel ad generalem reformationem Eccleſiæ pertinẽt, aut aliquid quod fidei vel bonis moribus contradicat, agere decreuerunt, concilium ergo prohibere non poterit? ergo de iudice fiet conſiliarius? Quid ſi præſidentes totum conciliũ condemnare vel iudicare deliberent, ſecundum hoc contradicere non poterit. ergo de iudice fiet reus. deluſorium eſſet ergo & falſum decretũ illud, tanta maturitate à ſanctis patrib⁹ & in concilio Conſtantienſi digeſtum, in quo cauetur, quòd quilibet cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi papalis, ſtatutis, mandatis & decretis concilij generalis obedire teneatur in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & vniuerſalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: quòd ſi non obediuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo. Secundum hoc nõ ſolùm præſidentes, ſed & papa obnoxius eſt decretis & præceptis concilij. Ergo potiùs concilium cum conſilio papæ vel præſidentium, quàm econtrà, negocia Eccleſiæ concludere debet. quod ſi in verbis memoratæ facultatis ſtare oporteret, vt quid hîc conueniſſemus, acturi præcipuè de reformatione capitis, à quo primùm reddi rationem decet? cuius languor ſi curatus non fuerit, totum corpus, ſecundũ beatum Gregorium, infici neceſſe eſt, & talem fuiſſe ipſius domini Eugenij mentem, in hoc videlicet concilio capitis non eſſe faciendam reformationem, verba illa ſatis innuunt in fine ipſius facultatis poſita, videlicet agendi, tractandi, diſponendi, ſtatuendi, declarandi, decidendi & concludendi, quæ in præmiſſis & circa ea pro ſtatu noſtro & eiuſdem Eccleſiæ ac ſalute animarum fidelium &c. necnõ reformatione in omnibus membris ſuis noueritis expedire. Talibus enim literis ratio nulla aſſentire perſuadet, nec dicere vllo pacto poſſumus ipſum ſatisfeciſſe monitioni noſtræ. Alioquin fateremur hoc non fuiſſe concilium, & geſta in eo, eſſe irrita: & communiter Eccleſiam quam hîc eſſe omnes reputauimus, & meritò reputamus, non fuiſſe Eccleſiam, & nos omnes extitiſſe ſchiſmaticos. quòd ſi hoc concilium infringi pateremur, vacillaret profectò præteritorum conciliorum authoritas, & præſertim Conſtantienſis, à quo iſtud dependet, & ſecundum cuius decreta hoc inſtitutum eſt. Nam ſi fateamur aliquod concilium reuocari in dubium, eadem ratione de cæteris hæſitari poterit. Quid ergo roboris & firmitatis in Eccleſia remanebit, ſi ſacrorum conciliorum mutabitur authoritas, per quam poſt ſacra euangelia quicquid fidei habemus, elucidatum eſt? Abſit à nobis, vt tale peſtiferum vulnus Eccleſiæ patiamur inferri. Præter hoc & aliud enorme præiudicium ſequeretur, quòd tam concilium illud quod nouiter ipſe Eugenius celebrari inſtituit, quàm alia futura, Romanis pontificibus in ipſo limine, nullo contradicente, diſſoluere fas eſſet: ex quo quanta poſſunt mala ſuccedere, quis ſatis enarrabit? Si inſurgant in Eccleſia hæreſes, errores, ſuperſtitiones, vitia, deformitates ac bella, & cætera omnia quæ Chriſtianam religionem perturbare poſſint, & in præcipitium deducere, ſi papa velit Eccleſiam incorrigibiliter ac notoriè ſcandalizare, ac deuorare plebem domini ſicut eſcam panis, & fidem catholicam tandem peruertere, concilium vel non congregabitur, papa prohibente: & congregatũ, eo mandante diſſoluetur. Caſſetur igitur conciliũ Conſtantienſe & decreta ſanctorũ patrum, quæ declarant, in his quę vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ concernunt, papã nihil poſſe immutare. Fruſtrà enim membranas occupant, ſi vnico verbo papa poteſt illa irritare: & quod deterius eſt, authoritate Eccleſiæ talia poſſe videretur. Si poſt huiuſmodi contradictionem inter concilium & papam ortam, concilium quaſi victum liti cederet, & ipſum & alios Romanos põtifices in poſſeſsione diſſoluendi concilia põneret: quæ tandẽ ſpes erit, quòd præfatus dominus Eugenius decreta huius ſacri concilij ſeruet, & ſeruari faciat, ſi ipſum concilium ſpernat recognoſcere? quibus etiam remedijs vti poterimus, vt ſtatutis hîc promulgandis non contraueniat, ſi ipſum conciliũ per quod ſtatuta fiunt, irritari patiamur? mori malumus, quàm tanto errori per ignauiã cedere. Si maiores noſtri pro legibus paternis viriliter decertare & mori ſtatuerunt, cur nos ſic erimus degeneres, vt pro conſeruatione vniuerſalis Eccleſiæ idipſum non faciamus? Si de priuatis rebus ageretur, ac perſonalẽ pateremur iniuriam, eſſet fortè cedendum: & patienter propter Deum ferre, laudabile foret. Iniurias autem Dei impunè tolerare, iuxta beati Chryſoſtomi ſententiam, nimis impium foret. Hic articulus de quo diſceptamus, fidẽ concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius ſanctam Eccleſiam non audierit, quã hoc concilium repræſentat, oportebit tandem haberi vt ethnicum & publicanum. Si Eccleſiam ampliùs offendere non vult, recognoſcere neceſſe habet, hoc verum fuiſſe & eſſe concilium, ipſumq; diſſoluere nequiuiſſe, & illi purè & ſine diſſimulatione adhærere. Si vult vt de ipſo benè cõcipiamus, deſinet tot bullis, totq; inuolutionibus & ſe & nos defatigare. Iſta enim magis difficultates augent. Si declaraſſet hoc Baſileenſe concilium per ſtatuta generalium Conſtantienſis & Senenſis conciliorum, ordinationemq; domini Martini & ſuam inchoatum, verum ſemper & ſine interruptione fuiſſe & eſſe conciliũ, & illi purè & ſimpliciter adhæſiſſet, diſſolutionemq; prętenſam iuxta decreti noſtri tenorem reuocaſſet, ſuo debito honori ſatisfeciſſet: reddidiſſetq; ſe Deo & hominibus gratum, & quicquid cum Deo poſſemus, ſicut aliâs oblatum eſt, libenter faceremus, ſicut ei ſemper offerimus. Ex prædictis igitur iuſtiſsimis cauſis admirandum nõ eſt, ſi vos in prędentes non admittimus, paratos nos offerentes, cùm præfatus dominus Eugenius ſuum debitum fecerit, cum omni modeſtia debitum noſtrum facere. Alioquin ſi ſecùs fieret, & Deum & Eccleſiam & ipſam fidem grauiter offenderemus, multisq; ſcandalis daremus & nunc & futuris temporib⁹ occaſionem. Iam omnibus conſtat iuſtitia & veritas, quas nos defendimus, & quã manſuetè & patienter tanta temporis prolixitate ipſas apud dominum Eugenium proſecuti ſumus. Teſtis eſt Chriſtianus orbis patientiæ & manſuetudinis noſtrę. Nunquam in annalibus legitur, Romanũ pontificem notoriè ſcandalizantem Eccleſiam, tam ſupliciter obſecratum, tam inſtãter monitum & requiſitum, & tandiu, ſicq; patienter ab ipſa Eccleſia expectatum: cogit nos amodò zelus domus Dei & catholicæ veritatis defenſio vehemẽtiùs inſurgere, & acriora contra induratum morbum adhibere remedia. Oramus tamen omnipotentem Deum, vt cor prefati domini Eugenij emolliat ad conſentiendũ iuſtis ſanctæ matris Eccleſiæ monitionibus, ne horrendum illud iudicium incurrat, quòd dominus ſcandalizanti vnũ de puſillis ſuis minimis comminatur. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, decimoſexto Calendas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio.

Talis non fuit Eugenius 4.

Matth. 18.

RESPONSIO SYNODALIS DATA A præſidente concilij, quam & ſeipſo fecit viua voce in congregatione generali, & deinde redegit in ſcriptis, ſuper acceptatione decretorum per papam facienda, primò quàm eidem à concilio fiat prouiſio.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis &c. ad futuram rei memoriam. Hodiè in noſtra generali congregatione dilectus Eccleſiæ filius Iulianus tituli ſanctæ Sabinæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, præſidens in hoc ſacro generali Baſileenſi concilio, dilectis Eccleſiæ filijs Ambroſio priori Camaldulenſi, & Antonio de ſancto Vito, palatij Apoſtolici cauſarum auditori, oratorib⁹ ſanctiſſimi domini Eugenij papę quarti infraſcriptam reſponſionem dedit in modum qui ſequitur: Deceret huius ſacri concilij dignitatem, vt cùm ſanctiſſimi domini papæ oratoribus nunc reſpondendum ſit, tali viro hoc onus iniũgeretur, qui & ſacro concilio & ſummo * pontifici dignam oratio-nem faceret. Sed cùm loco tantùm, & nõ meritis, hoc reſpondendi mihi officium tribui hactenus ſolitum ſit, excuſabit conſuetudo, ſi veſtris ornatiſsimis orationibus par aut ſimilis non reddatur oratio. Excuſari & ego debeo iure, qui hunc primum locum nõ ambitu aliquo, ſed ſuperioris iuſſu, contraq; meum inſtinctum conſequutus ſum: quem etiam non voluntas, ſed neceſsitas ad reſpondendum coegit. Semper & familiariter ego quemadmodùm apud * nos domi ſoleo, nunc vobiſcum colloquens magis quàm perorans, principales veſtrarum orationum partes aſſumam, quibus nomine ſacri concilij reſpondebo, & à vobis initium dicendi faciens, venerabilis domine Generalis, qui primùm Lactantij aut Ciceronis ſtylo hîc peroraſtis, quatuor ex veſtra oratione principaliter colligo: Primò, hãc ſanctam ſynodum ad charitatem pacemque & vnitatem cum domino noſtro conſeruandam,

Hic Iulianus poſteà, relictis Baſileenſibus, adhæſit Eugenio.

*pontifice

*vos

dam, exhortati estis. Secundò, sanctum piumq; eius propositum ac desiderium explicastis ad hæc tria opera, quibus sacrum concilium intendunt. Tertiò, sedem potentem esse, & quòd opibus abundare opus sit, vt oppressos releuet, & indigentibus subueniat. Postulastis demum, loco annatarũ, quas decretum nostrum proximè editum abstulit, prouisionem sedi Apostolicæ sufficientem fieri. Vos autem domine Antoni auditor, duo præcipuè apud fratres Minores etiã disertissimè amplexi estis. Primò, quòd hæ annatæ iure diuino, naturali & humano, tolerari poterãt. Secundò, quòd aut suspendatur decretum, aut debita sedi Apostolicæ fiat prouisio. Exhortatio, quàm primo loco domine Generalis ad pacem generalem charitatemq; & vnitatẽ fecistis, sancta quidem est & salubris, & omni acceptatione digna, quam quilibet Christianus vtraq; manu amplecti debet: quæ quàm sit necessaria & vtilis, in se quilibet palã experitur. quantumlibet enim homo sit diues aut potens, omnia habens naturæ ac fortunæ bona, si pace & vnitate cum proximis careat, nihil iocunditatis, nihil lætitiæ vnquam sentire poterit, sed plurimas animo molestias atq; angustias secum vbiq; deferet. Nos etiã non passi sumus hoc munere pacis ab ipso summo pontifice præueniri. Nam & sæpenumerò ac per nostros oratores nouissimè Florentiam destinatos, idipsum suæ sanctitati nunciauimus, optantes vt vnũ essemus charitate ipse & nos, sicut Christus orans pro discipulis suis, dicebat: Oro pater, vt vnum sint, sicut & nos vnum sumus. Ipse igitur summus pontifex pacem & vnitatẽ nobiscum habere desiderat, & nos secum. Ipse illam nobis nunciat, & nos sibi. Quid ergo restat, quòd ipso & nobis pacẽ & vnitatem optantibus, inuicemq; nunciantibus, pax ipsa non sit? An quia sic alter alteri pacem optamus & nunciamus, pacifici dicendi sumus? An etiam quia inter dissidentes, vt modò in Christianissimo regno Franciæ factũ est, pacem componere satagimus, filij Dei vocabimur, si pacem inter nos inuicem non habemus? non quidem, inquit beatus Hieronymus super Matthæũ in verbo illo, Beati pacifici: Ille verò pacificus est, qui priùs in seipso, deindè inter alios pacem quærit. Ipse & nos vnum corpus Ecclesiæ sumus, qui regimur sub vno Christo capite nostro: Ipse & nos ciuitas Dei sumus: Ipse & nos vna domus domini sumus. Si in hoc corpore, si intra huius Ecclesiæ ciuitatis mœnia, si intra huius domus domini parietes, dissensionũ, æmulationum, odiorum bella versentur, quis ipsum & nos pacificos rectè nuncupabit, etiam si in toto terrarum orbe pacem efficeremus? Quid ergo causæ est, cùm vterque tam bonam & synceram ad pacem se voluntatem habere dicat, quòd inter ipsum & nos non mediocres dissensionum scintillæ apparent? quæ nisi cautè extinguantur, verendum est quòd ne in maximam erumpant flammam. Quid opus est indicijs, aut coniecturis huius discordiæ causas inuestigare? Audiamus quid in nobis loquatur dominus Deus noster, qui loquetur pacem in plebem suã, inquit Deus per os Psalmistæ: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax complexæ sunt se. Demõstrat profectò dominus Deus noster, quòd pax sine iustitia esse non possit: imo vt illa sit, iustitiam præcedere oportere. Cùm ergo ita sit, aliter esse non potest, cùm sicut veritas attestatur, necessarium est, si dominus noster veram pacem & vnitatem inter nos & ipsum fore desiderat, vt quæ ad iustitiam spectant, primò ipse præmittat: hoc est, vt Ecclesiæ vniuersali ius suum tribuat. Quod est illud Ecclesiæ ius? quæ sunt illæ iustitiæ partes, quæ veram pacem præcedere debent? non certè aliæ, nisi cùm Ecclesia vniuersalis spiritusancto dirigatur, & eam vniuersale concilium repræsentet, vt decreta synodalia diligenter & per alios suo exemplo & iussu seruari faciat. Ita & sui antecessores sancti Romani pontifices, quorum vitam in testimonium sanctitatis etiam miraculis illustrauit Deus, fecerunt, summa veneratione vniuersalium conciliorum canones suscipientes, & per eos inuiolabiliter seruari faciẽtes, qui sine maxima & vrgentissima causa aduersus ea non disponebant quicquam, nec ab alijs aliter fieri patiebantur. Inquit enim beatus Damasus: Absit à me, vt sanctorum patrum canones absq; ineuitabili ratione transgrediar vnquam. Et magnus ille Gregorius, vt sancta euangelia, concilia generalia se venerari affirmat: & non solùm quatuor illa primæua, sed & omnia, dum ea ratione vtitur, quæ omnibus vniuersalibus Concilijs communis est. Beatus quoq; Gelasius vniuersalis Ecclesiæ statuta asseuerat nullam esse sedem quã magis exequi oporteat, quàm primam. non mihi satis esset vsque in crastinum, si singulos tam summos pontifices, quàm sanctos doctores, recensere pergam, qui saluberrimam conciliorum doctrinam super cæteris alijs efferebant, venerabantur & obseruabant: nec sic faciendo, quicquam Romani pontificis authoritati deperit aut detrahitur, imo adijcitur & accrescit. Quicquid enim in sacris statuitur concilijs, sua etiam authoritate statuitur, quæ semper ibi refulget, vt prima & præcipua omnibus, caput & directrix. Et cùm aut personaliter, aut authoritatiuè semper in synodis vniuersalibus intersit, ipseq; Ecclesiæ rector sit & pastor, decreta conciliorum, etiam sua & sedis Apostolicę non immeritò dici possunt. Nos enim (vt dixi) vnum Ecclesię corpus sumus, & ipse huius corporis caput sub capite Christo. Quicquid igitur fit ab hoc corpore ecclesiasti-

Ioan. 17.

Matth. 5.

Psal. 84.

Nota quantum hîc tribuit pontifici.

cleſiaſtico, etiam ſi omnia membra in idem concurrant, ſicut in corpore naturali accidit, magis tamen ac præcipuè operatio quæuis capiti appropriatur & aſcribitur: ab ipſoque magis, quàm ab alio corporis membro procedere cenſetur. Itaq; non ſecùs ſynodalia decreta pro ſuo debito & honore exequi debet, ac per alios ſeruari facere, quàm ſi ab ore proprio dictata & promulgata eſſent. Dum enim ipſe præſens eſt, ipſe concludit, ipſe ſtatuit, & ſub nomine ſuo ac perſona eius omnia decernuntur. Dum abeſt, ſui præſidentes qui vice eius funguntur, locumq; Apoſtolicum tenent, & perſonam pontificis repræſentant, per ſacrum concilium deliberata concludunt. Per concilium autem ſtatuta, in nullo derogãt ſuæ poteſtati, quin pro tempore, loco, cauſisq; & perſonis, vtilitate vel neceſsitate ſuadente, moderari diſpenſarìq; poſsit, atque vti ſummi principis epijkeia, quæ ab eo auferri nequit. Hæc ergo ſancta ſynodus non opes, nõ quid aliud ab eo poſtulat, ſed hoc, vt quemadmodùm duntaxat ſui egerunt anteceſſores circa decretorum ſynodalium obſeruantiam, ita & ipſe facere dignetur. Quod ſi fecerit, prout putamus & ex toto corde obſecramus, hinc præeũte iuſtitia, mox læta fronte ſoror eius iocundiſsima ſuccedet pax, quæ ſine iuſtitia germana ſua antiquiore incedere non conſueuit. Quod ſi forſitan & ipſe ſummus pontifex dicat, quemadmodũ & vos in cordibus veſtris nunc dicere ſuſpicor, etiam ex parte huius ſacri concilij præcedere oportere iuſtitiam, ſibiq; ius ſuum per nos tribui debere: Nemo noſtrũ ita irrationabilis eſt, aut etiam eſſe debet, quòd alio iure in ſe, alio in alijs vti contendat: & ad alio ſibi iniuriam fieri petat, ipſe alteri deneget. Videamus, & inter nos cũ charitate diſcutiamus, ſi quid eſt quo concilium ius ſedis Apoſtolicæ grauet, lædat, offendat, minuat: & eccè nulla erit (vt ſpero) difficultas, quin omnia ad iuſtitiæ rectitudinem & regulæ normam redigantur. Sic igitur vterq; faciendo, tunc rei euidentia animum vtriuſq; ad vnitatem paratum demonſtrabit, & tunc verè pacifici erimus, ac filij Dei vocabimur. Et hinc ad ſecundam veſtræ orationis partem ſe mihi competens reſponſum offert. Sic enim (vt prædictum eſt) faciendo, tunc euidenter cognoſcemus & vbique palàm fatebimur, ſanctitatem ſuam ad hæc ſancta opera propter quæ conuenimus, veram perfectamq́ue voluntatem gerere: tunc nos ſuper omnes præcipui laudatores ac præcones erimus. Tertio loco dicitis, oportere ſedẽ Apoſtolicam abundare ac potentem eſſe, exemplo illorũ Romanorum pontificum, qui beato Athanaſio, beato Ioanni Chryſoſtomo, ac beato Thomæ Cantuarienſi de ſedibus proprijs pulſis, opem ſubſidiaq; neceſſaria contulerunt: beati quoq; Gregorij, qui vſq; in Hieruſalem indigentibus vitæ neceſſaria miniſtrabat. Nos nec re nec verbo in hoc contradicimus: imo non eſt illa ſedes, nec etiam eſſe poſſet tam potens ac locuples, quin eam pro vtilitate Eccleſiæ locupletiorem potentioremq; eſſe vellemus: quanquam affirmemus, & in illa & in alijs epiſcopalibus ſedibus deſiderari magis copiã abundantiamq; virtutum & meritorum, quàm opum aut diuitiarum. Nec certè fecimus aut facere quicquam intendimus, per quod illa ſedes iactu ram ſeu diminutionem aliquam authoritatis ac facultatis pati poſsit. Quòd ſi rectè cuncta animaduertantur, atq; omni paſsione ſopita iudicentur omnia, nemo aſſerere cum ratione poterit, quicquam per hoc noſtrum decretum in diminutionem, derogationem ſeu præiudicium illius ſedis, fore attentatum. Et quanquam multæ ad id ſuppetant rationes, tres nunc ſatis eſſe iudico. Primò, cùm nemo inficietur multos in exactione harum annatarum ſolitos fieri abuſus, cùm etiam hinc multi ſcandalum paterentur & ſcrupulum in conſcientijs, ac modus ipſe exigendi oneroſus eſſet Eccleſiæ, & apud multos ſpeciem mali continere videretur: Nos his omnibus hoc decreto prouidimus, ſequentes doctrinam Chriſti, mandantis nemini incutiendũ eſſe ſcandalum: & Apoſtoli, præcipientis ab omni ſpecie mali abſtinendum: Regulas quoq; canonicas ac legales, quæ nonnulla prohibent, ſicet in ſe non mala, ob hoc tantùm, quòd vel ſpeciem mali contineant, vel occaſionem præbeant delinquendi. Nónne & gratis offerre, & eleemoſynam dare, pium eſt & charitatis opus? Sed quoniã tempore baptiſmi nummos proijcere in concham, ſpeciem prætendebat mali, emendari & aboleri talem conſuetudinem iuſsit Eccleſia. Nihil quidem nouitatis per hoc decretum in Eccleſia introductũ eſt, ſed præcepta & exempla Chriſti executi ſumus, ac ſanctorum patrum renouamus inſtituta. Quid fecimus? audite & conſiderate quæſo diligenter. Statuimus quòd beneficia & ordines Eccleſiaſtici gratis conferantur. Nunquid hoc eſt ſcelus aliquod aut ſacrilegium? nónne ſaluator noſter hanc ipſam nobis neceſsitatem imponit, dicens: Gratis accepiſtis, gratis date? Quid fecimus? ſtatuimus quòd ſpiritualia pacto, conuentione ſeu contractu aut opera nummulariorum non diſtribuantur. Sed & Chriſtus Deus noſter in domo domini hoc fieri videns, flagello de funiculis facto, zelo iuſtitiæ ſuccenſus, expulit indè omnes ementes & vendentes, & menſas nummulariorum euertit: & cùm ipſe cætera crimina verbo tantùm deteſtatus ſit, hoc vitium manu ſpria terribili punitione correxit. Quid fecimus? decreuimus quòd res ſpirituales ſine pecuniæ interuentu miniſtrentur. Ac beatus Petrus primus Chriſti vicarius, men-

ἐπιείκεια

Matth. 18.

1. Theſſ. 5.

cap. 48. concilij Eliber.

Matth. 10.

Ioan. 2.

tem domini quotidiana conuerſatione intelligens, cùm Simon Magus pro gratia ſpirituali pecuniam offerret, eum abhorruit,
Acto.8. maledixit,repulit,dicés: Pecunia tua tecum ſit in perditionem.Nónne ſacrorum conciliorum,Romanorum pontificum,probatorumq́; doctorum codices his prohibitionibus pleni ſunt, vt videlicet pro rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis nihil antè vel pòſt ab inuito exigatur? hoc fecimus, hoc ſtatuimus. Conqueratur ergo qui vult, ſi tamen iuſtè id poſsit, de illis, qui talé nobis legem dederunt, quorum decreta renouauimus, non noſtra fecimus. Quis ergo iam dicere audebit, ſedem Apoſtolicã aut alias per hoc tam ſalubre & neceſſarium ſtatutum depauperatas & læſas fore? imo rectiùs dicet, qui ratione vtitur, honeſtatas expolitasq́;, & ad decorem priſtinæ formæ redactas. Secundò verò ab omni calumnia noſtrum decretum euidenter defenditur. Per ipſum enim non interdicitur, quin pro vitæ ſuſtentatione, alijsq́; Eccleſiæ neceſsitatibus, ſummus pontifex aliarumq́; eccleſiarum epiſcopi charitatiuum ſubſidium indicere, decimam ſeu aliam quotam imponere, fructusq́; aliquorum beneficiorum ad tempus reſeruare, vel alias ſubuentionum ſpecies petere poſsint. Satis iſta eſſent, niſi & tertiam reddere promiſiſſem. quanquã autem ſic decretum ſit, & benè decretum, non tamen adhuc auditum eſt, quòd hæc ſancta ſynodus nolit ſedis Apoſtolicæ dignam & competentem facere prouiſionem: imo hoc per ſuos oratores iampridem nunciauit & pollicita eſt, ſi tamen obſeruantiæ decretorum ſynodaliũ, vt dignum eſt, rationem habuerit: & veluti in corpore naturali reliqua membra ſuo capiti neceſſaria prouident, vt vitæ & ſuſtentationis influxus ab illo in ipſa deſcendãt: ſic quidem æquum eſt & rationi conſonum, vt Eccleſiæ per orbem diffuſæ, ſummo pontifici ſuisq́; paſtoribus indigentibus, vt ab his ſalubriter regantur & gubernentur, neceſſariam ſubuentionem porrigant. Nihil autem ad benè regendam conſeruandamque Eccleſiam æquè vtile & neceſſariũ eſt, quàm vt ſynodales canones, quos à Spiritu ſancto dictatos credimus, nõ negligantur aut contemnantur. Illud autem ſilentio prætereundum nõ eſt, quòd nec beato Athanaſio, nec beato Ioanni Chryſoſtomo, nec beato Thomæ Cantuarienſi per Romanos pontifices, nec pauperibus Hieroſolymitanis per beatum Gregorium de his annatis ſubuentum eſt. Neq; enim adhuc hæc vocabula in Eccleſia Dei audiebantur, neq; etiam alij ſancti epiſcopi præclara charitatis & pietatis opera de emolumentis ſigillorum explere conſueuerant. Ex his facile reſponſum patet ad ea, quæ primo loco vos domine Antoni explicaſtis: quoniam ẽtſi pro vitæ ſuſtentatione & alijs iuſtis neceſsitatibus, paſtoribus Eccleſiæ ius commune, naturale, diuinumq́; & humanum, prouiſionem facere iubeant, modum tamen iſtum nec illum, ſaltem pro ſemper, non præcipiunt. Illud autem conſtat, quòd quanto exactio aliqua plùs habet abuſus ſeu oneris aut ſcandali, vel maiorem ſpeciem mali, tanto ampliùs à iure naturali & diuino diſcrepat. quæ huic diebus noſtris vſitato modo exigendi annatas, admixta eſſe nec vos, nec quiſquam amicus veritatis inficiari poterit. Quanquã autem modus exigendi vſitatus ſit in Eccleſia, ſi tamen oneroſus aut abuſiuus eſſe incipiat, nulli negare fas eſt, quin modum illum Eccleſia poſsit in alium leuiorem vel honeſtiorem conuertere. Ea autem quæ pertinent ad vitæ ſuſtentationem ſeu vtilitatem aut neceſsitatẽ Eccleſiæ, quæ quidem de iure naturali & diuino eſſe fatemur, neq; abſtulimus, neque auferre licitum videtur: imo vt plùs dicam, etiam præter nonnullos ſuſtentandi modos, qui in iure ſtatuti ſunt, hæc ſancta ſynodus, vt prædictum eſt, ſummo pontifici prouiſionem facere obtulit, ſi & ipſe circa ſynodalium decretorum obſeruantiam animũ, vt decet, inclinauerit. Quo verò ad ſuſpenſionem decreti poſtulaſtis, nulla ratione decere videtur, vt tam ſalubre decretum, conformeq́; per omnia legi euangelicæ & ſanctorũ patrum inſtitutis, ſuſpendi aut irritari debeat. Poſtremò vterq́; veſtrũ prouiſionem ſufficientem ſedi Apoſtolicæ faciendam poposcit. Ad quod ſancta ſynodus reſpondet, circa hoc id deliberaturã, quod ſecundum Deum & rationem ſanctum viderit expedire: taliterq́; factura, quòd nemo de ipſa ſynodo poterit cum ratione conqueri.

Datum Baſileæ in noſtra congregatione generali, tertio Nonas Nouembris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

EPISTOLA AD EVGENIVM PAPAM, quòd pro vnione Græcorum non decet in Conſtantinopoli ſynodum celebrare.

Acroſancta, &c. ſanctiſsimo domino Eugenio papæ quarto. Veniés ad nos dilectꝰ Eccleſiæ filius Chriſtophorus Garathonis orator veſter, expoſuit huic ſanctæ ſynodo ſerioſe ac diſcretè ea, quæ apud Conſtantinopolim egerat. quibus per ſacras ipſius ſanctæ ſynodi deputationes plenè matureq́; diſcuſsis, ac conſideratis omnibus quæ in tanta re attendenda ſunt, viſum eſt honori huius ſacri concilij ac ſanctitatis veſtræ, Imperatorisq́; & patriarchæ Conſtantinopolitani, ipſius quoq; executioni multo magis expedire, vt capitula apud hãc ſanctam ſynodum, primò tam ſolenniter concluſa, nomine vniuerſalis Eccleſiæ ipſiusq́; Impe-

Imperatoris & patriarchæ per eorum ambaſiatores plenum deſuper habentes mandatum, quibus poſteà ſanctitas veſtra expreſſum præbuit aſſenſum, amplecti potiùs, quã ſecunda apud Conſtantinopolim conuenta debeamus, præſertim cùm ipſi Græci tam primi quàm ſecundi ambaſiatores, ſæpenumerò profeſsi ſint, ſine vniuerſali ſynodo hanc vnionem fieri nequaquam poſſe: nec factã, diu durare poſſe. Quòd ſi quiſquam dixerit, ſatis eſſe, ipſos eam exiſtimare futuram ſynodum vniuerſalem, licet nos particularem ſeu regionalem cenſeamus, iudicet vnuſquiſq; quantùm hoc expediat, & quẽ finem res habitura ſit, ſi ad tollendas diſcordias præcedentes, nouam ſuperinducamus diſcordiam: & de ipſa ſynodo quæ fundamentũ huius rei eſt, varia atq; diuerſa hinc indè cenſeantur, neq; illud viſum eſt expedire, vt certitudo fidei catholicæ, qua nihil firmius atq; certius apud Eccleſiam eſſe poteſt, quaſi per compromiſſum quoddam in legato vel legatis, & alijs ex parte Græcorum conuenientibus, remitti debeat, vt quod illi ſuper differentijs, quæ inter nos & Græcos fidem ipſam tangentibus, concorditer deliberãuerint, id per totam Eccleſiam ratum habeatur: nec etiam vllo pacto viſum eſt, vniuerſalem ſynodũ hoc tempore apud Conſtantinopolim in faucibus Turcarum ſitam, potiùs quàm apud terras, quæ Romanæ Eccleſiæ vnitatem tenent, celebrari debere. Super quibus tam ipſe Chriſtophorus, quàm oratores noſtri, mox ad ſanctitatem veſtram venturi, eandẽ pleniùs & latiùs certificabunt.

Datum Baſileæ tertio Nonas Maij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

RESPONSIO SACRAE SYNODI, quòd poſſet Concilium concedere indulgentias plenarias pro vnioue Græcorum: quòd oblatio papæ, quo ad acceptationem decretorum, non eſt ſufficiens: nec agendum eſſe modò de mutatione Concilij.

Acroſancta, &c. ad futurã rei memoriam. Cuperet hæc ſancta ſynodus vobis dilectiſsimis Eccleſiæ filijs N. tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, & Ioanni tituli ſancti Petri ad Vincula presbyteris cardinalibus, legatis ſedis Apoſtolicæ, tam iocundo animo reſponſum facere, quàm læto veſtrum præſtolatur aduentum, putat ad uenientibus vobis, non dolendi aut conquerendi de ſanctiſsimo domino Eugenio cauſam, ſed gratias eidem agendi tribui debere. Sperabamus etenim tantæ dignitatis viros ea ſecum deferre, quæ nos meritò cõſolarentur: & talia vobis eſſe commiſſa, per quæ pijs iuſtisq́; ſacri concilij deſiderijs ſatisfacere poſſetis, præſertim cùm tam crebrò & inſtanter oratoribus atq; literis noſtris ipſe ſanctiſsimus dominus Eugenius requiſitus extiterit, prout ipſi noſtis, & eo potiſsimè, cùm non niſi ſancta & rationabilia à ſua ſanctitate efflagitarentur. Ad quæ quidem non ſolùm pro vniuerſalis Eccleſiæ reuerentia, cuius decretis & monitionibus quiſq; mortalium parére tenetur, ſed & pro ſua tam ſolenni pollicitatione in literis adhæſionis facta, flecti vltrò debuiſſet. Quod & ſi illorum ſanctorum operũ, propter quæ hoc concilium congregatum eſt, ſua ſanctitas prout in proœmio veſtræ ſchedulæ nuper oblatæ exprimitis, felicem conſummationem deſiderat, cur verbis facta compenſans, decreta reformationis, pro qua præcipuè hæc ſynodalis congregatio facta eſt, nõ ſeruat: & vt ſeruet, toties requiſitus, tandiu differt? Si verum eſt quod initium veſtræ ſchedulæ continet, & in ſecundo articulo repetitur, cur ea quæ nos & Eccleſiam conturbant, de medio non tolluntur? Quanquam multa per ipſum facta ſint, quæ nos meritò contriſtãt, videntes ex ſynodalium tranſgreſsione decretorum multa in Eccleſia Dei orta eſſe, & grauiora indies ſcandala oritura: Nihilominus præteritorum libenter obliuiſceremur, ſi iam poſt tot requiſitiones & monitiones talia inſpiceremus, per quæ & præterita repararentur, & in futurum ſpes foret, hanc ſummi pontificis intentionem aliquando opere compleri, humana intentio, niſi per opera, hominibus conſtare non poteſt. Quomodo perſuaderi rebus ſic ſtantibus nobis poteſt, talẽ eſſe ſummi pontificis intentionẽ, cùm quotidiè opera diſſimilia videamus? Nam poſt veſtrum à ſua ſanctitate receſſum, nonnulla admodũ grauia contra decreta & perſonas huius ſacri concilij ac ſententias etiam conciliariter latas, facta eſſe didicimus. Sed nec mediocriter miramur, quòd cùm non ſolùm in decretis de electionibꝰ & annatis conſiſtat Eccleſiæ reformatio, nec ſuper his ſolùm, ſed ſuper omnibus concernentibus capitis & membrorum Eccleſiæ reformationem, ſuam ſanctitatem ſæpenumerò manſuetiſsimè exorauerimus & requiſiuerimus, ipſe ſu per his duobus duntaxat reſponderit, nec ſuper his quidem ſufficienter. Nam circa decretum de electionibus ambiguè, circa verò decretũ de confirmationibus & prouiſionibus dignitatum & beneficiorum & adminiſtratione rerum ſpiritualiũ ſine exactione faciendis, conditionaliter reſpondet: & taliquidẽ conditione, quæ (ſicut in veſtræ literis facultatis cõtinetur) tam difficilis eſt, vt penè impoſsibile iudicetur. In decreto enim de electionibus offertis, ſuã ſanctitatẽ velle

expectare electiones. quid si à proximo superiori ordinario confirmatio alicuius electionis iuxta dispositionem iuris communis petatur, nunquid ordinarios suo iure liberè vti permittet, sicut sacri canones statuunt? Quo verò ad decretum de annatis, de cuisset magis suam sanctitatem, decretum hoc liberè obseruare ac seruari facere, quàm conditionem adijcere, iuxta sanctorum patrum institutа ac decretū sacri concilij Constantiensis, diffiniens omnem hominem, etiam papalis dignitatis, decretis & mandatis conciliorum generalium parére debere in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, ac reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. Et cùm huiusmodi decretum de annatis, conforme per omnia sit decretis sanctorum patrum, sanctè faceret, si verbis vteretur beati Leonis, dicentis: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, vt quod patres nostri siue in sacris canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra sanctorum quippe saluberrima agimus statuta, si quod ipsi diuino statuerunt consultu, intactum nō conseruamus. Congruentius ergo fuisset, decretum ipsum tam salubre suscipere, & posteà ab Ecclesia prouisionem postulare, quam secundum indigentiam facere non recusamus, præsertim si suam sanctitatem ad obseruantiā reformationis videamus efficaciter dispositam, quæ quidem prouisio iam facta esset, nisi ex parte suæ sanctitatis ac suorum, quædam contigissent, quæ hanc prouisionem distulerunt. Illud autē quàm difficile sit, quod per omnes nationes & prouincias prouisio hîc decernenda, cùm acceptetur iuxta facultatum vestrarum tenorem, vos ipsi iudicetis. Nam si vna minima prouincia difficultatē in acceptando talem prouisionem fecerit, tunc decretum hoc seruare non volet. Quod quā absurdum sit & quàm prolixū, habere omnium prouinciarū mundi consensum, vos ipsi optimè recognoscitis. cum ergo decretum hoc sanctum sit & rationabile, seruari meritò ab omnibus sine difficultate debet. Quòd si quis posteà prouisioni per hoc sacrum concilium decernendæ obtemperare recusauerit, poterit sua sanctitas authoritate Apostolica & vniuersalis Ecclesiæ per iuris remedia tales cōpescere. Sed si fortè contingeret, quod non arbitramur, huiusmodi prouisionem per Concilium non decerni, nónne tam sua sanctitas, quàm prælati, per multos honestos modos in iure communi descriptos, à suis subditis in vrgente necessitate subsidia obtinere poterunt? Quomodo *enim adinuentionem annatarum, & aliorum abusuum per decretum sublatorū, summi pontifices & prelati se sustentabant? Ea quę in secundo articulo continentur, de intentione suæ sanctitatis in omnibus sanctis, iustis & rationabilibus petitionibus & sibi possibilibus, complacendi & satisfaciendi sacro concilio, magna laude & gratiarum actione digna sunt, si ex animo prodeunt, quod tunc recognoscemus, si ea quæ pro honore Dei & bono publico sancta synodus ordinat, & ab eo seruari postulat, sua sanctitas more prædecessorum suorum non infringat, imitando beatum papam Gelasium, dicentem, nullā magis, quàm primam, sedem statuta vniuersalis synodi exequi oportere. Meminisse suam sanctitatem cupimus eorum quæ in sua pollicitus est adhæsione, videlicet quòd ipsum sacrum concilium Basileense cum omni deuotione & fauore prosequi intenderet, & deinceps à nouitatibus & grauaminibus seu præiudicijs inferendis ipsi sacro concilio vel suppositis eius & adhærentibus realiter & cum effectu desisteret. Sed prohdolor quotidiè contraria fieri audiuimus, & vsq; nunc cum patientia tolerauimus, si fortè toties rogatus & obsecratus desistat. Hæc certè non solùm dum fiunt, molestè ferimus, sed cùm necessitas referre nos cōpellit, dolore afficimur. Quis enim non doleat, quòd summa ac saluberrima conciliorum authoritas hoc tempore ita depereat & contemnatur? Quomodo & nos illud ampliùs tolerare possemus aut debemus, vt quos hæc sancta synodus iustis ex causis excōmunicat, ipse absoluat: & quos nos absoluimus, sua authoritate excommunicentur? non hoc sonant suæ adhæsionis literæ. Non ita agebat ille beatissimus papa Gregorius, cuius in explanandis scripturis Spiritus sanctus irradiabat intellectum. Is de vniuersalibus concilijs inquit: Cunctas verò quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo: quas veneratur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumpserit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Nos non aliud optamus, nisi vt sic agat, quòd vera charitas inter hoc sacrum concilium & suā sanctitatem illibata seruetur. Quomodoq; sperare possumus suam sanctitatem, finito concilio, eius decreta inuiolata seruare, & ab alijs pro suo officio seruari facere, nisi antè cum effectu reparet, quæ contra decreta ac personas huius sacri concilij gesta sunt? nullatenus hæc sancta synodus contentari, aut silentio præterire, nec de ipso huiusmodi spem in futurum concipere poterit. Tertius vestræ schedulæ articulus duo cōtinet: primum, vt de eligendo sine mora locum concilij pro aduentu Græcorum, ad quem sua sanctitas cōmodè accedere posset, cùm necessaria sit eius præsentia. Secundò, de transferendo Concilium ad locum illum, & ibidem de pecunijs prouidere. Quo ad primum, sacrum concilium negocium hoc ita

for. *enim ante

ita maturè disponet, quòd in eligendo loco nihil committetur negligentiæ, nec incassum labi tempus permittet. tempore autem opportuno talis electio fiet, quòd à nemine redargui poterit, ad quem quidem omnes de Ecclesia Latina commodè poterunt proficisci, præsentiam autem suæ sanctitatis ibidem nos etiā plurimum desideraremus. Et cùm etiam ipse suam presentiam necessariam fore cognoscat, speramus quòd illam nulla ratione in tanta fidei causa, qua nulla potest esse maior, subtrahere debebit. Quāobrem tempore debitō & suam sanctitatem & alios Ecclesiæ prælatos, vt in loco concilij eligendo assint, cum omni diligentia rogabimus & conuocabimus. Nec credendum est, quòd quisquam illuc proficisci recusaturus sit, quò viderint Græcos tam procul & de tam vltramarinis partibus accedere, & præsertim patriarcham Constantinopolitanum senio & valetudine graui confectum: qui videndæ vnionis desiderio pollicitus est, etiam si super humeros hominum deferri oporteat, ibidem conuenire. vtinam ipse summus pontifex se taliter exhibuisset, & saltem nunc se exhiberet, quòd circa bonū eligendum, etiam suæ sanctitati meritò gratum, certiùs respondere possemus. Circa verò translationem reminisci vos volumus, quòd solenni decreto obligati sumus vsq; ad certum tempus hîc permanere, vndè ante illud sine nota ac periculo rupturæ tractatus Bohemorum, & interruptionis reformationis in qua laboramus, transferri non posset. Et cùm in tempore translationis Imperator & patriarcha in loco concilij conuenturi sint, meritò ante translationem pecunias reperiri necessitas compellit. Pro eo autem quòd sua sanctitas cùm ibidem fuerimus, omnes pollicetur fauores possibiles, meritò suam sanctitatem commendamus. Et quidem nulla in re vtiliùs bona Ecclesiæ exponi possunt, quàm in hac, vbi de salute agitur innumerabilium animarum, & de fide catholica augenda & conseruanda. Optimus enim thesaurus est, qui operatur hoc quod sanguis Christi operatus est. Ad quartum articulum de indulgentijs aliâs nostri deputati plenè vobiscum conferentes, probantesq; hunc modum fore conuenientem atq; idoneū, & in eiusmodi rebus vsitatum, vos nostro nomine cum charitate & humilitate magna deprecati sunt, vt nomine sedis Apostolicæ iuxta literas facultatum vestrarum in his promulgandis indulgentijs interesse & cōcurrere velletis, quatenùs cunctis innotesceret, omnia Ecclesiæ negocia, & præsertim huius reductionis Græcorum, concordi atque vnanimi Ecclesiæ consensu procedere: & ne quis dissidij rugam inter nos, qui alios ad vnitatē reducere cupimus, esse suspicaretur. vos autem tunc aliud non posse, quàm quod in schedula ipsa continetur, respondistis, dicentes aliud in mandatis non habere, quod quidem durum & triste fuit nobis audire. Interrogati etiam à prædictis deputatis, an literas Apostolicas aliquarum indulgentiarū per eum modum, quem in schedula obtuliſtis, ipse summus pontifex vobis dedisset concilio præsentandas, respondistis nullas apud vos habere, sed opus esse vt ad papam denuò mitteremus. Nos animaduertentes summam & in promptu, vt ipsi fatemini, pro pecunijs reperiendis imminere necessitatem, & omnem dilationem admodum esse plenam discrimine, considerantesq; quod per decem menses instanter super hoc papa exoratus & requisitus fuerit, requisitis tandē vobis, vt vnà nobiscum in tam sancto negocio (vt prædictū est) concurreretis, authoritate vniuersalis Ecclesiæ quæ in concilijs vniuersalibus adesse non dubitatur, in nomine Domini qui dixit: Vbi duo vel tres cōueniunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorū: & de quacunq; re consenserint super terram, fiet illis à patre meo qui est in cœlis: & quæcunq; alligaueritis super terrā, erunt ligata in cælo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo: ad ipsas indulgētias promulgandas processim⁹. Ex parte igitur nostra quicquid modestiæ & honestatis, interposito magno temporis interuallo, adhibitis etiā multis precibus, fieri potuit, factum extitit: etiam nunc magnoperè optaremus, literas Apostolicas super huiusmodi indulgentijs exhiberi, vt nihil discordiæ in Ecclesia Latina notari posset: quas, si ipse summus pontifex illud haberet propositum satisfaciendi & complacendi sacro concilio, iam huc destinare deberet, cùm tantùm ab oblatione vestra temporis effluxerit, quòd vel nunc, vel infra paucos dies commodè transmitti possent. Et quoniā in ipso articulo dicitis, quòd modus indulgentiarum pro subsidio Græcorū reperiendo, non videtur pluribus conueniens, opportunum fore arbitramur aliqua his scriptis adijcere, vndè pateat, modum hūc minimè calumniari debere. In primis quicunq; illi sint, æquiùs agerent, si more sanctorum patrum, deliberationi vniuersalis Ecclesiæ iudicia sua submitterent: Hæc sancta synodus nō repentè, sed matura & digesta consultatione habita, hunc modū esse valdè conuenientē iudicauit: de quo si quis hæsitet, ad ea quæ temporib⁹ patrū nostrorum fieri cōsueuerūt, respiciat. Nónne cùm passagium generale pro recuperatione terræ sanctæ indictum fuit, proq; alijs magnis Ecclesiæ necessitatibus, indulgentię generales concessę sunt? Nónne ex proximis annis bis aut pluriès pro extirpāda hæresi Vuickleffistarum, modis idoneis id ipsum actū est? Si ergo pro illis hic indulgentiarū modus idōneus iudicatus est, cur & nunc pro reductione Græcorum, qua nihil fortè potest dici maius,

maius, non censebitur conueniens? Quòd & si pro reparatione pontium ac villarum exustarum, summi pontifices & ipse modernus summus pontifex, etiam ad instantiam priuatarum personarum, plenarias concesserunt: cur & nunc instante Ecclesia, fit tanta dilatio, nec solùm ad reperiendum subsidium, sed pro salute innumerabilium animarum, quæ manus porrigentes adiutrices, vigore istarum indulgentiarum Deo reconciliabuntur? Modus iste meritò conueniens atq; idoneus existimandus est. Obiectio autē illa de guerris Christianitatis, non videtur sufficiens, cùm & alijs temporibus vigentibus guerris & fortè maioribus, concessas esse, & nunc concedi per suam sanctitatem manifestum sit. Nec modus iste cuiquam Christiano necessitatem imponit, sed allicit, vt spe præmij spiritualis de bonis à Deo collatis modicum aliquid contribuat tam moderatè, quòd nulli quidem difficile videri possit. imò & tempore guerrarū quo pluribus criminib⁹ irretiri homines solent, conuenientior hic modus videtur, vt omnes homines de contritione & pœnitentia cogitantes, facilius à guerris ipsis desistant. neq; his concedendis indulgentijs illud obstat, quòd ad tantum opus sufficere non credantur. Ita enim dici posset de alijs modis, si opponerentur. sed excogitati sunt cum indulgentijs istis etiam & alij modi, quos tempore suo exequemur. Demum obtulistis, suam sanctitatem, vt videatur morem gerere huic sacro concilio, paratam esse authoritate Apostolica & iuxta obseruantiam sanctorum patrum ac ritum in vniuersali Ecclesia hactenus obseruatum, plenarias indulgentias publicare sacro approbante concilio. Certè decuisset, cùm se ita paratum dicat, vt sua sanctitas quæ tandiu super hoc fuerat requisita, tales literas vobis tradidisset huic sanctæ synodo præsentandas. Quantam autem admirationem nobis præbeat, imò & multis suspicionem, vos forsitan & audire potuistis. Primò ipse requiritur per oratores nostros, ipse respondet & nobis rescribit, quòd per Generalem Camaldulensem & dominum Antonium suos oratores, super hoc intentionem suam sacro intimabit concilio. Hi duo offerunt, suam sanctitatem, cùm erit certitudo aduentus Græcorum, velle in indulgentijs vel in alio modo cum concilio conuenire, & omnes fauores possibiles præstare. Mittitur etiā posteà dominus Leonardus ad dilectum Ecclesiæ filium cardinalem sanctæ Sabinæ suum præsidentem, quòd in negocijs concernentib⁹ sacrum concilium, intendit sequi suū consilium. Ipse cardinalis hoc nobis intimato, remittit dominum Leonardum, consulens, satisfacere suā sanctitatem debere sacro concilio in petitione indulgētiarum & alijs ad commune bonum spectantibus. Sperabatur, ipsum dominum Leonardū infra mensem cum dimidio reuerti debere, sed adhuc non comparet. Sed post sex menses destinauit vos, legati. veniunt noua & nuncij tam ad ipsum summū pontificem, quàm ad nos de certitudine aduentus Græcorum. Exoramus & requirimus vos, vt desiderio concilij circa indulgentias satisfaciatis. Respondetis, nos mittere debere iterum ad papā qui hoc faciet. Quid sibi velint tot dilationes ac circuitus, magis volumus admirari ac dolere, quàm temerè aliquid suspicari aut iudicare. saltem vt prædictum est, vel iam, vel infra paucos dies huiusmodi literas venire, & opere intentionem suā complere opus est, vt verum esse cognoscamus, de quo plurimùm gaudebimus, ipsum morem velle sacro concilio gerere. Ad obseruantiam verò sanctorū patrum & ritum Ecclesiæ, ipsi deputati aliâs responderunt. rectè quidē. Nam in illis octo primis vniuersalibus concilijs, & in reliquis in quibus summus pontifex non per se, sed per legatos interfuit, omnia quæuis, siue decisionem fidei, siue condemnationes & anathematizationes hereticorū, siue ligandi & soluendi potestatem, siue reformationem Ecclesiæ, siue alia quæcunq; ecclesiastica communia aut priuata negocia concernentia, sub nomine synodi facta, sancita & promulgata sunt. Cur ergo alius modus in hac re modò obseruandus sit, nulla ratio dictat. Si sua sanctitas hîc personaliter adesset, non diffitemur quin ipse loqueretur pro omnibus, quemadmodùm fieri solitum est, vt vnitas designetur Ecclesiæ. Et vt ad recentiora veniamus, & ad hanc specialiter indulgentiarum causam, proximum generale concilium Senense, quod in foribus Romanæ vrbis erat, in quo felicis recordationis Martinus residebat, sub his verbis has plenarias indulgentias concesit: Sacro- Ex concil. sancta generalis synod⁹ Senen sis, in spiritu- Senensi sub sancto legitimè congregata, vniuersalem Ec- Martino V. clesiam repræsentans &c. statuit, quòd quicunq; capientes hæreticos, & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum hæreticæ prauitatis effectualiter ponentes, vel ad eos quos retinere vel capere non possent, de eorum territorijs omnino expellētes, aut bannientes, seu etiam requisiti brachium seculare contra tales præstantes, eam indulgentiam consequātur, quæ dari consueuit proficiscentibus in subsidiū terræ sanctæ. Hanc autem, quæ in subsidium terræ sanctæ dari consueuit, plenariam fore nemo est qui nesciat. nec quidem ex tali decernendi modo, quem vniuersalia seruant concilia absente papa, quicquam authoritati sedis Apostolicæ deperit. In omnibus enim synodalibus sanctionibus, semper prima & potissima refulget illius sanctæ sedis authoritas, ac deinde patriarcharum & antistitum, totiusque Ecclesiæ vniuersalis, quam generalia con-

Basileēses primam authoritatem tribuūt Romanæ sedi.

concilia legitimè congregata repræsentant. Et est præterea omnibus consentientibus Apostolicis præsidentibus, hîc synodaliter ordinatum, vt in hoc concilio, cùm papa sit absens, omnia sub nomine & bulla huius sacri concilij expediri debeant. Quod postremò dicitis de pecunijs ex indulgentijs colligendis, vt fideliter conseruentur, & ad aliū non exponantur vsum, gratissimum nobis est, & id ipsum huic sanctæ synodo cordi esse, ex modo qui in literis indulgentiarum atq; instructionibus executorib⁹ huius negocij dandis, continetur, satis euidēter conijcere potestis. Nihilominùs, si quem meliorem modum conceperitis, non renuimus: imò contenti sumus, vt vos vnà cum alijs sacri concilij deputatis, curam præcipuam habeatis, quatenùs pecuniæ hinc colligendæ, ad hunc duntaxat vsum fideliter exponantur. Vtautē syncera huius sacri concilij intentio tam vobis quàm omnib⁹ innotescat, offerimus vt hi qui aliâs fuerunt deputati, vel alij mox deputandi, conferant ac practicent vobiscum omnem honestā & rationabilem viam concordiæ. Datum Basileæ in cōgregatione nostra generali, quinto idus Maij, Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto.

EPISTOLA SYNODALIS, RESPONSIua ad inuectiuam factam sub nomine Eugenij papæ contra synodum Basileensem, super materia citatorij eum vocantis ad iudicium synodale.

SAcrosancta &c. vniuersis Christifidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Ecclesiam suam Christus Deus noster tanta firmitate stabilire dignatus est, vt etsi fluctibus ac turbationib⁹ mundi huius agitetur, nequaquam tamen deijciatur aut vincatur: imò nec portæ inferi præualebunt aduersus eam. Fundata est quippe supra firmam petram. petra autem erat Christus, qui ait: Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Potest quidem homo particularis deficere & errare, atque in æternum condemnari. & nemo scit, vtrùm odio dignus sit vel amore. Sed hoc certissimum est, Ecclesiam nunquā deseri à Christo, nec eius gratia aut dilectiōe priuari, neq; ipsum sanctum spiritum deesse congregationi fidelium, quin aliquos semper amatores Dei constituat, cùm veritas dixerit: Ego rogabo patrem meum, & alium paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. Speciali autem quadam assistentia congregatos in nomine suo dignatur Christus Domin⁹, qui ait: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. quod maximè synodis vniuersalibus conuenire declarauit octaua synodus Constantinopolitana, dicens: Quis nesciat quòd in medio sanctæ huius & vniuersalis synodi fuerit incomprehensibilis & incircunscriptus Christus ac Dominus, qui dicit: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum? Hinc est quòd nascentibus hæresibus, crescentibus deformitatibus, ad conciliorum generalium soliditatem recursus habetur, vt indè & fidei determinatio, & omnis vitæ actionis q; norma prodeat. Sed id quam maximè necessarium fore compertū est nouissimis nostris temporib⁹, cùm ampliùs diminutæ sunt veritates à filijs hominum, cùm rariùs inuenti sunt viri sanctitate præstantes, quorum vita exemplaris toti gregi dominico sese formā exhiberet imitandam; cumq; varia schismata & deformitatum insolita magnitudo gregem dominicum acriùs inuaserunt, fauente quoq; diuina miseratione, ad horum represionem synodus Constantiensis coadunata extitit, quæ modum & seriem agendorum deinceps conciliorum præscripsit. Et ne fieret schisma vlteriùs in corpore, ne quis proprio sensu ductus, aut propriæ innitens prudentiæ, se ab illis segregaret quæ essent vniuersali consensu constituta, essetq; sic in Ecclesia vnitas & pax optima, omnib⁹ idem sapientibus, declarauit eadem sancta synodus Constantiensis quemlibet fidelium, cuiuscunq; dignitatis, etiam si papalis existat, teneri obedire in his quæ in pertinentibus ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem Ecclesiæ in capite & membris, vniuersalis synodus statuisset, sequens in hoc & Christi doctrinam: qui cùm dixisset Simoni Petro, Dic Ecclesiæ: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, subiunxit: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Exempla quoq; beatissimorum apostolorum imitantur, qui quod communi consilio statutum erat & ordinatum, id obseruare & exequi cum omni promptitudine satagebant, sicuti de Petro & Ioanne missis à concilio primitiuæ Ecclesiæ, diuina scriptura testatur. Et si qua super hac obediētia vnanimiter à cunctis concilio præstanda, quæstio versari videbatur, huius rei dubietatem synodus ipsa Constantiensis amputauit. Quicunque hanc fidei regulam sequuntur, pax super illos, vnitasq; ecclesiastica in ipsis conseruatur veraciter. Sicuti autem in ipso Constantiensi concilio præfinitum erat, ac etiam Senensi, hæc sancta vniuersalis synodus Basileensis tempore statuto congregata extitit: quæ salutem publicam indefessa prosequens solicitudine, primùm de pacificando regno Bohemiæ tunc miserabilibus diuisionibus agitato, quarum incendia in regiones non modò finitimas, sed & longinquas euadere timebantur, vigilantem impendit operam. De pacificandis quoque regnis ac pro-

Sed huic synodo nō defuit authoritas & assensus Romani pontificis.

Matth. 16. Matth. 7. 1. Cor. 10. Matt. 18.

Pſal. 10.

Eccle. 9.

Ioan. 14.

Matth. 18.

Matth. 18.

Sed hæc specialiter dicta sunt ipsi Petro alio loco.

Acto. 8.

Istud semper vrgent Basileēses, vt ipsis obediat pontifex, non ipsi pontificio bediant.

ac prouincijs & moribus hominum reformandis, maximo ſtudio tractare cœpit. Sed heu felicibus illis initijs quanta turbatio, quanta calamitas iniecta ſit, quis ſine lachrymis & gemitu referre poſsit? quam & perpetuo nos optaremus contegere ſilentio, niſi quædam epiſtola ſub nomine domini Eugenij papæ quarti, nuper vniuerſis directa fidelibus, iſtæc commemorans, nos compelleret infandum reuocare dolorẽ, qui & proceſsum huius ſanctæ ſynodi ab eius primæuis oppugnans exordijs, nos veritatẽ rerum geſtarum in memoriam hominum reducere vrget, & hanc ſanctam ſynodum in manifeſtatione veritatis, velut Apoſtolus loquitur, commendare ad omnem conſcientiam hominum coram Deo, vt ſuper omnia vincens veritas cunctis appareat, & coram omnibus viuentibus luceat ſyncera noſtra intentio in gloriã eius, in cuius nomine congregati ſumus. Siquidem ſynodum ipſam proſequendæ vnioni Bohemorum, & alijs ſanctis operibus multa cum diligentia incumbentem, vehementi flagello prætenſæ diſſolutionis dudum concutere cœpit dominus Eugenius, & ſeſe ab ipſius Eccleſiæ corpore & vnitate diuidere. quæ quidem diuiſio, radix fuit & origo malorum, quæ Eccleſiam Dei vexârunt, & nunc cum maioribus renouantur incrementis, pro cuius diſſolutionis reparatione quantos labores duobus annis & ampliùs pertulerimus, orbis ipſe cognoſcit. Sed & principes catholici tantum malum diuiſionis illius abhorrentes, inſtantiſsimè laborârunt, vt ipſe dominus Eugenius purè, ſimpliciter & cum effectu adhæreret: quod & fecit, diſsolutionem ipſam irritam & inanem confitendo, declarans & decernens hoc Baſileenſe concilium à tempore ſuæ inchoationis legitimè continuatum fuiſse & eſse, proſecutionemq; ſemper habuiſse, continuari ac proſecutionem habere debere, ac ſi nulla diſsolutio facta fuiſset: deinceps quoq; à nouitatib⁹ & grauaminibus ſeu præiudicijs inferẽdis ipſi ſacro concilio, vel ſuppoſitis eius & adhærẽtibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtere ſe affirmans. Sperabat iam hæc ſancta ſynodus decæterò cum pace cuncta peragere, nec Eccleſiæ vnitatem per receſsum ab ipſius ſynodi obedientia perturbari. vnionem Bohemorũ proſecuta extitit, regna & prouincias ad pacem excitauit, laborumq; ſuorum in his rebus Deus omnipotẽs dignatus eſt fructus reddere glorioſos, ita vt regnum Bohemiæ in Eccleſiæ obedientia perſiſtens, ſub regimine chariſsimi Eccleſię filij Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, felici tranquillitate lætetur: & principes plurimi, præſertim per Germaniam & Galliam, ad pacem & concordiam reducti ſunt. Inſuper eadẽ ſynodus pro æterna hominum ſalute & vigentium deformitatũ repreſsione, ſalubria decreta & perutiles ordinationes edidit, formam electionum canonicarũ iuxta ſanctorum patrum inſtituta reſtaurans, quib⁹ prælati ſingularum eccleſiarum aſsumi deberent, vt reprimeretur ambitio, nec ſe homines ad primatus capeſsendos ingererẽt, ſed aſsumerentur, vt ait Apoſtolus, vocati à Domino tanquam Aaron. pariter quoq; Romanis pontificibus decæterò eligendis modum aptiſsimum præſcripſit, numerum & qualitatem creandorum cardinalium ordinans, atq; ſalutares regulas adijciens pro felici regimine ipſius Romani põtificis & ſuæ curiæ, ac etiam patrimonij terrarum & dominiorũ Romanæ Eccleſiæ pertinentium, quorum alienationem altero decreto fieri prohibuit. Cæterùm decreuit, ne in collatione vel prouiſione beneficiorum, prætextu vacantiarum vel alio quolibet, quicquã exigeretur: pacificis beneficiorum poſſeſſoribus abſtulit turbationum incentiua. circa diuini cultus celebrationem, vitamq; & honeſtatem miniſtrorum, plurima ſalutifera diſpoſuit: modum, tempus & ordinem celebrandorum conciliorum generalium, prouincialium & ſynodaliũ ordinauit. In Græcis præterea conuocãdis ad celebrationem œcumenici concilij, & proſecutionem vnionis eorum, labores innumeros & impenſas maximas conſumpſit. ſed interea dũ hæc aguntur, eccè rurſum multimoda per vniuerſam Eccleſiam exoritur turbatio, dum ipſe dominus Eugenius proh dolor factis & operibus ab hac ſancta ſynodo iterũ ſe diſiungit. vnus eligitur in vacante eccleſia, ipſe alterum reſeruationibus inhærendo præficit. ſcandala, ſchiſmata, diuiſiones per eccleſias oriuntur. Vndè mirandum eſt, quo pacto miſſa eius capitula aſſerere audẽt, ipſum nunquam contra electiones canonicas veniſſe, niſi cùm iniquè celebratæ fuiſſent, ſiue de perſona ad beneficia minùs apta, aut ex qua poſſet veriſimiliter ſcandalũ exoriri: cùm nimis notorium ſit, ipſum eccleſias, etiam priuſquàm prælati moriantur, reſeruare, & vigore reſeruationum ipſarũ, non expectatis electionibus, ipſis eccleſijs præficere paſtores. nec adhuc apparuit, ipſum aliquam electionem expectatam, & debitè examinatam, ex cauſa euidenti publicæ vtilitatis vel neceſsitatis, ſicut prætendere videtur, reiecisſe. confirmationes quoq; electionum per metropolitanos & alios ordinarios factas aut fiendas, multipliciter perturbat. pecunia in beneficiorum & dignitatum collatione interuenire etiã more inconſueto audita eſt, ita vt plerunq; beneficia ipſa & dignitates non expediantur, niſi pecunia realiter fuerit exhibita. Sed nec excuſare nititur à ſpecie Simoniacæ labis, quoniam vacantias aſſerit recipi licere, imò etiam oportere, in ſuſtentationem Romani pontificis & ſibi aſsiſtentium ordinum. Vt autem non conten-

Heb. 5.

2. Cor. 4.

Vtinam.

Certè Pius 2. ſcribit Eugenium de multis falſo accuſatum: & pleroſq; ab eo veniam petijſſe ob illatas iniurias.

contentionis gratia, ſed veritatis & ſalutis, de hoc aliquid dicamus, ſi ſana doctrina ſapientum attentiùs perlegatur, vbi cum aliquo pactum initur vt pecuniam tradat, non aliter beneficium aut dignitatẽ habiturus, ibi ſpecies contractus non gratuiti conſpicitur interuenire. Nec ita lauari poteſt aquis excuſationum iſta pactio, vt à ſpecie Simoniacæ labis reddatur aliena. Hinc enim euenit, vt plurimi qui & Deo gratiores, & ſaluti animarum procurandæ vtiliores eſſent, qui pecunia carent, aut ipſam non aſſerunt, ad dignitates minimè aſſumantur. Hinc plerunq; accidit, vt & cupidi & ambitioſi, qui ſeipſos gradu ambito indignos reddũt, promoueantur faciliùs. Et vbi temporale commodum impellit animum ad deſerendum dignos, promouendũ indignos, quis illum à ſpecie labis Simoniacæ purum affirmabit? Sed & ex hoc contingere poteſt, vt Romani pontifices faciliùs inclinentur ad ſibi attrahendum collationes dignitatum & beneficiorum, electiones perturbandum, iura* infirmorum impediendũ, canones ſuper his editos ſub vmbra plenitudinis poteſtatis infringendum: quod fortaſſe non agerent, ſi non eſſet pecunię interuentus, ſed vnicuiq; ſuum relinquerent officium, & ipſi deſuper vigilarent, correcturi delinquentes, & maioribus intenturi. Sicq; tunc Eccleſia optimè diſponeretur. & adhuc noſtris temporibus inoleuit, vt cùm vacat vna Eccleſia, fiant translationes plurimę, per quas plurimæ eccleſiæ vacare poſsint, ex quib⁹ pecuniarum exactio magis & magis abundet: quæ quantùm eccleſijs & ſaluti animarum noceant, facilè eſt videre. Quis non intelligit hoc promouendi genus per interuentum pecuniæ, ex radice auaritiæ adinuentum, plùs fouendæ ambitioni, quàm animarum ſaluti, eſſe accommodum? Qui enim dignitates ambiunt, illi pecunias conquirere laborant, quarum ſuffragio gradũ aſſequantur honoris. Hinc ſua vendunt patrimonia, hinc ſe fœneratoribus obligant: quibus poſteà ſatisfacturi, prædia, poſſeſsiones & caſtra eccleſijs pertinentia, interdum alienare coguntur. Hinc regiones variæ depauperantur & euacuantur pecunijs. Hinc prælati per annos plurimos ſuſpẽſi à diuinis, ſæpenumerò hac tempeſtate viſi ſunt. Neq; hęc eſt primorum fructuum collectio, quę beneficijs liberè expeditis aliquando colligi ſolebat: imò & ſi nunquam fructus illos prælatus ipſe ſit collecturus, ſi etiam infra triduum moriturus ſit, pecuniã ex patrimonio aut aliundè ſoluit, quæ nunquam deinceps reſtituitur. Nõ certè ſic patres antiqui annatas exegerunt, vel potiùs pecunias ſub nomine annatarũ, licet fructus aliquos, abſq; hoc quòd pecunia in collatione interueniret, reſeruandos pro neceſsitate temporis tunc inſtante, duxerunt: non tamen vt perpetuò talis eſſet reſeruatio duratura. Nunquid ex hoc reprehendenda eſt hæc ſancta ſynodus, quaſi ſedem Apoſtolicam exinanire velit, dum modum illum exactionum reprobat, qui tantoperè officit ſaluti animarum? Nunquid illam epiſtolam aduerſus ſanctam ſynodum proferre decuit, quòd ipſa mendaciter ſe aſſerit in repreſsionem auaritiæ, Simoniæ, ambitionum & aliorum vitiorum, ordinationes & ſalubria decreta condidiſſe? Certè nemo inficiabitur, formam decretorum noſtrorum ſuper electionibus ritè celebrãdis, ſuper collationibus & confirmationibus liberè expediendis, & alijs priùs memoratis, ad expellendum illa genera peccatorum eſſe conuenientiſsimã. Nec ad contumeliam diximus, ſed ad plurimam ſalutem efficiendam, abuſus illos habentes ſpeciem Simoniacæ labis, per Romanum pontificem foueri, dum hæc tollere & perturbare, cùm poteſt, obmittit: imò ſi abuſus tali labis ſpecie reſperſi, per miniſtros eius committuntur, eos fouere dicitur, cùm eos non perturbat: & vehementer pertimeſcere debet, ne durè propter illos corripiatur à Domino, qui Heli ſummum ſacerdotem duriſsimè puniuit, dum filios ſuos efficaciter corrigere negligebat. Sed nec in his quibus diuina maieſtas offenditur, & ſalus impeditur animarũ, continuare oportuit prætendendo excuſationem non adhibitæ alterius prouiſionis, cùm timore perdendi tẽporale emolumentum, nimis inconſultum ſit, regni cæleſtis hæreditatem negligere, & animarum perpeti detrimentum. Sed & dictum erat, per hãc ſanctam ſynodum prouiſionem eſſe fiendam ipſi Romano pontifici iuxta eius indigentiam, ſi animum eius ad obſeruationem decretorum videret benignè inclinatum. Nec autem ipſe aut ſuam indigentiam aperuit, nec decreta exequi compertus eſt. Videns itaq; hæc ſancta ſynodus iugiter animas hominum his abuſibus illaqueari, decretaq; ſua pro repreſsionibus talium edita contemni, videns (vt præmittitur) diuiſiones in eccleſijs per canonicarum electionũ manifeſtam conturbationem nimiùm adaugeri, videns & alia vigere ſchiſmata, dum illi qui per hanc ſanctam ſynodum alligabantur, per Romanum ſoluebantur pontificem, ita vt iam in populo Chriſtiano ſerperet illa diuiſio, vt quemadmodùm quondam diuidebantur Corinthij, & vnus dicebat, Ego ſum Cephæ: alter, ego ſum Apollò: alius & nunc vnus aiebat, Ego ſum papæ: alter, Ego ſum concilij: dum Romanus pontifex huius ſanctæ vniuerſalis ſynodi in his operibus non tenebat vnitatem, neq; beatiſsimi papę Damaſi imitabatur exemplum, qui & de his nullaten⁹ cognoſcere volebat, quæ ſancta ſynodus diffiniuiſſet. Attendens præterea hoc ſacrum cõcilium proſecutionem reductionis Græcorũ, quam tantis impen-

1. Reg. 4.

Immò Damaſi ſententia eſt, nulla vnquã concilia, quæ non eſſent fulta authoritate Apoſtolica, rata fuiſſe: Vide ſuprà, Tomum 1. Epiſtola 3. Damaſi.

*p ſis &

sis & laboribus inchoauerat, multipliciter impediri, & deniq; vniuersa quasi facta Ecclesiæ perturbari ex hac diuisione, quam aduersus synodum congregatam & salubria eius opera, ipse dominus Eugenius confouebat, atq; per minus debitum regimen Ecclesiæ, cuncta in peius ruere, miserta est tandē synodus ipsa Ecclesiæ Christi, tanta ægritudine laborantis: & zelo domus Dei accensa, eundem dominum Eugenium citare decreuit, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales conuocare, vt ipsis auxiliantibus, conueniens & salutaris prouisio Ecclesiæ donaretur, priusquàm deteriora cōtingerēt. Commemorauit cum dolore non sine informatione præcedenti defectus aliquos, qui publicè & notoriè in præiudiciū & scandalum gregis dominici super regimine ipsius Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus adesse ferebantur, vt omnibus in melius emendatis, salus & pax redderetur populo Dei. Dolet quidem plurimùm sancta synodus, quòd talia commemorare oporteat: nec libellum famosùm confecit, vt obijcitur, sed tantùm recitauit ea non animo diffamandi, sed corrigendi, prout ad eā pertinebat, quæ iam in publicum prodierant, dum pro debito officij à Christo susceptī negligere nō potest, quo minùs in hac vrgentissima necessitate languoribus vniuersalis Ecclesiæ medelam quærat donari salutarē, & pro ea

2.Tim.4. instet vehementiùs, impleatq; diuini Apostoli præceptum scribentis Timotheo: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt. Rursumq; ait idem

1.Tim.5. Apostolus: Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Quod in peccatis publicis agi potest, maximè per eum, cui reformatio & correctio pertinet aliorum. Sed & beatus Gregorius in suo pastorali, illos qui dum deficiunt, se benè agere credunt, docet à pluribus oportere increpari. Verùm citationem præfatam aliquanto asperiùs ferens Romanus pontifex, aliqua in aduersum per eorū (vt creditur) suasionem, qui magis loqui quærunt sibi placentia, quàm ipsius æternam salutem & vniuersalis Ecclesiæ releuamen perquirere, plurima peragere conatus est, atq; inter cætera memoratam vniuersis Christifidelibus direxisse dicitur epistolam: in qua non correctio, nō emendatio prohdolor affertur, sed quæ sibi obijciuntur, mēdaciter prolata esse scribit per hanc sanctam synodum, quam vtiq; honestioribus verbis alloqui decebat. Verùm ipsa pro sua charitate omnia cum mansuetudine ferre decreuit, imperia etiam suauiter sustinens, dum arguendo & obsecrando in omni patientia & doctrina posit homines perducere in salutem. Sed debuit arbitrari Romanus pontifex, populos non esse scriptis suis in factis proprijs & personalibus credituros. Neq; hunc modū conuenientem existimabunt, vt ipse vocatus ad synodale iudicium, illud subterfugiat, & ad dispersos hinc inde quærat seipsum proprijs iustificare sermonibus. Quis enim est qui epistolam conscribere non possit, & in ea quæ volet, asserere? quòd si proprijs sermonibus seipsum quis hoc pacto iustificare possit, pauci erunt qui se deficere fateantur. Quòd si olim beati summi pontifices, Leo, Damasus, Sixtus, se in synodo expurgare curauerunt, vt scandalum à fidelium mentibus tollerent: multo ampliùs ipse dominus Eugenius comparére debuisset, qui in eo casu tenetur, vbi de defectibus notorijs & scandalizantibus Ecclesiam delatus est, in quibus synodum vniuersalem in papam iurisdictionem habere nemo ambigere iustè potest. Honestius quippe fuerat, per se vel alterum in synodo comparére: & si non probarentur quæ de ipso dicta erant, eluceret coram omnibus iustitia eius. Si autem & vera probarentur, debita cōuersione omnia contegerētur, & in melius emendarentur: sicq; per debitam conuersionem, honorem plurimum & benedictionem obtineret in populis: imò & exemplum pœnitentiæ cunctis præstaret, per quam efficaciter reformatio Ecclesiæ & salus daretur vniuersis. Nam & pœnitentibus ait Dominus Esaiæ 1. per Prophetam: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, tanquam nix dealbabūtur. Iam enim adeò peccata nostra creuerunt, vt iustitias nostras proferre non oporteat, sed post naufragium vitiorum oportet super secundam tabulam pœnitentiæ peruenire in portum salutis. Cuius rei exemplum in beatissimo Petro apostolorum principe præclarum habemus, cui cùm Paulus in faciem restitisset, & dixisset eum non rectè ambulare ad veritatem euangelij, & non solùm dixisset, sed & in epistola sua ad perpetuā rei memoriam scripsisset, nō hoc molestè tulit beatissimus Petrus: imò expresè Pauli epistolas commendauit. in quibus hoc ipsum nō ignorabat contineri: vt & hoc suis successoribus exemplum daret, non molestè ferre, si eis per eorū coapostolos aliquid tale pro sua & vniuersalis Ecclesiæ salute diceretur. Sed vnum in sua epistola summus ipse pontifex maximè prosequi videtur, quòd hæc sancta synodus ab eius exordio ipsum à papatu deponi affectauit: quòd si rerum gestarum seriem in memoriam reduxerit, talia proferre desinet. Cùm vix adhuc esset in papatu constitutus, dum ipsa synodus inchoata extitit, quomodò aduersus eū tunc conuenerat synodus, quæ de gestis eius nullam adhuc habebat notitiam? Quid tunc contra eum intentauerat, cùm ipse cœpit eā dissoluere? Deinde quàm benignè, quàm patienter etiam post dissolutionem refarcitam, hæc ipsa synodus præstitas contradictiones,

Leonem 3. grauiter accusatū, synodus quæ frequēs Romæ conuenerat, adeò nō condemnauit, vt etiam palam cora Carolo Magno omnes episcopi dictitarent, sedē Apostolicā a nemine iudicari debere.

Falso accusatum Eugenium testatur Pius 2. qui diu Basileensibus adhæserat, sed postea ad Eugenium rei veritate cōperta se transtulit.

ctiones, impugnationes & resistentias varijs modis in dissolutionem ipsius & operum eius tendentes, hucusq; pertulerit, satis manifestum est. Sed neq; in hac nouissima citatione quicquam aliud quæsitum est, quàm vt in necessitate maxima conueniens prouisio Ecclesiæ donaretur. Nihil nobis gratius, nihil desideratius est, quàm vt ipse Ecclesiā Dei salubriter regat: non quidem vt pro libito volūtatis suæ cūcta peragere velit, spretis canonibus sacrorū conciliorum, sed iuxta beatissimi Petri doctrinam, sic regat, nō

1.Pet.5. vt dominans in clero, sed vt forma fact⁹ gregis. Romanus enim pontifex est vniuersalis Ecclesiæ minister, non dominus. atq; etiam schismata & scandala submoueat, quæ

Est certè etiam pastor & caput. contingunt dum heu nimiùm propriā studet implere voluntatem. Dicit nos eius sanctam intentionem perturbasse, sed nos latentem intentionem, nisi ex operibus & fructibus, cognoscere non possumus. Nos iu-

1.Reg.16. b dicamus ea quę patent, Dominus autem in-

for. *Nōne tuetur cor. *Nunquid prohiberi potest libera hominis voluntas, ne fructus bonorū operum ex se producat, vt defectuosum regimen abhorreat, vt pacem & vnitatem conseruet? profectò longè meliùs suaderet animos hominum in approbationem iustitiæ suæ, si bona opera se fecisse ostēderet, quàm prædicando se habuisse bonā intentionem, quam homines nec intueri, nec dijudicare

for. *aut possunt. Quis enim impediuit, *nec hodiè impedit, vt abusus cūriæ suæ non abstulerit, nec de præsenti auferat? Sed mirandum valdè est, quòd dissolutionem per eum aliàs reuocatam & annullatam, iterum approbare conatur eadem epistola: & processum concilij tunc contra hanc dissolutionem deductum, reprobare: cùm tamen dissolutionem ipsam irritam esse & inanem, apertè per literas suas confessus sit. Cui dissolutioni si patres paruissent, maneret adhuc regni Bohemiæ desolatio, nec Bohemorum ipsorum vnio facta fuisset: imò quàm plurimæ patriarum & terrarum desolationes, errores q; hominum & mala innumera verisimiliter perpetrata fuissent. Si illam dissolutionem destruxit, cur iterum eam sermonibus reædificat, cùm dicat diuinus Apostolus: Si ea quæ

Gal.2. destruxi, iterum ædifico, præuaricatorem me constituo? Illud autem valdè flebile est, quod dicit, eo tunc concilium sine iurisdictione & iustitia, super illius dissolutionis reuocatione ipsum monendo, processisse, adijciens iterum, quòd patres in concilio existentes, contra diuinā voluntatem ipsum supprimere quæsierunt siue angustare potestatem, & se supra eum constituere supremos. Nunquid ipse iam abnegare volet iu-

Quæ est synodus sine capite? risdictionem synodi vniuersalis in sacra scriptura fundatam, & determinationem vniuersalis Ecclesiæ declaratam, cui declarationi si quis pertinaciter contradiceret, incide-

Mirū, hoc dici de Bohemis.

Gal.2.

Esaiæ 1.

2.Pet.3.

ret in hæresim? sed nec potestas angustatur, dum ita dirigitur, vt non in destructionem, sed in ædificationem procedat. Caueat pro Dei reuerentia, ne, dum minora excusare nititur, & aduersus salubres correctiones plùs debito recalcitrare, in grauiora corruat: qui & in epistolæ illius exordio dicere ausus est, patres in concilio congregatos, iam ferè septem annis ab ipso Christi vicario & à suprema Romana Apostolica sede, Christianorum matre & capite, segregatos. *Nunquid for. *Nōne in hoc damnabit vniuersos cardinales, patriarchas, episcopos, Imperatorē, reges, principes & cæteros, qui per se vel alios in hoc concilio fuerint: & denique Ecclesiam per orbem dispersam, hoc concilium approbantem, vt dicat vel eos à capite & matre Christianorum fuisse segregatos, vel fauisse segregatis? Dicendo quidem synodum à se fuisse segregatā, se potiùs à synodo segregatum affirmare videtur, quæ tamen vniuersalem Dei Ecclesiā repræsentat. Cùm enim membrum à corpore disiungitur, non totum à parte se dicitur separare, sed pars à toto segregari. debuit quidem synodo vniuersali vt membrum ipsius, in vnitate spiritus iugiter adhærere. & si relinqueret, non tamen ipsa à suo vero capite Christo relinquitur. Non enim est generale concilium Ecclesiæ, sicut vna particularis conuentio consiliariorum alicuius principis, cui papa ipse tanquā præsidens & dominus præsideat: sed est vniuersalis Ecclesiæ catholicæ conuentus, continens & includens virtualiter & authoritatiuè singulos gradus Ecclesiæ, tam papatum quàm cæteros, sicut membra ipsius Ecclesię vniuersalis: quam propterea ipsum concilium repræsentare dicitur, prout iam confitentur vniuersi. Quæ si attentiùs consideraueritipse dominus Eugenius, seipsum ex segregatione potiùs reprehendet, desinetq; talem in synodum congregatam in nomine Christi & in vniuersalem Ecclesiam proferre iniuriam. Deniq; nos dicit vehementer studuisse, vt inconsutilem tunicam Christi scinderemus. inueniet ipse nos pro vnitate vniuersalis Ecclesiæ, & eius salute sedulò desudasse: nec possumus à Romana Ecclesia separari, dum vniuersalis Ecclesiæ retinemus vnitatem, in quā tam ipsa Romana Ecclesia, quàm aliæ singulæ Ecclesiæ includuntur. Et si authoritas quæritur, inquit Hieronymus, orbis maior est vrbe. sed ipse primus scissuræ & diuisionis author extitit, cùm primus synodum dissoluere, & se ab ea segregare incepit, atq; in huiusmodi segregatione & diuisione longo tempore persistere voluit, & nunc dum post longam expectationem ac multam patientiam eius, emendatio & regiminis Ecclesiæ Dei salutaris prouisio quæritur, ipse loquitur grandia aduersus sanctam synodū & Ecclesiam Dei, ipse eandem synodum dissoluere co-

Nō ne Vnus solus tandē Basileæ cardinalis mansit, Eugenij hostis, plurimi Eugenio ad hæserunt cum alijs multis.

natur, si de ipso iudiciũ fiat, aut aliquo suorum præsidentium oratorum. Nunquid ei conueniens est tale quærere diffugium, qui aliquando solebat per oratores suos circa huius concilij exordia se ante omnes reformandum offerre, quodq; de vita eius audaciter inquireretur? Nunquid hoc iam tolerabile est, vt propter effugiendam correctionem ipsius aut sui oratorum, concilium dissoluere laboret: atq; propter factum personæ suæ, quæ mortalis est, authoritatem Ecclesiæ immortalem confundere nitatur? sed ipsius adiutor est Christus, qui eam non deseret. Iam verò ad cætera dicamus, quæ citationi nostræ respondere volens, aduersum nos retorquere nititur. Ipse alienationẽ terrarum excusare prętendens, dicit Nicolaum de Fortibrachijs & comitem Franciscum de Cotugualla, contra eum fuisse incitatos, qui dicentes se esse capitaneos cõcilij, terras Ecclesiæ inuaserunt, vndè strages secutæ sunt. Si autem veritas rerum aperiatur, nunquam illi ab hoc sacro concilio inuadere terras Ecclesiæ iusti fuerant, neque res talis vllo tempore per concilium deliberata extitit. Verùm videntes diuisionem, quam ipse dominus Eugenius aduersus concilium tunc fouebat, hanc acceperunt audaciam. Vndè & qui diuisionis huius causa fuit, ipse etiam causa extitit malorum ac discriminum quæ exindè secuta sunt. quamobrem iam id diximus: illa prima dissolutio, per quam ab vnitate huius sanctæ synodi dominꝰ ipse Eugenius voluntariè recesit, causa fuit & origo malorum. Sed postquàm dissolutionem sustulit, nunquid propterea terras ipsas Ecclesiæ, quæ recuperari poterant, oportuit in alienas manus tradere, & titulum in eis alteri assignare, vt iam repeti nõ possent? & quò tunc vera alienatio patrata est? Quid præterea de alienatione aliarum terrarum deinceps facta, vt burgi sancti Sepulchri, & plurium, dicturus est, cùm tamen ante adhæsionem ipsius iam per decretum huius concilij, specialiter terrarum omnium Ecclesiæ alienatio sibi interdicta fuisset? Debuit quidem imitari beatum Ambrosium, qui Imperatori quærenti hæreditatẽ Christi, respondit: Absit à me, vt Christi hæreditatem tradam. Non tradidit Naboth suam, sed proprio cruore defendit. Sic hæc iacula, quæ in sanctam synodum se excusando detorquere nititur, manifestè reuertuntur in ipsum. Cæterum aliam excusationem super impedimentis indulgentiarum afferens, dicit se nullas indulgentias plenarias de nouo contulisse, sed solùm antiquas renouasse. Verùm si loca nominatim, quoties opus erit, designabimus quàmplura, vbi pro causis exiguis, vt refectione materialium ædificiorum, plenariam concesit indulgentiam, tũc eo maximè cùm Ecclesia subsidijs Christiani populi pro exaltatione fidei catholicæ & reductione Græcorum indigebat, & in partibus Burgundiæ, Sabaudiæ, Franciæ, varijsq; regionibus notissimũ habetur. Dum verò requisitus extitit, vt in concessione indulgentiarum plenariarum pro facto Græcorum expresè concurreret, dixit se, ne claues Ecclesiæ contemnerentur, aut eius vilesceret authoritas, maturiùs incedere voluisse. Non timuit hanc authoritatem vilescere vel contemni claues, si pro quibusdam ædificijs materialibus hęc indulgentia donaretur.

1.Reg.2.

Quòd si, vt ipse allegat, incertus erat Græcorum aduentus, nunquid propterea non oportuit Ecclesiam præparare, quę in huius operis prosecutionem erant necessaria, vt promissa Græcis implerentur, & ea disponerentur, sine quibus ipsi Græci ad terras Latinorum conduci non poterant? In quibus præparandis iam hæc sancta synodus à ciuitate Auinionensi septuaginta millia ducatorum in mutuum accepit, & anteà duodecim millia à patribus in concilio existentibus, dum priores nuncios ante biennium misit in Græciam, tres videlicet solennes oratores, quorum vnus ad nos redijt, alter vita functus, tertius vsq; in hodiernum diem pro conductione rerum permansit. plures quoq; alias impensas fecit, super quibꝰ omnibus nondum octo millia potuit colligere. Eccè quomodò patres hîc existentes, se in his rebus ditare quærunt, quorum plures vltra proprias pecunias, quas in mutuũ tradiderunt, etiam mobilia & *localia sua pignori obligârunt. Sed dicit, cùm res clericorum principaliter agerentur, superfluum fuisse laicos onerare: neq; certè onerauimꝰ laicos ipsos, sed tã clericis quàm laicis, qui sua liberalitate & pietate in subsidium huius rei quicquam contribuere vellẽt, indulgentias concesimus. Nunquid hoc est aliquem compellere, aliquem onerare? nunquid hoc est nouum in Ecclesia Dei, quòd pro factis fidei catholicæ, indulgentiæ concedantur? Adiecit insuper affectasse omnes gazas Ecclesiæ ad tam pium opus protinus exhibere, sicut & opere se dicit adimpleuisse, galeas, pecunias, & omnia quæ pro Græcis ad Italiam transferendis necessaria erant, sua ex impensa transmittendo. Sed certè intelligimus ipsum huius rei gratia exactionẽ quandam valdè odiosam, etiam super laicos Bononiæ constitutos, imposuisse. Fatetur autem hæc sancta synodus, non auro & argento se esse hoc pacto fulcitam, sed sperans in adiutorio domini, qui eam hucusq; confortauit & direxit, negocijs Ecclesiæ & fidei catholicæ conducendis fidelẽ & synceram impendit operam, non verita expetere subsidium catholicorum populorum, quorum incumbit procurandæ saluti. Sed iam compellit ipse dominus Eugenius nos huius rei aperire veritatem, quam libentiùs tacuissemus.

mus. Ipse diuersis artibus hoc conciliũ dissoluere tentauit, aut in eum locum transferre, vbi liberiùs libitum suę voluntatis impleret, & huius sanctæ synodi reformationem subterfugeret, etiam priusquam de citatorio *nouissimè vlla mentio haberetur. Tandem cùm idipsum complere nõ posset, iam per medium Græcorum potiri sperat optatis. Hinc varia impedimenta & grauissimæ comminationes Auinionensibꝰ datæ sunt, ne pecuniam præltarent. Hinc variæ promissiones beneficiorum & dignitatũ, hinc plurimæ impensæ in legationibus ad diuersas regiones transmittẽdis consumptæ, hinc labores innumeri assumpti, vt aut conciliũ dissolueret, aut locum quem affectabat, obtinere posset. Tandem cùm iam pecuniæ & galeæ ex parte huius sacri concilij in Auinione expeditæ fuissent, & anteà octo millia florenorũ pro Græcis congregandis in Constantinopolim transmissa, res quoq; inchoatæ, iam cum pace & tranquilla deductione deduci poterant. Nam & Græcorum oratores huc aduenientes, quicquid dicerẽt, semper in hoc persistebant, quòd à decreto super conuentione ipsorum edito nullatenùs recederent. Cui decreto in electione locorum per nos facta, & omnium aliarum rerum expeditione satisfactum erat. His ita feliciter dispositis, ipse dominus Eugenius volens metere vbi non seminauerat, qui & præcedentibus temporibus magis opportunum fuerat arbitratus, vt legati mitterentur in Constantinopolim tractaturi cũ Græcis, & non fieret ipsorum conductio ad concilium œcumenicum in his partibus occidentalibus celebrandum, videns ipse iam in loca citramontana eorum cõductionem disponi, tunc pecunias inuenit, galeas transmisit, quæ ipsos Græcos in aliquem locum Italiæ, quem vellet, deducerent: nõ parcens honori Ecclesiæ Latinæ, in qua Græci iam proh dolor videbunt miserabilem diuisionem, quam ipse aduersus hanc sanctam synodum in prosecutione negociorũ fidei huiusmodi per eam inchoata exercet. vndè & maxima perturbatio rebus agẽdis affertur, & quæ priùs pacato cursu deducebantur, nunc varijs exponuntur fluctibus. Nónne sanctiùs feciſſet, prosecutionem inceptam in vnitate confouere, quàm pecuniam in fomentum diuisionis & rerum turbationem consumere? Assentiat ipse, quæsumus, aliquando saltem in hoc tanto fidei negocio huius sanctæ synodi tenere vnitatem, quæ loca opportunissima in his partibus citramontanis elegit, vbi potentissimi principes Christiani & vniuersitates studentium, præsertim in sacra theologia, pax quoq; & securitas magis abundant: vbi ad honorem Ecclesiæ Latinæ potest haberi conuentus celebrior, & ad bonũ fidei ac ipsius vnionis desideratæ efficacior. Nec ipse dominus Eugenius laborem veniendi ad hæc loca recusare debet, qui etiã in loca remotiora pro tanto bono proficisci deberet, ostendendo se fidelem Christi vicarium, qui pro salute gregis sui de cælo descendit, præsertim cùm & ipse dominus Eugenius in hac epistola profiteatur se velle pati mortem pro reductione Orientalis Ecclesiæ, pro qua tamẽ (quod dolenter referimus) induci adhuc non potuit, vt extra Italiã egredi vellet. quod si voluisset, poterat toti Ecclesię dare pacem. imò & nostri oratores ad eũ missi, obtinere non potuerunt, vt pro Græcis conducendis ad loca per nos electa, saluum conductum donaret, quem seculares principes vniuersi liberalissimè concedebant. Non autem ipse conari debet Græcos ad locum nõ electum per hanc sanctam synodum, euocare: quæ solùm tria loca elegit, cùm & Græci pepigerint in locum per nos eligendum aduenire: nec pati debet hæc sancta synodus, vt aduersus pacta inita & contra sanctorum decretorum suorum tenorem, concilium hoc œcumenicum in alio loco sine suo consensu cum Græcis ipsis celebretur, vbi certa sequeretur Latinæ Ecclesiæ confusio, & incertus esset vnionis Græcorum aduentus. posset q; contingere & illam vnionem non perfici, & Latinam Ecclesiam in confusione ac deformatione manere, authoritate synodali ipsius Latinæ vniuersalis Ecclesiæ miserabiliter cõculcata & prostrata. quæ nullatenus permittere possumus, sed Ecclesiæ retinebimus Deo fauente firmitatem & authoritatem, atque nihilominùs vnionem Græcorum iuxta conuenta pro viribus prosequemur. Interserit autem præmissa epistola veluti pro relatione *crimini, quòd in hac sancta synodo dispensationes, commutationes votorum venduntur ac beneficia. Sed nescimus vndè hæc acceperit, nisi forsitan impugnare velit, quòd in concessione indulgentiarum largientibus pia subsidia in opus Græcorum, indultum est, vt commutationes votorum & dispensationes aliquas obtinere possint. Nunquid & hoc illicitum est, quòd illi sua peccata eleemosynis redimant, quæ eleemosynæ in prosecutionem illius saluberrimæ vnionis Græcorum manifestè conuertuntur? quomodo autem alias dispensationes, quæ hîc conceduntur, vendi asserat, cùm homines hîc ad matrem suam Ecclesiam congregatam pro dispensationibus obtinendis sæpè refugere notum sit, ne illas magnas exactiones pecuniarum subire cogantur, quæ in curia ipsius domini Eugenij palàm constat exerceri? Signet nobis vnũ, qui in hac synodo beneficium aut dispensationem vel aliquod tale vendiderit, & videbit nos protinus debitum iustitiæ peragere. Dicit nos beneficiorum collationem, sibi plerunq; adimendo illa, de facto conferre: sed si antiquarum synodorũ acta per-

Immò Græci cum Eugenio & Ecclesia Romana sese amărer coiunxerunt.

Et tamẽ celebratũ est alibi, & qui dem felicister.

Dan. 4.

legerit,quæ episcopos sæpenumerò instituerunt & destituerunt: imò etiã Nicena synodus Eustathium episcopum de Nicea Beroæ in Antiochiam transtulit: si etiam Mat-
Act.1, & 6. thiam apostolum & primos septem diaconos per cõcilia primitiuæ Ecclesiæ fuisse assumptos meminerit,non negabit in ipsis beneficijs per synodũ vniuersalem ministros iustitiæ instituj posse:quod tamen rarissimè nos egimus, imò collationẽ beneficiorum per ipsum dominum Eugenium sustinuimus exerceri, licet multas inordinationes gratiarum expectatiuarum & nominationum agere conspiceretur: quibus mediantibus, in expugnationem ipsius sanctæ synodi & vniuersalis Ecclesiæ,varios sibi conabatur exquirere fauores. sed cupiebamus semper fouere vnitatem & pacẽ. Verba plurima per hanc epistolam in nos grauia proferuntur, quæ etiam, occulta cordium sine affectibus dijudicans, dicit, quòd creditur in cordibus nostris potissimè inesse auaritiæ ardorem. Eccè dum substantias nostras consumimus, dum promotiones & beneficia non quærimus, & ad bonum vniuersalis Ecclesiæ nostra vertimus studia,auari vocamur. Protestatur huius epistolæ principiũ, nostra (vt inquit) sacrilegia iuridicè retundere, superstitiones & errores velle sopiri. Sed dum ipse dominus Eugenius iustitiam suam proferre debuit,refugit iudicium:dissoluit,quantùm in se est, concilium. Et insuper quæ in Ecclesiam Dei proferat, quo pacto excusationes in peccatis adducat,præmissa testantur, quæ certè dolenter proferimus. Nam ipsum & rectius sapere, & loqui veracius atq; honestius optaremus, nec ita coram mundo proprij animi efferre passionem. Sed cùm omnia dixit quæcunque voluit,vbi sunt illa sacrilegia? vbi superstitiones? vbi errores quos nobis inesse dicebat, & quos sopire pollicebatur?Melius quidem fuisset,verba tã iniuriosa subticere, vbi nullam penitus in re ipsa apparentiã afferre potuit,nec Deo fauente afferet in æternũ. Nec propter opprobriorum talium aut quarum libet detractionum dissemination em, prosecutionẽ boni communis & defensionem vniuersalis Ecclesiæ atq; conciliorum generalium, quibus robur fidei catholicæ duce Christo innititur,eodem adiuuante deseremus. Paucitatem nobis & imperitiam obijcit eadem epistola. sed si veritatem amplecti velit,nullam huius sanctæ synodi conclusionẽ in omnibus his quæ decretata fuerunt, cœptamí inueniet, in quam non longè maior pars prælatorum,maior pars doctorum, maior deniq; pars omnium notabilium virorum consenserit.imò plusquam duæ partes concilij in id ipsum conuenerunt, quod est copiosè congregatum. & si omnium peritiam atq; dona ex largitate sancti spiritus distributa diuidentis vnicuiq; prout vult, consideratius examinasset, parcius talia loqueretur. Tandem illa subticendo quæ in emanata citatione dicebantur, vos Christi fideles exhortatur, vt schismata impijssima & horrenda (vt inquit) scandala deuitetis, nostrosq; conatus quos impijssimos dicit, reprimere studeatis:quæ iam omnia etsi grauissimarum iniuriarum plena sunt, mansuetè tolerare polliciti sumus, cùm non nobis sit animus verbis contendere, sed totis conatibus perquirere,quid commodius,quid conuenientius agendum sit pro ecclesiastica salute. sed dominus Eugenius schisma se abhorrere ostendit, & sub timore schismatis in hoc animos hominum perducere, vt aduersus hanc sanctam synodum liberè agere possit quecunq; volet,& diuisionẽ quam ab exordio (vt præmissum est) inchoauit,ita conducere, vt confundatur synodalis authoritas, & libitum suæ prævaleat voluntatis, atq; sub velamine comminati schismatis,ipse corrigi non valeat: quæ res etiam exemplum pernicioſum afferret posteris, in magnam Ecclesię desolationem.Nam quicquid summi pontifices vellent in futurum, pro libito agere hoc possent, omni sublato timore, confidentes ob metum schismatis nunquam eorum correctionem per concilia generalia tentari posse. Insuper dum schisma dissuadet,ipse actu schisma pernicioſissimum duorum conciliorum, quale nunquam auditum est, erigit, euocando aliud concilium in ciuitatem Ferrariensem, contra decreta concilij Constantiensis & istius, ac etiam illa quæ sunt Græcis promissa, quæ ipse expressè approbauit. Nos autem fauente Christi gratia, nullum schisma facimus: imò veram Ecclesię prosequimur vnitatem, vt videlicet tã ipse Romanus põtifex quàm cæteri omnes, vnanimiter teneant vnitatem Ecclesiæ congregatæ, & non se separent ab his quæ vniuersali consensu sunt constituta. soliditatem Petri teneant, quæ non in vnius solius personæ voluntate cõsistit, quæ quotidiè errare potest,cùm & aliqui Roma- Ego pro te
ni pontifices in errorem lapsi sint: sed ma- rogaui Pe-
ximè residet in vniuersalis Ecclesiæ catho- tre, vt non
licæ conuentu,quem Christus,caput verum deficiat fi-
ipsius, non deseret vsque ad consummatio- des tua.
nem seculi. Matth.28.
Vtq; omnes idem sapiant cum Ecclesia congregata, & cessent illa schismata, quæ proh dolor in oculis nostris iam vigere conspicimus,dum ipse dominus Eugenius in diuisione inchoata nimium perseueret, qui etiam rursum ad dissolutionem semel reuocatam reuertitur, assidueq; bonum vniuersalis Ecclesiæ conturbat: & nihilominus adhuc expectamus,hoc maximè desiderantes, vt omnes prælati & principes Christiani ac cæteri fideles, iunctis animis & concordi sententia,in his discriminibus consulant publicæ saluti ac regimini salutari totius Ecclesiæ: nam res omnium agitur.

hoc

hoc petimus & requirimus, vt ecclesiasticorũ copiosus numerus ex omni regione huc affluat,sicut ad hanc synodum vniuersi status Ecclesiæ sunt legitimè vocati, & pariter deliberent, quid potius pro vnitate conseruanda & omnibus rebus Ecclesiæ feliciter ordinandis expediat. Vniuersos quoq; iam intelligere speramus, hoc non esse schisma quærere, sed potius velle schisma perpetuum deuitare: quod contingeret, si summi
Hoc Eugenius non fecit. pontifices nostri temporis à sacris concilijs, quorum instituta sui prædecessores maximè exequi curabant, se vellent pro libito voluntatis assiduè disiungere, & eisdem repugnare: cognoscentq; iam cuncti apertius, quanta sit necessitas pro soliditate fidei & Ecclesiæ retinere conciliorum vnitatẽ, quæ dum magis oppugnatur,tanto magis in animis hominũ elucescit: hoc disponente omnipotenti Deo,qui mala esse nõ sineret, nisi potens esset bona etiam ex eis elicere. Ideo dilecti Ecclesiæ filij principes Christiani & vniuersi fideles, his rebus per Dei gratiam intellectis, cognoscetis vbi veritas & iustitia resideat, per quam ad pacem possumus per-
Sed æquum erat vos in re non mala potiùs à propria voluntate discedere, & põtifici obtemperare. uenire salutarem. Vos ipsi iuuate & orate,vt dominus Eugenius Romanus pontifex meliori fretus consilio,& propria volũtate paulum inclinata,ad pacem, vnitatem & salutare regimen ecclesiarum & animarum, benignius se conuertat. & illum in visceribus charitatis hęc sancta synodus paratis animis amplexabitur, totis viribus adiutura,vt ipse in omnibus bonis semper abundet.ad hanc quoq; ciuitatem veniant vniuersi,qui de iure vel consuetudine concilijs generalibus interesse tenentur. Mittant huc principes seculi suos oratores, vt super cunctis quæ pro bono Ecclesiæ agenda sunt, communi omnium consensu capiatur conclusio salutaris, & in omni pace ac tranquillitate cuncta disponantur ad gloriam nominis Christi & salutem Ecclesiæ suæ, qui est Deus benedictus in secula seculorum.

Datum in nostra generali congregatione in Ecclesia maiori Basileensi solenniter celebrata xiiij. Calendas Nouembris, Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoseptimo.

RESPONSIO SYNODALIS, FACTA oratoribus Electorum imperij Romani &c. instantibus vt supersederetur in processu papæ Eugenij.

SAcrosancta &c. ad futuram rei memoriam. Audiuit hæc sancta synodus affectionem deuotissimam venerabilium archiepiscoporũ & cæterorum illustriũ Principum Electorum sacri imperij,ad pacem & quietem Ecclesiæ, quã vos egregij ipsorum oratores in nostra congregatione generali diserta oratione reseraſtis. vicissim quoque audierunt discretiones vestræ zelum synce-
rum, quem sancta eadem synodus ad ipsius Ecclesiæ salutem & pacem semper gessit, veluti per venerabilem archiepiscopum Panormitanũ ex ordinatione huius sacri concilij fuit in eadem congregatione latius explicatum. Deinceps pro affectu quem ad pacem in cordibus nostris sedulò gerimus, ab eisdem discretionibus vestris inter deputatos huius sacri concilij quæsitum est, vt media ad pacem ipsam opportuna velletis aperire. Nam hæc sancta synodus omnia media intẽdebat gratis animis amplexari, per quæ authoritas Ecclesiæ seruaretur illæsa, & reformatio tantis expetita temporibus, & pro qua iam in concilijs Constantiensi, Senensi, & isto Basileensi tot sunt adhibiti labores,aliquem tandem fructuosum sortiretur effectum,ad Dei gloriam & animarum salutem. Vos verò pacis inueniendæ spem vos habere dixistis, si suspenderetur processus aduersus dominum Eugenium papã quartum inchoatus,& interim opera daretur per dominos vestros illustres, vt ipse dominus Eugenius dissolutionem prætensam concilij per eum attentatam reuocaret, & ea quæ aduersus hoc sacrum concilium egerat, de quibus atq; etiam de iustitia ipsius concilij dominos vestros *planè informatos esse cõ- *plenè
memoraſtis. Vtque insuper idem dominus Eugenius decreta synodalia susciperet, & de congregando concilio pro Græcis se nõ intromitteret, sed fieret apud Græcos ipsos instantia, vt venirent ad aliquem trium locorum electorum per concilium. quod si obtineri non posset, videretur de aliquo tertio loco eligendo, qui & concilio & papæ tutus & accommodus foret,adijciẽtes quòd ad papam super his destinaremus oratores. Et tandem si concordia aliter non posset inueniri,super ipsius tertij loci electione cõcilium & papa in aliquos compromitterẽt. Quibus per vos ex optima intentione & zelo syncero (vt credimus) expressis, matura deliberatione præhabita,duximus hoc modo respondendum: Laudamus & commendamus plurimum deuotionem venerabilium archipræsulum & cęterorum illustrium dominorum vestrorum atq; vestram,quam simul & iustitiam huius sacri Concilij attentius considerare, & pacis media inuenire conari conspicimus, laboribusq; ipsorum & vestris gratia est habenda. Nos quoque ea cupimus efficere, quæ ad pacem salutarem consequendam, & piorum vestrorum desideriorum consummationem efficaciora sint.Speramus autem,fauente Christi clementia, pacem ipsam nobis & vobis pariter desideratam, inueniri posse, si sororem pacis iustitiam non prorsus abiecerimus. Nam ita iustitia & pax osculatæ sunt, atque tali vinculo fœderatæ, vt quisquis

*p 4 vnam

vnam ſine altera quærit, neutram valeat amplecti. Si conſtantibus animis viam iuſtitiæ & veritatis ingrediamur, authoritatem Eccleſiæ & determinationes fidei iam in pluribus concilijs promulgatas, atq; per vniuerſalem Eccleſiã approbatas, totis viribus defendamus, quæ concorditer acclamant, Romanum pontificem teneri obedire vniuerſalibus concilijs in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationẽ Eccleſiæ in capite & membris, ac pertinentibus ad ea: vt quod veritas ipſa declarata ſonat, opere impleatur, pacem optimam & nunc & in futurũ vniuerſa Eccleſia conſequetur. Nec Romani pontifices pro libito ſuæ voluntatis implendæ aduerſus vniuerſales ſynodos tanta bella mouebunt in continuam perturbationem Eccleſiæ, ſed benignè amplexabuntur, quæ vniuerſali conſenſu ſunt inſtituta pro ædificatione ipſius Eccleſiæ & animarum ſalute. Ipſi quoque hoc pacto à ſynodis vniuerſalibus omni fauore & honore tractari merebuntur. Inducunt nos prætereà exiſtimare de futuris, dominũ Eugenium papam quartum faciliùs ad hãc pacem inclinari poſſe pro ſalute animæ ſuæ & totius Eccleſiæ, ſi proceſſus inchoatus per hanc ſanctam ſynodum cõtinuetur, quàm ſi eodem proceſſu ſuſpenſo, nudis precibus de hoc interpellẽtur. Meminiſtis, vt credimus, dum altera vice concilium diſſoluerat, neq; precibus inclytæ memoriæ Sigiſmundi Imperatoris Romanorum, nec archipræſulum & cæterorum illuſtrium principum electorum ſacri imperij, aut quorumlibet aliorum, ad huiuſmodi reuocandam diſſolutionem induci potuiſſe, donec ad ſuſpenſionem ipſius ab adminiſtratione papali hæc ſancta ſynodus procedere decreuit. Vbi verò nunc longè grauiora, longè duriora peregit, & ſemel reuocatam diſſolutionem iterum attentauit, quid putandum eſt ex dilatione proceſſus euenturum, niſi duriorem ipſius in cœpto propoſito perſiſtentiã? Iam ſemel poſt eius accuſatam contumaciam, dilationem ſexaginta dierum ad inſtantiam præfati imperatoris ac illuſtrium dominorum veſtrorum dedimus. Et poſt lapſum illorum adhuc alijs plurimis diebus expectauimus. Quid iſtæ dilationes profecerint, vos ipſi conſpicitis: quoniam etiam dominos veſtros illuſtres literas & nuncios ad eundem dominum Eugenium miſiſſe commemoratis. Et quanquam plurimùm ſit eorum diligentia commendanda, nihil tamen ad ſalutem Eccleſiæ Dei obtentum eſt. Interim ipſe dominus Eugenius literas & nuncios ad diuerſas regiones miſit, in huius concilij expugnationem: interim plurimos ad adeundum prætenſum Ferrarienſe concilium conuocare ſtuduit, in ſciſſuram Eccleſiæ: interim laborauit vt Græcos ad locum quem vellet, poſſet adducere, vt ſub vmbra

Vide Bullã retractationum Pij 2. quæ infrà habetur.

conuentionis eorum, correctionem effugere, & obedientiam quam huic ſanctæ ſynodo exhibere tenetur, eludere valeret. Cuius rei aſſequendæ gratia, iam aduerſus honorem Eccleſiæ Latinæ plurima ſcandala per ipſum dominum Eugenium atque ſuos, etiam in oculis Græcorum commiſſa ſunt: & nunc in foribus eſt ſchiſma inauditum duorum conciliorum, per erectionem ipſius prætenſi concilij Ferrarienſis. Iam imminet ſperatæ reformationis extinctio, authoritatis vniuerſalis Eccleſiæ proſtratio, ſi non celeriter occurratur. neq; aliud remedium nobis ſupereſt, quàm vt per continuationem proceſſus & iuſtam ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali, ipſe dominus Eugenius ad viam iuſtitiæ & ſemitam veritatis reducatur, per quam pax gratiſsima nõ tantùm in hoc tempore, ſed & diebus futuris donetur populo Dei. Nec iſta ſuſpenſio eſt ipſius depoſitio. adhuc illa differetur. nec ad eam niſi cum magna maturitate hæc ſancta ſynodus procedere intendit. & interim illuſtrium dominorum veſtrorũ pia deuotio apud ipſum dominum Eugenium laborare poterit, vt pacem Eccleſiæ donet. longè quoque faciliùs, Deo adiuuante, ſua conſequentur deſideria, vehementiusq; dominum ipſum ad pacis amplexus excitabunt, imminente depoſitione ſua, ſi non aſſenſerit precibus ipſorum, quàm ſi ſuſpenderetur proceſſus. erit enim per Dei gratiam hæc ſuſpenſio nõ lœtalis vulneratio, ſed medicina ſalutaris. habebitisque in vlteriori dilatione quod à nobis expoſcitis, tempus proſequendi ſalubria media pacis, ad quorum cupitos amplexus hanc ſanctam ſynodũ ſemper pacatam inuenietis. Offert autẽ hæc ſancta ſynodus venerabilibus archiepiſcopis & cæteris illuſtribus dominis veſtris plurimo honore digniſsimis, quicquid ad pacem & proſperitatem ſacri imperij & omnium prælatorum atque principum inclytæ Germaniæ efficere poterit, exhortans in domino deuotiones eorum, vt ſaluti Eccleſiæ ac paci ſemper intendant, benignosq; fauores ſemper & auxilia huic ſanctæ ſynodo iugiter largiantur: & cum bona concordia atq; diligentia debita talem futurum Imperatorem eligere curent, qui languoribus vniuerſalis Eccleſiæ ſua aduocatione ſubuenire poſsit, & vniuerſum populum Dei inter præſentium temporum calamitates conſolari: ad ipſius omnipotentis Dei gloriam & honorem, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, xvj. Calendas Februarij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo.

RESPON-

RESPONSIO SYNODALIS AD FVNdamenta & rationes primæ & ſecundæ ſeſſionum conuenticuli Ferrarienſis, oſtendens quòd papa erigendo ipſum conuenticulum, introduxit ſchiſma in Eccleſia Dei.

Ferrarienſem ſynodum & Latini & Græci venerantur.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Vt inter varias fluctuum procellas, quibus nauicula Petri (ſacroſancta videlicet Chriſti Eccleſia) agitatur, cuncti fideles portũ veritatis conſpiciant, in quo animæ ipſorũ ſalubriter quieſcere poſsint in acquiſitionem æternæ ſalutis, nec timeant fluctus varios tribulationũ, quæ aduerſus veritatẽ ipſam & Eccleſiæ ſtabilitatem excitantur, ſed vſq; in aduentum domini ſtabiles atq; firmi permaneãt: apertiſsimè coram omnibus viuentibus declarare duxit hæc ſancta ſynodus, quid in fauorem defendendæ veritatis ad ſtatus Eccleſiæ conſeruationem & diuinæ legis obſeruationem, indefeſsè proſequitur.

Hæc reprobrauit & dãnauit Eugenius 4. vt habetur ſuprà ſeſſione 38.

Hæc enim veritas eſt, quòd Romani pontifices concilia vniuerſalia actu congregata, diſſoluere ſine ipſorum conſenſu conciliorum non poſſunt, neque de loco ad locum mutare aut prorogare. Hæc iterum eſt veritas, quòd concilium vniuerſale poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui Romanus pontifex tenetur obedire, in his præſertim, quæ fidem concernunt, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Hæc eſt etiam veritas, quòd Romanus pontifex non poteſt ea immutare, quæ concernunt vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum, quæ quidem veritates ſibi mutuò cohærent. Si enim liceret Romano pontifici congregatum concilium diſſoluere, prorogare, de loco ad locum transferre contra ipſius cõſenſum: & dum in vno concilio agerentur, quę ſibi non placerent in facto fidei aut generalis reformationis aut ſchiſmatis & taliũ, huiuſmodi transferre ad alium locũ placitum ſibi, & ibi homines congregare: & ſi ibi iterum non fieret quod vellet, tranſmutare in locum alterum, ſicq; totam Eccleſiam de loco ad locum ducere & reducere: quis non intelligit, ex hoc obedientiam ipſius ad vniuerſale concilium, Eccleſiam militantem repręſentans, poſſe fruſtrari? Quomodò enim concilium papam in facto fidei, generalis reformationis, & cæteris iudicare poterit, ſi illicò vt iudicare cœperit, valeat per papam diſſolui aut mutari? Quis intellectus hoc capit, vt concilio in papam iuriſdictionem exercere donatum ſit à domino, & tamen concilium ipſum ſe in aliquo loco ſtabilire non poſsit, in quo iuriſdictionem huiuſmodi exerceat, ſed ex voluntate papæ totaliter dependeat ipſius mutatio? Qualiter in his quæ ſunt fidei, obediet concilio, ſi concilium vniuerſale pro declarationibus fidei & extirpationibus hæreſum congregatũ, dum voluerit, in quemcunque locum citramarinum aut vltramarinum mutare poſsit contra conſenſum ipſius? & iam dominus Eugenius papa quartus pridem in Conſtantinopoli conuentionẽ Latinorum cum Græcis habere volebat, quam ipſi Græci ſynodum vniuerſalem fore dicebant, quod in effectum deduci nõ potuit, dum hoc ſacrum Baſileenſe concilium nequaquam *conſentijt, arbitrans ex ea re grauia detrimẽta poſſe Latinæ Eccleſiæ imminere. Quomodò deniq; Eccleſiam congregatam audire compelletur Romanus pontifex, ſi ipſius congregationem, prout ei videbitur, valeat immutare? Cuius Eccleſiæ authoritas, reſpectu cuiuslibet fidelis cuiuſcunq; dignitatis, in ipſis verbis Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri fundata eſt, dicentis Simoni Petro: Si te non audierit, dic Eccleſiæ: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: Et quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Subdẽs poſt pauca: Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Ex quibus diuinis verbis authoritatem eſſe attributam Eccleſiæ congregatæ & vniuerſali concilio ſuper quemcunq; fidelem cuiuſcunq; dignitatis, oſtenditur: ad cuius Eccleſię iudicium etiam Petrum, & in eo quemlibet ſucceſſorem Romanum pontificem, Chriſtus recurrere iubet, atque illius acquieſcere iudicio. quod & doctorum ac ſanctorum doctrinæ, declarationeſq; ſacrorum conciliorum plenè affirmant. & dum his nouiſsimis temporibus ex doctrinis malè intellectis, nonnulli argumenta & dubia aduerſus authoritatẽ ipſorum vniuerſalium conciliorum afferre conabantur, frequenter ea quæ de Romano pontifice erga ſingulos diſperſos ſcripta erant, ad vniuerſalis concilij congregationem applicantes, celeberrimum Conſtantienſe concilium dubitationum talium hæſitationem à mentibus fidelium ſuſtulit, & viam futuris præcluſit erroribus. Sed neq; à principio naſcẽtis Eccleſiæ vſq; in hoc tempus auditum eſt, quempiam Romanorum pontificum hoc attentare, vt concilium Eccleſiæ quod vniuerſale reputaret, contra conſenſum ipſius de loco ad locum ducere, aut ipſum diſſoluere præſumeret. Nunquid beatiſsimus Petrus apoſtolorum & diſcipulorum domini congregationem, dum celebraretur, voluit aliquando ipſis inuitis diſſoluere, aut in aliam mutare regionẽ? Nunquid aliquis aliorũ id ipſum agere viſus eſt, vſq; quò aduenit ipſe dominus Eugenius, qui hanc ſanctam ſynodum Baſileenſem legitimè*

for. *conſenſit,

Matth. 18. Hæc nihil faciunt contra authoritatem Pontificis.

Epheſina 2. ſynodus legitimè coacta, per Leonem papã dãnata eſt, & illo volente aliò translata.

gitimè congregatum in ſpiritu ſancto, paulò poſt eius prima exordia, diſſoluere & in aliud tempus prorogare, atq; in ciuitatem Bononienſem transferre tentauit, dicens ſe ob cauſam reductionis Græcorum id agere, ſicuti ex tenore literarum ſuarum ſuper huiuſmodi diſſolutione factarũ apparuit? Sed continuò fuit ei declarata ſupradicta veritas, quòd concilium congregatum diſſoluere, prorogare aut transferre non poterat ſine conſenſu ipſius, & in ſecunda ſeſſione eiuſdem ſanctæ ſynodi poſita eſt eadem declaratio, vbi poſt recitationem duarum declarationũ Conſtantienſis concilij, hæc verba ponuntur: Præmiſſis igitur & nonnullis alijs Conſtantienſis concilij attentis, præſertim capituli quod incipit, Frequens, prælibata ſynodus Baſileenſis decernit & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione ac morum generali reformatione in capite & in membris, necnon pace inter Chriſtianos procuranda, vt præmittitur, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate prefulgeat, diſſolui aut ad alium locũ tranſferri, ſeu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum, abſq; eiuſdem ſynodi Baſileenſis deliberatione & conſenſu. Hæc habentur in præfata ſeſſione. Deinceps autem verbis illis vtamur, quæ in decreto duodecimæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi, in qua etiam ſeptem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales præſentes erant, legatusq; ſedis Apoſtolicæ præſidebat, poſita ſunt: dominus Eugenius ad nos quatuor oratores tranſmiſit, non vt emendarent, ſed errata defenderent: nosq; increparent, quòd mox ſuæ prætenſæ nõ paruiſſemus diſſolutioni. quibus per reſponſiones huius ſacri concilij veritas tam iuris diuini & humani, quòd ſine conſenſu concilij ipſum diſſoluere nequiuerat: quàm facti, quòd cauſæ prætenſæ diſſolutionis veræ non fuerant, extitit luce clariùs patefacta. Hæc ilico tunc diximus, commemorantes illam eſſe veritatem iuris diuini & humani, quòd ſine conſenſu concilij ipſum diſſoluere nequiuerat, prout latiùs in quadam reſponſione noſtra, incipiente, Cogitanti &c. fuerat declaratũ. Sed & quantum nobis cordi eſſet, hanc iuris diuini & humani veritatem, prout tenebamur, defendere, & errori contrario reſiſtere, in altera noſtra reſpõſione, quæ incipit, Sperauit &c. data oratoribus ipſius domini Eugenij in noſtra cõgregatione generali, in qua & ipſi cardinales numero ſeptem & legatus Apoſtolicus præſentes aderant, apertè oſtendimus, hæc verba inter cætera proferẽtes: Caſſetur ergo concilium Conſtantienſe, & decreta ſanctorum patrum, quæ declarant, in his quæ vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum concernunt, papam nihil poſſe immutare. Frũſtrà enim membranas occupãt, ſi vnico verbo papa poteſt illa mutare: & quod deterius eſt, authoritate Eccleſiæ talia poſſe videretur, ſi poſt huiuſmodi contradictionem inter concilium & papam ortam, concilium quaſi victum liti cederet, & ipſum & alios Romanos pontifices in poſſeſſionem diſſoluendi concilia poneret. Et poſt pauca ſequitur: Mori malumus, quàm tanto errori per ignauiam cedere. Deinde ſubiungitur ibidem: Hic articulus de quo diſceptamus, fidem concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius Eccleſiam ſanctam non audierit, quam hoc ſacrum concilium repræſentat, oportebit tandem haberi vt ethnicum & publicanum. Si Eccleſiam ampliùs offendere non vult, recognoſcere neceſſe habet, hoc verum fuiſſe & eſſe concilium, ipſumq; diſſoluere nequiuiſſe. Hæc ſunt verba reſponſionis illius, quæ hîc inſerenda duximus, malentes antiqua repetere, quàm noua proferre. Inſuper declaratum eſt in octaua ſeſſione: Si Romanus pontifex aliud concilium erigeret, durante iſto, non fore concilium, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum. Deinde duodecima ſeſſione generaliter aduerſus Romanos pontifices cõcilia generalia diſſoluere, prorogare, aut de loco ad locum mutare volentes ſine conſenſu ipſorum conciliorum, pœnæ ſuſpẽſionis & depoſitionis decretę ſunt. Demum autem cùm iam vltra annum & dimidium ipſe dominus Eugenius aduerſus præfatam veritatem repugnaſſet, præcepit ſibi & mãdauit hæc ſancta ſynodus per præfatum decretum duodecimæ ſeſſionis, vt diſſolutionem per eum attentatam reuocaret, & hoc ſacrum Baſileenſe concilium legitimè inchoatum, declararet, à tempore huiuſmodi inchoationis continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, continuariq; ac proſecutionem habere debere: quod ſi nõ faceret, infra terminum ſexaginta dierum, ex tunc adueniente termino, eſſet ab omni adminiſtratione papali ſuſpenſus: tandẽ huic monitioni paruit, & in forma ſibi per hoc ſacrum concilium in decimaquarta ſeſſione ipſius deſignata, reuocationẽ fecit per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas, decernens & declarans de conſilio & aſſenſu cardinalium ſibi tunc aſſiſtentium, generale Baſileenſe conciliũ à tempore prædictæ inchoationis ſuæ legitimè continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, continuari & proſecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet: declarans etiam præfatam diſſolutionem irritam & inanem, reuocans inſuper, caſſans & irritans duas literas ſuas in palatio Apoſtolico promulgatas, & tertias incipientes, Deus nouit, & quicquid ſuo nomine in prejudicium aut derogatio-

Sed ipſe legatus & multi alij ad Eugenium redierunt relictis Baſileenſibus.

Tota Eccleſia aliter ſentit de cõcilio Ferrarienſi & Florentino.

Sed ſcribit Platina adeò tunc eum bellis vndiq; fuiſſe vexatũ, vt vix ei reſpirandi facultas dare tur. Itaque poſtea ſententiã mutauit.

gationem prædicti ſacri Baſileenſis concilij, ſeu contra eius authoritatem factum, attentatum ſeu aſſertum erat, eadem nulla & irrita fuiſſe declarando, addens quòd à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro concilio, vel ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſteret. Quibus per dominum Eugenium ſic ſolenniter decretatis & declaratis, arbitrati ſumus eundẽ iam illi veritati mente integra, prout tenebatur, adhærere, quòd concilium vniuerſale diſſoluere nõ poterat ſine conſenſu ipſius, dum illam diſſolutionem quam vltra duos annos ſuſtinuerat, & translationem in Bononiã, quamq; per totum orbem publicauerat, quam etiam propter cauſam reductionis Græcorum factam eſſe dicebat, irritam & inanem eſſe decreuit, dicens, illa non obſtante, ſacrum Baſileenſe concilium à tempore inchoationis ſuæ legitimè continuatum fuiſſe. quod quidẽ nullatenùs legitimè continuatum eſſe poterat, ſi poteſtatẽ diſſoluendi & transferendi ſine conſenſu concilij ex cauſa quam neceſſariã arbitrabatur, habuerat. Sic iam illam veritatem iuris diuini & humani, illum articulum qui fidem concernit, vt præmiſimus, etiam dominus ipſe Eugenius approbauit, totaq; Eccleſia & populus Chriſtianus in hac veritate conquieuit. Sed heu dolor vehementiſſimus rurſum vniuerſam conturbat Eccleſiam, dum enim ſacrum hoc Baſileenſe concilium videns maximam eſſe deſolationem, cuius reformationi & ſalutari gubernationi pro honore Dei & ſalute animarũ iam multis quæſitæ laboribus, & toti populo Chriſtiano deſideratæ, ipſe dominus Eugenius multis annis obſtiterat, qui cæteris omnib⁹ viam ſalutis debuerat oſtendere: videns etiam grauiſſimam ſciſſuram, quam dominus Eugenius in Eccleſia excitauerat, galeas & oratores in Græciam tranſmittendo aduerſus legationem huius ſanctæ ſynodi ibidem deſtinatam cum multa impenſa facultatum noſtrarum, & earum quæ ex gratuitis ſubſidijs fidelium populorum collectę ſunt, atq; illa perturbando, quæ cum Imperatore Romeorum & patriarcha Conſtantinopolitano eadem hæc ſancta ſynodus concordauerat, quibus & ipſa ex integro ſatisfecit, vt ſic ipſe domin⁹ Eugenius poſſet ad locũ quem vellet, modis indebitis vniuerſam perducere Eccleſiam, vbi poſſet dictare quæ ſibi placerent, obedientiam huius ſanctæ ſynodi & reformationem ſubterfugiendo, decretaq; concilij Conſtantienſis & iſtius ac veritates declaratas illudendo: qui & nunc Florentiã pro loco concilij habere volens, nunc illa relicta, Bononiam aut Ferrariam, vel locum alium pro libito ſuæ voluntatis pro ipſo concilio aſsignare, iam ad id manifeſtè redibat, quòd concilia vniuerſalia de loco ad locum ducere & mutare vellet, put ſibi videretur: videns ſacrum conciliũ hæc & alia plurima per dominum Eugenium in offenſam diuinæ maieſtatis & totius Eccleſiæ de facto attentari, voluit (prout tenebatur) remedium apponere, & regimini ipſius Eccleſiæ Dei, prouiſionem quærere ſalutarem. Tunc dominus Eugenius iterum de facto vniuerſale concilium ſine conſenſu eius diſſoluere, & in ciuitatem Ferrarienſem transferre *dixit, for. *ſe dixit, caſu quo contra ipſum aut aliquẽ oratorum ſuorum præſidentium in concilio, procederetur, aſſerens ſe hoc facere ex authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis: iterum veritatẽ tantoperè declaratam, vehementiùs oppugnare aggreſſus eſt, præfigens etiam terminum triginta dierum, vltra quos hanc ſanctam ſynodum in facto Bohemorum, quicquam agere prohibebat: & iuriſdictionẽ ſupra concilium aſſumens in his, quæ reformationem generalem Eccleſiæ, ac etiam fidem concernebant: atque illi veritati declaratæ expreſsè repugnans, quæ ipſum aſſerit teneri obedire vniuerſali concilio in iſtis & pertinentibus ad ea. Adiecitq; ipſe domin⁹ Eugenius pœnas & cenſuras, ſi contrà factum eſſet, totum decernens irritum & inane. Quis nõ videt hîc veritatem conculcari, ſtabilitatem & firmitatem Eccleſiæ proſterni, ſi non diuina clementia ex alto prouideret, atq; ſeruis ſtis in eius nomine congregatis, virtutẽ reſiſtendi præſtaret, opponendiq; ſe murũ pro domo Ezech. 13. Iſrael, & oſtendendi exemplo * ſcãdalum in for. *ſtandũ prælio in die domini? Quid vltrà? dominus Eugenius ſe æſtimãs exinde fieri fortiorem in hac expugnatione veritatis, conuenticulum apud Ferrariam ſub nomine concilij generalis erexit, ſchiſma grauiſſimum realiter inducendo: quod quidem fore conuenticulum ſchiſmaticorum, apertè fuerat declaratum. Ex his omnibus euidentiùs conſtare poteſt, conſiderantibus veritatis illius claritatem apertiſsimam, quòd papa vniuerſale concilium cõtra conſenſum ipſius concilij diſſoluere non poteſt, aut de loco ad locum tranſmutare, quam omnes docti & indocti ex ſupradictis lucidiſsimè conſpicere poſſunt. Quid igitur neceſſe eſt, vt fundamenta ipſorum Ferrarię conuenientium conemur eludere, quæ in prætenſa ſua prima ſeſſione poſuerunt, allegãtes decretum noſtrum decimænonæ ſeſſionis per papam approbatũ, cui manifeſtiſsimè illius cõciliabuli erectio contradixit? Nam in eo decreto cauetur, vt concilium Baſileæ firmum remaneat, donec Græci ad portum applicuerint, qui portus ſimiliter & locus futuri concilij, non per papam, neque per aliquem alium, ſed per Concilium aut eius oratores determinari debebant. Videant ſi hoc obſeruauerunt, & qualis ratio fundamentalis ſuæ prætenſæ ſeſſionis fuerit, aduertant. Subiecerunt etiam de ſchedula, quam apud nos con-

concluſam dicunt, & conuentionalem appellant, quaſi ex ea erectionis talis conciliabuli velint aliquam apparentiam aſſumere. Sed ſi omnes ſchedulas huius ſacri concilij ab ipſius exordio legant & relegant, nunquam inuenient, ex verbis aut ſcriptis aut intentione eiuſdem concilij proceſsiſſe, vt domino Eugenio concederetur, quòd ſub quocunq; colore poſſet pro tranſmutatione concilij nunc Florentiam, nunc Bononiam, nunc Ferrariam aſsignare, aut ipſum quando ſibi videretur, diſſoluere. Quòd ſi de ſchedula ipſa loqui volunt, in qua concludebatur, certum terminum ciuibus Auinionenſibus aſsignari, infra quē pecuniarū expeditionem pro legatione mittenda in Græciam facerent, & nobis intimarent: alioquin vniuerſali Eccleſiæ per alterius loci electionem prouideretur: non fuit illa conuentio concilij cum aliquo, ſed concluſio facta inter nos, vt Auinionenſes ipſi eam expeditionem nō nimium protelarent, cuius concluſionis interpretatio & declaratio iuxta caſus occurrentes, & omnimoda diſpoſitio ad ipſum conciliū pertinebat, nec poteſtatem circa hoc diſponendi, in aliquem vel aliquos idem conciliū tranſtulit. Dum autem pendente termino, ſuperuenit proteſtatio per præſidentes Apoſtolicos, facta aduerſus decretationem loci Auinionenſis, in ſchedula ipſa cum alijs locis Baſileæ & Auinionen. poſitam, quæ non paruam occaſionē retrahendi animos Auinionenſiū ab expeditione pecuniarum præſtabat, dum plurima impedimenta per dominū Eugenium & ſuos in Auinione huic expeditioni interim præſtita ſunt. Dum etiam ita accidit, vt noſtri oratores in Auinionem applicantes, non inuenirent præcipuos gubernatores ciuitatis, quorum durante abſentia, res expediri non poterat: quibus illuc redeuntibus, tandem talis diligentia appoſita eſt, quòd circa terminum aſsignatum ciues ipſi fideliſsimi nobis intimârunt, ſe contentaſſe capitaneum galearum noſtrarum de triginta millibus florenorum, & cautos ac ſecuros feciſſe oratores noſtros de toto reſiduo petitæ pecuniæ, prout & ipſi oratores noſtri eo tūc ſuis literis intimârunt. Requirebantq; Auinionenſes ipſi, vt ad decretationem electionis loci iam factę procederet concilium. Viſum eſt autem ipſi concilio, quòd attentis omnibus prædictis, præfati Auinionenſes intentioni eiuſdem concilij ſatisfecerant, quodq; præfata decretatio fieri debebat. Nā & per hunc modum meliùs prouidebatur vniuerſali Eccleſiæ pro expeditione legationis in Græciam, quam iterum intrando nouas & magnas difficultates electionis alterius loci, dimittendo omnia quæ iam parata erant cum magnis ſumptibus, & frangendo conuentionē cum capitaneo galearum initam per totum concilium, cui & legatus Apoſtolicus vexillum Eccleſiæ & baculum peregrinationis manu ꝓpria tradiderat, cui etiam tanta ſumma pecuniæ iam fuerat aſsignata. Nunquid ex hoc fuit data poteſtas alicui vel aliquibus, vt cōtra conſenſum duarum partium concilij & ampliùs, poſſent ſe ſynodum generalem, repræſentantem vniuerſalem Eccleſiam, nominare, & tradere to tum concilium in manus papæ, vt ipſum in Florentia, & deinde in Bononia aut Ferraria poneret, vel in quocunque loco, quem ipſe tutum & ſibi atq; Græcis accommodum iudicaret, & pro quo galeas & pecunias faceret expediri? Nunquam enim auditum eſt in aliquo legitimo vniuerſali concilio, quòd minor pars nominans ſe generale conciliū, decretaret quæ ad vniuerſalis Eccleſiæ ſtatum pertinebant contra ſententiā plurimorum. Et ſi hoc permitteretur, via periculoſiſsima diuiſionum in concilijs vniuerſalibus futurarum, & totalis deſtructionis ipſorum, aperta videretur. vtq; exēpli gratia hoc dicamus, non ſolùm ſimplici concluſione, ſed decreto ſolenni firmatum eſt in vndecima noſtra ſeſsione, vt ſummi pontifices concilia vniuerſalia ſine conſenſu ipſorum diſſoluentes, ſi infra quatuor menſes non reſipuerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi. Et ſi ſuſpenſionem hanc per duos menſes ſuſtinuerint, ad eorum depoſitionem procedatur. Nunquid in eo caſu, ſi maiori parti ex bonis cauſis videatur, non ſtatim ad talem depoſitionem procedendum, minor pars ſibi authoritatem procedēdi ad eandē depoſitionem aſſumet? Denique, quis ſapiens exiſtimabit hanc intentionem concilij vnquam fuiſſe, vt paucis aliquibus poteſtatem dare vellet auferendi ſibi libertatem electionis loci, & eam pro pecunijs & galeis habendis iudicio domini Eugenij, attentis circunſtantijs negociorum Eccleſiæ, ſubijcere, quam libertatem nō ſibi pro quacunq; auri vel rei temporalis compenſatione tradidiſſet Eccleſia? & ſi Auinionenſes defeciſſent, confidebat hæc ſancta ſynodus in domino, quòd aliundè ſuæ Eccleſiæ benè prouidiſſet, authoritatem vniuerſalium conciliorum conſeruando, veritates declaratas manu tenendo, & reformationem ipſius Eccleſiæ atque illa ſancta opera inchoata confouendo. Conſpiciant igitur illi qui Ferrariæ conuenerunt, veritatem rerum, & de ipſa meliùs ſe informēt, ne ſuarum prætenſarum ſeſsionum in diuiſionem Eccleſiæ, tam inania iaciant fundamenta, quæ nec vllum colorem talia faciendi ſibi afferre potuerūt. Præterea adiecerūt, quòd ſchiſma venturum pertimeſcebant & impedimentum vnionis Græcorum. O mirandam allegationem, ſchiſma ſe timere dicentes, realiter ſchiſma grauiſsimum perpetrârunt, aliud conciliū contra iſtud erigere volentes, quaſi altare contra altare ponētes, actu etiam perturbando quæcunque cum

Licet Baſileenſes id non probarint, tamen papa fecit, tota approbāte Eccleſia.

Pius 2. ſcribit Eugenium nō ſine ratione in Italia concilium peciſſe. Itaq; expediri? in re nō mala obtempe randum illi erat.

3. Reg. 12.

Græcis

Pſal. 13.

Græcis fuerant concordata. Sed quid trepidare debebāt timore, vbi nō erat timor, dum iſtud concilium videns Eccleſiam vndiq; turbari per ea, quę dominus Eugenius tam in Græcorum negocio, quàm in cæteris rebus (vt præmiſſum eſt) attentauerat, flebili querela plurimos ſuorum defectuū commemorans, vocabat ipſum dominum Eugenium, necnon etiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales conuocabat, vt in hanc ciuitatē Baſileēn omnibus ſecuram, cum alijs Eccleſiæ filijs aduenirent, ſaluti Eccleſiæ in tanta neceſſitate conſulturi, & ſuper omnibus agendis tam in facto Græcorum, quàm in alijs vnanimiter prouiſuri? quod ſi factum fuiſſet, ſicut ſyncera intentione deſiderabat hæc ſancta ſynodus, nō iam tantis procellis agitaretur Chriſtiana religio: omniaq; ſedari & pacificari potuiſſent, poteratque hoc modo vera vnitas & trāquillitas Eccleſię dari. Illi verò timētes, ad ſchiſma perpetrādum proruperūt. Illiq; ſchiſma faciunt, qui ab vnitate Eccleſię cōgregatæ ſe ſegregant. Sed quid vltrà in reſpondendo illis, quæ apud Ferrariam agūtur, inſiſtimus? licèt enim ibì conuenientes tractent, loquantur aduerſus hanc ſanctam ſynodum, eiusq; ſuppoſita, & eas quas appellant ſeſſiones celebrare conētur, vnico verbo omnia ſoluuntur, omia deſtruūtur, ac vnica veritate declarata, velut vno ſole lucente, omnes factorum illorum & dictorum riuuli exiccantur: Papa concilium Baſileēn ſine ipſius cōſenſu diſſoluere aut de loco ad locum mutare non poteſt. Hęc veritas fundata eſt ſupra firmam petram, aduerſus quam dominus Eugenius tantis téporibus decertauit, cui & iam ſemel cedere apertè compulſus eſt: hæc omnes fulminationes pœnarum, quæ aduerſus ipſum Baſileenſe concilium, ſuppoſita eius & adhærentes eidem promulgantur, irritas facit: hæc illud conuenticulum in conſpectu dei & hominū proſternit, hæc cum cæteris aggrauantibus ipſum dominum Eugenium ſuſpenſum eſſe fecit ab omni adminiſtratione papali, ad cuius ſuſpenſionis declarationem quàm iuſtè poſt monitiones & dilationes cōgruas proceſſerimus, ex alijs noſtris decretis & epiſtolis euidentiùs cōſtare poteſt: per quæ etiam omnibus ſatisfecimus, quę aduerſus hanc ſanctam ſynodum & proceſſus ipſius, dominus Eugenius inducere conabatur. Verū adhuc ipſe poſtq; ab omni adminiſtratione papali ſuſpenſus eſt, ſuppoſita huius ſanctæ ſynodi grauibus pœnis, necnon etiā dilectos Eccleſiæ filios ciues Baſileenſes afficere nititur, ſi ipſam ſanctam ſynodū diutiùs ſuſtinuerit: victualiaq; & alia neceſſaria ad vſum hominum denegari iubet, quo ipſos viuentes necare auſus eſt, ac deniq; aliqua portātes ad hoc concilium, ſpoliari, & eorum ſpolia primo capientium occupare cōcedit. Et quid hæc omnia valent, etiam ſi multo adijcerentur grandiora, dum ab illo fiunt, qui ab omni adminiſtratione papali ſuſpenſus eſt? vt qd fruſtrà tam vehemētes ictus illo gladio vibrare conatur, qui iam à ſuis manibus prouidè ereptus eſt? Poſt hæc tamen ſubijcit, omnia relaxari & pro infectis haberi velle, quo ad illos qui infra terminum per eum aſſignatum, obedientes fuerint: omnia remitti vult, dummodò ſuæ volūtati hęc ſancta ſynodus obediat. Fuiſſemus autem & nos parati ſuæ complacere voluntati, ſi nō repugnaſſet veritati. Sed non poteſt eadem ſancta ſynodus illum deſerere, qui eſt via, veritas, & vita, vt hominis morituri impleat voluntatem: non poteſt conſentire, vt ſolidam veritatem Eccleſiæ in vacillationē adducat, vt ſtabilitas & firmitas veritatū, quas ipſa Eccleſia declarauit, victa reddatur: quibus proſtratis, nec pax, nec ordo, nec decor in Chriſtiana religione manerent. Et cùm ante quadriennium aduerſus primam diſſolutionem, præſentibus etiam hîc (vt præmiſſum eſt) pluribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus & ſedis Apoſtolicæ legato, diceremus: Malumus mori, quàm tanto errori per ignauiam cedere: Hic articulus de quo diſceptamus, fidem cōcernit, qui ſine interitu ſalutis negligi nō poteſt: non poſſumus nunc dicere: Faueamus errori, ſalutem noſtram negligamus, non debemus eſſe homicidæ animarum noſtrarū & aliorum fidelium, vt dominum Eugeniū & ſucceſſores ſuos ponamus in poſſeſſionē diſſoluendi generalia concilia contra conſenſum ipſorum, & ipſis nullatenùs obediendi. Nec id tolerandum eſt, vt ſub vmbra adducendi Græcos in Ferrariam & locum ſuę voluntati deditum, aut per quaſcunque practicas, authoritatem vniuerſalium conciliorum conculcet, veritatem ac ſtabilitatem Eccleſiæ proſternat, & ſub colore proſequendi modis excogitatis ea, quorū futuri euentus incerti ſunt, exnunc certam confuſionem & grauiſsimam plagam vniuerſæ inducat Eccleſiæ, fidem noſtram lædat. Reformatioque ipſius Eccleſiæ, quam tantis laboribus pro honore Dei creatoris noſtri & animarum ſalute tandiu quæſiuimus, forſitan ſupprimeretur, cuius executioni ſi operā dare dominus Eugenius voluiſſet, nec in hoc tempus differre, neq; locum alium pro benefaciendo & deformitates abuſuum cum effectu tollendo expetere oportebat. Proſecuta eſt hæc ſancta ſynodus & proſequitur, vt electiones prælatorum per ſingulas eccleſias canonicè celebrentur, iuxta diſpoſitionem ſacrorū canonum, per quos grex dominicus dirigatur in ſalutem, vt dignitates eccleſiaſticæ & beneficia ſine interuentu pecuniæ datę vel promiſſæ conferantur, vt ſacroſanctæ Ro-

Non eſt ita.

Ioan. 14.

Magnum periculū, ſi in re non mala Pōtifici obtē peretis.

manæ Eccleſię cardinales, virtutibus & ſcientijs præcellentes, de ſingulis regionibus proportionabiliter aſſumantur, qui toti orbi ſalubriter conſulere poſſint: electionesq́; ſummorum pontificum ad vniuerſæ Eccleſiæ ſalutem debitè celebrétur, beneficia idoneis miniſtris per eos, ad quos pertinent, aſſignentur. In cauſis & litibus mouẽdis vnicuiq; ſua ſeruetur iuriſdictio, & non confundatur ordo Eccleſiaſticus. Non vexentur homines iniuſtè, nec perſonæ deſtruãtur. Nõ exhauriantur vltra modum regnorum & prouinciarum pecuniæ, ſed oñia ordine debito in Eccleſia diſponantur, ad honorem Dei & ſalutem animarũ. Decretaq́; ſaluberrima ſuper his & alijs plurimis rebus, ſuper reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris, hæc ſancta ſynodus edidit, quæ non poteſt ſic permittere fruſtrari. Quantis verò exhortationibus & admonitionibus ipſum dominum Eugenium iam multis annis ad hoc excitauerimus, vt ſe & alios in viã ſalutis dirigeret, quicquid ſuper hoc egerit, rerum euidentia monſtrauit. Deſinat igitur aut nos allicere blanditijs, aut comminationibus deterrere, vt veritatem deſeramus. Si ſæuiat quæuis perſecutio, orabimus omnipotẽtem Deum, qui ſanctis patribus noſtris virtutem inſpirauit omnia tolerandi pro defenſiõe catholicæ veritatis, vt & nobis fortitudinẽ præbeat, ad ipſius veritatis & Eccleſiæ ſuæ ſanctę conſeruationem, & vſque ad animam & ſanguinem reſiſtendum, in quem firmiter & ſine vlla cordium hæſitatione omnem noſtram proijcimus fidutiã. Deſiſtat ipſe dominus Eugenius pro reuerentia Dei & integritate fidei, quæ ſemper in Latina permaniſit Eccleſia: deſiſtat, ſublatione perpetrati ſchiſmatis, ab intentatis conatibus: cui nec victualia, nec neceſſaria tolli, nec quicquã quod ſuum ſit, eripi exquiſiuimus, ſed vt acquieſceret veritati, & Eccleſiam debitè gubernari aſſentiret, & ea efficeret, quæ eſſent pro ipſius & aliorũ ſalute. Sed & omnes ac ſingulos qui Ferrarię cõueniunt, cum omni charitate reddimus attẽtos, vt ab inceptis, quæ forſitan ſiniſtrè informati, aut non ſatis omnia aduertẽtes, attentauerunt, celeriter deſiſtant, & ad veritates fidei defendẽdas pariter nobiſcum in vnitate ſpiritus cõiungantur, nec etiam complacere querant voluntati cuiuſcunq;, vt velint offendere Deũ creatorem cunctorum. Si qui verò in rebellione perſtiterint, coget nos Chriſti charitas & zelus iuſtitiæ vltra pœnarum declaratiõem, aduerſus omnes illuc conueniẽtes & mittentes, quam dudum ſolẽni decreto fecimus, etiã alia grauiora in ipſos, quæ digna fuerint, exequi. Omnes tandem vos Chriſtifideles, quibus huius ſanctæ ſynodi ſynceram intentionem pro defenſione veritatis planis & ſimplicibus verbis aperire duximus, per viſcera miſericordię Ieſu Chriſti requirimus, vt in conſcientia pura & fide non facta, Eccleſiam matrem cũctorum, quę nos regenerauit in ſpem viuã hæreditatis ęternę, adunare, & veritatem ipſius omni fauore & auxilio defendere ac ſuſtinere curetis, pro honore Dei & animarum veſtrarum ſalute: vt vobis adiuuantibus, ipſa Petri nauicula maturiùs in portum tranquillum perducatur: vt non ſolùm aduerſus eam contrariæ tempeſtates præualere non poſſint, prout eo adiuuante domino poterunt, ſed nec diutiùs eam valeant conturbare, orantes ſine intermiſſione patrem miſericordiarum, vt greſſus omnium dirigat in viã ſalutis, veritatis & pacis, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. Datum Baſileę in noſtra generali congregatione, Idibus Martij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo, trigeſimo octauo.

RESPONSIO SYNODALIS AD ſchedulam proteſtationis contra proceſſum Papæ, factæ per Franciſcum de Barbauaria oratorem ducis Mediolani.

SAcroſancta &c. ad perpetuã rei memoriam. Legiſti per hos dies coram deputationibus huius ſacri concilij ſchedulam quandam Franciſce de Barbauarijs orator illuſtris principis ducis Mediolani, quam ex auditu ipſo ſatìs oñes intellexerunt, ex ſcientia aut deliberatione eiuſdem ducis aut ſui magnifici conſilij minimè proceſſiſſe, cùm de quadam citatione valuis maioris Eccleſiæ Baſileeñ affixa pridie Calendas Septembris, immediatè ſequentes tantùm tres dies effluxerũt, quibus de Baſilea in Mediolanũ, & rurſum de Mediolano in Baſileã proficiſci nequaquam poſſibile fuit. Nec prętera exiſtimãdum eſt, ipſum ducem illuſtrem, qui ſemper ſingulari deuotiõe ac veneratione hãc ſanctam ſynodum ac eius authoritatẽ colere curauit, omnia dici iuſſiſſe, quæ in præfata ſchedula continentur. Ad ipſa tamen fauente Domino reſpondere, ac de actis in hac ſancta ſynodo reddere ratiõem parati ſumus. Commemoras in primis, nos conueniſſe pro pace populi Chriſtiani, pro tollendis hæreſibus, & reformatione eorum quę in orbe geruntur. Verum quidem hoc eſt, & quos labores iam his rebus per plures annos impenderimus, tu ipſe noſti, & totus orbis conſpicere potuit. Quot enim legationes in Bohemiam, quot in Græciam tranſmiſerimus: quanta legatio oratorum noſtrorum ad pacificandos principes per Germaniam, Galliam, Italiam conſtitutos, tranſierit, quantos ſumptus, quantas vexationes & *fatigas earum rerum gratia ſubieri- for. *fatigationes

ierimus, non facilè exprimi poteſt. Sed & quot ſalubria decreta, *quæ in orbe malè geruntur, ediderimus, quantis inſtantijs laborauerimus, vt in executionem deducerentur, & præcipuè apud Eugenium papam quartum, qui primitùs canones ſacrorum Cõciliorum obſeruare & exequi habebat, ac cæteros ad eorum obſeruantiam inducere, ſanctitatisq́ue exemplum ſe cunctis oſtendere, ſatìs per orbem publicatum extitit, & ſi fructum optatum non adhuc adepti fuimus, ſatìs omnes conſpiciunt, quis hominum præcipuè huic rei impedimento ſit. Subijcis prætereа Franciſce, velut doléndi deflendiq́; caſus grauiorem querelam, dum ais non attendi preces principum, petentium ſuperſederi à proceſſibus, aduerſus Romanum pontificem & illos qui apud eum conſtituti ſunt, inchoatis, quinimmo ipſos magìs & magis indiès vrgeri. Ex quibus depoſitionem ipſius Romani pontificis, & alterius electionẽ mox ſecuturas eſſe dicis, atque exindè ſchiſma graue & plurima diſcrimina populo Chriſtiano imminere. Attende in primis, quanta benignitate hæc ſancta ſynodus precibus principum Chriſtianorum in his negocijs hucuſque condeſcenderit. Iam decimuſquartus mẽſis ab eo die voluitur, quo citatio aduerſus ipſum pontificẽ decreta eſt, vt Eccleſię Dei oppreſſæ maximis neceſſitatibus propter reformationis contemptum ac ſchiſmatis introductionem ex alterius prætenſi Concilij erectione per eundem Romanũ pontificem iam tunc diſpoſita, prouideretur, contemplatione inclytæ memoriæ Sigiſmundi Imperatoris, data fuit menſe Octobris ſexaginta dierum dilatio: quibus elapſis, rurſum à proceſſu per præfatã citationem inchoato, tempore multo ſuperſeſſum eſt. Aduenit deinde tempus, quo ſuſpenſio ipſius Romani pontificis ab omni adminiſtratione Papali, vigeſimaquarta Ianuarij facta eſt, propter prętenſam diſſolutionem & tranſlationem huius ſacri Concilij Baſileenſis in Ferrariam, caſu quo cõtra ipſum aut aliquem præſidentium oratorum ſuorum, qui in hoc Cõcilio fuerant, procederetur aut fieret aliqua nouitas, per eundem factam & declaratam decimaoctaua mẽſis Septembris, adeò apertè & enormiter contra decreta Concilij Conſtantienſis, & iſtius attentatam, vt nulla poſſit tergiuerſatione excuſari, atque etiam propter illã erectionem alterius prætenſi Concilij contra omnem formam prædictorum decretorũ de facto, nona die menſis Ianuarij inchoata vrgebat Decretorum ſanctio, vt ſi hanc ſuſpẽſionem ſuſtineret ipſe Dominus Eugenius animo indurato, ad depoſitionem eius procederetur. Quid factum ſit ab illo tempore cõtemplatione principum catholicorum, quanta dilatio habita ſit, in rebus lucidiſſimè conſtat. Deponendus veniebat dominus Eugenius poſt vigeſimamquartam Martij, iuxta Decretorum ſanctionem. Iam ſex ferè mẽſes exindè lapſi ſunt, & adhuc perdurat expectatio. Non potes inficiari, quin extunc deponi poterat, non opus erat vlteriori proceſſu, non examinatione teſtium ex eo ſolo capite, quòd ſuſpenſionem notoriè ſuſtinuerat per duos menſes animo indurato: vt quid putas hanc ſanctã ſynodum tantis poſteà diſtuliſſe temporibus, niſi vt precibus principum catholicorum benignè faueret, vt etiam cuncti conſpicerent, ſi pendentibus dilationibus, dominus Eugenius reuerteretur ad cor, ſi ad reformationem efficaciter capeſſendam, & in realem executionem tam in curia eius, quàm alibì deducẽdam, propter honorem Dei & ſalutem animarum, ſi ad tollendum ſchiſma introductum ex alterius prætenſi Concilij erectione, ſi ad recognoſcendam Eccleſiæ congregatę & ſacrorum vniuerſalium Conciliorum authoritatem ſuum inclinaret animum? Quid autem pendentibus iſtis dilationibus egerit, attentè conſidera: & meritò dices, quod principiũ tuæ ſchedulæ ferebat, ô dolendum, ô grauiſſimum, ô deflendum caſum. Quis enim non ploret, quis non amariſſimos proferat gemitus, dum tuetur authoritatem ſacrorum generalium Conciliorum, quæ neruus eſt conſeruationis vnitatis fidei, ſacrorumque Canonum & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, nũc per cuiuſpiam mortalis hominis voluntatem miſerabiliter proſterni & conculcari? Sed quo pacto arguere poteris ſanctã ſynodum Franciſce, ſi dum eam Romanus põtifex acerrimè impugnat, ipſa in ſui defenſionem ſuos proceſſus iuſtificat in manifeſtationem veritatis? Suggerunt auribus principum & aliorum oratores ipſius Romani pontificis, falſas calumnias in citatione aduerſus eundem decreta fuiſſe confictas. Examinari iubet teſtes ſancta ſynodus plurimos ſuper veritate & notorietate eorum, quæ in ipſa citatione poſita ſunt in defenſionem & iuſtificationem ſui. Nunquid hoc reprehendere vis, & potiùs diligis, vt eadem ſancta ſynodus ſe vbique iniuſte infamari, & de calumnia accuſari permittat? Neque ex his cõqueri debes ad depoſitiõem feſtinari, cùm & ſi feſtinare voluiſſet eadem ſancta ſynodus, ſine his dudum depoſitionem illam (vt præmiſimus) efficere potuiſſet. Quid verò mali eſt, ſi deputati huius ſanctæ ſynodi aut maior pars ipſorum, aut duo ex ipſis, ſicut eis commiſſum eſt, dum in examinatione procedunt, quandam citationem affixerunt ad recognoſcendum ſigilla & inſtrumenta, ſtylum in hoc iudicialem ſeruare volentes, quem minimè ſeruare tenebantur? Noſſe etenim debes Romanum pontificem in citatione

for. *de his quæ

Nimis vos eleuatis Rom. põtificis authoritatẽ, qui totius Eccleſiæ paſtor eſt.

aduersus eum iamdudum decreta,fuisse citatum ad omnes & singulos actus, neq; vlteriorem citatiõem esse necessariam. Quid repræhendis,si ex abundanti hanc nouissimam citationem fecere deputati?quid terminum breuem assignatum causaris, quasi in quolibet termino citationem in longinquam & diuturnam expectatiõem decernere opus esset,postquàm ad omnes & singulos actus citatus extitit?sicque omes illę obiectiones facilè euacuãtur, quas aduersus hanc nouissimam citationem exaggerasti. Objicis etiam,in die feriato esse factã: sed si rectè aduertas,altero die facta est,qui non feriatus erat. Sed affixio eius idcircò die Dominico facta est in valuis maioris Ecclesiæ Basileensis,vt in plurimorum notitiam deueniret. Vndè patuit etiam, non fuisse clandestinam,sicut in obiectione altera dicere videbaris,& ipsa scripta tua edocent, satis ipsam in eorum notitiam deuenisse,qui contradicere voluerunt.Nec prętera illi rumori respondere conuenit,quẽ apud multos dicis esse de deputatis, qp suspecti sunt Romano pontifici, cùm ad eam rem viri probissimi electi sint, omni exceptione maiores,aduersus quos nulla iusta causa suspicionis allegata est. Nec in leui rumore fundamentum facere debuisti,pro tali contradictione in synodum vniuersalem susciteda. Quomodò autem hanc materiam obijcis non fuisse communicatam cum pluribus,qui scire potuisti longè antè, pridiè quàm illa citetio fieret,fuisse per oẽs deputationes Concilij concorditer conclusum,vt processus concernens Romanũ pontificem,vlteriùs continuaretur & perficeretur? Illa verò declaratio priuationis existentium apud summũ pontificẽ, quam allegasti,ea solùm amplectebatur & prosequebatur,quantùm ad priuationem dignitatum & beneficiorũ attinet, quæ dudum in alijs decretis huius sanctę synodi,& præsertim in decreto octauæ sessionis incipiẽte,Sicut vnica,iam ante quinque annos promulgato,ordinata fuerant. Cuius decreti verba sunt hæc:Si qua verò persona Ecclesiastica,etiam si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis aut alia quæcunq;, cuiusuis status,gradus aut conditionis existat, Bononiam vel ad aliquem locum alium sub nomine generalis Concilij isto durante, præsumat accedere vel ibi manere, sententiam excommunicationis & priuationis omniũ dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad ipsa,incurrat ipso facto:& de dignitatibus,beneficijs & officijs talium,per eos ad quos de iure spectat, liberè disponatur. Hæc in decreto prędicto. quid plùs operata est declaratio generalis, quo ad dispositionem liberè de beneficijs & officijs faciendam, quàm ibi decretum fuerat?Sed mansuetudine semper vtẽs hęc sancta synodus,dum multi huiusmodi beneficia impetrare conarentur,ordinauit,vt à collatione talium vsque ad quadraginta dies supersederetur,quanquàm iam longo tempore post varias admonitiões expectati sunt.Sed quæ tu ipse dicis, attentiùs cõsidera: subiungis in oratione tua, qp quicquid citra depositionem fecerimus, in debita veneratione & obseruatione semper habebitur. Quomodò igitur ea quæ citra depositionem facta sunt & fiunt, ita reprehendere conaris?prædixisti insupèr ventura esse inconuenientia plurima,si Romani pontificis depositio fiat. Quæ autem futura sint,Deus ipse cognoscit: sed an fiet depositio vel non fiet,de præsenti non agitur. processus continuatur,vt iustitia huius sanctæ synodi ad hominum constantiam manifestetur.Dudum,vt diximus,etiam absq; vlteriori deductione processus, poterat fieri depositio. Videmus mala plurima per conculcationẽ authoritatis Ecclesiæ & sacrorum Conciliorum exoriri, errores insurgunt,& aduersus determinationes vniuersalis Ecclesiæ in materijs fidei,plures iã sua dogmata impunè asserere audent, censuræ Ecclesiasticæ contemnuntur, decreta & canones vilipenduntur,atque exindè vitia laxatis frenis per orbem debacchantur: discordiæ,diuisiones,schismata in immensum vigent: quælibet ferè vacans Ecclesia, duos patronos habet. Vnus eligitur, alteri per reseruationem prouidetur. Omnis inobedientia,omnis transgressio iam per orbem eleuatur: quòd sancta synodus ordinat,Romanus pontifex inficit: quod ipsa ligat,ille absoluit. Conscientię Christianorum in magnum labyrinthum prącipitiũq; ducuntur.Et quasi vbique excommunicationum & censurarum vinculis iam animarum copiosa multitudo alligatur, iudicialiaque detrimenta Christianitas vniuersa sustinet.Et cum nulla fit abusuũ correctio, vitia dimittuntur impunita. Sed & omipotentis iudicis ira,quam peccatorum multitudo concitauit,multis iam modis flagellare conspicitur populum suum,vt conuertatur ad pœnitentiam.Et si hoc Cõcilium tantis laboribus congregatum & continuatum,absque aliarum rerum dispositione per resistentiã Romani pontificis aut quicquam aliud superueniens dissoluatur, quãtam putas vniuersæ Ecclesiæ totiq; Christianitati desolationem &confusionẽ fore secuturam? Quid autem in hac perplexitate rerum agendum sit, quo pacto Ecclesiæ prouidendum,non facilè existimare potest humana consideratio:sed sperãdum est in misericordia omnipotentis Dei, quòd hãc sanctam synodum in suo nomine congregatam,in eam partem diriget, quæ magis placita erit suæ maiestati:& quod synodus ipsa dictauerit, cuius notoria est authoritas,

Immõ plurima mala pepit eleuatio authoritatis Rom. põtificis, cui vos plus satis deroגatis.

id

id omnes amplexabuntur, qui Ecclesiæ filij obedientes esse volent. Quòd si in ea re huic sanctæ synodo obediendum non arbitraris,quam tamen vniuersalem Ecclesiã repræsentare in ipsa schedula tua cẽses, sed vnumquenque principem aduersus synodale iudicium proprio iudicio putas inniti debere, & qui ex alia parte dicis omnem potestatem adẽptam esse summo pontifici, & hoc tantùm sibi relictum, quòd nudum & inane pontificis nomen habet, ita vt veriùs imago pontificis, quàm pontifex dici possit,adijciens quòd omnis administratio ad hãc sanctam synodum deuoluta est, vbi iam obediẽtiam Ecclesiæ positam putabis, si nec synodo iudicanti, nec Romano pontifici obediendum arbitraris? Quæ deinceps erit sacrorum Conciliorum authoritas,si vnusquisque illorum iudicijs in reformatione capitis & membrorum,obediat quando velit,quando non velit nõ obediat,aut priusquàm aliquid iudicatum sit, de non obediendo protestetur,nisi eo modo synodus & eo tẽpore iudicet, quo ipsa conuenire arbitrabitur præsens iudicium suum iudicio vniuersalis Ecclesiæ in tantis tamque arduis rebus?Hæc quidem Franciscę valdè periculosa sunt in Christiana religione & Ecclesia Dei, & quid in se important,alio tempore poterit latiùs aperiri.Nec credimus illustrem dominum tuum, qui Ecclesiæ deuotissimus & obedientissimus semper esse speratur,talia suo nomine dici aut fieri iubere. Potiùs teõ Franciscę humiliter,sicut decet Ecclesiæ filium,consilia tua & auxilia subministrare decet, & sine intermissione orare cum cæteris fidelibus, vt Christus hanc sanctam synodum & Ecclesiam suam dirigat in agendis, quàm aduersus synodale iudicium protestari,quod an futurum sit,vel quale futurũ sit,ignoras: atque prefigere modos vniuersali concilio ex tua sententia,qui si non obseruentur, vt vis aut sentis,omia iniusta,inualida & nulla esse etiam protestaris,& impingis huic sanctæ synodo impetuosam Romani pontificis depositionem:quę an ad depositionem procedet,vel qualiter & quando, nondum ipse cognoscis.Ad pacẽ nos inuitas, quam vtinam post longæuam adeò expectationẽ vel tua deuotio, vel aliq quilibet attulisset. At etiam in præsentiarum videmus impugnationem cõtinuam huius sacri Concilij, & vniuersæ Ecclesiæ turbationem grauissimam,schismatisque continuationem in alterius prætensi Concilij perdurationẽ: pacem verò minimè conspicimus,quam summoperè desideramus,& pro cuius assecutione sperata,hucusque distulimus & differimus eam proferre sententiam,quam (velut superiùs præmissum est) ferre poteramus.Sed neque dilationibus continuis in magnum grauamen vniuersæ Christianitatis res istæ duci semper poterunt,sicut per dispẽdiosas missiones processuum ad principes hincindè dispersos & longinquas expectationes,agendum tua insinuat oratio: quæ intra se repugnantiam quandam gerere videtur,dum quęrit processus huius sanctæ synodi ad vniuersos principes mitti, & nihilominùs ipsos cõpleri aut vlteriùs deduci non vult. Et quomodò fieret vt mitterentur,si non priùs complerentur & perficerentur,vt in conuenienti forma ostendi possent?Vt itaque finem nostra responsio accipiat,neque pacem recusamus, neq; de depositione fienda quicquã adhuc certum determinauimus,neq; vllatenùs protestatiõem tuam,per te factam aut similes, ob superiores rationes admittere possumus,nec admittimus: quinimmò si in hac forma protestatiõis persistere voles, quod non speramus,oporteret nos pro defensione Ecclesiæ Dei & authoritatis eius ad alia iuris remedia recurrere. In rebus autem agendis sic fauente Christi gratia procedet hæc sancta synodꝰ,vt nec illustris princeps tuus,nec quisquam fidelium possit cum ratione conqueri.Datum in congregatione nostra generali decimotertio Calendas Octobris,Anno à Natiuitate Domini millesimo quadringẽtesimo trigesimooctauo.

RESPONSIO SYNODALIS AD schedulam presentatam in deputationibus per oratores principum, super mutatione Concilij in alterum ex tribus locis,etiamsi Papa & Græci non consentirent.

SAcrosancta generalis &c. ad futurã rei memoriam,Audiat vestra charitas, venerabiles & circunspecti viri oratores sereniss imorum regũ Romanorum & Francorum atque etiã & principum,qui per hos dies huic sanctæ synodo Basileensi præsentes affuistis,ea quę super rebus per vos propositis, zelus domus Domini nos in auxilio ipsius diuinæ pietatis confidentes,respondere vrget atq; cõpellit. Commẽdamus quidem in primis & ipsorum principum vestrorum piam deuõtionem, & vestram ad bonum vniuersalis Ecclesiæ, in quod pariter vniuersa nostra vota & desideria sedulò adspirant. Quid enim aliud hæc sancta synodus tãtis tamq; assiduis laboribus iam per octo ferè annos continuatos efficere cupit,nisi vt Ecclesia Christi & salubri dispositione regatur, & optima pace & tranquillitate reflореat?Sed vt nos & vos,auxiliante pacis & salutis authore Christo Iesu,tãdem id consequi valeamus, quod omnes communi consensu optamus:non superuacuum erit, de necessitatibus & periculis in quibus ipsa versatur Ecclesia,quicquam dicere:quæ etsi alijs nostris decretis & epistolis magna ex parte

cõmemorata sint,tamen his iam ad memoriam cunctorum recenter deductis & pleniùs intellectis, salutaria remedia faciliùs inueniri poterunt & efficaciùs prestari.Nõ latet discretiones vestras, quanto conatu iam tribus Concilijs generalibus,Cõstantiensi,Senensi,& hoc presenti Basileen,elaboratum sit pro pacifico & ordinato regimine Ecclesiæ,sub lege dñi & canonicis regulis disponẽdo,vt non per varios abusus assiduè increscentes, ipse status Ecclesiasticus decolorari & in deteriora ruere sineretur,in offensam diuinæ maiestatis, & periclitationem,confusionem atq; turbationẽ maximam vniuersæ Christianæ religionis. Neq; inficiari possumus,id esse beneplacitum diuinæ voluntatis, vt hæc restauratio decoris domus Dei,& reformatio salutaris ageretur,pro qua efficiẽda iam hæc tria generalia Concilia in Spiritusancto legitimè congregata fuerunt, prout ipsi summi põtifices & vniuersi Ecclesiæ ministri,atq; etiam reges & principes Christiani professi sunt,& omnis plebs catholica cognouit.Et vt dolorum præsentium originem aperto sermone dicamus,pro hac vna causa reformationis Ecclesiæ in capite & in membris, quam cum alijs operibus extirpationẽ hæresum & pacificatiõem Christianorũ principum concernẽtibus, hæc sancta synodus multa solicitudine & vehemẽti instãtia ꝓsequi cœpit,tot & tanta perturbationũ genera,quæ conspicitis,aduersus eam excitata sunt. Cùm enim decreta salubria super celebrandis electionibus prælatorum, tollendisque exactionibus,quæ sub prætextu annatarum in collatiõe dignitatum & beneficiorum ac Ecclesiarum prouisione interuenire solebant,atq; insupèr de prælatis non transferendis inuitis,de terris Ecclesiæ Romanæ non alienãdis,& alia quædam edidisset,sperans dominum Eugenium papam quartum nõ solùm ea amplecti & maximè exequi,verùm etiã cæteros verbo & exemplo ad obseruãtiam sacrorum canonum inducere, præsertim visa adhæsione quã huic sacro Cõcilio præstiterat, vbi expressè affirmabat ipsum concilium debere cõtinuari,& progressum habere debere ad reformationem Ecclesiæ in capite & in mẽbris,ac pertinentia ad ea:idemq; Conciliũ purè,simpliciter,& cum effectu ac omni deuotione prosequebatur,vt dicebat & intẽdebat prosequi,sicut in literis suis patentibus more Romanæ Curiæ bullatis, & per Cardinales sanctæ Romanę Ecclesię tunc apud eum consistentes subscriptis, atq; in nostra synodali sessione solenniter presentatis & publicatis, latiùs continetur. Vidit autem deinceps hęc sancta synodus, quòd quasi passim electionibus obsistebat,reseruationibus contrarijs vtendo: exactiõesq; pecuniarum in collationibus beneficiorũ & dignitatũ magis indiès crescebãt in illaqueationem animarum,depauperationem regnorum & prouinciarum,violationẽ voluntariam sacrorũ canonũ,& paruipensionem authoritatis Concilij generalis, à quo Canones ipsi editi erant, vndè futurorum generaliũ Conciliorum paruipẽsio, & grauis contemptus imminere videbãtur. Nec sic tamẽ cessauit sancta synodus à prosecutione inchoati sanctissimi operis reformationis Ecclesię,vt voluntati dñi Dei sui pro viribus obsequeretur.Promulgati sunt Canones de numero & qualitate Cardinaliũ, de restringendis superuacuis reseruationibus beneficiorum, de sublatione multitudinis gratiarum expectatiuarũ, & causis in partibus,vbi oriũtur, ordinatè tractandis. Necnon & alia plura salutem & tranquillitatẽ totius Ecclesiæ concernentia,multoq; ampliora & in breuiori tempore pro publica salute edita fuissent,si nõ grauissima impedimẽta obstitissent,quę huic sanctę synodo quasi assidè procurata fuerunt. Quãtùm verò & canones ipsos & authoritatem condentis reueritus fuerit ipse dñs Eugenius, facta prohdolor nimis in aduersum multiplicata testantur. Admonitus est pluribus vicibus cum omni charitate, vt animũ suum ad eorum obseruatiõem inflecteret, quę ꝓ salute gregis Dominici statuta erãt: nec potestatẽ sibi in ędificatiõem Ecclesiæ datam,verteret in destructionem. Et ne in quibusdam super minùs sufficienti prouisione temporaliũ,aliquam prætẽderet excusatiõem,obtulit ei sancta synodus, si indigeret,conuenientem prouisionem exhibere,dum animũ suum ad obseruationem decretorum synodalium videret benignè inclinatum.Ipse autem, quod dolenter referim⁹,nimiùm durè in aduersum obstitit. Soluebatque insupèr quos ligabat sancta synodus,& ligabat ipse quos hęc soluebat. Quibus ex rebus plurima scandala, diuisiones & schismata tum in Ecclesijs particularibus, tum in generali facto vniuersalis Ecclesię exorta sunt. Visusq; est in hoc vnũ vehementer adspirare,vt hoc Cõcilium sic reformationi intẽtum abrumpere, & aliud in ea parte Italię, quę sibi magis placeret, eligere posset,vbi omnia magis ad suum libitum tractarentur:quod nec beneplacito diuinæ voluntatis cõsentaneum,nec saluti Dominici gregis, nec conseruandę authoritati sacrorum Cõciliorum accommodũ, attẽtis prefati domini Eugenij actibus, hęc sancta synodus existimauit.Cùm verò suũ in ea re desiderium explere aliter non posset ipse dominus Eugenius, cogitauit sub vmbra Grecorum hoc tãdem assequi. Qui quidem anteà voluerat,vt cum eisdẽ Græcis in Constantinopoli conuentio fieret. Iamq; orator suus cum Imperatore Romeorũ ita fiendum esse cõuenerat, si hoc sanctę

Videat lector Bullã retractatoriam Pij 2. qua Eugenius grauissimè defenditur.

ctæ synodo placuisset. Verùm ipsa ex hoc graue periculum fidei catholicæ iudicauit posse imminere, si in eo loco tam remoto ab Ecclesia Latina in faucibus Turcarum constituto, res illæ concludi & tractari haberent. Sed dum eadem sancta synodus in eo proposito perseuerauit, vt Græcorum ipsorũ in regiones istas occidentales procuraretur aduentus, locumq; nominauit, in quo iuxta conuentiones cum ipsis habitas, de ipsorum ageretur vnione. Nam & singulariter pro vnione Græcorum & orientalium prosequenda, eadem sancta synodus inter cætera fuit à principio congregata,ac insuper pro expẽlis necessarijs subsidia exquisiuit, tum ab vniuersis populis fidelibus per indulgentiarũ largitionẽ,tũ singulariter à ciuib⁹ Auinionensibus p mutationẽ pecuniæ.Nouit Deus quanta impedimenta ex parte ipsius domini Eugenij & suorum in his præstita sunt,vt tandẽ deficientibus pecunijs & subsidijs sacro Cõcilio,in eam partem Italiæ,quam idem dñs Eugenius desiderabat, transire cogeretur: sicque per medium auri & argenti, in quo præualere sperabat, facta concilij & Ecclesiæ in suam redigeret volũtatem. Sed cùm diuina miseratio nec in his necessitatibus cõcilium desereret, subsidiaq; tum ex mutua Auinionensium,cùm ex deuotione populorum suppeterent, quorum ope sancta synodus suam legationem in Cõstantinopolim pro conductione Græcorum transmittebat: nec sic prohdolor cessauit idem dominus Eugenius aliud Cõcilium,prout ei libitum erat,velle erigere,& græcos perduci facere in locum qui sibi placebat, nul latenùs electum per hãc sanctam synodũ, sicut ex cõuentionibus inter ipsam & eosdem Græcos habitis, & per ipsum dominũ Eugenium expressè approbatis,eligi & nominari debebat. Quodq; singulariter aduertendum est, nõ solùm conuentioni habendæ in loco per cõcilium nominato obsistebat, immò & eum locum qui per suos præsidentes inter alia loca, licèt nulliter & de facto,sicut in alijs nostris decretis & epistolis lucidè ostendimus, nominatus erat, quique pecunias & galeas protunc parare conabatur,reiecit ac recusauit. Vidit autẽ hæc sancta synodus, ex ea re schisma grauissimũ iam parturiri,per alterius prætensi concilij contra hoc verum concilium,& altaris contra altare dispositam erectionem, ad quam perficiendam, ipse dominus Eugenius iam de facto alias galeas aliosque oratores in Græciam transmittebat, in cõtrarium illorum qui ex parte Concilij missi erant,Vndè periculosissima gregi Dominico vastatio parabatur & perplexitas animarum,irreparabilisq; iactura authoritatis sacrorum Conciliorum & canonum synodalium imminebat, dum sic aut Ecclesiam scindere,aut ipsius Ecclesiæ facta in suæ libitum voluntatis redigere dominus ipse Eugenius conari videbatur. Non potuit dissimulare synodus, quæ multùm patienter facta eiusdẽ domini Eugenij aduersus eius decreta & bonum regimẽ Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus longo tempore sustinuerat, quo minùs ad eius euocationem & citationẽ procederet, recepta etiam priùs informatione summaria super his,quæ de abusibus speciem simoniacę labis habentibus, alienationeque & destructione plurium terrarũ Romanæ Ecclesiæ, periurio ac alijs in nostro citatorio synodali pleniùs designatis, fama publica ferebat, vt priusquàm vulnera illata Ecclesiæ cunctorum matri, validioribus incremẽtis aggrauarentur, super ipsius Ecclesiæ regimine opportuna quæreretur ꝓuisio. Quid autem egerit vocatus ad synodum, ꝓ Deo attendite: non solùm non venit,immò nec minimum seruulum mittere dignatus est: neq; nõ mittere contentus fuit, verùm insuper synodum ipsam authoritate Apostolica, ex plenitudine potestatis ac ex certa scientia in Ferrariã se transferre dixit, casu quo virtute citatorij synodalis in aliquo ꝓcederetur,aut fieret aliqua nouitas cõtra eum & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, aut cõtra aliquẽ præsidẽtium oratorum suorum, qui in concilio fuerant,excepta causa Bohemorum, per triginta dies duntaxat Basileæ tractanda,cùm alter suorum presidentium protunc archiepiscopus Tarentinus,quem in literis præmisse translationis nominauit, ad iudicium synodale vocatus esset, occasione certarum literarũ super quodam prætenso decreto confectarum, de quo in eadem translatione mẽtio habita est, quas tamen literas falsò & clandestinè bullatas fuisse constitit, prout in decreto vigesimæseptimæ sessionis huius sanctæ synodi extitit declaratum. Cognoscebat ipse dominus Eugenius esse verum & legitimum Concilium in Basilea, & expressè tam ipse quàm sui præsidẽtes ipsum in eodem loco firmum persistere debere condixerant & firmauerant, saltem vsque ad aduentum Imperatoris & Patriarchæ Græcorum in vltimum portum citramarinum. Et si interim aliqua necessitas mutandi locum superuenisset, mutari debebat Concilium in locum propinquiorem eiusdem nationis, iuxta decretum concilij Constantiensis, quod incipit, Frequens, sicut in conuentionibus firmatis cum Grecis expressè cautum erat. Sciebatq; multipliciter fuisse declaratum per hãc sanctam synodum, etiam ex tempore primæ dissolutionis per eum attentatæ, quòd Concilium per neminem cuiuscunque dignitatis,etiam si papalis, dissolui aut de loto ad locum mutari sine ipsius consensu potestis

Et cur nõ liceat Põtifici ex iusta causa alibi transferre Synodum?

rat: quam esse veritatem iuris diuini,& articulum qui fidem concernit, frequentiùs synodus ipsa ostenderat. Vndè nullatenus tolerare potuit eadem synodus hãc translationem prætensam, quam ipse dominus Eugenius,non obstantibus quibuscunque decretis concilij Constantiensis & istius Basileensis, & cõuentionibus habitis cum Græcis,per ipsumq; approbatis,& declarationibus factis in materia fidei, attentasse comperiebatur, quibus omnibus derogatum esse velle videtur ex eo solo capite, si procederetur contra aliquem suorum præsidentium oratorum. Minusq; potest tantus error in summo põtifice,quàm in quocunque viuentium tolerari, quanto magìs ipsum in fide orthodoxa eruditum esse & rectè sapere conuenit, ne (quod absit) totum corpus grauis morbus inuadat, si languor nõ fuerit curatus in capite. Videreq; possunt clarissimè omnes intellectus hominum, authoritatem sacrorum generaliũ Conciliorum, aut nullam, aut minimam deinceps haberi respectu summorum põtificum, si permitterentur vt Conciliũ authoritate Apostolica transferrẽt, casu quo procederetur contra ipsos aut aliquẽ suorum. Dicit veritas fidei, in sacro Constantiensi concilio declarata, quòd Concilum generale vniuersalem Ecclesiam representans, potestatem à Christo immediatè habet, cui etiam summus pontifex obedire tenetur in his, quæ pertinẽt ad generalem reformationẽ Ecclesię in capite & in membris. Eccè citatur ipse dominus Eugenius super non obseruantia decretorum synodalium, concernentium ipsam generalem reformationẽ capitis & membrorũ, alijsq; ad eanden pertinentibus. Ipse autem præcipit Concilio, ne vlteriùs in his procedat. Alioquin ipsum extunc transfert in Ferrariam, pœnas & censuras, licet tamen nulliter & de facto, in omnes qui post actus cõciliares Basileæ exercuerint, fulminat. Addidit etiam, vt factum Bohemorum, pro quo tot millia hominum interierãt, eo casu vltra triginta dies nõ tractaretur in Basilea, vbi oratores regni Bohemiæ eo tunc constituti erant, cum quibus sancta synodus super declaratione articuli de communione sub vtraque specie, grauibus & maturis disputationibus ac discriminibus laborabat. Potéstne ô venerabiles oratores, hanc taliter attentatam dissolutionem & translationem hæc sancta synodus tolerare, aut sub dissimulatione transire, vbi per eam, dum prima eius dissolutio longè minùs grauis, quàm hæc secunda, fuerat perpetrata, respõsum extitit oratoribus ipsius summi põtificis, in responsione synodali, in qua septem cardinales aderant, & legatus Apostolicus præsidebat: Hic articulus fidem cõcernit,qui sine interitu salutis negligi non potest. Malumus mori, q̃ tanto errori per ignauiam cedere.Hæc verba ibidèm dicta fuerunt, quæ nunc multo magìs dicẽda veniunt, vbi post declarationes super hoc factas per Ecclesiam, post promissiones ipsius domini Eugenij quòd abstineret in futurum à grauaminibus inferendis Concilio & suppositis eius. Hæc prætensa nouissima translatio sub talibus conditionibus,quę nulla ratione colorari possunt,& tali tempore facta est, quòd si oportuit,vt primam dissolutionem sine consensu ipsius Concilij attentatam, declararet ipse dominus Eugenius nullam, irritam & inanem, quãto magìs de hac iterum attentata prætensa translatione, hoc agere necesse est? Sed vlteriora ,psequamur, in vim huius translationis nouissimæ,idem dominus Eugenius aliam congregationem sub nomine generalis concilij apud Ferrariam erexit, etiam ante aduentum Imperatoris & patriarchæ Grẽcorum,declaratione prẽmissa,quòd cõditio posita in præfata translatione, iam erat adimpleta, eo quòd fua cõtumacia fuerat per synodum declarata, dum ad synodum ipsam (vt præfertur) nec vnum seruulũ mittere dignatus est. Eccè fundamentum erectionis alterius prętensi concilij, & altaris cõtra altare, immò cõtra vniuersalem Ecclesiam:nõ solùm aduersus decreta Cõstantiensis & huius Basileensis conciliorum,verũ etiam expresè cõtra ea, quæ per suos præsidẽtes in prætensa decretatione sua nominationis locorũ ordinata fuerant,& quæ in conuentionibus Grẽcorum,approbatis(vt præfertur)per eundem dominum Eugenium,habebantur. Considerate in vero iudicio,qualiter hoc factũ à schismate excusari possit, p̃sertim vbi iamdudũ in octaua sessione huius sanctæ synodi,p̃sidente sedis Apostolicę legato,etiam ante ipsius domini Eugenij adhæsionẽ, fuerat solenniter declaratũ,quòd sicut vnica est Christi Ecclesia, sic non potest esse nisi vnicum generale concilium ipsam repræsentans. Et quòd si contigerit aliam cõgregationem sub nomine generalis concilij, durante isto, erigi per quemcunque cuiuscunq; dignitatis,etiamsi papalis, non foret Cõcilium Ecclesię Catholicę,sed schismaticorum cõuenticulum. Hæc verba ibidèm habentur. Cõspicite pro Dei reuerentia,si post horũ perpetrationẽ causam legitimã, immò vrgentissimã,habuit hęc sancta synodus decernendi & declarandi ipsum dominum Eugenium papam fuisse suspensum ab omni administratione papali,lapsis quatuor mensibus à die prætensę dissolutionis seu translationis,per eum (vt præfertur)attentatæ,p̃missa monitione per solenne decretũ, vt infra illud tempus quatuor mensium ipsam translationem reuocare haberet, sub pœna ipsius suspensionis ab administra-

Cardinales pleriq; & legatus ipse veniã postea ab Eugenio petierunt.

tione papali ipso facto incurrendæ, iuxta formam quæ dudum in decreto vndecimæ sessionis huius sanctæ synodi ordinata fuerat. Potéstne aliquis huic suspensioni contradicere, quæ facta est à legitimo generali concilio vniuersalem Ecclesiam repræsentante, & ex tam vrgentissimis causis, post tantum contemptum decretorum synodalium, continuationemq; abusuum & deformitatum: post tam grauẽ læsionem authoritatis generalium conciliorum, quam fidem tenemus ex determinatione vniuersalis Ecclesiæ nobis tradita, quam quilibet Christianorum tenetur vsq; ad animam & sanguiné defensare:post schisma perpetratũ, propter quod meritò sibi obedientia subtrahenda erat, dum (vt verbis dicamus B. Cypriani) se separabat à collegio sacerdotum & vinculo Ecclesiæ: quo casu de Nouatiano dicit idem Cyprianus, quòd episcopi potestatem non potest habere nec honorem, qui episcopatus nec habere voluit vnitatem, nec pacem: post manifestam contumaciam & apertam rebellionem, dum sic dominus Eugenius notoriè & incorrigibiliter Ecclesiam Dei scandalizabat? Quæ etiam suspensio decreta & declarata fuit ante aduentũ Imperatoris & patriarchæ Græcorum ad vltimum portum citramarinum. Nam supradictus terminus quatuor mẽsium effluxerat, quo tempore concilium ipsum adhuc durare in Basilea nullus, quouis quæsito colore,ambigere poterat. Quid aũt post ipsorum Græcorum aduentũ in erectione cuiuslibet congregationis sub nomine generalis Concilij efficere potuerit, siue apud Ferrariam,siue ad quemlibet locum alterũ, cùm iam ab administratione papali legitimè suspensus esset, vos præclari Oratores lucidè conspicere potestis,etiam absq; alijs necessarijs rationibus, quas latiùs in alijs decretis & epistolis nostris deduximus. Et vt adhuc parumper de hac suspẽsionis euidẽtia summatim loquamur, determinationes precedentes vniuersalis Ecclesię in hoc aduertite. Olim Constantiense concilium in eo maximè decreto, quod incipit, Frequens, pluribus in casibus decreuit summos pontifices suspensioni ab administratione papali subiacere debere,propter bonum vniuersalis Ecclesiæ: & in ea sessione quam super authoritate cõciliorum generalium celebrauit, expresè statuit & declarauit, quòd si quis etiam summus põtifex, mandatis, statutis siue ordinationibus aut præceptis cuiuslibet concilij generalis vniuersalem Ecclesiam repræsentantis,obedire contumaciter contempserit in his, quæ pertinent ad fidem,ad extirpationem schismatis, & generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris, nisi resipuerit,condignę pœnitentię subijciatur,& debitè puniatur, ad alia iuris remedia,si opus fuerit, recurrendo. Deinde in vndecima sessione huius sanctę synodi statutum fuit, quòd si summus pontifex in futurum attentaret concilia generalia actu congregata, dissoluere aut de loco ad locum mutare sine consensu ipsorum, nisi resipisceret infra quatuor menses, suspensionem ab administratione papali incurreret ipso facto. Et si hanc sustineret per duos menses animo indurato, ad depositionem ipsius procederetur. Subsequẽter in duodecima sessione fuit monitus ipse præsens summus pontifex, vt dissolutionem cõcilij per eum tunc attentatam, reuocaret infra sexaginta dies. Alioquin extunc prout exnunc esset suspensus ab omni administratione papali. Postquam hæc omnia præcesserant, ipse dominus Eugenius adhæsit huic sacro concilio, dicens ipsum legitimè ab initio sui fuisse continuatum, non obstante præmissa dissolutione, quam expresè declarauit nullam, irritam & inanem. Exinde Oratores sui ad præsidendum in concilio deputati, iurauerunt expresè suis nominibus decreta concilij Constantiensis super authoritate generalium conciliorum edita, atque insupèr decreta concilij Basileensis manutenere & defendere. Quis post tanta, tamque solida vniuersalis Ecclesiæ testimonia, ambigere aut in dubium reuocare potest, si præfata suspensio per hanc sanctam synodum decerni ac declarari potuerit ac debuerit? quod non solùm clarissimè conspicitur, verùm etiam illud irrefragabile est, quòd postquam suspensionem ipsam dominus Eugenius sustinuerat per duos menses animo indurato, ad eius depositionẽ procedere incumbebat synodali iudicio. Sed quantam in ea re mansuetudinem obseruauerit sancta synodus, quàm benignè supplicationibus vestrorum sereniſſimorum principum cõdescenderit, vos venerabiles oratores pro DEO attendite. Iam eandem suspensionem summus pontifex per annum integrum sustinuit animo indurato,& eccè depositionem eius distulimus vsque ad hoc tempus, processusque aduersus eum inchoatos tardiori gressu deduci & continuari fecimus, expectãtes si forsan ad preces vestrorum principum aut aliundè quomodolibèt excitatus, reuerteretur ad cor, & ad ea quæ sunt salutis, vnionis, pacis & boni regiminis Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus efficaciter conuerteretur, si tandem ECCLESIAM nolentem & corripientem audiret, ne ipsum oporteret haberi iuxta verbum CHRISTI,sicut ethnicum & publicanum. Quantas verò interim persecutiones aduersus hanc sanctam synodum pro salute ipsius laborantem, excitauit, considerate: quantum in se

Eugenius cerrè non sine insigni cõtumelia potest Nouatiano cõparari.

Sess. 4.

Matt. 18.

in se erat, licèt tamen nulliter & de facto, omnia suppositia ipsius sanctæ synodi excommunicare, priuare, inhabilitare conatus est, nisi suæ prætensæ dissolutioni parérent. Interdictum in ciuitate Basileẽsi seruandum statuit, nisi ciues Basileenses concilium ipsius à ciuitate sua eijcerent. Victualia ad nos deferri prohibuit, & portantes eadem spoliari cõcessit, atque ipsorum spolia cedere occupantibus. Insuper quoque per literas suas more Romanæ curiæ bullatas mandauit, vt in ipsa suppositia cõcilij fieret persecutio tanquam in hostes fidei Christianæ, appellans hãc sanctam synodum, perfidam iniquorum synagogam. Postque venerabilis episcopus Visensis & dilecti Ecclesiæ filij Ludouicus de vrbe sedis Apostolicæ protonotarius, Dionysius de Sabenrays sacræ theologiæ professor, & Stephanus Plonerij decretorum doctor oratores nostri, realiter capti fuerũt, sumpta occasione per captiuantes, vti accepimus, ex mandatis domini Eugenij. Sed Dominus in his omnib⁹ nobis adiutor fuit, pro cuius Ecclesia persecutiones pati non refugimus, scientes quoniam ipse Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et quanuis plurima temporalia damna, dispendia & pericula nobis afferat in hoc loco tam longi temporis expectatio cum innumeris sumptibus & laboribus, tamen non possumus hãc in DEVM nostrum offensam committere, vt Ecclesiam eius ruere, inceptamque restaurationem sanctissimæ legis suæ in cordibus hominum, & necessariam reformationem Christianæ religionis * deferri atque abijci, necnon veritatem & iustitiam in diebus nostris miserabiliter conculcari patiamur. sed misericordiam saluatoris nostri iugiter exorabimus, vt ipsam Ecclesiam suam aduersus persecutiones suscitatas assiduè tueatur, nobisq; in eo proposito perseuerare donet, vt nullus aduersitatis impetus, nulla persecutionũ magnitudo nostros animos dimoueat, quo minùs sancta opera, propter quæ hæc vniuersalis Ecclesiæ synodus congregata est, in realem effectum deduci procuremus, & authoritatem vniuersalium conciliorum, per quam fidei integritas & Ecclesiasticæ disciplinę vigor, omnisque regula Christianæ vitæ conseruari habet, sustineamus illibatam, nõ quærentes in ea re quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi & salutis animarum. Alia quoq; plura, specialia de gestis tam per summum pontificem, quàm etiam per suos qui ad diuersas regiones missi fuerunt, nequaquàm per singula commemorare de præsenti volumus. Sed illam grauissimam offensam Dei nostri & Ecclesiæ suæ, atque etiam humanæ naturæ, nequaquàm * tacenda est in personam heraldi illustris principis Pedemontium perpetratam: quem ad Græciam præmiserant legati nostri, qui super vna galea oratorum summi pontificis captiuatus, & torturæ expositus, nusquam comparet: & in mare proiectum & dimersum fuisse accepimus. Verùm diuinam exoramus clementiam, quatenus cor ipsius summi pontificis ita conuertere dignetur in viam veritatis, salutis & pacis, vt non ampliora de his loqui aut scribere necesse sit, sed omnibus emendatis, Ecclesia cunctorum mater de ipsius probis actibus in Domino gaudeat. Iam verò clarissimi oratores ad ea venimus, quæ super mutatione loci pro celebratione concilij, nomine vestrorum principum postulastis. Opportunum quidem fore proposuerunt discretiones vestræ, vt locus alius huic sacro concilio tutus & accommodus eligeretur, in quo cum Græcis haberetur conuentio, seruata ex integro authoritate generalium Conciliorum & huius præsentis Basileensis concilij, quod vniuersalem Ecclesiam repræsentare deuotis & fidelibus animis profitemini. Nos quoque pacis & vnitatis amantissimi, ipsorum principum vestrorum votis, quantum cum DEO possumus, condescendere cupientes, aures benignas cunctis in ea re per vos proponendis accommodauimus. Petierunt autem deputati huius sanctæ synodi, inter quos cardinales, Archiepiscopi, episcopi, abbates & doctores insignes erãt, vt media aperire velletis, quibus res istæ perfici possent. Vos ad hæc respondistis, vt illi potiùs ea aperirent, qui de authoritate conciliorum generalium & rebus eam cõcernentibus ampliùs informati erant, atq; in his vltrà iam per septennium occupati. Ipsi verò suasioni vestræ morem gerentes, huic negocio operam dederunt. Et cùm plurima in ea re pericula cernerent subuersionis eiusdem authoritatis conciliorum generalium, atque deperditionis inchoatorum operum, reformationem Ecclesiæ in capite & membris concernentium, certa capitula conceperunt, per quæ his periculis obuiare pro sua fidelitate conabantur. Et si verè eadem capitula, dum à vobis audita fuerint, non à iustitia & sanctitate deuiare arbitremini, tamen quoniam difficile fore existimatis, summum pontificem ad hæc inducere, alia capitula concepistis: quibus completis, hanc fieri posse loci mutationem. Vos autem maiorem partem vestrum * aduisasse dicebatis. super ipsis quoque per vos * aduisatis, deinceps nostri deputati nonnulla quæ addenda videbantur, & quædam etiam subtrahenda, exindè annotauerunt: circa quæ deinceps mutuam collationem habuistis.

Hæc aũt sancta synodus oĩa maturo examine ponderans, q̃ tam per deputatos suos, quàm

Certè gregorius dicit, etiam non iustã pastoris sententiam esse formidandam.

Matth. 5.

fo. * deferi

Sed hæc cõtra Ecclesiæ pastorẽ pertinacia à multis reprehenditur, & fuit certè exempli non boni, præsertim vix vno Cardinale Basileęmanente, cæteris resipiscentib.

for. * tacẽdam putamus, in

Solus Arelatensis cardinalis mãsit Basileæ, Eugenio infensissimꝰ

* auisasse

quàm per deuotiones vestras librata fuerũt, iam in præsentiarum grandia pericula vestris deuotionibus exponere duxit, ex hac mutatione sibi ac toti Ecclesię euidenter imminentia: quibus nõ satis cautũ esse per capitula quæ à vobis concepta sunt, vestræ discretiones facilè possunt aduertere. Primùm quidem, de nullitate dissolutiõis ac trãslationis prætensæ huius sacri cõcilij in Ferrariam per summum pontificem recognoscenda, nullam feciſtis mentionem: quã nullatenùs per Ecclesiã tolerari posse, superiores rationes ostenderunt: neq; sola cessatio cõgregationis Ferrariensis, de qua feciſtis mentionem, graue vulnus in hoc illatum Ecclesiæ quoquo modo sanaret. Secundò, tria loca per synodum nominanda proposuiſtis, ita vt alterius ipsorũ optio per dominum papam & Græcos fieri haberet, cùm tamen venerabiles & discreti oratores sereniſſimi regis Romanorum & venerabilium ac illustrium principum electorum sacri Romani imperij, tam in propositionibus per vos factis, quàm in petitionibus scriptotenus præsentatis, à principio duntaxat locum alterum pro œcumenico concilio celebrando quæfieritis, & posset concilio periculum imminere, dum illum locum qui minùs accommodus & securus nobis esset, papa cum Græcis fortasse assumeret. Tertiò, non expreſſiſtis quòd dominus Eugenius in talem locum cõsentiret tanquam authoritate huius sacri concilij vniuersalem Ecclesiam repræsentantis nominatum: neq; aliquod verbum in vestris auisamẽtis percepimus, per quod ipse hoc Basileense concilium legitimè continuatum recognoscere haberet: quod tamẽ necesse est, si summus ipse pontifex cũ hac sancta synodo atque etiam cum religiosis principibus vestris vnum sentiret, & pacẽ & vnitatem confouere velit, ac futuris quęstionibus & controuersijs obuiare, quæ in altero loco exoriri possent. Quartò, de obseruatione synodalium decretorum & reformationis executione, pro qua hæc sancta synodus grauissimos labores tanto tẽpore sustinuit, & quæ intantùm diuinę legi beneplacita, salutique Dominici gregis necessaria iudicata est, nullam mentionem expressam feciſſe videmini: neque etiam super obseruatione gestorum in materia iustitię, gratię seu indulti in hac sancta synodo, per ipsa auisamẽta vestra habetur prouisio aut securitas, ex qua re quàm plurimę turbationes in diuersis regionibus proueniret, nisi opportunè prouideretur. Quintò, de modo transferendi concilium ad locum alterum, & qualiter procedetur in illo loco, saltem ab initio nihil auisamenta vestra dixerunt, nisi tantùm quòd modus ille obseruabitur, quem concilium ibi existens determinabit. Dum verò ibi deuentũ esset, dicerent forsan aliqui, solos pontifices vocem diffinitiuam habere, & à votis illorum concludere vellent. Alij, abbates, doctores & priores & capitulorum procuratores, aliterque debitè qualificatos insignes viros, non excludi debere, & à maiori parte omnium conclusiones habendas arbitrarentur. Rursum quidam per deputationes, alij per nationes, procedere conarentur: facileq; esset, concilium inter has dissensiones dissolui, maximè attento conatu, quem præsens summus pontifex ad ipsam dissolutionem hactenus exercere visus est. Sicq; tandem posset contingere, vt paruipensis decretis synodalibus, & quodammodò sepulta authoritate generalium cõciliorum, summi pontifices pro libito voluntatis agere possent quicquid eis videretur, dum aduersus hoc concilium, cui incorporati fuerũt omnes reges Christiani, & quod tanta authoritate fundatum extitit, in ipsius tali dissolutione & elusione post tanta certamina præualeret moderni domini Eugenij voluntas: quod quàm esset perniciosum & damnosum toti Ecclesiæ atque Christiano populo, vos ipsi considerate. Quare necesse est, si concilium transferri debet, vt cum magna cautela his periculis obuietur, & de modo incipiendi progressum ipsius concilij in loco altero, firma & stabilis conclusio ante translationem habeatur. Cùm verò ibi solidatum & stabilitum fuerit concilium, si alios modos tenere voluerit, hoc in sua libertate manebit. Sextò, suspensionem summi pontificis ab administratione papali, mox sublatam intelligi profertis, cùm canones Constantiensis concilij professus erit, & in locum nominatum consenserit: quod nullatenùs fieri posse, manentibus causis propter quas süspẽsio ipsa decretata est, vestrę discretiones clarissimè cõspicere possunt: quę etiam vbi expurgatæ essent, & spes bona in spiritualibus & temporalibus in administratione posset concipi, talem sublationem cum magna consideratione per solenne decretum effici conueniret: neque de admissione præsidentium ex parte ipsius summi põtificis, de qua in vestris auisamentis agebatur, mentio est habẽda, priusquàm ipsa suspensio auferatur. Quod verò de censuris hinc & indè tollendis additum est, scitis ea quæ aduersus hoc legitimum generale cõcilium in his facta sunt, nulla prorsus esse, irrita & inania, sicut etiam dudum in decreto duodecimæ sessionis huius sanctæ synodi extitit declaratum: & cùm vnica sit Ecclesia, vnicum est etiam generale concilium ipsam repræsentãs, cui quilibet cuiuscunque status & dignitatis, etiam si papalis, obedire tenetur. Nec in Ecclesia contrariæ sunt potestates, à quibus contrariæ censuræ veraciter procedere possint, sicut

Et tamen Ecclesia reuerẽter agnoscit Synodum Ferrarien.

Immò nihil Ecclesiæ perniciosius, q̃ contemptus pastoris Ecclesiæ. Vide Cypriani epistolas.

& vos optimè intelligere non dubitamus. Septimò, locum mutari quęritis. esto quòd neq; papa, neq; Græci venirent ad illum alterum locũ, aut in eum consentirent. Quæ autem necessitas vel quæ vtilitas id agere suadet, non aperuistis. Nec videtur quo pacto dominus Eugenius ibidèm audiri haberet, sicut tangere videmini, dum neq; in illum locum consentire, neque ad ipsum mittere vellet. Idipsum verò nequaquàm conueniens esset, synodum in loco securo ac quieto & pacifico consistentem, periculosæ translationi exponere sine fructu aut spe alicuius vtilitatis vel vrgente necessitate. Octauò, quoniam non dixistis quid agendum erit, si dominus Eugenius ea quę petũtur, facere noluerit: poterimúsne semper in talibus dilationibus, in his fluctuationibus Ecclesiam periclitari permittere, & non sibi de aliquo prouidere remedio? videtis quantæ dilationes concessæ sunt, quæ nullum fructũ attulerunt: immò pendentib' illis, ipse dominus Eugenius quàm plurima in præiudicium Ecclesiæ innouauit: pendente quidem dilatione sexaginta dierum, post citationem eius, concilium dissoluere & transferre attentauit. Subsequenter dilatione quatuor mensium, post dissolutionem ipsam, congregationem Ferrarieñ erexit. Deindè sub tertia dilatione duorum mensium, post suspensionem ipsius ab administratione papali, nos prædæ & spoliationi alijsque persecutionibus antedictis exposuit, & Græcos ad se pro sui munimento attraxit. Longioribus deindè dilationibus ad rogamina principum per nos obseruatis, ipse interim nuncios per orbem transmisit, qui suaderent corda multorum in viam eius. Rursum, dum his diebus super tractatibus pacis *nobiscum occuparemur, ipse neque nobis neq; vobis consultis, prætensam translationem in ciuitatem Florentinam fecit: & cùm vos venerabiles oratores locum alterũ in Germania expeteretis, vbi omnes conuenire possent, ipse ad longiores regiones non parùm accessu difficiliores, se transtulit. Videtis quòd inter has dilationes scandala continuè crescunt. Vilescit synodalis authoritas, totus ferè grex dominicus ob defectum pastoris prouidè regentis, in præcipitium malorum dilabitur, & in his nullam medelam profertis, nullam securitatem remediorum datis, si summus pontifex huic sanctæ synodo & vestris desiderijs condescendere recusauerit. Tandèm designastis, quòd dum sic ad alterum locũm deuentũ fuerit, ciuibus Auinionensibus creditoribus Ecclesiæ satisfiet. Nullatenùs aũt possumus aut debemus vsq; in id tempus sub euentu incerto satisfactionem eis debitam differre & prolongare, cùm & pecuniæ iam collectæ, pro Ecclesia in diuersis locis ha-

*vobiscũ

Pestis Ferrarię seuiens coegit Eugeniũ transferre synodum.

beantur, quæ nullatenùs nobis denegari iustè possunt, tenemurq; pro viribus agere, vt quantocyus sine mora, quod debet sancta synodus restituat. Hæc itaq; clarissimi oratores ponderare velint vestræ prudentiæ, & pro reuerentia Christi saluatoris nostri efficacem operam impẽdere, vt res vniuersalis Ecclesiæ ad honorem Dei, salutem animarum & veram pacem cunctorũ, feliciter disponi possint. Vos omnes vno animo cum hac sancta synodo saluti Ecclesiæ sanctæ Dei cõsulere curetis, & eam in suis necessitatibus efficaciter adiuuare. Nos verò si in præmissis quæ necessaria sunt cõuenienter prouisum fuerit, pro bono pacis & contemplatione sereniſſimorũ principum vestrorum, atque singulariter pro vnione Grecorũ prosequenda, quam semper multo desiderio expetiuimus, ad trãslationem huius sanctæ & vniuersalis synodi in alterum locum securum, & rebus vniuersalis Ecclesiæ gerendis accommodum, condescendere parati erimus. Interim tamen nõ omissuri ea, quæ ad progressum huius sacri concilij & operum per ipsum inchoatorũ, tam in reformatione Ecclesiæ in capite & in mẽbris, quàm in cæteris rebus, pertinere videbuntur pro honore Dei & salute vniuersalis Ecclesiæ. Et nihilominùs totis viribus semper operam dabimus, vt pax optima & beata trãquillitas per omnem Ecclesiam vigeat. Ad laudem & gloriam spiritus paracliti, qui cũ patre & filio vnus est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, 10. Calẽd. Martij, anno à natiuitate Domini 1439.

RESPONSIO SYNODI AD Schedulam oratorum principum de mutatione concilij in alium ex tribus locis, vbi inchoandũ esset omninò cõcilium ad sex mẽses cũ dimidio, nec interim cõtra papã ꝓcedendũ.

SAcrosancta &c. ad futuram rei memoriam. Rem grauissimam, quam ab hac sancta synodo quæritis venerabiles ac circunspecti oratores, attentis considerantes animis, Deum nostrum qui sua potenti dextera Ecclesiã plantauit in terris, supplices orauimus & oramus, vt ea nobis loqui ac respondere donet, quę sint ad suę maiestatis honorem & salutem omnium credentium, qui Apostolis suis & discipulis, vt in tempore necessitatis loquendi fidutiã haberent, dixit: Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Mutationem huius sacri concilij in locum alterum, superiori tempore per vos expetitam, iterum postulatis. Spem quoque pacis Ecclesiæ ex ea re cõcipere videmini, quam profectò pacem si per hoc medium possemus adipisci, iamdudum ipsam mutationem auidis animis quæsiuissemus, quoniam summo desiderio

Matt. 10.

cupimus cum beatis pacificis filiationem Dei promerentibus operari ad pacem, non quidem illam pacem appellantes, qua, conciliorum authoritate contempta, quispiam summus pontifex posset de tota Ecclesia & animabus redemptis sanguine Christi, agere quicquid sibi libitum foret, abiectaque salutifera reformatione, spretis sacris canonibus & decretis, vitia & abusus pestiferi pacificè regnare permitterentur: aut quod omnibus grauius est, fide læsa & vulnerata, quisquis fidẽ ipsam impugnans pacificè opprimeret Ecclesiam, & illi tacere cogerentur qui fidem ipsam sustinerent. Nõ quidem hoc esset pacem agere, sed turbationem grauissimam: Non hoc esset mederi languoribus præsentibus Ecclesię, sed eam in miserabile discrimen adducere.

Non hoc voluit Eugenius, cui vos multũ detrahitis.

Quod quidem non esse nostræ intentionis credimus. Sed zelus domus Dei cogit nos in extremis Ecclesiæ periculis non tacere veritatem, ne tandem dicere oporteat in DEI iudicio: Væ mihi, quia tacui. Sciunt discretiones vestræ, vitam Ecclesiæ in fide & probis moribus præcipuè cõsistere, quibus capiti suo & fonti vitæ Christo cõiungitur, ac cum eo pacem habet, charitatem & gaudium, quæ sunt fructus spiritus: vt & vos ipsi exapostolo allegastis. Quam*verò pacem quęrunt beati pacifici, qui recipiunt adoptionem filiorum Dei. Hæc est enim pax Christi, de qua ipse ait: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodò mundus dat, ego do vobis. Cùm autem his nouissimis temporibus deformitates, schismata & errores plùs solito cœpissent insurgere, congregata in spiritusancto sacra Constantiensis synodus, nobis fidem explicauit de potestate immediatè data ab ipso fidei authore Christo concilijs generalibus, repræsentantibus Catholicam militantem Ecclesiam, quibus & summus põtifex, & quilibet alius obedire tenetur: vt Christiani intelligerent, quòd ipsis erroribus, schismatibus & deformitatibus obuiare oporteret per conciliorum generalium authoritatem, sicut Christus ipse Deus noster ordinauit, vt sic frequens conciliorum celebratio, quæ præcipua agri dominici cultura est, vepres & tribulos prædictorum malorum euellat, prout in eadem Cõstantiensi synodo declaratum extitit, & pax optima cum sanctitate & iustitia omnibus diebus vigeant in terris. Vndè verò languores, vndè morbi, vndè turbationes pacis & vexationes Ecclesiæ iam nunc potissimè inualescunt, nisi ex eo quòd obedientia, quam Christus ipse imperauit, quã Ecclesia declarauit, quam fides edocet, non data est concilio generali (quod dolenter referimus) à domino Eugenio papa moderno? immò grauissimè contempta, & durissimè factis, verbis, & scriptis vsq; in ho-

Esa. 6.

Gal. 5. * verè

Ioan. 14.

Petro dictum est, pasce oues meas, illi ergo vos obedire debuistis,

diernum diem impugnata, sicut magna ex parte in alia nostra responsione synodali, præterito mense Februarij ad vestras priores petitiones super mutatione huius sacri concilij porrectas, explicauimus, vndè diuisiones & schismata in Ecclesijs particularibus, vndè principum & prælatorum, atque etiam populorum per orbem dispersorum, grauissima perturbatio. Nam quemadmodùm sæpè audistis, primitus hoc sacrum concilium congregatum authoritate duorum precedentium conciliorũ, & duorum summorum pontificum, pro extirpatione hæresum & reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, quasi ab exordio attentauit dominus Eugenius, licèt nulliter & de facto, dissoluere sine ipsius concilij consensu. Deinceps cùm plurima decreta salubria edita fuissent pro reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, & per legationes plures * per plures oratores admonitus esset, vt animum suum ad eorũ obseruationem redderet benignè inclinatum: ita proh dolor ea paruipendit, ita cõtempsit, vt quasi in nullo debitam obedientiam ipsi concilio adhibere compertus sit: ex quo grauissimo contemptu non parua suspicio aduersus eum exorta est, quòd de declaratione Catholicæ fidei, facta in concilio Constantiensi, nõ rectè sentiret, quodque non crederet se teneri obedire concilio, prout ipsa fidei veritas asserit. Quid ampliùs? cùm super hoc graui contemptu citaretur, mentem suam plenius aduersus ipsam veritatem declarauit, dissoluendo authoritatiuè hoc sacrum concilium de facto sine cõsensu ipsius, casu quo virtute decreti citatorij procederetur aut fieret aliqua nouitas contra ipsum, aut cõtra aliquem suorum oratorum præsidentium, qui in concilio fuerant, prohibendo etiam authoritatiuè, ne in eo casu factum Bohemorum, quod actu tractabat hæc sancta synodus, vltra triginta dies ageretur: vbi non solùm iam obedientiam denegauit, sed se iudicem super concilium constituit, non ei obediens, sed imperans in his, in quibus eundem teneri obedire cuncilio, ex Christi ordinatione asserit ipsa traditio fidei. Si verò iam hoc sacrum concilium dissoluatur, quod fidem Ecclesiæ defendit: dimittaturq; ille supra Ecclesiam pro libito suę voluntatis imperare, qui tanto tempore tam grauiter ipsam factis, operibus & verbis impugnat, immò authoritate & potestate conatur opprimere: nunquid non ipsius Ecclesiæ imminet desolatio? Nunquid non timẽdum est vel potiùs præsumendum, quòd concilio dissoluto, volet singulos per orbem dispersos cogere, vt idem sentiant quod ipse? Nunquid non si absq; debita correctione sic dimittatur, cunctis siue Ecclesiasticis siue secu-

fo. *ac per

Certè Eugenio Latini & Græci in Synodo Florẽtina assenserunt.

*r laribus

laribus, siue prælatis siue principibus, aut alijs quibuscunque imminebit persecutio, qui fidem in sacro Constantiensi concilio explicatam voluerint profiteri? Quid verò de illis faciet, qui decreta synodalia seruare volent? quod cùm in præsentia videamus adhuc sedente concilio, quomodò tales in pluribus Ecclesijs faciat tractari. An verò hæc erit appellâda pax & tranquillitas Ecclesiæ, vos præclari oratores, pro Deo considerate. Quot erunt deinceps, qui pro conciliorum authoritate, pro declarationibus per Ecclesiam factis in explicatione fidei certabunt, si eas deprimi & hoc concilium in earum defensionem de facto viderit succumbere? Quis hæreticus non audentiùs (quod cùm amarissimo gemitu dicimus) cornua eriget aduersus sponsam Christi, si ipsa concilia generalia, quibus supremum iudicium in materijs fidei decretum est, viderit conculcari? Sed quis, ô præclari oratores, iam in alio cõcilio, quod futurum dicitis, ad resistendum summo pontifici pro defensione rectæ fidei veniret, dum ipse pontifex hoc sacrum concilium de facto suppressisse, & in nihilum redegisse conspiceretur? Quale prætereà exemplum relinqueretur summis pontificibus, si perperàm agere volent, schismata faciendi, concilium generale impugnandi & dissoluẽdi, vt quotiès de ipsorum correctione in fide aut in moribus agetur, perturbent, scindant & diuidant concilium, atque in aliud concilium deueniri postulent? Et si in illo nõ fieret quod voluerint, iterum aliud quærant: sicque fiet transmigratio de concilio in concilium, & iudicia vniuersalis Ecclesiæ sic semper in incerto vagabuntur, dum præsens summus pontifex postquàm decretis, præceptis & ordinationibus synodalibus tanta obduratione obsistit, postquàm ipsum bis authoritatiuè sine eius consensu dissoluere attentauit, & scissurâ in Ecclesia grauem iam perpetrauit, tandem nulla suscepta pœnitentia, nulla penitus emendatione facta, obtineret vt cõcilium mutari cogeretur: immò verisimiliter in totum dispergeretur per hãc viam mutationum & dilationum, quas afferri concipimus, perseuerante ipso moderno pontifice in assidua eiusdem concilij & totiès declaratę veritatis impugnatione. Hoc equidem non esset schismati obuiare, sed schismata fouere & nutrire, dum pontifici volenti schisma facere, vt formidare videmini, si concilium ad eius correctionem procederet, talis fauor præberetur, vt eius contemplatione ipsum concilium tali modo mutaretur, vndè posteris ad schismata facienda maior pararetur audacia, vt conciliorum eneruaretur authoritas, per quorum supremum iudicium in terris schismata extirpari conuenit: immò secundum hoc, qui Ecclesiam lacerare & scindere vellet, ipsa sibi tota opprimenda relinqueretur. Et ne partem gregis ad se traheret, totus in suis manibus dimitteretur. Vndè forsan volendo auferre ab eis fidem, quam in Catholica Ecclesia de authoritate conciliorum didicerunt, & contemnendo leges pro salute omnium datas, ipse omnes in damnationem ducere moliretur. Non hîc agitur, præclari oratores, de tali schismate, in quo duę personę contendunt de papatu, & in dubium vertitur cui eorum ius competat, vbi vterque contendentium in iudicium concilij generalis venire habet sententiam auditurus: sed agitur de põtifice, qui se voluntariè à concilio volente ipsum corripere, seperauit, quod reputabat legitimum vniuersalis Ecclesiæ cõcilium, & Ecclesiæ pacem turbauit, schisma fecit, scandala suscitauit dissoluendo concilium authoritatiuè, vt præmissum est, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquem oratorum suorum præsidentium. Et altare contra altare erexit, vt sic correctionem iudicis effugeret. Quomodo autem res illa locum sibi vendicare poterit sine eneruatione authoritatis conciliorũ? vt post prædicta oporteat pontificem manere in possessione dissoluendi taliter cõcilium. Et quia sancta synodus * dum verò iam requiritur, vt post ista concilium, quia officium iudicis egit pro exercitio iustitiæ sibi diuinitùs cõmisso, cogatur loco iudicij cedere & mutari, suaq; iudicia differre, ac deserere, ac per talẽ mutari, vt sibi pfigãtur tempora, loca, modi procedendi & alia quę nunc requiruntur à nobis, quasi non sit libertas in concilio generali ad faciendum quod pro republica expedientius iudicabitur sub directione ipsius spirituſsancti, de cuius auxilio confidendum est, quòd siue oporteat concilium manere in hoc loco, siue mutari, siue conueniat procedere, siue quicquã aliud agere, & de modo, forma & tempore omnia peragendi, suggeret ipsi concilio quod pro salute vniuersalis Ecclesiæ fuerit necessarium. Sed dicitis, quòd concilium in alio loco præter sui cõsensum, indissolubile permaneat. Verùm si papa hoc priuilegium habeat dissoluendi concilium sine eius consensu, quomodo vultis illud ab ipso tollere? Si autem nõ habeat, in hoc notoriè errauit: quomodo id fieri quærit, per quod in hac errandi possessione permaneat, & de mutatione concilij tali modo per ipsum dominum Eugenium facta, possessio haberetur, quæ trahatur ad consequentiam? Et si in talibus cõsentiret hæc sancta synodus, iam authoritate Ecclesiæ, talia fieri posse viderentur, quod nullatenùs quæri aut effici debet. Dicitis prætereà ipsum cõcilium mutari habere in alterum trium locorum, in quem papa aut Græci

Immò cõcilium haberi voluit, sed in Italia, idq; non sine causa.

3. Reg. 22. f

Nimium vobis submitis in pontificẽ.

Quis hoc vnquàm pontifex fecit?

Græci venire consenserint. Et esto quòd nec ipse nec ille consentiant, nihilominùs mutetur. In primo casu non est nobis facile existimare, attentis præteritis operibus, quòd papa veniat in illum locum personaliter, in quo speret se correctionem accepturum. In secundo casu, cùm Græci aduenient, & fiet nouum concilium ex Latinis & Græcis, dantur inducię correctionis & emendationis domini Eugenij, donec per ipsos Græcos fuerit iudicatus: immò secũdum hoc agitur, vt Græci ipsi de actis synodalibus huius sacri concilij Catholicam Ecclesiam repræsentantis, & de operibus papę iudicare habeant, priusquàm papa ipse corrigatur: quodq; omnes quæstiones iuris & facti agitatæ in concilio erga dominũ Eugenium, quarum etiam aliquæ ius diuinum & fidem concernunt, haberent in iudicium ipsorum Græcorum deuenire, relicto huius sanctæ synodi Catholico iudicio: & quòd ea, quæ per Ecclesiam in concernentibus fidem determinata sunt, in dubium reuocentur, quasi notaretur ipsa Ecclesia in his quæ fidei sunt, errare potuisse. Dicitur, quòd ibidèm dominus Eugenius legatos suos mittat, quod iurisdictionis est, ac si ipse ab administratione papali non esset suspensus, cùm tamen ipsam suspensionem ex causis tam necessarijs & tam vrgentissimis, quas in alia responsione synodali exposuimus, constat esse factam. In tertio casu, si hoc sacrum cõcilium mutetur, quod fundatũ est authoritate duorum conciliorum præcedentium & duorũ summorum pontificum, cui ferè omnes maiores Ecclesiæ prælati, cardinales, archiepiscopi, episcopi, omnesque reges orbis Catholici incorporati sunt: esto quòd nec papa nec Græci consentiant, id sequetur, quòd vbi concilium existens in hoc loco, fortiter impugnat dñs Eugenius, ipsum translatum in alium locum sine eius consensu fortiùs impugnare posse videatur, & habere maiores colores impugnandi: interimque septem mensium vel * eocircà, dilationem obtineat, quibus nihil pro eius correctione agatur, quibus nullatenùs fidei & saluti Ecclesiæ prouideatur, sed potiùs supposita huius cõcilij per attædiationem aut alia incommoda dispergantur, & tandem nulli vel pauciſſimi ad illum alium locum accedendi habeant voluntatẽ, dum viderint huius concilij Basileensis tam miserabilem exitum, quod tantis laboribus cõgregatum, tot annis aduersus impugnationes domini Eugenij conseruatum fuit. Quid aliud ad hæc respondere possumus, venerabiles Oratores, nisi amarissimos edere gemitus super flebili ruina Ecclesiæ, si res ita procedant, & plorare die ac nocte super illa generalium conciliorum authoritate tandiu per nos defensata, quam in interitum perduci conspicimus, nisi Deus noster præuideat? De qua authoritate parùm prodest verbo dicere quòd conseruari habeat, si tale factum agatur, vndè ipsa miserabiliter prosternatur. Quis verò dabit capitibus nostris fontem lachrymarũ, vt in mœroribus & doloribus dignè lugeamus læsionem fidei, contemptum synodorum & sacrorum canonum? quibus conculcatis, omnia scelera, omnia vitia, omniũ abusuum & deformitatum incrementa liberiùs regnabunt: pariter quoque amarè flebunt diebus futuris principes & nationes orbis, dum quispiam Romanus pontifex eos iniustè opprimere volet. Nam frustrà deinceps ad concilia generalia recurrent, quorum erit sic prostrata authoritas. Si enim concilium generale aliquid vellet de ipso Romano pontifice iudicare, illud dissoluet ac tranferet, aliudque concilium fieri quæret, vbi possit suum libitum consequi. sicque nulla stabilitas, nulla firmitas in iudicijs ipsorum cõciliorum haberi poterit. Inualescet prætereà ille pernicioſissimus error in populum Dei, vt vnus homo ad summum pontificium assumptus, possit de tota Ecclesia & Christianitate agere ad suæ libitum voluntatis, sicque per generale concilium vniuersalis Ecclesiæ, non valeat corrigi aut reformari. Sed & videmus non solùm statum Ecclesiasticum & salutẽ animarum ex ea re detrimenta pati, immò omnem statum, omnem politiam, omne regimen in spiritualibus & temporalibus perturbari. Nam eccè postquàm generale concilium Ecclesiam Catholicam repræsentans, immediatè habens potestatem à Christo, cui summus pontifex & quilibet alius obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem Ecclesię in capite & in membris, cœpit suum exercere iudicium in dominum Eugenium pro correptione ipsius, contumaciter obedire contempsit: iam via introducitur, vt qui concilio in his tenentur obedire, non ipsum cõcilium reputent vt iudicem, sèd vt partem cum domino Eugenio contendentem, & velint ipsum iudicem directè aut indirectè arctare vel cõpellere, loca & tempora eidem præfigere, vt sua iudicia nequaquã proferat: immò ad instãtiam eius qui reus est, iudicium suum mutare cogatur. Quòd si hoc fit de summo iudice potestatem habente immediatè à Christo, nunquid non ex hoc datur exemplum subditis quorumcunque iudicantium, vt ipsos iudices temporales ac spirituales per mutuas intelligentias compellerent, vt illi à iudicando desistant? Sicque peribit iustitia in terris, & eueniet, quod ait gloriosus Hieronymus, dum vni parcunt, vniuersæ Ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ est, inquit, ista misericordia vni

Hier. 9.

Certè Eugenio synodos non contẽpsit.

Sed illi vni homini dictum est, Ego pro te rogaui, vt nõ deficiat fides tua.

Sed tandẽ pauciſſimi Basileenſibus adhæserunt.

parcere,& vniuersos in discrimen adducere? cumque pax (vt ait beatus Augustinus) sit tranquillitas ordinis,iam abrupto ordine iudiciorum,omnis pax & hominum ad DEVM, & hominum inter se,turbabitur, dum via conueniens ad pacem non quæritur, dum iustitia abijcitur, & veritas prosternitur: quas cum pace ipsa, diuina doctrina nobis ostendit oportere copulari. ait enim scriptura quæ mentiri non potest:
Psal. 84. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi,
Zach. 8. iustitia & pax osculatæ sunt. Et Dominus per prophetam inquit: Pacem & veritatem
4.Reg.20. diligite. Rex quoque Ezechias dicebat: Sit pax & veritas in diebus meis. Quid igitur potiùs in tãta rerum difficultate agendum est huic sanctæ synodo? an quòd recedat,mala & omnia supradicta permittat prævalere,an quòd ex officio sibi commisso à Christo, sub confidentia ipsius diuini auxilij, per defensionem veritatis & exercitium iustitiæ in repellendis tantis malis; debitum suum agere curet coram DEO
Eccí 4. & hominibus, adimplens illud quod per sapientem dictum est,Certa pro iustitia vsque ad mortem? Clarissimè videre potestis, venerabiles oratores, quòd Ecclesiam matrem omnium Christianorum in tanta desolatione deserere non possimus, sed nobis & toti populo Christiano grauissima imminet damnatio,si saluti ipsius Ecclesiæ & vitæ suæ quæ ex fide est, prouidere negligamus. Expectauimus iam plurimis annis, si præfatus dominus Eugenius viam veritatis recognosceret. & contemplatione Christianorum principum, dilationes plurimas benignissimè obseruauit hæc sancta synodus, ambasiatoresque suos ad diuersas regiones transmisit,veritatem & iustitiam huius sacri concilij ac necessitatem vrgentissimam prouidendi publicæ saluti Ecclesiæ aperientes. ad duas quoque conuentiones in Nurenberga successiuè habitas profecti sunt, & nouissimè in ciuitate Moguntinensi non defuerunt sufficienti potestate suffulti,vbi oratores summi pontificis per triginta dies expectati, nullatenùs comparere voluerunt, nisi post recessum oratorum huius sanctæ synodi,qui cũ bona licentia oratorum principum ibidèm existentium, per plures anteà dies abscesserant. In omnibus autem his nunquam ex parte summi pontificis aliquid emendationis vel correctionis oblatum audiuimus, vt per hoc paci Ecclesiæ consuleretur, quam ita turbauit: & ne (quod absit) totũ corpus inuaderet morbus, & languor non esset curatus in capite, atque etiam vt diuina maiestas, per ipsum grauissimè offensa,placari posset:immò duntaxat petita est semper huius concilij mutatio, & talis mutatio, quæ ipsum cõcilium reformationem Ecclesiæ quærens eneruaret,& dominum Eugenium durissimè resistentem, in sua coutumacia roboraret. Neque audiuimus quòd vos aut alij oratores principum in his rebus à papa impetraueritis, vt contemplatione Ecclesiæ & populi Christiani, quicquam emendationis aut melioratiõis efficiat. Iam verò iustissimam huius sacri concilij prosecutionem totus orbis cõspicere potuit,necnon patientiam ac mansuetudinem nostram atque longissimam expectationem in hoc loco,in quo nõ nos mundana solatia aut terrena affectio detinent: immò relictis proprijs regionibus, domib⁹, & beneficijs, in quibus quiescere poteramus, varias hìc persecutiones, iniurias, damna, opprobria passi sumus, & assiduè patimur, libenter omnia sufferentes pro votiua cõsecutione reformationis Ecclesiæ Dei, pro qua iam tribus generalibus cõcilijs diuturno tempore laboratum est, pro defensione fidei orthodoxæ, quam in oculis nostris videmus multipliciter impugnari. Et intantùm præfatis Catholicis principibus expectando quæsiuimus complacere, vt post victualium penuriã & alias clades quas pertulimus,etiam grauiora pericula immineant, atque per varia rerum discrimina huiùs concilij dispersio, & post tot annorum susceptos labores, extrema Ecclesiæ desolatio in foribus esse videantur, si non celeriter occurratur. Vndè iam apertè conspicere possunt principes Christiani,nos maxima necessitate compulsos, vt secluſa ampliori dilatione, pro honore Dei creatoris cunctorum,regis regum,do- 1.Tim.6.c
mini dominantium, & pro saluatione ani- Apo.17.d
marum omnium, cõmuni saluti ipsius Ec- 19.c
clesiæ prouidere curemus. Et ne in tanta rerum necessitate de graui negligentia coram omnipotentis DEI iudicio arguamur, omnem nostram fidutiam proijcientes in saluatorem nostrum Iesum, in cuius nomine congregati sumus, fauente ipsius gratia,ita intendimus agere, vt corã omnibus principibus atque populis clarissima iustitia & veritas huius sanctæ synodi reluceant. cum iustitia autem veniat intra Ecclesiam soror eius pax, & sibi inuicèm gratissimo copulabuntur osculo. nec quicquã aliud petimus, nisi vt in his turbationibus rerum det nobis id agere,quod beneplacitum fuerit suæ diuinæ maiestati,& speramus per manũ eius omnes Christianos in viam veritatis & prosecutione publicæ salutis vnionem & pacem bonam amplecti: quod & nos maximè desideramus,ac laboribus cunctis prosequi volumus, vt omnes vnanimiter in amore fraternitatis DEO seruiant, & sint vnum in veritate: nec aliquem de veritate huius sanctæ synodi informatum, credimus velle tandem huic fauere errori, vt vnus mortalis homo, qui ordinatus est vt sit fidelis minister in domo

mo DEI, possit (vt præmissum est) ad libitum voluntatis suæ de tota Ecclesia agere, & neque generalia concilia repræsentantia Ecclesiam vniuersalem, neque Canones synodales, neq; postremò ipsas declarationes fidei per Ecclesiam catholicam factas attendens, possit totum gregem DOminicum tanto precio redemptum,in præcipitium damnationis inducere: nec vni personæ mortali quis intantùm humano fauore affectus putari debet, vt propter illius temporale desiderium,quod sicut vmbra pertransit, velit vniuersam Ecclesiam destrui: neque formidari nimiùm oportet, si iustum Ecclesiæ iudicium in correptionem domini Eugenij proferetur in futurũ pro necessitate totius Ecclesiæ: & ipse, quod absit, rebellando in aduersum, velit schisma facere,alios attrahendo,vt ab vnitate Ecclesiæ se separét, quòd princeps aliquis Catholicus aut notabilium prælatorum quispiam velit suo fauere schismati, præsertim in læsionem Catholicæ fidei & authoritatis Ecclesiæ. Nunquid notorium non est, quanti principes orbis tam per se, quàm per suos Concilio Constantiensi in-
Illo tẽpore schisma erat,& 3. simul põtifices, qd nõ fuit in Basileensi Synodo. terfuerunt,vbi explicata fuit declaratio fidei de authoritate Conciliorum generalium super papam & quemlibet alterum,& in omnibus obseruata, nemine reclamante, nemine reprobante? Sed vbi dominus Eugenius iam bina vice voluit sua authoritate hoc Basileense concilium sine eius consensu dissoluere, scitis quomodò principes orbis ferè omnes, aut primæ aut secundæ dissolutionis tempore, suos oratores in hoc sacro Concilio tenuerunt,firmiter credentes papam non posse dissoluere ipsum sacrum concilium, quod pro extirpatione hæresum & reformatione Ecclesiæ in capite & in membris legitimè congregatum erat,sine consensu eius:cùm ipse Concilio non haberet in his imperare,sed teneretur obedire. Quid de prælatis Ecclesiæ dicemus? Nunquid non in sacro Constantiensi concilio cardinales, archiepiscopi, episcopi, & cæteri de omni regione fuerunt? Nec illi defuit felicis recordationis papa Martinus, qui etiam circa finem ipsius Concilij, per patentes literas mandauit, eodem approbante Concilio, vniuersis Archiepiscopis, Episcopis & inquisitoribus, vt singulos de hæresi Vuickleffistarum suspectos diligenter interrogarent,vtrùm crederent quòd illud, quod sacrum Concilium Constantiense vniuersalem Ecclesiam repræsentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad salutem animarum,quòd hoc ab vniuersis Christifidelibus esset approbãdum & tenendum, cùm non ignoraret papa ipse Martinus declarationem de authoritate conciliorum data immediatè à CHRISTO, anteà per
Sed postea Eugenio se rediderunt.
* A. Bononien, B. Portuen. vulgariter dictus Placentinus,cardinales episcopi: Ioãnes sancti Laurentij in Lucina, dictus Rothomagen,Ioannes sancti Petri ad vincula, * A. sancti Eustachij, & Dominicus sanctæ Mariæ in via lata, dictus Firmanus, etiam cardinales, doctrinam ipsam Catholicam & Apostolicam de authoritate cõciliorum in Constantia declaratam, virtuosè defendentes, atque ostendentes, propter illam non potuisse, neque in futurum posse dissolutionem huius concilij sine ipsius consensu, plurimaque solennia super hoc decreta cum cæteris patribus condiderunt, & toti mundo publicauerunt, qui de hac re in responsione quadam synodali cum toto Concilio magna authoritate oratoribus domini Eugenij dissolutionem ipsam manutenere volentis,responderunt: Malumus mori,quàm tanto errori per ignauiã cedere. Hic articulus de quo disceptamus,fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius Ecclesiam audire non vult,oportebit eum tandem haberi sicut ethnicum & publicanum. Hæc sunt verba concilij, in quo tunc illi præsentes affuerunt. Audistis & vos sæpiùs, quomodò alij plures cardinales se subscripserunt, dum dominus Eugenius ad mandatum cõcilij, illam prętensam dissolutionem irritam & inanem declarauit:& ea non obstante,dixit cõcilium legitimè fuisse continuatum. Sed nunquid non prætereà omnes viderunt, quàm multi prælati, doctores diuini & humani iuris, ac cæteri ecclesiastici viri, ex diuersis nationibus, regnis & prouincijs successiuè tam tempore primæ dissolutionis,quàm secundæ, in hac sancta synodo comparuerunt, dum ipse dominus Eugenius eam dissolutam reputabat,credentes hoc factum eiusdem domini Eugenij aduersus ipsius concilij authoritatem nullatenùs potuisse prævalere? Quomodò igitur putandum est vel suspicandum, vt Catholicus orbis fidẽ quam accepit, vellet propter quamcunq; personam deserere, aut cuiuis personæ, in aduersum repugnanti, & schisma facere volenti, fauorem præstare? & quòd ab hoc

sacro concilio,quod fidem ipsorũ prelatorum, fidem principum atque omnium nationũ orbis defendit,se separent,vt illi adhæreant,qui ipsam in pugna euellit? Credendum est quid potiùs, quòd omnes prouidere volent, ne in futurum quisquam pontificum possit rebellando concilijs generalibus immediatè à Christo potestatem super eos habentibus, schisma facere, & pro sua voluntate aut libidine dominandi vniuersum orbem hoc modo conturbare. Intelligentq́ue tandem omnes vnanimiter, illum pro pontifice haberi non debere, quem Concilium vniuersalis Ecclesiæ pro non pontifice habendum iudicauerit: vt sic non necesse sit, iam deinceps principes orbis hoc modo cum varijs legationibus & magnis expensis in ea re vexari, simulq́ue pax in ecclesia vigere possit, & authoritas conciliorum illibata seruari, quæ (vt ait beatus Augustinus) in ipsa Ecclesia saluberrima est. Nã oportet vniuersos Christianos idipsum sentire & sapere, si vna fides & pax vera cõseruanda est, quòd summi pontifices per concilium generale, Catholicam Ecclesiam repræsentans, corrigi possunt, sicut veritas Catholica diffiniuit: quodq́ue Ecclesia DEI in Spiritusancto congregata,non habet existimari sicut vna prophana communitas, cui papa ipse velut princeps secularis dominetur. Sic itaque cum DEI gratia,per constantem fidei nostræ confessionem & ipsius probationem in opere, pax optima & salutaris gubernatio Ecclesiæ reflorebit in terris. Summi pontifices cognoscentes se posse corrigi (vt præfertur) per Concilium vniuersalis Ecclesiæ, curabunt vigilantiùs salutem gregis Dominici quærere,& in ministerio sibi credito opera CHRISTO placentia agere, ipsamq́ue sedem Apostolicam salutari gubernatione & decore virtutum reflorere faciant in oculis omnium populorum, atque omnium bonorum vbertate abundare, sicut priùs illa solebat, cùm bono & salutari regimine gubernaretur: cuius quidem sedis authoritatem & honorem hæc sancta synodus semper conseruare curabit, ipsamq́ue dignis honoribus per debitum sanctitatis cultum magis intendit amplificare & exaltare in futurum. Breuiorq́; erit deinceps conciliorum generalium duratio,dum illis debita præstabitur obedientia: & temporibus statutis omnes diligenter confluent, expedituri celeriùs quæ pro salute Christianæ religionis agenda videbuntur. Concilia prouincialia & synodalia frequentabuntur,sacri canones pacificè obseruabuntur: sic erit pax & tranquillitas Ecclesiarum, sanctitas morum, vtilitas regnorum & prouinciarum. Sic efficaciter desiderium principum vestrorum complebitur,præclari oratores, qui pacem & salutem Ecclesiæ desiderant. Per ea verò quæ in Moguntia concepistis, licèt bona intentione vos fecisse sperandum sit, non assequerentur principes ipsi bonum veræ pacis quod optant, vt ex superioribus satis liquere potest. Nos autem, fauente Domino, per viam salutarem & rectum ordinem à CHRISTO datum,pacem ipsam prosequemur: & quantùm sine DEI offensa poterimus, curabimus semper religiosissimis vestris principibus complacere,qui etiam (vt credendum est) diuinæ ordinationi obsequi volent: neque aliud agent, nisi quod cum Deo poterunt, quod iuri diuino consonum erit:& cùm fideliter credãt, quòd de iure diuino tenentur obedire cõcilio in his, in quibus habet potestatẽ immediatè à CHRISTO, non subtrahent ab eodem Concilio debitum obedientiæ suæ propter exercitium iustitiæ. Dum autem ipsi vnanimiter in ipsa obedientia,quã debent sanctæ synodo,& ipsi Christo qui ei potestatem dedit, perseuerauerint, amplectendo concorditer iustitiam & veritatem, ipsi animas suas saluabunt,ipsi authoritatem Conciliorum sibi & toti orbi necessariam,seruabunt illibatam,salutemq́ue & pacem bonam in Christiana religione vigere facient. Si autem obedientiam debitam subtraherent Concilio per aliquam neutralitatem,aut aliâs quouis modo,plura mala contingerent in aduersum,quę vos præclari oratores ipsis orthodoxis principibus diligenter ac fideliter remonstrare habetis, quantum vos diligitis eorum salutem & totius Ecclesiæ. Et non dubitamus, quòd, cùm erunt debitè informati, debitum suum erga DEVM & Ecclesiam semper facient. Et intellectis rationibus ac motiuis huius sanctæ synodi, deuotiones eorum apertissimè conspicient, intentionẽ ipsius dirigi,sicut beatis pacificis cõuenit, ad quærendas vias veræ pacis,tranquillitatis & salutis Ecclesię ac totius orbis nunc & in futurum. Quòd autem ad factum Græcorum attinet, scitis quanto desiderio vnionem eorum semper optauerimus & optemus, quãtosq́; labores & sumptus in eius rei ꝓsecutionẽ impenderimus, & qualia nobis impedimenta obiecta sint: dudum quoq; loca cõuenientia, videlicet Basileam, Auinionẽ & Sabaudiam,pro ipsa tractanda vnione,nominauimus:& adhuc, vt omnes cõspiciant nostram perseuerantẽ intentionem ad huius vnionis prosecutionem,si Imperator Romeorum & patriarcha Constantinopolitanus qui pro tẽpore fuerint,& cæteri Ecclesiam orientalem repræsentantes,cessante omni dolo & fraude, in aliquẽ locum securum quẽ hęc sancta synodus eliget,aduenire voluerint,hęc sancta synodus illum eligere & in ipsum se transferre non recusabit: talemq́; locum eliget, post-

Sibi volũt licere locum mutare,non pontifici.

postquam intentionem Græcorum ipsorũ plenè cognouerit,de quo ipsi vestri principes & totus orbis meritò debebunt contentari. Interim verò curabit eadem sancta synodus quærere diligenter,quæ Ecclesiæ Dei prosunt:& ita res ipsius nostræ catholicę Ecclesię disponere,vt salutifera gubernatione regantur,per quam Deus propicietur populo suo,& placata ira eius,quã peccata regnantia concitârunt,vnionem ipsorum Græcorum & bonam pacem omnium Christianorum reflorere videamus in terris. Ad laudem & gloriam spiritus paracliti,qui est Deus benedictus in secula seculorum,Amen. Datum Basileæ in congregatione nostra generali Idibus Iunij,Anno à natiuitate Domini millesimo quadringẽtesimo trigesimo nono.

SENTENTIA SYNODALIS IN congregatione generali, declarans sequẽtes curiam papæ Eugenij,pœnas contentas in decretis synodalibus incidisse.

Eugenius non sine ratiõe postea Conciliũ aliò transferri voluit.

SAcrosancta &c. ad futuram rei memoriam. quoniã dudum in decreto nostro octauæ sessionis, quod dominus Eugenius papa quartus in sua solenni adhæsione approbasse dinoscitur, inter cætera decreuimus,quòd si aliqua psona Ecclesiastica,etiam si sanctæ Romanę Ecclesiæ cardinalis,aut alia quæcunq;,cuiusuis status,gradus aut conditionis existat, Bononiã vel ad aliquem alium locum sub nomine generalis cõcilij,isto durante,prę-sumeret accedere vel ibi manere,sententiã excommunicationis & priuationis omnium dignitatum,beneficiorum & officiorũ ac inhabilitationis ad ipsa,incurreret ipso facto:& de dignitatibus,beneficijs & officijs talium,per eos ad quos de iure spectat,etiã si cathedrales aut metropolitanæ Ecclesiæ forent,liberè disponere. Et consequenter in alio decreto nostro vigesimænonę sessionis,præcepit hæc sancta synodus sub eisdem pœnis & censuris, quas contrafacientes incurrerent ipso facto,vniuersis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patriarchis,archiepiscopis,episcopis & alijs quibuscunq; in curia dicti Eugenij papę quarti existentibus, eo casu quo ipse dominus Eugenius in ciuitate Ferrarienſi,sicuti prę-parare videbatur,vel alibi Concilium isto durante erigere incepisset vel inciperet in futurum,ab eiusdem curia recedere,& qui synodis generalibus de iure vel consuetudine interesse tenebantur, ad hoc sacrum Concilium Basileense,cæteri verò ad loca beneficiorum vel alibi extra curiam ipsam se transferrent. deinde verò illo conuenticulo Ferrariæ erecto,& declarata suspẽsione præfati Eugenij ab administratione papatus,in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna priuationis, quam ipso facto simili-ter incurrerent omnium suorum beneficiorum,dignitatum,officiorum, commẽdarum,pẽsionum & gratiarum quarumcũq;, etiam expectatiuarum, per decretum nostrum trigesimæprimæ sessionis mandauit eadem sancta synodus omnibus & singulis Ecclesiasticis personis,vt suprà qualificatis, etiam Apostolicę sedis & curiæ Romanæ officialibus, quatenus infra quadraginta dies extũc immediatè secuturos post diem datæ eiusdem nostrę sessionis,ab illa curia, quam dictus Eugenius de facto tenebat & tenet,recederent,& ad hoc sacrum Concilium vel alia loca,prout in prædicta trigesimaprima sessione fuerunt admoniti, accederent. Deinceps quoque per aliud decretum nostrum trigesimæsecundæ sessionis,omnes & singulos in eodem conuenticulo Ferrarienſi aut dicta prætensa Eugenij curia existentes,ac etiam in eodem cõuẽticulo memoratis decretis nostris comprehensos,qui eorũdem decretorũ monitionibus nõ paruissent,citauit,vt trigesima die extunc immediatè sequente, in cõgregatione nostra generali,si protunc eam celebrari cõtingeret,alioquin in proxima sequenti,comparérent coram eadem sancta synodo,visuri se in pœnas prædictas incidisse declarari,aut iustas causas, si quas habeãt, allegaturi. Quo quidem termino adueniente, quanquam nonnulli per se, alij verò per procuratores coram nobis aut deputatis nostris comparuerint, licèt tamen ipsis peremptoriè & vna vice pro omnibus duxisset ipsa sancta synodus assignandũ & assignasset,decernens nihilominùs contra non parentes ipsos procedendum & declarãdum,prout iuris & rationis esset, sola nihilominùs, pro obseruatione huiusmodi termini,contumacia non satisfacientiũ accusata,ipsisq́; contumacibus reputatis, nõnullos pręstantes patres deputauimus ad audiendum & examinandum quascunque causas & excusationes pro parte prædictorum citatorum, qui se repræsentabant, si quas adduci & allegari contingeret: & in longanimi mansuetudine patienter expectauimus,vt vinceremus in bono malum, Rom.12.d & illi veritatem agnoscerent,seque cõuerterent in viam salutis.

Ne verò huiusmodi vulneri grauissimo, tanquam vetusto aut neglecto, callus obducatur, & eo insanabile quo insensibile fiat: sicque facilitate pestiferæ veniæ, prædictorum non parentium indurentur corda, & perampliùs firmetur periculosissimum huiusmodi schisma, in conculcationem fidei nostræ catholicæ, authoritatis Ecclesię vniuersalis manifestam lęsionem, & euersionem totius Ecclesiasticæ disciplinæ,necnon fomentũm abusuum & perditionem animarum: declarat præfata sancta synodus, omnes & singulas perso-

Et tñ reuerà Ferrarię erat legitima Synodus, cui Basileenses potiùs obtẽperare debuerunt.

nas Ecclesiasticas, de quibus suprà fit mẽtio, cuiusuis status, gradus aut conditionis existant, quæ Ferrariam sub nomine generalis Concilij accedere vel ibi manere præsumpserunt, aut illuc vel ad aliquem alium locum simili prætextu, isto durante, præsumpserint in futurum, & quæ post dictorum decretorum nostrorum promulgationẽ infra terminos successiuè sibi (vt præmittitur) assignatos, à dicta prætensa curia præfati Eugenij nõ recesserint, nec ad hoc sacrum Concilium vel alia loca, prout eis præcipiebat hæc sancta synodus, se trãstulerint, quasque citatas & prædictorum decretorum nostrorum monitionibus non parentes, contumaces reputauimus, vt prefertur, & pro quibus causæ iustę & rationabiles nõ extiterunt, legitimè coram deputatis nostris allegatæ, in pœnas prædictas incidisse: & si forsan cõtrafecerint, incidere, ita vt de dignitatibus, beneficijs & officijs eorundẽ, p eos ad quos de iure spectat, etiã si metropolitanæ aut alię cathedrales Ecclesiæ fuerint, possint decæterò liberè disponi: ipsosque & eorum quemlibet, vt tales, denunciat, ac haberi, teneri & denũciari, necnon ab vniuersis Christifidelibus euitari vult & mandat: quorum omniũ nomina & cognomina habet & haberi vult pro sufficienter expressis. Decernit autem hæc sancta synodus affixiõem præsentium in valuis Ecclesiæ maioris Basileensis, vim habere legitimæ denunciationis, & perinde ad euitationem & alia præmissa arctari & arctatos intelligi vniuersos, acsi eædem præsentes ad personas singulorum executæ & particulariter intimatæ fuissent. Pollicetur tamen sacra synodus, quæ solitę mãsuetudinis sanctæ matris Ecclesiæ, quam repræsentat, obliuisci nunquam potest, indemnitati status illorum ex prædictis, qui infra quadraginta dies à datis præsentium immediatè computandos, prædictum conuenticulum abiurauerint, & ad hoc sacrum Concilium se sine fraude contulerint, gratiosè consulere & benignè prouidere, decernẽs ex nunc, quòd de dignitatibus, beneficijs & officijs talium interim nõ debeat per quempiam disponi. Datum in generali congregatione nostra in Ecclesia maiori Basileensi publicè celebrata, sexto idus Augusti, Anno à natiuitate Domini 1438.

Aliter sentit de Eugenio & Florẽtino Concilio Ecclesia.

RESPONSIO SYNODALIS AD inuectiuam Gabrielis quondam papę Eugenij, publicatam in quadam dissensione conuẽticuli Florentini.

SAcrosancta &c. ad futuram rei memoriam. Beatus Hieronymus cùm lumen veritatis salubri doctrina diffunderet, cogebatur frequenter aduersantium maledictis respõderet: & dum studeret deprauata corrigere, errores auferre, reprobabatur à malignis, qui aduersum se (vt inquit) ore rabido desæuiebant, sicut ipse in pluribus prologis suis in diuinæ scripturæ libros, ostendit. Sic hæc sancta synodus defendendo veritatem catholicæ fidei de authoritate sanctæ matris Ecclesiæ & generalium Conciliorum, aduersus impugnationes Gabrielis olim dicti Eugenij Papæ quarti, & prosequendo constanter reformationem Ecclesiæ in capite & in membris pro honore Dei & animarum salute, varias iniurias, persecutiones, maledicta, opprobria sustinet ab ipso impugnatore veritatis: qui postquàm longo tempore ipsorum Conciliorum authoritatem operibus, verbis & scriptis persecutus est, tandem in profundum malorum deductus, quod dolentissimè dicimus, ad hoc deuenit, vt in quadam horrenda inuectiua per eum post depositionẽ eius Florentiæ promulgata, defensores præfatę authoritatis & veritatis in celeberrimo Constantiensi Concilio declaratæ, ac etiam aliarum veritatum ex ea necessariò dependẽtium, vocauerit hæreticos, cùm ignorare non posset, vniuersam Ecclesiam catholicam, omnes prælatos orbis, omnes reges & principes orthodoxos, qui tam in præfato Concilio Constantiensi, quàm in hoc Basileensi per se aut suos affuerunt, in eadem via veritatis, quam ille reprobat, resedisse. Sed permissum credimus à Domino, quòd hoc faceret Gabriel ipse, vt se coram omnibus manifestaret hæreticum, qui vniuersam conatur Ecclesiam hæreticare: & intelligerent cuncti, quàm necessarium fuerit talem hominem à papatu deponere, priusquàm hæc sancta Synodus dissolueretur, ne mundum inficeret erroribus, & post eiusdem synodi dissolutionem vbique catholicos persequeretur, qui authoritatem Conciliorum defenderent.

Cũ vnus est indubiitat pontifex, nisi sit hęreticus, qualis nõ fuit Eugenius, à Cõcilio nec iudicari, nec deponi potest.

Cuius rei futuræ magna dudum præsumptio habita est, postquàm in factis suis præfatus Gabriel ita passim contemnere videbatur decreta synodalia. Postquàm insuper iam ante tres annos in hoc Concilio auditum erat, quòd aliud Cõcilium fieret, vbi hæreticarentur decreta Concilij Constantiensis & huius Basileensis, ob quam causam maximè restitit hæc sancta synodus, ne Gabriel in alio loco pro sua voluntate Concilium erigeret, sicut ipse tam sub vmbra Grecorum, q̃ alijs modis laborauit erigere. Et tandẽ cùm hoc legitimè facere nõ posset, nec obtinere consensum Ecclesiæ, diuina prouidentia repugnantis malo iam præmeditato, ipse in schismate & diuisione aliam congregationem sub nomine generalis Cõcilij primò Ferrariæ, deinde Florẽtiæ erexit: in qua tunc per præfatam inuectiuam

ctiuam suos errores, suumque obduratum animum in persecutiõem Ecclesiæ patefecit. Quomodò autem veritates ipsas fidei impugnet, audiamus: & deinde ad cætera omnia respondeamus, vt omnes Christi fideles in hoc turbulento tempore lumen aspiciant veritatis, per quod in portum salutis perducantur. Eneruare quidem conatur veritatem in Constantiensi cõcilio declaratam, dicens eam declarationem ab vna tantùm obedientia Ioannis 23. fuissa factã. Sed nunquid negare vult, pro eo tempore verum fuisse Concilium, & declarationes in eo factas, validas esse? Quid autem contradicere vult de obedientijs alijs? reclamauítne aliqua contra huius veritatis declarationem? Nunquid non omnes vnanimiter & depositionem Ioannis laudauerunt, & in priuationem Benedicti ab omni iure, si quod habebat in papatu, consenserũt, quæ vigore authoritatis synodalis, declaratæ per præfatam veritatem, facta sunt? Nunquid non omnes ad electionem felicis recordationis Martini papæ quinti processerunt eadem synodali authoritate? qui quidem Martinus deinceps approbante concilio, diffiniuit errorem esse, si quis diceret non esse de necessitate salutis, credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter Ecclesias, si per Romanam ecclesiam intelligatur vniuersalis Ecclesia aut conciliũ generale. Item ordinauit eodem approbante Concilio, vt quilibet de hæresi Vuicleffistarum suspectus, interrogaretur an credat, teneat & asserat, quòd quodlibet Concilium generale, & etiam Constantiẽse, catholicam Ecclesiam repræsentet.

Immò reclamauit & ipse Iohannes 23. & multi eius Cardinales, plati & doctores, vt ait Rodericus epis. Calagurritanus.

Item, vtrum credat quòd quicquid ipsum cõcilium Constantiẽ diffiniuit & approbauit in fauorem fidei & salutem animarũ, quòd hoc sit ab omnibus fidelibus tenendum & approbandum. cùm tamẽ nõ ignoraret, prædictam declarationem in eodem Concilio factam esse. Deinde verò hoc in Basileen concilio, eadem declaratio innouata fuit in publica sessione, vbi de nulla obedientiarum differentia sermo erat, vbi etiam quamplures cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, cæteriq; prælati & doctores insignes in multitudine copiosa præsentes erãt, & legatus Apostolicus præsidentiam exercebat. Vt quid ergo nunc allegatur, quòd hæc declaratio ab vna tantùm obedientia in Concilio Constantiẽsi facta fuit? Sed audiamus quomodò in probatione veritatum declaratarum conatur Gabriel mũdum inuoluere. dicit eas se reprobare ad sensum Basileen, quem, inquit, facto demonstrant. & non aperit quis ille sensus sit, nec etiam in quo sensu approbare velit ipsas. & super hoc pro volũtate sua postquàm per hæresim probatam & lucidè manifestam, iudicialiter post maturam examinatinem depositus est, nos appellat hæreticos, qui doctrinam Ecclesiæ patefecimus, & veritates clarissimas sine ruga, sine duplicitate, sine quacunque inuolutione verborum, decreto synodali aperuimus ad ædificationem Christiani populi. Nam & verba veritatũ ipsarũ plena & aperta sunt, nec oportet nunc has inuolutiones quærere ad deceptionem simplicium, vt dicat se reprobare veritates ad aliquem sensum, quem nequaquam explicat. Sic enim dudum oratoribus suis super hac materia responsum fuit in ea responsiõe quæ incipit, Cogitanti, quòd decreta Constantiensis synodi authentica sunt, & ita clara & intelligibilia, vt nulla egeant declaratione. Non quærit profectò veritas fidei tales angulos, non tales inuolutiones affectat: sed quem sensum habuit, quẽ facto mõstrauit in his veritatibus Constantiense Conciliũ, cùm Ioãnem propter Simoniam & alia crimina ab administratione papali suspendit atque deposuit, & Benedictũ (vt præmissum est) à iure si quod sibi competebat, priuauit: quem sensum habuit Concilium Cõstantiense, cùm in capitulo Frequens, statuit, vt dum plures essent contendentes de papatu, quilibet ad concilium venire teneretur sub pœna cadendi à iure papatus, si quod haberet: quodque vterque cõtendentium esset suspensus ab administratione papali, donec causa eorum esset definita per Concilium. Reuocare autem nunc in dubium ipsa decreta Concilij Constantiensis quid aliud esset, quàm in dubitationem vertere depositionem prædictorum, electionẽ prędicti papæ Martini, & consequenter ipsius olim Eugenij, creationesque cardinalium, promotiones patriarcharum, archiepiscoporum, Episcoporum, abbatum & aliorum, cæteraque facta Ecclesiæ in horrendã confusionem deducere? Quem sensum præterea in his habuerunt patres in hac sancta synodo constituti, legatus Apostolicus, & alij sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, dum pariter cum vniuerso concilio in vndecima sessione huius sanctæ synodi statuerunt decreto perpetuo, quòd si summus pontifex in futurum dissolueret Cõcilium generale sine eius consensu, nisi resipisceret infra quatuor menses, pœnam suspensionis ab administratione papali ipso facto incurreret: & deinde ad depositiõem eius procederetur, si illam per duos menses sustineret animo indurato. Quem sensum etiam habuerunt, dum dixerunt in duodecima sessione, hanc esse veritatem iuris diuini & humani, quòd papa Concilium sine consensu eius dissoluere nequiuerat, & ipsum admonuerunt, vt dissolutionem per eum attentatam reuocaret infra sexaginta dies. Alioquin suspensionem authoritate synodali decernebant esse faciẽdam.

Hìc fatentur eugenium legitimè electũ: nõ ergo fuit schisma, sed ipsi Felicẽ eligẽdo, schisma fecerunt.

dam. qui & in responsione synodali, quæ incipit, Sperauit, dixerunt de prædicta dissolutione, quam dictus Gabriel tunc Eugenius, sustinere volebat: Malumus mori, quàm tãto errori per ignauiam cedere. Hic articulus fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius Ecclesiam audire non vult, quã hoc sacrum Concilium repræsentat, oportebit eum tandem haberi sicut ethnicum & publicanum. Hæc ibidèm dicta sunt. Nõ profectò alium sensum nũc habere voluit nec vult in his veritatibus sancta synodus, nisi quem ipsa tunc habuit cùm illi adessent.

An dicet eos qui in Concilio Constantiensi erant, fuisse hæreticos, cum quib⁹ ipse Gabriel se vniuit & coniunxit? An dicet legatũ suum, cardinales & alios qui in hoc Basileensi Concilio prædicta egerunt, fuisse hæreticos? Sed quid de ipso dicetur, qui eis adhæsit, & post monitiõem synodalem cõfessus est dissolutionem illam quam fecerat, & multo tempore defensauerat, nullam fuisse: immo ea non obstante, Concilium legitimè fuisse continuatum: reuocãs etiam literas, incipientes, DEVS nouit, & alias quascunque, & quicquid per ipsum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem huius sacri Concilij Basileensis seu contra eius authoritatem factum & attentatum seu assertum erat? Recognouitq; errorem suum, quem in dissoluendo Concilium sine consensu eius habuerat. fueruntque super hoc lectæ literæ eius solenniter in sessione publica, præsentibus inclytæ memoriæ Sigismundo Imperatore, & præfatis cardinalibus, oratoribus regis Franciæ & aliorum quamplurium principum, prælatis & alijs egregijs viris in multitudine copiosa. An dicet, quòd tota Ecclesia cum eo in errore fuit, dum pariter omnes huic suæ reuocationi assenserunt.

Sed ij ab Eugenio veniam postea petiêrunt.

Quomodo audet nunc vocare existentes in hac sancta synodo, hæreticos, qui in eadem veritate, in eadem doctrina Ecclesiæ de authoritate Conciliorum generalium fideliter & constanter perseuerant? Ipse qui in errorem semel reuocatum atque dimissum, multo grauiùs per prætensam translationem in Ferrariam reincidit, ac deinceps aduersus doctrinam Ecclesiæ & veritates fidei declaratas, quibus tunc resistere non potuit, magis se per induratam pertinaciã & hæresim obfirmauit. Qualiter autem hæc doctrina Ecclesiæ de authoritate Conciliorum fundata sit & in sacris scripturis, & in doctrinis sanctorum, sæpenumerò fuit dilucidè declaratum, & in responsione synodali quæ incipit, Cogitanti, & in alijs multis scripturis, orationibus & sermonibus, quibus neque ipse Gabriel, neque sui tam in hoc Concilio, quàm in conspectu regũ & principum resistere potuerunt. Intellexeruntque Christiani, quanta esset Ecclesiæ ruina, si spretis Concilijs generalibus, abiectis sacris canonibus & debitis regulis, vnus homo peccator posset de omnibus rebus ipsius Ecclesiæ pro libito voluntatis agere: & dum congregatum esset Concilium pro reformatione eius & aliorum, posset illud in quemcunq; locum vellet, ac in regionem quamcunque transferre sine eius consensu. manifestè quoquè constat, quantùm illud falsum sit, quòd confingit ipse Gabriel, nos per declarationem veritatum prædictarum voluisse principes deuotos sedis Apostolicæ, iudicare hæreticos. Notũ est enim, quomodò principes orbis has veritates semper tenuerint & defensauerint, qui oratores suos in hoc Concilio tenuerunt, & ipsum verum & legitimum cõcilium reputauerunt illis temporibus, quibus idem Gabriel ipsum dissolutũ esse affirmabat. Sed & quomodò in hac sancta synodo perseuerantes, schismaticos appellare audet, qui in vnitate * qua à principio fuerant, sine variatione permanserũt, dum ipse manifestè se ab eadem vnitate separauit, & schisma perniciosissimum perpetrauit, erigens aliam congregationem sub nomine generalis Concilij, primò apud Ferrariam, deinde apud Florentiam aduersus hanc sanctam synodum, & altare sacrilegũ contra altare legitimum, vndè vniuersum orbem in turbationem adduxit, & maledictionem in Chore, Dathan & Abiron diuinitùs latam, atq; pœnas contra schismaticos à iure inditas promeruit, iuxta declarationem iam à septem annis factã in octaua sessione huius sanctæ synodi, qua dicitur: Quicunque hoc sacro durante Concilio, aliam congregationem sub nomine generalis Concilij erigere aut facere præsumpserit, non catholicæ Ecclesiæ Concilium, sed schismaticorum conuenticulum facere conuincitur? Idcirco hæc sancta synodus omnes Christi fideles, cuiuscunque status aut dignitatis, etiã si papalis, imperialis aut regalis existant, sub obtestatione diuini iudicij, quod in Chore, Dathan & Abiron authoribus schismatis scriptura sacra cõmemorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctæ obedientiæ & pœnis cõtra schismaticos à iure indictis, districtè præcipit atq; mandat, ne hoc sacro durante Concilio, aliam congregationem sub nomine generalis Concilij, quod reuerà non esset concilium facere aut cõgregare, nec ad ipsum tanquàm ad generale Concilium etiam prætextu cuiusuis promissionis aut iuramenti, accedere aut interesse vel recurrere quoquomodo, neque pro Concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præsumat. Hæc in præfata sessione habentur. Ex quibus clarissimè patet, quomodò maledictio illa schismaticorum super ipsum

Sed tandè & ecclesiastici & seculares, proceres ferè oẽs, vobis relictis, Eugenio adhæserunt.

for. * in qua

Abſit.

Num. 16.

ipsum Gabrielem reuertitur, quam in nos per præfatam inuectiuam adducere conabatur: ita vt propriè de tabernaculo suo omnes admoneat recedere illa Mosis serui Dei locutio, quæ dicit: Recedite à tabernaculis hominum impiorum. Et dum cum schismate hæresim adiũxit, in qua post plures correptiones & admonitiones obdurato magis semper animo perdurat, rectè admonetur vnusquisque Christianus ipsum euitare, per illam Apostoli Pauli saluberrimam doctrinam, qua dicit ad Titum: Hæreticum hominem post primam & secundã correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Certissimè em se proprio iudicio condemnauit per illam inuectiuam, dum obdurationem animi sui in schismate & hæresi aduersus doctrinam Ecclesiæ & veritates fidei declaratas ostendit. vt iam omnes Christiani intelligant, talem veritatis, iustitiæ, fidei & Ecclesiæ persecutorem nullatenùs posse tolerari, sed in eo propriè verificari sententiam Cypriani in epistola ad Antonium, qua dicit de Nouatiano contendente super Episcopatu vrbis Romæ: Episcopatum tenere nõ posset, etiam si priùs Episcopus factus, à coepiscoporum suorum corpore & ab Ecclesiæ vnitate discederet. Et infrà: Qui ergo nec vnitatẽ spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo atque à sacerdotũ collegio separat, Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec vnitatẽ voluit habere nec pacem. Quæ sententia ita clarè verificatur in Gabriele, vt clariùs dici non possit, dum manifestè & per erectionem conuenticulorum contra generale conciliũ, & per impugnationem authoritatis conciliorum in factis, verbis & scriptis, quam coepiscopi sui & vniuersum collegium sacerdotũ tam in concilio Constantiensi, quàm in isto Basileensi tenuerunt, & dispersa per orbem profitetur Ecclesia, se à coepiscoporũ corpore, ab vnitate Ecclesiæ separauit, & totũ orbem in turbatione ac diuisione posuit. Sic itaq; dum depositionem suam eneruare quærit, magis eam approbat & cõfirmat: dumq; alios hæreticos & schismaticos voluntariè appellat, quantùm iustè pro schismate & hæresi depositus fuerit, ipse demonstrat. De Simonia autem, periurio, dilapidatione, violatione assidua & contemptu canonum ac decretorum synodalium, scandalizatione Ecclesiæ & notoria incorrigibilitate, pro quibus pariter depositus est, nullam in prædicta inuectiua expurgationem adduxit, sed penitus obticuit. Verùm sicut rei & incorrigibiles facere solent in iudicem suum, conuicia & contumelias in hanc sanctam synodum exaggerat, & relationem criminum agere conatur, dum

Num. 16.

Tit. 3.

Aliter de Eugenio sentit Ecclesia.

sui ipsius iustificationem proferre non potest. Dicit hanc sanctam synodum fuisse versam in tyrannidem, in qua semper omnibus summa libertas patuit, & hodiè patet. Dicit plura suppositа huius sanctæ synodi, antequàm ad eius dissolutionem procederet, fuisse diuersis sceleribus irretita, de quibus nullam vnquam probationem iudicialem coram hac sancta synodo protulit, sed omnes qui se à corpore Ecclesiæ separant, ita se solent dicere iustos & cæteros peccatores, atque in ipsa Ecclesia multa atque innumera mala fieri: & non aduertunt, quot in eadem bona fiunt, & quot sunt in ea meliores ipsis. Hi (vt inquit Augustinus) sunt falsi iustificatores, & veri præcisores. Et alio loco ipse ait: Hæc consilia separationis, inania sunt, perniciosa, sacrilega, impia & superba: & longè grauiores sunt trabes schismatis, quas in oculis tales gerunt, quàm peccata manentium in vnitate Ecclesiæ: quæ ipsi schismati comparata, sicut festucæ in oculis fratrum reputantur. Peccata quidem si in alijs erant, illa eis & forsan alijs paucis nocebant. peccatum autem Gabrielis & eius incorrigibilitas mundo nocuit vniuersõ. Vndè nullam causam habuit se separandi Gabriel ab hoc sacro concilio, neque à tot Episcopis, oratoribus principum, doctoribus & cæteris bonis viris, qui pro maiori parte concilij * duplo vnanimes erant in his, quę per ipsum sacrum concilium decernebantur. Nec debuit aliam congregationem erigere in conturbationem vniuersi orbis aduersus synodalem sententiam. Dicit monopolia, coniurationes, conspirationes p. tunc factas fuisse. Quomodò autem vocare potest conspirationes & coniurationes illa, quæ palàm à duabus partibus concilij & ampliùs, facta sunt in deputationibus, congregationibus generalibus & sessionibus publicis? Illa autem quæ per factionem paucorum acta sunt, pro erigendo conciliabulum contra istud legitimum Concilium, qui inter se conclusiones suas conspirabant, qui illam diuisionem conflauerunt, ex quibus nunc totus orbis tanta patitur discrimina, reputat esse iusta, appellans malum bonum, & bonum malum. Sed & ea non commemorat, quæ per aliquos ex suis facta sunt pro præueniendo ad erectionem illius conuenticuli contra hoc Concilium, in falsificatione literarum sub nomine huius sanctæ synodi, in captione & cruciatibus Ioãnis heraldi principis Pedemontium, quem nostri oratores ad Græciam præmiserant. & in persecutione venerabilis Ioannis de Ragusio, nunc Episcopi Argentinensis, ad Constãtinopolim. Imputat autem superbiam manentibus in synodo, pro eo quòd maxima necessitate compulsi, pro honore DEI

& ani-

& animarum salute, veritatem, iustitiam, fidem & Ecclesiá sustinent, quos ipse per superbiam eius semper assendentem, ità dirè oppugnat: & filios appellat degeneres, qui sanctã matrem Ecclesiam fideliter defenderunt, quam ille perditioni suo inutili & damnoso regimine exponere moliebatur. Dicit se pati persecutionem à vocatis Christianis, qui veros Christianos prędæ & grauissimis persecutióibus exposuit, dũ fidelissimè hoc Concilium & ipsius atque aliorum Cõciliorum authoritatem defenderunt, quæ ipse destruere volebat. Commemorat insuper idolum abominationis nos velle erigere in templo Dei, cùm potiùs omnis intentio huius sanctæ synodi fuerit ad illa idola abijciẽda ex ipso templo, de quibus Apostolus loquitur, dicens ꝙ auaritia est idolorum seruitus: & quæ abominatus est nomin⁹, cùm facto flagello de funiculis, eiecit vendentes & ementes de templo. Nam ad hoc tendunt huius sanctæ synodi decreta & labor summus, vt Simonia repellatur à templo Domini, fiantque omnia in collationibus dignitatum & beneficiorũ ac etiam cæteris rebus, prout lex diuina & sanctorum patrum decreta instituerunt, ad salutem animarum, non ad exhaustum pecuniarum. Nam vt inquit Apostolus, Radix omium malorum cupiditas, quam quidam appetentes, errauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis, sicut in Gabriele nunc impletum esse conspicitur. Et dicit nos reformationẽ abhorruisse, qui omnibus laboribus semp enitimur, omiaq; pericula sustinemus, & vitã nostram, ac bona exponimus, vt ipsa reformatio realem & efficacem sortiatur executionem: quę hucusque impedimentum maximum ex eo habuit, quòd ille qui primus in Ecclesia canones exequi habebat, & se omnibus præbere exemplum virtutis & sanctitatis, agebat in contrarium. Iam non quæritur idolum, sed pastor bonus, qui virtute, prudentia & bonitate se exhibeat formam gregis, pascatque subditos verbo ac exemplo, vtẽs potestate à Christo concessa in ædificationem Ecclesiæ, non in destructionem: & eijciatur idolum ipsum cum abominatiõibus suis, quod contra iustitiam & voluntatem Domini sedere conatur. Sed conqueritur deinde Gabriel, citatorium contra eum factum fuisse, quod in perturbationem facti Græcorùm cedebat, vt dicit. Verùm si benè attendat, non illud fuit ad perturbandũ factum Græcorum, sed ad cõsulendum & prouidẽdum saluti Ecclesiæ nostræ catholicæ, quã impio schismate vulnerabat Gabriel ipse, qui post execrandam illam diuisionem, in hoc sacro concilio per suos excitatam illicitè & nefariè, sicut in pluribus decretis & epistolis ostendimus, omnino determinauerat conuenticulum erigere sub nomine alterius concilij generalis cõtra hanc sanctam synodum, in loco pro libito suæ voluntatis assumendo, & iam galeas contra galeas eiusdem sanctæ synodi propter hanc causam mittebat in Cõstantinopolim. Considerabantur scandala, quę ex hoc schismate concilij prætensi contra verum concilium imminebant, & quæ iam prohdolor in oculis omnium conspiciuntur, fuit ille citatus, per quem tantum scandalum exoriebatur, qui & reformationis, ac legis nomini, & decretorum huius sanctæ synodi cõtemptor erat: immo iam persequebatur illos, q decreta ipsa seruare volebant, atq; eandem synodum & gesta eius per erectorium illius prætensi concilij cõfundere conabat, vt priusquàm illud grande scandalum eueniret, priusquàm electio illius conuenticuli contra concilium, illã horrenda diuisio quæ iam parturiebatur, actualiter formata esset, prouideretur Ecclesiæ, & eius scissuræ periculosissimę obuiaretur. Quod si tunc factum esset, iam nũc non sentiret Ecclesia dolores acerrimos, quos per collisionem fratrum in vtero suo ipsa presentit. Nunquid non omnis amator vnitatis, omnis verus filius Ecclesiæ, debebat totis viribus insistere, ne hoc vulnus matri suæ inferretur, sed in tempore prouideretur, quod maximè expetebat præfatũ citatorium? et nihilominùs sancta synodus omnem suam possibilitatem pro Græcorũ conductione impendebat, mittens oratores suos & galeas in Constantinopolim, vt Græcos adducerent, obtulitque ipsis Grecis per suos oratores complere omnia, quę eis promissa fuerant, si aduenire voluissent: nec in aliquo defecit ipsa sancta synodus, sperans semper ipsos Græcos venire debere ad locum nominatum per eandem synodum, sicut cum eis conuentum erat. Nec dubium esse debet cuiquam Christiano, ꝙ si iuuare voluisset Gabriel tunc dictus Eugenius, vt venissent, sicut ipse restitit & impediuit, quòd fuissent adducti. Sed maluit Ecclesiam scindere, quàm in hoc consentire, vt sub vmbra illa reformationem euitare posset, & facta ipsius Ecclesiæ in suã tyrannidem redigere. Dum verò citatus est, scidit extunc Ecclesiã quantùm in ipso fuit: immo & contra determinationem catholicæ fidei, concilium hoc Basileense, licèt nulliter, transtulit & tunc in Ferrariam, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquem oratorum suorum præsidentium, qui in concilio fuerant, quorum vnus de crimine falsi erat accusatus, de quo fuit postmodùm iusto iudicio cõdemnatus. Et iã dicit se hoc feciſſe propter Grecos, quod propter se & præsidentem suum fecit. Nam & contentus erat non obstantibus omnibus, vt concilium Basileæ permaneret vsq; ad aduentum Græcorum, dummodò ab

Colos. 3.

Ioan. 2.

1. Tim. 6.

Sed quo iure vos pauci citatis Pastorẽ Ecclesiæ?

vlterioribus processibus contra ipsum & præfatum præsidentem suum supersederetur. Addit autem de venerabilibus sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalibus, cõtra quos tamen nihil conciliũ agebat, nisi quòd eos euocabat ad prouidendum Ecclesię in tanto periculo. Sed quid attinet ad factum Græcorum, quòd oporteret dissolui hoc Concilium, si procederetur contra vnum de presidentibus ipsius Gabrielis olim Eugenij, vt propter hoc sibi liceret transferre Concilium in Ferrariam, impediendo ex hoc solo capite factum Bohemorum, quod tunc actu in Basilea tractabatur cum oratoribus regni Bohemiæ, & mandando ne illud vltra triginta dies ageret in casu prædicto, excommunicandoque, priuando, inhabilitando omnes qui posteà in Basilea actus conciliares exercerent, tam in facto fidei quàm reformatiõis generalis, in quibus ipse iuxta veritatem fidei catholicæ tenebatur obedire Concilio? Quis tam subtilis, quis tam acutus, qui hoc factum ab errore, à schismate excusare posset, dum propter euitandam iustam punitionem vnius falsarij, etiam omibus alijs cessantibus, ipse olim Eugenius omnia hæc scandala perpetrabat? Dicit autem suspensionem eius ab administratione papali, fuisse factam cùm instaret aduentus Græcorum. Notoriũ verò est, quomodò post illam adeò scandalosam dissolutiõem & translationem in Ferrariam, monitus fuit, vt eam reuocaret sub pœna suspensionis post quatuor menses, nisi resipisceret, incurrendæ: quod dum facere noluit, per propriam contumaciã huiusmodi suspensionem incurrit. Neque aduentus Græcorum, qui diu post ipsam suspensionem in portum Venetiarum aduenerunt, in hoc aliquid causauit. Adiungit quòd ad depositionem eius processum est, cùm immineret eorundem Græcorum reductio. Sed scit totus orbis, quòd licèt ad depositionem eius procedere licitè potuisset sancta Synodus iuxta decreta ipsius, postquàm præfatus Gabriel suspensionem ipsam sustinuerat per duos menses animo indurato, tamẽ maxima vtens patientia & mansuetudine, adhuc posteà per quindecim mẽses hanc depositionem distulit, donec grauissimis periculis imminẽtibus hoc sacrum Concilium in periculo totalis dispersionis positum erat. post depositiõem autem ipsius per aliquot dies, publicauit ꝙ Græci vnionem acceperant. Sed nunquid idcirco in suis criminibus præualere debet aduersus catholicam Ecclesiam, & eam ac iudicia eius iusta confundere, authoritatẽ Cõciliorum generalium prosternere, quia dixit se reduxisse Græcos, & omnia mala facta sua sub hoc pallio cooperire laborat? Videant pro Deo Christiani, quomodò in ea re processerit. Iamdudum anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto dum venissent ad hanc sanctã synodum eius expensis oratores ipsorũ Græcorum, cum quibus tractabatur, vt anno sequenti Imperator Romeorum & patriarcha Constantinopolitanus cum cæteris ex Oriente venirent ad aliquem locum per hanc sanctam synodum hominãdum, præfatus Gabriel misit Christophorum Garathonum ad Constantinopolim, vt ibidẽm fieret cõuentio Latinorum & Græcorum, & non venirent citra mare. Vndè multa retardatio in facto vnionis Grecorum, quam hæc sancta synodus prosequebatur, subsecuta fuit. Tandem ipse olim Eugenius cõsensum præbuit, vt eadem sancta synodus prosequeretur conuenta cum prefatis oratoribus Græcorum per eum modum, quo cum eisdem ipsa concluserat. Et nihilominùs dum post consensum prædictum oratores nostros ad prædicta exequendũ misissemus in Greciam, qui pecunias pro cõgregandis orientalibus dederunt, ipse Gabriel iterùm misit præfatum Garathonum, qui in contrarium ipsorum oratorum nostrorum laborabat. Cùm verò res concluſa fuit, vt Græci ipsi citra mare venirẽt ad locum nominandum per hanc sanctam synodum, Deus nouit quantis artibus Gabriel ipse impediuit, & impediri fecit, tã in Auinione quàm alibi, ne hæc sancta synodus haberet pecunias pro conductione Græcorum: quãtis modis laborauit, vt ipsos ad se traheret, vt sub vmbra Græcorum sua cõpleret desideria: qui etiam suum saluumconductum pro eisdem Græcis conducendis huic sanctæ synodo requirenti dare recusauit, dum Sigismundus Imperator Romanorum, & Albertus tunc dux Austriæ, & nunc rex Romanorum, rex Francorum atque alij reges, per quorum dominia venturi erant Græci præfati, necnon alij duces & principes, atque etiam Venetorum, Ianuensium, Florentinorum, ac Senẽ communitates, suos saluosconductus liberaliter concesserunt. Ea res quidem perpetuis est deploranda seculis. poterat fieri Græcorũ vnio cum bona pace, cum vnione Ecclesiæ nostræ in vero vniuersali concilio, vbi prælati orbis, vbi omes principes catholici aut oratores eorum conueniſſent, vbi multo celeriùs, multo stabiliùs atque firmiùs fuisset, fauẽte Domino, ipsa vnio expleta. Maluit ipse Gabriel ecclesiam nostram catholicam scindere, factum ipsorum Græcorum perturbare, & eos ad conuenticulum Ferrariense, ac deinde Florentinense perducere, vbi reges catholici vidẽtes schisma eius & illicitam erectionem altaris sacrilegi cõtra verum altare, videlicet hoc sacrum vniuersalis Ecclesiæ concilium, abhorruerunt illuc suos mittere oratores. Si verò Græci ipsi aliquam professionem veritatis fecerint,

Nõ absq; singulari Numinis fauore Eugenio Græcos ab errore reuocauit.

Græci redière ad vnionẽ, & Imperator Fridericus 3. cum tota Germania, immò tota Ecclesia Eugenio assensit.

rint,in qua perſiſtant, aut ſi quid boni in hoc facto repertum fuerit, rerum veritate comperta, gratias agemus diuinæ pietati, quæ non ſineret mala eſſe,niſi potens eſſet ex illis elicere bona: & vnionem ipſorum Græcorum ſemper optauimus, & optabimus. Sed non propter hoc mala ipſius Gabrielis ſub hoc pallio cooperiri poſſunt. Quid enim ſibi prodeſſet cæteros ad fidem conuertere, ſi ipſe in ſchiſmate & hæreſi permanere vellet? Si cæteros vellet vnire, & ſe ab Eccleſia catholica ſeparare,qui etiã ſi montes transferret, & charitatem non haberet erga ipſam catholicam Eccleſiam, ſicut nec habere poteſt, quandiù ſchiſma & hæreſim obdurato animo retinet, nihil ſibi prodeſt.Et licèt laboret vt ſub hoc colore Græcorum, fideles Chriſtiani ſuum conciliabulum Florentinenſe in ſchiſmate erectum approbent, eundemque Gabrielé depoſitũ,priuatũ,condemnatũ & reprobatum,pro vero & ſummo pontifice venerẽtur,tamen Deus illis dedit intellectum ad diſcernendum bonum à malo,cognoſcendum iuſtitiam ac veritatem. Et fruſtrà tale rete iacitur ante oculos pennatorum. Alij enim pontifices in veris concilijs generalibus, vt Innocentius tertius in concilio Lateranenſi,in quo duo patriarchæ Orientales perſonaliter affuerũt:& Gregorius decimus in concilio Lugdunenſi,Græcos reduxerunt longè citra quingentos annos: immo etiam ipſe Gregorius ibidèm baptizari fecit oratores Tartarorum. Et nihilominùs ſi Eccleſiam ſcandalizare voluiſſent illi pontifices, atque mala perpetrare quæ fecit ipſe olim Eugenius, nequaquam hoc eis ſub tali colore permiſiſſet Eccleſia. Deinde præfatus Gabriel comparat ſe beato Leoni, contra quem Dioſcorus ſentẽtiam tuliſſe refertur in ſecunda Epheſina ſynodo, cui hanc ſanctam ſynodum Baſileenſem aſſimilat. Longè certè eſt differentia inter Leonem ſanctum, & Gabrielem tot vitijs & criminibus irretitum: atque etiam inter hanc ſanctam legitimam ſynodum,in plena libertate ſemper conſtitutam,&illam reprobam Epheſinam, in qua viri armati gladios tenentes in manibus, compellebãt homines ad diffiniendum quod placebat Dioſcoro. Tandem ipſe Gabriel depoſitionem damnat &reprobat,quod certè omĩbus malis & peruerſis, iuſtè condemnatis, accidere ſolet,vt ſemper ſententiam in eos latam,iniuſtam eſſe reputent. Sed in cauſa propria non mirum ſi non rectè iudicat, qui in verbis iniurioſis atque inflatis per totam ſuam inuectiuam reſperſis, plenè oſtẽdit loqui ſe ex paſſione animi exacerbati,nõ ex iudicio rationis, dum audet dicere,dæmonia totius orbis in latrocinium Baſileenſe confluxiſſe videri: & alia horribilia verba, quæ nemo prudens, nemo iuſtus,nemo diceret honeſtus. Sed dixerunt etiam Iudæi Chriſto quòd dæmonium habebat.& multotiès Eccleſia catholica à diuerſis hæreticis,vt Donatiſtis, Arrianis & alijs permultis,graues iniurias audire ſolita eſt: qui dum lepra hæreſis infecti erant, alios omes qui aliter ab eis ſentiebant, hæreticos reputabant,& ab Eccleſia præciſos & ſchiſmaticos,ſicut nunc Gabriel ab vnitate Eccleſiæ preciſus,de his iudicat,qui in vnitate permanſerunt,qui doctrinæ catholicæ & apoſtolicæ adhæſerunt, & conſtantiſſimis animis ſemper adhærent, tam in Concilio Conſtantienſi declaratæ, quàm dudum in hac Baſileenſi etiam pro eo tempore, ſicut predictum eſt,quo ipſe Gabriel hoc ſacrum concilium, legitimum generale Concilium eſſe recognouit,& quo legatus ſuus eidem præſedit. Proſpiciebatur etiam quanta deſolatio Eccleſiæ ſequeretur,ſi deinceps conculcatis concilijs generalibus,ſpretis canonibus, abiectis determinationibus catholicæ fidei, vnus mortalis homo poſſet negocia Eccleſiæ pro libito voluntatis agere. Quòd verò longam patientiam habuit ſancta ſynodus in tolerando Gabrielem & facta eius,ipſe hoc impingere conatur, tanquam pro habendo papatũ,facta ſit tam longa protractio, cùm econtrariò manifeſtũ ſit, quòd ſi hoc quæſiuiſſet ſancta ſynodus, iamdudum ad depoſitionem eius proceſſiſſet,attentis ſcandalis,ſchiſmatibus & malis ferè innumeris, quę per eius damnoſum & inutile regimen accidebant. Sed expectauit benignè hæc ſancta ſynodus eius emendationẽ in multa patientia,& ipſe per reſiſtentias quas præſtitit per varia impedimenta, quæ præbuit tam tempore primæ prætenſæ diſſolutionis, quàm ſecundæ, quàm alio medio tempore, fuit cauſa tam diuturnæ protractionis.Manifeſtè autem iam omes conſpiciũt obduratam Gabrielis pertinaciam per ſupradictam inuectiuam, & quomodò cõfundere conatur Eccleſiam catholicam,veritatemque & iuſtitiam,vt iam omnes clariſſimè intelligere poſſint, quomodò ſine vlteriori quacunque protelatione ipſum euitare,eiusque venenatum conſortiũ fugere,& quoſlibet Chriſtifideles ab eodem efficaciter recedere neceſſe ſit, atq; in doctrina Eccleſiæ catholicæ permanere. dolere quidem omnes debent,quòd Gabriel ipſe qui benignè ab aſſentiendo Eccleſię & ambulando vnanimiter cum conſenſu in domo Dei, poterat fructus vberrimos in Eccleſia efficere, & omnibus bonis ſpiritualibus & temporalibus abundare, nunc ſuperba ſeparatione in tanta mala ſe præcipitauerit,& Eccleſiam ipſam tantis perturbationibus afflixerit,vt conculcata conciliorum authoritate, ipſam ſuæ voluntati ſubijceret. Iam verò ad talia verba ipſius

1. Cor. 13.

Prou. 1.

Vtinã hæc in vos nõ quadrarẽt

Ioan. 7.

Gabrielis,in quibus finis non inueniretur, nequaquam vlteriùs attendere neceſſe eſt. Sed orandus eſt Deus omnipotens,vt animam illius humiliare dignetur,&nõ ipſum in damnationem perpetuam corruere permittat.dandaque eſt opera,ſicut neceſſitas expoſcit,vt Eccleſiæ prouideatur de bono & ſalutifero regimine ad conſeruationem fidei & ſalutem Chriſtianorum in gloriam Dei omipotentis, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. Datum Baſileæ in cõgregatiõe noſtra generali, Nonis Octobris,anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

EPISTOLA SYNODALIS AD vniuerſos Chriſtifideles,de obediendo concilijs generalibus,& cauendo ipſis inobedientes.

Eadẽ vſq; ad nauſeã non ſine magno ſcandalo toties repetuntur: atq; vtinã cautiꝰ egiſſent Baſileenſes.

SAcroſancta &c. vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutẽ & omnipotentis Dei benedictionẽ. Grande periculum ac deſolatiõem inauditam,quæ iam Eccleſię Dei & vobiſipſis imminet,ô Chriſtifideles,attendite,& antiqui hoſtis iacula cõſpicite,quibus gregem dominicum magno precio redemptum,perimere conatur, vt deuotioribus animis auxilium diuinæ gratiæ imploretis.Et quemadmodùm exhortatur Apoſtolus, accipiatis armaturam Dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo,in omĩbus ſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis omnia tela hoſtis nequiſſimi ignea extinguere: qui iam vehementi tentatione fundamenta Eccleſiæ & religionis Chriſtianæ concutere quærit,volens conciliorum generalium authoritatẽ euertere, per quę fides orthodoxa & omnis vitæ atque actionis norma tradita eſt,& quorum vigore eadem fides atque regula diſciplinæ Chriſtianæ ſuſtentari habent in terris,vt illis proſtratis,mala innumera ſuper populũ Chriſtianum inducere poſſit. Sed vt eam rem lucidiùs proſpiciatis,& nõ permittatis voſipſos miſerabiliter deperire, Eccleſiamque matrem veſtrã tantis ſubijci ruinis,primùm vos conſiderare decet,quanta deſolatio in foribus eſt,quanta que periclitatio animarum imminet,ſi nunc ruat & proſternatur Conciliorum authoritas. Deinde aperiemus quomodò ipſa grauiſſimè ruit, ſi illi fauor & obedientia præſtatur, qui eandem conciliorum authoritatem factis,verbis & ſcriptis iam à multo tempore conculcare non ceſſat. Poſtmodùm obiectionis contra illius iuſtiſſimam ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali,& ſubſequentem depoſitionem,nullius eſſe momenti clariſſimè oſtendemus:vt veritate plenè comperta,quiſque Chriſtianus intelligat,quid ſibi agendum eſt de neceſſitate ſalutis. Aduertite in primis, ô Chriſticolæ, & ante oculos veſtros ponite miſerandum & flebilem ſtatum Chriſtianę religionis,ſi eò redacta fuerit,vt quiſque in ſummo pontificio poſitus,iam aſſecuratus ſit, quòd nullam correctionem à Concilijs generalibus deinceps habeat'pertimeſcere, quantumcunq; Eccleſiam ſcandalizet, & eius ſtatum perturbet ac decoloret:ita vt ſi omnes dignitates Eccleſiaſticas & beneficia venderet, ſi prælatos quoſque inuitos transferret, & expelleret iniuſtè pro libito voluntatis, etiã notoriè ac iniuſtè reges & principes deijceret,moribus perniciosis animas hominũ paſſim perimere laboraret, crudelitates petraret horrendas,legem Dei confunderet,quæque ſalubria inſtituta euerteret,tẽporalia Eccleſiæ Romanæ & cæterarũ particularium Eccleſiarum diſſiparet atq; alienaret,aliaque innumera flagitia,ſcelera & crimina notoria perpetraret, ac ſe incorrigibilem redderet,omnis Eccleſia in vnum congregata, nullatenùs illum à talibus coercere poſſet: quinimmo liberum eſſet ei, quamlibet ſynodum eum reprimere volẽtem,ilicò transferre vel diſſoluere perſiſtẽtes in ſynodo contra voluntatem eius,perſequi,excommunicare,priuare, inhabilitare,contumelijs ac iniurijs afficere,inuaſiones corporales aduerſus eos excitare: ac deinde quicquid ſynodus ſtatueret, præciperet, dictaret, ordinaret, penitùs contemnere,abijcere & reprobare. Conſpicite pro Dei reuerẽtia,qualis ex hac re daretur introitus inimico humani generis ad ſubuertendum religionem Chriſtianam, dum ſeducendo vnum hominem, poſſet Chriſtianitatem in deſolationem maximam dejicere,mores peruertere, Canones & regulas quaſque diſſipare Eccleſiaſticas, regna & prouincias conturbare,ac bonis ſpiritualibus & temporalibꝰ ſpoliare, vitiorumq; immanitatem inducere. Aperite oculos & videte,qualis ex hoc daretur ingreſſus Antichriſto.Sed & conſiderate, quomodò ea res fidem catholicam confunderet atq; violaret, quæ eſt primum fundamentum Eccleſiaſtici ædificij, quo euerſo, omnia corruunt,ſine qua fide impoſſibile eſt placere Deo aut aliquam ſalutem cõſequi.Notum eſt enim, quomodò ſacra Conſtantienſis ſynodus ad extirpationem errorum tanta pericula vniuerſæ Eccleſiæ afferẽtium, diffiniuit & declarauit, innitendo ſacris ſcripturis & doctrinis antiquorum Conciliorum atque ſanctorum doctorũ,quòd concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans,poteſtatem à Chriſto immediatè habet,cui quilibet cuiuſcunque ſtatus & dignitatis,etiam ſi papalis,obedire tenetur in his,quæ pertinent ad fidem,ad extirpationem ſchiſmatis,& reformationẽ Eccleſiæ in capite & in membris:quodque ſi quis ſtatutis & mandatis cuiuſlibet Concilij generalis legitimè congregati, obedire contumaciter contemſerit in prædictis &

Semp iſti vicarium Chriſti cõtẽptim vocãt vnum hominẽ, cum Chriſtus dicat, Qui vos audit, me audit, &c.

Heb. 11.

pertinentibus ad ea, condignæ pœnitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, ad alia etiã iuris remedia, si opus fuerit, recurrendo.

Deinceps felicis recordationis Martinus papa quintus, approbante toto Constantiensi Cõcilio, per literas suas vniuersis Episcopis & inquisitoribus mandauit, continentes, quòd est de necessitate salutis, credere generale Concilium habere supremã authoritatem in Ecclesia, quodque quodlibet Concilium generale, & etiam ipsum Constantiense, repræsentat vniuersalẽ Ecclesiam: & quicquid approbauit & approbat in fauorem fidei & salutis animarũ, est ab vniuersis fidelibus approbandum & tenendum: & quicquid condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, ab vniuersis fidelibus pro condemnato tenẽdum & asserendum: loquens etiam de illis, quę circa principium ipsius Concilij Constantiẽsis diffinita & approbata sunt, sicut suę prefatæ literæ indicant, quæ expressam mentionem faciunt de declaratione facta circa principium ipsius Concilij super communione diuinæ Eucharistiæ sub vtraque specie, & de condemnatione errorum & personarum eorũdem Ioannis Vuicleff & Ioannis Husz. fuit autem deinceps præmissa determinatio de conciliorũ authoritate in hoc sacro Basileẽsi cõcilio in pluribus sessiõibus repetita, dũ olim Eugenius cõcilium ipsum prima vice dissoluere attentauerat, atque in responsionibus synodalibus multipliciter declarata, & in vniuersum orbem per epistolas aliasque literas & synodales nuncios publicata. Ipse tunc Eugenius huic sacro Concilio doctrinam hanc notoriè tenenti, prædicanti & publicanti, adhæsit: & ipsum fuisse legitimum, ac legitimè à principio sui cõtinuatum, professus est, confitens dissolutionem per eum factã, irritam & inanem: quam tamen primò ex iustis & necessarijs causis factam esse publicauerat, ac etiam duas literas suas in Apostolico palatio contra hoc sacrum Concilium & eius decreta promulgatas, in quarũ vna dicebat, quòd ante aduentum legatorum suorum existentium in synodo, nulla erant sedis Apostolicæ authoritate suffulti: atque etiam designabat, quòd ipso contradicente, generalis synodi non habebãt potestatem: quodque multa & grauia disponere & statuere præsumpserant contra decreta sanctorum patrum in Apostolicæ sedis graue præiudicium: tertiasque, incipiẽtes, Deus nouit, suo nomine factas, in quibus quàm plura contra authoritatem Conciliorum asserebãtur: & quicquid per eum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem sacri huius Concilij Basileensis seu contra eius authoritatem, factum, attentatum seu assertum erat, cassans, irritans & annullans, nullasq; & irritas fuisse & esse declarans: adijciens, quòd decæterò à grauaminibus ipsi Concilio inferendis, abstineret. Deinceps quoque post ipsius adhæsionem in sessione publica, præsidente legato Apostolico, assistentibus octo sanctæ Romanæ ecclesię cardinalibus, oratoribus regum & principum, prælatorumq; & doctorũ iuris diuini & humani copiosa multitudine, eadem declaratio Constantiensis Concilij renouata extitit. Vbi autem hæc veritas concernens manifestè fidem & ius diuinũ, sicut olim lucidè in celebri responsione, incipiẽte, Cogitanti, & alijs pluribus ostensum fuit, expresse differens de authoritate data immediatè à Christo Ecclesiæ congregatæ & Cõcilijs generalibus, totiès & tam solenniter per vniuersam Ecclesiam declarata est, & per Concilia generalia, quę summi pontifices consistorialiter declarauerũt legitima, etiam pro eo tempore quo huiusmodi declarationes ediderunt. Si nunc post hæc omnia, ipsæ declarationes fidei & iuris diuini abijciantur, ac veluti eroneæ deijciantur & conculcentur, impingaturque toti Ecclesiæ error, quæ talia declarauit: quis nõ videt alias hæreses per Ecclesiam sopitas, resuscitari, & nouis suscitãdis frena laxari. dum ex hoc via paratur, vt Cõcilijs generalibus in declarationibus fidei & diuini iuris ampliùs nõ credatur: sed in qualibet regione, in quolibet loco possint homines sectas & hæreses & quaslibet malas doctrinas excitare, ampliùs non timentes suas adinuẽtiones per generalium Conciliorum authoritatem confutari? Vndè totus orbis in conturbationem maximã deueniret, & periclitabitur Christianitas, quæ & olim ante tempora Cõstantini, sicut testatur Isidorus, feruente persecutiõe, in varias hæreses scissa est: quia nõ erat episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tempore supradicti Imperatoris: quòd si tunc, non obstante quòd essent summi põtifices vita & sanctitate prędlari, propter defectum congregationis Cõciliorum generalium, hæreses ipsæ pullulabant, quanta nunc insurget hæresum vorago, si ampliùs Conciliorum generalium diffinitionibus non credatur, nec acquiescatur, atque illorum sic miserabiliter prosternatur authoritas? O quanta Christianitatis destructio, O quanta fidei desolatio, O quanta omnis religionis & pietatis abiectio, quanta euersio rerum publicarũ, regnorum & prouinciarum, quantũ naufragium animarũ. Plorate iam & ingemiscite omnes inuocantes nomen Domini, maiores cum minoribus, & apertis oculis inspicite turbationem vẽturam vniuerso orbi, ruinamque vestram, & desolationem præuidete, si sic frangatur necessaria illa conciliorum authoritas. Sed & flete super vos, si sic prosternatur, quod omnium Christianorum prælatorumq; religioso-

Sed talis cõcilij caput est Romanus põtifex, cuius authoritate confirmet oportet.

Concilia generalia semp Romani põtificis authoritatẽ ꝑcipuam agnouerunt, & ab eo tãquã maiori cõfirmari petierunt.

Has Eugenius negat esse suas.

ligiosorum ac cæterorum Christianorum erat supremum refugium in terris: ad eorundem nempe auxilium sæpenumerò cõfugerunt summi pontifices, dum à tyrãnis persequutionem patiebantur, quæ iam ampliùs nulli venerabuntur aut reuerebũtur tyranni, si hoc tempore corruerint. Per ipsa Cõcilia sedes Apostolica robur suæ dignitatis & authoritatis conseruabat, dum per eorundem Conciliorum sentẽtias cunctis hominibus formidandas, & venerãdos canones, omnes aduersarios fidei & sanę doctrinæ atque bonorum morum corruptores arcebant & reprimebant. Ipsi quoque pontifices per eadem Concilia dirigebantur, vt ambularent ad veritatem Euãgelij, & potestate sibi data ad ædificationem vterentur. Vndè qui ipsorum Conciliorũ authoritatem eneruare quærũt, illi decorem, dignitatem, robur & auxilium Apostolicæ dignitatis, fidemque, salutem & bonas actiones summorũ pontificum manifestè confundere moliuntur, atque in illam destructionem adducere, de qua loquitur beatus Gregorius, dum post enumerata vniuersalia Concilia, subdit: Cunctas quas venerãda Concilia præfata personas respuunt. respuo: quas venerãtur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluũt. quibus verbis idem Gregorius immediatè subiungit: Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Vt verò de cæteris prælatis Ecclesiasticis & principibus secularibus, qui ad Concilia refugium habuerunt, dicere obmittamus, quoniam nimiùm prolixũ esset singula enarrare, saltem illud homines conspiciant, quòd per huius sacri Concilij labores, regnum inclytum Bohemiæ Sigismundo Romanorum regi restitutum fuit, quodque aduersus nonnullos, qui temporalia cunctis Ecclesijs eripere, religionesq; tam mendicantium quàm aliorum destruere conabantur, singulare præsidium tam in dicto Constantiensi, quàm in hoc sacro Concilio inuentum est. Quid de schismatibus tollendis dicemus, si ampliùs Concilijs generalibus non obediatur? si plures contenderint de papatu, quilibet qui se verum Papam putabit, dicet se superiorẽ Cõcilio. quomodò poterũt iudicari, quomodò coerceri aut reprimi, si viderint hoc modo prostratam ipsorum Conciliorum authoritatem? quòd si omnia inconuenientia enumerare vellemus, quæ secum afferret huius authoritatis ruptura, nõ multis posset describi codicibus. Sed iam ad secundũ explicandum transeamus, quomodò hæc prosternitur authoritas, quomodò ruina grauissima Ecclesiæ, & malarum turbationum inenarrabilis multitudo paratur, si ille sustineatur & foueatur, qui huius autho-

ritatis se contemptorem, impugnatorem & notorium persecutorem ostendit. quis negare potest, ô Christiani, quòd reformationi Ecclesiæ in capite & in membris, quam totus orbis desiderabat, & ꝑ qua iam plura Concilia congregata fuerunt, durissimè restiterit (de quo omnis anima dolere debet) ille qui primus homines ad viam salutis inducere debuerat, olim Eugenius Papa quartus, nunc Gabriel nuncupatus, quodq; illa quæ pro ipsa reformatione decreta & instituta erant per hanc sanctã synodum, à se abiecerit & contempserit, ita vt nunquam vnum canonem synodalẽ concernentem reformationem ipsam, in executionem efficacem deducere compertus sit, qui nullam penitus emendationem in regimine curiæ suæ propter quamcunque admonitionem aut correctionẽ effecit, sed assiduè grauiores abusus adauxit, in perditionem animarum & detestabilis Simoniacæ pestis fomentum? Quis negare potest, quòd quantùm in se est, authoritatem omnium conciliorum generalium conculcauit, dum euocatus ad synodale iudicium, diffiniuit quòd ex certa sua scientia authoritate Apostolica & ex plenitudine potestatis transferebat hoc sacrum Concilium, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquẽ suorum oratorum prędsidentium, qui in cõcilio fuerant, cùm tamen eo tunc tempore ipsum Concilium generale verum ac legitimum reputaret? Quis dissimulare potest, quòd etiam ipsi Concilio authoritatiuè ꝓhibuit, ne vltra dies triginta causam fidei quæ cum Bohemis agebatur, tractaret, adijciens quòd omnes excommunicabat, priuabat beneficijs, & inhabilitabat ad eadem, qui deinceps post terminum quem ipse tũc præfixit, actus conciliares Basileæ exercerent, volens etiam ex ea causa esse derogatum quibuscunque declarationibus, etiam sub nomine generalis Cõcilij factis, & alijs in contrarium facientibus? Ex his prosternens & abnegans manifestè supradictã declarationem catholicæ fidei, tam per sacrũ Constantiense Concilium factam, quàm per hoc Basileeñ, vt prędmittitur, dudum renouatam, & se superiorem in his omnibus Concilio desygnans: vigore cuius prætensę dissolutionis schisma horrendũ & grauissimam diuisionem consequẽter in orbe posuit, erigens congregationem Ferrariẽsem sub nomine alterius generalis concilij cõtra hanc sanctam synodum, postquã declarauerat conditiones in præfata dissolutione positas, purificatas fuisse: studens hoc pacto inconsutilem tunicam Christi, & Ecclesiam quam in vnitate repererat, gladio sæuissimo diuisionis & schismatis feriens: quod certè omnes debuerant abhorrere Christiani, quibus simile schisma nunq; cõpertum fuerat. Sed nec his cõtentus, in hãc san-

ſanctam ſynodũ varias perſecutiones excitauit, mãdans ciuibus Baſileen, vt eandem à ſua ciuitate expellerẽt. Alioquin ſe in ciuitatem interdictũ, & in gubernatores eius excommunicationẽ proferre dicebat, inhibendo ne quis victualia deportaret ad eãdem: & ſi qui portarent, ſpoliarentur, cederentq; ſpolia occupantibus. Scripſit præterea, vt in eos de Concilio fieret perſecutio, tanq; in hoſtes Chriſtianę fidei, vocãs ipſam ſynodum, iniquorum perfidam ſynagogã: quæ mandata adeò grauia fuerunt, vt vix filius perditionis adueniens, grauiora aduerſus Eccleſiam mandata ferre poſſet, ſi eam ſentiret pro ſuſtinenda fide & lege dñi in aliquo loco congregatam. Quæ verò & quanta ſcripſerit diuerſis principibus, blaſphemando eandem ſynodum & decreta eius, longum eſſet enarrare. Sed & quomodò patrimoniũ, terras & dominia Eccleſiæ, quæ in ſumma pace & proſperitate reperat, ipſe tractauerit, quas alienationes fecerit, quas guerras commouerit, partialitates acceperit, quantæq; crudelitates ſub regimine ſuo in loca & in ſubditos Eccleſiæ p̃petratæ ſint, quomodò iuramenta ſua ſolenniter in conclaui & poſt conclaue præſtita infregerit, flebile eſt dicere. Et præterea quæ vnquam maior incorrigibilitas, quæ maior pertinacia in aliquo pontifice vel miniſtro ecclеſiaſtico apparuit, qui non ſolùm in prædictis ſuis exceſſibus, quibus diuinam maieſtatem & legem eius ac fidẽ catholicã tam notoriè offendit, & Eccleſiã Chriſti in ſpiritualibus & temporalibus ſic cõturbauit, afflixit, damnificauit, diuiſit, & ſupra modum ſcãdalizauit, obdurato permanſit animo: verùm etiam vult, his non obſtantibus, ab hominibus innocens & iuſtus reputari, nulla vnquam emendatione, nulla correctione oſtenſa, quaſi tantã cęcitatem iam in populo Dei excidiſſe credat, vt tam grauia vitia velint pro veritatib⁹ venerari? Videns autem hæc ſancta ſynodus, ad ipſius emendationẽ nec dulces admoniones ſæpiùs & per plures legatos & oratores tranſmiſſas, nec longam patientiã & benignam expectationẽ, nec citationẽ iuridicam, nec ſuſpenſionis ab adminiſtratione Papali ſententiam iuſtiſſimã proficere: tandẽ expectatis decem & ſeptem mẽſibus poſt ſuſpẽſionẽ prædictam, neceſsè habuit ſuper depoſitione ipſius à papatu, iuſtum proferre iudicium, prout eidem ex authoritate data à Chriſto incumbebat. Nũc verò aduertite ô Chriſtifideles, quę deinceps erit in orbe conciliorum authoritas, ſi poſt hæc omnia fouetur & ſuſtinetur, qui nõ ſolùm in tantis malis ſe incorrigibilem præbuit, verùm etiam eandem cõciliorum authoritatem proſternere laborauit, & laborare nõ ceſſat, vt deinceps nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum per iudiciũ Eccleſiæ corrigi valeat, ſed poſſint pro libito voluntatis omnia agere abſq; vllo timore correctionis fidę ſuper terram: qui & adhuc poſt ſuã depoſitionem grauiora grauioribus addens, tres declarationes catholicæ fidei de authoritate conciliorum, condemnare auſus eſt, cuius oratores iam per orbẽ aduerſus eandẽ authoritatem apertè prædicant: & tam ipſi q̃ nonnulli ſibi fauẽtes, diſſeminãt libellos ac tractat⁹ ad huius hæreſis diuulgationẽ, & ſuppreſſionem declarationum catholicæ fidei, quas vniuerſa tenuit Eccleſia. Poteſtis autem ô cuncti Chriſtiani hunc ignem, priuſquàm ampliùs accendatur, extinguere, & fidei catholicæ ac vniuerſæ Eccleſię pacem reddere, ſi ſententijs iuſtiſſimis huius ſanctæ ſynodi, quã repræſentare vniuerſalem Eccleſiam recognouiſtis, debitã præſtiteritis obedientiã, & viam veritatis ac iuſtitiæ efficaciter amplexari curetis, in fauorem fidei & ſalutis Eccleſiæ vniuerſæ. Si verò id non fiat, ſed diutiùs præſtetur obedientia ei, qui omniũ horũ malorum caput eſt, ſi repulſo ecclеſię iudicio, ille ſuſtineatur, qui iuſtè condẽnatus eſt, ſi impugnatori notorio fidei & authoritatis conciliorum faueatur, ſi manifeſtus perſecutor congregationis ſynodalis ſuſtineatur, ſi mandata, ſtatuta & præcepta concilij generalis abijciantur, & rebellanti atq; contumaci & incorrigibili adhæreatur, illeq; poſt ſententiam depoſitionis in eum latã, pro capite Eccleſiæ reputetur, qui ſe ab ipſius Eccleſiæ vnitate & corpore per fidei læſionem, per ſchiſmatis in erectione prætenſi alterius concilij perpetrationem ſeparauit, & cui iam nullus color, nullus titulus papatus competere poteſt: ſi deniq; non auditur Eccleſia iudicãs, & libellis illius qui condemnatus eſt, blaſphemias & enormes iniurias in ſanctam ſynodũ & exiſtentes in ea continentibus, aures præbentur: quis nõ videt dies illos malos, horrendamq; turbationem totius Eccleſiæ, de qua ſuperiùs diſſeruimus, in proximo adeſſe? Quanti reperiẽtur, qui deinceps in cõcilijs generalibus ad defenſionem fidei, ad extirpationem hæreſum, ad reformationem morum, ad tuitionem iuſtitiæ & veritatis perſiſtere vellent, ſi videant ſibi priuationes beneficiorum, & perſecutiones corporum, iniurias, opprobria, prætenſas cenſuras & quaſcunque aduerſitates imminere: illi autem, qui hæc aduerſus ſynodum hanc perpetrauerit, obedientiam & fauorem finaliter dari? Sepelitur profectò, conculcatur, & proſternitur, ſi res ita procedant, ipſa conciliorum authoritas, & grauiſſimus dolor imminet omnibus Chriſtianis. Verùm confidimus in dõmino, quòd non ſic Eccleſiam ſuam in interitum ruere permittet: quinimmo excitabit corda ſeruorũ ſuorũ, vt miſereantur ipſius Eccleſiæ & ani-

Pius 2. Lógè aliter ſcribit de hoc Eugenio, palàm reuocans, q̃ olim ſenſiſſet vobiſcum cõtra Eugenium.

Florẽtinũ Cõcilium definiuit Romanũ põtificem plenam à Chriſto habere poteſtatẽ vniuerſalis ecclеſiæ gubernandę.

& animarum ſuarũ, nec fidem catholicam, veritatẽ & iuſtitiam ſic opprimi patiantur. Sed neq; hoc ſuſtineri poteſt, quòd quidã obedientiæ neutralitatẽ conſulunt obſeruandam, & ſicut ei qui iuſtè per ſynodale iudicium cõdemnatus eſt, nequaquã obediendum eſt, ſic cõcilio iudicãti obedientiam ſubtrahendã putant. Quomodò enim poteſt quiſquis Chriſtianus excuſari, vt ab omni iudicio ecclеſię ſe ſubtrahat, cùm de neceſſitate ſalutis ecclеſiã audire teneatur, ſicut euãgelica doctrina & omnis ſanctorũ traditio teſtatur? quod liceret, ſi quiſquam ſe à iudicio vnius cõcilij ſubtrahere poſſet, ſimiliter & alteri Concilio denegare obedientiã, nec in eorũ ſententjs ſiue pro fide, ſiue pro quibuſcunq; rebus animarũ ſalutẽ aut Eccleſię ſtatum cõcernentibus, vlla ſtabilitas, vlláve efficacia haberetur. Quilibet acta Cõciliorũ examinare vellet, ac de illis, prout ei videretur, iudicare: aut poſt iudicium vnius cõcilij, aliud expetere, nullum interim obedientiæ debitum reddẽs. ſicq; fruſtraretur conciliorũ authoritas, & tandem neq; ipſis, neq; ſummis põtificibus legitimam adminiſtrationẽ habentibus obediretur. Vndè in totũ confunderentur Eccleſiaſtica iudicia, periclitareturq́ue Chriſtiana religio: nec deinceps cõcilia generalia quæcunq; mala reprimere laborarent, ſi eorum ſententijs nõ obedire conſpicerẽt, neq; locus eſt ſuſpenſioni animorũ in tam clara iuſtitia, in tãta obediendi neceſſitate, dum per defectũ obedientiæ p̃ſtandę, fidei læſio & veritatis oppreſſio aſſiduè ſuccreſcũt, periclitãtur aĩę innumeræ, & exẽplum datur omnibus, vt deinceps nullis ſententijs p̃latorum ſuorum, ſicuti nec ſynodorũ obediant, ſed animos ſuos per plura tẽpora ſuſpendere velint, vndè omnis iuriſdictio perire poterit, dũ authoritatẽ ſupremã Eccleſię obmitti & negligi videbunt. Si itaq; cõmuni bono Eccleſię Dei cõſulere quæritis, ô Chriſtifideles, ſi præſentibus malis finẽ imponere, ſi pacem cõſequi & felicem ſtatum totius Chriſtianitatis intueri, date operam, vt cũcti vnanimiter viam veritatis ſequantur, vt cõcilijs generalibus ſua reddatur authoritas, vt nullus eã deneget ſynodo vniuerſali obedientiã, ad quã tenetur de neceſſitate ſalutis, in his quæ pertinent ad fidem, extirpationẽ ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in mẽbris, & pertinentibus ad ea. Sic ceſſabunt ſchiſmata, ſic hæreſes extinguentur, mores reformabuntur, vigebunt Cõcilia, ſedes Apoſtolica & virtutũ dignitate & honore plurimo reflorebit, repellentur conatus antiqui hoſtis, breuiabuntur dies mali, & malorum grandium repelletur incurſus, quæ, ſi ſecùs fiat, ſuper omnes Chriſtianos iam imminere conſpicitis. Supereſt iam vt eas obiectiones nullius oſtendamus eſſe momenti, quæ illa queationẽ animarum & obfuſcationem veritatis ac iuſtitiæ huius ſanctæ ſynodi, per nonnullos afferuntur. Allegant quidem hoc ſacrum cõcilium de ſuo cõſenſu fuiſſe tranſlatum, pro eo quòd cõcordauerat cũ Grecis, ſe transferre infra menſem poſtquàm adueniſſent ad vltimũ portum citramarinum, eiſdem in Cõſtantinopoli per oratores concilij nominandũ pro celebrando œcumenico cõcilio, in eo loco quem hoc ſacrum Baſileenſe conciliũ elegiſſet. Verùm quantò reijcienda ſit hæc obiectio, vos Chriſtifideles aduertite. Manifeſta quidem nimis eſt veritas, q̃ Græci, præualentibus practicis olim Eugenij perſequentis ſynodum, non ad portũ per oratores Concilij eis nominatum, venerunt, neq; ad locum per cõcilium electum, ſicut ipſi promiſerant, venire voluerunt: immò ſcripſerunt Concilio per oratores eius in Cõſtantinopolim miſſos, ſe propterea cum eis & eorum galeis nõ adueniſſe, quia tempus mittendarum ipſarum galearum tranſactum erat, ſic abſoluentes ſe ab omni obligatione mutua, quæ inter Concilium & ipſos contracta erat, licèt tamen alteri oratorum priùs dixiſſent ſe de vlteriori expectatione contentos eſſe, impedimentaq́ue Concilio præſtita eſſent manifeſta, cùm in conuentionibus initis cum eiſdẽ, expreſsè cauereẽ, omnia debere intelligi ſine fraude & dolo, ac legitimo impediméto ceſſante. Quòd ſi ad requeſtam ipſius olim Eugenij deinceps ire voluerunt Ferrariam contra conſenſum concilij, quis ratione vtens, dicere poſſit Concilium ex ea re ad ſe tranſferẽdum fuiſſe obligatum? Dum verò quidam vlteriùs obijciunt, quòd Concilium quadã vice concluſit, caſu quo Auinionenſes certã pecuniæ ſummã infra menſem nõ traderent in pecunia numerata, & de hoc infra duodecim dies ſequentes, non certificaretur Concilium, quòd tunc teneretur ipſum Concilium ad electionem alterius loci procedere, & vniuerſali ecclеſię aliundè prouidere: quod dum aduenięte tempore nõ fieret, præſidẽtes Apoſtolici & alij quidam ſecum minorem partem Concilij facientes, tanquam ad ipſos deuoluta poteſtate Concilij, alium locum aliumq́; portum nominauerunt, & oratores ad Grecos miſerunt. Sæpè ad huiuſmodi obiectiones per decreta & Epiſtolas noſtras reſpõſionem fecimus, oſtendimusq́ue illas eſſe penitus inanes. Manifeſtum eſt enim, quòd Concilium in ea concluſione cum nullo contractum fecit aut conuentionem, nullusq́ue aderat cum quo huiuſmodi contractum celebraret: nulliq́ue dubium eſt, quenquam cum ſeipſo contrahere non poſſe, cùm inter ſpondentem recipientemq́ue ſponſionem, debeat eſſe diſtinctio perſonarum. Vndè illarũ omnium obie-

Hoc aliquandiu Germani fecerunt, ſed poſteà ad Eugeniũ ſe cõtulerunt.

Matt. 18.

obiectionum corruit fundamentum. Sed tantùm illam conclusionem intra se cepit Concilium, quam & interpretari & mutare poterat iuxta casus occurrentes, si pro salute Ecclesiæ, sibi ita agendum videbatur. Nec aliquis sibi legem imponit, à qua recedere non possit: neq; dicebatur in conclusione ipsa, quòd in casu prædicto minor pars haberet alium locum eligere, sed Cócilium. Et si aliquod dubiũ erat, quod interpretandum veniret, aut si quid in hoc agendum, vel deliberandum aut mutandũ, nullatenùs iudicio minoris partis standum erat, sed plurimorum sententiæ acquiescendum, sicut mos antiquorum conciliorum & omnia patrũ instituta edocent. Vndè & ex eo in vniuersum orbem turbatio grauissima excitata olim fuit, dum aliqui Episcopi minorem partem concilij Niceni facientes, illis contradixerunt, quæ maior pars concluserat. Sed quid ampliùs illimet præsidétes Apostolici, qui sub prætextu conclusionis illius alium locum eligere voluerunt, eidem cõclusioni cùm fieri deberet, contradixerunt, protestantes se non consentire in decretatione loci Auinionensis, de quo expresè agebat dicta conclusio? Et vlteriùs, pendente termino præfixo, oratores olim Eugenij Archiepiscopus Cæretensis & Iacobus de Rachaneto, impediebant, ne illæ pecuniæ darentur in Auinione, de quibus hæc conclusio agebat. Scripserunt præterea Auinioneñ, quomodò abbas Bonę vallis & Raymũdus Taloni decretorum doctor, ad eos missi ex parte concilij, cõposuerant cum eis ex potestate eis data à toto Concilio, quòd haberẽt decretationẽ loci Auinionẽsis & impositionis decimarum, priusquã pecunias suas exoluerent. Mandaueruntq; ipsi Auinionenses, quòd illis habitis pro cautione eorum, pecunias expedirent, de quibus oratores Concilij missos ad eosdem, cautos & securos fecerunt. Iudicauit conciliũ quòd rationabiliter petebant, quodq; attentis prædictis, quę superuenerunt ad notitiam ipsius cõcilij, & alijs pluribus ipsum
* mouentibus, *monentibus, nõ erat procedendũ ad electionẽ alterius loci, nec expediebat saluti Ecclesiæ & bono rerum agẽdarum. Quòd autem aliqui pauci ad electionem alterius loci temerariè procedere præsumpserunt, se dicentes Decretum agere contra duplo maiorẽ partem cõcilij & ampliùs, scindentes & diuidentes, quantùm in se fuit, Ecclesiæ vnitatem, hoc prorsus illicitum & pernicioſum fuit, sicut per solenne Decretum sessionis nostrę 32. demonstrauimus. Vndè & conatibus eorum extunc resistens hæc sancta synodus, decretationem fecit in sessione publica super electione loci Auinionensis & aliorum sibi adiunctorum, omnẽ aliam electionem seu nominationem loci per quoscunq; factam irritans. Deinceps quoq; subsequuta est communis omnium nullo discrepante cõcordia, quòd tres domini, inter quos erat vnus & primus legatorum Apostolicorum, haberent sigillare literas de quibus agebatur, sine prejudicio alicuius, & oratores mittere. Ipsi autẽ sigillauerunt decretũ concilij, mittentes ipsum per oratorem in Auinionem, illo prætenso reiecto, quod per minorem partem factum fuerat. Cumq; sit omnino à veritate alienum, quòd duo Decreta contrarij tenoris, immò & sibi inuicẽ cõtradicẽtia expresè, vno & eodem tempore similia synodali iudicio emanauerint, quia Spiritussanctus per os generalis synodi contrariè loqui nõ potest, eo ipso quòd Decretum concilij super Electione de Basilea, Auinione & Sabaudia, cõsentientibus omnibus patribus qui in Concilio erant, & ipsis legatis Apostolicis, vera bulla plumbea synodali ritè plumbatum est: manifestum est, dictã schedulam legatorum nullatenùs vim Decreti habere potuisse. Dum verò quidam literas super eo quod per minorem partem factũ fuerat, clandestinè bulla sacri Concilij de nocte surrepta sigillauerunt, declaratum est, illas falsò bullatas esse: & quòd Archiepiscopus olim Tarentinus, præsidens & orator ipsius olim Eugenij, qui se in hoc operam cum effectu dedisse confessus erat, tanquam falsarius iustè condemnatus extitit. Sic igitur in ea re nullus hæsitationis scrupulus est quòd penitus nullius momẽti fuerit, quòd per illos paucos contra iudicium consilij actum est. Sed nec de his disputare necesse est, cùm etiã illud quod per illos paucos factum fuerat, abruperit ipse olim Eugenius: qui, cùm omnes patres existentes in Concilio, tam sui legati quàm alij, dictassent vt concilium firmiter maneret Basileæ vsque ad aduentum Imperatoris & patriarchæ Græcorum ad vltimum portum, nihilominùs ipse longè ante aduentũ prædictorum Grecorũ plùs quàm per quatuor menses, hoc concilium, quantùm in se fuit, abrupit & dissoluit, ex eo capite quòd procederetur contra ipsum aut aliquem suorum, negans iurisdictionem immediatè à Christo Concilijs datam, & se (vt anteà præmissum est) supra Cõcilium erigens in facto reformationis & fidei. Quam prætensam dissolutionem cùm non reuocasset infra quatuor menses, immò aliam congregationem sub nomine generalis concilij interim apud Ferrariam fecisset, grauissimũ schisma perpetrans, suspensus fuit ab administratione papali ante aduentum prædictorum Grecorum eo tempore, quo etiam illi de minori parte prædictum Cõciliũ permanere debere in Basilea dixerunt. Postquàm verò legitimè suspẽsus fuit per Cõcilium, quis Christianorum dubitat

bitat quoscunq; actus per ipsum in administratione papali expletos, nullos, irritos & inanes extitisse? Sic itaq; volẽtibus quærere occasionem discedẽdi à sancta synodo, nullus color cuiuscunque translationis potest vllatenùs suffragari: quod satìs intellexerunt prælati, principes, vniuersitates ac cæteri maioris partis orbis, qui nunquã ad cõuentionem Ferrariensem vel Florentinensem, iam ferè à tribus annis erectam, accedere vel mittere voluerunt, sed illa reprobata, sanctã synodũ Basilieeñ velut repræsentantem vniuersalem Ecclesiam, verbis & scriptis cognouerunt. Et cùm dictam congregationem Ferrariensem, erectam sub nomine generalis Concilij hoc durante Concilio, non generale Concilium, sed schismaticorũ fuisse conuenticulum, prout in Decreto nostræ vigesimænonę sessionis manifestissimè constat, ipseq; Gabriel quia caput illius schismaticæ conuentionis, & quia à papatu legitimè suspensus erat, iurisdictionem papalem non poterat exercere, per accessum ipsorum Græcorum, qui iam à plurimis annis ab Ecclesia Catholica dĩuisi erant, nullatenùs dicta Ferrariensis cõuentio legitima facta est. Neque veraciter dici potuit, ipsam esse generale Concilium vel œcumenicũ, prout ipse illã intitulauit. Obijciunt deinde alij, quòd in sancta synodo permanentes, pauci numero fuerũt ad exercẽdos actus iuridicos suspensionis ab administratiõe papali & depositionis olim Eugenij, ac subsequentis electionis sanctissimi domini Felicis papæ quinti. Quæ quidem obiectio si illi debeat suffragari, qui synodum persecutus est, qui omnibus modis homines ab ea subtrahere & separare laboraverit, & aduersus illos militet qui tẽpore persecutionis permãserunt, qui oẽs de orbe ad succurrendum & prouidẽdum Ecclesias Dei per epistolas & oratores vocare integro ferè biennio nõ cessauerunt: quis nõ videt, ex hoc Cõciliorum authoritatem prosterni & confundi? Nam semper summus pontifex dũ synodũ rumpere volet, aliquos exindè abstrahere poterit. Si aũt alij permaneãt, obijcietur eis paucitas: sicq; videntes se nihil proficere posse, synodum in totum deserent, permitteturque agere cuilibet summo põtifici quicquid libuerit. Nec possibile erit, si quisquã eorum fidem offendat, schisma faciat, aut quibuscunque malis ecclesiam scandalizet, remedium per generale cõcilium exhiberi. Sed nunquid illi qui nõ fugerunt, qui non deseruerunt synodum in necessitate, qui non fidẽ, veritatem & iustitiã cõculcari pmiserunt, quiq; pro his sustinendis tribulationes & dolores, pestem, guerram, penuriam & cæteras aduersitates subierunt, propterea culpandi sunt? Nunquid Apostoli qui in numero pauci cum Christo permanserunt in tentationibus suis, alijs discedentibus, ideo malè egerunt? nónne satìs elucidatum fuit in supradicta synodali responsione, quę incipit, Cogitanti, consentiente in hoc & cooperante tunc legato Apostolico, quomodò illi qui permanerent in synodo vsq; ad finem operis sui, cómendandi essent: nõ autem illi qui discederent, aut qui se ab ea diuiderent? Allegatumq; quomodò dum Christus dixisset, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: nõ pauci qui remanserũt cum Christo, sed illi qui recesserunt, reprehensionem meruerunt. Ibì quoq; non obmissum est, quomodò recedente Ioanne 23. à Cõstantiensi synodo, non illi defecerunt, sed commendati sunt, qui cum ipso Concilio perstiterunt vsq; in finem. Nec tamen ita pauci fuerunt in hac sancta synodo, vt quidam existimant, cum in decreto suspensionis ipsius olim Eugenij ab administratione papali, valdè multi adessent, & inter eos plures regum & principum ambasiatores. Decreta quoque de causis & de collatione beneficiorũ in eadem sessione promulgata sunt, quæ maior pars recepit tanquã à generali synodo vniuersalem Ecclesiam repræsentante. Vndè nullus color, nulla excusatio aut tergiuersatio potest cuiquam in diuino iudicio suffragari, quare illi suspẽsioni resistat, aut cur post eam illi qui suspẽsus fuit, velut ex certo ppósito in administratione papali obedire, & actus eius, tanquàm nõ suspensi, legitimos reputare. In actu quoq; depositionis ferè trecenti fuerunt. Et tempore subsequentis electionis grandis adhuc numerus erat, nec vsq; in hodiernum diem diuina prouidentia hãc sanctam synodum deseruit, quin competentem numerum prælatorum, doctorũ & aliorũ notabilium virorũ habuerit, & adhuc hodiè habeat. Sed præterea hæc quæstio dudũ diffinita & determinata est tam per synodum, quàm per summum pontificem tunc existentem, cõsentientibus in hoc Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ & omnibus Christianis. Nam cùm tempore primæ dissolutionis prætensæ pauci prælati essent in concilio, non numerum quatuordecim excedentes, neque medietas numeri omnium suppositorum in Concilio haberetur, quæ præmissis actibus interfuit, ipse quoq; tũc summus pontifex obijciebat eidem Concilio numeri paucitatẽ per literas suas diuulgatas in orbem. Et nihilominùs determinatum est per omnes, quòd hoc nõ obstante, fuit protunc legitimum cõcilium & legitimè continuatum. Quòd si in tali numero legitimũ est concilium ex diffinitione catholica & Apostolica, omnesq; de necessitate salutis legitimo concilio obedire tenent, tanq; habẽti potestatẽ immediatè à Chri-

Immò verò Cõcilium Florentineñ & Latini & Græci venerant, & ferè oẽs à Basileensibus discesserunt.

Fatentur paucitatẽ suam.

Christus aliter promisit Petro.

Ioan. 6. f

Alia fuit tunc ratio propter schisma.

Sed nõ ex primunt, quę illorũ trecentorum fuerit authoritas.

Christo, vt præmissum est, in pertinentibus ad fidem, extirpationem schismatũ, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris: quis potest iam sub colore paucitatis vel alio quocunq;, occasionẽ quærere non obediendi cõcilio in actibus pfatis? Quòd si deinceps liberum sit vnicuique de actis synodalibus recipere quæ volet, quæ nolet abijcere, reputare cõciliũ velut habens potestatẽ cum placuerit, cũ non placuerit nõ reputare, nõ audire ecclesiã nisi quandò & quomodò voluerit: quis dubitat, ex hoc omnẽ conciliorum authoritatẽ prosterni, oẽmq; obedientiã illis debitam frustrari? Clarũ est itaq;, has obiectiones nulli Christiano suffragari, quo minùs iustis sententijs per hanc sanctã synodũ pro necessitate fidei & vniuersæ salutis Ecclesiæ promulgatis, plenè obedire debeat, quæ fideliter dicimus, veritatem manifestantes ad omnẽ conscientiã hominũ, vt videntes horrenda pericula & cunctis seculis inaudita, quæ ex conculcatione authoritatis cõciliorum & discessione à fide iam imminent, viam veritatis efficaciter amplectantur, fidẽ ipsam tueantur & cõstantibus animis iustitiæ adhæreant, per quam impugnatores inimici repellantur, & omnia in pacem, quietem, ac salutarem dispositionẽ reduci valeãt. Obsecramus itaq; vos Christifideles per misericordiam Dei, vt dum adhuc tempus est, cõsulatis publicæ saluti: & sicut adhæsistis huic sanctæ synodo, eiusq; authoritatẽ recognouistis, & insupèr veritatem fidei, quã defendi sustinuistis, dum ille qui & nunc eam persequitur, tentauit prima vice dissoluere, tenentes quòd hoc facere nõ poterat, sic & vos permaneatis, & cum veritate stetis vsq; in finem: sicq; agatis, vt is qui tantis laboribus authoritatẽ omnium conciliorum prosternere molitur, tandem ab his desistat, & suæ saluti consulat. Nec tale exemplum posteritati relinquatis, vt concilium repræsentans vniuersalem Ecclesiã, per vos tanto tempore recognitum, & cui de necessitate salutis tenemini obedire, patiamini in diebus vestris cõfundi & cõculcari. Verum quoq; pastorem Ecclesiæ Catholicæ per eandem synodũ canonicè electũ, colite & veneramini: cuius assumptionem ad apostolatum fuisse necessariam, satis indicat aduersitatum magnitudo, quæ aduersus ecclesiam ità succreuerunt, vt vix alius inuentus fuisset, qui hoc tẽpore pondus huius ministerij sufferre valeret: sed eũ donauit Dominus, qui nunquã Ecclesiam derelinquit, vt eius prudentia, patientia & multiplici virtute cũ auxilio huius sanctæ synodi, fides defendatur, authoritas cõciliorũ cõseruetur, iustitia vigeat, pax & trãquillitas ac bona omnis dispositio in statu ecclesiastico & Christiana religione subsequantur. Pro quibus, fauente altissimi gratia, omnes labores nostros vsq; in finẽ impẽdemus, multa aduersitatũ genera nobis assiduè irrogata patienter pro noĩe Christi sustinentes, qui maiora pro Ecclesiæ suæ plantatione subire dignatus est: pro quo & discipuli eius grauissimas psecutiones pertulerunt, omnemq; operam nobis possibilem, de superno cõfisi auxilio, dabimus, ne sic Ecclesia, quã tanto precio Christus ipse Deus noster acquisiuit, diebus nostris cõfundatur, ne in opprobrium & desolationem Christianæ religionis veritas fidei per Christianos ipsos agnita, recepta & defensata, sic miserabiliter relinquatur & pternatur in terrã, sed potiùs illibata seruetur: vtq; hæc sancta synodus tam solenniter inchoata, tantisq; continuata laboribus, felicem exitum accipiat, ad salutem vniuersorum & gloriã Iesu Christi saluatoris nostri, qui est benedictus in secula seculorũ, Amen. Datum in congregatione nostra generali in Ecclesia maiori Basileensi celebrata, sexto idus Nouembris, Anno à natiuitate Domini 1440.

Nõ id voluit Eugenius.

RESPONSIO SYNODALIS FACTA ORATORIBUS REGIS ROMANORUM AC PRINCIPUM ELECTORUM DE TRANSFERENDO CONCILIO.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam. Petitionem vestram audiuit hæc sancta synodus, quam nomine charissimi Ecclesiæ filij Frederici regis Romanorũ illustris, & venerabilium archiepiscoporum ac nobilium virorũ principum electorũ sacri Romani Imperij, vos venerabilis Siluester episcope Chiemensis, & dilecti eiusdẽ Ecclesiæ filij Erharde de Zelking baro, Thoma de Hasselbach in theologia magister, Ioannes de Lisura decretorum doctor, præposite Ecclesiæ B. Mariæ ad gradus Moguntineñ, Ioannes de Francfordia officialis Confluentię, Henrice de Herpel præposite S. Seuerini Colonienſis, Ioannes de Lemberg etiam in theologia magister, præmissis disertis orationibus porrexistis. Cuius quidẽ petitionis tenor talis est: Dignentur vestræ reuerendissimæ paternitates ad exhortationẽ & deuotã postulationem sereniſſimi domini nostri Romanorum regis &c. necnon suorum principum electorum sua vota conferre, quatenus modis congruis ad generalis Concilij ab omnibus indubitati congregationem, infra vnius anni spatium, perueniatur loco suæ maiestati & suis principibus electoribus grato & rebus gerendis accommodo. Vestras autem dominationes latére non putamus, quantùm necesse sit, vt conciliorum generalium iudicia, quæ pro fide orthodoxa & Salute animarum proferuntur, firma & stabilia permaneant: quodque iactura ipsius fidei & ecclesiasticæ disciplinæ immineat, si illa mutari & vacillare, nec robur & stabilitatem habere permittãtur. Hinc enim assiduæ perturbationi pacis datur occasio, hinc detrimenta salutis afferuntur innumera, hinc ad malorum audacem perpetrationem ingressus præbetur, hinc subterfugijs perfidorum aditus aperitur. Sic quippe inducerentur peruersi, vt nullatenus synodo iudicanti aut statuenti vel mandanti obedirent, sed ilicò aliam synodum fieri expeterent, cùm & mos sit malorum litigatorum, sicut præclarè B. Augustinus ad Glorium Eleusinum & alios Donatistas scripsit, vt dicant se malos iudices fuisse perpessos, licèt etiam firmiter manifestissima veritate superati. neque coercere posset ceruices superborum & Ecclesiasticam pacem perturbantium synodalis authoritas, si celebrato concilio mox ipsum trãsferri aut ad aliud oporteret deueniri. Quod papa Gelasius luculenter aduertens, in epistola directa episcopis Dardaniæ aiebat: Maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessariò prædicauerunt, vt quod contra vnamquamque hæresim coacta semel synodus pro fidei communione ac veritate promulgasset, non sinerent post hoc nouis retractionibus mutilari, ne prauis occasio præberetur. Et subdit eadem epistola: Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, vlteriùs ad noua concilia venire non sinit. Martianus quoq; & Valentinianus Imperatores firmum habere voluerũt, quod per synodum Chalcedonensem fuerat definitum, causam illã subiungentes: Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata ac rectè dispositа, reuoluere & publicè disputare contendit: quod si permitteretur, nihil fermè in diffinitionibus fidei & iudicijs Ecclesiæ apud mortales stabile haberetur: facileque rueret omnium futurorum cõciliorum vigor, si hæc sancta synodus authoritate duorum præcedentium cõciliorum & duorum Romanorum pontificum congregata, cui etiam summus põtifex pro tempore existens cum omnibus cardinalibus, cunctiq; prelati ecclesiastici inhęserũt, cui omnes reges terrę, omnesq; ferè magni principes orbis incorporati sunt, & solennia per suos oratores præstiterũt iuramenta, conculcaretur: aut in suis iudicijs, statutis, declarationibus & decretis contemneretur & haberetur ludibrio. Non paruum itaque imminet periculũ, si in alium locum synodus cõgreganda decernatur, quin robur ecclesiasticę authoritatis aliquid læsionis atq; detrimenti patiatur. Vbi tamẽ iam pluribus annis diligentiã nostram pro illibata stabilitate ipsius authoritatis cõciliorum conseruanda, Dño auxiliante, impendimus, & pro pace Ecclesiæ præmissam petitionem postulatis adimpleri, quam si reijceremus, plurima discrimina grauiorque ipsius Ecclesiæ Dei læsio sequi posset: Nos de benigno Christi adiutorio assiduè sperantes, qui ad ipsam Ecclesiam ait, Ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationem seculi: simulq; de pbitate serenitatis regię & inclytorũ principũ vos mittentium cõfidentes, quòd magnis viribus laborabunt, vt siue hîc continuata fuerit, siue in alium locũ translata cõcio synodalis, firmiter atque inconcussè teneantur ab omnibus veritates in sacro Constantiensi concilio declaratæ, & per hãc sanctã synodum renouatæ, sicq; stabilis & firma deinceps conciliorum habeatur authoritas, per quã fidei catholicæ robur ac neruus ecclesiasticæ disciplinæ & status Christianorum cõseruetur in terris: Sic eorundẽ cõciliorũ statuta, ordinationes & iudicia, p ipsa fide, pro lege dñi & ædificatione animarum, ac bono regimine status vniuersalis Ecclesiæ, cuncti reuereantur, quòd nullius in aduersum rebellio aut pertinax contradictio vel scãdalosa dissensio præualere permittatur: vt sic cum vigore iustitiæ mala reprimi, & bona cũ tranquillitate valeant promoueri, vnanimitasq; obediẽtiæ vbilibet reflorere possit: præfatæ vestræ petitioni respondendum duximus, iuxta seriem articulorũ sequentiũ sub hac forma: Primò, sancta synodus cõmendat deuotionem & synceram intentionẽ, quam pręfati sereniſſimus Romanorũ rex, & illustres principes ad vnionem & pacificationem Ecclesiæ sanctę Dei habent, & pridem per vos prædictos solennes nuncios & oratores suos cum eorũ literis ad hoc sacrũ concilium destinatos, in congregatione generali facundè & prudenter explicârunt. Secundò, vobis præfatis oratoribꝰ cõmemorat, quomodò in hac ciuitate Basileensi hactenus fuerit & hodiè sit generale cõcilium vniuersalẽ Ecclesiam repręsentans, quod meritò apud oẽs Christicolas multiplici ratione debet dici & reputari indubitatũ & vnicum, & qꝰ finè maximis periculis, incõmoditatibus, laboribꝰ, sumptibus & difficultatibꝰ, abhinc ad aliũ locum mutatio huius sacri cõcilij fieri non poterit, prout res hæc seipsam cunctis diligenter intuentibus indicat, & hæc ipsa sancta synodus sæpiùs per oratores suos in diuersis ambasiatis, ac in isto loco verbo & scriptis oratoribus regum & principum seculi multifariè ostendit. Vndè præmissis alijsq; pluribus attentè cõsideratis, videretur huic sanctæ synodo, quòd hæc insignis ciuitas Basileensis, cuius idoneitas multiplici experientia diuturnè comprobata extitit, esset locus aptus & rebus gerendis accommodus, ad quem cooperantibus pfatis domi-

Synodus Chalcedoneñ vel maximè agnouit primariã Ro. põtificis authoritatis, petens à Leone sua decreta confirmari, & eius sententiã diu expectãs.

Matt. 28.

dominis sereniſſimo Romanorum rege & electoribus, non ſolùm ex inclyta natione Germanica, ſed ex omni fidelium natione quæ ſub cælo eſt, cõuenire poſſent omnes, qui generalibus concilijs intereſſe debent & conſueuerunt, vt vnà cum patribus qui in hoc concilio conſtanter hactenus perſeuerauerunt, pax & vnio Eccleſiæ deſiderata dari poſſet: præcipuè cùm hoc ſacrum concilium, inter alia ſancta opera, ſpecialiter extitit cõgregatum ad pacem omnium Chriſtianorum. Nihilominùs, his non obſtantibus, vt prædicti ſereniſſimus rex & principes electores, cæteriq; reges & principes ac cuncti fideles clarè percipiant rectam & puram intentionem, quam habet hoc ſacrum Concilium ad vnitatem & pacem Eccleſiæ, & hactenus ſemper habuit, quodq́ue patres in eo perſeuerantes parati ſunt reddere rationem omni poſcenti de ea quæ in ipſis eſt fide, vtque præfati ſereniſſimus rex & ſui principes electores euidenter cognoſcant, quòd ſacrũ concilium cupit votis eorundem complacere pro pacificatione vniuerſalis Eccleſiæ, diuina fauente clementia, conſequenda, ipſa ſancta ſynodus in hac Baſileenſi ciuitate inclytæ nationis Germanicæ in Spiritu ſancto congregata, & vſque in præſentem diem legitimè cõtinuata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, offert ſe paratam in tempore de quo infrà fit mentio, ad locum eiuſdem nationis rebus gerendis accommodum, & regiæ celſitudini gratum, ſua propria authoritate modis congruis ſeipſam tranſferre, ſecuritatibus tamen ante huiuſmodi tranſlationem decretandam & fiendam, in talibus præſtari ſolitis, & alijs neceſſarijs datis & præſtitis. Obſecrat autem præfata ſancta ſynodus eandem regiam celſitudinem, quatenus dignetur rem hanc alijs regibus & principibus intimare, eos toto ingenio & niſu inducendo, vt illam ipſi amplectantur, veniantq́; perſonaliter, aut ſuos ſolennes oratores mittant, ac prælatos & alios qui in generalibus Concilijs de iure vel conſuetudine debent intereſſe ditionis eorundem, etiam ad veniendum inducant, vt pax & vnio Eccleſiæ ſanctæ Dei dari poſſit. Securitates verò & alia quæ neceſſaria eſſe reputat & intendit hæc ſancta ſynodus, ſunt ea quæ ſequuntur: Primò, quòd ſereniſſimus ipſe rex præſtet ſuum & ſacri Romani Imperij ſaluum conductum ipſi ſacro Concilio ad alium locum tranſferendo, pro omnibus accedentibus ad ipſum, ſtantibus & recedentibus in plena forma. Detq́; operam, vt locus eligendus etiam habeat pleniſſimam ſecuritatem & ſaluum conductum cum libertatibus circa iuriſdictionem, ac etiam ſuper habitationibus, victualibus & alijs requiſitis. Similiterq́ue dabit operam, quòd principes Eccleſiaſtici & ſeculares ac loca ipſi Concilio vicina, dent ſuos ſaluoſconductus. quodq́ue prædicti ſaluiconductus ſereniſſimi domini regis, loci Concilij, aliorumq́; dominorum & locorum, ſint irreuocabiles, durentq́ue continuè vſque ad quatuor menſes poſt finitum Concilium. Exhortatur autem ſancta ſynodus regiam celſitudinẽ, ſi quæ guerræ aut diſcordiæ graues tũc inter illos aut illa eſſent, dignetur ſe interponere ꝓ treuga aut pace inter illos cõponenda. Item petit ſancta ſynodus, quòd ſereniſſimus ipſe dominus rex Romanorum ipſi concilio interſit perſonaliter, ceſſante legitimo impedimento: quo aduenìente, aliquem potentem & magnæ authoritatis principem ſacro Concilio gratum, in eius protectorẽ inſtituere habeat: polliceatur ſiue ſub verbo regio per ſuas literas patentes, quòd non faciet, nec fieri permittet, D. E. O authore, quantùm in eo fuerit, quod ſit vel eſſe poſſit directè vel indirectè contra ipſius concilij authoritatem & libertatem. Item ne inanis & fruſtratoria reddatur huiuſmodi ſacri Concilij tranſlatio, quæ ſine magnis periculis & difficultatibus fieri non poteſt, videtur permaximè neceſſarium, cùm iuxta declarationem ſanctæ & magnæ ſynodi Conſtantienſis, quicunq; fidelis teneatur obedire mandatis, ſtatutis, ordinationibus aut præceptis cuiuſlibet generalis Concilij, quòd domini rex & electores præfati per ſuas literas patentes hoc ſacrum Cõcilium Baſileenſe, ante ipſius tranſlationem decretandam, certificent, quòd Concilium dum in illo loco fuerit, recognoſcent pro vero generali Concilio & indubitato, eiq́; adhærebunt cum effectu incõcuſsè, quandiu durabit & continuatum fuerit: ſtatutisq́ue, ordinationibus, decretis & mandatis per illud inibì fiendis, acquieſcent & obtemperabunt, & quantùm in eis erit, inuiolabiliter facient obſeruari, etiam ſi aduerſarij ad illud non venerint. Loca verò, quæ prædictæ tranſlationi & rebus gerendis videntur accommoda, & regiæ celſitudini grata, nominabit ſacrum Concilium quando ipſius ſerenitati videbitur expedire: quorum alterum, pro maiori gratitudine cõtentatur ſacrum Cõcilium, quòd ipſe dominus rex authoritate huius ſacri cõcilij eligat & aſſignet. Poſtquàm aũt dictæ ſecuritates ſacro huic cõcilio fuerint præſtitæ cum effectu, ac per regiam ſerenitatem vnus ex locis eidem ſpecificãdis pro tranſlatione Concilij nominatus, & de his alijsq́; præmiſſis ſacrũ Concilium per ſuas literas regias patentes fuerit certificatum, hæc ſancta ſynodus ſuam tranſlationem in illum locum publicè ac in ſolenni ſeſſione decretabit fiendam ad tempus, quod eidem ſynodo ac dictæ regiæ maieſtati, conſide-

1.Pet.3.c

an qui hactenꝰ noluerũt ſugeniũ ſequi, iam in gratiam Cæſaris parati ſũt aliò ſe trãſferre.

conſideratis temporum circũſtantijs & neceſſitate Eccleſiæ, videbitur expedire. Videtis præclari oratores, quantùm pacem eccleſiæ hæc ſancta ſynodus exoptet, quanta liberalitate deſiderijs regiæ ſerenitatis & aliorum illuſtrium dominorum vos mittẽtium, ſatisfacere deſideret, nihil aliud quærens, niſi vt publicæ ſaluti Eccleſiæ conuenienter & efficaciter conſulatur. Veſtrum erit iam eorundem principũ animos inducere, vt matrem ſuam Eccleſiam, ex qua ſpiritualiter regenerati ſunt, virtuoſis adiuuẽt auxilijs, quatenus eorum ope, ſacri Concilij Conſtantien, & huius Baſileenſis, ac vniuerſitatum almarum vniuerſalium ſynodorum illæſa ſeruetur authoritas, fides vigeat, ſacris canonibus reuerentia debita exhibeatur, procuretur animarum ſalus, ad q́ ſemp ſummè huius ſanctæ ſynodi adſpirauit intentio. quæ & ſi per impletionem veſtrę poſtulationis obmitti aut negligi contingeret, graue iudicium à ꝺomino ſuper ipſos principes inclytos & ſuper vos pertimeſcendum foret. Sed ita illorum piam deuotionem & veſtram in cunctis agere ſperamus, vt ex laboribus fructuoſis à ꝺomino promereamini præmia glorioſa. Datum Baſileæ in noſtra generali cõgregatione, ſecundo nonas Octobris, Anno à natiuitate ꝺomini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſecundo.

Et cur non eſtis ſecuti paſtorem Eccleſiæ Eugenium?

¶ Hic finem habent Epiſtolæ ſeu reſpõſiones ſynodi Baſileẽſis, ſuppeditatæ nobis ex bibliotheca Facultatis artium celeberrimæ Vniuerſitatis ſtudij Colonienſis, ac iam tertiò typis excuſæ.

COPIA LITETARVM MISSARVM

Papæ ex parte regis Angliæ, ſuper facto cõcilij per ꝺominum epiſcopum ✳Landenſem & ꝺominum Raſallum præceptorem ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & magiſtrum Guidonem Priorem Prædicatorum &c.

✳Laudeñ

BEatiſſime pater, humilima recommendatione ꝑmiſſa, veſtrę beatitudinis literis, quas nuper per manus egregij viri dñi Petri de Mella nuncij Apoſtolici, cum ea qua decuit reuerentia ſuſcepimus, vnà cum credentia per eundem nobis deſuper ſeriosè expoſita, intelleximus eãdem ſanctitatem veſtram certis ex cauſis vos mouentibus, cõcilium Baſileenſe diſſoluẽdum fore decreuiſſe, ac aliud concilium Bononiæ ex tunc ad annum cum dimidio celebrandum indixiſſe, nos tã in eiſdem literis, q̃ in eiuſdem ſanctitatis veſtræ nuncij viua voce exhortando, vt cùm tempus poſtulauerit, ad ipſam Bononien ſynodum noſtros oratores tranſmittere placeret, qui circa Chriſtianæ religionis & ſedis Apoſtolicæ ſtatum & honorem ea proponant & operentur, quæ rege catholico digna ſint. His itaq; pater beatiſſime intellectis, non ab re mente turbata, eo permaximè fuimus ſtupefacti, ꝙ nullum conueniẽtius præſidiũ inueniri putauimus, quo ſancta mater eccleſia ſeſe ab extremis horrendisq́; periculis iam vndiq; imminẽtibus tueretur, quo celeriùs hæreticorum conatus opprimi, aut catholicorum mores in melius reformari valerent, q̃ vt per præfixum concilij generalis cœtum adunatum, ꝑmiſſis & alijs inſtantibus periculis ſine vlteri oris ꝓrogationis diſpendio ſuccurratur. Cernimꝰ quippe de præſenti, & ante hæc tẽpora animo perſpicaci intuebamur, nedum progenitorum noſtrorum, ſed & noſtris heu quõ temporibus fides catholica ſtatusq́; eccleſiaſticus & laicalis vbiq; iam fluctuet, & procellis magnis agitetur, adeò ꝙ reparãdis reformandisq́; ꝑter ꝑmiſſa exorbitantijs q̃plurimis, quas ad gregis Chriſti turbationem non modicam indiès ingruere cõſpicimus, mora nociua exiſtit: & multa gignit dilatio pericula, q̃ nihilominùs fidelium animarum ſaluti cui celeriter ſuccurrendum eſt, periculoſi ora (prohdolor) comminantur. His ꝓpterea pater beatiſſime alijs q́ue motiuis incitati, Baſileen ciuitatis locum pro vniuerſali ſynodo celebranda, authoritate ſufficienti aliàs limitatũ, tanq̃ in Chriſtiani orbis medio poſitum, ab hæreticis Bohemisq́ue per Dei gratiã ad ſanctæ matris eccleſię vnitatem reducendis, haud longè diſtantẽ, ſatìs commodũ & congruũ reputãtes, ad ſanctiſſimæ memoriæ Martinũ papã V. ꝓdeceſſorem veſtrum, noſtros oratores dum in humanis agebat, pro anticipatione ipſius concilij Baſileen deſtinaſſe meminimus. Cuius reuerentia ſicut & tunc, ſic & nunc ꝓ ꝓcraſtinatione fauores impẽdere regios nos debere, Dei eccleſiæ, cuius in ipſo negocia proſperari ſperamus, expediens fore nõ credimus: quinimò conſiderantes, vt veraciter informamur, quòd multi de notabilioribus Chriſtianæ religionis principibus ad prælibatum concilium Baſileen iam ſuos ambaſiatores deſtinârunt, ipſumq́; conciliũ tam ꝓlatorum q̃ doctorum aliorũ probatiſſimorum illuc aſſiduè cõfluentium numero non modico indiès excreſcit, in his q́ fidelium pacẽ, fidei nutrimentum, & Eccleſię ſtatum & honorẽ ac animarũ ſalutẽ reſpiciũt, & alijs q́ in ipſa ſacra ſynodo generali tractari & expediri debeant, nos eis conformare intendimus, ꝓut decet. Veſtram itaque beatitudinem filiali affectiõe attentiùs exoramus, & exhortamur in ꝺño Ieſu Chriſto, quatenus ꝑmiſſis attentis, ad dicti concilij quod vniuerſalis eccleſię ꝓfectibus tam neceſſarium, tamq́; opportunum arbitramur, progreſſionem, & ipſius vſq; ad finale complementum tractandorum in eodem continuationem, paternos fauores & aſſiſtentiã benignam adhibere dignemini, firmiſſimè (ſi placet veſtræ ſanctitati) in mente tenentes, ꝙ ſi nõ oñia in concilio apud Baſileam

congregato expediri queant, quæ pro bono vniuersalis Ecclesiæ occurrerint, concilio apud Bononiam seu alibì congregando (si opus fuerit) nostros illuc oratores, cum postulauerit, ad vestræ sanctitatis complacentiam animo paratissimo transmittemus. Cæterum pater beatissime corde syncero supplicamus, quatenus memorati circúspecti viri dñi Petri vestrę sanctitatis núcij moram in regno nostro Angliæ diuturniorem, excusatam habere dignetur vestræ beatitudinis clementia, quòd non sui desidia, sed varijs circa progressum seu nõ progressum dicti concilij Basileen occurrétibus nouis, secundum varietatem occurrétium, nouas desuper deliberatiões haberi; & noua oportuit cõsilia præparari. Beatitudinem vestrã &c. Datum &c.

¶Litera regis Angliæ illustris, directa concilio per eosdé ambasiatores.

Sacrosanctæ generali synodo Basileensi, in Spiritusancto legitimè congregatæ, vniuersalem Ecclesiam repræsentanti, Henric⁹ Dei gratia rex Angliæ & Franciæ ac dominus Hyberniæ, suijpsius recõmendatiõem, & ad vniuersalis Ecclesiæ bonum feliciter ꝓsperari. Vestræ sacratissimæ cõgregatiõis literis nobis iam ꝑsentatis, primis videlicet ante aduentum reuerẽdi patris dñi episcopi Laudeñ, nobilisq; & magnifici militis dñi Rasalli de auro de Bononia, præceptoris S. Ioannis Hierosolymitani Ianuen, necnon egregij viri fratris Guidonis prioris cõuentus Chambericen de Sabaudia ordinis Prędicatorũ, sacræ paginæ ꝓfessoris, legatorum vestrorũ, ad nostrã ꝑsentiam trãsmissorum: secundis verò, per eosdẽ in ipsorum ad nos accessu, credentiaq; pro parte nostra ꝓ ipsos in cõspectu trium statuũ regni nostri deuotissimo sermone seriosiùs exposita, postꝙ pijssimum sanctæ vestræ cõgregationis ꝓpositum ad hoc tendens, vt tam fidei orthodoxæ, hæreticorum versutijs & varijs erroribus nunc temporis multipliciter impugnatæ, celeriùs succurratur, quàm vt dãnati mores omnium statuum in melius (quantùm altissimus concesserit) reformẽtur, discordiæq; regũ & principũ, quibus Christianitas miserabiliter atteritur, possetenus sopiantur, nobis elegantissimè declaratum est pro parte celeberrimæ congregationis vestræ, quæ sequuntur, à vobis incepimus postulare. Quorũ primo, videlicet vt nři oratores & legati ad præfatam synodum destinentur, annuimus animo perlibenti, ipsorumq;, Dei opitulãte gratia, aduentũ modo possibiliori maturabimus, vt optatis. In secundo autem per oratores eosdem à nobis postulato, ꝙ videlicet pacẽ inter nos & aduersarios nostros, ꝑsertim in regno nostro Francię concernit, ineũdam, scire dignetur, vestra concio sacrosancta, quòd in hoc pacis negocio instantijs & hortamentis reuerẽdissimi patris dñi cardinalis S. Crucis cõdescendimus firmo cum proposito, ꝓ quascunque vias ratióabiles, ipsius tractatui pacis cum ipsis aduersarijs nostris efficaciter intendendi, sperãtes in Domino, ꝙ dicti reuerendissimi patris labor in ea frustrari nõ debeat, sed fructuosum & gratum sortietur effectum. Veruntamen si ex suorum laborũ & meditatiõis industria, fructus in ea parte speratus (quod absit (non sequatur, ambasiatores nostri ad vestrum cœtum destinandi circa ipsius pacis ineundæ progressum vlteriorem venient sic instructi, vt cunctis per eos luculentiùs apparere debeat, quòd ab omni tempore fuimus, sumus & erimus fauente altissimo dispositi & inclinati ad ipsius pacis bonum per quæcunque media rationabilia & conuenientia intẽdere, prout conuenit principi Christiano. Cæterùm in Spiritusancto ô adunata * synodus gloriosa, literas securitatis & saluiconductus, qui per Concilium generale volentibus adire ꝓ vestros oratores prædictos petebãtur, animo libenti concessimus, exhortationemq; ꝓlatorum regni nostri de accedendo ad Concilium memoratum per nos faciendam, vt vestri etiam pro parte est petitum, libenter exequentes, quos tamen ad opus hoc aggrediendum vrgere non oportet, ad quod proviribus absque stimulo voluntariè se disponunt. Cæterùm vestrum sacrosanctum cœtum ad operis inchoati consummationem felicissimam tueri dirigereq; dignetur sensatorum cogitatuum pijssimus inspirator. Scriptũ sub priuato sigillo nostro apud palatium nostrum * Vuestmonastẽse vicesimo die Iulij mensis, Anno regni nostri decimo.

EPISTOLA SIGISMVNDI Cæsaris, ex Italia ad patres in concilio Basileæ congregatos missa.

Euerendissimi in CHRISTO patres ac venerabiles, gratè & syncerè nobis dilecti, tranlapsis diebus, geminatis nostris literis vestris paternitatibus notificauimus concordiã inter sanctissimum dominum nostrum Papã ac maiestatem nostram securam, quemadmodùm nõ ambigimus, iã lympidè cognoscere potuistis. Et eccè propter rerum agendarum ꝓgressum, modò ad hanc ciuitatem Viterbiensem intrauimus, continuaturi iter nostrum versùs vrbẽ Romanã, ad visitandũ sanctitatẽ ipsius dñi nostri, quam septimana proxima sine dilatione annuente Domino conuenire speramus: & qm̃ præter Bullam admissionum sacri Basileensis concilij, qua & certi reddimur, dudũ habuistis, reperimus per legatos & oratores suæ sanctitatis, eandẽ benè dispositã ad fauores sacri cõcilij, & eorũ maximè, pro qbus ipsum sacrum concilium congregatũ existit. Et nos quoque vnà cum sanctitate sua illa & alia bona opera fauorizare intẽdimus, quæ sanctitas sua iam suos præsidentes & legatos misisset dudum apromptuatos, nisì legitima impedimenta, prout percepimus, obstitissent. Intendit tamen sua sanctitas, prout nobis dici fecit, illos quantocyus expedire: nihilominùs ne sacrũ conciliũ ex huius modica dilatiõe patiatur discrimẽ, eadẽ sanctitas sua pronunciauit nonnullos alios præsidentes, prout ex bullis suis Apostolicis clarius colligere poteritis. Adhortamur igitur vestras paternitates maiori affectione qua possumus, quatenus eosdem benignè velitis suscipere, nilq; interim admittere, quod possit cedere in perturbationem sanctitatis suæ & pacis vniuersalis Ecclesiæ. Quoniam nobis conuenientibus breuissimis (vt prædiximus) his diebus vnà cum sanctitate sua, solennes nostros oratores super singulis ad vestras paternitates mittemus, sperantes in Domino, quòd omnia pro bono Reipublicæ Christianæ benè manebunt composita, & ad id omni studio intendemus, qui scandala in Ecclesia Dei (ipse nouit) molestè feremus. Datũ Viterbij die nona mẽsis Maij, regnorum nostrorum anno Hungariæ &c. quadragesimoseptimo, Romanorum vigemotertio, Bohemiæ verò decimotertio &c.

Sigismundus Dei gratia Romanorũ rex semper Augustus, ac Hungariæ Bohemorumq; &c. rex.

Ad mandatum Domini regis, Caspar Slick.

Locus obscurus.

PRimò sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omes de cõcilio distribuantur æqualiter, quãtùm cómodè fieri poterit. Et sint in qualibet deputatione de quolibet statu, s. dominorũ Cardinaliũ, patriarcharum, archiepiscoporũ, abbatũ, doctorũ, religiosorum, exemptorum & nõ exemptorũ, & aliorum, & in qualibet de omnibus nationibus distribuantur in quatuor æquales partes suppositа singularum nationum. Et ad distribuendum suppositа concilij, eligẽtur quatuor, scilicet vnus ex qualibet deputatione: qui quidem quatuor, mensibus singulis eligantur de nouo.

Item in qualibet deputatione eligatur vnus præsidens singulis mensibus per vota singulorum. Et in qualibet earum deputetur vnus ꝓmotor, notarius & vnus cursor.

Item omnes deputationes congregabũtur ter in septimana regulariter, videlicet die lunæ, die mercurij, & die sabbati de manè hora consueta: & si in prædictis diebus festum aliquod occurrerit præcipuum, poterunt in sequenti die congregari, vel in die ꝑcedenti, si per ꝑsidentem fuerit intimatũ.

Itẽ ꝙ nulla deputatio adstringat se quibuscunq; iuramẽtis ad tenendũ secretè materias, quæ tractabuntur in eadem. Sed sit licitum singulis suppositis deputationũ, cõferre cum singulis de concilio, tãtùm de rebus de quibus agetur.

Item quolibet mense deputentur tres de qualibet deputatiõe, q̃ duodecim pari modo ter in septimana vel pluriès, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco, nõ tamen illis horis, quibus deputationes cõgregantur, conuenient ad videndum materias eis datas de deputationibus distribuendas ad tractandum. Sic tamen, ꝙ in fine cuiuslibet mensis eligendo nouos deputatos, de qualibet deputatione maneat vnus de ꝑcedentibus deputatis, ille videlicet, quem ipsi duodecim elegerint: sic tamẽ, ꝙ ille qui eligetur pro mense secundo, non eligatur pro mense tertio. qui quatuor habeant de nouo veniẽtes informare de agitatis in illo mense finito. Et sic successiuè de singulis mensib⁹. Et illi duodecim eligant vnum ex eis pro ꝑsidente, qui pro toto mense sit eorum præsidens, ad cuius mandatum cæteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo conuenire.

Item si aliqua deputatio vel aliqua particularis persona, habeat aliquam materiam præmanibus, quòd illam possit eisdem deputatis proponere, qui sub iuramento præstito tradendam (nisi sibi placuerit) non reuelabunt.

Item ꝙ deputationes, ꝑcipuè in rebus arduis, & maximè si exigãt celeritatem, nõ statim super propositis dum primò proponũtur, deliberabunt: sed ad sequentem cõgre-

NOVA ET

ANTEHAC NON NISI SEMEL TYPIS EXCVSA VARIARVM RERVM, Epistolarum, Actionum, Sententiarũ, Decretorum, Orationumq; diuersarũ, ad concilium Basileen seu eius materiam spectantium, FARRAGO siue APPENDIX.

Ac primùm Articuli quidã seu Statuta, Deliberata seu Acta, Pronunciata seu Definita Concilij Basileen, seorsim hîc congesta, & secundum DATAS ipsorũ, quantùm ex ipsis conijci potuit, digesta.

INSERTIS AVISAMENTIS CLERI GALLICANI, in Gallia pro synodo Basileen factis: & Articulis Bohemorũ, ipsi concilio Basileensi oblatis.

ARTICVLI DE MO-

do procedendi in sacro Concilio legitimi & approbati seu concluſi in generali congregatione, die veneris 26. Septembris 1430.

gationem differant proposita, vt vnusquisq; habeat tempus cogitandi & maturè deliberandi super propositis. Et si res proposita grauis fuerit, poterit bis vel ter secundū exigentiam suæ grauitatis super ea deliberari, vt maturiùs concludatur, quod fuerit multiplici deliberatione recensitum: Sic tamen, q̄ quilibet iuxta proposita per p̄sidentē, respondeat pertinenter: & non per materias extrà vagantes, ita q̄ non inducat aliam materiam, quàm illā q̄ per p̄sidentem fuerit introducta. Et si contingeret aliquem vel aliquos introducere materias alias, dñs præsidēs nō *faciat super illis deliberatis ꝓtunc, sed in *illa congregatione, nisi fortè materia talis fuerit, q̄ vrgentem exigat celeritatem. *for. *alia

Item qñ in vna deputatione aliqua materia fuerit agitata & deliberata, si in bona sententia omnes cōueniant, appunctuamētum suum per duos ad alias deputationes deferāt cum motiuis & persuasiōibus eiusdem deputationis. Si verò non fuerit oñium concors sententia, & quantumcunquè vna pars numero excedat aliam, nihilominùs de qualibet parte sumatur vnus, & ambo ad alias deputationes transmittantur, vt diuersitas cum motiuis & rationibus vtriusque siue oñibus innotescat, vt sic alię deputationes perceptis ratiōibus & motiuis, clariùs valeant declarare.

Item quelibet deputatio in deferēdo votum suum seu compunctuamentum ad alias deputationes, seruabit ordinem rerum de quibus agitur, vt potè si res ad fidem pertinet, primò ad deputationem fidei deferatur, & indè ad alias. Et similiter si res exigit celerem expeditionem, indilatè deferatur ad omnem deputatiōem, & similiter in alijs. Communis verò deputatio tenebit eundem ordinem in deferendo communia ad alias deputationes.

Item prædicti duodecim deputati, semper in die præcedenti ad congregationem generalem conueniant cum præsidente concilij, cum appunctuamentis & auisatis & agitatis deputationum, vt præsidens concilij sit plenè informatus de singulis, quæ habebit in generali congregatione proponere cum motiuis & rationibus. Nihil autem ardui proponat præsidens in congregatione generali ad deliberandū seu concludendum, nisi priùs fuerit propositū in singulis deputationibus & agitatum: nisi casus esset repentinus & talis, cuius mora esset nociua, tunc posset proponi. Quæcunq; verò in deputationibus agitata fuerint, siue omnes cōuenerint, siue non, ꝓponat, dummodò saltem per duas deputationes ad ꝓponendum fuerit requisitus.

Item si in feria sexta festum aliquod vel aliud impedimentum occurrerit, q̄ in die Sabbati fiat congregatio generalis, nisi per præsidentem aliter intimatum fuerit. Et ità fiat, quòd nunquàm in septimana generalis congregatio obmittatur.

Item quòd dominus præsidens in qualibet congregatione habeat Rotulum suū, in quo ponantur materiæ proponendæ. Et literis missiuis lectis, semper incipiat ā grauioribus: ita tamen, quòd omnia puncta super quibus est protunc declarandum, in principio explicentur.

Item exhortentur supposita deputationum, & etiam in congregatione generali per præsidentem, quòd si in deputationibus vel congregationibus sint duæ vel tres opiniones, quicunque voluerint ādhærere alicui illarum, non debēt reiterare quod iam dictum fuerit, nisi velint aliquid addere vel diminuere: sed potuerint illam, quam voluerint, partem breui verbo eligere, vel nouam dicere, iuxta eorum voluntatem.

Item si in deputationibus sint supposita non deliberantia propter arduitatem materiarum, & dicant se velle cum libris vel aliâs deliberare, non cōcludatur, donec in sequēti deputatione, in qua si dicere velint, audiantur.

Item ne tempus inutiliter occupetur, & labatur in vanum, ordinetur quòd deinceps super causis & rebus tractandis & expediendis in hoc sacro concilio, ac in generali congregatione per dominum p̄sidentem ipsi concilio proponēdis, per priùs singularum deputationum præsidentes vel notarij referant auisata, deliberata, seu concluſa in eisdem. Et si contingat maiorem partem, hoc est, tres deputationes esse concordes, ilico quarta deputatio, īmò quodlibet suppositum huius sacri concilij, diligenter & ad plenum audiatur benignè cum suis rationibus & motiuis: quæ si forsitan excitationem aliquam seu difficultatem offerant, remittatur articulus super quo difficultas fuerit exorta, ad deputationes singulas latiùs & maturiùs digerendus. Si verò rationes talium & motiua, dubietatem probabilem sufficientem non adducant, concludatur quod probatum extitit & maturè digestum per tres deputationes.

Item quòd oñes deputati & q̄ in posterū incorporabuntur ipsi concilio, prout sunt deputati, singulis diebus ordinarijs intrent ipsas deputationes, ad auisandum & practicandum causas & materias occurrentes, ne quis prætendere possit ignorātiam proponendi in generali congregatione, & quòd per vota omnium, singula expediantur. Et qui tunc intrauerint absq; rationabili causa, seu qui non significauerint hora debita se non posse intrare, & qui ante dissolutionem recesserint sine licentia præsidentis, ipsius p̄sidentis arbitrio puniantur.

Item omnia supposita concilij teneantur venire & stare in congregatione generali in Mis-

Missis solennibus & processionibus, quem-admodùm supradictū est de deputationibus.

Item antequàm dissoluatur congregatio generalis aut singularū deputationum, per notarios congregationis generalis & etiam singularum deputationum legantur appunctuata & ordinata in eisdem, vt si per dictos notarios aliquis defectus in scribendo fuerit commissus, corrigatur.

Item de qualibet deputatione eligatur vnus, qui quatuor prouideant de sermonibus ad clerum singulis diebus solennib⁹ fiēdis, quos ipsi personis idoneis ad hoc distribuant: & antequàm sermo huiusmodi per eum cui assignatus est, publicetur: priùs per eosdem quatuor, vel alterū ipsorum videatur, ne error contingat aut scandalum aliquod exindè oriri. Et iste ordo à festo sancti Michaelis in anteà semper continuetur.

Item ad expediēdum aliquid, dentur aliqui deputati: qui dum conueniunt, ille qui dignior & primus est, inter eos proponat materiam tractandam, & dirigat illam, & vota aliorum exquirat. Et si aliquis vel aliqui de concilio, non deputati, volunt interesse ad auisandum, super materia de qua est tractandū, possint auisare deputatos de motiuis suis: & si placet deputatis q̄ intersint, poterunt remanere.

Pro cōmunibus, Reformatorij, Fidei & Pacis.

Nomina 4. deputationū in concilio, videlicet:

Sequuntur instructiones deferendæ ambasiatoribus concilij, cōtinentes modos quibus se debēt habere cum ambasiatoribus domini nostri Papæ.

ET primò dicti ambasiatores sacri cōcilij deputati cum vno ex parte domini Protectoris, ibunt obuiàm præfatis dominis oratoribus, & suscipient eos benignè & gratiosè, vt inter alia dicāt eis, qualiter dominus Petrus *Ponitern requisiuit dominū cardinalem legatum ex parte ipsorum, vt procuraret eis tres saluosconductus: & cùm ipse dominus legatus inferret dominis de concilio, valdè ipsi sunt admirati de huiusmodi petitione saluiconductus, necnon & proprias causas in saluoconductu expressas.

Item exhortentur eos qui velint liberè huc venire sine saluoconductu, quia reuerà non est opus, & super his dicant quantum eis videtur, inducendo eos vt desistant, nec curent de huiusmodi saluisconductibus Si tamen omninò ipsi instent habere, tunc dicant nostri ambasiatores, qualiter prædictus dominus Petrus porrexit dicto domino legato certam formam, & curent scire ab eis, vtrùm illam dederint. Et si dicant quòd sic, tunc ambasiatores nostri requirant notarios & testes, & dicant quòd licèt non esset necessarium eis dare saluumconductum nostrum, nihilominùs ad satisfaciendum eis, ostendant eis saluumconductum nostrum, qui conceptus est in plena forma &cæt. Et si causarentur de aliquibus clausulis omissis, videlicet de eundo vlteriùs, & de mittendis & recipiendis nuncijs, & quòd * trahatur data saluiconductus ratio, exprimant iustas causas: prædicta verba sunt omissa, prout circunspectiones ipsorum scient eis clarè declarare secūdum mentem sacri concilij. Et curent ipsi ambasiatores nostri, quòd in p̄dictis omnibus assint notarij & testes, & etiam ciues vel oppidani maiores loci, vbi dictos ambasiatores reperient. Si autē nollent dicti oratores esse contenti de saluoconductu nostro, tunc ambasiatores nostri protestentur coram notarijs & testibus &c. quòd per sacrum concilium non staret, quin ipsi veniāt vel possint venire: admoneant etiam eos, q̄ in redeundo non dicant vel faciant aliquid, quod sit in derogationem vel læsionem cōcilij, quia timent, ne fortè alij ægrè ferentes hoc, facerent sibi aliquam displicentiam, & etiam admoneant, quòd propter suspicionem exortam non remaneant in Alemania, sed quàm citius possint, reuertantur. Si fortè nostri ambasiatores senserint eos aliquid commisisse verbo vel facto contra honorem sacri concilij, tunc ambasiatores nostri dicant, quòd secundùm decreta sacri concilij posset procedi contra eos: nihilominùs ob reuerentiam sedis Apostolicæ, & quia concilium vult procedere cum omni mansuetudine & pietate, sunt contenti nostri ambasiatores, quòd ipsi in pace possint recedere, sed caueant de futuro. Et de hoc auisetur ille, qui mittetur nomine domini ducis Protectoris. *tradatur

Declaratio saluiconductus.

LIcèt saluusconductus per vos petitus ad hanc ciuitatem Basileensem veniēdi, nō necessarius fuisset ex causis in alijs literis nostris & per oratores nostros expressis, nihilominùs nos volentes vestræ postulationi, quantum cum Deo & honestate fieri potuit, satisfacere, ipsum saluumconductum in forma plena & sufficienti per dictos oratores ad vos transmisimus. Verùm quia dubitare videmini, vbi dubitandum non est, & in re clara scrupulum quæritis, difficultatem in aliquibus clausulis non necessariā facientes: ideo vt cognoscatis hanc sanctam synodum in spiritu lenitatis & mā-suetudinis procedere, & ne vester accessus *conuentiuam fructuosus, sic impediri ex parte ipsius synodi videatur, prædictas clausulas dicti nostri saluiconductus hoc modo ex superabundanti duximus declarandas, videlicet vt priuata collocutio quo ad res familiares & priuatas, & non con- *for. *conuentui

cernentes negocia huius sacri generalis cõcilij Basileensis in læsionem ipsius sacri cõcilij, nullatenus interdicta vobis intelligat: q̃q; verba illa, Vult etiam hæc sancta synodus, vt postquàm ad vestra ꝓposita & explicata responsum dederit, vel vos requisierit &c. intelligantur, vt terminus octo dierum referatur ita ad responsum dãdum, sicut ad requisitionem fiendam. Itẽ quòd verbum illud, Per viã rectam: intelligatur, per eam qua veniſtis, vel per aliam vobis gratam & securam, versùs partes Italiæ sine dolo & fraude tendendo &c.

¶ Reformationes de suppositis huius sacri concilij.

ADmonet hæc sancta synodus omnes sacrum concilium celebrãtes, vt oẽm grauitatem & honestatem, quę viros Ecclesiasticos decent, diligenter obseruẽt, vitam & conuersationem exemplarem ducant: & cùm ad dandam toti *orbi cõuenerint, ipsi prius in se legem suscepisse demõstrent. sint eorum mores sine mącula & ruga. Exhibeant se tanquam speculum mundum, in quo alij speculantes, normam & exemplum sanctimoniæ accipiant. meminerint se esse sal terræ, in quo opus est vt nunc sanetur mundus. Sint tales iuxta præceptum Domini, vt lumen eorum luceat coram hominibus, vt videant bona opera ipsorum, & glorificent patrem nostrum qui in cælis est. Ipsis inquit Apostolus in ꝑsona Timothei: Esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. *Intima est bona conscientia propter seipsos, bona fama propter proximos.

for. *orbi legem

Matt. 5.

1. Tim. 4. c

for. *Necessaria

Et quantum ad conscientiam attinet, vnusquisq; eam sæpè examinet & mundet, quantum fieri potest, ab his omnibus, quæ diuinam maiestatem offendunt. Qui sacerdotes sunt, sæpè celebrent, alij verò sæpè cõsiteantur. hoc plurimùm valebit ad gratiam Domini impetrandam. Alioquin si iniquitatem conspexerit in cordibus eorum, nõ exaudiet Dominus, & oratio peccatoris fiet ei in peccatum.

Psalm. 65. c 108. a

Et quoniam opera quæ hoc sacrum concilium consequitur, nimis grandia sunt, quę quidem viribus humanis nullatenùs effici possunt, necessariò ad Dominum recurrendum est orationibus, eleemosynis, ieiunijs. Quilibet igitur de concilio, singulis diebus aliquam saltem breuem orationem ad Deum porrigat pro successu huius sacri cõcilij. Mandat etiam hæc sancta synodus, vt singulis ferijs quintis, quàm diu durat tractatus Bohemorũ, in maiori ecclesia celebret Missa de spiritu sancto cum orationibus ad hoc institutis. In qua omnes de cõcilio intersint. Ea autem die necnon diebus Dominicis & alijs diebus solennibus, quibus ꝑsente concilio Missæ celebrantur, quilibet de concilio offerat in gazophylacio saltem vnum nummum, hoc modo, q̃ duo cursores cum pyxidib⁹, vnus ab vno latere chori, alius ab alio, intra Missarum solennia recipiãt, quidquid à suppositis cõcilij offertur. Post Missam promotores concilij distribuãt huiusmodi oblationes pauperibus, de quibus ipsis videbitur. Eandem Missam de spiritu sancto quinta feria, sancta synodus mandat solẽniter celebrari in qualibet ecclesia collegiata & conuentuali huius ciuitatis.

Mandat etiam tam suppositis concilij celebrantibus, quàm alijs sacerdotibus in hac ciuitate existentibus, vt in Missis suis dicant aliquam orationem pro pace & vnitate Ecclesiæ.

Vt negocia quæ in deputationibus concilij agũtur, Deus oculo pietatis adspiciat & prosperari faciat, expedit vt hi qui illa tractant, ad ipsas deputatiões deuoti accedãt. propterea q̃libet deputatio antequàm negociari incipiat, audiat in communi Missam in loco, quem ordinauerit prope ipsam deputationem. Ibidẽm omnes de deputatiõe curent interesse, nisi forsan aliqui sint per se celebrantes.

Tempore diuinorum non fiant inuicèm collocutiones. Sed quilibet vel oret, vel cõtempletur q̃ aguntur vel dicuntur in Missa.

Et quoniam (vt inquit Tobias) bona est oratio cum eleemosyna & ieiunijs, quilibet semèl in hebdomada feria sexta vel alia ieiunet. Et sicut Moses antequàm legem meretur sumere, ieiunauit: ita & nos legem reformationis à Domino accepturi, & tradituri mundo, facere curemus. qui autẽ ieiunare non potest, det eleemosynam.

Tob. 12. b

Deut. 9. b c

His autem diebus quilibet in mensa sua seruet moderationem sobrietatem q̃ ciborum, etiam si hospites adsint, non multitudine ac repræhensibili varietate ferculorum, sed modesta & competenti refectione honorentur.

Prælati in mensis suis studeãt seruare decretum Toletanum, quod tale est: Pro reuerentia Dei & sacerdotũ id vniuersa constituit synodus. Et quia solent crebrò mensis ociosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali conuiuio diuinarũ scripturarum lectio misceatur: per hæc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ ꝓhibentur.

Quælibet etiam ecclesiastica persona, antequàm cibum sumat, benedicat: & post refectiõem, oratiões ab ecclesia institutas dicere non negligat.

Caueãt suppositi cõcilij, ad tollẽdas tentationes & murmurationes, ne conuiuia vel suspecta cõmercia cum mulieribus habeãt.

Suppositi concilij à verbis detractorijs, contentiosis, vel scurrilibus & malè ædificantibus quibuslibet accuratè studeant, ne factis aut verbis proximum scandalizent.

In via quilibet incedat pudicis oculis cũ mo-

modestia & grauitate. ad loca minùs honesta nõ vadat, nec ad spectacula publica, choreas, ludos, hastiludia, torneamenta & alia huiusmodi. Vestimẽtis vtantur, prout sacri canones statuerunt. abstineant à coloribus rubeis & viridibus excessiuè. vestimẽta deferant talaria, & tam retrò quàm à lateribus & antè clausa, & sine manicis ad cubitum pendentibus, & absque foderaturis vltra oras excedentib⁹ & infixuris. Nullus portet annulum, nisi cui cõpetit ex officio dignitatis, & vnũ duntaxat. Nec corrigias aurì vel argenti ornatũ habẽtes, nec caligas *sotulatas, nec mitras *sinceas aut birreta lõga, sed parua aut honesta *caputia. tonsuras deferant suis ordinibus congruentes, & capillos ita tonsos, quòd aures pateant.

for. *fericeas

Nõ portẽt in frenis, cellis, aut pectoralib⁹ equorum aurum vel argẽtum, aut ornamẽta metalli depicti aut figurati, aut mappas Sericeas seu alia huiusmodi superfluitatum: & quòd huiusmodi ornamẽta equorum, sint vnius coloris, nõn rubei vel viridis, nec calcaribus deauratis vtantur.

Et ne prælati in multitudine, sed honestate familiæ gloriari videantur, incedẽdo per viam pedites aut equites, quãto pauciores possunt, præmittent familiares: Cardinales decẽ, patriarchæ octo, archiepiscopi sex ante se.

Et quia qualis paterfamiliâs, tales & domestici eius: curandũ est, vt nõ solùm patres de concilio, sed & eorum familiares decentẽ honestatẽ seruẽt. Quilibet igitur familiares suos sæpè admoneat, ne quid reprehensibile aut scandalosum publicè vel occultè perpetrare audeant. huiusmodi familiarum vestes nõ sint breuiores genu, nec diuersorũ colorũ, nec cũ scissuris, frappis. vel *brodaturis, vel alia ornamẽta aurea vel argẽtea, nec cincturas excessiuè sumptuosas. Sint eorum caligę vni⁹ coloris, similiter & caputia. nec dagas seu cultellos vltra longitudinem vnius palmæ deferant.

for. *bordaturis

Nemo de suppositis cõcilij ludat, aut familiares suos ad taxillos vel alios ludos inhonestos ludere patiatur. Non permittant à familiaribus suis per ciuitatem cum auibus se assóciari.

Familiares dominorum de concilio, beneficiati vèl in sacris constituti, taliter incedant, & non laicaliter tanquam scutiferi.

Omnes religiosi existentes in hoc loco sacri concilij, portent habitus suarum religionum in colore, valore, lõgitudine, amplitudine. Cùm incedũt per ciuitatem, vestes deferant superiores, iuxta institutiones suorũ ordinũ: & canonici regulares ꝓ veste superiori portẽt *croceam, mantellum, vel rediuidellum.

for. *croceũ

Ne in hoc loco sacri concilij, religiosi sine causa vagari pręsumant, teneãtur statim post primam diem aduentus sui, pręsentare se superioribꝰ suis, vel eorũ vicarijs aut procuratoribus: & qui hîc non habuerint superiores vel eorum vicarios, repręsentent se generali præsidẽti. & si sine legitima causa huc aduenerunt, reuertantur ad monasteria eorum. quòd si, vt prædictum est, repræsentare se aut ad monasteria reuerti cõtẽpserint, de mandato prædictorum superiorũ suorũ vel præsidentis, per Soldanum carceri mancipentur.

In congregatione gñali deputationũ seruetur debita modestia. In loquendo nullus aliũ maledictis aut cõtumelijs lacessat. vnusquisq; de alio reuerenter & honestè loquatur, præsertim minores de maioribꝰ. Nemo alium loquentẽ interrumpat. vno loquẽte, cæteri silentium seruent. Quilibet proferat liberè votum suum, ad neminem nisi solum Deum respectum habens. Nemo humana affectione seu passione moueatur.

Animaduertant patres de concilio verba illa quæ scribuntur in Paralipomenõn: Videte quid faciatis. non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione sua ad sacrum concilium præstiti, videlicet quòd salubre consilium dabit secundum DEVM & conscientiam suam. In hoc loco, vbi de communi totius Christiani populi salute agitur, omnis mina culpa, maxima est, in districto Dei iudicio seueriter plectenda. Studeant suppositi concilij pacem & vnitatem, quam mũdo & Ecclesię dare procurãt, inter se priùs custodire. Sint vnum in Domino, idipsum sentiẽtes omnes. Nõ sint inter eos schismata, contentiones & æmulationes. Seruent super omnia fraternam concordiam: quia vt inquit Dominꝰ, omne regnum in se diuisum, desolabitur, & domus supra domum ruet. Nemo eorum suscitet odiorum & rancorũ fomenta, quin potiùs extinguat. Alter alteri, si fortè se offensum putat, ignoscat: & hoc est, alterum alterius onera portare, & adimplere legem CHRISTI. Nemo iuxta iuramentum suum, vota singulorum reuelet, vndè nemini verisimiliter odium sequi possit.

2 Para. 19. b

Matth. 12.

Galat. 6.

Huiusmodi ordinatiões & exhortatiões quilibet præsidens per suppositi suæ deputationis obseruari faciat, inquirendo diligenter, an quisquam transgrediatur. Transgressorem autem charitatiuè corrigat, & si se non emendet, adhibeat cum consilio aliquorum de maioribꝰ suę deputationis efficax & oportunum remedium: promotores etiam concilij solicitè huiusmodi transgressores inquirant, & suæ deputationis deferant præsidenti.

Quilibet præsidens deputationũ, in principio suæ pręsidentię prædicta in sua deputatio-

tatione legi faciat, vt superuenientibus innotescant.

Præsidens autem Concilij, deputet aliquos qui soliciteńt ciues, vt ea quę pro honestate ciuitatis instituta sunt, executioni demandentur, & debitè custodiantur.

Admoneantur Basileensis episcopus & Officialis suus, vt prędicta clero sno intiment, & inuiolabiliter obseruari faciant.

ARTICVLI OBLATI CONCILIO ex parte regni Bohemiæ, marchionatus Morauiæ &c. Anno domini 1433. in festo sancti Tiburtij. post Laurentij.

Hæreticorū sunt hæc.

HOs articulos paternitatib⁹ vestris offerimus, quatenus intuitu optandæ cunctis mortalibus pacis & vnitatis, velitis ipsis in hac forma subscripta vestrum prębere consensum, vt liberè teneantur, doceantur, & irreuocabiliter obseruentur in regno Bohemię & marchionatu Morauiæ, ac locis eius adhærentibus in hac parte.

Art. I. Primò, vt communio diuinissimæ Eucharistiæ vtilis & salubris sub vtraq; specie, s. panis & vini, vniuersis Christifidelibus in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ ac locis eis in hac parte adhærentibus constitutis, per sacerdotes liberè ministretur.

II. Secundò, vt omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos quorū interest, rationabiliter & secundum legem Dei cohibeantur, corripiantur, & eliminentur.

III. Tertiò, vt verbū Dei à sacerdotibus dnomini & Leuitis idoneis, liberè ac fideliter p̄dicetur.

IIII. Quartò, quòd non licet clero, tempore legis gratiæ, super bonis temporalibus seculariter dominari.

Ipsius autē, quam vtrinq; diutinè optauimus, vnionis tenorem offerimus in hac forma: Parati sumus vniri & esse vnum, modo quo omnes Christiani fideles vniri secundum legem Dei obligantur, & adhęrere & obedire quibuscunque nobis legitimè p̄fectis in oīnibus ecclesiasticis, quæcunq; nobis secundum legem Dei mandauerint: Scilicet hęreticorum est de concilijs Pontificibus & platis ferre sententiam. q̄ si quidquam concilium, Papa aut prælati, quod à dnomino prohibitū est, determinauerint faciēdum, aut facere iusserint, vel quod in canone Bibliæ scriptum est, præterierint aut præterire mādauerint, cùm canones tales dicant execrabiles, & anathema obedire, cùm non obligabimur, nec obediemus, hęc vobis offerim⁹ inter nos & vos, vt supponimus, concludenda, expeditis nostris quatuor articulis secundum iudicem parte ex vtraque concordatum, cuius sententiam & iudicium etiam in futurū emergentibus volumus ab omnibus acceptari.

Prætereà istud per ambasiatores nostros tandem pro finali vnione facienda mittendos, volumus exigente & vrgente æquitate, propter obseruationem & confirmatiōem pacis & vnitatis obtinendæ, & vniōe facta, concilium suis patentibus literis præcipiat omnibus primatibus, archiepiscopis, regibus & principibus, & vniuersis vtriusq; statu⁹ sibi subiectis, quatenus nos & nobis in hac parte adhærentes, & adhærere volētes, ampliùs palàm vel occultè hæreticare, aut quouis modo infamare, aut etiam hostiliter inuadere non p̄sumant, propter aliquē dictorum articulorū, & præsertim propter primū, quē asserimus & asserere, p̄ponimus, dominico cadere sub præcepto vsq; ad discussionem finalem, mutuam & cōcordem, per concilium & nos secundum sententiam iudicis in Egra condictati, circa difficultates prædictorum articulorum, si quæ occurrerint fienda. Nam illius æquissimi iudicis legibus & decretis optamus, domino dispositore, in concilio sedentis incorporari fideliter ad reformationem totius Ecclesiæ in capitibus, artubus & membris. Quam quidem sententiam, vt veridico didicimus relatu, vti proposuit concilium circa reformationem ecclesiæ atq; spopondit &c.

Insup èr, vt litium & iurgiorum inter nos & *Conicolas nostros materia radicitùs euellatur, circa vnionem inter nos & concilium celebrandam, istud volumus p nuncios nostros ad concilium mittendos obtineri, vt facta vnione, ipsum conciliū modis & hortamentis congruis scribat, indícat & efficiat, quantum in eo est, quatenus omnes & singuli sacerdotes cuiuscunque præeminentiæ aut dignitatis existant, in eisdem regno & marchionatu, præsertim q̄ ipsos articulos nondum in effectu obseruârunt, queant cum honore sui obseruare, & valeant liberè ac fideliter exequi & amabiliter obseruare & docere. Nam sic in sancta veritate vniti erimus, nunc gratiæ diuinæ participes, & in futuro visionis ipsius iocundæ consortes. Amen.

Instrumentum factæ pacis inter Regem Franciæ & ducem Burgundię per legatos concilij.

IN nomine dnomini, Amen. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat euidenter & sit notum, q̄ anno à natiuitate eiusdem 1435. indictiōe 13. die verò Sabbati, 5. mensis Nouembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Eugenij diuina prouidentia papæ 4. anno 5. reuerendissimis in Christo patribus ac dominis, domino Iuliano tituli S. Sabinæ, sanctæ sedis Apostolicæ in Germaniam legato, Ludouico tituli sanctæ Cęciliæ Arelatensi presbyteris, Prospero S. Georgij ad *velum aureū diacono de Columna, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus vulgariter nuncupatis, Ioanne Archiepiscopo Tarentino, Petro episcopo Paduano *vellus

ano, Ioanne Antiocheno, Ludouico Aquileiensi pattiarchis, Amedeo Lugdunensi, Henrico Bituricensi Franciæ, reuerendissimis patribus dominis Bernardo, Aquensi Angliæ, Aluaro Conchensi, Alphonso Burgensi Castellæ & Legionis, Nicolao Vuexoniensi Daciæ &c. Petro Dignēsi Siciliæ &c. venerabili viro dño Nicolao p̄posito Cracouiensi Polonię regum sereniss̄imorū, dominis Ioanne Niuernensi Burgundiæ, Matthęo Albinganen episcopis Mediolani Ducum illlustrissimorum, Ioanne Cistertiensi, Alexandro Virziliacensi, ordinis S. Benedicti Cabilonēsis, & Eduēsis diœcesis monasteriorum abbatib⁹, Ioanne Pulchripatris, Dionysio Sābrenais in sacra pagina doctorib⁹ almæ vniuersitatis studij Parisiensis, in sacro Basileensi concilio nuncijs & ambasiatoribus, alijsq; reuerendissimis & reuerēdis patrib⁹ & dn̄is, dn̄is archiepiscopis, epis, abbatibus, doctoribus, & magistris in magna multitudine & numero copioso sacrū Basileense concilium repræsentātibus & celebrantibus, in generali congregatione de manè in maiori ecclesia Basileēsi more solito congregatis, Præfatis reuerendissimis patribus dominis, cardinali legato, archiepo Tarentino, & episcopo Paduano, & pro nomine sanctissimi domini nostri Papæ præsidentibus in eadem, in dominorū, testium & nostrū notariorū publicorū infrascriptorū præsentia, lectis primitus deliberationibus sacrarū deputationū pro dicta generali cōgregatione hac die de manè celebranda, ad audiendum reuerendissimi patris domini Hugonis Prænestini cardinalis de Cypro legati cū potestate de latere, ac reuerendorū patrū & venerabiliū virorū dn̄orū Nicolai Vuexoniēsis, Matthęi Albinganēsis eporū, Nicolai prępositi Cracouiēsis, & *Guilhermi Hugonis archidiaconi Metensis, sacri concilij ambasiatorum missorum ad cōuentionem Atrebatēsem, pro pace Christianissimi regni Franciæ tractanda, & de eadem conuentione redeuntium, de gestis per eos circa huiusmodi pacem relationē faciendā: Concluso q̄; per reuerendissimum dominū cardinalem legatum alterū dominorū præsidentium nomine & authoritate sacri concilij super huiusmodi generali cōgregatione celebrāda, præfati domini legatus & ambasiatores accesserunt ad dictam generalē cōgregationem pro hniusmodi sua relatione faciēda. Et sedētibus ipsis dominis legato & ambasiatoribus in altera bancha, in qua reuerendissimi patres domini cardinales & præsidentes sanctissimi domini nostri Papæ in generalibus congregationibus sedere consueuerunt, requisitisq; & exhortatis dominis & patribus de sacro concilio per eundem reuerendiss. dominum cardinalem de Cypro legatum, vt ipsi haberent eundem dominum cardinalem & alios dominos ambasiatores in huiusmodi sua relatione facienda patiēter & benignè audire: deinde facta priùs per dominum episcopū Vuexoniensem solenni collatione sub themate, Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio & vox laudis &cæt. præfatus venerabilis & circunspectus vir dominus archidiaconus Metensis dixit eorū instructiones fuisse tripartitas. Primò instruebantur episcopi partes contendentes exhortari tam in genere quàm in specie ad pacem & cōcordiam per omnia media possibilia. Secundò eis committebatur pacis & cōcordiæ præfatę specialis prosecutio facto & opere. Tertiò eis dabat facultas singula bn̄ gesta interpretandi, roborandi, ac pœnis & censuris validari. Dicebatque & ex harum instructionum directione, quātum fieri potuit, eis commissa fideliter peregerunt, ipsaq; gesta per eos secundum ordinē instructionū suarū, specifice & articulatim recitauit primā partē earū declarauit, qualiter post aduētū in ciuitate Atrebatēsi corā illustrissimo dño Burgūdiæ, p̄posuit solenniter dn̄s Nicolaus de Polonia, persuadendo sibi pacē & concordiam. Deinde ad idem corā ambasiatoribus Christianissimi dn̄i regis Franciæ dominus Albinganēsis. Postremò dn̄s * Vuexoniensis corā ambasiatoribus sereniss̄imi dn̄i regis Angliæ, ipsos ad pacem medijs & vijs possibilibus inducendo. Recitat vltetiùs dictus dn̄s archidiaconus, quō tractatum ipsius pacis & concordiæ specialiter fuerunt prosecuti. Iuxta secūdam partē suarum instructionū, aperiendo & declarādo articulatim & successiuè oēs oblatiōes factas hincindè inter Gallicos & Anglicos, quarū vltimę finales & in quibus partes ipsæ immutabiliter p̄sistebant, fuerūt hæ: Pro parte Christianiss̄imi regis Franciæ, oblatum est Anglicis omne dominiū, quod tenēt & occupant in ducatu Aquitaniæ, necnon totus Ducatus Normāniæ modo & forma cōtentis in quadam litera sigillis omniū dictorū ambasiatorū sigillata, & illustrissimo domino duci Burgūdiæ tradita. Pro parte Anglicorū fuit oblatū regi Christianissimo Franciæ totū id quod tenet & possidet in Frācia tā citra Ligerim q̄ vltra. Hoc adiecto, q̄ terrę, dominia & oppida vnius obedientiæ, inclusæ seu inclusa in dominijs alterius obedientiæ, cōmutabūtur ad alias terras & alia oppida, sita seu inclauata inter dominia alterius obediētiæ, secundū cōmodiosiorem vsum alterutrius partium. Item hoc mediante, offerebāt matrimoniū sui regis sine alio onere dotis, etiā liberationē dn̄i ducis Aurelianensis mediante finantia competēti. Narrauit postmodùm, quòd finaliter legati & oratores sacri Cōcilij & sedis Apostolicæ, dixerūt dominis ambasiatorib⁹ Angliæ, attēto quòd pater moderni regis Frā- Esa. 51. a locus obscurus

ciæ

ciæ Christianissimi,auus,proauus,& alij sui prædecessores,à tanto tempore, & per tantum tempus,cuius principij memoria non existit,fuerũt in possessione quieta & pacifica coronę Francię,& tales habiti, ac etiam per sacra concilia generalia,summos pontifices,Imperatores,& alios oẽs principes orbis sic nominati verbo & literis, certè propterea eis videbaẽ, quòd ipsius regis oblationes erant rationabiles pro pace & cõcordia,& nullo modo per Anglicos refutandę, sed omninò acceptandę.Et casu quo eas nõ acceptarent,volebant adire præfatum dominum ducem Burgundiæ,ipsum exhortãdo,vt regno Franciæ quãtùm in eo erat, daret pacem & trãquillitatem, pacem cum rege faciendo,prout etiam in mandatis haberent.Deinde dixit idem dominus archidiacon⁹,quòd quia ipsi domini ambasiatores Angliæ recesserant absque communione vel acceptatione oblationum Gallicarum, quæ (vt suprà) eisdẽ dominis Legatis rationabiles quàm plurimùm videbantur,adiuerunt realiter præfatũ dominum ducẽ Burgundiæ,ipsumque tam authoritate sacri cõcilij, quàm sanctissimi domini nostri Papæ exhortati sunt,& requisierũt omnibus melioribus medijs & vijs,quibus potuerũt ad huiusmodi pacem & cõcordiam cum Christianissimo domino rege Frãcię(de qua ipse dominus dux & sui progenitores traxerunt originem)iniendam & faciẽdam. Tandem datis & oblatis per dominos ambasiatores domini Francorum regis certis oblationibus,quæ iustæ & rationabiles videbantur, dicto domino duci Burgundiæ pro suo interesse, ipse dominus dux volens parére exhortationibus,requisitionibus,immò verò mandatis sacri concilij & sanctissimi domini nostri Papę, declarato priùs per præfatos dominos legatos & ambasiatores authoritate qua suprà,quòd licitè & sine nota seu iactura honoris ipsius domini ducis,præfatus illustrissimus dominus dux,non obstãtibus prætensis conuentionibus,per eundẽ dominum ducem,aliàs diuæ memorię progenitorẽ moderni regis Angliæ,& regi Angliæ moderno initis & factis,poterat & debebat pacem & concordiam cum rege Frãciæ facere & inire.Respondit se velle parére & obedire. De qua quidem declaratione & alijs prędictis prędicti domini legati & ambasiatores authoritate qua suprà literas opportunas eorum sigillis sigillatas, præfato illustrissimo domino duci illas postulanti dederunt & obtulerunt. Qua quidem relatione sic(vt præfertur)facta,prędicti domini legatus & ambasiatores per organum ipsius domini archidiaconi petierunt, & requisierunt à sacro Concilio,quatenus dignaretur omnia acta & gesta per eos circa huiusmodi tractatum pacis habere rata & grata, ac illa approbare,defectusq; si in huiusmodi tractatu interueniissent,supplere. HOC idẽ venerabiles viri magistri Aimarus de Rousillione,Hugo Berardi,& Bartholomæus de Fraxino, promotores sacri Concilij, & nomine promotorio eiusdem petierunt, & requisierũt,& quilibet eorum petijt & requisiuit.Super quo per sacrum Concilium & dominos & patres ipsius sacri Concilij, nemine discrepãte,responsum extitit per verbum,Placet. Quibus sic actis, reuerendissimus pater dominus Cardinalis legatus & præsidens nomine & authoritate sacri Cõcilij, de huiusmodi sanctissima pace inter præfatos dominos regem Francię & ducem Burgundiæ reformata,dedit laudes sanctissimæ Trinitati,regratiando sanctissimo domino nostro summo Pontifici,præfatis dominis legatis & ambasiatoribus, de laboribus per eos in huiusmodi sancto negocio assumptis.Exhortatusque est dominos de sacro Concilio, vt huiusmodi paci generali velint operam dare vsq; ad consummationem eiusdem. Adijciens contra detrahentes sacro Concilio, quòd si concilium durasset per viginti annos, & non fuisset aliud agitatum,nisi de illa benedicta pace Franciæ,adhuc non deberent sacrum Concilium diffamare,immò illud laudare & benedicere. De & super quibus omnibus singulis præmissis præfati domini promotores nomine ꝓmotorio quo suprà,petierũt,& quilibet eorum petijt à nobis notarijs publicis & dicti sacri Cõcilij scribis infrascriptis,sibi & omnibus quorum interest,fieri atque tradi vnum vel plura,publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Basileæ in dicta generali congregatione sub anno, indictione,die,mense & pontificatu, quibus suprà,præsentibus ibidẽm venerabilibus & circunspectis viris,dominis & magistris,Ioanne Pulchripatris, Dionysio Sambrenays, Radulpho de Porta,in sacra pagina doctoribus,& Guidone de Vercellis magistro in artibus Parisiensi, vnà cum pluribus alijs testibus ad prædicta adstantibus.

Locus obscurus

COPIA

COPIA TRACTATVS ATREBATENSIS, CELEBRATI inter regem Franciæ & ducem Burgundiæ.

PRimò rex dicet, vel per suos sufficienti potestate fulcitos, dicere faciet duci Burgũdiæ, quòd mors quondàm sui patris, cui DEVS parcat,fuit iniqua,& malitiosè facta per illos qui perpetrârũt dictum scelus, & ex malo cõsilio,& semper sibi displicuit,& de præsenti displicet ex toto corde suo:& si sciuisset dictum casum, & fuisset in tali ætate & discretione intellectus,in quo est de præsenti,ipse obuiasset toto suo posse. Sed ipse erat benè iuuenis,& habebat illo tempore paruam notitiam,& non fuit ita aduisatus, quòd in hoc prouideret:& rogabit dictum dominum Burgundiæ,quòd omnem rãcorem & odiũ,quæ potest habere cõtra ipsum occasione præmissorũ,tollat de corde suo, & quòd inter eos sit bona pax & dilectio,& de hoc fiat expressa mentio in literis, quæ fient de concordia & tractatu ipsorum.

Item quòd omnes *illi* qui perpetrârũt dictum scelus,& consentiẽtes fuerunt,rex ponet perditioni, & faciẽt diligentiam possibilem capiendi & appræhendendi ipsos, in quocunque loco reperiri poterũt,ad puniendum eos in corpore & in bonis: & si appræhendi non poterunt, eosdem banniet,& banniri faciet sine gratia seu reuocatione de regno & delphinatu,eorũ omnia bona confiscando, & remanebunt extra omnem cõcordiam.

Item non patietur rex aliquem eorũ recipi,aut sibi aliquem fauorẽ dari in suo dominio:immò faciet proclamari per oẽia loca regni & delphinatus,quòd nullus eos receptet,aut fauorizet,sub pœna confiscationis corporis & bonorum.

Item in continenti post concordiam dictus,dux Burgũdiæ,nominabit eos de quibus est vel erit informatus,ipsos perpetrasse dictum scelus,vel consensum præbuisse, vt in continenti diligenter procedatur contra eos.Sed quia dictus dux Burgundiæ, nondum potuit habere veram notitiã de omnibus illis,qui perpetrarũt dictum scelus, aut consentientes fuerunt,omni tempore quo debitè fuerit informatus de aliquibus alijs, eos poterit nominare & significare per suas literas patentes,aut aliâs sufficienter Regi,qui in hoc casu tenebitur procedere cõtra eosdem statim modo suprà designato.

Item pro anima defuncti ducis Burgundiæ,& defuncti Arthãbaut de Foys domini de Noualia secum interfecti, & omnium aliorum interfectorum occasiõe dictarum guerrarum istius regni, fiet in Ecclesia de Monterean,in qua fuit præsepultum funus dicti defuncti ducis Burgundię,& ante plateã in qua fuit sepultus,fundabitur vna capellania perpetua vnius bassæ MISSAE de REQVIEM singulis diebus,quæ reddituabitur ad summam sexaginta librarum Parisiensium annuatim,& aptabitur calicibus & ornamẽtis ad expensas Regis, & collatio spectabit ad ducem Burgũdiæ & successores in perpetuum.

Item in dicta villa de Monterean,vel propinquiori loco, construetur per regem & suis expẽsis vnum monasterium duodecim Carthusiensiũ cũ vno Priore,vnà cum claustro de illis,& cæteris monachis, qui dotabuntur per regem octingentarum librarum Parisiensiũ redditualium*,iuxta ordinationem cardinalis sanctæ Crucis.

Item in loco,vbi fuit perpetratum dictum scelus,ædificabitur vna Crux expensis regis talis facturę, prout aduisabitur p dictũ cardinalem sanctæ Crucis.

Item in Ecclesia Carthusiensi prope Diuionem, in qua requiescit corpus defuncti ducis Burgundię,fundabitur expẽsis regis vna MISSA alta de REQVIEM, singulis diebus in perpetuum dicenda in magno altari,quod fundabitur de centũ libris Parisiẽsibus redditualibus,& munietur calicibus,ornamentis &c. vt suprà.

Item dictæ MISSAE inchoabuntur in continenti post concordiam habitam, & ædificia agenda in villa de Monterean, inchoabuntur statim infra menses tres, postquàm eadem villa fuerit reducta ad obedientiam regis,& infra quinque annos erunt omnia expedita sine intermissione operis. Et quo ad fundationes,statim post concordiam factam,fiet & expedietur fundatio altę MISSAE celebrãdę à Carthusiẽsibus cũ omnibus appendẽtijs.Et ibidẽ expẽsis regis celebrabitur MISSA bassa,quæ debet fundari in Ecclesia de Monterean, donec villa de Monterean reducta fuerit ad obedientiam regis.Et quantum ad fundationem & ædificia quæ debent fieri in dicta villa de Monterean,postquàm reducta fuerit ad obediẽtiam,deponatur in manibus ducis Burgundiæ certa summa pecuniæ,ad complendum redditus dictarum octingentarum propinquiùs de loco Monterean quo fieri poterit,non compræhendendo illas centum libras reddituales,quæ debent assignari pro fundatiõe dictę MISSAE altę in Carthusia Diuionensi celebrandæ.

Item in recompensationẽ iocaliũ, & cæterorum mobilium, quæ habebat defunctus dux tẽpore sui obitus,quę tũc capta & perdita fuerũt,rex soluet duci Burgũdiæ summam quinquaginta milliũ veterum scutorum,sexaginta quatuor pro marcha,& vigintitria*carato cum dimidio,aut aliã monetam consimilem in tali valore. Et vnà cum hoc,reseruabitur duci Burgũdię actio, quã prætẽ-

prætendit pro pulchro colari defuncti patris sui, contra omnes qui illud habent vel habuerunt.

Item pro parte regis transportabitur dicto duci Burgũdiæ pro se & suis hæredibus in recta linea, siue masculi siue fœminæ fuerint, ciuitas & comitatus Matisconensis, vnà cum omnibus villis, villagijs, terris, censibus, redditibus & emolumentis quibuscũque spectãtibus ad regem & coronam Franciæ, & per Bailliuatum regalem Matisconẽsem & sancti Gẽgulphi, & in metis suis, vnà cum omnibus pertinentijs comitatus Matisconensis, & alijs dominijs, quæ tenet & tenere debet rex per totum Bailliuatũ Matisconẽsem, & sancti Gẽgulphi, in omnibus feudorum & valuassorum iuribus, confiscationibus, patronagijs ecclesiasticis, collationib⁹ beneficiorũ & alijs iuribus & emolumentis quibuscunque, sine quacunq; reseruatione pro parte regis facienda de illo quod cõcernere potest dominium & iurisdictionem ordinariam comitatus & locorum supradictorum. Est tamen reseruatum regi feudum & homagium bonorũ & iurium prædictorum, resortum, & supremum dominium vnà cũ custodia & supremitate Ecclesiarum, & subditorum ipsarum, quæ sunt de fundatione regali, sitarum in metis dictorum bailliuatuũ & inclauatorũ in eisdem. Saluo etiam iure regali vbi locum habere potest, & etiam alijs iuribus regalib⁹ ab antiquo spectantibus ad coronam Franciæ in p̃dictis Bailliuatibus, de quo comitatu gaudebit præfatus dux & sui hęredes in feudum & homagium à rege, sicut pares Franciæ sub sorte regis & curiæ Parlamenti, sicut cæteri Pares regis Franciæ.

Item pro parte regis trãsportabuntur dicto duci Burgundiæ, & illi de suis hæredibus legitimis, de suo corpore procreatis, cui dimittet custoditum suum dictum comitatũ Matisconensem, omnes vtilitates & emolumenta supremi dominij spectantis ad regem in dictis Bailliuatibus, siue hoc sit occasione gardię & supremitatis Ecclesiarum, quæ sunt de fundatione regali, & subiectorum iurium regalium, aut aliâs quouis modo, & etiam in cõfiscationibus pro quocũque casu, pœnis & emendis & exercitio iustitiæ, commoditas & emolumentum monetæ & alijs vtilitatibus quibuscunque: de quibus omnibus gaudebit dictus dominus dux & suus hæres ad vitam superuiuentis tantùm modo & forma quæ sequuntur, videlicet quòd ad nominationem dicti domini Burgundiæ & sui hæredis post eum, rex committet illum qui erat Bailliuus pro dicto Domino Burgundię, iudicem regalem & commissarium sui ex parte, ad cogitandũ de omnibus casibus regalibus & alijs occurrentibus in dictis patrijs, locis & inclauaturis supradictis & formis, quibus consueuerunt Bailliui regales Matisconenses, qui tẽporibus præteritis ibidèm fuerunt, & simili modo committentur per regem, ad nominationem dicti ducis & sui hæredis, omnes alij officiarij necessarij pro exercitio iurisdictionum & iurium regalium siue sint Castellani, præpositi, clientes, receptores &c.

Item similiter transportabuntur dicto domino Burgundiæ & suo hęredi post eum omnes vtilitates subsidiorum granariorũ pro sale, gabella vinorum venditorum ad debitolium pedagium, seu vectigale omniũ mercantiarum talliæ, foagia, & quæcunque subuẽtiones impositæ & imponẽdæ in partibus Matisconensi, Cabilonensi, Eduẽsi & Lingonẽsi, quantũ ad dicta territoria se extẽdere possunt per ducatũ Burgũdię, comitatũ de Charoloys, & comitatũ & patriã Matisconẽsem, & in villis ac terris quibuscunq; inclauatis in dictis ducatu, comitatu & alijs locis: & ad dictum ducem & suum hæredem spectabit nominatio officiariorum ad præmissa necessariorum, & institutio ad regem, vt suprà.

Item per regem transportabitur dicto domino Burgundiæ perpetuum pro se & suis hæredibus, siue masculis siue fœminis, in directa linea procreatis, ciuitas & comitatus Antissiodorensis vnà cum omnibus & singulis pertinentijs in iustitia regali feudorum, sub feudis, patronagijs ecclesiarum, collationibus beneficiorum, siue aliâs quouis modo ad tenendum illa à rege sub fide, homagio & Paritate Franciæ, sub resorto regis & curiæ Parlamenti sine medio sicut alij Pares.

Item transportabuntur per regem dicto domino Burgundiæ, & illi de suis hæredibus, cui dimittet post obitum dictum comitatum, omnia & singula emoluměta quæ eueniunt in dictis ciuitate & comitatu, & in omnibus villis inclauatis in dicto comitatu, quæ tamen non sunt de eodẽ, siue spectẽt ecclesijs, aut alijs ad causam iurium regalium etiam quocunque modo & regalibus confiscationibus, pœnis & emendis ac exercitijs iustitiæ, aut aliâs quomodolibèt, quibus dominus dux & suus hæres pro tempore, vita alterius superuiuentis duntaxat durante, gaudebunt, & per modum suprà declaratum, videlicet quod ad nominationem &c.

Item vlterius pro parte regis erunt transportati dicto domino Duci & suo hæredi omnes profectus subuentionis granariorum, salis, gabellæ, vinorum venditorum, & cætera vt suprà, pro se & suo hærede &c.

Item per regem transportabuntur præfato domino duci Burgundiæ & suis hæredibus in recta linea, siue masculis siue fœminis, castrum, villæ & castellaria de Barro super Sequanam, cum omnibus appendentijs vel regimine, iustitia, feudo, patronatu,

natu, collatione beneficiorum, tenendo in fide homagio & paritate, vt suprà.

Item transportabuntur præfato duci & suo hæredi omnes profectus granariorum, salis, gabellæ, & cætera vt suprà.

Item transportabitur à rege ipso duci pro se & suis hæredibus comitibus Burgundiæ perpetuè & hæreditariè garda, custodia seu ptectio Abbatiæ de Lexeu, ac omia iura, profectus & emolumenta quæcunque attinentia gardiæ prædictæ, quam rex ad causam comitatus Campaniæ dicit sibi attinere, quanùs comites Burgundiæ in anteà prætenderunt & querularunt in contrarium, pro eo quòd illa Abbatia erat extra regnum.

Item per regem transportabuntur dicto domino duci pro se & suis hæredibus in recta linea masculis tantùm, castra, villæ, castellariæ ppositurę forenses Peronæ, Mout Didier, & *Roys, cum omnibus suis attinen
*Roix tijs &c. patronatu, & collatione beneficiorum, tenendo in homagio & paritate resorto, vt suprà.

Item transportabit rex dicto domino duci & suo hęredi masculo, cui post suum decessũ deputabit dictas villas Peronæ, Mout Didier & Voye, omnia emolumenta ex illis villis, castellarijs, & pręposituris forensibus, & in villis, terris, subiectis & resortis ipsis villis, castellarijs & præposituris, causa iuriũ regalium quomodocunque fuerit, tam in confiscationibus, emẽdis, exercitijs iustitię, quàm aliter, ad gaudendum per ipsum ducẽ & suũ hæredem duntaxat per modum suprà declaratum, scilicet quòd ad monitionem ducis vel sui hæredis, rex instituet &c.

Item transportabuntur eidem duci & suo hæredi omnes prouentus subuentionis granariorum, salis, gabellæ, &c. vt suprà.

Item à parte regis dimittetur dicto duci & illi de suis hæredibus, cui dimittet comitatum Artheſij, compositiones aradarum dicti comitatus, resortita & inclauamenta, assendentia pronunc ad trigintaquatuor M. annuatim vel circiter. sine hoc quòd ipse vel sui hæredes sint adstricti indè habendi aliud donum vel oblationem. Et nominabunt dictus dux & suus hæres tales officiarios &c. quos rex terris instituet &c. & ipsis super hoc faciet deliberare.

Item rex transportabit Domino Burgundiæ pro se, suis hæredibus, & habentibus causam seu interesse perpetuè omnes ciuitates, villas, fortalicia, terras & dominia attinẽtia coronæ Franciæ, de & super fluuio de Somme, de vno latere, & de alio, sicut sanctus Quintinus, Corbiæ, Ambianis, Abbatisuilla, & aliæ pariter totius comitatus de Poutieu, citra & vltra dictum flumen de Sõme, Dourleus, sanctus Richarus, Crepicordium, Meux, Mortaigne cum suis attinentijs & appendentijs quibuscũque, & omnes alias terras, quæ possunt pertinere coronæ Franciæ circa flumen de Somme inclusiuè versus Artheſium, Flandriam & Hannoniã, tam de regno quàm de Imperio, compræhendendo etiam in respectu villarum sitarum supra dictum flumen de Somme, de latere versus Franciam, Bailliuatus & Scabinatus ipsarum villarum possidendos per dictum dominum Burgundiæ, dictos suos hæredes, & habẽtes causam perpetuò de dictis villis, ciuitatib⁹, fortalicijs, terris & dominijs, in omnibus commodis reddituum tam inordinatorum pro guefris, & etiam talliarum & aliorum emolumentorum quorumcunque, & non retinendo ex parte regis, præterquàm homagium, resortum, & supremitatem: quæ transportatio fiet per regem, mediante reemptione summæ quadringentorum millium scutorum aureorũ antiquoum sexagintaquatuor in marca de
octo *Oucis pro marca & Daloy ad vigin- for. *vncijs
tiquatuor quaratz r. art de Remede, vel alterius monetæ aureæ currentis ad valorem, de qua reemptione per Dominum Burgundiæ tradentur bonæ literæ & sufficientes, per quas ipse promittet pro se & suis & toties quoties placebit regi vel suis facere dictam reemptionem, dominus Burgundiæ & sui tenebuntur, recipiendo dictam summam auream, reddere regi vel suis omnes dictas ciuitates, villas, fortalicia, terras, & dominia compręhensa in isto articulo tantùm, & *siue tangendo aliquas alias, de quibus suprà facta est mentio, & * alterius contentabitur dictus dux Burgundiæ recipere solutionem dictorum quadringentorũ millium scutorum ad duas vices, scilicet qualibet vice medietatem, prouiso quòd non tenebitur dictas ciuitates, villas, fortalicia, terras & dominia, nec aliquas ipsarum, quousque tota solutio sit completa, & tempore pendente faciet dominus Burgundiæ fructus suos omnium dictarum ciuitatũ, villarum &c. * de Demmanyo, quàm for * tam de
de * Aydijs sine vlla deductione principalis summæ. Et est sciendum, quòd in isto transportu non compræhendetur ciuitas Tornacensis, neque Bailliuatus Tornacesij, & sancti Amandi, sed remanebunt in manibus regis, excepto Mortaigne, quæ remanebit domino Burgundiæ: nihilominùs est reseruatum domino Burgundiæ, pecunia sibi concordata ab illis de ciuitate Tornacensi pro certo tractatu, quem habet cum ipsis durante vsque ad certum tempus, quã pecuniam Tornacenses soluẽt integrè domino Burgundiæ. Et est sciendum de omnibus officiarijs, qui erunt respectu dominij, quòd dominus Burgundiæ constituet eos: & respectu iurium regalium, Aydarum & talliarum, nominatio spectabit ad dominum ducem, & institutio ad regem.

Item quia dominus Burgundiæ prætendit ius in comitatu Verdoniẽſi ſupra mare, quem tenet & poſſidet, ille ſibi remanebit pro ſe & ſuis hæredib⁹ maſculis ex ſuo corpore tantùm, & tenebitur rex pacificare illos, qui ius prætendunt in illo comitatu, taliter quòd nullam habeãt querelam aduerſus dictum dominum Burgundiæ.

Item caſtrum, villa & comitatus Gyemyr ſupra Ligerim, quæ dicuntur tranſportata cum comitatu Stampiæ & Dordani per ducem Bituricenſem, defuncto Ioanne duce Burgundiæ, põnentur ex parte regis in manibus ducis Borbonij ſtatim poſt paſſatam concordiam, tenẽda per ſpatium vnius anni, infra quod tempus Ioannes Burgundiæ, nunc comes Stãparũ, vel dux Burgundiæ, p eo monſtrabunt regi & ſuo concilio literas doni facti Ioanni defuncto duci per dominum ducem Bituricenſem: quæ ſi viſæ fuerint ſufficientes & validæ, dux Borbonij tenebitur tradere præfato comiti abſq; hoc, quòd ex parte regis poſſit allegari antiqua præſcriptio aut lapſus tẽporis. Quòd ſi qui ſint alij qui prætendant ius, illis remanebit actio contra comitem.

Item per regem reſtituetur comitibus Niuernenſi & Stamparum ſumma triginta duorum millium octingentorum ſcutorum aureorum, quæ quondam rex Carolus vltimò defunctus, fecit depræhendi in Eccleſia Rothomagenſi, vbi fuerant depoſita pro matrimonio Dõnę Bonę Artheſij matris ipſorum comitum, Caſu quo probabũt quòd iſta ſumma fuit in computo & profectu dicti regis Caroli ad ſoluendum illam ſummam triginta duorum millium 800. ad tales terminos, qui erunt aduiſati poſt ſolutionem factam & completam quinquaginta millium domino Burgundiæ, de quibus ſuprà. Et reſpectu debitorum, quę dominus Burgundiæ dicit ſibi deberi per quondam regem Carolum, tam cauſa donorum & pẽſionum, quàm aliter, aſſcendentium ad magnas ſummas, ſuum ius quod habet & debet habere pro recuperatione ipſorum debitorum, ſibi remanebit ſaluum.

Item quòd dictus dominus Burgundiæ non tenebitur facere aliquod homagium vel ſeruitium regi de terris & dominijs, quæ de præſenti tenet in regno, nec de illis quæ deberet habere per præſentẽ tractatum, nec de illis quæ ſibi euenire potuerint per ſucceſſionem, ſed remanebit exemptus in ſua perſona in omnib⁹ caſibus ſubiectionis, reſorti, ſupremitatis & aliorum, durãte vita ipſius. Sed poſt ipſius regis obitum, dominus Burgundiæ faciet filio ſuo & ſucceſſori in corona homagia, fidelitatẽ & ſeruitia quæ requirentur. Et etiam ſi dictus dux Burgũdię decederet ante regem, hæredes ſui & cauſam habentes, facient regi dicta homagia &c.

Item in reſpectu feudatariorum & ſubiectorum ducis Burgundiæ, quæ habet & debet habere per pręſentem tractatum, & quę ſibi potuerint euenire per ſucceſſionẽ, durante vita regis & ſua, ipſi non erunt adſtricti ſe armare ad mandatũ regis & ſuorũ officiariorum, ſuppoſito quòd teneant cũ hoc à rege aliquas terras vel dominia. Sed eſt rex contentus, quòd omni vice qua placebit domino Burgundiæ mandare ſuos ſubditos ſeu feudatarios & ſubiectos pro ſuis guerris, ſiue in regno ſiue extra, ipſi tenebũtur & cõſtringentur ibidem & illuc ire, ſiue poſſe aut debere venire ad mandatũ regis, ſi etiam rex mandaret. Et ſimiliter fiet reſpectu ſeruitorũ ducis Burgundiæ, qui ſunt ſui familiares & de ſua domo, ſuppoſito q̃ non ſint ſui ſubiecti.

Item ſi eueniat, quòd Anglici aut ſui cõfœderati, faciant in poſterum guerram domino Burgũdiæ aut ſuis pueris, ſiue per mare, ſiue per terrã, occaſione præſentis tractactus vel aliâs, Rex tenebitur iuuare ſicut in facto proprio.

Item quod dominus Burgũdiæ, & ſui feudatarij & ſubiecti & alij, qui prius portauerũt in armis crucẽ ſancti Andreę, nõ adſtringentur portare aliud interſigniũ in quacũque armata in regno vel extra, & in præſentia regis aut ſuorum*conneſtabiliorum aut mareſcallorum, prout ſint ſuis ſtipendijs vel aliâs.

Item & quòd Rex faciet reſtitui & ſine damno de ſuis ꝓditis rationabilibus, & etiã de ſuis rancoribus illis qui fuerint capti in die mortis quondam ducis Ioãnis, & illis q̃ ibi perdiderunt ſua bona, & fuerunt poſiti ad magnam redemptionem.

Item & quòd de cæteris abolitio generalis ſit facta de omnibus caſibus, euẽtis & de omnibus cauſis, rebus. dictis, factis & paſſatis occaſione diuiſionis iſtius regni. Excepto reſpectu illorum, qui perpetrârunt dictum malum caſum, vel fuerint cõſentientes de morte quondam Ducis Burgundiæ, qui erunt & remanebunt extra omnẽ concordiam tractatum, & quòd de cæteris quilibet de vno & alio latere reuertatur, ſcilicet Eccleſiaſtici ad ſuas eccleſias & beneficia, & ſeculares ad ſuas terras, redditus & *hæreditagia, poſſeſſiones & bona immobilia, in ſtatu in quo erunt, reſeruato reſpectu terrarum & dominiorum exiſtentiũ in comitatu Burgundiæ, quas dux Burgundiæ & quondam ſuus pater habuerũt & retinuerunt, vel alijs dederunt tanquam confiſcatas ſibi cauſa dictarum guerrarum, quę erunt & remanebunt, nõ obſtãte dicta abolitione & concordia illis, qui ipſas tenent & poſſident. Sed alibi vbiq; quilibet redibit ad ſuas poſſeſſiones & terras, & hęreditagia, ſine hoc, quòd pro demolitione, deterioratione cuſtodiarum, locorum aut reparatiõe quali-

qualicunque aliquid poſſit exigere vnus ab alio: & quilibet tenebitur cõuictus omniũ reddituũ euẽtorũ de tẽpore, quo nõ poſſidebat ſuas terras & hæreditagia. Sed in reſpectu mobiliũ captorum aut habitorũ de vno latere aut de alia, nunquam poterit fieri aliqua querela aut actio de vno aut de alio.

Item per iſtum tractatum extinguantur & aboleantur omnes iniuriæ, rancores tam verborum & factorum, quàm aliter euẽtorum per anteà occaſione dictarum diuiſionum, partialitatum &c. tam de vna parte q̃ de alia: abſque hoc, quòd aliquis poſſit exigere vel facere quæſtionem vel proſecutionem vel proceſſus, vel aliter reprobari vel ſcandalizari de tenẽdo aliquam partem. Et dicentes vel facientes contrarium, puniẽtur ſicut tranſgreſſores pacis ſecundum exigentiam delicti.

Itẽ in iſto tractatu compræhendentur expreſsè ex parte ducis Burgundiæ, oẽs gẽtes Eccleſiaſticæ, villę, nobiles, & alij cuiuſcunque ſtatus ſint, qui tenuerunt ſuam partem, & quondam ſui patris, tam in regno quàm in delphinatu, prouiſo quòd acceptabunt præſentẽ tractatum, & indè volũt gaudere.

Item renunciabit Rex confœderationi, quam fecit cum Imperatore contra Ducem Burgundiæ, & omnibus alijs confœderatinibus per ipſum factis cum quibuſcunque perſonis, principibus aut dominis in contrarium dicti ducis. Prouiſo quòd dominus dux faciet ſimiliter, & promittet Rex dicto duci ipſum ſuſtinere & adiuuare contra omnes qui vellẽt ipſum grauare, vel damnum impendere per guerram & aliter. Et ſimiliter promittet dux, ſalua ſemper exemptione ſuæ perſonæ ad vitam.

Item tradet rex ſuas literas, quòd ſi contingat in poſterum, quòd ex ſua parte infringatur iſte tractatus, ſui vaſalli, feudales, ſubiecti & ſeruitores, præſentes & futuri, non tenebuntur ſibi plus obedire nec ſeruire: ſed tenebuntur ex tunc ſeruire domino Burgundiæ & ſuis ſucceſſoribus contra ipſum, & quòd in dicto caſu omnes ſui feudales, ſubiecti & ſeruitores, ſint abſoluti & quieti de omnibus iuramẽtis, fidelitatibus, promiſſionibus, obligationibus ſeruitiorũ, in quibus ipſi poſſent teneri per anteà verſus regem, abſque hoc quòd in tempore futuro ipſis poſſit imputari ad onus aut opprobrium, aut quòd ab ipſis poſſit indè aliquid exigi. Et quòd exnunc, prout extunc, Rex præcipiat ipſis ita facere, & quitet & exoneret ab omnibus obligationibus, & iuramentis in caſu prædicto, & quòd ſimiliter fiat & conſentiatur de latere Ducis Burgũdiæ, reſpectu ſuorum vaſallorum, feudatariorum, ſubiectorum & ſeruitorum.

Item quòd ex parte regis fient promiſſiones, obligationes & ſubmiſsiones tangẽtes intentionem præſentis tractatus in manib⁹ cardinalis ſanctæ Crucis legati papæ, & de Cypro legati concilij, ampliores quæ potuerint aduiſari, & ſub pœnis excommunicationis, aggrauatiõis, reaggrauatiõis, interdicti ĩ terris ſuis & dominijs, & aliter vlteriores ad quas cẽſurę eccleſiaſticę ſe potuerint extendere ſecundum poteſtatem quam habent dicti domini à papa & concilio, prouiſo q̃ ſimiliter faciat ex parte ſua Dux Burgundiæ.

Item & cum hoc faciet Rex cam ſuo ſigillo tradi dicto duci Burgũdiæ ſigilla principum & dominorum ſui ſanguinis & obediẽtię, ſcilicet ducũ Andegauẽſiũ, Caroli ſui fratris, ducum Borbonij, ducis Alenconnij, comitis Richemondiæ, comitis Vindemiæ, comitis de Fuxo, comitis Armignaci, comitis Perdiaci, & aliorum qui aduiſabuntur, in *quibus ſigillis incorporabitur ſigillum regis, & promittent tenere ex ſua parte contenta ſigillatorum. Et ſi infringerẽtur ex parte regis, de in iſto caſu adiuuãdo & confortando dictum ducem Burgundiæ & ſuos cõtra regem. Et ſimiliter fiet ex parte ducis Burgundiæ. for. * quorũ

Item & quòd ſimiliter Rex faciet tradi ſigilla virorum eccleſiaſticorum, & aliorum nobilium & villarũ de regno de ſua obedientia, quos dictus dux voluerit nominare, cum ſecuritatibus pœnarum corporalium & pecuniariarũ & aliarũ ſecuritatũ, quas dicti cardinales & alij prælati huc miſſi ex parte papæ & concilij, aduiſabunt pertinere.

ADVISAMENTA PROLOCVTA PER DOMINOS PRAELatos & alios, clerũ regni Franciæ & delphinatus repræſentantes, qui Bituris conuenerunt ad mandatum domini noſtri regis, die 26. Februarij, 1431. more Gallicano, præfati domini noſtri regis & ſui magni concilij beneplacita voluntate & correctione in omnibus ſemper ſaluis.

IN primis, quòd attentis hæreſibus Bohemorũ & eorũ inſultationibus, guerrarum calamitatibus, & morum in clero & populo vndique deformitatibus, conuentioneq̃ue Baſileæ triplici authoritate Apoſtolica legitimè facta, quæ per annum durauit & vltra, & ad quam de vniuerſis ferè mundi partibus plures conuenerunt, ſpiritu ſancto duce, meliora & viciniora ſalutis ſperantes, & mandati ibidèm Bohemi, qui ſæpiùs per vniuerſa mundi climata diuulgarunt, ſe à Catholicis non potuiſſe audiri, & generalis Concilij determinationi ſtare velle: quibus

nihil omnino respondere, vtile non esse videtur, ne fortè extiment Catholicos respõsionis penuria declinare certamẽ, & fides lædatur, non intelligentium mentes ipsorum: Nõq; pastorũ, sed mercenariorũ psonas gerere, videant prælati maiores & minores, terga silentio præbendo, qui liberè veritatem pronunciare, & eandem populi defendere tenẽtur, vbi honor Deo debit⁹ & proximorũ saluus admittitur, eximereq; citò, & obernantes introducere infra ecclesiam iubẽtur. ideo nedum honestũ & vtile, sed & necessarium est, concilium Basileense celebrari, & pro posse ad Dei laudem & intentos fines stabilitum exaltari.

Item quia naturaliter homo homini subesse, aut tributa soluere abhorret, & cùm error Bohemorum spiritualem & temporalẽ præsidẽtiam, aut tributa decimarum, oblationum & quæuis alia ecclesiastica, necnon & temporalia aboleat & execretur, ideo hic cancer leniùs serpit. si enim ex Alexandria Arrij scintilla, nihil naturale habens, in magnam excreuerit flammam: quanto magìs hic error, per meatus naturales veniens, & auaritiæ se commiscens, faciliùs multos inflammabit? vindex est enim error iste dissimulantium, aut comminuentium eum,

Ezech. 13, a tam ecclesiasticorum quàm secularium: quia enim ecclesiastici qui pastorum more, se, & ouibus & veritate opponere debeant, & nõ fugere ante faciem fidem persequentis dissimulârunt: ideo vbique in Bohemia templa Dei incenderũt, sacerdotes spoliârunt, & varijs cruciatibus trucidârunt, nouis & inauditis tormentorum generibus adinuẽtis: sacramenta ecclesiastica pro nihilo reputârunt, & in tam varios errores deciderunt, vt catholicæ Ecclesiæ doctrina ibi in pauciſſimis & latentibus hominibus consistẽs, in nullo ab alijs audiatur & idcirco nedum honestum aut vtile, sed & necessarium est, generale concilium absque dilatione celebrari: quia non est expectandus Antiochus qui templum DEI totaliter spoliet, vasa argentea auferat pariter & aurea, coinquinet sancta, fideles occidat, incircuncisus trucidet circuncisos: sed præueniendum est, ne videamus mala gẽtis nostrę & sanctorum.

Item quia rex Bohemiæ & alij principes & nobiles, qui gladium portant ad laudem bonorum, vindictamq; malorum, patientius tolerârunt fidem vacillari, templa & personas ecclesiasticas (vt præmittitur) laniari, illum postea seminârunt errorem, dominum temporalem in peccato publico mortali nõ posse populo præesse, & quodlibet peccatum publicum & mortale pro suo arbitrio reputantes, fugarunt & regem & principes & nobiles: & quos habere potuerunt, membratim conciderunt, suis vxoribus & filiabus virginibus, sanctimonialibus & alijs quibuscunque sine reuerentia violatis, castella ipsorum diruerunt, & omẽ diuinum *ad se penitus abiecerunt sine alia cognitione iudiciaria: nec fuit possibile, Ecclesia tacẽte & demum fugata, nobilibus resistere: populus enim multus est, & dominus vnus suis subditis præpositus. nec facile est, vnum dominum aduersari populo multo. *à se for.

Item præfati Bohemi venenum per epistolas plurimas diuulgârunt per vniuersas mũdi partes, & plurimos infecerunt. & vt Bohemiam prætereamus remotam, domini nostri regis infectas partes non sileamus, nónne in Bailliuia Matisconẽsi & Comitatu Forensi visus est à paucis annis citra populus in nobiles dominos suos insurgere, & impias manus in eos inijcere, non nobilitati, non sexui, non ætati aut cõditioni parcentes, libros censuales siue terrena concremantes, castella inuadentes, & dominos suos suis mobilibus spoliantes? ausiq; sunt dicere, quòd in tota patria sufficerent duo sacerdotes, & quòd omnes nobiles ad labores propriarum manuum tenebantur, ex sentẽtia diuina in genus humanũ & personam Adæ: In sudore videlicet vultus tui vescéris pane tuo, prolata. ex quo inferebant, tributa dominis temporalibus non debere solui. & quantum deuiet, aut coniungatur error iste Bohemis, iudicet sapiens quisque. Et nisi exterminatus fuisset prudentia domini *Bailliui Matisconensis vnà cum nobilibus patriæ dum nasceretur error ille, multorum supplicijs & patibulis, iam diuulgabatur in plurimos populos. Gene. 3ª Principijs obsta.

Item nónne etiam in delphinatu est quędam portio inter montes inclusa, quæ erroribus adhęrẽs prędictis Bohemorũ, iam tributũ imposuit, leuauit & misit eisdem Bohemis, in quib⁹ fautoria manifesta hæresis prædictæ debet iudicari? & nouit Deus, si multorũ popularium latentia corda leuiter detegerentur, subleuata ampliùs Bohemorum malitia, & ab eisdem seminaretur, concilium generale aufugisse, nõ valens respõdere rationibus Bohemorum prædictorũ, hoc præsertim in tempore, cùm populus ex guerrarum malitijs lacessitus, depauperatũ se sæpius vidit, & in partibus multis videtur furere, & ex popularibus multi docti sunt ad prælia. Ea propter citò, imò citissimè obuiandum est per dominum nostrum regem, necnon & per Ecclesiam catholicã: quæ tamen aliâs occurrere non potest, nisi principum & nobilium fortitudine, vel iurium & clericorum ratione.

Item si principum & nobilium fortitudine occurendum est, quòd licèt cũ ferro abijcienda sint vulnera, quæ medelam nõ sentiunt, quia cùm gens illa inuersa valdè & indomita est, ac in suis erroribus iudurata, vinci non potest, nisi maxima catholicorum ad

hoc

hoc vnitorum multitudine, & cum expẽsarum grandi mole: principum autem & catholicorum multitudo hos hęreticos expugnantium haberi non potest sine pacificatione regum & principum, ad inuicem vbique terrarum contendentium. Et ideo moris fuit ecclesiæ catholicæ volentis principes in subsidium terræ sanctæ aut cõtra infideles commouere, priùs ipsos per media conciliorum generalium pacificare, aut saltem longas & fidas treugas inter ipsos inire, & fideliter in facie Ecclesiæ firmare, ac vno agmine ad fidẽ defendendã inducere: & ad hunc finem Basileense concilium cõuocatum est. nec Ecclesię, quæ in fide defendenda à facultatum contributione se excusare non debent vel possunt, contributum imponi aliâs potest. Nec patietur se tributariã fieri, quàm ex ordinatione cõcilij gñalis, vt patet ex constitutione Constantiẽsi. nec obeditum est domino Martino, contra Bohemos subsidia imponere volẽti. Ex quibus infertur, necessariò concilium generale celebrandum, cum principum & nobiliũ iuuamine postulãdum, * vel onus ecclesię imponendum fuerit, sine quib⁹ hac in re ad bella procedi non potest. locus obscurus aut vitiatus, quales hac in parte complures.

Item si occurrẽdum est iurium & clericorũ ratione, quæ via videtur accommoda, qa spũs sanctus in vnum congregatos in nomine eius dirigit, & per generalia concilia frequẽtiùs hæreses sunt extinctæ, sicut hęc hęreses Bohemica speratur extingui in cõcilio Basileen, ad quod vocati sunt dicti Bohemi cum magna charitate, & qui literas eiusdem concilij acceperunt, & si venerint ad concilium generale, prefatis expedit ecclesiam catholicam in vnum conuenire: quia quòd à plurib⁹ queritur, faciliùs inuenitur: salubriusq; est fidei, & papę cõsultius, causam fidei vnitati committere, quàm vni: & sic omnino assistendũ est, & subleuandũ gñale cõciliũ, & non differendum, maximè qp vbique vniuersitates studiorũ ob guerras & rerũ inopias sint multùm depopulatę, nec sit expectandum, vt ex toto seneſcat, vel morte pereat literatorum antiquorum copia. Si verò Bohemi non venerint ad concilium sic solenniter mandati, tunc sua obmutescet garrulitas qp non potuerunt audiri: tũc conuocata erit Ecclesia vniuersa, & principes & Christifideles poterunt ad pugnam animari: tunc Ecclesię tributa & subuentiones iustè imponi, imò gratiùs & benignissimè ferent sua voluntate imposita, & in posterum hac de causa imponenda.

Item licèt iustè induci possit bellum contra hæreticos damnatos, sępiùs tamẽ reprobata videtur in hac causa à Deo, qui aufert corda principum, fortitudo, cùm catholici iteratis vicibus fugerunt, nemine persequẽte, inscrutabilia q̃ Dei iudicia, licèt nullus hominum valeat discernere aut iudica-

re. Suaderi tamen potest, quòd monstruosos mores in clero & populo voluit purgari, sicut contra hostes fidei * congredi, ne cæcus cæco ducatum pręberet, aut gestans trabem in oculo, festucam in oculo proximi erueret. Ne etiam diuisi principes, hæreticos ab Ecclesia diuisos exterminare conentur: quibus pacem consulendo, priùs suadendum est: Medice, cura te ipsum. Quis enim nesciat, à Viennensi concilio anno *1412. celebrato, circa morum deformitatem nullum fuisse celebratum generale concilium, & varij in varios ex vetusta corruptela, quam pro iure consuetudinis vendicant, deciderunt deformitatum mores? quis nesciat confictas causas & diffugia, post assignata generalia concilia, ne celebrentur eadem, adinuenta? & meminisse diuinam sententiam decet: Hierusalem Hierusalem, quoties volui te congregare, quemadmodùm gallina congregat pullos sub alas, & noluisti? Eccè relinquetur domus vestra deserta. Visitat quoque iam ferè vbique terrarum Dominus plebem suam in gladio, fame, & peste. & si dictos corruptos mores, quibus vehementer Deus offenditur, insequi & vlcisci *deferimus, ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouõcamus. Nec tamen dicti corrupti mores extra concilium generale, cùm de omnium statu agatur, honeste vel breuiter possunt emendari, aut reges & principes ad pacem & treugas induci. Lucæ. 6, f for. *differimus, Lucæ 4. d Matth. 23. d

Item ponderandum est, quòd post tempora Apostolorum cùm persecutiones cõtra Ecclesiam feruescerent, non habuit facultatem Ecclesia conueniendi in vnũ vsq; ad tempora Constantini Magni. Si igitur multiplicatis vitijs in clero & populo, multiplicet & Dominus flagella contra religionem Christianam, se aduersus Deum rebellantem, & Pharaonis more indurantẽ: non est credibile, quòd Ecclesia tunc ad Deum confugiens leuiter audiatur ad conuẽtionem conciliorum, sed redibit ad prædicta persecutionum tempora, libertatẽ nõ habens congregandi. Hoc ipse dominus regio ore professus est: Multiplicatæ sunt, inquit, infirmitates eorum, posteà acceleraue- Psalm. 15. a runt. Non congregabo conuenticula eorũ de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Item qp visis sanct. dñi nri Eugenij papæ dissolutionis eiusdem cõcilij causis, necnõ & rationibus contrarijs in quibusdã instructionibus p sacrũ cõciliũ generale Basileen ad eundem dñm nr̃m papam directis, vt dissidia cessent, quæ fator zizanię ingerere posset, per clerum ecclesiæ Gallicanę consulendũ est, & cõsulit humil⁹q; supplicat dño nostro regi, vt progenitorũ suorũ more schismata extinguentium, & Ecclesiã depressam

ſubleuantium, his occurrat, vt priùs extinctum, quàm natum, malũ huiuſmodi inextinguibile, videatur. per hæc enim Deũ ſibi placabit, eccleſiam peramplius obligabit. veſtigia prædeceſſoris imitetur, & fama eius in omnem terram diuulgabitur.

Item quòd præfatus domin⁹ noſter rex, re & titulo Chriſtianiſſim⁹, à paternis non declinando traditionibus & veſtigijs ꝓmiſſis, aſſurgens pro ſe & Eccleſia Gallicana, notabilem dirigat ad præfatum ſanctiſſimũ dominũ noſtrum papam ambaſiatam, exorando vt pro fidei neceſſitate, proq; religionis Chriſtianæ vniuerſali vtilitate, mandet cõtinuari & celebrari idem generale concilium Baſileenſe, obſtruendo ora in fidem orthodoxorum, ſuamq; S. clementiſſimam malignantium.

Item q̃ præfati ambaſiatores inſtẽt apud Reuerẽdiſſ. patres dominos cardinales & ſacrum collegium, de præmiſſis eos reddẽtes ſolertiùs attentos, vt Eccleſiæ incommoda præcauentes, deuotiùs exorent eundẽ dominum noſtrum, & in ſingulari & ꝓ modũ collegij, vt celebrationi concilij, quę ſuę S. honori accedit, & Eccleſiæ plurimę vtilitati intendere velit, mandando continuari idẽ concilium & prælatos abſentes, quatenus opus eſt, arctiùs conuocando.

Item hoc ſacrum concilium pro extirpatione hęreſum, alijsque cauſis à diu aſſignatum, non debet dici cum Bohemis iam damnatis initũ, ſed pro eorum totali extirpatione & fidei defenſione, ſuperque dictis cauſis legitimè cõuocatum, licèt & in eodem concilio ſi dicti Bohemi venerint, poſſint doceri, & charitatiuè inſtrui & tractari, necnon ſi poſſibile eſt, reduci. Suaque attẽta multitudine, quæ ferro domari ſine ſanguinis humani multa effuſione non poteſt, ſeueritate diſciplinæ detrahi valet & poteſt: & vbi reperientur contumaces, catholici in concilio præſentes, & diuulgata fama abſentes, audaciores & firmiores reddentur. Immò ſperandũ eſt de D E I miſericordia, quòd Deus pugnabit pro illis, quia veritas vincit.

Item quòd placeat domino noſtro regi, ſuas dirigere literas Imperatori, & dñis ducib⁹ Sabaudiæ & Mediolanẽſi, quòd velint ſuo nomine cum charitate plena fauere cõcilio, ipſius Imperatoris grandi inſtantia & in eius indictione connocato. faueãt etiam omnibus euntibus, ſtãtibus & redeuntibus ad idem, & in ſingulari prælatis & alijs quibuſcunque de regno Franciæ domino nr̃o regi ſubditis. Nihilque à quibuſcunq; permittant acceptari contra ſanctiſſimũ dñm noſtrum Papam, curiam Romanam, vrbem vel patrimoniũ eorundem, vñ papa & collegiũ occaſionẽ indignatiõis, dilationis, ſuſpenſionis aut mutationis concilij aſſumãt: qa exinde fructus ſperat⁹ cõcilij deperderetur, hæreſes augmentarẽtur, & mores ſordidi in amplius ſordeſcerent in Dei offenſam & populi Chriſtiani corruptelam.

Item quòd clerus regni Franciæ in concilio Bituricẽſi ad mãdatum domini noſtri regis (vt præmittitur) congregatus pro prędicta ambaſiata dirigenda ad ſanctiſſimi dñi noſtri papæ, elegit concorditer reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum archiepiſcopum Lugdunẽſem, ex parte Eccleſiæ Gallicanæ ambaſiatorem & legatum tanq̃ virum in quo eſt zelus domus Dei, & in iure eximium profeſſorem, qui licèt totis viribꝰ renitendo præfatam ambaſiatam omnimodè recuſaret, precibus tamen victus, licèt inuitus, onus præfatę ambaſiatę pro neceſſitate pariter & honore Eccleſię ſuſcepit: quem ſi dominus noſter Rex pro ſe & ex parte ſua dirigat ad præfatum dominum noſtrum papam ambaſiatorẽ & legatum, ita vt vna fiat ambaſiata ex parte dicti domini noſtri regis & eccleſiæ Gallicanæ, ambaſiata erit maioris authoritatis, efficaciæ & virtutis, quoniam funiculus duplex nõ æquè facilè rumpitur vt ſimplex, fietque ambaſiata cum minori expenſa. Et vt ita fiat, humiliùs clerus ſupplicat domino noſtro regi. Eccés 4, ẽ

Item ne tædio affectum ex longa mora & pluri expenſa ſacrum generale concilium videatur, vt aſſumant pennas, volent, & non deficiant: vtque præfatus dominus noſter rex alios præueniat in benẽctionibus huius dulcedinis, quòd ad dictum concilium aliquos ſuos præmittat oratores, nunciantes intentionem regiam & eccleſiæ Gallicanæ ſanctam, pro qua miſſa eſt ſolẽnis ambaſiata ad papam: patiaturque prælatos ſub cenſuris eccleſiaſticis & religione iuramẽti adſtrictos, & ab eodem concilio authoritate Apoſtolica vocatos, vt ad idem cõcilium vadãt, prout ſuis conſcientijs attenta vocatione & rei neceſſitate, videbitur expedire.

Item quòd pro expenſis præmiſſorum, & in vſus præfatos conuertendorũ, & nõ aliâs vel alio modo, cõſentiũt leuari quartã partem vnius decimæ ſuper clero regni & delphinatus: ita tamen, quòd cum de iure communi, etiam ex beneficio concilij Conſtantienſis, papæ non liceat imponere decimam aut partem eiuſdem clero vniuerſaliter vel particulariter, niſi ſacro generali approbante concilio, aut de cõſenſu cleri eiuſdem, q̃ dominus noſter rex nõ patiatur clerum regni aut delphinat⁹ grauari authoritate Apoſtolica alia decima aut parte eiuſdem, maximè cùm cler⁹ ſit oppreſſus ex guerris & monetis, & ampliùs grauabuntur prelati ex acceſſu ad concilium generale.

Copia mandati nunciorum cõcilij, exiſtentium in Norinberga ad tractandum cum Bohemis

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileen, in Spiritu ſãcto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, pacem & vnitatem Chriſti fidelium & Eccleſiæ propinq̃ eo modo quo præmittitur, congregari voluit, ꝓcurare, integritatem & pacis inchoare, præſertim cũ regni Bohemiæ incolis proſequi, & ad optatum vſque finem perducere deſiderans, volenq̃ ipſorum procuratoribus, nuncijs, ambaſiatoribus propterea huc uſque denunciandis, de plena ſecuritate pro ſuo acceſſu, mora, & receſſu vſque ad propria ſua loca, & ſaluo cõductu petito & oblato ꝓuidere, & alia quæ dictæ pacis & vnitatis veriori ac celeriori ꝓſecutione deſeruiant, cũ ipſi ꝓcederent, ꝓtractare: eadẽ ſancta ſynodus meliori modo & forma, via & iure, q̃b⁹ efficaciùs potuit, & debuit, poteſt & debet, fecit, conſtituit & ordinauit, ac facit, conſtituit, & ſolenniter ordinat ſuos veros & legitimos ac indubitatos procuratores, negociorum ſuorum geſtores, ac nũcios ſpeciales & ambaſiatores, videlicet venerabiles & egregios viros dñm Henricum abbatem ſancti Aegidij in Nurenberga, & fratrem Ioannem Nider ſacræ theologiæ profeſſorem, & priorem domus prædicatorum Baſileen, dñm Henricũ canonicum Magdeburgen & in ſacra pagina profeſſorem, dñm Fredericum de Parſperch decanum Ratiſponen licentiatum in decretis, magiſtrum Albertum plebanum S. Sebaldi in Nurenberga, & fratrem Ioannem monachũ Ciſtertien ordinis monaſterij de Mulenbrun, & ex illis quoſlibet duos in ſolidum, ità tamen, q̃ duorũ occupantium nõ ſit melior conditio: ſed quod duo ex eis inceperint, omnes ꝓnominati aut ſaltẽ duo ex eiſdem ꝓſequi valeant & finire. Dans & cõcedens ꝓmiſſis oñibus, & ſingulis duobus plenã liberam ac omnimodã poteſtatẽ, cum procuratoribus ſeu nuncijs dictorũ incolarum regni Bohemiæ in Egra vel alibi, vbicunq; neceſſe fuerit, conueniẽdi, colloquẽdi, auiſandi, necnon de ſaluiſconductibus opportunè eis ꝓſtandis, dandis, ꝓcurandis & ordinãdis, ac modo ſeu modis ac forma, & tempore acceſſus & receſſus ipſorum, & numero accedere volentium, tractandi, cõcordandi, cõcludendi, pactisq; quibuſlibet, ꝓmiſſionibus & obligationibus, etiam iuramento, ſi opus fuerit, per ipſos vtrinq; cõcorditer concludendi, firmandi, & roborãdi. Et nihilominùs quoſcunq; epiſcopos, ꝓlatos, principes, comites, nobiles, necnon ciuitates, magiſtratus, Scabinos, conſules, ac quaſuis alias perſonas eccleſiaſticas ac ſeculares, quouis nomine nuncupentur, de quibus videbitur, & comunitates, quatenùs huic ſacro cõcilio, dictisq; ꝓcuratoribus in hac parte ſuo nomine fauorẽ, conſiliũ, & auxilium, ac aſſiſtentiam, ſupradictisq; procuratoribus, nũcijs & ambaſiatoribus huc accedere volẽtibus ſaluoſconductus dent, ꝓſtent & impendant, petendi, rogãdi, exhortandi & requirendi, vbi & quotiès procuratoribus prædictis videbitur opportunũ. Omniaque alia & ſingula faciendi, agendi, exercendi & ordinandi, quæ pro præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibèt opportuna, etiam ſi maiora forent ſuperiùs expreſſis, ac mandatum exigerent magis ſpeciale. Promittens ſe ratum, gratum & firmũ perpetuò habiturum, quicquid per nominatos ſuos procuratores omnes aut duos ex ipſis, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit quomodolibèt in præmiſſis, ſeu à quolibet præmiſſorum. Acta fuerunt hæc in congregatione noſtra generali, præſentibus dictæ noſtræ ſanctæ ſynodi Baſileen notarijs & ſcribis infrà ſcriptis, ſub ſigillo reuerẽdi in Chriſto patris domini epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomagen, quo ad præſens vtimur, die Veneris 28. menſis Martij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo. locus obſcurus,

TAXATIO NOTARIORVM IN concilio Baſileen facta & limitata, Anno natiuitatis domini 1432. die 24. menſis Octobris.

Ita habetur in protocollo magiſtri Petri Bruneti notarij concilij Baſileenſis.

Pro citatione ad partes in cauſis beneficialibus ſimplicibus & alijs cauſis ciuilibus, ſi cum inhibitione, ſoluetur medius florenus Rhenenſis.

Si verò ſinè inhibitione, 8. blappard. Blappard
Itẽ in cauſis eccleſiarũ cathedraliũ, flor. 1. numi argẽtei equiualentis ferè Albo rotato aut ſtufẽro Brabãtico, ſpeciei, eſt, Baſileen & vicinis eorum maximè familiaris.
Item pro inhibitione ſimplici, ſine citatione, 8. blappard.
Item pro compulſoria, 8. blappard.
Item pro monitorio cum citatione, flor. 1.
Item pro ſequeſtratiõe fructuũ, flor. 1.
Item pro ſimplicibus mandatis contra præſentes, 1. blappard.
Item pro folio regum, dummodò ſint in qualibet parte folij 30. lineæ, & in qualibet linea 8. dictiones, 15. folia pro vno flor. Rhenenſi.
Item pro 30. folijs copiæ de ſimili forma ſcripturæ, 1. flor.
Item pro examine teſtium, vbi eſt numerus articulorum infra decẽ, quarta pars flor.
Si vltra quantumcunq;, ſemp pro decẽ addatur & ſoluatur alia quarta pars flor.
Item pro nota ſententiæ, 2. flor.
Item pro inſtrumento ſententiæ, 2. flor.
Item pro executione ſentẽtiæ ſub ſigillo iudicum, prout ſuprà de monitorio: tamẽ inſpiciendum eſſet, ſi eſt magna quãtitas ſcripturæ, tunc ſuperaddatur alter dimidius florenus.
Item pro inſtrumẽto priuato alicuius actus concilij, 8. blappard.
Si verò ſcriptura duplicabitur, etiam duplicabitur ſalarium: aut aliâs ad quãtitatem ſcripturæ habeatur reſpectus.

Item à pauperibus non valentibus ſoluere recepto priùs ab eis iuramento, nil recipiatur.

Item curſor preſentans ſupplicationem ſiue commiſſionem, non recipiat vltra duos blappard.

Item pro actu citationis, vnus blappard.

Item pro executione citationis in valuis, vnus blappard. &c.

QVODDAM CONCESSVM concilij extra ſeſſionem publicam pro ſuppoſitis ipſius concilij ſequitur, factum anno domini 1433. octaua Maij, in concilio Baſileenſi.

PRo incremento huius ſacri concilij & tuitione perſonarum ad illud confluentium, & vt decreta ipſius inconcuſsè obſeruentur, & ſtabilita permaneant, vult hæc ſancta ſynodus, ſtatuitq; pariter & ordinat & declarat, q̄ oēs & ſingulæ antelationum prærogatiuæ, per ſanctiſſimum dñm Eugenium papam IIII. ſub quacunque verborum forma familiaribus ſuis, continuis commenſalibus, ipſiusq; & ſedis Apoſtolicę Officialibus, necnó curtiſanis Romanam curiam ſequentibus conceſſæ & concedendæ, quo ad aſſecutionem beneficiorum eccleſiaſticorum, canonicatuum, præbendarum ac dignitatú, perſonatuum, Adminiſtrationú vel officiorum, quę vigore gratiarum expectatiuarum expectabant, expectant, ac in anteà expectant, tam quo ad præſentes in hoc ſacro Concilio, quàm familiares, Officiales & præſentes in dicta curia, ac quoſlibet alios à tempore publicationis decreti, quo curiales & Officiales dictæ curiæ monebãtur à Romana curia recedere, ad ius commune cenſeãtur reductæ: nullusq; ex familiaribus & Officialibus & alijs p̄dictis vigore quarumcunq; prærogatiuarum in aſſecutione beneficiorum, canonicatuum & præbendarum ac dignitatum, perſonatuum, Adminiſtrationú, vel beneficiorum alteri præfertur, ſed ius commune inter ipſos hincinde ſeruetur, in contrarium facientibus non obſtantib⁹ quibuſcunque.

IVRAMENTVM AMBASIATORum domini papæ, quod præſtiterunt in plena congregatione habita in vno die ſabbati, & die Lunæ immediatè ſequenti celebrabatur SESSIO 17.

ANNO dñi M. CCCC.XXXIIII. octaua menſis Aprilis, videlicet die Sabbati in plena congregatione ſacri concilij, Ambaſiatores ſanctiſſimi dominj noſtri Papæ moderni fuerũt recepti in ſacro concilio, & iurauerunt ſecundum ſchedulam quæ ſequitur, proprijs nominibus, ſcilicet fideliter laborare pro ſtatu & honore concilij Baſileen, & eius decreta defendere & manutenere, & ſpecialiter decretum Concilij Conſtãtienſis, cuius tenor ſequitur & eſt talis: Primò, quòd generalis ſynodus Conſtantien, necnon quæcunque alia ſynodus in ſpiritu ſancto legitimè congregata, generale concilium faciens, Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet, cuiuſcunq; ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quę pertinent ad fidem, extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris. Vide definitionem cõcilij Florẽtini, & nullã retractationum Pij 2.

Item declarat, q̄ quicunq;, cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi, & cuiuſcunque alterius concilij generalis, legitimè congregati, ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo. Antiquitus eccleſia docuit & ſentit primam ſedem à nemine iudicari.

Item dare ſanum & ſalubre conſiliũ ſecundùm Deum & conſcientias ſuas, & non reuelare vota ſingulorum, inquantum ex huiuſmodi reuelatione veriſimiliter poſſit oriri aliquod odium vel ſcandalum, & non recedere à loco huius Concilij ſine licentia obtenta à deputatis eiuſdem,

CONCORDATA DEPVTAtionum.

COncordant tres deputationes, quòd omnes appellationes ab hoc ſacro cõcilio emanatæ, & q̄cunque inde ſecuta & ſequẽda, caſſentur, irritentur & annullentur. Et tam iudices q̄ commiſſarij, partes, procuratores & notarij, qui circa præmiſſa culpabiles reperti fuerint, moneantur etiam per edictum & debitè puniantur. Et ad hoc dati ſunt Executores in deputatione reformatorij, vicarius Friſingenſis: In deputatione pro communibus, Magiſter Guillermus de Conſtantia: In deputatione pacis, dominus epiſcopus Lectorẽſis. Quarta verò de fide, concordat cum eiſdẽ deputationibus, dum tamen excipiatur perſona domini ducis Sabaudiæ, & pro eadem deputatiõe fidei, datus deputatus dominus præpoſitus Gueznenſis. Quodq; ex parte ſacri cõcilij ſcribatur eidem duci ſuper materia huiuſmodi Lauſanenſis. Quodq; concilium paratũ eſt ſibi & cuicunq; de ſuppoſitis concilij querulanti, iuſtitiam miniſtrare. Et ſi opus ſit, eidem tranſmittentur viri notabiles p̄ actu huiuſmodi.

Item concordant quatuor deputatiões, q̄ cõtra appellantes ab hoc ſacro Concilio, ſeu à iudicibus & cõmiſſarijs ab eodem cõcilio deputatis extra hoc ſacrum concilium, intimantes q̄; huiuſmodi appellationes, ac illis deferentes, ac notarios indè inſtrumenta recipientes, necnon contra illos q̄ literas quaſcunq; tàm à Romana curia quàm aliundè extra locum ſacri concilij emanatas, contra incorporatos huic ſacro cõcilio exequuntur, & procurant exequi. Et ad p̄cedendum contra huiuſmodi appellantes, intimantes, & alios prædictos fuerunt deputati, pro deputatione pacis, dominus epiſcopus Lectoren, pro deputatione reformatorij, vicarius Friſingenſis: pro deputatione fidei, præpoſitus Gueznenſis: Pro deputatione de communibus, dominus patriarcha Aquilegien, qui contra prædictos procedãt cum poteſtate citandi in loco huius ſacri concilij, extra & ad partes etiam perſonaliter & per edictum, illosq́ puniendi & caſtigandi vſq; ad priuationem officiorum & beneficiorum, atq; ad in futurum obtinẽda inhabilitãdi, prout iuſtitia & criminis qualitas poſtulant & requirunt, ac eis videbitur expedire: ita tamen, q̄ corã altero ex eis in cauſis huiuſmodi poſſit procedi vſq; ad ſententiam excluſiuè, q̄ tunc conſenſu maioris partis interuenientis poſſit promulgari, & p̄cedendi ſimpliciter ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij omnium iuris & ſtyli ſolennitate atq; terminorũ obſeruatione ſemotis, ſola tñ facti veritate inſpecta.

Ita concordârunt dñi de duodecim die Iouis 15. Septembris, Anno dñi 1435.

Die Veneris 16. mẽſis Septembris, Anno 1435. in generali congregatione, præſidente in eadem reuerendiſſ. dño cardinali legato, Lectis concordatis dñorum de duodecim, inter quæ concordata ſupradicta fuerunt, reuerendiſſimus dñs cardinalis legat⁹ nomine & authoritate ſacri concilij, iuxta concordata dictorum dñorum de duodecim, more ſolito concluſit.

PRAEROGATIVAE GRADVatorum incorporatorum in ſacro concilio Baſileen, expedita 2. Decembris 1435.

SAcroſancta &c. Ad futurã rei memoriã. Plaſmatoris omnium, qui gradus & formas humani generis per hæc ſpiritualia & temporalia bona diſponens, quoſdã diuini ſui muneris bñficio ad p̄fugandas ignorantiæ tenebras p̄ſpicuæ veritatis arcanarũ rerum ſic illuminat dogmatibus, vt velut ſplendor firmamenti & ſtellæ in perpetuas æternitates, in Eccleſia DEI fulgentes, tam publica q̄ priuata eruditionis & iuſtitiæ aſſiduè cõmoda procurãt, quantùm poſſum⁹ & p̄mittit, inſequendo veſtigia, ipſorũ præſertim, qui vineã dñi ſedulò colunt, peculiaribus fauorib⁹ digno cõpenſationis munere duximus confouere. Sanè dudum D. Eugenius papa IIII. nonnullos Romanã curiã pro tempore ſequentes, & quoſdã alios ſpecialibus fauorib⁹ & varijs antelationũ gratiarũ p̄ſequens p̄rogatiuis, quibus eos voluit anteferri dilectis Eccleſiæ filijs in theologia magiſtris, & in altero iuriũ doctoribus, ac cum rigore examinis Licentiatis, & in theologia, ac altero iurium huiuſmodi baccalaureis, in vinea dñi nobiſcũ quotidiè laborantibus, in aſſecutiõe bñficiorum, q̄ vigore gratiarũ expectatiuarum eis per dictum dominum Eugenium conceſſarũ expectãt, graue præiudiciũ generauit. Nos itaq; licèt dudum, quòd dictæ antelationes p̄rogatiuæ noſtræ congregatiõi incorporatis, ſiue eorũ familiaribus, obſequijs ipſorũ inſiſtẽtibus, nullũ p̄iudicium generare poſſent aut deberent, ſub cunctis modo & forma ſtatuiſſemus atq; ordinaſſemus: tñ circa ſtatum & cõmodum dictorũ magiſtrorũ, licentiatorũ & baccalaureorũ p̄dictorum, qui pro tractandis vniuerſalis Eccleſiæ negocijs p̄uigiles in vinea dñi nobiſcum ſolicitudines impendunt, ne ipſi denario ex dicta vinea defraudarentur, vberiùs prouidere cupientes, æqua librata conſideratione huiuſmodi promotorũ, authoritate vniuerſalis eccleſiæ tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, volumus atque ordinamus, q̄ doctores, licentiati, & baccalaurei ſupradicti, illi videlicet, qui nobiſcum pro vniuerſalis eccleſiæ negocijs exequendis per annum in eadem vinea laborauerunt, in aſſecutione beneficiorũ ſuorũ eccleſiaſticorũ, cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & p̄bendæ, dignitates, perſonatus, vel officia, integræ vel dimidię portiones, præſtimonia & p̄ſtimoniales portiones, ſeu adminiſtrationes, in metropolitanis aut cathedralibus vel collegiatis eccleſijs fuerint, quæ exnunc vacãtia & in anteà vacatura, vigore earundẽ gratiarũ ritè acceptauerint, & de illis ſibi prouideri fecerint, omnibus & ſingulis alijs doctoribus ſimilibus, magiſtris, licentiatis & baccalaureis ac alijs quibuſcunq; antelationum gratiarum huiuſmodi prærogatiuis, aut quibuſuis alijs gratijs eis à domino Eugenio etiam motu proprio, ſeu quacunque alia verborum forma, etiam priore datis & conceſſis, huiuſmodi beneficia expectantibus, etiam ſi vigore dictarum gratiarum in canonicos ſint recepti, & diligentiores in proceſſibus exiſtant, ſanctæ Romanę eccleſiæ cardinalibus & veris ſine fraude receptis familiaribus, continuis cõmenſalibus eiuſdem Eugenij papæ, & dictis incorporatis doctoribus, magiſtris, licentiatis & baccalaureis æqualiter graduatis, & ſimilibus Apoſtolicæ ſedis officialibus, & his qui earundem gratiarum prætextu, beneficia prædicta aſſecuti exiſtunt, duntaxat exceptis, in aſſecutione beneficiorum huiuſmodi præferantur. Et inſupèr inter graduatos incorporatos prędictos talem ordinem volumus obſeruari, quòd magis graduatus, minùs graduato in aſſecutione beneficiorum prædictorum præferatur, & inter æquales eorundem ius commune conſeruetur, nõ obſtan-

Dan. 12. b

ſtantibus omnibus ſupradictis, ac voluntate, ſtatuto, atque decreto Eugenij papæ: quę quo ad incorporatos graduatos per annũ nobiſcum laborantes, huiuſmodi, vt prędicitur, volumus haberi pro infectis, nulliusq; exiſtere roboris vel momenti, ac conſtitutionibus, ordinationibus, indultis, nominationibus, facultatibus & cõceſſiõibus Apoſtolicis quibuſcunq;, regibus, principibus, ducibus, prælatis, perſonis & vniuerſitatib⁹ conceſſis, aut in poſterum quomodolibèt concedẽdis, atq; noſtris, de quib⁹ eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habẽda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo &c. Datum Baſileę tertio Nonas Auguſti, Anno milleſimo quadringenteſimo triceſimoquinto &c.

RESPONSIO FACTA AMBAſiatoribus domini Imperatoris ſuper facto Bohemorum in generali congregatione, die Sabbati vigeſimanona Octobris, 1435.

HAec ſancta ſynodus, matrem vniuerſorum Chriſtifidelium, ſanctã videlicet vniuerſalem Eccleſiam, repræſentans, materna pietate ſolicita, optãs multis animarum & corporum periculis obuiare, atq; regnum Bohemiæ & Marchionatum Morauiæ reducere ad pacis tranquillitatem & eccleſiaſticam vnitatem, ſine quibus nec ſalus eſt animarum, nec ꝓſperitas rerum. Imperialis etiam ſerenitatis, quæ tam per illuſtrem principem quoque Guilhelmum ducem Bauariæ, cuius anima Deo viuat, quæ protectoris eiuſdem ſynodi officium ipſius vice gerebat, quàm per alios oratores pluribus vicibus eãdem ſynodum deprecata eſt, quatenus propter effectus prædictos, quantum ſalua fide & eccleſiæ honeſtate fieri poſſet, hæc ſancta ſynod⁹ benignè condeſcendere dignaretur, cum multa benignitate & pietate materna condeſcendit ad hoc, quòd ipſis Bohemis & Morauis ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem, & pacem realiter & cum effectu in omnibus alijs, quàm in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, fidei & ritui vniuerſalis Eccleſiæ conformibus illi & illæ, qui talem habent, communicarent ſub vtraque ſpecie &c. prout in capitulis ſuper pace & vnitate, inter huius ſacræ ſynodi legatos & generalẽ congregatiõem dictorum regni & marchionatus concordatis & formatis, latiùs cõtinetur. Per quæ quidem capitula ſic concordata & formata, ſperabatur aſſiſtẽte diuina gratia perfici pax & eccleſiaſtica vnitas peroptatæ, ſi ipſa capitula fuiſſent ad debitã executionem deducta, prout hoc ſacrum concilium per ſe promptum exhibuit: & ipſos Bohemos repetitis vicibus requiſiuit. Sed pro parte ipſorum Bohemorũ vſq; ad præſens ſtetit à tempore cõcordiæ & reformationis dictorum capitulorum ferè biennio adijcientibus his, quæ pro ipſis Bohemis negocia gerunt, difficultates plurimas, & petentibus plura, quæ nedum ſunt vltra compactata, ſed eiſdem compactatis ſanè & ſyncerè intellectis aduerſa. Et nunc nouiſſimè in diæta Brunnæ habita, poſtq; ab ambaſiatoribus huius ſacri Concilij nõnulla poſtulauerant minùs congrua, etiàm ab Imperiali ſerenitate petiẽrunt, quòd ſua ſerenitas perſonaliter cum eis in perceptiõe communionis ſub vtraque ſpecie conueniret, ac Capellanos haberet qui ſic populo miniſtrarent. Et quòd nullus eſſet in conſilio eiuſdem & negocijs dicti regni, qui ſic non communicaret. Et quòd religioſi monachi vel moniales, ſine conſenſu archiepiſcopi & domini communis loci, non admittantur. Et quòd ipſi habeant ſibi eligere archiepiſcopum, qui ſic electus, habeat confirmare: & nonnulla alia, q̃ non ſolum vergunt in derogationem eccleſiaſtici ordinis & authoritatis, ſed etiam contra ſynceram intelligentiam dictorum compactatorum, indultum libertationis communionis ſub vtraq; ſpecie, in coactionem conuertendo, & declinando à conformitate quam in reliquis habere debent cum reliquo populo Chriſtiano. Et talia & taliter locuti, qui pro eis loquebantur, non videbatur multum ſperandum de ſtabili reductione ipſorum. Vndè licèt exiſtimetur, hæc non procedere de communi voluntate baronum, nobilium & procerum, ſed immitti vel ſubmitti ab aliquibus contra pacem publicam propter priuata commoda machinantibus, ne tamen his modis tractatus inutiliter differatur, hæc ſancta ſynodus cupiens non tegere vulnus, ſed ſanare: ante omnia vult certificari, an dicti Bohemi velint ſtare purè & ſimpliciter in cõpactatis, & ea ſine vlteriori dilatione ad executionem deducere, & à p̃dictis petitionibus & alijs huiuſmodi penitus abſtinere, & certa effici, ꝙ ceſſet omnis ſpecies prædicta vel alia ſimilia, quæ ad Eccleſiæ diſpoſitionẽ pertinent, ab aliqua ſeculari poteſtate ipſos poſſe obtinere, & ꝙ ad communionem ſub vtraque ſpecie, nullus modo aliquo directè vel indirectè compellatur.

Si autẽ de his, quæ ad Eccleſiæ diſpoſitionem pertinent, pro vtilitate dictorum regni & marchionatus aliqua voluerint poſtulare, quæ compactatis non obuient ſupradictis, ab hac ſacra ſynodo poſſunt poſtulare, quæ tanquàm pia mater, quantum ꝓ ſalute & vtilitate ipſorum iudicauerit expedire, prouidebit. Et quantum ad difficultatem illam, quæ orta eſt ſuper vltima particula quarti articuli, vbi ſic ſcriptum erat, in declaratione ab hac ſacra ſynodo facta, *ipſam bona eccleſiæ ab alijs q̃ ab his, q̃bus *ipſaq; adminiſtratio canonicè eſt cõmiſſa, vſurpari ſine

ri ſine ſacrilegij reatu non poſſunt, licèt hãc veritatẽ, quã non nunc nouiter hæc ſancta ſynodus protulit, ſed ſancti doctores, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, & alij plures ſancti doctores, & antiquorum ſanctorũ conciliorũ & ſanctorum patrum inſtituta repetitis vicibus protulerunt: credendum non ſit, ꝙ ipſi Bohemi reſpuere velint. Quia tamen dicunt cum ambaſiatoribus huius ſacri concilij ſuper mutatione verborum aliter conueniſſe, Legatis huius ſacri concilij certum modum ponentibus, & ipſis Bohemis vel ſuis aliâs aſſerẽtibus, hæc ſancta ſynodus Ambaſiatoribus ſuis contulit poteſtatem, quòd habita certificatione de prẽmiſſis, propter hæc aut ruptura tractatuũ, aut dilationis occaſio nulla erit.

Originale, ex quo hæc excerpta ſunt, nihil ampliùs habuit.

SENTENTIA DOMINI PAtriarchæ Aquilegienſis.

CHriſti nomine innocato, de cuius vultu omne procedit iudicium, per hanc noſtram ſententiam quam pro tribunali ſedentes ferimus in his ſcriptis, pronunciam⁹, decernimus & declaramus dictos ducem, conſiliarios, procuratores, aduocatos, nobiles, culpabiles, locatenentes, & quoſcunque alios quõlibèt obnoxios anathematis & excommunicationis, communitatemq; interdicti contentas pœnas & ſententias incidiſſe, pro & ex eo, quòd ciuitatem, caſtrũ, terras, villas, loca, iura, iuriſdictiones & dominia, ac alia ſpoliata, occupata & detenta, ad eccleſiam Aquilegien̄ (vt ꝓfertur) ſpectãtia, iuxta monitorij tenorem, dicto Ludouico patriarchæ non reſtituerint, neque cauſam ſeu cauſas rationabiles, cur monitorio nſo parere nõ deberẽt, allegantes, docuerint, & ꝓ talibus habendos, denunciandos, reputandos, vitãdos & tractandos fore tandiu, & quousq; dux, cõmunitas, conſiliarij, ꝓcuratores, aduocati, nobiles, locatenentes, & alij obnoxij p̃dicti, ciuitatẽ, caſtrum, terras, villas, loca, iura, iuriſdictiões & dñia: ac alia ſpoliata, occupata ſeu detenta, ad ipſam eccleſiam Aquilegien̄ (vt p̃dicitur) ſpectãtia, p̃fato Ludouico patriarchæ abſq; dolo & fraude, ſeu alicuius excuſationis interuentione, omninò vnà cum fructibus perceptis & qui ꝓcipi potuerint, reſtituerint liberè cum effectu. Ipſumq; Ludouicũ patriarchã integrè reſtitutũ eccleſię Aquilegien̄ in ſpiritualibus & temporalibus pacifica ſinant poſſeſſione gaudere, & ad gremiũ S. matris eccleſiæ reuertentes, abſolutionis meruerint bñficium obtinere. Necnon ipſos ducem, communitatẽ, conſiliarios, ꝓcuratores, aduocatos, nobiles, locatenentes, & alios obnoxios p̃dictos, in expenſis in ipſa cauſa factis, condemnandos fore & condemnamus, ipſarũ expenſarũ taxationẽ nobis in poſterum reſeruantes, ſupplentes omnes defect⁹ qui in huiuſmodi interueniſſent proceſſu. Datũ Baſileæ in cõgregatione generali, 22. die menſis Decembris, Anno 1435.

M. CCCC. XXXVI. DIE MARtis tertia Iulij ferebatur præſens ſentẽtia diffinitiua.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileen̄, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, vniuerſalẽ eccleſiã repręſentãs, inuocato Chriſti nomine, de cuius vultu omne iudicium ꝓcedit: exactis, habitis, & ꝓceſſibus factis in cauſa Traiecten̄ eccleſiæ per hanc ſententiam diffinitiuam in his ſcriptis diffinit, decernit & declarat, Rodolpho de Diepholt nullum ius in eccleſia Traiecten̄ præfata vel ad eam competijſſe, neq; competere, poſtulationemq; de perſona nobilis viri Vualrami de Morſa factam ad dictam eccleſiam Traiecten̄, authoritate vniuerſalis eccleſiæ admittit & recipit, ſupplendo ex certa ſciẽtia om̃es defect⁹, ſi q̃ forſan circa eãdem aut proceſſum cauſæ quõlibèt interueniſſent, vel interueniſſe allegari potuiſſent: mandãdo eundem Vualramum in poſſeſſiõem dictæ Traiecten̄ eccleſiæ iuriumq; & pertinẽtiarum omnium eiuſdem induci, recipi & mitti, ac inducit, recipit & admittit, ipſum eidem eccleſiæ Traiectenſi præficiendo in epiſcopum & paſtorem. dictumq; Rodolphum de Diepholt ab occupatione & detẽtione eorundem amouendo, quem per præſentes amouet ſub cenſuris & alijs quibuſcunque pœnis, proceſſus deſuper decerni mandando oportunos.

M. CCCC. XXXVI. DIE SABbati tertia Nouemb. fuerunt in congregatione generali publicata proximè infraſcripta.

COncordant tres deputationes, quia à nonnullis aſſeritur, ꝙ dñs noſter Papa conceſſit prærogatiuas in præiudicium incorporatorum ſeu incorporandorũ, eneruatiuas p̃rogatiuarum eiſdem incorporatis & incorporandis conceſſarũ ad manutentionem & defenſionem ſuppoſitorum concilij, ꝙ tales, ſi quæ per papam factæ ſint aut fuerint in futurum cõtra incorporatos, caſſentur & annullentur cùm clauſulis opportunis quibuſcunq;, in contrariũ facientib⁹ non obſtantibus. Deputatio de cõmunibus requiſita, non deliberauit.

EPISTOLAE CONcilij Baſileen̄, ſeorſim hîc collectæ, & ſecũdum datas earum, quantùm licuit, ordinatę.

EPISTOLA SACRI CONCILII BAſileenſis miſſa ad Bohemos.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileen̄, in Spiritu ſancto legitimè congregata, militantẽ eccleſiã repręſentans, vniuerſis & ſingulis ſacerdotibus

tibus, nobilibus, consulibus, clientibus, cęterisque regni Bohemiæ incolis, vnionem, concordiam, charitatem, & pacem in ᴅño nostro Iesu Christo. Dum eminentissimã redemptoris nostri dilectionem, qua pro nostra salute non dubitauit manibus tradi nocentium, & ignominiosissimæ mortis
Galat. 6.a 1.Pet.4.b subire tormentum, (quæ præcepit nobis, alterius onera portare, ac mutuam ante oñia charitatem habere) attentiùs cõsideramus, cum maxima cotdium nostrorum amaritudine vestram à nobis conspicimus dissensionem. Quamobrem ex intimis affectionibꝰ nostris cupimus, tam grauem & noxiam diuisionem & concordiam reuocare, vt oñium nostrûm sub vno pastore Christo, quẽadmodùm pauloantè fuerat, sit eadem credulitas & charitatiua dilectio, & eisdem spiritualibus pabulis in caulis refici mereamur ᴅominicis, prout latiùs ex epistola nostra à vobis reuerenter (vt certificati sumus) recepta, lucidè potuistis agnoscere, Quod & cõfirmauerunt oratores nostri Nurẽbergæ existentes, suis literis * vestris discretionibus
* nostris nouiter transmissis. Ex quibus grandẽ mutuæ vnionis spem concepimus. Testificamur enim coram Deo, magnam tristitiam & dolorem assiduum cordibus nostris inesse, de tam diuturna & meritò deflenda diuisione. super omnia pacem, cõcordiam, & in credendis salubrem vnionem, ex intimis affectionibus desideramus, quantùm Deus annuerit, perficere. Nec ab hac synodali cõgregatione quouis modo intendimus discedere, donec omnia nobis possibilia pro votiua & optata nostrûm adinuicem vnione peregerimus, in ᴅomino sperantes, qui
1.Tim. 2.a præstò adest omnibus inuocantibus eum in veritate, quiq; neminem vult perire, sed omnes viam veritatis agnoscere, quòd piorum intercessionibus exoratus, & diligentijs humanis ad hoc (vt decet) exhibitis, Spiritus sancti illustrante gratia, mutuam concordiam & affectu ososissimè huiusmodi desideratam vnionem consequemur. In hoc autem ampliùs confidimus, quòd potissima medicina, talibus dissensionibus subuenire solita, parata est, sacra scilicet præsens synodus, cuius director est spiritus sanctus, eam deficere aut quoquo modo deuiare non pmittens, in his præsertim, quæ salutem animarum concernunt. Neque enim fieri potuit, qꝑ Christi oratio, qua patrem exorauit,
Lucæ 22.c ne Ecclesiæ fides deficeret, non fuerit exaudita. Est itaque certa regula, indeficiens mensura, cunctos fideles rectissimè regulãs, quæ credenda aut agenda sint, saluberrimè demonstrans. Adhortamur igitur vos in visceribus Christi, & in illa salute, quam à iusto iudice speratis, quatenus omnes vestros conatus ad tam sanctum & diuinum vniõis & concordiæ opus apponendo, viros timoratos in lege Christi exercitatos, communẽ salutem & pacem, non particularia cõmoda affectantes, de quibus vobis aliâs scripsimus, ad hoc sacrum conciliũ placeat * quantocyus destinare, quibus plenã & oñimodam securitatem accedendi, standi & redeundi, promptis & non fictis dabimus animis, atque apud quoscunq;, de quibus necessarium fuerit, seu etiam opportunum, ꝓcurare non omittemus, nec in aliquo deficiemus (quantùm vires nostræ suppetunt) tam salutiferæ & Deo gratæ operationi. Sup autem saluis conductibus ad hoc necessarijs, scribimus illustribus principibus, dominis marchioni Brandeburgeñ, Alberto Austriæ, & Ioanni Bauariæ ducibus, nobili Vlrico de Rosenberg, ac etiam cõsulibus Nurenbergeñ & Egreñ, necnon ambasiatoribꝰ nostris in locis vobis vicinis persistentibus. Accingimini itaque sacro fidei baptismate insigniti, operas vestras efficaces apponere ad regni vestri cum cæteris firmam pacem, concordiam & vnionem. Tædeat vos (quæsumus) cladiũ bellicarum, & hincindè tam horridorum flagitiorum perpetratorum, ac viribus totis communem animarum & corporum salutem procurare satagite. In his siquidem, ᴅeo authore, vobis coassistemus fideles cooperatores, hoc tamen * quantocyus fieri rogitamus, quatenus morũ omniumque statuum emendatiõi latiùs & efficaciùs intendere valeamus ad Dei honorem, & suæ immaculatæ sponsæ ecclesiæ sanctæ.
Phil. 4.d Pax autem Christi exuperans omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, vosque ad diuitias gloriæ & cognitionem veritatis ᴅeificæ perducere dignet. Datum Basileæ in nostra congregatione generali die Sabbati, octauo die mensis Martij, Anno à natiuitate ᴅñi 1432. sub sigillo reuerendi in Christo patris domini Philiberti episcopi Constantien prouinciæ Rothomagensis, quo de præsenti vtimur.

COPIA SALVICONDVCTVS collati à Concilio Bohemis.

SAcrosancta generalis synodus Basileen, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem ecclesiam repræsentans, vniuersis viris ecclesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Christo Iesu ᴅomino nostro. Dudũ hęc sancta synodus, inter alia sanctitatis opera, quæ proposuit & proponit, hoc principaliter cordi gerens, vt præclarũ Bohemiæ regnum in eadem vnitate cum alijs Christifidelibus cõiungatur, vos per suas literas syncera charitate requisiuit, vt ad sacrum concilium nuncios destinaretis, liberam eis offerens audientiam, saluumque conductum: quod sanctum opus vt eo maturiùs expediretur, venerabiles & religiosos viros fratrẽ Ioannem Nyder priorem domus Prædicatorum Basileen, in sacra pagina professorẽ, & Io-

& Ioannem monachum Cistertiensis ordinis conuentus de Mulenbrun, nuncios pro hac re solicitanda ad ciuitatem Nurenbergensem destinauit. Qui (vt nobis pridiè rescripserunt) literis exhortatorijs ad vos super hoc transmissis, vestras postmodum à vobis oblatæ pacis desideria amplectentibus, acceperunt, in quibus inter alia continetur, vt prædicti nostri nuncij ad Egram ꝓ finali conclusione aduentus vestri se transferant. In primis creatori modò gratias agimus, qui taliter huius rei disponit initia, vt finis optatus verisimiliter sequi speretur. Deinde, vt res ista, quę diuino potiùs quàm humano consilio cœpta esse videtur, debitũ sortiatur effectum, & vt tam regnũ vestrũ, q̃ totus mundus euidenter agnoscat, syncerũ purumq́; huius sanctæ synodi desiderium, ecce quod polliciti sumus per primas literas, iam nunc efficaciter exequi properamꝰ. Omnibus igitur illis personis, cuiuscunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis vel status existant, Ecclesiastici vel secularis, quas ad hoc sacrum concilium destinare voluerit is in eo numero, & pro tẽpore, & sub his modis & conditionibus, tam in standō, veniendo & redeundo, quàm in audientia prębenda, de quibus prædicti nostri ambasiatores vobiscũ aut vestris nũcijs in Egra vel alibi conuenerint, tenore præsentiũ plenissimum ac liberrimum saluumconductũ, verissimamq́; veritatem veniendi ad hanc ciuitatem Basileen, ibidemq́; manendi, & deinde ad præfatum regnum Bohemię redeundi, pura fide & integro corde concedimꝰ, & veraciter impartimur. In hoc quoq; saluoconductu omnes quascunque clausulas includi & contineri volumus, quæ pro plena & efficaci securitate eorum, in veniendo, standō & redeundo necessariæ sunt & opportunæ, & quæ de iure vel consuetudine in saluisc̃oductibus apponi debent aut solitæ sunt. Vniuersos autem & singulos Christifideles, reuerendos patres, archiepiscopos, episcopos, abbates, prælatos, & clericos, necnon illustres principes, reges, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites, vniuersitates, ac communitates ciuitatum, castrorum, & villarum, earumq́; consules, scabinos & officiales, & alios cuiuscunque conditionis & status, Ecclesiastici & secularis, quocunq; nomine cẽsentur, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur & obsecramus, eisq́; nihilominùs in virtute sanctæ obediẽtiæ authoritate à Deo vniuersali ecclesiæ concessa, districtè ꝑcipiendo mandamus, quatenùs prędictos nuncios & ambasiatores regni Bohemiæ huc venturos, cum omni charitate, benignitate & mansuetudine, veniendo, standō & redeundo pertractent: nec eis vel familiaribus eorum inferant, nec per aliquẽ inferri quoquo modo permittant quamcunque offensam, læsionem, aut iniuriam: alioquin aduersus contrarium facientes, tanquam turbatores pacis & vnitatis, ad debitas pœnas tam per censuram Ecclesiasticam, quàm brachium seculare, seueriter procedetur. Cæterum quod in primis literis rogauimus, nunc ad memoriam vestram reducimus, vt tales viros mittere huc velitis, sup quos spiritus ᴅñi quiescere speretur, mites videlicet, timoratos, humiles corde, pacẽ optãtes, & non q̃ sua sunt, q̃rentes, sed q̃ IESV Christi: qui nobis, vobis, & toti populo Christiano hîc pacem, & in futuro seculo vitam ęterñ donare dignetur: qui viuit benedictus in secula, Amẽn. Acta fuerunt hæc in congregatione generali nostra, præsentibus dictæ nostræ sanctæ synodi Basileensis notarijs & scribis subscriptis, sub sigillo reuerendi in Christo patris domini episcopi Constantiensis prouinciæ Rothomageñ, quo ad præsens vtimur, die Veneris vigesimaoctaua mẽsis Martij, Anno à natiuitate ᴅomini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

¶Litera missa regi Franciæ.

SAcrosancta generalis synodus Basileen &c. Christianissimo principi & serenissimo domino, domino regi Franciæ, salutẽ & omnipotentis Dei benedictionẽ. Pro q̃ pijs & populo Christiano necessarijs causis hoc sacrum concilium cõgregatum sit, iam diu literis ac nuncijs vestræ serenitati significauimus. aliud enim hæc sancta synodus non intendit, quàm vt hæreses, bella, ac vitia de populo Christiano extirpentur: & quanquàm in omnibus regnis ac prouincijs vbi bella vigent, pacem & concordiam firmare desideremus, ad vestrum tamen ꝑclarissimum regnum pacificãdum propensiùs oculos nostros dirigimus. Hæ igitur tã sanctæ causæ, ac memoria eorum quæ vestri præclarissimi maiores pro exaltatiõe fidei, & conseruatione Ecclesiæ catholicæ semp egerunt, firmam nobis spem præbent, quòd serenitas vestra huic sacro concilio, ex quo tot bona prouenire sperantur, omnẽ fauorem & auxilium impendet, atque omnia faciet, per quæ hæc sancta opera quæ proponimus, optatum consequentur effectũ. Sed & hanc nostram spem, quam de vestra serenitate concepimus, iam ad effectum DEI gratia perduci videmus. Audimus enim ecclesiæ Gallicanæ prelatos in ciuitate Bituricensi opera vestra conueniſſe, ibique spiritusancto illuminatos concluſiſſe sacrum hoc concilium Basileense fore nõ solum legitimè congregatum, quinimò hoc tempore permaximè necessariũ, vt in hoc loco vbi cœptũ est, sine dilatione aut mutatione continuetur atque compleatur: & pro subueniendo vniuersalis ecclesię necessitatibus, expedit vt ad id omnes, prẽsertim regni vestri Franciæ, proficiscantur: hinc equidem ma-

gnam lætitiam non immeritò ſuſcepimus, tum quòd Spirituſſanctus non patitur veritatis lumen latere ſub modio: tum quòd ex ea deliberatione fidei & Eccleſiæ magna & incrementa ſucceſſura ſperamus, pro qua re ipſi Spirituiſancto in primis, cui⁹ dono hoc factum eſt: deinde veſtræ ſerenitati gratias agimus, & eam dignis laudibus commẽdamus, quæ ad tam ſanctum opus diligentiam p̃buit. Ampliusq́; ipſam cõmendaturi ſumus, cùm hanc ſaluberrimam concluſiõem executiõi mandari ſentiemus. Quapropter eandem S. quanto efficaciùs poſſumus, deprecamur & obſecramus, vt quemadmodũ inter reges Chriſtianos anteceſſores veſtri ſemper primi fuerunt ad auxilium fidei & Eccleſiæ, propter quod Chriſtianiſſimi vocari meruerũt: ita maiorum veſtrorum imitando veſtigia, idipſum pro viribus & oñi ſtudio agere dignemini, omnemq́; operam dare, vt prædicta deliberatio tam laudabilis, & veſtrę ſerenitati ac regno veſtro honorifica, per celerem aduentum prælatorum veſtrorum ſimul cum inſigni veſtra ambaſiata ad hoc ſacrum concilium per rei executionem toti mundo illuceſcat. Ex quo & apud omnipotentem Deum meritum immortale, & apud homines ſummam laudem vbiq; conſequemini, & ipſam tandem vniuerſalem eccleſiam vobis quidem chariſſime princeps agendorum vrgens neceſſitas omnem dilationem expoſtulat amputari, eô permaximè, quoniam vt ab ambaſiatoribus noſtris, ad hæc tractanda tranſmiſſis, nobis inſinuatum eſt, aduentus Bohemorũ ad hoc concilium de proximo p̃ræſtolatur: qua in re regnũ veſtrũ inter cæteras Chriſtianitatis partes magna literatura refulgeat, ipſorumq́; prælatorum veſtræq́; ambaſiatæ præſentia, dante altiſſimo, ſit fructuoſa. Datum Baſileæ die nona Maij, 1432.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in ſpirituſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem eccleſiam repræſentans, reuerendis in Chriſto patribus, & illuſtribus ac magnificis dominis conſiliarijs Chriſtianiſſimi regis Franciæ ſalutem &c. Deſtinamus præfato Chriſtianiſſimo regi Franciæ literas infraſcripti tenoris:

Hîc inſerta fuiſſe intelligatur epiſtola præcedens, ad regem Franciæ miſſa: eamq́; bis eodem deſcribi loco, ocioſum tranſcriptoribus fuiſſe viſum: atque ideo omiſſam, alioquì non omittendam. In fine:

Cùm autem hæc omnium Chriſtianorum negocia communia ſint, & veſtra ſicut noſtra interſit, vt ſaluti Chriſtianæ reipublicæ conſulatur, veſtras paternitates & dominationes rogamus & exhortamur, vt pro honore & debito veſtro apud præfatum Chriſtianiſſimum principem efficaciter laborare velitis, quatenùs tam prælati Gallicanæ eccleſiæ, quàm ipſius Chriſtianiſſimi regis inſignis ambaſiata, prout tãtum principem decet, huc ad communem Chriſtianæ religionis vtilitatem ſine mora accedant. Datum Baſileæ, vt ſuprà.

MAGNIFICO DOMINO de Tremollia &c.

SAcroſancta &c. Magnifico domino N. de Tremollia &c. Cùm diuino munere vobis conceſſum ſit, vt gratiam in oculis Chriſtianiſſimi regis Franciæ inueniatis, & apud eum locum & authoritatem inter primos habeatis, meritò die noctęque cogitare debetis, vt ipſe Deus hanc gratiam vobis conſeruet & ampliet. Quod nullo modo melius conſequi poteſtis, quàm ſi fidei & Eccleſiæ defenſionem totis viribus procuretis. Certi ſumus ad notitiam veſtram diu perueniſſe, quemadmodùm pro hæreſibus, bellis ac vitijs ex populo Chriſtiano extirpandis, hoc ſacrum generale conciliũ, apud Baſileam congregatum legitimè ſit, quibus rebus cum nihil Deo gratius, & Chriſtianitati vtilius fieri poſſit, meritò ſperare poteritis, gratiam Dei, & hominum vobiſcũ permanſuram, ſi huic ſacro concilio fauorem vobis poſſibilem præſtiteritis. Itaque curare, quantùm in vobis eſt, debetis, vt hoc concilium à ſpirituſancto inceptum, veſtra opera & diligentia creſcat, & humana obſtacula, quæ illud quoquo modo impedire poſſent, pro viribus tollere & amouere. Qui enim aduerſus hoc concilium aliquid agit, cauſa eſſe videtur, vt hæreſes, bella, & peccata in Chriſtianitate perdurent. Qui verò illi fauet, eſt protector fidei, procurator pacis ac ſanctæ reformationis. Audimus prælatos eccleſię Gallicanæ apud ciuitatem Bituricen̄ conuenientes, inter ſe concluſiſſe, ad hoc ſacrum concilium proficiſci. Quæ res non ſolum præfato Chriſtianiſſimo regi ac regno ſuo honorem & vtilitatem maximam allatura eſt, ſed toti Chriſtianitati p̃fectum. propterea vos efficaciter rogamus & hortamur, vt apud ipſum dominũ regem diligenter intercedere velitis, vt prædicta concluſio per aduẽtum prælatorũ ad ipſum concilium ſimul cum ambaſiata executiõi demandetur. Ex quo (vt prædiximus), p̃culdubio gratiam Dei & hominũ vobis & veſtræ poſteritati comparabitis, & vniuerſalẽ Eccleſiam ad omnia, veſtrum ſtatum & honorem concernentia, exinde obligatam efficietis. Baſileæ vt ſuprà.

ARCHIEPISCOPO RHEMEN̄ Cancellario Franciæ.

SAcroſancta &c. Reuerendo in Chriſto patri dño Archiepiſcopo Rhemen̄ &c. Reſcripſit nobis venerabilis vir Prior Cõuentus Chamberiaci ordinis Prædicatorũ, ambaſiator noſter, quanto zelo huic ſacro concilio afficiamini, eiusq́; profectum deſideretis, & cum diligẽtia quæratis: pro qua re, quia cauſa Dei agitis, ipſe vobis in hoc & in alio ſeculo dignè retribuat. Eccleſia verò pro huiuſmodi fauore, quem ſibi impenditis, ſuarum orationum & meritorum apud Deum participem faciet, & ad oñia veſtrũ honorem & ſtatum concernẽtia obligatam ſe vobis meritò profitetur: In hac re, quæ veſtram paternitatem tanq̃ Chriſtianum & antiſtitẽ, non minùs tangit q̃ nos, nil aliud dicendũ videtur, niſi vt ſolita diligẽtia op⁹ hoc diuinũ proſequamini, ex quo cùm extirpatio hæreſum, pacificatio populi Chriſtiani, eradicatio vitiorum ſequi ſperetur, magnum apud Deũ meritũ, & apud homines laudem accepturi ſitis, optimè intelligitis. Scribimus Chriſtianiſſimo regi Franciæ, & ſuo concilio & quibuſdã particularibus apud eum potentibus, prout idem Prior ex veſtro concilio nos aduiſauit, & literarum copias hîc intercluſas mittimus. Si quid illud ad p̃ſecutionem iſtius rei, necnõ ad pacem p̃clariſſimi regni Franciæ, ad quã toto corde adſpiramus, faciẽdum videtur, vos maximè deprecamur, vt nobis ſignificare velitis.

¶ Archiepiſcopo Lugdunenſi.

SAcroſancta &c. ¶ Reuerendo in Chriſto patri domino Archiepiſcopo Lugdunẽſi, ſalutem &c. Cum magna iocunditate & exultatione audiuimus literas, quas ad nos & reuerendum in Chriſto patrem dñm epiſcopum Lauſaneñ cum aduiſamentis eccleſiæ Gallicanæ deſtinaſtis. Intelleximus ex his & aliorum relatu, quanta prudentia & ſolicitudine in congregatione prælatorum apud Bituris in fauorem huius S. ſynodi, immò toti⁹ Chriſtianitatis laboraueritis, & quid per medium veſtræ ſapientiæ ac diligentiæ ſpirituſanctus ibidèm concludi fecerit, hinc luce clariùs perpendimus, hoc ſacrum concilium ita ſtabilitum, vt iam modicum de humanis obſtaculis timeri poſſit. Hoc tam magnum ac felix nouum, quilibet veſtræ aſſcribit circunſpectioni: & quod ibì concluſum eſt, veſtra opera contigiſſe exiſtimat. Pro qua re ipſe omnipotens Deus, cuius cauſam tam laboriosè viriliterq́; defendiſtis, reddet vobis in cælis p̃miorũ mẽſuram bonã, confertã, coagitatã, & ſuperefluentem. Nos oñes quicunq; in hoc ſacro cõcilio ſumus, auditis his literis, mira in vos ferimur dilectione, & nomen veſtrũ ac laudes in ore omnium paſſim reſonant: vos patrem, defenſorem, ac protectorẽ ſacri concilij omnes appellant. Agite igitur optime antiſtes, quemadmodùm cœpiſtis, & opus tam laudabile veſtra virtute in eccleſia Gallicana inchoatum, enitimini ad finem p̃ducere, vt concluſio illa per celerem aduentũ p̃latorum re ipſa compleatur, p̃ſertim vt paternitas veſtra ſicut authrix fuit huiuſmodi deliberationis, ita prima ſit in exequendo. Nam cũ alij vos huc p̃ficiſci viderint, mox ſequentur. Aduentus veſter ad nos, iudicio omniũ multo vtilior reputatur, quàm proGreſſus ad vrbem. Timemus ne abſentia veſtra aut diuturna mora, ſacro concilio ſit damnoſa, & acceſſus ad vrbem in nihilo fructuoſus, ex his quæ à fide dignis percepim⁹: qui concilio aduerſantur, ita fixi in ſua opinione videntur, vt in perſuaſiõibus humanis modica ſpes haberi poſſit. Spiritui ſancto & nobis viſum eſt, vt omiſſo acceſſu ad vrbem, ad hanc ſacram ſynodum, quam ſpirituſancto regi non dubitamus, quanto citiùs properetis: verùm ſi in congregatione p̃latorum apud Lugdunum, putaueritis aliquandiu pro vtilitate concilij immorandũ, hoc veſtræ ſapientiæ committimus. Valete feliciter. ſcriptum Baſileę vt ſuprà & datum. Act. 15.

REGI POLONIAE ET ALIIS.

SAcroſancta &c. congregata, ſereniſſimo domino principi domino Vueladiſlao Poloniæ Regi &c. Regiæ dignitatis proſperum augmentum, ac omnipotentis Dei benedictionem. Nõ ambigimus, ſatìs diuq́ue diuulgatum eſſe apud veſtram ſerenitatem, ſacroſanctam hanc ſynodum in haç ciuitate Baſileeñ rectè congregatam exiſtere pro rebus eccleſiæ & omnium orthodoxorum promouendis & benè gerendis, pro vepriũ hæreticarum de finibus fidelium extirpatione, morum deformium in cunctis ſtatibus emendatione, proq́ue bellicarum rerum, q̃ prohdolor his temporibus populum DEI circundant, ſedatione: quibus nil dignius, & fideli populo ſalubrius ſub cælo valet afferri. Vndè ſi quis zelum dei in corde gerat, ſi quiſpiam principum ſalutem, ſubiectorũ atque communem profectum & vtilitatem, prout ad hoc tenetur, quærat, mox ſacrum hoc concilium dignificare, fauorizare & p̃mouere tenetur, eius ſanctiſſimis determinationibus firmiter inhærendo. Contraria verò & præiudicialia ſibi poſſetenus impedire, & vt auferantur de medio, totis viribus in Dei obſequiũ debet adſpirare. Quamobrem veſtram dominationẽ ac regiam celſitudinem, vt principem catholicum & fidei Chriſti fidelem propugnatorẽ, obſecramus, & exhortamur per viſcera miſericordiæ dei noſtri, quatenus ad tam neceſſarium & accommodum opus expediẽdum, & Deo duce perficiendum in populo fideli, placeat aliquos doctos & peritos diuinarũ & mundanarum rerum experiẽtia imbutos, ad hãc noſtram congregationem quantocyùs deſtinare: necnon reuerendos patres Archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, cæteroſq́ue q̃ de iure vel conſuetudine ſacris concilijs generalibus intereſſe tenentur, ſub veſtræ dignitatis iuriſdictione & protectione temporaliter conſtitutos, per literas veſtræ ſerenitatis ſolicitare, & modis alijs congruis inducere, vt non poſtponant ad conueniendum ilico nobiſcum: & prout præclara fama de veſtra celſitudine volat per orbem vni- Lucæ 6.

uersum, qualiter vt principem catholicum decet, cõtra perfidos hæreticos brachia potentiæ vestrę viriliter expandistis: sic exhortamur vestram serenitatem & deuotionem, vt in exaltationem sacræ fidei, feruenti animo sitate ad eorũdem inimicorum reductionem in vnionem fidei catholicæ operam continuò dare velitis, Christifideles ad hoc vijs ac modis conuenientibus inducendo & confortando, & si in quantum opus etiam manu armata pugnando & resistẽdo, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, fidei catholicæ incrementum, & Ecclesiæ sacrosanctæ continuam prosperitatem. quod vtique ad principatus vestri honoris titulum cedit pariter & decorem. Nec moueat vestrã dominationem rumor de dissolutione huius sacri concilij, si quis ad præsentiam vestræ serenitatis forsan delatus est, qui ex leuitate & sinistra suggestione haud dubium processit: Quoniam nostræ intentionis est, ad conseruationem fidei catholicæ & cunctorum fidelium consolationem, in laudẽ creatoris nostri firmiter perseuerare, cunctis Christicolis nobis assistentibus in vinculo charitatis, vsq; ad eiusdem sacri concilij felicem consummationem, ne increduli di-
Psalm. 13. cant in cordibus suis, Trepidauerunt timore vbi non erat timor, & glorientur in malitia sua, putantes nos sacræ fidei certamẽ declinasse. Confidimus etenim, quòd in hac sanctissima re considerata rectissima intentione, celsitudo vestra ardẽti desiderio nobiscum in vnum cõcurrat. Pro quibus omnibus pleniùs explicandis, Reuerendum in Christo patrem fratrem Aegidium Episco-
*Rosensem pum *Rosensem, ordinis fratrum Carmelitarum, exhibitorem præsentium ad vestram serenitatem curauimus destinare, cuius relatibus in præmissis placeat fidem credulam propensiùs adhibere. Spiritus sanctus sacri concilij author dirigat vestram illustrem celsitudinem in cunctis agendis ad vtilitatem Ecclesiæ sanctæ cum votiua prosperitate.
Datum Basileæ &c.

COPIA SALVICONDVCTVS concessi per concilium ambasiatoribus domini nostri papæ.

SAcrosancta generalis Basileensis synodus, in spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, venerabilibus Ioanni & Andreæ, Tarentino & Colossensi Archiepiscopis, ac Bertrando episcopo Magalonensi, necnon dilecto Ecclesiæ filio Antonio de sancto Vito vtriusq; iuris doctori, & Apostolici palatij causarum auditori, assertis sanctissimi domini Eugenij papæ ambasiatoribus, salutem & omnipotentis Dei benedictionẽ. Quanuis plenissima libertas & securitas omnibus ad hãc sacram synodum venientibus, & stantibus in ea, & ab eadem recedentibus, iuxta ipsius synodi decreta aliâs publicata, & saluoscon-

ductus plenissimos charissimi Ecclesiæ filij Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ac ciuium ciuitatis Basileensis notoriè vigeant, & propterea non opus esset vobis ad hunc locũ proficisci volentibus, saluumconductum petere, præcipuè cùm pro vtilitate & necessitate vniuersalis Ecclesiæ, ac pro honore sanctæ sedis Apostolicæ hoc sacrum concilium sit congregatum: Nihilominùs eadem sancta synodus vestræ postulationi, quantum cum Deo & honestate potest, satisfacere volens, tenore præsentium dat & concedit vobis & vestrũ cuilibet cum omnibus & singulis familiaribus ac equis & rebus omnibus vestris, liberum, plenum ac sufficientem saluumconductum, veramque securitatem ad hanc ciuitatem Basileensem veniendi, ibidemq; standi & morandi, & ad sanctissimum dñm Eugenium papam IIII. redeundi, & specialiter in publica congregatione huius sacri cõcilij seu priuatim coram ad hoc deputatis vel deputandis ab eodem concilio, omnia quæcunque & qualiacunque nomine & ex parte ipsius sanctissimi domini Eugenij papæ proponẽdi, explicandi, loquendi, ac tractandi & conferendi, cæteraq; agendi, *mediandi & finiendi, quę veri oratores seu ambasiatores dicere & agere de iure vel de consuetudine possunt & debent. Vultque ipsa sancta synodus hũc saluumconductum esse plenum ac plenissimum, in eoque includi omnes clausulas necessarias & opportunas, quæ de iure vel cõsuetudine in saluisconductibus apponi seu intelligi consueuerũt, ac easdem pro inclusis habet & apponit, ita vt plena securitate & libertate tam vos, quàm vestri familiares in personis & rebus vti possitis, sine vllo gra uamine aut offensione vel damno vel iniuria, tam personali quàm reali & etiam verbali, in veniendo, stando, & ad prædictum sanctissimum dominum papam redeundo, cum hac tamen conditione adiecta, quòd nec intra, nec extra aliquid attentetis coniunctim vel diuisim, per viam executionis aliquorum processuum, literarum vel mandatorum, per vos vel alios in læsionem huius sacri concilij, aut suppositorum eius: nec hoc accipiatis, quasi aliquid huiusmodi de iure fieri posse hæc sancta synodus hæsitet, cùm veritas sit & in secunda sessione declaratũ existat, qdquid in ꝓiudiciũ huius sacri Cõcilij attentẽ, id fore nullius roboris vel momenti. Sed ad euitandũ scandala q̃ cõtra talia tẽtantes cõtingere possent, vult etiam hæc sancta synodus, vt postq̃ ad vestra ꝓposita & explicata responsum dederit, vel vos requisierit, vt ad ꝓfatum sanctissimum dñm papã, relaturi q̃ vidistis & audistis, reuertamini, à dicta ciuitate infra octo dies à die requisitiõis cõputandos, in nomine Domini iter vestrum versùs ipsum sanctissimũ papam per viam rectam arripere debeatis,

ipsum

ipsum saltem vsq; ad metas Italiæ inclusiuè sine fraude & dolo continuando. Exhortaẽ insuper eadem sancta synodus omes & singulos Christifideles, cuiuscunq; dignitatis, gradus, status aut præeminentiæ existant, spirituales & temporales, etiam si regali, ducali, Archiepiscopali, episcopali vel alia quauis præfulgeant dignitate, vniuersitates & communitates, cæterisque quibus præsentes literæ exhibitæ fuerint, eisdemq; in virtute sanctæ obedientiæ mandat, vt si per eorum dominia, terras, territoria, ciuitates, oppida, castra, stratas, villas, castella, aut alia loca vos & quemlibet vestrum transire contingat, sub pœnis, sententijs, & censuris tam in Constantiensi & Senẽsi, quàm huius sanctæ synodi sacris decretis contentis & fulminatis, districtè iniungendo, quatenus vos & vestrum quemlibet cum comitiua huiusmodi securos, liberos & tutos, cum rebus & bonis vestris vniuersis ire, stare, & redire, sine molestia & impedimento permittant, de societate & cõductu à nobis requisiti, quoties opus fuerit, fauorabiliter prouidendo. Datum Basileæ in congregatione generali dictæ sanctæ synodi, die Veneris xviij. mensis Iulij, anno Domini 1432.

BVLLA PER CONCILIVM Basileense missa ad sacri imperij electores.

SAcrosancta &c. Venerabilibus archiepiscopis & dilectis Ecclesiæ filijs Nobilibus viris, ducibus illustribus sacri Romani imperij electoribus, salutẽ &c. Deus pius & misericors reges & principes in terra constituit, vt sanctuaria templaque sua defenderẽt, & veluti quadrigæ quidam arcam Ecclesiæ sanctissimam deportarent. Sunt ergo agri Dominici custodes, pontes, arces, & diuinæ humanęq; legis vehicula atq; portus: quamobrem si cõmissam eis curam intelligerent, nihil magìs se debere existimabunt, quàm vt Ecclesiã sanctã, pro qua Christus, ne periret, in cruce orauit, tueantur. Quod vbi fecerint, tũc rectè reges seu principes appellari poterunt, & Dei qui eos supra homines cõstituit, iudicia ministrabũt. Porrò in eo nunc tempore sumus, vt ipsorũ suffragia & auxilia eandem ecclesiam implorare oporteat, vt suam pietatem ostẽdere necesse sit, cuius fauoribus freti huc conuenimus, dum remedium nullum melius visum sit ad huiusmodi flagitia submouenda, q̃, vt sacrę synodi generalis accersitio haberetur, per cuius authoritatem, dissidia abususque abscẽti, tolli possent. Talis enim sacer Cœtus sæpè antiquum humani generis hostem deuicit, & deformitates ecclesiæ sustulit. Testes sunt Arriani, Nestoriani, Sabelliani, alijque hæresiarchæ, qui cùm philosophorum scholis expugnari non potuere, sacrorum conciliorum sententia euersi sunt. Denique quanta semper fuit ipsorum sacrorum generalium Conciliorum authoritas, canonica scriptura, quam vniuersalis recipit & dogmatizat ecclesia, demonstrat, dum quatuor synodos *& sacra Euangelia recipi iubet, *vt veluti quæ columnæ & bases quædam sint in firmamentum Christianæ religionis positæ. per eas enim Catholica fides quadam claritate coruscat, & hæreticorum impietas conculcatur. Alias etiam synodos sacris ritibus & legibus sacerdotũ radiantes, vt candelabra & specula militantis Ecclesiæ, coli amplectique suadet. Quamobrem dudum catholici principes cernentes populũ Christianum varijs occursibus indiès magìs ac magìs deprimi & labefactari, præterita tempora, quibus euenerunt similia recolentes, summoperè ad celebrationem generalis cõcilij intenderunt. Itaque sacra Constantiensis synodus inde profecta est, qua consultissimè sancitum fuit, vt decæterò generalia concilia certis statutis temporibus tenerentur, quasi ea præcipua semita videretur, per quam ad mores reformandos & pacem recuperandam esset asscensus. Denique & ad hanc deuenimus etiam authoritate domini Eugenij papæ moderni, vt tandem extirpatis hæresibꝰ, flagitijs & deformitatibus submotis, ac animis pacis dulcedine recreatis, quandoque sacer ordo refloreat, & leges ac mores diu perditi reuiuiscant. Eaque acta iam feliciter extitissent, nisi dicti domini Eugenij papæ impedimenta notoria obstitissent. Nihil enim adeò vacauit, quàm vt prætensa sua dissolutio huius synodi, effectui mandaretur, nunc nuncijs, nunc literis figmẽtis varijs refertis, cũctorum animos excitando, vt rei tam execrabili annueretur. Sed veritas quæ dum plenè defenditur, rarò vincitur, inuicta remansit: atq; amotis errorum nubibus, eam indiès prosperaturã minimè dubitamus. Proindè ingenti admiratione detinemur, cur tam adeò animi vestri erepti, tantoque ardore obscurari videntur, cùm obsecrare exhortariq̃; non desinatis, vt in processu aduersus eũdem dominum Eugenium incepto supersedere: immò id stupendum magìs extitit, monitorium suspensionis pœnam continens, relaxare ac alterare deberemus. An non cogitatis, quid idẽ dominus Eugenius patrauit, quid indiès indurato animo molitur? Iactata scilicet fundamenta recuperandæ quandoq; pacis & morum reformationis, euertere, dum sacratissimum hoc cõcilium tam legitimè inchoatum, nititur annullare. An non videtis, si suæ sententiæ pareatur, vt non solùm hanc synodum euanescere oporteat, sed ne decæterò aliæ fiant, facilè euenturum? profectò in id sua pergere videtur intentio, vt quod pro totius orbis salute, vestris & aliorũ principum consilijs auxilijsq; effectum est, momento excidat aboleaturque. Arbitramini

Vide Bullã Pij 2. qua defenditur Eugenius.

ergò, quãtum & quale quid ex humeris nostris pẽdeat, quid sit insuper quod rogatur, & à quibus id tam enixè rogatum sit: nempe Christianus populus, pacem esuriens, disciplinamque perditam repetens, ex nobis iustitiam expectat, si quis talia damnabiliter impedire vellet. Nos autem vniuersalis constituit ecclesia iudicaturos malignantiũ impietatẽ, vindicaturosq; eandem in dextera virtutis suæ. quod ergo nostrum non est, à nobis non expetite charissimi filij. Id piũ est rogare, quod decet & licet rogatos facere. Nostra siquidem cura ea præcipuè esse debet, nè vniuersalis Ecclesię authoritas cõtemnatur: atq; vt potestas q̃ sibi à Deo tributa est, illibata permaneat: quam violare idem dominus Eugenius notoriè visus est, dum hanc synodum præcipiti zelo dissoluere tentauit. Et quod est grauius, obstinatè perseuerare non desinit. Quomodò ergo rem hanc tam Ecclesiæ periculosam, dissimulare postergareq;, possumus, nisi tãti excessus participes esse velimus? Deniq; si impunis & inexpugnatus excessus huiusmodi relinquatur, quis vnquàm Romano pontifici, quanquam improbissimo, contradicet? quis in generalis concilij authoritate confidet? Cedat ergò vni hominũ * vnus homo? cunctáne eius arbitrio committantur? obliuiscamur Christum sæpè (vt euangelica doctrina testatur) potestatem clauium apostolis, in quibus repræsentabatur Ecclesia, tradidisse: & non in fide, quæ omnes catholicos complectitur, sed in solo Petro, ecclesiam fundauisse fateamur? Etiam Constantiense concilium illuxisse hominibus cõfiteamur, dum synodum generalem immediatè à Christo potestatem habuisse, etiam supra papam, in his quæ pertinẽt ad extirpationẽ hæresum, ac generalẽ reformatinnem in capite & in membris, declarauit. nõ hęc sunt, quæ conniuentibus oculis transire debeamus, sed seueritate opus est, dum leuia argumenta non prosunt. debuissemus quidem citiùs his rebus præscribere, & huiusmodi dñi Eugenij iacula refellere. Sed nunc dum vlterior expectatio onusta vndiq; est periculis, * mutãdum non erit. Quod ergo pridẽ vestræ literæ in generali sacra nostra cõgregatione recitatæ requirebant, vt ab vlteriori processu aduersus papã abstinere, & monitorium decretum relaxare dignaremur: libenter impleremus, nisi in ea re paratũ discrimen vniuersalis ecclesiæ appareret. Toties enim dilationes repetitas fomenta malorum & præcipuè contemptum ecclesiæ peperisse, exploratissimum est. Ignorasse autem vos videmus, dũ eas literas decreuistis, nouissimè instantissimis precibus charissimi Ecclesiæ filij Sigismundi Romanorum Imperatoris illustrissimi & eiusdem ecclesię aduocati, nos ad dies triginta eidẽ dño Eugenio terminum prorogasse. præfato enim Sigismundo ob tam ingentia merita inexplicabilesq; labores, quos hactenus pro vniuersali sustinuit ecclesia, nuncq; in præsentiarum sustinet, id negare minimè potuimus. Sed cùm nullam decæterò dilatiõem expetere, & decretis nostris liberè acquiescere pollicitus solenniter extiterit, prout in prorogatiõis decreto insertum est, & diximus & constituimus solenni in sessione, nullum alium decæterò ad cuiuscunque instantiam terminum præbituros. Minimè autem dubitamus, si hæc vobis innotuissent, quòd preces huiusmodi porrectæ non fuissent. Neq; ambigui sitis, si quid sit quod sine Christiani populi discrimine & animarum periculo fieri possit, non obliti ingentium meritorum vestrorum, & nec ignari quanta & qualia in vniuersis ecclesiæ commoda indiès efficere valeatis, quàm libenter vestram in complacentiam ageremus, faciemusq; Deo dante, dum ad talia se facultas obtulerit. Sinite ergo charissimi filij nos in iustitiæ dextera huiusmodi excessus propellere, & vineam dominisub veritatis clypeo reformare. Imitamini, obsecramus, Christianissimum ac potentissimum illum Romanorum Imperatorem Carolum Magnum, qui cùm Romæ synodo congregata, vt aduersus Symmachũ papam accusatores audiri deberent, interrogaretur, quã in partem iudicium suum penderet, Deo inspirãte, respondit: synodalis esse arbitrij, in tãto negocio sequenda præscribere & statuere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negocijs pertinere. Id quidem si facietis, vt certissimi penè sumus, apud Deum immortalem gratiam, & apud homines laudes amplissimas consequemini. Datum Basileæ &c.

Certè Petro vni dictum est, Pasce oues meas.

for. * omnis

Matt. 18. Ioann. 20.

In hac synodo episcopi omes dixerunt Carolo, sedem Apostolicã à nemine iudicari debere. Agebat autem non de Symmacho, sed de Leone 3.

LICENTIA EXERCENDI OFficium procurationis causarum sacro Basileensi durante concilio.

SAcrosancta &c. Dilecto ecclesiæ filio magistro Ioanni Creyt, Rectori parochialis ecclesiæ sanctæ Columbæ Colonien, ac literarum Apostolicarũ scriptori & abbreuiatori, salutem &c. Vitæ ac morũ honestas, aliaque virtutis opera, quibus splendere dinosceris, nos inducunt, vt te specialib⁹ fauoribus & gratijs prosequamur: hinc est quòd nos tuis supplicationibus inclinati, tecum qui in sacerdotio constitutus, ac Rector ecclesiæ parochialis sanctæ Columbæ Colonien, necnon literarum Apostolicarũ scriptor & abbreuiator, ac huic sacro concilio incorporatus existis, vt in quibuscunque causis beneficialibus, prophanis, ciuilibus, matrimonialibus, criminalibus ciuiliter intentatis seu mixtis, durante hoc sacro concilio, seu quousque ipsum sacrum concilium super hoc aliter duxerit ordinandum seu prouidendum, inibì officium pro-

procurationis causarum, quemadmodum in Romana curia authoritate Apostolica ac in sacro Pisano & Constantiensi Concilijs hactenus exercere consueuisti, liberè & licitè exercere & procurare in eisdem causis valeas, felicis recordationis Ioannis xxiij. & Martini quinti, ac aliorum Romanorum Pontificum constitutionibus & ordinationibus, etiam iuramentis per te super hoc forsan præstitis, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus, authoritate nostra tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus. Volumus autem quòd Ecclesia huiusmodi & alia beneficia ecclesiastica, quæ obtines, propterea non fraudentur eorum debitis obsequijs, sed animarum cura in Ecclesia, & onera in beneficijs ipsis incumbentia congruè exerceantur, decernentes insuper irritum & inane, si secùs super his per quoscunque quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Basileæ * Non Nouembris, Anno à natiuitate domini 1433.

EXECVTORIA PRESBYteri Lyrensis super sententia diffinitiua in curia Romana dudum cum inuocatione auxilij brachij secularis.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in spiritu sancto legitimè cõgregata, vniuersalem Ecclesiã repręsentans, venerabili episcopo Adriensi in hoc sacro generali concilio ad præsens commoranti, & dilectis Ecclesiæ filijs sancti Petri Turnouten, & sancti Petri Anderlechtensis Cameracensis diœcesis ecclesiarum Decanis, Salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Sua nobis dilectus Ecclesiæ filius Arnold⁹ Multoris, Rector parochialis Ecclesiæ sancti Gummari Lyrensis, plebanus nuncupatus, Cameracensis diœcesis, petitione monstrauit, quòd olim orta inter ipsum ex vna, & dilectum Ecclesiæ filium Dauidẽ Pyers de Lyra presbyterum dicta diœcesis super eadem parochiali ecclesia, & eius occasione partibus ex altera coram certo palatij Apostolici causarum auditore, ex commissione Apostolica materia questionis: idem auditor ritè & iuris ordine seruato procedens, diffinitiuam (per quã inter cætera dictũ Arnoldũ ab impetitione ipsius Dauidis absoluit, ac ipsum Dauidem in expẽsis coram eo factis condemnauit, expensarum earundem taxatione sibi in posterum reseruata) sentẽtiam promulgauit: quæ quidẽ sententia, nulla prouocatione suspensa, in rẽ transiuit iudicatam. Idem verò Auditor expensas ipsas ad certam florenorum auri summã taxauit, procuratoris ipsius Arnoldi iuramẽto, vt moris est, subsecuto. Quare pro parte dicti Arnoldi nobis fuit humiliter supplicatũ, quatenus super executione dictæ sententiæ & aliâs sibi in præmissis opportunè prouidere de benignitate singulari dignaremur. Nos de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per hæc nostra scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios, si ita est, sentẽtiam ipsam, sicut ritè & canonicè lata est, debitæ executioni per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia demandetis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: contradictores per censuram solennem, appellatione postposita, compescendo. Datum Basileæ 16. Calendas Decemb. Anno à natiuitate domini 1433.

Die 21. sabbati Nouembris dicti anni fuit decretus processus per dominum Iacobum Episcopum Adriensem, rogato ad hæc G. Martini de Turnout notario.

KAROLINA SVB LATIORI FORMA.

Dilectis Ecclesię filijs Abbati monasterij s. Baũôis Gãdeñ & Cameracen. ac S. Petri Louanicñ ecclesiarum Decanis, Tornacen & Leodien diœcesiũ, salutem.

SAcrosancta generalis Synodus Basileensis, in spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, venerabili episcopo Adrien & dilectis Ecclesiæ filijs sancti Liuini Zienxẽsis, ac sancti Seruatij Traiectẽsis supra Mosam, Traiectẽsis & Leodiensis diœcesis ecclesiarum Decanis, salutem & omnipotentis Dei benedictionẽ. Ad compescendos conatus nefarios peruersorum, qui personas & loca Ecclesiastica super bonis & iuribus suis offendere, ac multiplicibus perturbare molestijs non verentur: tãto magis per nos decet generale concilium de opportuno remedio prouidere, quanto per ampliùs turbationes huiusmodi & molestię in diuinę maiestatis offensam, necnõ Ecclesiasticæ libertatis dispendium redundare dinoscuntur. Dudum siquidem cùm in diuersis mundi partibus Consules ciuitatum & Rectores, necnon alij qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent Ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quàm sub Pharaone fuisset, qui legis diuinę notitiam non habebat, quiq; omnibus alijs seruituti subactis, Sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministrauit: in concilio Lateranensi Ecclesię immunitati prouidendo, sub anathematis districtione prohibitum extitit, ne consules, Rectores aut alij prædicti, Ecclesias & viros Ecclesiasticos tallijs seu collectis aut exactiõib⁹ alijs aggrauare præsumerent, transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subiacere, donec satisfactionẽ impẽderent competentem: Et etiam deinde in generali concilio editũ fuerit, quòd si episcopi fortè simul cum clericis, etiam si tantam necessitatem vel vtilitatem inspicerent, vt ablq; vlla

Gen. 47. d

coactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum non ſupperet facultates, ſubſidia per eccleſias laicis ducerent concedenda, minimè ſuper hoc conſulto Romano pontifice, conceſſiones & ſententiæ quæ à talibus vel de ipſorũ mãdato forent promulgatæ, eſſent irritę & inanes, nullo vnquam tempore valituræ. Ac etiam in ipſo generali Concilio decretũ extitit, illũ qui infra tempus ſui regiminis, ꝓpter fractionẽ conſtitutionũ vel ſanctionũ, huiuſmodi ſuſtineret anathema, tanq̃ poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitũ compellendus. Necnon ipſius ſucceſſorem, qui non ſatisfaceret infra menſem, manere Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfaceret competenter, cum ſuccederet in onere, qui ſubſtitueretur in honore Poſtmodũm verò felicis recordationis Honorius papa tertius attentè cõſiderans, quòd quõdam Fredericus ſecundus olim Romanorũ imperator, tunc ſub obedientia & deuotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem eiuſdem Eccleſiæ, & ſacri decus Romani imperij, cupiẽs, vt expurgatis quorũdam erroribus, & iniquis ſtatutis penit⁹ deſtitutis, decæterò Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, ac ſecura libertate gauderent: Ac piè & iuſtè attendẽs quòd quorundam peruerſorum iniquitas adeò abundauerat, vt non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confingere aduerſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita nunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ ciuitates & loca, poteſtates & conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem ECCLESIAE vel perſonas eccleſiaſticas ac bona huiuſmodi, edere aut ſeruare tentarent contra canonicas vel imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent, & ſi decæterò talia attentarent, illa ipſo iure decreuit eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos. Necnon locum, vbi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri, fiſco imperiali preceperat ſubiacere. Poteſtates verò, cõſules ſtatutarij, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, necnon conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata iudicarent, extũc eſſent ipſo iure infames, quorũ ſentẽtias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter nõ tenere. Quodq; ſi per annũ præfatarum conſtitutionũ inuẽti forent contemptores, bona eorum per totũ Imperiũ mandauit impunè ab oñibus occupari, ſaluis nihilominùs alijs pœnis, cõtra tales in eiſdem generalib⁹ concilijs promulgatis. Et inſupèr voluit idẽ tunc Imperator, quòd nulla cõmunitas vel perſona publica vel priuata, collectas ſeu exactiones, angarias vel perangarias Eccleſijs vel alijs pijs locis aut Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu ſuadere Eccleſiaſtica bona præſumerent: quòd ſi ſecùs faceret, & req̃ſiti ab Eccleſia vel Imperio, huiuſmodi emendare contemnerent, tripliciter refunderent. Et nihilominùs banno Imperiali ſubiacerẽt, quod ſine ſatisfactione debita nullatenùs remitteretur. Statuerat inſupèr, quod quęcunque communitas vel perſona per aurum in communicatiõe propter libertatẽ Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo iure ſimiliter dicto Banno imperiali ſubiaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſupèr ordinauerat, vt nullus Eccleſiaſticam perſonã in criminali quæſtione vel ciuili, ad iudiciũ ſeculare trahere præſumeret contra eaſdẽ canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales: quòd ſi ſecùs faceret, Actor à ſuo iure caperet, & iudicatũ non teneret, & iudex foret extunc iudicandi authoritate priuatus: quodq; iudices tẽporales, qui clericis & perſonis Eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam iuriſdictionem amitterent, conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, qui tunc erant, authoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mãdauit inuiolabiliter obſeruari: Necnon ſtatutarios & ſcriptores ac violatores ꝑdictos excommunicatos eadem authoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuæ memoriæ Caroli quarti etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quòd nõnullæ ſeculares perſonæ in poteſtatibus & Officijs publicis conſtitutæ, videlicet Duces, marchiones, comites, barones & alij domini temporales, necnon conſules ciuitatum, oppidorum, villarũ & locorum rectores, in diuerſis prouincijs eiuſdem Imperij, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinatiões motu proprio de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & eccleſiarum libertates, ac eorum priuilegia condiderant, illisq̃ de facto & publicè vtebantur contra Canonicas & legitimas ſanctiones, vtpotè quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam tranſferrentur, & ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ad agendum & teſtificandum in ciuilibus & maximè in pijs cauſis aliquatenus admitterentur: quodq̃ excommunicati laici, & publicè denunciati, in ciuili foro minimè repellerentur. Et inſupèr prædicti domini temporales, conſules & rectores, qui per ſecularem poteſtatem bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exi-

gerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum perſonarum earundem deuaſtarent incendijs & rapinis: Contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè ad libros ciuitatum, villarum & locorum prædictorum, inſcribere & ſigillare recuſarent: donataq̃ & legata ad fabricas Eccleſiarum ſtructuras, contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, temerè vſurpare præſumerent, ac in fraudem & odium Clericorum de bonis etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non cauſa negociationum, ſed & pro eorum proprijs vſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, telonium exigere & recipere non verebantur: & confugientes ad Eccleſias & eorum cœmeteria, de inde extrahere contra Canonicas & Imperiales ſanctiones huiuſmodi præſumpſerant & præſumebant. Idem Carolus Imperator tanquam Chriſtianiſſimus princeps, volens in præmiſſis prouidere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militum fideliumq̃ aliorum ſacri Imperij ſæpedicti conſilio, authoritate Imperiali quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædicta, tanquam per Canonicas & Ciuiles ſanctiones expreſſè reprobata, caſſauit, irritauit & annullauit, ac caſſa & irrita, nulliusq̃ eſſe voluit roboris vel momenti, præcipiens ſub Imperialis banni pœna, vniuerſis & ſingulis principibus & dominis temporalibus, conſulibus, poteſtatibus, & alijs in officijs publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus extunc eorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omninò reuocarent & de luce tollerent: quodq̃ ſecundum ea non iudicarẽt ampliùs, nec ſententias dictarent, aut de eiſdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronunciauit inſupèr & eadem decreuit authoritate, quòd quicunq; Laicus cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & ꝑpriæ temeritatis audacia ſacerdotem aut clericum ſeculare vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captiuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret vel eis fauorem prẽſtaret, præter pœnas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderẽt infamis, & omni honore priuatus, nec ad placita vel conſilia nobiliũ admitteret, quouis modo. Hortans inſuper in domino & requirens Eccleſiaſticos prælatos, in illis partibus, in quibus cõmitterentur talia, conſtitutos, vt legem Imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias & ſynodos publicarent, ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam, ſuam valerent in hac parte malitiam excuſare, prout in cõſtitutionibus & ſanctionibus conciliorum & Honorij prædictorum ac Imperialibus præfatis pleniùs contiuetur.

¶ Cùm autem, ſicut lamentabili querela dilectorum Eccleſiæ filiorum Abbatis & cõuentus monaſterij ſanctorum Cornelij & Cypriani * Niniuenſis, Præmonſtratenſis ordinis Cameracenſis diœceſis, Decani & Prouiſoris, ſingulorumq̃ beneficiatorum cum cura & ſine cura Decanatus Ruralis Vualacriæ Traiectenſis diœceſis, nuper accepimus, quòd nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, Milites, communitates, & alij ſeculares poteſtates, earundẽ conſtitutionum, & ſanctionum canonicarum & legalium forſan ignari, contra ipſas à Decano & Prouiſore ſingulisq̃ beneficiatis prædictis, ab Abbate, monachis & cõuentu monaſterij prædicti, eorundemq̃ ſubditis, communiter vel diuiſim, forſan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorſerunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona ipſorum communiter vel diuiſim Decani vel Prouiſoris, ſingulorumq̃ beneficiatorum prædictorum inuaſerint, arreſtauerint, occupauerint, detinuerint, & ſuis vſibus applicauerint, necnon occupare, inuadere, arreſtare, detinere, ac etiam eiſdem ſuis vſibus applicare ſimiliter de facto præſumant in animarum ſuarum periculum, necnon Decani & Prouiſoris, ſingulorumq̃ beneficiatorum prædictorum, Abbatis & conuentus monaſterij prædicti, eorundemq̃ ſubditorum huiuſmodi cõiunctim & diuiſim, non modicum præiudicium atque damnum: Nos in præmiſſis Decano & Prouiſori, ſingulisq̃ beneficiatis prædictis, Abbati, monachis & conuentui monaſterij prædicti, eorundemq̃ ſubditis, præſentibus & futuris communiter & diuiſim, de oportuno remedio prouidere volentes, diſcretioni veſtræ tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus vos vel duo vel vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, Decano & prouiſori ſingulisq̃ beneficiatis prædictis, Abbati, Monachis & Conuentui monaſterij prædicti, eorundemq̃ ſubditis prædictis, contra quoſcunque tranſgreſſores & violatores conſtitutionum & ſanctionum earundem, cuiuſcũque ſtatus, dignitatis & excellẽtiæ fuerint, efficacis defenſionis auxilio aſſiſtẽtes, non permittatis eos contra Canonicas & Legales ſanctiones & conſtitutiones huiuſmodi indebitè moleſtari. Necnon eaſdem Conſtitutiones & ſanctiones, vbi & quando expedire videritis, ſolenniter publicantes, faciatis tranſgreſſores & violatores huiuſmodi, ſi prout iuſtum fuerit, ac vbi & quotiès expedierit, tam diu excecratos & anathe-

locus obſcurus, quales ſuprà & infrà plures.

anathematizatos publicè nunciari, donec ab earundem talliarum,collectarum,impositionum & quarumlibet extorsionum,nec non bonorum decani & Prouisoris,singulorumque beneficiatorum prædictorum, Abbatis,monachorum, & conuentus monasterij prædicti,ac eorum subditorum,inuasione,arrestatione,occupatione, detentione & applicatione omninò desistant. Necnon etiam efficaciter restituant eisdem Decano &prouisori,singulisque beneficiatis prædictis,Abbati,monachis & conuentui,eorumq; subditis monasterij prædicti, occasione præmissorum per eos communiter vel diuisim læsis seu grauatis, tallias, gabellas & exactiones ipsas,ac etiã bona ipsorum Decani & prouisoris,singulorumque beneficiatorum prædictorum arrestata, occupata,detenta & applicata,communiter & diuisim, ipsis aut quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibèt receperint, immò veriùs temerè & illicitè vsurpauerint,à se liberè omninò relaxent,ac in manibus vestris iurauerint, quòd decæterò talia non committent,& ea committentibus non præstent auxilium, consilium vel fauorem,contradictores per censuram Ecclesiasticam & alia iuris opportuna remedia compescẽdo, inuocato ad hoc,si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Cæterùm si forsan huiusmodi trãsgressorum,aut violatorum,vel ea fieri mandantium,ipsisque consentientium seu dantium in illis per se vel alios directè vel indirectè,publicè vel occultè auxiliũ, consilium vel fauorem, præsentia promonitionibus & requisitiõibus per vos de ipsis fiẽdis,tutè,securè vel commodè haberi nequiret: Nos vobis monitiones & requisitiones huiusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica in locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis coniectura, quòd ad notitiam dictorum citatorum & monitorũ huiusmodi peruenire valeant, faciendi plenam & liberam cõcedimus tenore præsentium facultatem: volentes quòd monitiones,requisitiones & citationes huiusmodi, perindè ipsos citatos,requisitos & monitos (vt præmittitur) *arcẽt,ac si eis factæ & insinuatæ præsentialiter & personaliter extitissent. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij papæ octaui,quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem vel diœcesim,nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudiciũ euocetur: seu ne iudices extra ciuitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere,aut alij vel alijs vices suas committere,seu aliquos vltra vnã diætam à fine diœcesis eorundem trahere præsumant: dummodo vltra duas dietas aliquis authoritate præsentium non trahatur,ac de personis vltra certum numerũ ad iudicium non vocandis, quàm alijs constitutionibus Apostolicis contrarijs quibuscũque: Aut si aliquibus communiter vel diuisim à sede Apostolica indultum existat, ꝙ interdici,suspendi vel execrari,vel extra vel vltra certa loca ad iudiciũ euocari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam,ac de verbo ad verbũ, de indulto huiusmodi mẽtionẽ. Datum Basileæ *duodecimo Calendas Maij, Anno à Natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto. *16. Calẽd. Iulij.

*arceant,

BVLLA PRAEROGATIVARVM concessarum incorporatis Concilio, expedita pro domino Archidiacono Metensi.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis,in Spiritusancto legitimè cõgregata,vniuersalem Ecclesiam repræsentans,ad futuram rei memoriam.

Quanto personæ ecclesiasticæ vniuersali Ecclesiæ seruitutem exhibent, tanto pluribus eos conuenit sermonibus & præsidijs communire, vt per hoc ab indemnitatib⁹ & oppressionibus expediti,ad ea quę ad ipsius Ecclesiæ salutem & felicem statum complectendum pertractanda habẽtur, nobiscum animos valeant liberiùs applicare. Vndè illis per quæ status ipsorum postergari simul & pturbari posset,ope nostra est cõsultius occurrendum. Sanè dudũ sanctissimus dominus Eugenius papa quartus, intendens Romanam curiam pro tempore sequentes specialibus fauoribus & antelationum prosequi prærogatiuis,voluit,statuit atque decreuit,quòd omnes & singuli,qui tempore vacationis beneficiorum sub expectatiuis, quas eis ipse dominus Eugenius papa concessit,gratijs compræhensorum in dicta curia præsentes & anteà per sex proximè præteritos mẽses illam continuò sequentes, secuti forẽt, in assecutione quorumlibet huiusmodi beneficiorum, quæ tunc vacantia ritè acceptarent,& de quibus prouideri eis facerent,omnib⁹ cuiuscunq; dignitatis,status,gradus vel ordinis, etiam si in processibus desuper habitis diligẽtiores & in canonicos recepti essent,sub pari vel iuniori data gratias expectatiuas habentibus,& tunc à dicta curia absentibus,præterquàm præfati domini Eugenij Papæ familiaribus, continuis commensalibus,in cancellaria Apostolica descriptis omnino præferentur, & alia diuersis priuilegia & antelationum clausulas concessit,gratias expectatiuas ab eo obtinentibus. Nos itaque ad multiplicia labores & studia,quæ nobiscum in vinea domini pro hæresibus extirpandis, pace procuranda fidelibus, ac reformatiõe Ecclesiastici status soliciti obsequio sortiuntur & pferunt,nostrę considerationis conuertẽtes intuitum,dignumq; censentes ex hoc, personas ipsorum meritis fructuosisq; laboribus

bus pensatis æquo libramine,condignis fore fauoribus prosequendos, horum consideratione inducti, volumus & authoritate vniuersalis Ecclesiæ præsentium tenore statuimus, decernimus pariter & ordinamus, quòd præfati soliciti & nostræ congregationi incorporati, necnon ipsorum familiares, eorundem obsequijs insistentes, quandiu incorporati nobiscum actualiter & familiares in obsequijs huiusmodi perstiterint,in beneficiorum assecutione quorumcunque,quæ ipsi expectatiuarum eis à sede Apostolica concessarum gratiarum vigore legitimè acceptauerint, & de quibus sibi prouideri fecerunt,omnibus & singulis ac illis similibus antelationibus & prerogatiuis,quibus prædicti in eadem Curia præsentes,illamque sequentes,vt præfertur,adminiculantibus eis voluntate atque ipsius domini Eugenij statuto & decreto p̃dictis, quomodolibèt potiuntur & gaudent,vti valeant pariter & gaudere: quodq; etiam interim solicitis,incorporatis & familiaribus p̃fatus nullum prorsus per huiusmodi volũtatem,statutum atque decretum dicti Eugenij papæ,vt præfertur, edita,necnon priuilegia seu antelationum clausulis quibusuis, præterquàm suis familiaribus cõtinuis cõmensalibus concessa,præiudicium generari possit aut debeat,quõminùs ipsi iuris communis ĩsecuto tramite,beneficia ipsa dictarum suarum vigore literarum assequi possint & etiam obtinere. Super quo iuris eiusdem in iudicio & extra volumus stari iudicio & dictamini, illudque inter solicitos, incorporatos & familiares,necnon præsentes & sequentes prædictos, & quoscunque alios hincindè penitus obseruari: Non obstantibus prædictis & alijs voluntate, statuto,priuilegijs, clausulis atq; decreto ipsius domini Eugenij papæ,etiam si de illis præsentibus habenda foret mentio specialis, quæ quo ad solicitos, incorporatos & eorũ familiares,ac alios prędictos, quoadusque perstiterint,vt præfertur, volumus haberi pro non factis, nulliusque roboris vel momenti, ac constitutionibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorũ statuti,decreti, & ordinationis huiusmodi infringere,aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursurum. Datum Basileæ,decimooctauo Calendas Februarij, Anno à Natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

B. BVNSCHOTEN.

EPISTOLA SYNODALIS CONcilij,quâ instituuntur indulgentiæ in venerationem sacramenti corporis Christi.

SAcrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans. Plasmatori omnium simul & redemptori Deo omnipotenti laudes debitas,& pro immensis ipsius singulis impensis beneficijs gratiarum actiones à suis fidelibus tunc dignè illi* exigere credimus, si vota relinquamus eisdem,quę ad ipsorum cõcessa sunt salutem animarum, vt exindè fideles ipsi & corde & animo exultãtes,ipsorumque in humilitatis spiritu mentibus pparatis,participes fieri mereantur æternæ felicitatis. Hinc est,quòd nos quarundam literarum per sanctissimum dominum Eugenium papam quartum, super veneratione sanctissimi corporis dñi nostri Iesu Christi, & adiectione dierum diebus fidelibus cunctis de iniunctis eis pœnitentijs per Fe. Re. Martinum papam quintum prædecessorem ipsius, sub certis modis & forma relaxatis concessarum, tenorem ad dilecti Ecclesiæ filij &c. supplicantis instantiam, de originalibus ipsius Eugenij literis trãssumi,& præsentibus annotari fecimus, qui sequitur in hæc verba:

¶Eugenius episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Excellẽtissimum corporis & sanguinis Domini nostri IESV CHRISTI sacramentum, quod appropinquante passionis eius hora, Dominus ipse signo præcipui,quo nos dilexit,amoris salubriter instituit,eiusq; cõmemorationem sacratissimam iugi mentis exultatione contẽplantes, ad hoc inter singulos huiusmodi mercatos sãguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, vt illi cõdignis assurgentes laudib⁹, sua frequẽtius ad ipsius venerationem sacramenti corda dirigant, & eo quo habetur corporalis psentia saluatoris,viatico fructus vitæ comprehendentes æternæ, cælestia conscendant, ipsum,qui se nobis in edulium tribuit, perpetuò conspecturi. Sanè dudum piæ memoriæ Vrbanus papa quartus prædecessor noster,ad orthodoxæ fidei corroborationem & exaltationem, dignè & laudabiliter statuens,vt de tanto sacramento,præter illam, quæ dietim in Ecclesia fieret,annuatim memoria solennior & specialior haberetur,& ad celebrandum eius tam excelsum tamque glorioſum festum,quintã post octauã Pentecostes feriã designans, ac Christifideles quoslibet ad colẽdum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus verè pœnitentibus & confessis,qui in matutinali officio festi eiusdem in Ecclesia,in qua illud celebraretur, interessent, centum: qui verò MISSAE,totidem: & qui in primis ipsius festi Vesperis, similiter centum: qui autem in secundis, totidem. Illis verò qui

Primæ,

Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ & Completorij horarum officijs, pro qualibet ipſarum, Quadraginta: eis autem qui per octauas ipſius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, MISSAE, ac prędictarum horarum officijs intereſſent, ſingulis octauarum ipſarum diebus ſimiliter centum. Et ſubſequenter felicis recordationis Martinus papa quintus etiam prædeceſſor noſter, fideles eoſdem ad impartienda pro veneratione ſacramenti huiuſmodi potiora reuerentiæ & deuotionis exercitia firmare cupiens, ſingulis ex eis verè pœnitentibus & confeſſis, qui & quoties in ipſius ſacramenti profeſto ieiunium vel loco illius aliud pium iuxta ſuorum conſilia confeſſorum opus facerẽt, etiam centum: & qui præmiſſis in eccleſijs, in quibus illa celebrari contingeret, officijs intereſſent: necnon epiſcopis & alijs prælatis ſuperioribus, qui dictis officijs libenter intereſſent, ſed quo minùs eis in ipſis eccleſijs intereſſe poſſent, pro conſeruandis ſuarum dignitatum iuribus, & alias tunc legitimè impeditis, pro Matutinali ducentos, & pro MISSAE officijs totidem, ac pro qualibet Veſperarum etiam ducentos, reliquarum verò videlicet Primę, tertiæ, Sextę, Nonæ & Completorij feſti, octoginta. Rurſus autem in quibuſlibet octauarum diebus pro ſingulis Matutinalium, Miſſarũ, & Veſperarum ſimiliter cẽtum: necnon reliquarum horarum officiorum huiuſmodi, quadraginta. Illis præterea, qui proceſſiones, in quibus ipſum viuificum Sacramentum dicto feſto iuxta præfatarum ritus eccleſiarum deferretur, continuò ſecuti forent, ac quibuſlibet in feſto & octauarum diebus huiuſmodi, p pace & tranquillitate Eccleſię Miſſas deuotè celebrantibus, pro ſingulis ipſarum, necnon alijs in eodem feſto Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumentibus, etiam centum ſingulis annis. Profectò vice qualibet eis, qui dum corpus Dominicum communicandum deferetur infirmis, illud cum incenſo luminari præcedendo vel ſequendo venerarentur, ſimiliter centũ. Et qui tunc illud aliâs deuotè ſecuti forent, quinquaginta dies de iniunctis eis pœnitẽtijs miſericorditer relaxârunt. Ac etiam ipſe Martinus prædeceſſor, quòd in feſto & diebus octauarum huiuſmodi in terris & locis Eccleſiaſtico quauis authoritate ſuppoſitis interdicto pulſatis cãpanis, ianuis apertis, & alta voce, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis, vt citiùs recõciliari ſtuderent, admiſſis, & illis qui cauſam vel occaſionem huiuſmodi interdicto dediſſent, altari tunc nullatenùs appropinquantibus, MISSAE & officia præmiſſa licitè celebrari poſſent, authoritate Apoſtolica duxit concedendum. Nos verò, quos interim ad ſummi Apoſtolatus apicem diuina clementia prouexit, etiam pro frequentiori huiuſmodi veneratione ſacramenti, ſummis geſtientes affectibus noſtri partes miniſterij ſalubriter impartiri, necnon relaxationes & conceſſiones prędictas Apoſtolici robore muniminis notioni ipſorũ fideliũ committentes, præmiſſis per eundem Martinum prædeceſſorem, vt præfertur, relaxatis diebus alios totidem dies, pariformiter ab ipſis fidelibus conſequendos adijcimus per præſentes. Et inſuper vniuerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios eccleſiarum prælatos monemus & hortamur in Domino, ac eis per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, & in remiſſionem peccaminum iniungimus, vt per ſe vel alios eorum ſubditos per ſingulas ſuarum ciuitatum & diœceſum Eccleſias, in Dominica feriam & feſtum prædicta proximè præcedente, ſalutaribus ad venerationem potiſſimè Sacramenti huiuſmodi monitis & exhortationibus præſentium, quarum etiam tenor inter matutinales feſti, necnon dierum octauarum huiuſmodi lectiones recitetur, literarum continentiam & officium publicare & inſinuare procurent, vt eiuſdem ſacramenti ſuffragante myſterio, ſubditi & fideles Epiſcopi ſpiritualium gratiarũ vberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui ſe pro ipſis immolauit hoſtiam, poſt huius vitæ curſum ad gloriam perducantur æternã. Verùm quia difficile foret, huiuſmodi literas ſingulis exhiberi, volumus, & eadem authoritate decernimus, quòd ipſarum tranſſumpto, manu publica & ſigillo alicuius epiſcopalis vel ſuperioris eccleſiaſticæ curiæ munito, tanquam præfatis (ſi originales exhiberẽtur) literis plena fides adhibeatur, & perindè ſtetur, ac ſi originales literæ forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, ſeptimo calendas Iunij, põtificatus noſtri anno tertio.

Nos igitur volumus, & authoritate vniuerſalis Eccleſię decernim⁹, q̃ tenori huiuſmodi, vbicunq; exhibitus fuerit vel oſtẽſus, *præſentibus in omnibus ſtetur firmiter, & adhibeatur plena fides, ſicut eiſdem literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominũ liceat hanc paginã nr̃æ notificationis & commonitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & vniuerſalis eccleſiæ ſe nouerit incurſurũ. Datum Baſileæ quinto Nonas Iulij, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

CONTRA COLLECTORES Cameræ Apoſtolicæ.

Sacro-

SAcroſancta &c. Dilectis Eccleſiæ filijs, Vniuerſis & ſingulis collectoribus & Succollectorib⁹ fructuum & prouentuũ, cameræ Apoſtolicæ aut vniuerſali Eccleſię debitorum, per Germanicam natiõem ſiue Apoſtolica ſiue noſtra authoritatibus hincinde conſtitutis, tam p̃ſentibus quàm prẽteritis & futuris, coniunctim & diuiſim, Salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Quoniam ab initio congregationis noſtræ præcipua nobis cura eſt, recens prohdolor illud Bohemorum, antiquumq; Græcorum diſſidium prorſus extinguere: quo autem ordine ad vtraq; hæc tãquam fortiſſima efficaces manus iam miſerimus, liquidò conſtat vniuerſis. Sed cùm ad ea Spiritusſancti gratia ſalubriter pagenda, diuerſa & ineuitabilia ſubire oporteat onera expenſarum, quæ proculdubiò ærarij noſtri iam ferè euacuati facultatibus ſoli ſupportare nequimus, hinc deſupèr maturæ conſiderationis intuẽtes ſcrutinio, nedum aurũ quodcunque habet Eccleſia, ſed & cuiuſlibet catholici corpus & animam, p tanto reductionis bono cenſuimus exponenda. Cùm itaque pridem inter alia ſynodica noſtra decreta ſalubriter ſtatuerimus, decæterò occaſione annatarum communium & minutorum ſeruitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, tã in Romana Curia quàm alibi, pro Eccleſiarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque aſſecutione antè vel poſt exigi nihil penitus debere aut promitti, quemadmodum in noſtro decreto deſupèr confecto plenius continetur: & nunc ſolùm ſupereſt, vt hactenus dicta occaſione exacta ad Dei laudem pro *vniuerſalis ſupportandis expenſis & oneribus prędictis vtiliter expendantur. Idcircò vobis omnibus & ſingulis coniunctim & diuiſim in virtute ſanctę obedientiæ & ſub excommunicationis ſententiæ pœna, quam, niſi mandatis noſtris huiuſmodi parueritis, ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mãdamus, quatenus infra viginti dies poſt præſentationem præſentium, vobis coniunctim & diuiſim, publicè vel occultè factam, immediatè ſequentes, quilibet veſtrum iter per ſe vel alium ad hoc ſpecialiter conſtitutum, ad nos veniendi arripiat, & inceptum continuet ſine fraude cum quaterno, quem de geſtis, receptis & expoſitis per eũ, in ſuæ collecturæ aut ſuccollecturæ officio, toto eiuſdem officij tempore conſcripſerit, Dilectis Eccleſiæ filijs deputatis nutu noſtro, deſupèr per nationem Germanicam calculum, computum & rationem de geſtis, receptis & expoſitis huiuſmodi redditurus, ſoluturusq; & p̃ſentaturus fideliter cum effectu eiſdem deputatis pecuniam omnem tempore præſentationis præſentium colle-

ctam & reſtantem in huiuſmodi officio: & deinde congruẽtibus terminis apud eoſdẽ acceptandis in eodem officio colligendam pecuniã, de qua à iam obligatis colligenda etiam ſub dicta pœna diſponat p ſe vel alios nihilominùs diligẽter. Vt aũt in his exequẽdis vobis collectoribus & ſuccollectoribus p̃dictis cõiunctim & diuiſim nulli pr ſus p̃ſtetur impedimentũ, vniuerſis & ſingulis p̃ſonis ſpiritualibus & ſecularibus cuiuſcunq;, etiàm ſi regalis, Cardinalatus vel Põtificalis dignitatis, ſtat⁹, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtãt, ſub dicta excommunicationis latę ſentẽtiæ: Collegijs vero & vniuerſitatibus quibuſcunque, ſub interdicti Eccleſiaſtici, quod etiam in contrafacientes ferimus in his ſcriptis, pœnis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs omnem pecuniã pro dicta Camera Apoſtolica aut domino papa ſiue nobis collectã, apud eos aut eorum alterum ſeu alios *ſui mandato forſan depoſitam, vel aliâs quomodolibẽt exiſtentem & deponendam, poſtquàm depoſita fuerit, vel aliâs apud eos extiterit, quam, ſi quauis etiam Apoſtolica ſiue dicti domini Papæ authoritate apud eos aut vos ſiue aliquem veſtrum forſan nunc aut in futurũ, de iure vel de facto arreſtata foret, præſentibus omnia & ſingula mãdata, inhibitiones & proceſſus, quaſcunque cenſuras ſiue pœnas Eccleſiaſticas aut ſeculares continentia, in contrarium forſan facta vel fieda, caſſando, tollendo, irritando & reuocando, dearreſtamus: Vobis Collectoribus & Succollectoribus, coniunctim & diuiſim, infra trium dierum ſpatium à tempore notitiæ præſentium immediatè ſequentium, tradant & aſſignent, ac per nos ad dictos deputatos, vt præmittitur, fideliter deferri permittant & adiuuent, nec impedimentum quodcunque ſiue qualecunque circa hoc, vel etiam vt nondum collecta pecunia huiuſmodi colligatur, & vt p̃mittitur, deferatur, quomodolibẽt præſtent, aut præſtari procurent quouis quæſito colore, directè vel indirectè, publicè vel occultè. Atuerò ſi (quod abſit) vos aut quiſquam prædictorum huiuſmodi noſtris mandatis non paueritis, vel non paruerit cum effectu, hunc & omes in contrarium facientes, præſentium tenore peremptoriè citamus, & abſque alterius adminiculo executionis citatum habere volumus, quatenùs quadrageſima die poſt notificationem præſentium ſibi publicè vel occultè factam, de qua ad hoc iurati nuncij noſtri relatione * ſimplici ſtari debere decreuimus, ſi dies ipſa iuridica fuerit. Alioquin prima iuridica extunc immediatè ſequentibus, coram auditore curiæ Cameræ noſtræ aut eius locum tenente, cui deſuper & etiam contra obligatos & non ſoluentes, exẽptos & nõ exemptos, quoſcunq;, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis vel conditi-

*y onis

onis (vt p̃mittitur) existant, specialem p̃sentibus tradimus potestatem, Basileæ in iudicio compareant ad videndum & audiendũ se pœnas supradictas incidisse, per eundem auditorem vel eius locumtenentem declarari, & aliâs contra se ad fiscalis procuratoris nostri instantiam, ad grauiores pœnas & censuras, etiàm vsque ad priuationem beneficiorum & priuilegiorum omnium, quæ forsan coniunctim vel diuisim obtinent, inclusiuè absque citatione procedi, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Basileæ in congregatione nostra generali, 8. Idus Augusti, Anno à natiuitate Domini &c. trigesimo quinto.

AMBASIATORVM CONCILII BASILEENSIS epistolæ ad diuersos scriptæ, Tractatusque cum Bohemis ac Græcis habiti.

EPISTOLA MISSA BOHEMIS PER AMBASIATORES SEU LEGATOS CONCILIJ.

VNiuersis viris ecclesiasticis & toti populo regni Bohemiæ, Frater Ioannes Nyder Prior domus Prædicatorum Basileen, & Frater Ioãnes de Mulbruñ ordinis Cistertiensis, sanctæ synodi Basileẽsis ꝓ certis suis & p̃sertim infrascriptis negocijs humiles nuncij, pacẽ, quã secundũ Deũ optatis.

Etsi cupitæ rei quæque expectatio aliqd ex mora pœnę contineat, differentiùs tamẽ & potissimum ea, quæ in periculo versatur salutis, multum anxietatis habere videtur admixtum. Cùm igitur dicta sancta & inclyta congregatio, exortum inter nos dissidium, in noxam animarum Christi sanguine redemptarum vergere dolenter conspiciat, & tantam iacturam cum innumeris alijs indè proueniẽtibus damnis & incommodis, velut pia mater deplangat, salutemque vestram sicut omni ardẽti desiderio (prout ex ipsius digito Dei compositis literis perpendere potestis) expetat & expectet, modicùm sibi hactenùs fecisse videtur, eo ꝙ vniuersitati vestræ trinas eiusdem continentiæ literas trãsmisit, nisi quadruplicatis eisdem nos binos cum eis nuncios pro rerum gerendarum expeditiori prosecutiõe, ne, quod tam auidè desiderat, præter spem lõgiùs protrahatur, emitteret. Oblatam ergo à tam pijs & pacificis mentibus viam & gratiam, futuri mox in Christo charissimi, ne paruipẽdatis, sed tanquam ab angelo pacis cælitùs annunciatam, reuerenter cum præsentibus (q̃ *accipiatis, sumus) *concipiatis, & ad componendum ea, quę vnitatis & pacis sunt, ocyùs oratores instruite, nuncios cõfestim dirigite ad nos bona & pura fide. Iuxta commissum ac etiam consilium, auxilium, & fauorem eorum, de quibus indubiam gerere poteritis fidẽ, vestris mittẽdis, de tã sufficienti & rationabili securitate veniendi, standi, redeundi, & singula sibi à vobis rationabiliter imposita agendi & prosequendi, nomine & mãdato dicti sacri cõcilij, quidebim⁹, ꝙ meritò poteritis & debebitis manere hac parte cõtenti. Et si adhuc cautiùs & citiùs prouidendũ, ac prouidè tractandum, mittere ad nos huc aliquos decreueritis, cum eis super hoc medio pacificorum in omni mansuetudine & securitate agemis, & ipsorum aduentum (si nos de hoc citiùs certificare curaueritis, vsquequò dicti patres & domini nostri de concilio indulgebunt) libenter præstolabimur. Rogamus tamẽ affectione qua possumus, & hortamur in Domino, quatenùs pro vestrorum caueda securitate, pro nostra adinuicèm redintegranda in beneuolentia societate, tales & tam rationabiles vias & modos concipere & offerre, & huiusmodi ex aduerso oblatos recipere & admittere studeatis, vt euidenter appareat, ꝙ ea, quæ veritatis sunt, bono & decenti ordine q̃ritis. Absit, vt cùm de concordia fidei & simplici intentione intendimus, quocunque *inuoluto aut contextu verborũ, q̃ iustè & rationabiliter expeti, aut secundum honestatem reddi de facili nó possint, exigere, aut pacẽ simulare, bonaq; & sanguinẽ nostrorũ aliquatenùs amodò sitire videamur: sed rationabilibus & parabilibus in lenitate cõtenti ad inueniendũ & dandũ requiẽ animab⁹ mutuò conueniamus. Quantocyus etiam fieri poterit, mittite quos missuri estis, ne ꝙ nimia dilatione, sanctum & necessarium reformatiõis opus, de quo inter reliqua principaliter & efficaciter missa ad aratrum manu nũc agitur, aliquatenùs retardetur. Melius em̃ est, & haud dubium salubrius, viriliter se in cõmuni cõtra vitia, quib⁹ expugnamur, erigere fœdus cum virtutibus, & ꝓximis pacifici: quàm sanguinem fundentes, & animas periclitantes, crudeliter se in alterutrum armare. Exurgam⁹ adhuc, & quæ retrò sunt, quantùm cum Domino possumus, iniuriarum & offensarũ obliti, Deo reconciliari: in ea, quæ anteà sunt pacis fœdera, toto nisu conemur: nec vos, nec quẽquam detineat ad res caducas inotdinata queq; affectio, aut deterreat ex ꝓteritis, qualitercũq; gestis, inflicta forsan & nõ *parata passio. Si ipsi, condicenda inter nos pacta, bona fide seruaueritis: nõ erit, qui ex vobis quẽquam iniustè aliquatenùs offendat, cùm omnes, q in Christianismo sunt, securitatẽ, quam in verbo præfati concilij pollicentur, indubitanter præstabunt. Confidẽter ergo venite in Domino, nihil hęsitãtes. cõfidimus, quoniam secundum depositionem, qua cõcilium, suum sumpsit in rectis & simplicib⁹ viris, & ordinato procedendi modo, exordium, vestra cooperatiõe, si opportunè veneritis, & (relictis siue cõcordatis reliquis, q

*inuoluere

*pacata

bus à

bus à nobis vtrinque discrepare videmini) formatiõem disciplinæ ac morum, in nimiùm prohdolor in populo Dei collapsorum cum bonæ voluntatis hominibus, pura & simplici intẽtione promouere curaueritis, mundus de fructu glorioſorum huiusmodi laborum lætabundus prosperabitur, & votiuũ in virtutibus & donis gratiæ sumet incrementum, ac in pace tandem bona pectoris & tẽporis, æternæ pacis authorẽ cõcordi & iubila voce laudabit: quia malis pœnalibus, quibus nos, ne flãma vitiorũ exuberet & exuperet, clemẽter hucusq; pũgi &* permisit, profectũ nostrum, sicut nouit, dignanter promouit, ac cum tẽtatione, quentum salutarẽ effecit, vt seminantes in lachrymis, meritorum manipulos proferẽtes, prę̃mia gloriæ in patria metam⁹ gaudẽtes. Præstet homo natus & datus nobis paruulus Iesus Christus Domin⁹ noster, qui vt nos vnanimes & glorioſos in domo sua efficeret, seipsum vsq; ad infima carnis nostræ & ignominiam crucis exinaniuit, suaq; tãta & inaudita à seculis humilitate, nomẽ, quod est sup omne nomen, in quo & nos saluos fieri oportet, ꝓmeruit. Humiliemus & nos, mitis p̃ceptoris vestigia imitantes, animas nostras: non alta sapientes, sed simplicibus cõsentientes, ac ea, quæ recta, quæque vera & sancta sunt, sine inuidia alteri alter communicemus, & iocundam proculdubiò (prout in via datur) vitam agemus, quã vitę iocunditatem nulla vsquam perituręi quamlibèt lata possessio poterit recompẽsare. Speramus, sicut oramus & optamus, quia nou⁹ agnus, immo nouus ipse omnis laudatę nouitatis promotor, nouum vobis spiritum, pro sua laude, vestra salute, & fidelis populi noua de vestra ad se in pace accessione lętitia, misericorditer inspirabit, vt sic bonis & donis eius exhilarati & infusi, gratũ nobis super præmissis, sicut desideramus, & anheli expectamus, respõsum pro vestra vrbanitate quãtocyùs demandetis. Datum Nurẽbergis, sub impressione Sigilli nostri fratris Ioãnis Prioris memorati, quo & ego frater Ioannes Mulbruñ in testimonium præmissorum secum vtor ad præsens, die quinta Ianuarij, anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

EPISTOLA LEGATORVM concilij Basileen in Nurenberga existentium, ad Bohemos directa.

AMplioré spectabiles viri redintegrandæ inter nos pacis spem vestris è literis concepimus: supplices proinde Dominũ rogantes, quatenùs quod salubre in vobis vtrinq; pro sua laude, & nostra adinuicèm renouanda in synceritate fidei & dilectiõis vnanimitate incepit, ipse (qui vinculum est & osculum pacis) perficiat, perfectumq; insolubiliter firmet. Et vt flagranti, qui in nobis est hac parte, affectui, qualicunque pro viribus effectu respondeamus, parati sumus (vt repetitis) charitatiuum vestrum & finale (vt verbis vestris vtamur) in destinatũ diẽ non modò patienter, sed & gaudenter præstolari responsum, nihil dubitantes, quin & hæc sacrosancta Basileensis synodus, digesto vestrorũ scriptorũ auditò tenore, laudabit & probabit eum, vestramque excusationem, tanquam rationabilem, fauorabiliter admittet, & promissum responsum æquanimiter expectabit. De procuranda verò vestrarum literarũ baiulis ac nũcijs securitate, circũspectis & ꝓuidis viris cõsulatus Egrẽsis, tanquam viris reconciliationis, & fidis hac parte mediatoribus, cõfidẽter pro parte dicti sacri Concilij scripsimus, supplicantes, quatenus huiusmodi singulares & simplices vestros ad nos dirigẽdos huc nuncios, eo quo requisierint, aut opus fuerit, loco fauorabiliter & pacificè recipiant, & saluos ad nos vsq; perducant. Nobiscum autẽ, quandiu cõmissa negocia flagitent, inoffensi manere poterunt, & licentiati deinde, ad vos salui (vt indubitanter speramus) redire. Si quid ampliùs huiusmodi portitorum assecuratio deposcat, apud dictos dominos de Egra requirat. Et credimus ꝙ in hoc vestræ prouidentiæ ac vestris non deficient, etiam si in se onus ad literas vestras nobis p̃sentandas ipsi assumere deberẽt. Postquàm autem insignes & celebriores ad dictũ conciliũ ad nos mittere decreueritis oratores, tunc iuxta concilium & auxilium potẽtum & principum, qui se ad hoc hacten⁹ nobis, ex parte memorati concilij requirentibus, beneuolos & obsequiosos obtulerunt, & amodò (vt confidimus) exhibebunt, taliter prouidere *conabunt, vt secũdum *conducenda inter nos pacta, & humanam conie- *conabimur cturã, vt meritò remanere debeatis hac parte cõtenti: hoc solùm charitate nõ ficta nec subdola suasione commonentes, vt salutis acceptabile tẽpus fructuosis mutuò & expeditis tractatibus redimamus. Sicque nos ad alterutrum non fronte minaci, vultuq; toruo, sed placatis & placidis animis exhibeamus, vt nõ in vanum nobis hoc ferò (quod absit) plangamus dilapsum. Datum Nurenbergis, 12. Februarij, anno *32. *condicẽda for. *1432.

SEQVVNTVR CERTAE PROmissiones factæ per ambasiatores sacri concilij.

NOs &c. sacrosanctæ generalis synodi Basileensis in spiritusancto legitimè congregatæ, vniuersalem Ecclesiam repræsentantis, ad serenissimũ Imperatorem Romeorũ & Reuerendissimũ patriarchã Constantinopolitanum ambasiatores & nuncij, ad ea quæ in dicta sancta synodo pro vniõe ecclesiarum Christi p ficienda, cõclusa sunt, exequendum specialiter destinati: eiusdem sanctę synodi ad ea, quę pacis sunt & vnita-

tis,firmum propoſitum cognoſcendum vice & nomine eiuſdem, tenore præſentiũ literarũ promittimus dare & cum effectu exhibere, quamcitiùs fieri poterit, vel ſaltem per galeas, quæ venturæ ſunt, pro recipiendo ad concilium venientes ſereniſſimũ Imperatorem & reuerendiſſimũ patriarchã,ꝑfata capitula,q̃ in eadem Baſileenſi ſynodo pro pace & vniõe eccleſiarum Chriſti hinc inde concluſa ſunt & firmata ſub bulla plũbea conſueta dictæ ſanctę ſynodi,& ſub tenore de verbo ad verbũ, qui ſequitur & eſt talis:Sacroſancta &c. quia ambaſiatores noſtri &c.

Item promittimus nomine vt ſuprà,dare præfatis ſereniſſimo Imperatori & reuerendiſſimo patriarchæ quamcitiùs poterimus, vel ſaltem per præfatas galeas ſaluum cõductum ſub bulla (vt præmittitur)& ſub tenore de verbo ad verbũ, qui ſequitur: Sacroſancta &c. Quia authore domino &c.

Item promittimus, ꝙ dicta ſancta ſynodus procurabit ſaluoſconductus ſimiliter ꝑ galeas deſtinando præfatis ſereniſſimo Imperatori & reuerẽdiſſimo patriarchæ à dñis ciuitatis & patriæ, in quibus futura vniuerſalis & œcumenica ſynod⁹ Deo authore celebrabitur. Et ſimiliter ab omnibus dominijs & territorijs obediẽtiæ Eccleſiæ noſtrę Occidentalis, per quæ ſiue eundo ſiue redeundo tranſituri ſunt,munitos & roboratos modo cõſueto patriarum & dominiorum, firmiori modo quo fieri poterit, tenoris q̃ ſequitur,& eſt talis &c.

Item ꝓmittimus,ꝙ dicta ſancta ſynodus Baſileẽſis ſub bulla ſiue in bulla ſaluicõductus, dãdi(vt præmittitur) ꝑ eandẽ ſanctam ſynodũ,declarabit 10. capitulũ contentũ in decreto,vbi dicitur:Itẽ ꝙ in oẽm euentũ ꝑdicta omnia vtique adimpleãtur, debere intelligi,vel intelligẽdũ fore, ſiue vnio ſequatur,ſiue nõ,in dicta ſancta ſynodo œcumenica &c. In quorum omnium &c.

Datum Conſtantinopoli in monaſterio S. Georgij protunc habitationis noſtræ,25. Nouembris, anno à natiuitate dñi 1435.

COPIA PROMISSIONIS eorundem ambaſiatorum.

NOs frater Ioãnes de Raguſio ordinis fratrũ prędicatorũ,profeſſor & in ſacra pagina magiſter, Henricus Menger decretorũ doctor Canonicus Cõſtantien, vna ex ambaſiatorib⁹ ſacroſancti generalis concilij Baſileen,& Simon Freiron in ſacra theologia Baccalaureus,Canonicus Aurelian, circa proœmiũ dicimus, ꝙ nunquã fuit de intentione ſacri Concilij, ꝑ aliqua verba in dicto ꝓœmio poſita,diminuere honorẽ Eccleſiæ Oriẽtalis aliquo modo. Nec ex aliquibus verbis in eo poſitis debet aliquis ſcãdalizari. Dicimus vlterius,ꝙ ſi ambaſiatores ipſorum vel ante promulgationem decreti vel poſt, aut in receſſu eorum feciſſent aliquam mentionem de dicto proœmio vel de aliquibus in eo contentis,per ſacrũ concilium debitum fuiſſet appoſitum remedium. Veruntamen quia non placuit dictum proœmium, nec placet dominis Eccleſiæ Orientalis, nos cognoſcentes feruentiſſimum deſiderium & promptiſſimam volũtatem, ſanctamq̃ intentionem dictæ ſanctæ ſynodi ad vnionem & pacem Eccleſiarũ Chriſti, contenti ſumus & promittimus, capitula in eadem ſancta ſynodo concluſa dare & exhibere ſub bulla plũbea ſacri concilij,& ſub tenore.prout in literis noſtrę ꝓmiſſionis continetur.

Ego Ioannes de Raguſio &c. ſubſcripſi me manu propria &c. Ego Henricus Menger &c. ſubſcripſi me manu ꝓpria &c. Ego Simon Freirõ &c. ſubſcripſi me manu propria &c.

PROPOSITIO AMBASIATORum concilij Baſileenſis facta Cõſtantinopoli coram ſereniſſimo Imperatore Græcorum.

PRIMA PARS.

MAieſtas veſtra ſereniſſime Imperator,licèt omnium virtutum officijs dedita ſit,& totius honeſtatis mꝺoribus *ordinata, nihil tamen regali dignitati decẽtius eſt,nihil imperiali veſtræ maieſtati ampliùs conuenit,quàm procurare pacem Eccleſiæ ſanctæ catholicæ. Neque enim (vt egregius doctor Auguſtin⁹ ait) Chriſtianos reges vel Impatores felices eſſe dicimus,qa diutiùs imperant, vel quia filios ſuos regnãtes & imperantes *placita morte relinquũt,vel qa hoſtes reipublicę potenter domant: quoniam hæc & alia huius vitæ ærumnoſæ munera ſiue ſolatia gentiles & infideles principes adeò frequenter obtinent, qui tamen non pertinent ad regnum Dei, quò tendere debẽt principes catholici. Sed felices reges & Imperatores Chriſtianos eſſe dicimus,ſi iuſtè imperant, ſi Deum timent, ſi Deum colunt,ſi Deum diligunt, ſi pacẽ eis à Deo datam ad dilatandum cultum ꝺei,diuinæ maieſtati ſeruire faciunt. Felicem verò non immeritò dixerim animã genitoris veſtri piæ & recolendæ memoriæ,qui pro fide catholica & pace Eccleſiæ diebus ſuis plurimum laborauit,Italiam,Franciam,Angliã,& plurima alia Chriſtianitatis regna,ꝑ ſancta vnione Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis laborioſiſſimè peragrauit. Et licèt diebus ſuis illã videre non potuit, tamen deſideriorum ſuorum meritum & laborum præmium ſuorum non perdidit apud Deum. Felix etiam non immeritò dici poteſt maieſtas veſtra imperialis,felix(inquam)nũc ſpe futuræ beatitudinis,poſteà per gratiam ꝺei re ipſa futura, pro eo quia zelum Dei habet ad pacem Eccleſiæ D Ẽ I catholicæ. Scimus enim ꝙ maieſtas veſtra ſummos pontifices noſtros,

*ornata

*placida

noſtros,præſertim dominũ Martinum bonæ memoriæ, necnon ſanctiſſimum dominum noſtrum modernum ſolicitauit,& per plures ambaſiatas requiſiuit, vt hoc nefandũ ſchiſma inter Eccleſiã Occidẽtalẽ & Orientalẽ de medio tollerent, ꝑ quod fides catholica tantã iacturam patitur, ꝙ infideles totam penè terram Chriſtianorum occupare videtur. Sed vbi fructus laborum veſtrorum ſereniſſime Imperator? cur chariſſimus genitor veſter pacem Eccleſiæ videre non potuit, qui pro ea re (ſicut prædictum eſt) tot labores ſuſtinuit? certè ratio fundamentalis omnium per nos dicendorum hæc eſt, quoniam materia diſſidij inter Græcos & Latinos non poteſt tolli,niſi per viam generalis & vniuerſalis concilij. Et quoniã ſummi pontifices noſtri tollere illud ex ſe ipſis ſine concilio generali conati ſunt, ideo ad pacem Eccleſiæ proficere non potuerunt. Petierũt ob hanc cauſam prudentiſſimè & cum ſpiritu Dei *loquentis in ſacro concilio Baſileenſi Oratores inſignes maieſtatis veſtræ,videlicet dñs Demetrius, Iſidor⁹ abbas monaſterij S. Demetrij,& Ioãnes Diſſipatus,fieri concilium œcumenicum vniuerſale ex vtraq; Eccleſia Occidentali & Oriẽtali congregatũ, duo corã patribus præfati cõcilij cõſtanter affirmãtes: Primũ, ꝙ abſq; tali cõcilio œcumenico nõ poſſit tolli diſſidiũ. Secũdum,ꝙ ſi *fiet ipſa vnio, vt ſperabant,votiuũ ſortiretur effectum. Qm̃ quicquid per vtranque Eccleſiã ibidèm congregatam eſſet Deo inſpirante diffinitũ, firmiter crederẽt, & vſq; in futura ſemper ſecula integrè & inuiolabiliter teneretur. Narrauerunt etiàm deuotionem grãdem,quam maieſtas veſtra imperialis ſemper habuit ad pacem Eccleſiæ. Retulerunt etiàm feruentiſſ. zelum,quem reuerẽdiſſimus in Chriſto pater dñs patriarcha Cõſtantinopolitanus gerit pro ſancta vnione, cuius deuotiõis non parua indicia dediſtis,quando rogati ꝑ dominum Epiſcopum Sudeñ & magiſtrum Albertum de Criſpis ambaſiatores ſacri concilij, vt oratores veſtros ad præfatum deſtinaretis concilium, libenter aſſentientes vos viros inſignes ad hoc ſanctum opus vniõis conficiendum deſignaſtis. quibus honorificè receptis &c. & in concilio auditis, *pro eo ꝙ hęc ſancta vnio ſine practica fieri non poterat, ſtatim per concilium deputati ſunt ex maioribus cardinalibus ꝓſidentibus ſedis Apoſtolicę,archiepiſcopi, Epiſcopi,abbates,doctores & magiſtri in numero cõpetenti, q̃ vnà cum ꝑdictis Oratoribus multis diebus conuenientes, & rem iſtam maturè tractantes, deuenerunt ad certa capitula, q̃ ſecundùm morẽ ipſius ꝓfati concilij Baſileẽ fuerunt per quatuor deputationes concordata, poſteà in generali congregatione concluſa, deinde in ſolenni & publica ſeſſione Miſſa de ſpiritu ſancto in maiori eccleſia celebrata, ſtatuto ſiue decreto ad perpetuã rei memoriã roborata & firmata. Ibiq; coram altari in præſentia totius cõcilij propoſitis ſacris Euangelijs & cruce dominica, ipſo domino Iſidoro cum ſtola iurante eadem capitula per ipſos Oratores veſtros iureiurando fuerunt approbata. O felix dies, in qua arram futuræ vnionis & vobis dedimus, & à vobis ſuſcepimus. Decreuit enim ſacrum concilium iuxta deſiderium veſtrũ inter cætera capitula fieri cõcilium œcumenicum,i. ex vtraque Eccleſia congregatũ,in quo vnio & pax votiuum ſortiri poſſit effectum. Suſceperunt etiam patres ſacri Baſileenſis concilij loca nominata per Oratores veſtros pro celebratione huiuſmodi concilij œcumenici, ita tamen,vt optio loci ex illis nominatis maneat in beneplacito prefati concilij Baſileenſis,ſicut patet clarè & dilucidè ex lege & tenore decreti. Porrò intelligitur ſummum pontificem implicitè decretis ſacri cõcilij conſentire, quãdo ſacro concilio adhæſit,& ipſum authoritate Apoſtolica approbauit. Sed non fuit contentũ concilium ſacrum,niſi iuxta petitionem ambaſiatorum veſtrorũ ipſe ſanctiſſimus domin⁹ *non explicitè ꝑberet ſuæ ſanctitatis aſſenſum,licèt inſup èr prẽſidentes ſedis Apoſtolicæ ſeſſiõi intetfuerint,in qua hoc ſaluberrimum decretum fuit publicaium, decretationiq̃ conſenſerint, vigore quoque mãdati ſui, quicquid ipſi egerunt,actum cẽſeri debeat ab ipſo ſummo pontifice. Nihilominùs prout in decreto fuerat promiſſum, ſuperaddidit ſacrũ cõcilũ, dñm Simonem Freron conſocium noſtrum trãſmittere ad ipſum ſummũ põtificem,& offerre ſuę ſanctitati decretũ,& petere ſuæ ſanctitatis conſenſum, quatenus res cum maiori cõcordia fieret,& ad pacẽ quã nos & vos deſideram⁹, magìs ꝓficeret. Vtinã ſereniſſime Impator ipſum ſanctiſſimũ dominũ noſtrũ æquè digne è poſſemus commeudare. Cõmendabilis eſt pro ſua deuotiõe, quam gerit ad pacem Eccleſiæ. Videns enim quòd ſacrum concilium manus apponeret efficaces ad hoc ſacrum negocium, audiens etiam per organum domini Simonis, quid in ſe contineret decretum,ignorãs quid orator ſuus dominus Chriſtophorus in Conſtantinopoli concluderet, & ſi quid etiã concluſiſſet,determinationi ſacri concilij ſubijciẽs approbauit decretum, de conſenſu reuerendiſſimorum patrum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium. Reuerſus eſt itaque dñs Simõ cum benedictione Apoſtolica, deportans ad ſacrum cõcilium literas Apoſtolicas,expreſſum ſummi pontificis cõtinentes aſſenſum: vt eccè,quæ facta ſunt inter concilium ſacrum ex vna parte,& Oratores veſtros ex altera, circa decretum & in materia decreti. Et hæc eſt ſecunda pars orationis. Dominꝰ Henricus mediabit.

for. *fieret

*&

*pro, non, videtur legendũ, noſter

Hîc iam laudat Eugenium

Secunda pars dictæ propositionis:

AVdistis sereniss. Imperator p̃ organũ domini mei prælocuentis, quòd materia dissidij inter Ecclesiam Occidentalem & Orientalem nõ potest tolli, nisi per viam sacri & vniuersalis cõcilij: Scit etiã Maiestas vestra Imperialis, Oratores vestros insignes petiuisse semp̃ œcumenicũ fieri concilium, in quo pax Ecclesiæ votiuum sortiretur effectum. Nunc igitur habeo declarare Imperiali Maiestati vestræ, quare sacrum cõcilium viam secundam, quæ hîc in Cõstantinopoli fuerat concluſa, voluit acceptare. Certè ratio fundamentalis hæc est, quoniam concilium œcumenicũ non inducitur p̃ capitula in illa via practicata, sed solùm particulare & regionale. Dicitur enim in illis capitulis inter cætera: Fiat synodus generalis ex latere ecclesiæ Orientalis ex omnibus nationibus ipsũ ecclesię Orientali adhærentibus & subiectis. Item secundum practicam illius viæ legatus sedis Apostolicæ venturus erat Constantinopolim, disputaturus de differentia Latinorum & Græcorum. Manifestũ est autem, quòd vnus legatus sedis Apostolicæ, nõ potest repr̃sentare synodum œcumenicã ex latere ecclesiæ Orientalis. Quare practica illius viæ excludit œcumenicum & vniuersale concilium nostrum. Tamen (vt prędictum est) pro perficienda sancta vinõe ampliùs illa via secunda, si habuisset locum, & nouę diuisionis erat fomentum, & maioris discordiæ præbuisset intẽtum. Putassent Græci synodũ, quæ per ista indicebatur capitula, vniuersalem fore debuisse, nos verò particularem & regionalẽ. Quis fructus sequi poterat vnionis, quã optamus, si de ipsa synodo, quæ fundamentum pacis & vniõis esse debuerat, varia & diuersa sentiam⁹? Certè non modò non sequebatur pax & vnio, sed maior quàm vnquam fuerat, surgebat scissura atque diuisio. Græci octauam synodum particularem & regionalẽ esse dicũt, nos illam quasi vniuersalẽ reputamus. quid opus est discordiã discordiæ addere, & scissuram nouam antiquis diuisionibus accumulare? Non sit inter nos discordia de synodo futura. Si ad vnionem tẽdimus, in fundamento concordemus. Si pacem quęrim⁹, op⁹ est vt fundamẽtũ pacis iaciam⁹. Hæc oĩa intelligẽtes ambasiatores maiestatis vestr̃, tam primi quàm secũdi, dimissa secũda via, acquieuerunt primæ viæ, requirentes instãter sacrum concilium, vt postquàm secunda via non placebat, primam prosequeretur, & decretum ad executiõem deduceret. Et qm̃ sacrum conciliũ dubitauit, an propter concluſa hîc in Cõstantinopoli, maiestas vestra vellet primę viæ acquiescere, præfati ambasiatores exhibuerunt, quòd*

Impialis maiestatis vestræ, per quod maiestas vestra plenam eis concessit potestatem. Quòd si prædictam viam non possent à sacro concilio obtinere, insisterent totaliter primæ viæ. Asseruitq́ue publicè dominus Georgius, reuerendissimum dominum Patriarcham Constantinopolis sibi dixisse inter cætera, quòd si sacrum concilium nollet secundæ viæ, quę hîc fuerit concluſa, annuere, sed mallet persistere in prima via concluſa in Basilea, si opus esset, faceret se deferri in humeris, vt propter mandatum datum primis ambasiatoribus & iusiurãdum, non discederet à promissis & concluſis. Sed & dominus Christophorus Garatanus Orator sanctissimi domini nostri, qui illis diebus Basileã venerat, deportauit literas Apostolicas ad sacrum concilium, in quibus sanctissimus dominus noster totum hoc sacrũ negocium concilio remittebat: cuius optioni commisit, vt quam vellet viam eligeret, vel concluſam. Et quicquid in his per sacrũ concilium deliberaretur, ipse approbaret. Tandem igitur ipsum sacrum concilium, & ipsi Oratores Maiestatis vestræ, primam viam iterum firmauerunt, & determinauerũt illam prosequi, donec DEO authore pacis largiente, per istam viam pax reddatur Ecclesiæ sanctæ. O felix hora, qua dici poterit Græcorum & Latinorum Ecclesia vna. O beatos oculos, quibus Dominus dabit statim videre vnionem. Sperant patres in sacro Basileensi concilio congregati diebus suis videre pacem Ecclesiæ, pro qua orant sine intermissione. Quoniam & vos & nos magnum zelum pacis habuisse ostendimus, quid supereſt, nisi vt bonam voluntatem per operis euidentiam ad consummationẽ vsquequaque perducamus? Maius, quod in hac re est, bona voluntas est: Hanc vtraque pars se habere asserit, & signis euidentibus comprobamus. Apponamus iam manus ad executionem operis. Intẽtio enim sacri concilij Basileensis est, vt ex parte sua non pereat vnus apex vel vnum iota de lege sui decreti. Quare etiam Maiestas vestra debet manus apponere ad hoc opus sanctiss. perficiendum, cùm iam tempus habeat opportunum. Ne fortè iuxta verbum Saluatoris, veniat nox in qua nemo poterit operari. Ti Ioan.9.a
mendum est enim valdè, si noluerimus hoc bonum operari, dum tempus habemus & possumus, illud alio tempore nõ possimus cùm voluerimus, Turcis, Tartaris, Sarracenis, & alijs infidelibus iusto Dei iudicio occulto Christianos ita premẽtibus, vt etiam ad inchoãdum hoc opus adspirare fas non sit. Ex quibus omnibus maiestas vestra Imperialis potest perpendere, quòd ex iusta causa & rationabili sacrum concilium dimisit secundam viam, quæ fuerat concluſa hîc in Constantinopoli, intenditq́ue primã viam prosequi ad honorem omnipotentis Dei. Et hęc est secũda pars orationis nostrę.

Dominus Simon consummabit.

Tertia pars eiusdem propositionis:

MEministis (vt opinor) sereniss̃ime Imperator verbi, quod ex ore Imperiali processit. Promisistis in animam genitoris vestri bonæ memoriæ, & in animam vestrã, necnon per fidem, quã princeps catholicus tenere debet & seruare, gratum ratumq́; habere, quicqd Oratores vestri pro sancta vnione Ecclesiarũ Christi cum sacro Basileensi concilio concluderent, sicut patet ex tenore chrysobuli vestri. Quapropter vestram exhortamur in Domino imperialẽ Maiest. & petimus, quatenùs Maiestas vestra, & etiã reuerẽdissimus dominus Patriarcha velitis in personis proprijs iureiurando & per bullas auream & plumbeam more solito ratificare, & quãtum in vobis est, executioni demandare oĩa ea, quę per Oratores vestros pleniss̃imo mãdato suffultos in publica sessione cum ipsa sancta synodo vnanimiter vos ipsi cõclusistis, & in altari celebrata Missa de spiritusancto, super sanctis euangelijs solenniter firmastis. Secũdò petimus, quòd cùm tempus in decreto statutum effluxerit, ne circunstantiæ rerum impediant hoc tam sanctiss̃imum negocium, quatenus debitũ tempus statuatur pro executione concluſorũ, in quo maiestas vestra possit exeq̃ quod iurauit, & Ecclesia nostra operari, quod p̃misit, præsertim quia si tẽpus effluxerit, culpa vestra nulla fuit. Quoniam firmiter credimus, quòd si vestra Maiestas notitiam habuisset eorum, quæ in Basilea facta fuerunt, nullo modo aliã viam attentasset. Et ex alio capite Maiestas vestra totaliter immunis est à culpa, quia putauit quòd sacrum concilium consentiret in secunda via. Similiter neque fuit culpa sanctiss̃imi domini nostri, quia licèt sanctitas sua misisset huc dominũ Christophorum ad tractandum pacem Occidentalis & Orientalis Ecclesiarũ, tamen hoc totum negocium remisit ad sacrum Conciliũ. Sed nec ipsa sacra synodus peccauit, quia ad exequendum decretum suum parata est, & erit. Pro cuius etiam executiõe nos Oratores suos huc trãsmisit. Quid ergo? zelus domus Dei hoc fecit, vt eodem tẽpore plures concurrerent, sequentes doctrinam Euan-
Matth.13. gelicam: Simile est regnum cęlorũ homini quærenti bonas margaritas: Inuẽta aũt vna pretiosa, vendidit oĩa quæ possedit, & cõparauit eam. Postremò sereniss̃ime Imperator, sicut in mandatis habemus, petimus locum optimum ad celebrandum concilium œcumenicum, in quo pax Ecclesię votiuum sortiatur effectum. Et dicimus secundũ dispositionẽ Christianitatis, prout his diebus prohdolor disposita esse cernitur, nõ est locus aptior ad celebrandum huiusmodi cõcilium œcumenicũ, quàm ciuitas Basileẽsis. Vtinam rationes cõgruentię possem Maiestati vestræ lingua Græca exprimere, quoniam apud vos meliùs resonarent, quàm in Latino sermone. Sed quãdo lingua deficit, charitas magìs inardescit. Quemadmodùm eñ sol, cùm multę* exteriùs, nõ lucet for. *tenebrę
super terrã, sed interiùs ardet in cęlo: sic cũ maiori loquimur charitate, *quãto lingua nescit vti Græco idiomate. Cęterùm plures occurrere possent circa materiã loci opportunitates, quę longum esset enarrare. Sed ex multis quinque colligimus, quas Imperiali Maiest. proponere volumus. Prima sumitur ex quiete loci, quoniam illa regio est pacifica, quieta & tranquilla: & per consequens aptissima ad tractandũ pacem Ecclesię, sicut scriptũ est: In pace factus est locus eius. Pro- Psalm.75.
pterea concilium œcumenicum cui spiritũ sanctũ oportet assistere, oĩno fieri in huiusmodi loco trãquillitatis & pacis* De for.*conuenit.
cæteris verò partibus Christianitatis, quod dolẽter referimus, oĩes ferè guerris lacerãtur, atq; etiam cõsumuntur &c. Sola illa ciuitas & regiones circunstantes, quæ super Rhenũ fluuium protenduntur, tranquillitate gaudent & pace: quare ciuitas illa locus est aptissimus ad celebrandũ Conciliũ œcumenicũ pro consequenda vnione Ecclesiæ.

Secunda ratio fundatur in libertate, quę debet in cõcilio œcumenico esse. Petiuistis per Oratores vestros, vt Concilium vestrũ futurum sit liberũ, ita q̃ vnicuiq; liceat dicere votum suum sine rixosa contentione, Quanta aũt ibì sit libertas loquendi, consulendi, deliberandi, cõcludendi, sciunt Ambasiatores maiest. vestræ, qui in ciuitate Ba- for.*quòd scilicet,
sileeñ longo tẽpore steterũt, *si ciuitas illa, est ciuium cõcordia & vnitas. Basilea enim inter cæteras ciuitates, ciuitas propriè appellatur, quia à se regitur, & ciues nulla partialitate diuiduntur. Amicitia principis ibidẽm dominãtis, neminem opprimit timore: tantaq́; est ibì libertas, quòd etiam inimici Ecclesię, quãdo ibì accesserunt, maxima potiti sunt libertate. Accedit tertia ratio, quoniã congruum est, vt vbi hoc sanctissimũ negocium accepit initium, ibì perficiatur. Exhibitio ibidẽm rerum pręteritarum, indicium est futurarum. Et ideo si in illo loco fiet cõcilium œcumenicum, tractatus pacis sortietur effectum. Quarta ratio respicit fertilitatem patrię: quoniã vbicunq; celebrabitur Cõcilium œcumenicũ, oportet ibì maximã multitudinẽ gentium conuenire. Cõueniet enim ibì summus Pontifex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & prędati cęteri Ecclesiæ nostrę Occidẽtalis, conuenient reges & principes, & Ambasiatores absentum principum. Conueniẽt etiã Serenitas vestra cum patriarchis & prælatis, regibus & principibus Ecclesię Orientalis. quomodò possit hęc multitudo viuere, nisi locus abundaret maxima fertilitate? Tanta est aũt fertilitas patrię & Basileeñ regionis, q̃ Conciliũ generale ex latere totius Ecclesię nostrę iam per quinquennium sustinuit. Vndè sicut Basilea est in medio totiꝰ obedi-

entię noſtrę, ſic & verè prę cęteris fertilior locus eſt de ſe, & ad illũ tanquã ad centrum cõfluunt vndiq; bona ab oñi alia regione.

Vltimò amœnitas loci non parum videtur ad rem pertinere, quoniã in præfata ciuitate Baſileeñ tãta eſt ſerenitas aëris, quòd nunquã aut raro ſubijcitur peſtilentię. Quę cùm ſit contagioſa infirmitas, ſolet Cõcilia generalia & regionalia ſine fructu diſſoluere. Petimus igit ſereniſſime Imperator, quatenùs Maieſt. veſtra illum velit eligere locũ, vt abſq; oñi impedimento celebrari poſſit Concilium œcumenicum. Et eccè nos offerimus pro parte ſacri Concilij ad executionem decreti, donec largiente Domino pax reddatur Eccleſiæ Dei, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

PROOEMIVM DECRETI, QVOD non placuit Imperatori dicto.

SIcut pia mater pro filiorũ ſalute ſemper anxia eſt, nec vnquam quieſcit, donèc ſi qua inter ipſos diſſenſio ſit, ſopita fuerit: ſic multo ampliùs ſancta mater Eccleſia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare cõſueuit, vt omnes q; Chriſtiano nomine cenſentur, ſublato oñi diſſidio, eandem fidei vnitatem, ſine qua ſalus eſſe nõ poteſt, fraterna charitate cuſtodiãt. Quamobrem huius ſanctæ ſynodi ab initio ſuæ congregationis præcipua cura fuit, recens illud Bohemorum, antiquumq; Græcorum diſſidium prorsùs extinguere, & eos nobiſcum in eodem fidei & charitatis vinculo perpetuo copulare.

Articuli Ambaſiatorum Concilij Baſileeñ.

PRimus punctus eſt de ratificatione eorum quæ geſta ſunt, quòd videlicet ſereniſſ. Imperator & reuerẽdiſſimus dominꝰ patriarcha velint proprijs in perſonis iureiurando & per bullas auream & plumbeam more ſolito ratificare ſolenniter, & executioni demandare, quantũ in ipſis eſt, ea quę ipſi in ſancta ſynodo Baſileeñ per ſuos ſolẽnes oratores pleniſſimo mandato fulcitos, & publica ſeſſione cum ipſa ſancta ſynodo vnanimiter cõcluſerunt, & in altari celebrata Miſſa de ſpiritu ſancto, ſuper ſanctis euãgelijs & cruce Dominica iureiurando ſolenniter firmauerunt.

Secũdus punctus eſt de tẽpore, quia cùm tempus in decreto ſtatutũ & expreſſum, nõ defectu ſacri Concilij, aut ipſorum dominorum Imperatoris & patriarchæ, ſeu ambaſiatorum eorũdem, ſed alijs ex cauſis iam effluxerit, neceſſe eſt, vt pro executione cõcluſorum, tempus debitum & cõpetens per vtranq; partem ſtatuatur.

Tertius punctus eſt de loco Baſileeñ, q̃ videlicet præfati ſereniſſimus Imperator & reuerendiſſimus patriarcha multis ex cauſis dignentur & velint aſſentire, quòd Concilium vniuerſale & œcumenicum, quod conuictum eſt celebrari, in ciuitate Baſileeñ celebretur.

Quartus punctus eſt de executione decreti, quia videlicet miſſi ſumus ad præſentandum præfato ſereniſſimo Imperatori & reuerendiſſimo patriarchæ decretum concluſorum in publica forma cum plumbea bulla præfati ſacri Concilij Baſileeñ, inquantum attinet ad dictum ſacrum concilium, ad inchoãdum executionem decreti eiuſdem, & concluſorum contentorum in eodem decreto.

ALII ARTICVLI IMPERATORIS Conſtantinopolitani.

PRimò dicimus & volumus, vt proœmium decreti aliâs lectum & intellectum, totaliter tollatur, & ad minùs corrigatur, tali modo, vt poſſimus remanere in hoc contenti, vt omnis mala & ſcandaloſa ſuſpicio remoueatur, quę poterit per illud proœmium in animis quorundam exoriri.

Secundò, ſi (quod abſit) vnio & concordia Eccleſiarum Chriſti non ſortiatur effectum, ſed recedamus ex illis partibus diſcordes & diuiſi, ſicut nũc ſumus, quòd non afferatur nobis propter hoc aliquod impedimẽtum, damnum, vel aliquod hoſtile, quouis modo ex parte ſanctę Romanæ Eccleſię, immò vt fiat reditus noſter ad has partes cũ ijſdem honoribus, diſpoſitionibus, fauoribus, cum quibus illuc acceſſuri ſumus. Et faciat nobis pars ſanctæ Romanæ Eccleſiæ omnia, quæ pertinẽt ad reuerſionem noſtrã in tali etiam caſu, ſicut ſi fieremus còcordes & vniti, vt in Deo ſperamus.

Tertiò, ſi contigerit aliquos dominos reges ac principes nõ affuiſſe tali ſynodo nec verè, nec reſentatiuè propter aliquas cauſas tam ex partibus noſtris, quàm Occidentalibus, quòd hoc non intelligatur, nec habeatur pro defectu aut reuerſione conuentorum & concluſorum, vel ipſius rei & ſolicitandæ ſanctiſſimæ vnionis.

Quartò, quòd in ciuitate vel regione, in quibus debeat DEO authore dictum œcumenicũ cõcilium celebrari, & in alijs ciuitatibus ac regionibꝰ Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, veniendo, ſtando, redeundo, nos & oẽs noſtri nullum habeamus impedimentum, grauamen, nocumentum, vel quodcunque malum ab aliqua perſona tam eccleſiaſtica quàm ſeculari, ꝑpriè vel cõmuniter, palàm vel occultè ex quacunq; occaſione.

Quintò & vltimò, quòd ſi aliquis vel aliqui de quacunque natione & cuiuſcunque fortunæ & qualitatis ex illis, qui ex parte noſtræ Eccleſiæ ibidèm acceſſuri ſunt, in aliquo peccaret, iudicium illius peccati ſpectet ad nos & noſtram partem: pœna etiam illius determinetur noſtra diſcretione, & non habeat ſup hoc & poſſit aliquid facere pars Occi-

Occidentalis eccleſiæ ſubiectorum noſtrorum omnium.

ALII ARTICVLI RESPONſorum Ambaſiatorum concilij.

AD primum dicimus, quòd nunquam fuit de intẽtione per proœmium decreti iniuriari aliquo modo Eccleſiæ Orientali, nec ex ipſo ſanè intellecto (vt declaratũ eſt) poteſt vel debet aliquis iuſtè ſcandalizari.

Item dicimus, quòd ſi Ambaſiatores ipſorum vel ante promulgationem decreti vel poſt, aut in receſſu ipſorum feciſſent aliquã difficultatem de dicto proœmio, per ſacrũ concilium debitum fuiſſet appoſitum remedium.

Dicimus vlteriùs, quòd non eſt in poteſtate noſtra, dictum proœmium tollere aut corrigere, ſiue mutare, aut aliud facere, tum quia non habemus ſigillum aut plumbum concilij, tum quia illius eſt tollere, corrigere ſiue mutare, cuius eſt concedere. Poſtremò, quo ad hunc primum articulum dicimus, quòd propter prædictum proœmium nullo modo tãtum bonum eſt omittendũ, aut aliquo modo differendũ. Et offerimus nos ad omnia remedia rationabilia, nobis poſſibilia.

Ad ſecundum dicimus, quòd ſi loquatur articulus de expenſis honeſtis, clarum eſt ex tertio & decimo capitulis ipſius decreti. Et ſi ampliori declaratione indiget, parati ſumus ad declarãdum &c. Si aũt de ſecuritate loquatur, prouidebiť per ſaluũconductũ.

Ad tertium, quod de regibus, principibus ac dominis & principalibus Eccleſiæ prelatis conſentire nõ poſſumus, quin ſaltem interſint repræſentatiuè, vt patet ex primo capitulo decreti, & ex declaratione, Quid eſt ſynodus vniuerſalis & œcumenica. Nam inter alia dicitur in primo capitulo: Similiter venient ex oñibus regnis & dominijs, quæ ſubijciuntur eccleſiæ Græcorum cum plena poteſtate & mandato vallato iuramento & alijs clauſulis opportunis, tã ex parte ſecularium dominorum quàm prælatorum.

Quis autem eloquentiæ princeps aut Tullianæ ſapientiæ, preſulatum ſupremi vicarij Ieſu Chriſti, modico & inculto ſermone ad plenum explicare poterit? profectò mearũ virium, ſed & ſublimioris ingenij tranſcendit facultatem. Rem inſupèr ilico ſubijciendam, veritatis nitore ſubmiſſam video, ratusq; non ſum eam verborum lenocinio indigere. Canon mihi locupletiſſimus teſtis eſt, eum ſuperuacuis laborare impẽdijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Quoniã igitur gratię plenitudo adiectione nõ indiget, nec vlla requirit cõmendationis argumẽta, immorari in ea re verborum fucatis coloribus ampliùs non putamus. Ne autem vſque ad faſtidij neceſſitatem mea ſe extẽdat præfatio, ad conceptam materiam orationẽ cõuerto, non tamen de propria virtute, ſed de munere largitoris illius, qui dat oñibus affluenter, & non improperat, confidens. Ve- Iacob. 1.
rùm P.B. cùm parẽs noſter ille ſolus & vnus Deus glorioſus, fingeret animal rationale, ipſum ex humo ſubleuatum, ad contemplationem ſui artificis erexit: & ſolus homo eſt, qui res cæleſtes accepit: ſpectare eum Deus cælum voluit, vt religionem ibì quęrat. Apparet non eſſe rationis humanæ, vt poſtpoſitis diuinis ac humanis præceptis, opes terrenas, quæ plerunq; curuant animal rationale, venerari. Cùm autem P.B. glorioſiſſimi põtifices anteceſſores V.B. magni, iuſti, in cæleſtibus rebus experti, ſumma religione Deum adorabant, iuſtitiæ cultum colebant, in omnibus Deum præſentem eſſe putabant, decreta ſacrorũ cõciliorum in ſumma reuerentia ac veneratiõe habere ſolebãt, & à ſuis ſubditis obſeruari faciebant, adeò etiam, vt beatus Gregorius tantę beatitudinis & ſciẽtiæ pontifex, Quatuor cõcilia generalia vniuerſalia, ſicut q̃tuor libros euangelij profeſſus fuerit, ſcilicet Nicenum, Cõſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedoneñ. Ratio, quia in his velut in quadrato lapide, ſanctę fidei ſtructura cõſurgit, & cuiuſlibet vitæ atq; communis actionis norma exiſtit. Et cùm vniuerſali ſint conſenſu conſtituta, ſe, & non illa, deſtruit, quiſquis præſumpſerit abſoluere quos religãt, aut ligare quos abſoluunt. Clarũ aũt eſt, iuxta Gelaſij papæ ſententiam, q̃ eadem veneratione & decreta aliorum conciliorum cuſtodiẽda & recipienda ſunt. Nedum auté dicta quatuor generalia concilia cum ſuis ſequentibus, ſolummodò quo ad fidem beatus Gregorius ſe venerari fatetur, ſed etiam quo ad Reformationẽ, quando ſubiungit, dicẽs: Quia in his cuiuſlibet vitę atq; communis actionis norma exiſtit. Conſtat autem & luce clariùs apparere poteſt, q̃ iuxta ſacri concilij Conſtantieñ decretum, quẽlibet, etiam ſi papali preſulgeat dignitate, decretis ſacrorum conciliorũ obedire debere in his quę pertinent ad fidem, ſchiſmatis extirpationẽ, & Reformatio-

ORATIONES ALIQVOT IN SEV PRO IPSA BASILEEN. SYNODO, CONtráq; vel ad ipſam habitæ.

COLLATIO EXIMII DECRETorum doctoris magiſtri Ioannis de Bachenſtein, facta coram domino noſtro ſanctiſſimo in Florentia.

BEatiſſime pater, exigeret preſentia V.B. in primo dicẽdorum alloqo orationem ornatè cõpoſitam, matureq; digeſtam, quæ S.V. dignitatem, clementiam, aliasque virtutes & dotes ſummas in mediũ adduceret, & rem ipſam Deo gratiſſimam, & hominibus ſalutiferã, de qua paulopòſt dicturus ſum, peroraret.

mationem Eccleſię in capite & in mẽbris,& pertinentiũ ad ea. Et ſi glorioſiſſimi pontifices ea deſtruere, quæ anteceſſores ſui ſtatuerunt, erubuerunt: multò magis decet & expedit, quinimmò neceſſarium foret S. V. eorum veſtigijs inhærendo, decreta ſacrorũ conciliorũ ſumma cum veneratione obſeruare,& obſeruari facere & cuſtodire. Sicque Pater B. ſi priſcorum ſacrorum pontificum magnifica opera S. V. attendit, ſummo ſtudio conabitur gloriam ſuam triumphalem ſuis poſteris & vniuerſo orbi relinquere,ꝓ futuram. Neq; S.V. retrahat leuis occaſiõ, quinimmò diuinæ neceſſitudini ſatisfaciet, ſi grato ſtudio ſuo adminicula miſericorditer petenda Eccleſiæ Dei feliciter cõdonabit. Non iniuſtum petimus,non S.V. maximis prælijs & certaminibus cõfligere rogamus,non inſuperabiles montes tranſiturã, non ampla terrarũ ſpatia vaſti orbis luſtrare:ſed vt ſancta Catholica Eccleſia fauoribꝰ benignis participata, bonos felicitatis ſuæ cõuentus in perpetuum memorales cõquirat gloriosè. Nunc autem P.B. de veſtræ ſanctitatis benedictione ad rem ſpecialiùs deſcendam,alia iniuncta poſteris temporibus explicaturus.

Conſiderans itaq; ſancta catholica Eccleſia,per ſacram ſynodum Baſileẽſem preſentata,Reformationẽ Eccleſiæ Dei in capite & in mẽbris, vniuerſo orbi ſummè eſſe neceſſariam,& ad eam perficiendam creberrimis literis S. V. magna cum charitate & ſolertia propulſatã fuiſſe, In nomine ſpiritus ſancti paracleti,magnis ac varijs impedimẽtis interuenien, ſua ſaluberrima promulgauit decreta. Cùm autem P.B. ob eorundem tranſgreſſionem magna ſcandala in Eccleſia Dei præteritis tẽporibus exorta ſint, & niſi accuratiùs prouideatur,timendũ foret, maiora ſcandala intolerabilia ac ſchiſmata grauiora ſuboriri,maximè autem propter non obſeruationem decreti de electionibus, ob quam tranſgreſſionem paucis temporibus elapſis,ſeq; poterit perniciоſiſſimũ ſchiſma in Eccleſia Dei,periculoſius quidem,quàm fuerit aliud nouiter extinctum. Illud nanq; diuidebat Eccleſiam Dei in duas partes. Sed ſi S.V. non ſeruaret decretum de electionibus per ſacrum concilium promulgatum,timendum foret, ꝙ infra decem aut quindecim annos ſancta catholica Eccleſia diuiſa reperiat in tot partes, quot ſunt diœceſes. Proximis inſupèr diebꝰ, cùm Ambaſiatores ſacri concilij Franckfordiæ in ſolenni conuentione ſacri Romani Imperij principum Alemanię & Electorum eſſent cõſtituti,audiuerunt grauiſſimas querelas maximaque ſcandala exinde euenire. At ſtatim verò expòſt Colonien & Moguntinen archiepiſcopi queruloſas literas de nouo,ſacro cõcilio tranſmiſerunt,poſtulantes humiliter & deuotè,quatenus ſacrum concilium ſuper obſeruantijs decreti de electionibus ante ſui diſſolutionem dignaretur apponere remedium oportunum. Quanuis autem P.B. ſuperioribus temporibus ſacrum concilium per honorabilem dominum abbatẽ ſanctæ Iuſtinæ,& demum per duos reuerẽdiſſimos ſanctæ Romanę Eccleſię cardinales,pro obſeruandis decretis editis & edendis S. V. requiſiuerunt,nũc verò per duos humiles dictæ ſacroſanctæ ſynodi oratores rogat, petit,hortatur,& per viſcera Dñi noſtri IESV Chriſti obſecrat & ampliùs requirit, quatenus ſanctitas veſtra deinceps cũ effectu ſeruare & ſeruari facere velit decreta edita & edenda per ſacrum cõcilium Baſileen, & in contrariũ attẽtata reuocare. Alioquin P. S. dicta ſacra ſynodus multiplicibus iurgiorũ ac ſcandalorum crebris propulſata opprobrijs,intendit dare operã efficacem,per quã decreta ſua ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur,etiam quacunq; præfulgeant dignitate,prout poſſibile erit. Vndè iam tot ſcandala & ſchiſmata in populo Chriſtiano ſuborta exiſtunt,& perampliùs ſequi veriſimiliter timentur, quod ſacro concilio non expedit conniuentibus oculis pertranſire. Et ſi ſacrum concilium non foret congregatum ad obuiandũ dictis ſcandalis,de nouo deberet congregari. Nunquam autem ſacrum concilium patietur ſe diſſolui,niſi primitùs adhibito ſufficienti remedio modo poſſibili pro obſeruandis decretis eiuſdem. Quid nanq; prodeſſet cõdere decreta & leges,ſi non manuteneren tur? Qualis inſupèr futuris temporibus ſpes generalia concilia congregandi haberi poterit,ſi decreta ſacri concilij Baſileen,tot laboribus & expenſis condita & promulgata,tam de facili violari, ac etiam retractari ac irritari à quocunque tolerarentur? Et profectò niſi diligẽtiùs ꝓuideatur ſuper obſeruantia decretorũ,paucis temporibus elapſis,omnis authoritas ſacrorum conciliorũ eneruabitur,& diſciplina eccleſiaſtica peribit. Vulgaris nanq; inoleuit vox populi,ſi durante cõcilio hæc fiunt in viridi,quid eo diſſoluto *ſpectãdum foret in arido? Prætereà P.B. ad dictam obſeruantiam decretorum,ex ſuſcepti regiminis officio S.V. adſtricta eſt. vndè iuxta Iuliani papæ ſententiam, officij noſtri conſiderationem non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas,quibꝰ maior cũctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit:& per conſequens,feruentiori deſiderio ea quæ ſunt Chriſtianæ religiõis decreta,Romanos põtifices ſeruare oportet. Neq; aliquam aliam ſedem,ſecundum Gelaſium,vniuſcuiuſque ſynodi cõſtitutum,quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus,magis exequi præ cæteris oportet,quàm primam,quæ & vnamquanque ſynodum ſua authoritate confirmat,& continua moderatione cuſtodit. Nedum autem verbo aut ſcripro ea amplecti, ſed

* ſperãdum

ſed etiam vſq; ad animam & ſanguinem, ea quæ ſpiritu ſancto dictante patres diffiniuerunt,ꝑcipua virtute defenſare & ſeruare, ab aliisque obſeruari facere & cuſtodire: quod ſi S.V. fecerit,conſequetur profectò ſancta catholica Eccleſia immenſam gloriam, honoremque ſuſcipiet pariter & decorem: ſacrum quoque concilium Baſileen, in ſpiritu ſancto legitimè congregatum,& S.V. vinculo charitatis indiſſolubili erunt vnũ, ſicut & nos vnum ſumus.

Inſupèr P.B. quot & qualia ſcandala preteritis temporibus prouenerint ex eo,quòd ſententiæ etiam tres cõformes latę in ſacro concilio,in curia Romana refutantur,retractantur & reuocantur,ad plenè explicandũ non ſufficeret dies neque menſis. Patres autem ſacri concilij, & etiam cuncti principes ſeculi,de hac re non ſolùm admirantur, ſed & grauiſſimè ſcandalizantur,cùm hoc cedat in maximum ſcãdalum & perturbationem Eccleſię vniuerſalis. fiunt nanq; diuerſi proceſſus in diuerſis partibus: vnus excõmunicat, alius verò abſoluit: vnus obedit, alter contemnit. Quanta autẽ mala & cõtemptus eccleſiaſtici ſtatus hinc proueniant, lingua noſtra mortalis ad plenũ explicare non poterit. Et quod grauius eſt, fiunt proceſſus in curia Romana, per quos mouentur ſuppoſita concilij, ſignanter autẽ ſcriptores & abbreuiatores, cùm tamen ita neceſſaria negocia ibidẽm tractentur, quòd non ſolùm deberent vocari, quinimmò & alij mitti. Ea ꝓpter P.B. dicta ſacra ſynodus S.V. rogat, petit,hortatur, & inſupèr per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obſecrat & requirit, quatenus S. V. deinceps taliter velit prouidere, quòd iſta aut cõſimilia decæterò non fiant. Et preſertim mandare domino patriarchæ Hieroſolymitano, à quo dicitur illud monitorium emanatũ, vt illud reuocet,& decęterò conſimilia non attẽtet. Perampliùs autem S. V. dignetur fauere & habere recommiſſa ſuppoſita ſacri concilij, prout in decreto adhæſiõis pollicita fuit S. V. facere velle. In omnibus autem S.V. velit ſic agere, quatenùs patres in ſacro concilio concipere valeant, S.V. manutenere ſacrum concilium,& non per indirectũ diſſoluere. Quod ſi S. V. fecerit, * totus inſupèr orbis vniuerſus exinde magnam ſuſcipiet conſolationem & quietem, ſacrum inſupèr concilium & S.V. erunt vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

for. *totius orbis vniuerſitas

Poſtremò pater beatiſſime, ſacrum concilium volens ea ſignificare S.V. quæ proximis diebus in ſacroſancto opere Reformationis, dudum vniuerſo orbi per ſuas literas promiſſo fecit & ordinauit, in preſentiarum in ſignum participationum tot & tantorum bonorum operum, tranſmittit S.V. decretũ de Annatis, vacantijs & communibus ſeruitijs tollendis, prout in ipſo decreto ſtatim præſentando clariùs cõtinetur. Et dicta ſacra ſynodus hortatur & requirit S. V. quatenùs velit ipſum decretum in ſua curia ſeruare, & alibi obſeruari facere & cuſtodire: quoniam ipſum eſt cõforme legi diuinæ & canonibus ſanctorum patrum, & dignetur ipſum benignè ſuſcipe, tãquam opus quod principaliter reformandum erat. Quanuis autem P.B. iſtæ Annatæ introductæ fuerũt ex cauſa Paſſagij terræ ſanctæ, nunc autem ceſſante cauſa, ceſſare poterit & effectus. Etiã dictæ Annatæ hactenus ſubleuatæ, nõ ſunt cõuerſæ in eum vſum & finem, propter quẽ Annatæ adinuentæ fuerunt. Maximè autẽ, quoniam ſuperioribus temporibus in ſubleuationem dictarum Annatarum, tantus rigor, tantæque exorbitantię, & tot inſupèr deſtructiones & orbationes inſignium eccleſiarum prouenerunt, adeò etiam, quòd in multis eccleſijs cultus diuinus nedum diminutus, ſed etiam in totum in collapſum reductus exiſtit. Multi enim notabiles prælati, ob non ſolutionem Annatarum, innodati cenſuris eccleſiaſticis, multis annis à diuinis abſtinentes,& tandem plurimi in ipſis ſic mortui, in terra ꝓphana inhumati ſunt. Alij verò coacti ſunt vẽdere libros, calices, capſas reliquiarum & ornamenta eccleſiarum. Alia autem innumerabilia mala, quæ exinde ſubſecuta ſunt, in longum enarrare de præſenti ſuperſedeo. Quibus ſingulis attentis, perampliùs nõ expediebat ſacro cõcilio, cõniuentibus oculis pertrãſire. Vndè P.B. ſi Alexander ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicę ſedis epiſcopus, ſcribẽs Lucẽſi eccleſiæ conſtituerit & decreuerit, ꝙ nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiaſtico beneficio audeat aliquid conferre, etiam ſi fabricæ eccleſiæ vel in denarijs ſeu etiam in vſus pauperum donatũ tribuendũ foret: multo magis decuit ſacrum conciliũ, quod eſt ſpeculum & norma cuiuſlibet vitę atq; communis actionis, decretare & ordinare, quatenùs perampliùs in collatione beneficiorum, confirmationũ, Electionũ, admiſſionum, poſtulationũ, tam in curia Romana, quàm alibi, nil penitus antè vel pòſt exigatur, directè vel indirectè, prętextu etiã cuiuſcunque conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti, aut ãliâs quacunque recepta occaſione. Sacrum nanq; concilium nil noui feciſſe videtur, ſed antiquiſſima iura ſanctorũ Romanorum pontificũ innouauit. Nihilominùs P.B. ſacrum conciliũ omninò diſpoſitum eſt, & iam laborat per aliquem alium modum honeſtiorem S.V. & dominis cardinalibus talem facere prouiſionem, de qua S.V. dictique domini cardinales meritò poterunt contentari. Preſertim autem ſi ſacrũ cõcilium informatum fuerit realiter & cum effectu, S.V. decreta ſacri concilij Baſileen ſeruare, & ab alijs obſeruari facere & cuſtodire, prout & S.V. in Bulla ſuæ adhæſionis pollicita

pollicita est ea seruare, has preces pater B. pro hac vice nos humiles & tantilli dictę sacrosanctæ synodi oratores, S.V. magna cum instantia offerimus, rogantes S.V. humiliter & deuotè, quòd si nobis iniuncta non tam maturè aut eleganti stylo quo debuissemus, exposuerimus, id non sacro cõcilio, sed nostræ imperitiæ S.V. asscribere dignetur. Finaliter P.B. optat ipsa sacra synodus, vt Deus gloriosus vota & agenda S.V. feliciter dirigat, & cęlesti dono prosequatur, vt per hęc & alia quæ Domino inspirante S.V. in posterum fecerit, immarcescibilem vitę eternę coronam & triumphalem gloriam cõsequi mereatur, quam S.V. & nobis omnibus cõcedat IESVS Christus benedictus in secula. Amen.

RESPONSIO DOMINI EVGENII PAPAE AD PRAEDICTA proposita per Ambasiatores concilij.

SAnctissimus dominus noster papa venerabilibus viris oratoribus sacri Basilee ñ concilij super propositis & petitis per eos responsum requirẽtibus, hoc modo respondit:

Quòd mens & intentio, ac oñe studium suum semper fuit, intẽdere & vigilare ad ea quę honorem Dei, salutem animarũ, ac bonum totius Ecclesiæ ac reipublicę Christianæ concernerent, signanter ad extirpationẽ hęresum, reformationem morum, ac pacem populi Christiani. Et specialiter ad reductionem Grecorũ, & Ecclesię Oriẽtalis ad veram & catholicam fidem. In qua re quãtùm laborauerit, primùm Constãtię, deinde Romæ tempore felicis recordationis domini Martini papę quinti, prędecessoris sui, dum esset in minoribus, postremò postquàm ad apicẽ apostolatus assumptus fuit, ferè oñibus notum est, ita vt non ociosè extimet, q̃ si in ea re sibi credulitas fuisset adhibita, iam ad optimum finem peruentum fuisset, aut saltem huiusmodi reductio magnum principium haberet.

Quantum autem ad negocium indulgẽtiarum, Electionum, Annatarum, causarum & vocationum scriptorum & abbreuiatorũ Romanæ curiæ, respondit: Quia materiæ grandes sunt, & discussione ac declaratione indigent, se vnà cum fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus decreuisse respondere per suos *sacro concilio: quod quamprimùm facere intendit, sperans responsiones suas tales esse debere, quæ iustitiæ & honestati conueniant, ipsiq̃; sacro cõcilio & omnibus piè sentientibus ad Dei honorem, charitatem & pacẽm, ac bonũ vniuersalis Ecclesiæ, gratæ ac acceptæ, meritò sint futuræ.

POGGIVS.

Ego Poggius domini nostri papæ Secretarius, suprascriptam responsionem de mãdato suæ S. scripsi manu ppria & subscripsi.

Auscultatũ cum originali scripto in schedula papyrea. Et cõcordat. Et interfui quãdo 12. die mẽsis Augusti millesimo quadringentesimo tricesimoquinto præfatus Poggius in camera S. domini nostri papæ coram multitudine prælatorum, doctorum, & aliorum virorum, respondit se dictam schedulam scripsisse, & dominis Ioãni de Bachenstein decretorũ doctori, & Matthęo * Mesnaige in sacra pagina Baccalaureo, oratoribus sacri Basileensis concilij præfatis, ex parte ipsius sanctiss. dñi nri papę ꝓsentasse.

Ita est. D. Barard. notarius publicus.

C. Roussellí.

SEQVVNTVR RESPONSIONES FACTAE PER DOMINVM ANTONIVM AVDITOREM

nomine fratris Ambrosij Prioris generalis & suo, ꝓ parte sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Eugenij diuina prouidentia papæ quarti, in generali cõgregatione ad petitiones factas per oratores sacri concilij, millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die septima Octobris.

NVncij & oratores à sacro hoc generali destinati concilio ad sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, dominũ Eugenium diuina prouidentia papam quartum, Venerabiles scilicet & doctissimi viri magistri Matthæus *Neuartze, sacrę professor Theologiæ, & Ioannes Bachensteyn decretorum doctor, iniunctum eis prosequẽtes officium, Reuerendissimi reuerendiq̃ue in Christo patres & domini, cæteriq̃ue vos patres & viri electissimi, plura diuersis orationibus ipsius domini nostri beatitudini exposuerũt, eorumq̃; *adplacuit corroborãtes exhortatorias suas petitiones authoritatibus, tum rationibus, tum quoque persuasionibus, ornatè sanè atque discretè: quę cùm omnia reuerẽdissimis P. & dominationibus vestris nota fore conspicimus, ad vniuscuiusque exhortatoriè petiti responsionẽ descendere congruentiùs iudicamus, quàm eorundem dominorum oratorum singula repetamus proposita, verùm non declinantes ab ordine, per eos ipsos egregiè custodito, vice & nomine ipsius S.D.N. cuius sumꝰ nuncij & oratores immeriti, frater Ambrosius Prior generalis & ego Antonius auditor respondebimus singulis eorum petitionibus, cõclusiuè tamen, nè verbis immorari videamur. Ex qua tamẽ responsione satìs aptè colligi poterit, quid eorum quisq; dixerit petierítve.

Ad primum igitur reuerẽdissimi patres, vosq̃ue viri elegantissimi, per ipsum magistrum

for. *adeò placuit oratio, corroborantium

strum Matthęum primò propositum atque petitũ, dicimus, quòd sanctissimus dominꝰ noster inter omnes alias res, quantumcunq; graues, reductionem Grecorum & Ecclesię Orientalis ad veram & catholicam fidem, semper sibi pręcipuam fecit. In qua quidem re, quantum laboris, curęve sumpserit, primùm Constantiæ, deindè Romæ tempore felicis recordationis domini Martini papæ quinti, postremò postquàm ad apicem apostolatus assumptus fuit, multis notum est, pręsertim plerisq; ex vobis reuerẽdissimi reuerendiq̃; patres. sicq̃; materiam illam oñi quo meliùs potest studio vnà cum hoc ipso sacro cõcilio paratus est prosequi, gaudetq̃; plurimùm, quòd hęc Grecorũ reductio vobis patribus & dominis reuerẽdissimis facilis videatur, quam quidem primum per sanctitatem suam promotam, aliqui phylacteriam antiquam & cantilenam vocabant. Et hæc quo ad primum.

Quo verò ad secundum, hoc est, ad materiam indulgentiarum, sic breuiter respõdemus: Modus iste habẽdi pecunias, reuerendissimi patres, grauis est, eo quòd ex quęstu proueniat, qui in similibus superiori tempore multa mala attulit exẽpla Christiano populo. Item aduẽtus Græcorum, cuius gratia hoc quęritur, oñino incertus est, quanquã eorum oratores aliquid certi cõclusisse videantur. Nam & aliâs multa polliciti sunt, quæ tamen aut rerum vel temporis necessitate vel alia causa mutato consilio non seruârunt. Nemo in rem incertam aliquid conferre disponet, sed suspicabitur potiùs gratia turpis quæstus & lucri id fieri. Regnum Cypri & insula Rhodi, terrarũ Christianorum fortissima propugnacula, ex hoc & scãdalum & iacturam grauem patientur: similiter & multa pia opera, quæ ad indulgẽtias huiusmodi promouentur, si contingat hos Græcos non venire, cùm & planè arbitrabitur quispiam nos illusisse, & prædam quandam hac fictione quęsiuisse, & dicet: Eccè q̃ in multitudine diuitiarum gloriantur, & ꝑualere voluerunt in vanitate sua: sicq̃; quod pro pietate quæstũ erit, ad impietatẽ asscribetur: quod oñinò cauendũ videtur, apud eos maximè, qui ad sancta opera conueniſſe se profitentur. Quare concludimus reuerẽdissimi patres, quòd omninò ante omnia expectandum sit Imperatoris & patriarchæ finale responsum, & habenda certitudo de aduentu eorũ: qua habita, siue per viam indulgentiarum, siue alio modo, qui melior & conuenientior forsitan esse videatur, sanctissimus dominus noster se paratum offert ad concurrendum cum hoc sacro generali concilio, & omnes possibiles fauores impẽdendum. Et hæc quo ad secundum.

Pſal. 48.a
Pſal. 51.b

Ad tertiũ breuissimè dicimus, quòd ipse sanctissimus dominus noster tunc etiam paratus est Cardinales & Prelatos, & alias literatas personas ad tam pium opus & locum electum mittere: immò & si consingat eligi locum, ad quem sanctitas sua cõmodè possit accędere, personaliter intereſſe curabit. Interim autem deputabit viros aliquos doctissimos, qui super differentijs Latinorum & Græcorum plenè conferant & disputent, quãquam ista materia reperiatur plenè discussa. Et hæc, quo ad proposita per venerabilem virum magistrum Matthæum.

Accedimus modò ad petitiones venerabilis decretorum doctoris domini Ioannis de Bachensteyn. Et primò, quo ad conseruantiam decretorum huius sacri cõcilij, sic breuissimè respõdemus, quòd sanctissimus dominus noster quãtùm potuit, decreta huius sacri cõcilij amplexus est, & seruari voluit, & in futurum paratissimum se offert: & si in præteritum aliquo particulari casu aliter factum esse videatur, id ex iustis & necessarijs causis, si diligenter res inuestigetur, factum fuisse comperietur. Et id idem in decreto de electionibus seruatũ esse videbitur. Quo verò ad articulum causarum, hoc damus respõsum, quòd sanctissimꝰ dominus noster non intendit ex causis quę in curia recipiũtur, scandalum aliquod facere: sed cum mos sedis Apostolicę sit, vt nõrũt dominationes vestræ, vnicuique ministrare iustitiam, non est mirũ, si ad se concurrentes suscepit, eisq; iustitiam per viros doctissimos & in talibus valdè expertos ministrari iussit. Neq; semper constat à principio, cùm causa committitur, de omni circunstãtia iudicis, à quo ad curiã introducatur, videlicet qua authoritate iudex processerit. Curauit autẽ sanctissimus dominus noster materiam litium pro viribus excídere, & quãdoq; requisitus causas etiam ad hoc sacrum generale remittere concilium. sed mirantur multi, & non dolere non possunt, quòd sacrum hoc generale concilium, quod pro rebus maximis & vniuersale bonum concernentibus, congregatum se esse profitetur, ad innumerabiles priuatarum & minimarum rerum causas occupetur, & quotquot pro ea re venientes indifferenter admittat, & causas in curia Rom. cœptas, ad se retrahat. quo fit vt multi se incorporari procurẽt, non vt cõmuni vtilitati cõsulant, sed priuatis eorũ cõmodis & sæpè cum alterius partis grauamine, & signanter officialium curiæ Romanæ, qui sub eo prætextu huc sæpè trahuntur: quod plurimi ex vobis reuerendissimi, reuerendiq̃ue patres, circunspicientes, dixerunt pluriès & procla mârũt, huiusmodi particulares causas & alia priuata negocia, per sacrum hoc concilium non esse admittẽda, & magister Simon *Freroneñ, aliâs Orator huius sacrosanctæ syn- odi ad ipsum sanctissimum dominum nostrum accedens, dixit sacrum concilium ad ea velle prouidere, & à se omnino abdicare. Et hoc, quo ad articulum causarum.

*Freiron
*Freron

Quo autem ad ſcriptores & abbreuiatores, qui de hoc ſacro concilio dicuntur ad curiam vocati, dicimus illos qui tẽpore mãdati in hoc ſacro gẽnerali concilio erant incorporati, fuiſſe in ipſo mandato & eſſe exceptos: ſicq; ex eo mandato nihil cotra huius ſacri concilij ſuppoſita eſſe innouatum. Si qui autem poſteà & iam mandato prẽuẽti, in fraudem & illuſionem mandati, incorporari curauerunt, extiment reuerẽdiſſimæ paternitates veſtræ an iure fecerint. Et hoc breuiſſimè, quo ad ſcriptores & abbreuiatores.

Quo verò ad decretũ annatarum &c. licèt aliâs per me multa dicta ſunt, tamẽ vtile & non ſuperfluum fore putauimus, ſi iterũ ad id pauca quædã ſubijciamus, vt in omnibus ſatisfeciſſe vno videamur ſermone. Breuiſſimè itaq; ſic reſpondemus, quòd nemo ſatìs admiratur, quòd in re tam grandi, irrequiſitis & inſcijs ſanctiſſimo domino noſtro atq; ſacro collegio & alijs quorum intereſt, tam citò & inſperatè concluſum fuerit: quod ſi vnquam faciendũ fuit, hoc præcipuè tempore omittendũ videbatur, quo Romana eccleſia & multę aliæ pro malignitate temporis innumerabilia dãna ſunt paſſæ. Si qui in his prætendebantur abuſus, his prouidendum erat ſine priuatione ſubſtantiæ: aut ſaltem prouiſio debita ſimul facienda erat, vt ſic iuſtitia & pax obuiarent ſibi. Vndè, reuerendiſſimi patres dominiq; pręſtantiſſimi, interim viuent, qui hactenus indè vitæ ſuſtentationem ducebant? vndè eccleſiarum ſuarum onera ſupportabũt, cùm præter Romanam Eccleſiam multi prælati ſunt, qui ex poſſeſſionibus aut decimis parùm vel nihil recipiant? vndè ſedes Apoſtolica impenſas faciet, prouidẽdo neceſſitatibus & vtilitati vniuerſalis Eccleſiæ pro his quæ pertinent ad pacem & extirpationẽ hęreſum & errorũ, & ad alia concernentia bonum publicũ totius populi Chriſtiani? Iure igitur reuerendiſſimi patres manu tenenda erant iſta, ſaltem donec aliter fieret ſufficiẽs prouiſio, de qua prouiſione ſufficiẽti faciẽda per ſacrum hoc concilium, ſanctiſſimus dominus noſter vult eſſe benè cõtentus iuxta deſiderium ſacri huius concilij, prouiſo quòd taliter fiat, quòd ſtabilis & firma permaneat. Et hæc quo ad vltimum, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

ORATIO GERARDI LANDRIani Epiſcopi Laudeñ, Oratoris Baſileeñ concilij ad regem Angliæ & reliquos patres conſcriptos regni.

FAcite quod Dei eſt, & ipſe faciet quod veſtrũ eſt. ex ſacris literis apud Gregorium epiſtola octaua. Paucis his anteà, pximè more inſtitutoque maiorum prẽmiſſis, credim⁹ ſereniſſime & Chriſtianiſſime rex, reuerẽdiſſimi patres & illuſtres domini, vos iamiam pro ſumma prudentia veſtra planè intelligere debuiſſe, omnia nos iuſta, vtilia, & nimirùm toti orbi neceſſaria, hodierno die ſereniſſimam maieſtatem veſtram nomine ſacri Baſileeñ Concilij rogaturos fore. Quapropter ſi qui nunc ſunt hoc in ſanctiſſimo ac celeberrimo patrum & procerũ ordine, quos fortè offendi cõtingeret, q cùm apud maximum & glorioſiſſimum oñium regem, totq; ſapientiſſimos & præſtantiſſimos viros verba facimus, non eam dicẽdi artem aut elegantiam adferamus, quam eloquẽtiſſimi ipſi viri vel expectaſſent, vel pro ſummo ſplẽdore huiuſce loci dignum fore iudicaſſent: hos tales oramus & obſecram⁹, vt potiùs rationem & ſummam æquitatem cauſę, de qua paulopòſt agemus, conſiderare velint, quàm tarditatem aliquã in dicendo noſtram accuſare: neq; tantum quo ornatu verborũ, quàm quid & qua fide dicatur, aduertãt. diximus eñ in principio orationis noſtræ, Facite quod Dei eſt. Quis vnquam vllo tempore pro iuſtiore aut ſanctiore cauſa quenquã in ỏrbe regem aut principẽ adiuit? quis pro tam ſalubri & honeſto negocio nuncius ad regem regijs prẽcipuè virtutibus inſignem, nulla etiam elegantia adhibita, non ea quæ exoptet, omnia impetrare poſſe confidat? Animaduertite diligẽter (quæſo) ipſam miſſionis noſtræ cauſam, nõ minùs certè neceſſariã, quàm honeſtam. Miſſi ſumus à ſanctiſſimo Baſileeñ concilio ad regem, & quidem in toto orbe terrarum fideliſſimũ & catholicũ, ne fides ipſa, quam fluxã ſatìs & quaſſam habem⁹, turpiter pereat, præſidium aduocatur. Miſſi ſumus ad Chriſtianiſſimum regem, ne rempublicam Chriſtianã miſerè quidem afflictam, vitijs prauiſq; moribus debilitatã & deformem, ac nunc quidem in ſummo diſcrimine poſitam, cùm ſubuenire maximè poſſitis, pericliari non patiamini. Miſſi ſumus ad regẽ natura mitem, iuſtum, manſuetũ, pacis amatorem, vt per ipſum, pacem, ocium, tranquillitatem, concordiam ipſi, ſuis oñibus & vniuerſo orbi terrarum pariamus. Miſſi ſumus tandem ad regem clariſſimum animo, atq; genere illuſtri prẽter cẽteros natũ: vt ad tam præclara & ſalubria Dei opera, comitem ſe & participem ad ſacroſanctã ſynodũ iũgere velit: ſynodum dico, in ſpiritu ſancto & in oñi bono opere legitimè congregatã, vniuerſalem ſummi & immortalis Dei Eccleſiã repræſentantẽ, ac non minori ſtabilitate iuris firmatam, quàm in vnũ rerum neceſſitate vocatam. Quæritis in ea ædificationis & ordinationis ſuæ ſolenne ac legitimũ exordium? at hæc celeberrimo omnium Conſtantieñ cõcilio decreta & cõſtituta fuit, in quo certè diuinarũ humanarumq; literarum ex omni parte nobis ſapiẽtiſſimi homines cõuenerant, in quo inclyta hæc, hęc inquã doctiſſima natio veſtra ſummo honore interfuit:

fuit: in quo ſapiẽtiæ lumina * & contra fermè mundi ornamenta collecta fuerunt. Quęritis ſummam in ea authoritatem? at hæc eadẽ ſynodus patrum, ſacerdotum, regum, principum, ducum, nationum, & cõmuni omnium cõſenſu, tanta frequentia hominũ, quãtam vnquã fuiſſe conſtat, vna voce, vno ore decreta, ſtatuta, diffinita, declarata, promulgata fuit. Quæritis in ea ſummorum pontificum cõſenſum? at hæc ſanctiſſimorũ quõdam Martini, & nũc domini noſtri Eugenij plurimis literarum monumẽtis obfirmata, ſtabilita eſt & conuocata. & adijcit ad hæc omnia ſimul non mediocrẽ conciliũ Seneñ authoritatem. Nónne omnes in eo patres, hoc Baſileeñ cõcilium pro ſtatu ſanctæ Eccleſiæ Dei, pro communi oñium ſalute, ad hoc tempus neceſſariò celebrandũ eſſe cenſuerunt? Itaq; ſi diligenter omnia in vnum colligere volumus, nullũ vnquam conciliũ tot decretorum monimẽtis, tot diuerſis (vt ita dicam) authoritatibus ædificatum, vallatum, congregatum q;, vel vidiſſe, vel audiſſe, vel etiam legiſſe fatebimur. At quàm nunc hæc ſacroſancta ſynodus non opportuna modò, ſed & ſi nullo vnquam tempore ſtatuta fuiſſet, maximè neceſſaria ſit, paucis attendite, & recognoſcite ſanctiſſimæ fidei & reipublicæ Chriſtianæ vulnera. Primùm, an diſſimulare poſſum⁹, nisi fœdiſſimè quidẽ, & nõ mediocri etiam totius nominis Chriſtiani periculo, in oñi fermè regione orbis exortas atq; excreſcentes indiès magìs nefarias & hæreticas factiones, venenatamq; illam in primis & peſtiferam Bohemorum luem? Bone Ieſu, quàm longè lateq; iam fines extendit? Quis enim non acerbè doleat, clariſſimum olim populi Chriſtiani regnũ, alienum, auerſumque à fide & religione noſtra factum? Quis prætereà nõ miſerebitur, tot innumerabiles animas, illorum falſa peſtiferaque doctrina pellectas, igni & ſupplicijs æternis quotidiè deperire? Neq; eſt animus nunc commemorare hoc loco, quantas ſtrages, cædes & incendia populo Chriſtiano hæc peſtis hominum attulerit, quòd ſanctiſſima Dei templa, aras, reliquias martyrum pollutis ſacrilegisque manibus prophanârit. non enim omnia ſingulariter ſine lachrymis, Chriſtianis præcipuè hominib⁹, enumerari poſſunt. Sed nec his ſe finibus continet hæc contagioſa peſtis. Serpit enim indiès magìs & magìs hoc exitiale malum: atque ſceleratiſſimæ ac ſuperſtitioſæ gentis veſanę temeritati parũ facinoris in eo eſſe videtur, dum turpia & teterrima omnia in Eccleſiam DEI, in religionẽm, in fidem, in diſciplinam ſanctorum patrum flagitioſiſſimè moliuntur, niſi ciuilem etiam vniuerſi orbis politiam funditùs euertant: tantumq; illis ſupereſt odij & hoſtilitatis in rempublicam Chriſtianam, vt non ſolùm aduerſus Chriſtos Domini, ſed etiam aduerſus reges & principes diuino vtique iure conſtitutos, plebis & multitudinis imperitæ tumultuaria odia concitare conentur, pro concione publica prædicantes, omnes homines inter ſe pares eſſe, neque alium alio ſuperiorem fore, negantes prętereà vectigalia & tributa principibus dari oportere: quo fit, vt multi non modò homines, ſed populi, vt rerum nouarum ſemper cupidi ſunt, cùm à vera & catholica Eccleſia, tum à principibus etiam ſuis, aut re ipſa & animis & voluntate certè deficiant. Itaq; hodierno tempore cùm hoc ſuperſtitioſum & maleficum genus hominum, magna nunc reductionis eorum oblata ſpe, ad ſacrum concilium venire obtulerit, ſi hæc res neglectui fortè haberi volet, vel ſi cùm ipſos armis vincere non potuimus, turpiter eſſet * cogitari à facie eorũ cæ- locus obdem, extollent ſe inſolenter, & conflagrabit ſcurus profectò in tantum incendium hęc vis morbi, vt fruſtrà poſteà deſperatæ rei ſubuenire cupiam⁹. operemur igitur (ab Apoſtolo inſtituti) bonum, dum tempus habemus: nec tanti ac tam ſperati boni occaſionem nobis oblatam, præterire ſinamus. Galat. 6.

Atque vt intelligatis ex omni parte orbis congregandi concilij ſummam imminere neceſſitatem, conuertite nũc oculos ad ſanctam Eccleſiam Dei iacẽtem & afflictam, ac longa perturbationum aſſiduitate penè ꝓfligatam. Bone Deus, quantum ab antiquis honoribus, & à priſca Maiorum noſtrorum dignitate, * quibus Chriſtianæ reipublicæ for. * & à ſtatus diutina ſacrorum conciliorum inter- quibus miſſione decidit. videtísne, dum diſcordijs nimium pertinaciter inter nos decertamus, quidquid opum, opulentiarum, ſplẽdoris, ornamenti ac ſanctimoniæ in florentiſſimo olim populo Chriſtiano à Maioribus noſtris ſumma induſtria & vigilãtia partũ fuit, id omne nos diſſenſionibus & ſimultatibus noſtris totum fermè perdidiſſe? videtis prętereà, vniuerſum fermè orbẽ ardere bello, inter prĩcipes populosq; Chriſtianos teterrima concitata odia. O cæcitatem incredibilem, omnia effundi, omnia exhauriri, ad arma, ad funeſtiſſimos exercitus, in ſtrages nõ hæreticorum (vt debuit) comparandos, ſed in perniciem totius populi Chriſtiani. Recogitate nũc tot nobiliſſimos exercitus, tot illuſtres proceres cæſos, tãtum ſparſum ſanguinis Chriſtiani, tot florentiſſimas vrbes euerſas, tot pulcherrimas patrias igni ferroq; abſumptas, vt nulla certè pro his tantis malis ſatìs vnquam digna inueniri præmia poſſent. Recogitate, nullam fermè plagam orbis, calamitatum vel diſſenſionum vacuã eſſe, nullam vacare bello. Quid igitur? his ne inquam turbulentiſſimis temporibus noſtris, frigeſcẽte indiès magìs charitate, huius concilij celebrationem ſuperuacuã, an ſummoperè nobis neceſſariã fore putabim⁹, ſolam certè viam & vnicam ſpem calamitatũ

noſtrarum opprimendarum? Etenim cùm multa à maioribus noſtris diuinitùs inſtituta ſunt, ſalubria quidem & vtilia, nihil tamẽ grauius, nihil cõmodius, quàm quòd ſacra concilia in orbe Chriſtiano celebrari voluerũt: quibus ſolis fidem Chriſtianã, pacem, ocium, tranquillitatem, concordiam ſapientiſſimi illi homines vel dari vel poſſe cõſeruari crediderũt, facileq; vbi hæc fieri deſierint, in aduerſum oĩa iri & precipitari putârunt. atq; ita eſſe, longo vſu, non ſine tamen ingenti iactura rerũ noſtrarum, experti ſumus. quidquid enim hæreſum, quidqd bellorum, quidquid diſcordiarum. diſſenſionum, calamitatum, quibus miſerè nimiùm nunc populus Chriſtianus premitur, omnia inquam per intermiſſionem conciliorũ exorta ſunt. atq; olim ſancti patres, vt quiddã parùm honeſtè, parùm verecundè, parùm moderatè fieri cõſpiciebant, cõcilia ſtatim, nullo interuallo facto, cogebãt in vnũ, neq; morbos per negligentiam aut deſidiam excreſcere ſinebant, nullo ſanè alio ſanctiori inſtituto aut documento, vtiliùs communi omnium ſaluti atq; poſteritati ſuæ conſulere poſſe putantes. Nos igitur tantorum patrum ſoboles, ſedendo ſtantes & ocioſi adſpicere poterimus tam exitioſa & indiès magis excreſcentia mala gentis noſtræ, præſertim cùm ita ſaluberrimum ad oĩes morbos medicamentum nobis relictum ſit, quo nihil certè conuenientius, nihil prudẽtius, nihil ad omnes gentes cõmunius fieri poteſt? Eſt enim concilium omnium patrum, regũ, principum, gentium; & publicum totius orbis concilium: in quo ex omni parte ſacri humaniq; iuris doctiſſimi viri conueniunt: in quo ſpiritus ſanctus adſiſtit, & idem ſpiritus paraclytus qui nos docebit omnia, qui nos complexa eſt, nec errare, nec decipi, nec falli ſinit: quę omnia ideo breuioribus verbis proſequimur, quoniam pro ſumma prudentia & zelo religionis, qui in vobis eſt, à ſanctiſſima maieſtate regia & à vobis ſapientiſſimis viris iam diu profecta & cognita fuerunt. Memini enim, paucis antè annis exactis maieſtatem veſtram, vt ſummè quidem omnium Chriſtianiſſima eſt, honorificam omni dignitate legationem ad ſanctiſſimũ quondam Martinum põtificem deſtinaſſe, vt pro ſummis neceſſitatibus & periculis reipublicæ Chriſtianæ, quæ inualeſcẽtibus quotidiè malis, in ſummo diſcrimine eſſet, diem futuri tunc concilij anticipare vellet: tantum fidei & populo Chriſtiano maieſtas religioſiſſima veſtra ſubuentũ iri cupiebat. Itaque ſereniſſime rex, illuſtres principes, & ampliſſimi domini, iamiam exoptata & tanto perè vobis expectata dies illuxit, iam ſanctiſſimis patribus frequens congregatum omni iure & firmitate concilium eſt, & idipſum iam ſanctiſſimis patribus frequens. Illa inquã dies illuxit, in qua iuſtiſſimę voluntati & diuino ardore veſtro fidei & reipublicæ ſubuenire cupienti ſatisfacere poſſitis: in qua quantum virtutis, quãtum regij animi, quantum beneuolentiæ erga ſanctiſſimam religionem & publicam ſalutem habuiſtis, habetisq;, tãtũ hodierno die in vniuerſo populo Chriſtiano declarare queatis. non enim agitur nunc de ceremonijs, de ſolennijs, de diebus profeſtis, de ornatu templorum, de ſplendore vrbium: ſed cùm res Chriſtiana diſcordijs, bellis & hæreticis factionibus iam diu multiplicata ſit & laboret, agitur de ſalute religiõis & ſacratiſſimæ legis Ieſu Chriſti: agitur de cõſeruatione regum, principũ, totiusq; populi Chriſtiani. Agitur, ne vnica humanę ſalutis inſtitutio, à maioribus noſtris nobis relicta, omnia ſcilicet in futurum ſacra concilia, penitùs ſublata perpetuò diſpereant. Agitur conſequẽter, ne orbis terrarum, ne nos omnes perpetuò pereamus. Itaq; ſereniſſime rex, præſtantiſſimi patres & illuſtres domini, vt pro ingenio veſtro & antiqua conſuetudine ſacris inſtitutis & religioni Dei noſtri dediti eſtis, ſequimini veterem impetũ animi & diutini deſiderij *noſtri. Sequimini ſanctum & antiquum morem clariſſimæ & religioſiſſimæ patriæ veſtræ, & Eccleſię ac reipublicę à nobis auxilium deprecantibus ſubuenire non tardetis. Etenim cùm præcipuo quodã loco dignitatis, ſumma etiam gloria inter omnes orbis reges euecti ſitis, cùm vel virtute, vel religione, vel genere, vel claritate patriæ, vel gloria rerũ nemini cedatis: cùm hæc inclyta natio tanta frequentia prudentiſſimorum eloquẽtiſſimorumq;, virorum affluat: ita vt antiquiori fama, palma ſapientiæ tam diuinarum quàm humanarũ literarum ſine controuerſia apud vos ſit, nihil ſanctiſſima maieſtas veſtra regio nomine dignius vel ſanctiſſimorum maiorũ veſtrorũ virtute *proprius facere poteſt, quàm quòd pacẽ Chriſtianam (vt rex & viri certè natura veſtra pacifici eſtis) & dare omnibus, & ſuſcipere velitis. neque vlla alia de virtutibus veſtris, etſi innumerabiles & maximæ ſunt, magis proximos aut ſimiles Deo vos facere poteſt. Fateor ſummas eſſe laudes, & verè regias, aliqd fortiter, iuſtè, clementer, magnificè, liberaliter agere: aut patrociniũ diuinæ legis, ſanctiſſimæ pacis recipere, ne fides, ne religio, ne res ſacræ, ne ſtatus Chriſtianus, ne hæc omnia funditùs pereant, viribus atque animo fortiter incumbere: quis pro hoc tam illuſtri negocio, nõ diuinos magis honores, quàm humanos decernendos eſſe putauerit? Sed nimis multa de his ad vos, honeſtæ laudis & certæ veræq; glorię cupidos. Haud enim clariſſima virtus veſtra ſuaſore ad benè rectęq; operandũ egere videtur. Vt igit̃ finem faciã, cùm hoc ſacroſanctũ conciliũ ritè fundatum, congregatũ, & rebus noſtris neceſſarium ſit, ſacram maieſtatem veſtram

for. *veſtri

for. *magis proprium

deprecaẽ & orat, immò potiùs ſpiritus ſanctus paraclytus in eo exiſtẽs, cuius feliciſſimis auſpicijs, oleo lętitiæ p̃ conſortibus veſtris vnctus rex eſtis & conſecratus: primùm, vt veſtris ex p̃clariſſimis regnis lectiſſimos quoſdam & ſapiẽtiſſimos viros, quorum magna, ſanè & infinita penè apud nos multitudo eſt, delegatis, & pro ſumma dignitate regiæ maieſtatis ac celeberrima in toto orbe terrarum catholici nominis fama, qua ſemper ſanctiſſimi Maiores veſtri ac vos præclari fuiſtis, legationem omnium authoritate inſignem atq; digniſſimam, ad ſacroſanctum Baſileen Concilium mittite, & cum cæteris principibus Chriſtianis, quorum magna ſanè pars egregias iam & magnificas legationes pro hoc communi incendio extinguendo, ad idem concilium miſit, cęteri quoque miſſuri videntur, de extirpatione hæreſum, de virtute, de conſeruanda religione, de pace, de ſanctimonia morum in melius conſtituenda, honeſtiſſimo certamine contendatis. Proximum eſt, quod oĩbus animi ſenſibus à ſacra maieſtate veſtra ſacrum idem concilium petit, vt cum hoſtibus veſtris, ad quos nomine ſacri concilij hiſce de cauſis decreta legatio eſt, pacem, charitatem, concordiam, opus certè à natura veſtra non abhorrens, inire velitis: qua pace cõfecta, tanquàm ſalutis vniuerſę iactis fundamẽtis, nõ dubitamus omnem populum Chriſtianum, iacentem diu quidem & oppreſſum, ad priſtinæ dignitatis ſuæ recuperandæ ſpem erigere ſe, & reuiuiſcere debere. Agite igit̃ oramus omnes per ſanctiſſimam memoriã paſſionis Ieſu Chriſti, quæ pacis fuit: cõdonate immortali DEO ac creatori veſtro exceptas iniurias: excutite odia, quærite pacem, fruimini tam ſingulari & excellenti bono, quod nobis redemptor noſter vltimo teſtamento reliquit, cùm exceſſurus ex hac vita mortali, dixit: Pacem meã relinquo vobis. Ioan.14.d dulce enim nomen eſt pacis. Res verò ipſa cùm iocunda tum ſalutaris. nam nec ſacram legem, nec fidẽ, nec ſocietatem humanam, nec rempublicã charam habere videtur, quẽ diſcordiæ, quem bella delectant. Noſtis illud tritũ quod dici ſolet, Cõcordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabũtur. Nos igitur authoritate & nomine ſacri Baſileen concilij, ſi quid huic tam ſalutiferæ & neceſſariæ rei à nobis præſtari poſſe videritis, omnia non ſolùm forti animo, ſed & libenti animo ſubire præſto ſumus: omnia patiemur, nihil ſubterfugiemus, modò hinc omnibus mortalibus ſummè deſideratę paci, dirigente Deo noſtro, vel ſatisfacere vel prodeſſe poſſimus. Poſtremum eſt, vt ex ditione regnorum veſtrorũ, reuerendiſſimos reuerendoſq;, patres, qui ad ſacrũ cõcilium iuxta ſanctiones antiquas venire tenentur, id vt faciant, adhortari velitis: vt Eccleſię & communi omnium ſaluti, præſtanti prudẽtia & authoritate, quemadmodùm in cõcilio olim Conſtantien ingẽti præter cęteros ſcientiæ ac religionis laude fecerunt, conſulere & prodeſſe queant: quę oĩa ſi vt optamus & confidimus, à vobis confecta erunt, facietis certè, vt primò dictum eſt, quod dei eſt, & ipſe altiſſimus & immortalis omnium pater, dignitatem, gloriam ac amplitudinẽ nominis veſtri augendo, faciet quod veſtrũ eſt: & tandem in numero beatorum relati, certum & diffinitum in cęlo locum obtinebitis. Ad laudẽ & gloriã omnipotentis ęterni Dei & totius curiæ triumphantis. Amen.

ORATIO MAGISTRI ANDREAE de Petra Archiepiſcopi Coloſſen, quarti ambaſiatoris domini Eugenij papæ, in congregatione generali, 22. Auguſti, 1432.

MAximam mihi dicendi fidutiam præſtat, Reuerendiſſimi patres, cęteriq; vos viri lectiſſimi, hic veſter conuentus ampliſſimus ac ſpectatiſſimus. Cùm enim plurimos apud vos iſtic videam, quorũ ſingulariſſima ſapiẽtia atq; humanitas, longa mihi familiaritate perſpecta & cognita ſit: alios verò omnium virtute & optimis artibus ornatos eſſe cõfidam, omnes autem vos ad Chriſtianæ religionis conſeruationẽ & amplitudinem comparandam aduẽtaſſe intelligam: dubitare nõ poſſum, quo minùs pro ſapientia æquo animo me dicentem audiatis, præſertim cùm illud à me dicendum ſit, quod ad omnium veſtrum ſaluteẽ & immortalem gloriam attinet. oĩbus enim hominibus natura ineſt, vt ea quæ ad ſe pertinẽt, libenter audiant: & cùm hanc veſtram curã & ſtudium ad hoc ſolum contuliſſe videamini, vt fœuientes hęreſes extinguantur, eccleſiaſtica & cęremonię repetãtur, Chriſtiani fines paci reſtituantur, pro quibus omnibus apud vos mihi ſermo habendus eſt, nõ maior debet eſſe in me cura dicendi, quàm in vobis audiendi voluptas. Sed antequàm ad eam diſputationem deſcendam, neceſſarium fore exiſtimo, vt quid doctor gẽtium Paulus dicat, andiamus. Non ſit, inquit, ſchiſma in corpore. Ita enim quondam veritatis conſtantiſſimus prædicator, Corinthijs diſſidentibus dixerat, ſicut primæ epiſtolæ 12. cap. ſcriptum eſt. Huius apoſtolicæ præceptionis intelligentia, patres, cognitu facilis fiet, ſi priùs ille ſpiritus, q quondã igneo ſplendore deſcendens, rudium illorũ & trepidantium hominũ animos & glutino charitatis coniunxit, & ſumma ſapientia illuſtrauit, ſuo ardore corda noſtra inflammet: Actor.2. quod vt facere dignetur, ad ipſum mentes noſtras cogitationesq; vertamus. Hoc modo eius ſuffragio poſtulato, ad ꝓpoſitæ iuſſionis perceptionem reuertamur.

Inter ea diſſidẽtiæ genera, patres optimi, quæ membra corporis myſtici agitant atq; perturbant, nullum eo deterius, quod ſchiſma

ſma nominatur. eſt enim totius diſcordię caput atq; principium, a dimitq; corporis eccleſiaſtici vnitatẽ, cuius perniciem idem doctor proſpiciens, in capite prædictę epiſtolæ eoſdem Corinthios ſumma obteſtatione precatus eſt, vt illã peſtem diffugerent. Obſecro, inquit, vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis aũt perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.

Quid autẽ nomine ſchiſmatis intelligi debeat, patres doctiſſimi, neminem veſtrũ dubitare exiſtimo. Græcus enim, à quo in primis illi voci ſignificatio data eſt, per illud nomen ſciſſuram quandam ac diuiſionem intelligit, non illam certè, qua quiſque peccator à Deo diuiditur, de qua olim Iſaias loquens, dixerat: Peccata veſtra diuiſerunt
Eſa.59.a inter vos & Deum. Nec rurſus illam diuiſionem intelligo, qua ab vnitate fidei quiſpiam ſegregatur. Illa enim in aliud impietatis genus tranſcendit, quod idem Græcus rectiùs hæreſim nominauit. Sed de illa ſciſſura nobis præſens diſputatio eſt, cùm quis eodem religionis cultu ſeruato, rectè præcipienti parére cõtemnit. Cuius diffinitionem, licèt alijs verbis, eadem tamen ſententia, beatiſſimus pater Auguſtinus, cùm aduerſus Fauſtum ſcriberet, apertè oſtendit: Schiſma, inquit, eſt, eadem opinantem, atq; eodem ritu colentem in quo cęteri, ſolo cõgregationis delectari diſſidio. Ex quo & illud ſequi neceſſe eſt, vt ab vnitate quam ſpiritusſanctus in Dei Eccleſiam inducit & ſeruat, volũtariè recedatur. Sic beato doctori ſecunda 2. quęſt. 39. art. 1. viſum eſt. Plurima diſſidiorũ genera membris eccleſiaſtici corporis accedunt, diſcordia ſcilicet, cõtentio, rixa, ſeditio, bellum, hęreſis, & omnis animi indignatio, quã beatus Paulus Galatis ſcribens enumerat. Ex his omnibus patres reuerendiſſimi, nihil eſt quod tantam perniciem corpori myſtico inferat, quemadmodùm diſſidentia ſchiſmatis. Cætera nanque animorum aduerſa ſtudia, alijs atque alijs proprietatibus: hoc deteſtabile facinus, ſoli vnitati eccleſiaſticæ obiectatur. Nam & ſi diſcordia concordiæ opponatur, cùm quis ſuam alterius ſententiæ præferat, id tamẽ eo modo fieri poteſt, vt diſcordãtium quilibet bonum dicat & cupiat, quanquàm in modo rei conficiendę diſſentiat, ſicut de Paulo & Barnaba in aſſumptione Marci diſcipuli legimus, vt eſt Actuũ 15. cap. Contentio etiam, licèt ex ipſo dicendi modo, animorum contrarietatem ſignificet, honeſtè tamẽ fieri poteſt, cùm aliquis pro dignitate hominis atque negocij acrimonia debita vſus, ad veritatis defenſionẽ accedit. vndè & catholici aduerſus fidei hoſtes contentiones commouent, vbi priùs ad certamen vocantur, ſicut gloſa teſtatur 1. Reg. 4. cap. Rixa inſupèr etſi à peccato diutius eſſe non poſſit, vt
Galat.5.c beatus doctor diffinit, (nam qui rixatur, & ad cõtradicendum paratus eſt, vt placet Iſidoro, & de ipſa contentione lætatur, alios quoque ad cõtradicendum inducit) priuatum nihilominùs malum eſt, & inter paucos accidit. habet enim priuati belli naturam, nulla publica authoritate firmati. ſeditionẽ verò eſſe aliquod crimen, & ipſa ratio perſuadet, & beatus Paulus teſtis eſt: qui cùm quædam peccata grauia prohibuiſſet Corinthijs, ſeditionem etiam numerauerat, ſicut primæ epiſtolæ duodecimo capitulo legitur. Eſt enim malum, quod ſoli ſocietati ciuium aduerſatur. Per ipſum autem bellum, etſi maximas vrbes diruptas, plurimas reſpublicas euerſas, florentiſſima regna depopulata legamus, nonnulla tamẽ bella iuſtè fieri poſſe nemo ſapiens dubitabit. Cuius ſententiæ B. Auguſtinus eſt in eo ſermone, quem pro puero cẽturionis habuerat. Et hęc quidem animorum aduerſitas illi vnitati obijcitur, quæ ad myſticorum membrorũ coniunctionem attinet. Quòd ſi ad ordinem illum conuerteris, qui ad caput huius Eccleſiaſtici corporis ſpectat, aliud quoddam peſtiferũ diuiſionis genus inuenies: quod etiã bipartitum beatus Thomas intelligit, ſi quidem ea ſentiri ac prędicari à quoquam contigerit cum omni dura & improba pertinacia, quæ fidei veritatem & maieſtatem offendant. Is, quiſquis fuerit ille, hæreticorũ numero aggregatur, quod alijs accõmodatioribus verbis beatiſſimus doctor Auguſtinꝰ aduerſus Manicheos declarat: Qui in Eccleſia, inquit, Chriſti morbidum aliquid prauumq; quid ſapiũt, ſi correcti, vt ſanum rectumq; ſapiant, reſiſtunt cõtumaciter, ſuaq; peſtifera dogmata emendare nolũt, ſed defendere perſiſtũt, hęretici ſunt. Hoc infidelitatis genere inter ſciſſuras Eccleſiaſticas eſſe quidquam deterius, nullus doctorũ affirmat. Iacta enim fidei fundamẽta ſua opinione euertit, tẽditq; ad primę veritatis iniuriam. Quãta aũt Chriſtianæ religioni publica damna intulerit, facilè ſciet, qui volet, Actor.8.
ſi à Simone Samaritano, à quo oẽis hæreſis initiũ ſumpſit, vſq; ad Ioãnem Huſz noſtræ ætatis vltimũ hæreſiarchã, annales Eccleſiæ repetere ſtatuit. Vltimũ cõtendentium genus, ſchiſmę nomen accepit, quod accommodatiùs Græco vocabulo vos patres Latini ſchiſma nominatis. Hoc inteſtinũ malũ etſi maieſtati ac veritati myſtici capitis non aduerſetur, cùm in primis neq; inſolitũ dogma prædicet, nec veterẽ corruptelã defenſet: habet tamen quandã proprietatem peſtiferã, quæ Chriſtianæ paci & vnitati vehementiſſimè officit. Qui enim Eccleſię principi ſubeſſe renuit, & membris Eccleſię ipſi ſubiectis cõmunicare recuſat, quemadmodùm beatus doctor oſtẽdit, is in vnitate myſtici corporis manere non poteſt. Vndè & ſchiſmaticus iure nominatur: ex ipſo etiã, tanquàm

quàm ex fonte quodam iniquitatis, omnes illę ſupiores animi indignationes facilè fluunt. Schiſmaticus enim abſq; diſcordia eſſe non poteſt, cùm ſe meliora & ſanctiora dicere & profiteri glorietur. Cõtentiones etiam in ipſo ſchiſmate nutriri neceſſe eſt, cũ ea q̃ prauè ſchiſmatici ſenſerunt, improba temeritate defenſent. Rixę ſchiſmatico minimè deſunt. Etenim ad cõtradicendũ ſemper paratꝰ eſt, ne minùs recte feciſſe iudicetur. Seditiones populi Chriſti, ex ipſo ſchiſmate maximè accidunt. Scinditur enim in aduerſa ſtudia vulgꝰ, & populi velut greges poſt terga paſtorum ſequuntur, & quia ratione vulgo conſtare non poteſt, quod prauè ſemel acceperat, & ferro & ſanguine ꝓbare molítur. vndè & bella publica ſurgũt. Quod ſi paulo longiùs ſchiſma perſtiterit, hæreſim parit. Confingit enim aliquam ſibi hæreſim ſchiſmaticꝰ, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur, ſicut beatus Hieronymus dixit. Cumq; ex contemptu illius, qui authoritatem & locum myſtici capitis tenet, hoc deteſtabile malum proficiſci videatur, idcircò ſchiſmaticus Eccleſiaſticum ordinẽ non mediocriter turbat: & quia reliquorũ membrorum communionẽ reſpuit, Spiritũ Dei nõ habet, ſicut Pelagiꝰ papa teſtatur, vt eſt 24. diſt. quęſt. 1. Schiſma inſupèr. qa ſchiſmaticus in vnitate vnũ nõ eſt, ſicut idẽ põtifex dicit, quantùm ex ipſo ſuo maleficio Eccleſiaſticą vnitatẽ & pacem penitus dirimit, ꝓ qua inſtituenda & cõſeruanda, filius
Pſal.8. Dei paulo minùs minoratus ab angelis, in terram deſcenderat, pro qua ſummã inediã varioſq; labores perpeſſus eſt, ſanguinem propriũ fudit, mortẽ ſubijt. nihilq; eorum abhorruit, q̃ ſuæ maieſtati aduerſarent, immò illud ad conſtitutionẽ huius ſacratiſſimi corporis cõducere videretur. Cùm itaq; tantorum prędicariſſimorum atque admirabilium operum munus, hoc vnum pernicioſiſſimum ſchiſmatis facinus adimit atque corrũpit, iuſtiſſimè veritatis doctor ipſum
1.Cor.12.d à Chriſtiana religione depellit, dicens: Non ſit ſchiſma in corpore.

Non ſit ſchiſma in corpore, patres, ſi cupitis hæreſum zizanias extirpare. Non ſit ſchiſma in corpore, ſi queritis vitam Eccleſiaſticam reformare. Non ſit ſchiſma in corpore,
⁂infenſatos ſi deſideratis ⁂infenſos animos mitigare.

Quantum igitur ad primum attinet, patres, etſi Spiritusſanctus iſtam corporis Eccleſiaſtici magnitudinem dirigat atque informet, totoſq; (vt ſic dixerim) infuſus ꝑ artus, hanc agitet molem. & magno ſe corpori miſceat, ſicut ille Poeta dixit: id tamen huic corpori accidere videmus, quod & naturali euenire Phyſici dicunt, vt anima ſcilicet incorrupta & integra, membra ſæpè aliquo morbo laborent. Quod ex triplici ægritudinum genere accidere medici diſputant. Omnis enim humani corporis lan-

guor, aut eſt membrorum conſimilium, aut officialium, aut ex vtriſque conſtitutorum. Conſtare autem cuilibet veſtrum arbitror, patres doctiſſimi, quid nomine conſimilium aut officialium membrorum intelligi debeat. Illa conſimilia membra ſunt, quibus toti & partibus eadem denominatio datur, vt ſi quis carnem, neruum, os, & huiuſmodi dixerit. In officialibus autem, toti & partibus nulla vna & eadem denominatio ſpecialis competit: vt oculus, pes, manꝰ, & eorum ſimilia. Aegritudinem itaque conſimilium mẽbrorum, illam dicunt medici eſſe, cùm variata proportione calidi, frigidi, ſicci & humidi, qualitatum primarum aduerſa diſpoſitio inducitur. Cùm verò officialibus membris languor aliquis accidit, hunc aut in forma, aut in numero, ⁂quãtitate, aut ⁂impoſitione ſeueniſſe contendunt. Ex his quæ diximus, quid & de mẽbris mixtis intelligi debeat, non erit difficile cognitu. Hæc omnia trãſlata quadam ſignificatione, myſtico corpori conuenire inuenio. Habuit corpus hoc membra conſimilia, habuit officialia, habet ex vtriſque compoſita. Eo enim tempore quo Dei Eccleſia prima erudimenta Chriſtianæ religionis acceperat, conſimilium membrorum formam præferebat, cùm eſſet credentium cor vnũ & anima vna in Domino: nec diceretur eis aliquid proprium, ſed eſſent eis oĩa communia, ſicut Actorum quarto capitulo ſcribitur. Officialia verò membra tunc Eccleſia habuit, cùm authoritate & operibus creſcere cœperat, aut cùm poteſtate ordinis & iuriſdictionis vſum authoritate publica receptauerat, quod à Sylueſtro ad poſteros quoſq; Romanos pontifices proceſſit, ſicut hiſtoriæ prodũt, & in canon. ponitur, vigeſimaquar. diſt. quęſt. octaua, Tributum. His myſticis mẽbris varia diuerſaq; morborum genera contigerunt. Morbum autem hîc non aliud iuxta beati Auguſtini ſententiam, quàm hæreticam prauitatem intelligo, quod idem etiam beatus Hieronymus ſenſiſſe videtur, qui hæreticum hominem putridę carni comparauit. Enumerare autem, proprijsq; nominibus omnia illa vobis patres exponere, eſſet quidem iucundũ, ſi ratio temporis nõ haberetur. B. Auguſtinus in libro quẽ de hęreſibus accuratiſſimè ſcripſit, nõ à ſe, nec ab alio quoquã numerũ oẽis hæreſcos ſatìs exploratũ fuiſſe exiſtimat. quanquã Philaſter Brixienſis Eps, centum & 28. gña hęreſum vſq; ad illã ſuã ętatem cõtigiſſe cõmemoret. Cogitare itaq; facilè poteſtis, patres reuerẽdiſſ. quot errorũ genera in agro Dominico diſſeminata poſteà fuerint, ſi Philaſter cẽtũ & vigintiocto hæreſum nomina recenſuerit, quod B. Auguſtinus ſequẽs, librũ de hæreſibus ſcripſerat. Hæc immenſa, vt ſic dixerim, errorũ ſylua, etſi à beatis Apoſtolis ſanctisq; patri-

bus ac ſacris cõcilijs cõculcata diſſipataq́ue dicatnr, penitus tamen ſuccídi non potuit. Nam beatus Iſidorus, poſtquàm quinquaginta & ſeptem hæreſum capita numerauerat, illas omnes dicit à ſanctis Apoſtolis, ſanctisq́ue patribus ac ſacris cõcilijs fuiſſe condemnatas. Quod qui volet, facilè ſciet, ſi rerum temporumq́ue ſucceſſiones & ordinẽ repetat. Nam Menandrini ac Saturnini, magni diaboli laquei, cum Simõe Mago principe illius hereſeos, à beatiſſimo Petro apoſtolo condemnati ſunt, qui eundem Simonem & eius pecuniam in perditionem abiecerat. Qui verò humanitatis officio ſatisfactum iri arbitrantur, ſi quiſque rem ſolam priuatã curaret, quod *adytis hæreticis attribuitur, hi Ananiæ & Saphiræ horrendo interitu condemnantur, quos ambos idem Petr⁹ ſubita morte mulctauerat, ſicut Actuum 5. cap. ſcriptum eſt. Nicolaitarum verò impudentem laſciuiam Ioannes in Apocalypſi cùm ad Epheſinam Eccleſiam ſcriberet, reprobauit. Nam etſi priorem charitatẽ in illa Eccleſia amiſſam conqueratur, in hoc tamen illam dignam commendatione duxerat, quòd Nicolaitarum impudentiam fugerit. Hoc habes, inquit, quòd odiſti facta Nicolaitarum. Illi verò qui cõnubijs detrahunt, & omnem legitimum torum turpitudinem putant, qui etiam Apoſtolicos ſe vocare præſumpſerãt, beati Pauli apoſtoli ſententia condemnantur, qui ad Coloſſenſes ſcribens, præcepta quibus coniuges omnì repræhenſione carerent, tradiderat: Mulieres, inq̃t, viris ſubditæ eſtote, ſicut oportet in Domino. & alibi: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Et hæc quidem in prima ætate Eccleſiæ contigiſſe inuenio. Cùm autem eadem membra officialia eſſe cœperunt, alius peſtilens morbus irrepſit. Arrius ſiquidem Alexãdrinus, cùm de forma Eccleſiaſtici corporis, hoc eſt, de plena eſſentia filij Dei (ſecũdũ Auguſtinum) iniquè ſanxerat & prædicauerat, dicens eum eſſe alterius naturæ à patre, maximam vbique peſtem effudit. Macedonius verò de numero diuinitatis iniquam ſentẽtiam ferens, dicens q́; Spiritum ſanctũ ſeruũ patris ac filij, multos corruperat. Neſtorius quantitatem maieſtatem q́ue huius myſtici capitis, vehementer opinione praua minuit, cùm ipſum ſaluatorem noſtrum, ſummũ quidem virum & Deo dignũ eſſe affirmaſſet, ſed eundem Deum omninò negauerat. Eutyches verò atque Dioſcorus ipſam diſpoſitionẽ humanitatis CHRISTI, iniquè tranſtulerat, affirmans eandem diuinitatis potẽtiam exhauſtam fuiſſe atque abſorptã. propterea & perpetuum morbum in membra myſtica ſparſit. Contra quos velut aduerſus publicam peſtem, inuecti quondam Romani pontifices, ſynodos ſacras conuocârunt. Nã & Syluester natione & dignitate Romanus, trecentorũ & octodecim patrũ conſenſu, quos in Nicena cõgregauerat, Arriũ hæreticũ declarauit. Damaſus verò vita & eloquẽtia clarus, in ſecũda ſynodo centũ & quinquaginta patrũ cõuentu Cõſtantinopoli coacto, macedoniũ blaſphemũ deiecit. Neſtorianã verò hæreſim Cæleſtinus, ducẽtorũ patrũ in Epheſo conuenientiũ authoritate reprobauit. Ita & Leone põtifice pciente, Chalcedonenſis ſynodus *quingẽtorũ & triginta patrũ pſentia Eutyches atq; Dioſcor⁹ anathemati æterno ſubiecti ſunt. Sic & aliæ vniuerſales ſynodi authoritate Romanorũ pontificũ cõgregatæ, ad morbũ aliquẽ depellendũ cõuenerãt, licèt illæ priores, quas paulò antè enumeraui, dignitate quadã cæteris alijs pferri videanr, quemadmodũ diſt. 15. c. canoñ. poſitũ eſt. Ipſe enim totã fidẽ Chriſtianã cõplexæ, quẽadmodũ Gregorius dixit, quaſi quatuor paradiſi fluuij, totũ orbẽ irrigauerant. Quòd verò ſanctorũ patrũ doctrina errores depulerit, teſtes ſunt * Anaſtaſius, Baſilius, Cæleſtinus, Cyrillus, Ambroſius, Auguſtin⁹, Hieronymus Chriſtianę religiõis clariſſima lumina, qui aduerſus omne hereſis genus inuictiſſimè ſcripſerunt. Sed nec apoſtolorũ ſumma in terris poteſtas, nec ſacrorum cõciliorum authoritas, nec ſanctorum patrum admirabilis illa & penè diuina ſapientia efficere põtuerunt, quo minùs multiplex hæreſum peſtis, quæ ſemel inſederat, per totum orbem effuſa, infinitam hominum multitudinem ad infernum deducat. Qui de orbis dimenſionibus diſputant, præter eam participationem quam in ſeptem climata diuidunt, aliam quandam vulgatiorem addunt, qua totum quod ab homine colitur, in Orientalem, Occidentalem, ſeptentrionalem, meridionalemq́; plagã diſtinguũt. Primã partem in decem prouincias diuidi dicunt: in Indiam ſcilicet, * Sauriam, Adonis Phœniciam, Syriam, Palęſtinam, & reliquas, quas à quadraginta & tribus gentibus habitatas affirmant. Occidentalis portio in ſex & triginta prouincias diſtincta eſt, quæ quinquaginta & quatuor gẽtium homines continet. Septentrionalis autem regio in duodecim prouincias porrigitur, quarum gentes trigintaunam eſſe affirmant. Meridionalis & ipſa in duodecim partes diſtincta eſt, quarum gentes ob interiacentia deſerti ſpatia, certo numero compræhẽdi nõ poſſunt. Per has igitur vaſtiſſimas regiones ac varios gentium mores, omnia illa hæreſum genera, quæ vel ab Epiphanio Cyprio, aut Philaſtro vel Auguſtino ſiue Iſidoro numerantur, reſperſa atque effuſa ſunt. Nec eſt quòd ſi veterum hæreſum principes de medio ſublati fuerint, deſinant qui eorum errores & ſapiant & defenſent. Primam habitantium regionem Arriana hæreſis vehemẽter inuaſit. Macedoniani facilè numerari non

Acto. 8.

Acto. 5.

Apoc. 2. a

Col. 3. d

Ephe. 5. c

* Excẽtorũ

* Athanaſi⁹

for. * Iſauriã Adonis,

ri non poſſunt: quos Armenos appellamus, gens certè ampliſſima, & frugalitate præcipua, Eutychis atq; Dioſcori peruerſam eruditionem ſequuntur. In Heſperia verò plaga Saducæos, qui reſurrectionem negãt, & animas cum corporibus ſimul interire affirmãt, plures inuenies Cerdonianos, qui duo principia ponũt: Tertullianos, qui animas per traductiõem eſſe à corpore arbitrãtur: Cataphryges, qui ſacramenta eccleſiaſtica negant, ſufficere tamen ad humanam ſalutem aiunt, ſi infantis anniculi ſanguis, quem immanibus punctionibus (vt Auguſtinus ait) à corpore innocentis extorquent, mixtus farinæ, panẽ à ſe ſumendum conficiũt. Pars inſuper, quæ ſeptentrioni ſubiecta eſt, plurimos habet, qui catholicæ fidei aduerſantur. Sunt qui negant Romanam ſedem eſſe matrem ac principem reliquarũ. quod an hæreſim ſapiat, teſtis eſt Nicolaus papa 22. diſt. Omnis. Pręterea ſunt nonnulli, qui aiunt animas exutas corporibus, nondum ad ſua loca receptas. Alij purgatorij pœnas figmenta exiſtimant. Siniſtra autẽ orbis poſitio, quem meridionalem dicunt, hæreſib⁹ plena eſt. Illic Neſtorianorum nomen & genus ampliſſimè patet, Sabellianorum hæreſis latiſſimè prędicatur. Valentiniani, Apellitæ, Archontiani, Carmiani, Ebionitæ, numero facilè compræhendi nõ poſſunt. Nequeo patres reuerẽdiſ. vobis enumerare infinitam, vt ſic dixerim, hæreſum multitudinem, quæ tot gentium animos corruperat: quod vnde proueniat, aut quo authore ꝓcedat, dignoſcere certè facilè nõ eſt, niſi (vt placet ſanctis doctoribus) ideo illud Deus fieri paſſus eſt, vt credẽtium fides probetur, & ne fidelium ingenia tranquilla credulitate cõtorpeant. Fieri etiam poteſt, Deum tot hoſtes ſuę fidei eſſe pati, vt tyrãnos Chriſtianæ religiõis habeãt quos vincere poſſint. Tantam igitur zizaniorũ varietatẽ ab agro Dominico nõ ſolùm non diuellere, ſed nec excerpere quidẽ humana ingenia ſuppetũt. Satis igitur eſt, ſi de his duntaxat poteſtas eccleſiaſtica ꝓpenſiùs curet, quibus vel beneficium reddendum eſt, aut ſi tales ſint hoſtes, aut religioni magìs ac magìs officiant. Sunt autem (ni fallor) duo genera hominũ, qui fidei catholicæ aduerſantur, Græci ſcilicet atq; Huſſitæ, de quibus ꝓuidere oportet: Et illis quidem, vt pro ſuſceptis beneficijs gratiæ dignę reddanr: iſtis verò, ne contagione peſtifera totum corpus eccleſiaſticum lædant. Neminem veſtrum patres præterire arbitror, Græcorum gentem ſic optimis artibus floruiſſe, vt omnium gentiũ nationes incredibili quadam virtute ſuperauerit. Taceo de cæteris diſciplinis, quas oẽs à fontibus Græcorum profectas, oẽs vno ore fatẽtur. quicquid Dei Eccleſia docet & prædicat, id ipſum etiam ſuis nominibus à Græcis in Latinum traductum eſt. Quòd ſi parẽtibus maximum debeamus, quia genuerũt ac educauerũt: ſi ꝓceptoribus plurimũ, q́ erudierint: certè ſatìs aptè ſignificari nõ poteſt, quantũ vos patres Latini Græcorum generi debeatis, à q́bus illud vobis collatũ eſt, quo nihil pſtantius ab homine conferri poteſt. Hi ergo, quos memoro, Græci ad vnionẽ Eccleſiæ venire cõtendũt, nõ eo pacto quo quidã eos fallẽdi gratia dicũt accedere, ſed aptè & abſq; aliqua ſimulatione. Pontifex ſiquidẽ maximus Martin⁹ felicis memoriæ papa quintus, ſic ſua ſapiẽtia atq; humanitate Græcos ad opus vnionis attraxit, vt de tãta opinionũ & poſtulationũ diuerſitate, ad vnã & ſolã differentiã cõceſſerint, quis ſ. locus ille ſit, qui pro cõuocanda ſynodo vtriuſque generis patres aptè ſuſcipere poſſet. Habeo huius rei teſtes grauiſſimos, q́ huic veſtræ clariſſimæ ſpectatiõi aſſunt, & q́ dico, in præſenti audiũt: nec audita vobis patres pronũcio, ſed q́ vidi, & quæ ꝓcepto eiuſdem pſulis ipſe cõtrectaui, & publica ſtipulatione concluſerã. Quorũ Græcorum propoſitum & tu Eugeni papa ſanctiſſime, pro tua religione eximia & animi amplitudine, nuper ampliora & certiora te ipſis facturum ſpondẽdo confirmaſti. Nec credi poteſt. vt Chriſtianorum quiſpiã his tuis ſanctiſſimis deſiderijs atque conatibus contraire poſſit. Ad hoc enim opus tam ſalutiferum, nemo Chriſtianorũ quicquã ſuorum excipere debet. Non enim parùm fructus habet ad fidei catholicæ incremẽtum, Græcorum conuerſio. Illa ſiquidẽ Conſtantinopolitana ſedes habet in Aſia, Africana, & Europa vaſtiſſimas prouincias atque ampliſſima regna, plurima genera hominũ, linguis & moribus longè diſparia, q́ oẽs ad fidei catholicę obedientiam atque religionẽ conuolarent, ſi præſul Conſtantinopolitanus, vt quondam facere ſolebat, honorem & debita iura Romano pontifici redderet. Illud autem patres optimi facilè fiet, ſi non ſit ſchiſma in corpore. In nouam enim Eccleſiæ ſciſſuram dilabi, & inueteratos ſchiſmaticos ad vnionem Eccleſię reducere velle, illud quo pacto fieri poſſit, non ſatis intelligo. Quomodò enim Græcus, tantum in hoc noſtro Eccleſiaſtico corpore diſſidium audiens, eidem ſe coniungere vellet? Aut cum Romanum Pontificem tam facilè à ſuis contemni viderit, eidem honores debitos reddat? Nonne ridebit? Nonne vtroſque leues & lõgè à Chriſtiana * veritate ſeiunctos iudicabit? Nonne poſtulanti vt ad gremium Eccleſiæ redeat, mox euangelicam illam reſpondebit ſententiã: Frater, vade, erue priùs trabem de oculo tuo, & tunc veniẽs, erue feſtucã de oculo fratris tui? Cũ ſuperiori tẽpore nullus indubitat⁹ põtifex haberet, neminẽ Græcorũ aliquis audiuit q́ de vnione Eccleſiæ tractaret: at vbi omniũ diſſidentiũ vota ad vnum paſtorẽ cõuenerant,

loc⁹ obſcurus

* charitate

Mat. 7. a

rant,mox legati Grecorum põtificem adierũt,& coram glorioſiſſimo ac inuictiſſimo Romanorũ rege domino Sigiſmundo ſemper Auguſto,pro vnionis negocio Imperator & patriarcha Cõſtantinopolitanus voluntatem & vota trigintaſex articulis patefecerant.Scio quòd verum loquor,& quòd hæ manus literas illas obſignatas explicuerint, & quæ illic continebantur, ex Græcis Latina fecerã.Vndè cùm honeſtiſſimę Grecorum petitiones, principibus noſtræ religionis viſę fuerant, mox dominus Ioannes Epiſcopus cardinalis tituli ſancti Sixti, vir omnium ſuæ ætatis religione & ſapientia ſpectatiſſimus,legatus in Græciam declaratus eſt: quẽ illuc ꝓperantẽ ſi mors è medio nõ ſuſtuliſſet, plurimi nunc populi ac nationes ritu & religione eſſent vobis ſimilimi, quorũ nullũ in ꝓſentiarũ habetis. Nec certè credẽdũ eſt, Grecos ab illa ſua honeſta opinione receſſiſſe.eadẽ eſt gẽtis illius ad recõciliationis opus intẽtio, idẽ oñinò deſideriũ, eadẽ poſtulatio, niſi quòd filius q̃ nup imperio ſucceſſit, ad vnionis negociũ lõgè ardẽtior ſit,q̃ vnquã fuerit pater: quo fit, vt ad reconciliandũ gentẽ illã catholicæ fidei via paratior modò ſit. Quòd ſi locus aliqs ad conuocandũ vtranq; gentẽ optimus daretur,videretis patres reuerendiſſimi plurima de Grecis facta fuiſſe iudicia, q̃ omninò cõſtare nõ poſſent. Hos igitẽ fructus vberrimos de Græcis vos patres ꝓſtantiſſimi referetis,ſi non ſit ſchiſma in corpore.Alterũ pditiſſimorũ hominum genus, de quibus obſummã pernicię generali omniũ patrũ inſtitutione conſulendũ eſt, Huſſitas intelligo. Gens ꝓfectò peſtilẽtiſſ.& velut exitiale vir⁹ per corpus Eccleſiaſticũ repẽs. Nec vnũ,ſed multiplex ac atrociſſimũ malũ, huius hęreſeos morbus eſt.Nam ſi quis illorum hominum peruerſas ſententias, quas grauiſſimis Chriſtianorum cladibus amplificare voluerunt,recenſere voluerit,veterum hęreſum iritamenta quædam fuiſſe fatebitur. Cogitanti enim hanc nouellam corruptionem, for.Gnoſtici, for.*Adamitæ, *anarchitę eueſtigiò Nicolaitæ,*Emoſtici. Cerdoniani,atq; Marcionitæ occurrẽt, *Aditæ quoque & Catharitæ,ac Apoſtolici:huic hæreſi non defuerunt,*Acharchitæ,Arriani atque Iouiniani quamplurimi, quos omnes Epiphanius Cyprius, vir omnium orientalium patrum ſapientia & ſanctitate inſignis,inter nominatiſſimos hæreticos ſcripſit: nec ſolũ multiplex hęreſis hæc, ſed & funeſtiſſima Chriſtiano populo extat. Plurima dãna ab Arrianis,Neſtorianis,Monothelitis,Iconomachis Eccleſia Dei perpeſſa eſt: ſed nulla fuit tanta hæretica peſtis,quę huic cladi cõparari poſſit. Hæc enim oñia iura humana atq; diuina peruertẽs, nulla pietate in ętatẽ vel ſexum, ampliſſimas & opulẽtiſſimas patrias igni & ferro ſubiecit.Patent ei⁹ immaniſſimæ ſtrages in Bohemia, Morauia, Sleſia,Marchia, Auſtria,Hũgaria,ac cęteris circunfinitimis adiacẽtibus natiõibus. Quòd ſi hoc captioſiſſimũ ac fallaciſſimũ hominum genus,ab illa ſua immani conſuetudine ac funeſtiſſima rabie cõtepuerit, velitq; iter ſalutis & recõciliationis ingredi, nulla ſit mora,patres ꝓſtantiſſimi,*quo pontifex maximus ac tota concio patrũ,operã ſuã ac ſtudiũ cõferãt,vt lupos *rapidos ĩ oues cõuertãt.Nihil hoc opere ſalubrius,nihil certè vtilius. Sed cùm inter vos patres Eccleſiaſticos ſint aduerſæ ſentẽtiæ, hoc fieri minimè poterit. Nam totum Huſſitarũ ſtudiũ in eo poſitũ eſt,vt clericorũ inſolentias,voluptates,auaritiã,ſuperbiã atq; ambitionẽ,quibꝰ hũc veſtrũ ſtatũ Eccleſiaſticũ & amplitudinem deijciant atq; ꝓſternant, vulgo continuò ꝓdicent. Illud aũt quantũ quibuſdam maximis viris placeat, & populis ratiõi conſentaneũ videatur, apertè oſtendere, ſi hæc omnia vobis clariùs nõ paterent.Igitur qui cupit Huſſitas ad vnionẽ Eccleſiaſticã reuocare, illud priùs efficere ſtudeat, vt nouella zizania euellantur, vt nulla mentis affectio, nulla in rebus gerẽdis ꝓturbatio,ſed timor dei,charitas proximi, zelus Eccleſiaſticæ pacis opera veſtra ꝓficiat. Illud etiam ſummo ſtudio agendũ eſt, vt debit⁹ honor ac reuerentia pontifici maximo,quem vnicum loco dei in terris ſuſpicimus,tribuatur. Quod omninò faciendum quiſque hominum iudicabit,ſi de huius patris ſanctiſſimi ac beatiſſimi vitæ integritate & innocentia nouerit. Ad hæreſum extirpationẽ ac fideliũ expugnationẽ,nemo Chriſtianorũ illo flagrãtior.Taceo alia ipſi⁹ ſanctiſſ.ꝓſulis ornamẽta virtutũ.Illa eñ aliud tẽpus deſiderãt. Cùm priuatis negocijs operã daret, cõtra infidelium ac hæreticorũ errores & impetus plurima egregia & memoria digna cogitauerat atque inſtituerat. Reuerendiſſimorũ patrũ cardinaliũ numero aggregatus, mox q̃ priuatim excogitauerat, publica authoritate perficere conatus eſt. Propterea & legationem in Epirũ,Macedoniã,Thraciã, Propõtidem,Aſiam, Ciliciam, Syriam atq; Aegyptum,vbi verę fidei iura & dignitas in ſpretum maximum veniunt,paratiſſimo animo ſuſcepiſſet. Propterea & conſcribi iuſſerat, quibus artibus illę nationes poteſtati Eccleſiæ adigi poſſent. Quòd ſi ipſi pro magnitudine animi & zelo fidei, parem poteſtatem & authoritatem conferri contigiſſet,nihil eſt quod vexillum ſanctiſſimæ crucis inter remotiſſimas gentes ſumma gloria noſtræ religionis non figeretur. Adſcitus ſanctiſſimi Romani põtificis dignitati, quæ iam tot labentibus annis excogitauerat,in effectum oñino deduxiſſet,ſi inteſtinæ diſcordię atque vicina bella,ſancto eius propoſito impedimẽta nõ extitiſſent:nõ tamẽ deſtitit, quo minùs aduerſus Huſſitarũ rabiem extinguẽdam, diuerſis ſtudijs vigilaret.

far.*quo minùs *rabidos

laret. Quod aperta ratiõe probabitur, cùm neceſſitas poſtulauerit. Secretarium Imperatoris Græcorum nuper ad ſe venientem, ita gratè remiſit, vt idem Imperator ſtatuerit legationem ampliſſimã ad ſummũ pontificem dare, vt de loco aliquo idoneo pro congreganda ſynodo videatur. Hoc iam factum fuiſſe credẽdum eſt,niſi aliquis inſpectatus vel aliâs inſperatus caſus impedimẽto fuerit.Sub tali igitur noſtræ religiõis patre & præſule & veterum & recentium hæreſum reſperſa zizania facilè euellentur, niſi vos reliqui patres eius præcepta iuſtiſſima tanquam deuotiſſimi filij ſuſcipere ſtatuatis. Ad quod pium & neceſſarium opus,& totius Eccleſię diuturna conſuetudo,& veterum conciliorum authoritas, & ſanctorũ patrum ſententiæ vos hortantur. Quare patres per immortalem Deum, per intemeratam fidem, cuius defenſiõem ſuſcepiſſe videmini, per illud diſtrictum horrendumq; iudicium, ad quod nos omnes volentes nolentes detrahemur,in hac rerum maximarũ conſultatione,moderatione animi vti velitis,ne cùm exteriorum gentiũ hæreſes purgare quæritis,nouellos errores domi nutriatis:ſed de hæreſis extirpatiõe hactenus dixiſſe ſufficiat, amodò de reformatione pauca dicam.Hoc myſticũ corpus,de quo hactenus memoriam feci, alia etiam appellatione domus nomen accepit ſententia illius, qui ad Hebræos ſcribens, dixerat: Chriſtus tanquàm filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos. In hoc ſanctiſſ. tẽplo nemo aliud fundamentum ponere poteſt, præter illud quod poſuit Chriſtus ſcilicet Ieſus, ſicut primæ ad Cor. 3. cap. dicitur: hanc ſtructuram mirabilem ille ſapientiſſimus architector nõ ſimplici, ſed varia quadam compoſitione erexit. Ipſe enim dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas,alios verò Euangeliſtas,alios paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum,in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti, ſicut quarto ad Epheſios ſcribitur.Hæc eſt illa varietas, quam in ſpiritu Dauid quondam proſpiciens,dixerat: Adſtitit,inquit,regina à dexteris tuis,in veſtitu deaurato, circundata varietate. Varietatem autẽ non illam intelligo, qua ex ebore,auro,varioq́ue coloris genere parietes in regijs principum ornari ſolent,ſed Apoſtolorum doctrinam, cõfeſſorum, martyrum, vt Gloſa teſtatur, puritatem virginũ, lamẽta pœnitentium. Id autem optima ratione fuiſſe facilè quiſquę iudicabit, ſi huius corporis myſtici aut dom⁹ Eccleſiaſticæ naturam ordinemq́; proſpexerit.Nam cùm gratia huius fundamenti vel capitis,plenè tota in partibus extare nõ poſſit,vt dicit doctor beatus, ideo vario modo ſingulis diſtributa eſt. Propterea & quidam Apoſtoli, alij verò prophetæ ꝺati dicuntur. Cumq́ue id fieri nequeat,patres reuerendiſſimi, vt q̃ſpiam ſe ſolo æquè officijs pluribus ſatisfacere poſſit, vndè & membra corporis ſingulis actionibus occupantur,idcirco Eccleſia circumamicta varietate deſcribitur. Et quia officium ſponſæ ſimul & nomen accepit, ideo ipſam decoram ornatamq́ue prodire oportet,quod in varietate maximè conſtat, ſicut ſapientibus placet, & ipſo experimento oſtenditur.Nam & regina Saba,præter illam admirabilem ſapientiam, quam argumentando in Salomõe cognouerat,perſpecto ſeruorũ habitaculo & ordine miniſtrãtium,maximè admirata, ſpiritu ipſo defecerat,ſicut 3.Regum x.capitulo ſcribit. Huius itaque ſtructuræ mirificæ etſi fundamentũ ſolidum incõcuſſumq́ue perſiſtat, ornatus tamen ac cæterarũ partium ordo labefactari iudicantur. Nam loco Apoſtolorum eos hodiè cernimus, de quibus Paulus Corinthijs ſcripſerat: Pſeudoapoſtoli, inqt, operarij ſubdoli,transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Nec alios puto,patres optimi, hodiernos prophetas exiſtere,niſi eos duntaxat, de quibus Ezechiel in ſpiritu videns dixerat: Væ, inquit, prophetis inſipientib⁹, qui ſequuntur ſpiritum ſuũ, & nihil vidẽt, quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael. Nequeo, patres reuerendiſſimi, crimina & caſus grauiſſimos eorum hominum vobis exponere, qui dignitate & authoritate velut in quadam ſpecula conſtituti, Magiſtri debent eſſe publicæ diſciplinæ. Omnes eñ declinauerunt,& ab officio recedentes,inutiles facti ſunt, ſicut Propheta teſtat. Aptiſſimè deſcripſit Iſaias clericorum ignominiam,ſecordiam,laſciuiam, ſegnitiẽ,immunditiam,turpitudinem,ambitionem,auaritiam. Speculatores eius, inquit, cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare,vidẽtes vana,dormiẽtes, & amantes ſomnia,canes impudentiſſimi,neſcierũt ſaturitatem. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerũt,vnuſquiſq; ad auaritiã ſuã vſq; ad nouiſſimũ. Cùm igitẽ ex eorũ criminib⁹ ac vitæ corruptiõe, q̃ virtutẽ ac diſciplinam ꝓfeſſi ſunt,hui⁹ myſtici tẽpli ſtructura grauiſſimũ lapſum atq; ruinã mineẽ,optimè Eccleſiaſticæ ſaluti cõſulitis,vt redintegratio fiat, quã vos vulgò reformationẽ nominatis. Cæterorũ verò hominũ vitia, priuatã: clericorũ verò ſcelera, publicã pernicię inferũt. Nam cũ populi oẽs in ſacerdotẽ atq; põtificem, tanquã in ꝓceptorẽ virtutũ ſuſpiciãt, id indubitata fide putãt à ſe factũ iri, quod ipſe faciendũ delegerit.Sed hanc rẽ perdifficilẽ plenamq́; laboris, ea ratione efficere poteritis,q̃ nõ ſit ſchiſma in corpore.Nã cùm in ipſa ſpirituali ſtructura ſit vnitatis multiplicitas,tamen inter cætera illa ꝓcipua iudicatur,quã ille cæleſtis ac indiuidu⁹ ſpirit⁹, diuidẽs ſingulis ꝓut vult, ſicut primæ ad Corinthios

1.Cor.11.c

Ezech.13.a

Hebr.3.a

Pſal.44.

Pſal.13.

Eſa.56.d

rinthios duodecimo cap. ſcribitur. Fieri autem minimè poteſt, vt hi qui aduerſa de bonis moribus ſentiũt, & qui manifeſtam ruinam Eccleſiæ parant, ſpiritu Dei ducantur. Eo etiam euenit in præceptis maiorum ad vitæ innocẽtiam atque religionẽ velle quẽpiam ducere, perdifficilè, & niſi eum ſpiritus Dei priùs induxerit. Pleni ſunt libri oẽs Chriſtianorum ſanctiſſimis exhortationibus, pleni præceptis ſaluberrimis, pleni exemplis admirabilibus. Quicquid de vita & honeſtate clericorũ decerni & præcipi poteſt, id totum ampliſſimis literis & maximis codicibus continetur. Et tamen nemo facit
Ioan.7.c legem, ſicut dicit Saluator. Priùs itaque ſpiritus rogãdus eſt, vt doceat & inſpiret, quo
Pſal.118.d pacto impleri debeant ſuæ iuſtificationes, ſicut Propheta precatur. Cæterum impoſſibile quidem videtur, de principatu Eccleſię ac de moribus diſputare ſimul atque decernere. Nam cùm de capite ac principe ſenat⁹ Eccleſiaſticus occupatur, ornatus publicæ honeſtatis ſatìs aptè vacare non poteſt. Extant gẽtilium atque Chriſtianorum monumenta ampliſſima, quæ huic rei grauiſſimũ teſtimonium afferunt. Vnum ſolùm in præ-
Eccl 50.a ſentiarum ſufficiat. Cùm per Oniam pontificem ſolum res Iudæorum agitarẽtur, ciuitas ſancta in omni pace habitabatur, leges-
2.Mac.3.a que optimè cuſtodiebantur, ſicut 2. Machabæo. 3. cap. ſcribitur. Sed poſteà quàm p ambitionem Iaſonis fratris, collatio ſummi pontificij ad Antiochum tranſlata eſt, mox gymnaſia & ephebiæ in ciuitate Dei fuerãt inſtitutæ, horrendum certè ſcelus, & omnibus ſeculis inauditum facinus. Confracto itaque atque colliſo Eccleſiaſtico corpore, integritas honeſtatis atque religionis conſtare minimè poteſt. Præterea quem vos patres Eccleſiaſticis inſtitutis coercere poteritis, qui mox alios quæſiturus non ſit, à quibus gratè ſuſceptus, prioris vitæ corruptelam non teneat? Et indè huc venientem nemo corripere audebit, ne ſuo exemplo alij ſecuturi teneantur. Itaque patres ſapientiſſimi mores Eccleſiaſticos ea ratione poteſtis componere, ſi nõ ſit ſchiſma in corpore. Hortatur vos ad hoc opus perneceſſariũ dignitas beatiſſimi pris noſtri Eugenij põtificis maximi, qui Petri ſedem tenet & fidẽ, ſine cuius authoritate nulla lex aut decreta ſatìs roboris habere poſſunt, vt eſt di. 22. Sacroſancta. Cuius ſententiæ beatus Thomas 2. ſecundę q. prima, articulo 10. fideliſſimus teſtis eſt. Hortatur vos ad hanc eccleſiaſticam diſciplinã, huius ſanctiſſimi patris integritas, qui cũ à puero vſque ad hanc confectam ætatem vitam præclariſſimis virtutum munerib⁹ exornauerit, adeò vt in ipſo corrigendum, abradẽdúmve nihil omnino videatur, tamen vt optimi præſulis morem
for. *incipi cupit, ſi gerat, hanc quam vos patres reformationẽ nominatis, à ſeipſo * caput, ſi huic publicæ actioni debitus ordo tribuatur. O verè pontificẽ, ô paſtorẽ gregis Dominici meritiſſimũ. Quẽ ſuperiorũ pontificũ, obſecro patres, veſtra tenet memoria, qui iſta protulerit, qui in tanta rerũ tempeſtate infracto animo manſerit? Ite igitur patres lectiſſimi, & huiuſmodi pijſſimi patris atq; põtificis meritiſſimi iuſtiſſima vota & deſideria impleatis, ſi vultis mores Eccleſiaſticos integritati priſtinæ reſtituere. Sed de reformatiõe q̃d ſentiã, iam patres audiſtis, amodò & de pace ꝓ extremæ orationis particula pauciſſimis vtar. Cùm plurima ſint *exercita cum inter
for. *exercitia inter cętera, patres genera, patres lectiſſimi, q̃ad ſacerdotis atque põtificis officiũ attinẽt, tñ illud p̃cipuũ eſt, quod in conciliandis pacandisque populis conſtat: ſiquidem ſacerdotis propria actio dicit, cũ inter Deũ hominemq; medius quaſi cõciliator accedat, vt placet B. Thomæ 3. parte q. 30. articulo primo. propterea & ſacerdos à Deo legẽ & ſacramẽta recipit, quo populis voluntatem diuinã ſignificet, conciliariq́ue volẽtibus paramenta debita tribuat. Et rurſus acceptas ab hominib⁹ oblationes & ſacrificia nño offert, vt diuinam maieſtatẽ hominis vitio vehementer inſenſam, placet atque cõciliet. hoc acutè proſpexit qui ait: Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominib⁹ cõſtituitur in his quæ ſunt ad Deũ, vt offerat dona & ſacrificia ꝓ peccatis. ad Hebræos v. capitulo. Hæc autem munera tunc placationis efficaciam habent, cùm homines excuſſis odijs ac ſimultatibus, ad offenſarũ remiſſionẽ reuocantur. Quod quãto ſtudio agendũ ſit, ſaluatoris præcepto oſtenditur. Si offers, inq̃t,
Matt.5.c munus tuũ ad Altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſus te &c. Et iterum: Si non dimiſeritis fratrib⁹
Matt.6.b In q̃bus omnibus oſtenditur, humanas oblationes & munera nullam prorſus habere efficaciam, niſi homo ſe priùs inimico conciliet. Hoc aũt inter cędes & bella fieri poſſe non video. Quomodò enim inter eos vis charitatis & amicitię aut ſeruari, aut incipere poterit, qui mutuis irruptionibus exuuias & ſpolia quærunt, quorũ alter in alterius effundendum ſanguinem iurat, q̃ liberos à parentũ euulſos amplexibus, impudicè abducit? quæ oñia cùm in bellorum cõgreſſibus fieri videamus, difficilimum eſt, humanitatis, charitatis ac pietatis quippiã in illis hominibus reperiri, qui bella ſequunt. Præcipuum ita q; ſacerdotũ atq; pontificũ officium agitis patres reuerendiſſimi, qui inflatos atque tumentes animos principũ placare curatis, eo preſertim tẽpore, quo nullum Chriſtianorũ regnum vacet. Sed illud priùs ſumma cura agendum eſt, patres reuerẽdiſſimi, vt non ſit ſchiſma in corpore. Quis enñ ad alienas diſcordias ſopiendas ſufficiet, q̃ ad maxima & inteſtina bella parari cogẽt? aut quis aliquem medicorum vel etiam pi-
tiſſimum

tiſſimum ſummo morbo laborãtem vidit, qui alijs ęgrotis pharmaca porrigat? Oportet igitur priùs domeſticam peſtem purgare, & indè aliorum languores extinguere. Quod optimè facturi eſtis, patres ſapientiſſimi, ſi pacis, qua nihil vtilius deſiderari poteſt, vim & naturam ſeruabitis. Pacis enñ bonum non in eo ſolo conſpicitur, quòd vnionem diuerſa optãtium faciat, hoc enim & cõcordiæ datur. imò vt ſancto Doctori videtur, id concordię proprium eſt: ſed id maximum pacis officium eſt, vt renitentem varium appetitum in vnum conſenſum debito ordine adigat. Propterea & beatus Auguſtinus 19. de ciuitate Dei, cùm multa genera pacis enumeraſſet, id tanquam proprium pacis adiecit, quòd ſit ſcilicet tranquillitas ordinis, qui in parium diſpariumq́; rerum ac hominum debita diſtributione conſiſtit. Hoc ſi & vos patres reuerẽdiſſimi, ad pontificem maximum patrem & præſulem omnium, ſeruare curabitis, nauicula Petri à dehiſcentibus fluctibus tranquillam reddetis, principum animos maximas cędes ſpirantes pacabitis, hæreticos reluctãtes ad iugum Eccleſiaſticum ſubducetis, infidelium impetus, qui tota rabie dietim Chriſtiano ſanguine debacchantur, inuictiſſima poteſtate deprimetis. Illud etiam cum ſumma omnium veſtrum gloria fiet, vt aptiſſima ratione probetur, nulla vnquam ambitiõe, nulla iniquitate, ſed ſolius religionis amplificandæ gratia, hos varios & diuturnos labores vos cõſtantiſſimè ſuſcepiſſe: Quod nobis omnibus ille concedat, qui ſine fine viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

ALIA ORATIO (FORSAN ARchiepiſcopi Tarentini) habita ad patres concilij Baſileenſis pro Eugenio quarto.

In nomine Ieſu Chriſti, Amen.

HVmaniſſimam & ſanctiſſimã dñi noſtri digniſſimi ſummi põtificis, domini Eugenij papæ quarti intẽtionem, quã ex iniuncto legationis officio, cõmuni horum patrum, & dominorum meorum conſenſu & iuſſiõe, in præſentiarum explicaturus ſum, vobis reuerendiſſimi in Chriſto patres & domini, ſi quãta decet dignitates veſtras charitate & animorum moderatione intellexeritis, populo Chriſti ſanguine redempto vnionem & pacem & vitæ nouitatem, noſtris verò animabus ſalutem, & multarum curarum requiem allaturam eſſe, in ſpiritu paracl⁹to, & huius tam pij propoſiti motore & directore plenè confidimus. Sed vt ſtabilius & certi⁹ in huiuſcemodi rei narratione fundamentum conſtituamus, exordiendum in primis præcincta editione arbitramur ab ipſius Apoſtolici ſupremæ poteſtatis & iuriſdictionis origine & deriuatione. Deus igitur ideo magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos, ſpiritu habi
Pſalm. 94.a tus eſt, ꝓphetico, reuerẽdiſſimi patres, quoniam curã habens facturæ ſuæ, non repellit Dñs plebẽ ſuã. habere certè diuinitatem ab
Roma.11.a excelſo ſolio ſuo peruigilẽ humani generis curã, oñis fermè & q̃ benè inſtituta humanitat⁹is, & q̃ deſurſum mẽtibus illabit, diſciplina teſtat. Hinc gaudere eam optimo, eiq́; cognatiſſimo viro in Ethicis Ariſtoteles arbitratur: & quod diuinum eſt in nobis, hoc eſt, intellectum diligẽtes & honorantes rebeneficiare. Hinc illud ad Timotheũ Apoſtoli dogma, quo eos quibus quarumcun-
1.Tim. 2.a Rom.13.a que publicarum rerum tutela committatur, diuino nutu ad huiuſmodi officij functionem aſſumptos edocet, emanauiſſe *putãt.
for. *cõſtat pura etenim diuinitatis eſſentia totius entis perfectione abũdè reſperſa, omniũ eſſentium eſſe per prius atq; perfectiùs in ſe complectitur. Quamobrem eam quę tantarum formarum capax extat, naturam, communi omnium vocabulo Deum quandoque veteres nuncupauerunt, quãdoque omnium eſſentium primũ, quãdoq; archetypũ, quaſi rerũ omniũ exemplare ſimulacrũ. Cumq́ue ex eius perfectionis & bonitatis redũdantia, atque omnipotentia interminata & ineffabili, nulla exteriore violentia coarctante, nulla impellente neceſſitate, ſed mera ac libera volũtate, eius eſſe exiſtentiæ vniuerſa creatura ſecundum accommodatas ſpecierum perfectiones ſortita ſit, operatorium principium Plato, primam cauſam Ari-
1.Tim.6.c ſtoteles, dñm dominantiũ ſcriptura, magnũ
Act.17.d dñm (tãquàm omniũ à volũtate proficiſcen
19.c tiũ libera dñs opifex cõſtituatur) naturã illã appellauit propheta. Sed cùm ſplendor in-
Pſalm.94. æſtimabilis prouidentiæ eius inter mũdi ſemina, interq́; varias rerũ ſpecies, & vnius & eiuſdẽ rei potentias atq; diſpares rerũ cultus, ordo *quidem regiminis atq; lex & rit⁹
*quidam naturalis innaſcatur, rectorem Olympi gentiles, regem regum ſcriptura, magnum re-
Pſalm. 94.a gem ſuper omnes deos, hoc eſt, angelicos ſpiritus, ſeu motrices orbium intelligentius, illam ipſam nũcupauit propheta Dauid. Ex illa itaq; diuinæ naturę bonitate & oñipotentia, tantarum illa rerum apud Geneſim conſcripta emanatio effluxit. Indèrerũ inter ſe tanta, tamq́ue admirabilis propagatio excreuit. Ex hac verò ad humanũ genus charitate, prouidentia, ſtudio atque cura, illa legis traditio & tabularum digito DEI conſcriptio, ortum traxẽre. Hinc morum, ſacrificiorum, cæremoniarũ directio, hinc illa ineffabilis coæterni & coeſſentialis Patri & Spirituiſancto Verbi incarnatio, hinc euãgelij prædicatio, hinc paſſio, hinc reſurrectio, hinc apoſtolorũ miſſio, & cùm eſſet mundum præſentia ſua corporali incarnatum illud verbum relicturum, illa mirabilis ſacramenti conſtitutio, atq; vicarij eius electio, illiusq́ue cum ſuprema authoritate &

for. *ſublimatio Matt.16.c

poteſtate *fulminatio & inthronizatio, cui data eſt ſuper vniuerſo populo Chriſtiano plena poteſtas atque iuriſdictio. Quãquàm enim populus ipſe per diuerſas diœceſes ſit diſtinct⁹, tamẽ ſicut vna eſt Eccleſia ab vnico fundatore & capite Chriſto Ieſu, ita vnũ oportet cõſtituere populum Chriſtianum, & veluti in vno ſpeciali populo vnius Eccleſiæ caput. Hæc eſt ratio B. doctoris Thomę atque ſententia, 4. contra gentiles, capitulo ſeptuageſimoſexto. & canonum ſacrorum inſtituta concordant, caput huiuſmodi, epiſcopum almæ vrbis eſſe & Petri ſucceſſorẽ, & principatum Eccleſiæ vniuerſalis in Eccleſia Romana p̃ſidere, 11. di. c. Nolite. Et hæc poteſtas & præſulatus authoritas Petro tributa fuit, nõ ab hominibus, ſed ab ipſo redemptore & ſaluatore noſtro, & ab apoſtolis cum maxima veneratione cuſtodita. Nõ enim quælibet terrena ſententia, vt eſt text⁹ 22. di. c. Omnis. ſed illud verbum, quo conſtructum eſt cælum & terra, per quod condita ſunt omnia elementa, Romanam fundauit Eccleſiam. Idem expreſſiùs innuitur 21. di. c. In nouo, & c. ſeq. cuius initium eſt, Quanuis vniuerſæ per orbem catholicæ eccleſiæ cõſtitutę vnus Chriſti thalamus ſint, ſancta tamen Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutionibus cæteris eccleſijs p̃lata eſt, ſed euãgelica voce Domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es, inq̃t, Petrus &c. Et paulò infrà concludit: Ita in his omnibus pũctis quanto celſior gradus, tanto maior authoritas inuenitur: in maioribus ſiquidem regendi & iubendi eſt poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas. Congruum etiam eſt & expediens ad Eccleſiæ vnitatem, vt fideles in fide conueniant. cumq̃ contingat frequẽter circa illa quæ fidei ſunt, quæſtiones moueri & diſſonas ſentẽtias promulgari, ex quibus ſciſſura in Eccleſia ſępenumerò eſt exorta, expediebat (vt beatus doctor concludit) quòd in vnitate per vnius viri ſententiam Eccleſia conſeruaret. Cùm igitur caput & fundator Eccleſiæ Chriſtus, in neceſſarijs non defecerit, quam ita dilexit, vt pro ea ſanguinem ſuum fuderit: cùm etiã de ſynagoga ab Eſaia dicatur: Quid potui facere vineæ meæ, & non feci? non eſt dubitãdum, quin ex Chriſti ordinatione vnus toti & vniuerſali Eccleſiæ præſit, cuius iudicio atque ſententia diſſenſiones circa fidem & grauiſſimę quæſtiones tollantur & terminentur. quod clarè innuitur 22. diſt. c. Multis, vbi ad literam ita dicitur: Maiores verò & difficiliores q̃ſtiões, vt ſancta ſynodus ſtatuit, & vt beata conſuetudo exigit, ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur. huius beatus doctor egregiam loco ſuperiori rationem aſſignat: quoniam cùm pax & vnitas ſit finis regẽtis & *gubernatis, & vnitatis cõgruentior cauſa ſit vn⁹, quàm multi: videtur, q̃ omnes ſubditorum

Ioan.21.c Mat.16.c

Mat.16.c

Eſa.5.a

diuerſitates, ab vno, benè diſpoſita politia, debeant extirpari. Propterea Ariſtoteles in politicis monarchiã democratiæ & ariſtocratiæ præferre videtur. Id etiam regiminis genus vniuerſæ mũdi partes naturali quodam deſiderio appetere videtur. Quamobrem in extrema phyſicorũ Ariſtotelis parte ſcriptum eſt, Entia nolũt malè diſponi, vnicus ergo princeps. Chriſtum igitur, per quẽ reges regnant, & legum cõditores iuſta decernunt, optimum dediſſe Eccleſiæ ſuæ regnũ, nuſquã eſt ambigendum, quod quidẽ ad inſtar regiminis triũphantis Eccleſię ordinauit. Hinc Ioãnes in Apocalypſi aiebat: Vidi *Dominũ deſcendentẽ de cælo, & alibi: Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem nouã deſcendentem de cælo, à Deo paratã, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. & Moſi dictũ eſt, q̃ omnia faceret quẽadmodùm ſibi in mõte monſtratũ fuerat. & *Ioelis primo dictũ eſt, Congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter, & ponẽt ſibi caput vnum. & Dominus dixit, fiat vnũ ouile & vn⁹ paſtor, cui ſoli poteſtatẽ pleniſſimã & abſolutã tradidit ad oĩa fidei *miniſteria exequendũ, vt ad eũ principaliter de gregis ſalute & directione, ac fidei vnitate ac integritate, diſpoſitio & iudiciũ ac ſententia ſpectarent, & vt per eũ ad alios huiuſmodi miniſteriorũ & authoritas diffunderetur. Hinc primo Paſtori ante aſſenſionẽ ſuam Dominus dixit: Paſce oues meas. & ante paſſionem ſuam: Tu iterum conuerſus, confirma fratres tuos. & illi ſoli promiſit, Tibi dabo claues regni cælorum. vt oſtenderetur (vt inquit beatus doctor) quòd poteſtas clauium per eum eſſet ad alios diffundenda vſque ad ſeculi finem, iuxta illud Eſaię: Super ſolium Dauid & ſup regnum eius ſedebit, vt confirmet iſtud & corroboret in iudicio & iuſtitia amodò & vſque in ſempiternum. & Matthæi vltimo Dominus aiebat: Eccè ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationẽ ſeculi. nec obſtat quòd plerique dicunt verba illa fuiſſe Petro in p̃ſona totius Eccleſię. textus enim illud declarat 9. q. 3. Aliorum hominũ. *verſu *primo. Replicabo, Vni dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ędificabo Eccleſiam meam. & quęcunque ſolueris ſuper terrã, erũt ſoluta & in cælis &c. Hęc magna ex parte ex dictis beati doctoris loco ſuperiori habentur, qui in fine huius capituli ita concludit ad literam: Et per hoc excluditur quorundam præſumptuoſus error, qui ſe ſubducere nitũtur ab obedientia & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum pontificẽ, vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem nõ recognoſcentes. Secundũ tamẽ canonica decreta de ipſius ſummi pontificis ſupremæ poteſtatis amplitudine, certiſſima doctrina traditur. Hinc emẽ dicitur, q̃ ſolus in plenitudine poteſtatis vocatus eſt, alij autem in partem ſolicitudinis. in c. ad honorẽ, de au. & vſu pal-

Triũ regẽdi modorum optim⁹ q̃s.

Prou.8.a

Apo.18.a *angelum Apo.21.a

Exo.25.d 26.f Oſeæ 1.a

Ioan.10.c

*myſteria

Ioan.21.c

Luc.22.d

Mat.16.c

Mat.28.a

lij. &

lij. & ſolus ſedet in illa ſede, quam Domin⁹ in perſona beati Petri ſibi ſpecialiter elegit. vt in c. Per venerabilẽ. §. Sanè qui ſi. ſunt legitimi. & ſol⁹ iudicat & diſponit, vt ſibi placet, 9. q. 3. c. Cuncta per mũdum. Ipſe enim habet arbitriũ cæleſte, c. de ſum. Trini. le. 1. & ei cõceſſa ſunt iura cæleſtis & terreni imperij à Domino redemptore noſtro, 22. di. c. omnis, vbi eſt textus ad literam: Illã verò ſolus ipſe fundauit, de Romana Eccleſia loquẽs. & ſupra petrã fidei mox naſcẽtis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis impij iura cõmiſit. facit ad idẽ c. ſequens, ſacroſancta: Et principes ac oẽs homines ei obedire tenentur. de maior. & obe. c. Oẽs principes, & c. Solitæ, cui nec quiſquã dicere poteſt, cur ita facis? 19. diſt. c. In memoriam. ac ei fit pro ratione voluntas, & quod ei placet, legis habet authoritatẽ, in. de iure naturali, §. ſed & quod principi. Per huius authoritatis vires, frequenter emergentibus mundo diffor mibus atque diſſidijs, opportunè diuina prouidentia occurrit. Sed cùm nimiùm collapſa eſſet nouiſſimis temporibus, ac per deuia præceps rueret libertas humana, miſericors & miſerator Dominus, qui nõ eſt vſq; quaquè iuxta præaſſumptam prophetæ ſententiam, plebem ſuam relicturus, virũ optimum, omnium decore virtutum, iuſtitia, prudentia, temperantia, modeſtia, ſanctimonia, atque quod præſentium temporum acerbitati, tempeſtatiq̃e & tantis Petri nauiculæ fluctibus accommodatiſſimum videtur, magno animo, robore, patientia, cõſtantia & longanimitate redimitum, clemẽtem tamen, pium, charitate & omni heroica virtute refertum, in ea ipſa ſede locauit, quo præſentium temporum horrendis Eccleſiæ ſuæ ſcandalis, alijs q̃ue vniuerſi populi ſui malis ſuccurreretur, *atq; eleuarẽtur. Huius igitur nos authoritatis viri, huius poteſtatis, huius cæremoniæ nuncij & oratores, quanquam immeriti, ad vos ſumus patres optimi.

*eaque

Nunc autem ad inſtitutã domini noſtri intentionis explanationem proficiſcamur, ſi priùs tamen pauca ad rem ipſam pertinentia, de geſtis præteritorũ temporum ad memoriam reduxerimus; plurimum cauſæ noſtræ fauoris, ac veſtrę intelligentię commoditatis conferemus. Sanctiſſimus dominus noſter digniſſimus ſummus Põtifex, verus, indubitatus, atque vnicus Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti vicarius, cui ſoli conuenit in altum rete ducere, hoc eſt, in profundum diſputationum & difficultatũ ſeſe immiſcere, 24. q. 1. Non turbatur, ratus hæreſibus inueteratis & his *qui in præſentiarum incrementa videbantur habere, ac inteſtinis per totam Chriſtianitatem odijs, diſſenſionibus & hoſtilibus armis, amiſſo etiã & fermè extincto totius eccleſiaſticæ libertatis

for. *quæ

priuilegio, ac multiformib⁹ cleriq; & Chriſtiani populi deformitatibus ſine ſanctorũ patrum atque illuſtriſſimorũ principũ aſſiſtentia, fauore, ope & opere facilè & opportunè obuiare non poſſe, concilium Baſileæ ex bonæ & recolendæ memoriæ dñi Martini papæ quinti authoritate per Seneñ concilium promulgatum, atque eiuſdẽ domini Martini iuſſiõe ſtabilitũ, poſt ipſius obitum & ſanctitatis ſuę aſſumptionem, robur habere voluit & proſecutionẽ, ratũ & gratũ per Apoſtolicas ſuas bullas gerens, quicqd poteſtatis in ea re reuerẽdiſſimo in Chriſto patri & domino, domino noſtro ſingulariſſimo, digniſſimo cardinali ſancti Angeli Apoſtolicæ ſedis legato, per prædeceſſorem ſuum collatũ fuiſſet. Cumq̃ amplificationem illius ſynodi, vt optaſſet & rerũ magnitudine expediuiſſet, intueretur: quãdo etiã per oratorẽ eorũ paucorum p̃latorũ, q̃ tũc Baſileæ præſentes erãt, de ipſius concilij debilitate & paruitate certitudinẽ accepiſſet, eſſetq̃e cum inſtantia requiſitus, vt talia faceret quæ nouam conuocationem prætendere videbantur: illud abinde diſſoluit, & ad ciuitatẽ Bononieñ vnà cum literis diſſolutionis conuocauit per interiectionem tam modici temporis, vt non niſi cõtinuaſſe dici poſſit, ita vt illa diſſolutio nil aliud in effectu, nec ex ſuæ ſanctitatis mẽte, voto & intentione, quàm loci mutationẽ, importare videretur. Quod ſanè patres reuerendiſſimi, non abſque grauitate ſumma, atque multa circunſpectione, & lõga & matura deliberatione, ac ſyncera ad Deum & Eccleſiam ſuam ſanctam charitate factũ eſſe exiſtimare debetis. Intuebat enim ille pontifex ſanctiſſimus, tantarum rerum expeditionem nõ eſſe finem optatum habituram, niſi ſua ſanctitas cõcilio adeſſet atque præeſſet, & cum reuererendiſſimorum patrum & dominorum meorũ ſacri Collegij, aliorumq̃e magnorum principum, & totius Chriſtianitatis orthodoxorum præſulum conſultatione, fauore atque p̃ſidio tanta tamq̃e ardua negocia dirigeret atque diſponeret: quod in hac ipſa ciuitate, propter notoriam ſanctitatis ſuæ inualitudinem, & quoniam plerique illuſtriſſimi principes ad eum locum conuenire denegabant, nullatenùs fieri potuiſſet. Accedebat inſuper ad hoc, quòd locus iſte nimiùm vicinus videbatur potentiæ Huſſitarum: & magnæ imprudentiæ tributum fuiſſet, maximè poſt agnitionem periculi, quod non parùm formidabile eſſe orator ipſe referebat, vniuerſalem Eccleſiam tanto ſupponere diſcrimini: quin inſuper neq; eo, quo facta eſt, modo hæreticorum vocationem ſine offenſa, vel ſaltem tacita detractione damnationis de ea hæreſi in ſacro concilio Conſtañ factæ, ſua ſanctitas ſuſtinere potuiſſet, cùm p vocationẽ illam, non ad diſputationem ſo-

Eugenius hîc egregiè & grauiter defenditur.

lùm,

lùm,ſed ad ſpirituſſancti commune iudiciũ Eccleſia noſtra catholica & hæretici æqualiter inuitarentur. Illius etiã vocationis verba,vt cum pace veſtra dicam,hæc ſunt:Eccè iam locus ac facultas plenæ audientiæ præbet. iã,inuitamini:non corã paucis,ſed vniuerſis audiemini,quãtum libet. Audietis & vos ipſos reſpondẽtes. ſanctus adſtabit medius ſpiritus iudex & arbiter, quid in Eccleſia tenendum & agendum ſit. Erimus ſimul & in oratione perſeuerantes,& tam diu feruenter ſuam pietatẽ ieiunijs, gemitib⁹, precibus, obſecrationibus ac ſanctis operibus interpellabimus, vſquequò ipſe charitatis author & veritatis Doctor, corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam ample
*ſemitam, ctendamque veritatis & vnitatis *ſententiã. Eccè quòd per hæc verba,non ad recognoſcendum damnatum errorem Huſſitæ vocãtur,ſed ad ſubmittẽdũ ſe pariter cum Eccleſia catholica ad inueſtigationẽ veritatis: quod certè Huſſitis fauorem & authoritatẽ maiorem, fidelibus verò ambiguitatem & perplexitatem prẽſtare videbatur. Sed quãdo illis fuiſſet, vt conuincerentur & ad cognoſcendum damnatum errorem, audientia prẽſtanda:locus ipſe ad id deputari non debuiſſet, attento quòd ſecundum relationem oratoris illius, certæ ciuitates circunadiacentes,illo peſtifero morbo labefactari cœperant. Itaque de huiuſmodi hæreſibus non erat tutum neque ſecurum in Germania publicè tractatum facere: tum quia per huiuſmodi contentiones corruptis maior commoditas & occaſio tributa fuiſſet alios corrumpendi, tum quia Bohemis ipſis maiorem fauorem prẽſtari quàm alibì ſuſpicari poterat,ſicut in duobus tantùm huius hẽreſis ſceleſtiſſimis capitib⁹,& initio naſcentis mali experientia viſum eſt. Quid igitur cenſendum putatis, patres optimi, ſi in tãta multitudine adaucta infectione,& poſt tributas nobis neſcio quo occulto Dei iudicio tantas ſtrages,ibidèm & publicè reciperentur? Non erat etiam ille locus Græcis ad vniõem tam piè tamq; feruenter adſpirãtibus accõmodatus. plures etiã aliæ cauſæ, & multo grauiores,illius cõmutatiõis deliberationem auxerunt: quarũ expreſſio poſſet maiora, quàm ſint,ſcãdala excitare, & quarum inueſtigationem facilè ingredi poſſet, quiſquis præteritorum temporum non nimis vetuſtam habet memoriam, & præſentium diſpoſitiones libero animo & abſque
for. *mediteturaut *metiatur paſſione *meteẽ. huiuſmodi ſanctitatis ſuæ deliberationem, ac Bononieñ cõcilij nouã conuocationem omnibus mundi prẽſulib⁹ atque principibus intimauit, etiam illis ex vobis,patres optimi, qui pro tẽpore hîc reſidebant: optima ſpe fretus,ne huiuſmodi ſanctitatis ſuæ mandatis orthodoxis quiſquam veſtrũ contrairet. Sed heu reuerẽdiſſimi patres,nedum mandata ſanctitatis ſuæ ſpreta ſunt,ſed quidã ex *nobis ante diſſolutionẽ ſegnes & ad veniendum remiſſi videbantur, poſt diſſolutionẽ ſolertiſſimi atque perpetes facti ſunt quidem qui hîc adlocus obſcurus. rant,poſt diſſolutiõem cum aliquali diſplicentia læti & immobiles pmanſerunt: quod certè,niſi ex impreſſione aut timore,qui caderet in conſtantes viros, factũ ſit,quàm ſit ab obedientia & humanitate veſtra alienũ, vos ipſi dijudicate. Spectat etiã ad ſummũ Romanum pontificem,non ſolùm generales ſynodos conuocare,ſed & ſua ſententia roborare concilia conuocata. aliàs in irritũ labitur,quicquid præter eius authoritatem ſtatuitur: & non propriè concilia, ſed conciliabula nuncupãtur. textus eſt di. *c. multis. Inſupèr quotiès aliqua de vniuerſali ſynodo aliquib⁹ dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo quod non intelligitur, rationem: aut ſpontè hi qui ſalutem auimæ ſuæ deſiderant,ad Apoſtolicam ſedem pro percipienda ratione cõueniant: aut ſi fortè(ſic- Prou.18.a ut de talibus ſcriptum eſt,peccator cùm venerit in pfundũ malorũ,contẽnit)ita & obſtinati & cõtumaces extiterint,vt doceri nõ velint, eos ab eiſdẽ ſedibus Apoſtolicis aut attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut ne aliorum perditio poſſint eſſe,ſecũdum canones per ſeculares opprimi conuenit poteſtates. tex. eſt eadem diſt. nec licuit. Quàm ſit igitur piculoſum,in hac ipſa re mandata tranſgredi Apoſtolica, c. illud inſpicite patres optimi, Nulli fas eſt, 19. di. cuius ego ſeriem, ne aures & dignitates veſtras tam grauiter offenderem,ſub ſilentio prætereundum eſſe ſtatui. Graue quidem igitur & periculoſum ab omnibus cẽſetur, reuerendiſſimi patres, hoc quod paulò antè diximus: ſed maiori cum admiratiõe dignum extimatum,quòd Romanum pontificem citare prẽſumpſeritis, cùm di. 9. q. 3. ſcriptum ſit:Nemo iudex iudicabit primam ſedem, iuſtitiam temperare deſiderantem: neque etiam ab Auguſto,neque ab oñi clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur,& gloſa ſuper verbo, Omni clero, habet:Ita argumentum, quòd cõcilium non poteſt papam iudicare,vt extrà de electionibus,ſignificaſti. vndè ſi totus mund⁹ *ſententiaret in aliquo negocio contra papam, videtur quòd papæ ſententiæ ſtandũ eſſet,vt 24. q. 1. Hæc eſt fides. Nec ob argumentum glo. in contrarium, quia orbis maior eſt vrbe,93. di. legimus, quia illud intelligitur, cùm papa diſſentiret à tota Eccleſia in articulis fidei, 15. di. ſicut ſancta, vbi eſt gloſa ad hoc notabiliſſima ſuper verbo, pſumpſerit. & illa gloſa ſatis ſufficienter ſoluit obiectiõem quæ fieri poſſet per c. illud, Frequens,editũ in ſacro concilio Conſtantienſi:quod certè nõ ita arctat papam, quin poſſit ex ſuprema ſua authoritate ſup loco & tempore celebrandi concilij diſpenſare.

*sentiret

*vobis

Quam

Quam quidem authoritatem nimis impia vult præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tẽtat infringere, fauendo cupiditatibus ſuis: & id quod accepit à veterib⁹, non ſequendo,vt eſt textus 19. diſt. Ita dominus. Moraliter etiam huiuſmodi legum circunſtantiæ ſemper in authoritate & prudentia principis reſeruatæ ſunt. mutatis eñ illis, frequenter nõ ſolùm diſpenſationem, ſed abrogatiõem leges paſſæ ſunt. Elici poſſunt hæc ex ſententijs Ariſtotelis in fine 10. Ethicorum. aliàs eſſet nimis inhumana huiuſmodi conſtitutio. Poſſet enim locus ad conciliũ deputatus,funditùs infra illud decennium euerti,in quo nullo vnquam tempore prælatorum congregatio fieri poſſet, neque alibì, ſi ſoli ſummo pontifici conſtitutionis illius diſpenſatio non tribueretur. Poſſet etiam Cõſtitutio illa ex tempore, niſi in talibus diſpenſatio locum haberet, effici inutilis & captioſa, quod ab omni lege alienum eſſe debet, 4. di. Erit autem lex. Formale enim legis eſt, cauſas,perſonas,loca & tempora metiri,diſt. xxix. Sciẽdum,& c. neceſſe. neque propterea c. illud, Frequens, & alia edita in ſacro concilio Conſtantienſi, caſſa & inualida reputari debent. quotidiè enim in poſitiuis, etiam ſine cauſa, nedum cùm grauis cauſa inſit, vt eſt doctorum cõmunis ſententia: papa diſpenſat, eaque penitus tollit,legib⁹ in ſua ſoliditate remanentibus. Illud prætereo, patres optimi,q̃ ſit ab omni religiõe alienum, Domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium ad inſtãtiam & pro intereſſe vnius viri, etiam quantacunque dignitate præditi, veſtro decreto impeti & moleſtari. Scio quoniam ſcitis reuerendiſſimi patres, & frequentiùs me vidiſtis c. illud, Frequens *Aliorum hominum, cuius ego ſuperiùs mentionem feci, illius tamen recentem memoriam vobis ingeram, & inquam: Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſores cælo tãtam debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagine inuiolatam habere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitiõis non habere formidinem, quas DEVS præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Scitis inſupèr patres, quanta cum humanitate Marcellinum Epiſcopum almę vrbis ſuo ore etiam de idololatria conuictũ, concilium ritè congregatum, colligere in ſinu ſuo cauſam ſuam exhortatum eſt, tanquàm non liceret à quoquam primam ſedem iudicari, 21. di. Nunc autem. Facit ad hoc c. ſequens, & c. In tantum. Illud ibì ſub ſilentio ptætereundum eſſe ſtatui, patres reuerendiſſimi, quàm fuerit à veſtra ſapientia & charitate remotum, poſt illam loci mutationem, contra libertatem, authoritatem & poteſtatem ſummi Romani pontificis conatos vos eſſe, immò veriùs præſumpſiſſe pluriès ſtatuere & edita promulgare. noſtis, q̃ formidabiles eſſe huiuſmodi tranſgreſſiones ſanctorum patrum decreta declarent. Vndè non dubium eſt, vt eſt textus 22. di. c. 1. Omnes, quod pluriès allegauimus: quia quiſquis cuiuſlibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit. Qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium detrahit, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditũ auferre cõatur, hic proculdubiò in hæreſim labitur: & cùm ille vocet iniuſtus, hic eſt dicendus hæreticus. fidem quippe violat, qui aduerſus illã agit, quæ mater eſt fidei: & ille contumax inuenitur, qui eam cunctis eccleſijs non prætuliſſe cognoſcitur. ſed ſi neque pœnæ formido, neq; conſcientiæ vermiculus reprimere vos potuit, patres optimi, ſaltem commune, quod habent membra cum capite depreſſo, diſcrimen continere vos debuit. finis enim illius capituli, Aliorum hominum, cuius totiès mentionem fecimus, talis eſt: Rurſus patet ſanctorum voce põtificum, dignitatem ſedis eius factam eſſe toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium eſt, vbiq; ſummittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur. de hac mihi per prophetam dictũ videtur: Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram? Multa ad hæc reprimenda, longè lateq; in toto iuris & canonum ambitu cõſcripta ſunt, quæ prætereunda eſſe cenſem⁹, vt celeriùs ad legationis noſtræ fructum ingrediamur. Nemo profectò eſt, patres optimi, qui de rebus grauibus æquo & moderato animo iudicet, qui non plurimùm admiretur huiuſmodi progreſſus veſtros, opineturq; grauia illos, & grauiora quàm ſint ſcandala, in Eccleſia Dei parituros, quibus quantum ex alto permittitur, & quanta cũ clementia & charitate poteſt, ſanctiſſimus dominus noſter ſummus pontifex obuiare proponens, charitates veſtras humaniſſimè deprecatur, hortatur, monet, requirit & obteſtatur, per eam qua ſedi Apoſtolicæ obligamini, obedientiam, per integritatem fidei veſtræ, per ſalutem animarum veſtrarũ, per vnionem eccleſiaſtici corporis, Chriſti ſanguine complantati, per ipſum IESVM Chriſtum Deum & Dominum noſtrum, vt ab huiuſmodi progreſſibus abſtinentes, ad pacem, ad vnionem, ad reformationem cleri & fidelium, ac intermiſſæ libertatis Eccleſiaſticæ inſtaurationem, modo quo poteſtis meliori cum ſanctitate ſua conueniatis. & quoniam concilij deſiderium ſanctitati ſuæ & vobis commune eſſe videtur, ſuum tamen tanto feruentius, quanto plùs ſua intereſt, vtpotè qui in eo præeſſe habet, debet & vult, decreuit & deliberauit, & vult vt omninò concilium generale celebretur, in quo ſua S. non ſolum adeſſe & præeſſe vult,

Eſa.10.a

Iõc⁹ obſcurus for. *& ca. illud,

9. q. 3. Aliorũ hominũ.

En hîc Eugenius spõtè se submittit Cõcilio, tantũ abest vt contempserit Concilia, quod illi obiecerunt nõ semel Basileenses.

sed vt membra condignam reformatiõem humili & mansueto animo tolerent, statuit vt in primis reformatio à persona suæ sanctitatis inchoetur, non solùm à tẽpore quo ad summum apostolatus apicem assumptus est, sed teneræ iuuentutis: procedaturq; ad reliqua totius Romanæ curiæ membra: demum alios mundi principes atque prælatos secundum gradus tangat & pungat, quo totus Christianæ professiõnis populus, correctionis fructum salutemq́ percipiat, statuens sacrum illud cõcilium ita protegere, vt nullo vnquam tempore illud dissolui patiatur, nisi priùs (quantum possibile Deus permisit) sectæ, vepres, hæreses & discrimina ab agro Dominico procul pellantur, quo Christi populus vnus & pacificus factus, atque euangelicæ vitæ puritate renouatus, ac Christi charitate & deuotiõe accẽsus, Christi crucem atque Christiani populi sanguine madefactos mucrones, in hostes crucis, domus & terræ sanctæ occupatores, conuertere possit. Quam diem si Deus dederit, vt oculis ꝓprijs sua S. intueat, nihil in hac vita fructuosius, nihil desideratius, nihil iucundius sese cõsecuturã speraret. Hic erit, Deo rem & causam suã promouente & protegente, patres optimi, sacri illius cõcilij finis, hic terminus, hic fructus. Vult igitur sua S. cõcilium, vult omne bonum. Duabus igitur tantùm in rebus seu circunstantijs à sanctitatis suæ decreto dissentire videmini. Altera deputatũ per S. suam locũ detestatur, altera interpositi temporis dilationẽ. vtrunq; pro pace & consolationis via, & ne mẽbra à capite seperentur, ex innata humanitate sua S. prouidere dignatur. Ad primã enim dissensionem tollendam, quemcunque alium in Italia Ecclesiæ immediatè subiectum locum offert: cuius dominio, pro tempore celebrandi concilij, sese expoliare decernit, & sub concilij potestate ponere, cum conditione, quòd post finem cõcilij, Ecclesię & suę sanctitati restituatur. Ad secundũ, illam tẽporis dilationẽ tollere, & sese ad locum per nos eligendum & deputandum, modo prædicto ꝑsonaliter & absque intermedio conferre. Ad quem primo cõgressu magnã platorum multitudinẽ secum ducet, alios cum celeritate ex oñibus mundi partibus venire compellet. Ad quem etiam locũ plerosq; mundi principes vẽturos, plerosque solennes ambasiatores & procuratores missuros, certò cõfidit. Nos etiã iussu suæ sanctitatis vobiscum illuc, si nunc venire placet, ne q̃dquam tẽporis interponatur, properare spõdemus, vobis & cuilibet vestrum omnium prẽteritorum perpetuis temporibus valituram plenariam remissionem pollicentes ac omnimodam libertatẽ & securitatẽ. Quòd si forsan Germaniæ reformationem, reductionemq́ Bohemorum commodiùs in Germania fieri arbitraremini, sua S. est alterius longè sententiæ, vt præmissum est, præsertim quia authoritas præsentiæ S suæ ad tantarum rerum expeditionẽ, plurimùm necessaria videtur. & an vltra Italiæ limites sese, propter notoriã inualitudinem, conferri posset, qui etiam quinquaginta passuum progressu lassatur, vos ipsi dijudicate. neq; existimare debetis, patres optimi, Bohemos, si eorum intentio pia & recta foret, ab eorum salute, ab vniõe fideliũ, ab amœnissima pace propter loci distantiam retardari: neque propter ipsorum hæreticorum reductionem, quam tamen credere, consideratis multis, mens refugit, postponẽda est orientalis Ecclesiæ reuocatio, quæ tantis patribus incredibili sapientia & sanctimonia refertis abundauit, vndè s. doctrinæ fidei gloria meritò est tributa, cuius inclinationẽ nusquàm hactenus promptiorem vidimus, neque stricto & iusto Dei iudicio eius magìs necessariam, neque à tam pio & catholico principe oblatam, pereunt sanè in tarditate reductionis de centum Hussitarum animę, pereunt oriẽtalium schismaticorum, & absque dubio longè plurium. Modus iste igitur, vt absque intermedio vtrique inuitentur, ne cum illis simul pereamus & nos, & vt si illi obstinatione ad gehennam ædificẽt, liberemur & nos. possunt certè vno eodemq́ contextu ad vnitatem Ecclesiæ hi duo populi reuocari, possunt & debent, maximè cùm ab altero inuitemur & nos. Tamen si in ea opinione vestra persistitis, placet suæ sanctitati, ne propterea ab eius vnitate recedatis, quòd in ambarum harum rerum expeditione reuerẽdissimus dominus meus legatus intendat. Placet insupèr quòd vos eidem adiumento sitis, si hoc fructuosius, quàm sine intermedio ad conciliũ ꝓficisci, existimatis. Qæòd si complementum rerum huiusmodi per dominum legatum & vos fieri non possit, reliquum quod ad perfectionem extabit, supplebitur in concilio generali. Germaniæ tamen reformatio plùs antiquorum canonum obseruatione, in qua modesta coactio necessaria esse videtur, qàm nouarum constitutionum editione indiget. Qua in re per dominum legatum potestate & fauore circunfultum, dari poterit aptissimus modus, præsertim cùm clerus huius patriæ hactenus DEO deuotissimus extiterit, & ad obedientiam ferè ex natura paratissimus, facilè itaque ad decorem pristinum reducentur. Hæc est sanctissimi domini nostri pia intentio, patres, hoc desiderium, hoc votum atque decretum. Suscipiatis igitur reuerendissimi patres in situm vobis verbum, quanta cum oportet charitate & humìlitate, ne qui videmini pacis, vniõis & reformationis amatores, nouorum schismatum, dissensionum & deformitatum capita reputemini. Amplectamini amore IESV CHRISTI charitatem

1. Cor. 13. a

ritatem non fictam. ea est, de qua Apostolus ad Corinthios ait: Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, nõ agit perperàm, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt: non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, cõgaudet autem veritati. Ea quę summoperè appetere videmini, patres optimi, profectò magna & ardua sunt, & frontẽ per se honesti & boni ferunt, quorum tamen appetitus humilitatis freno continendus est. cogitans enim magnam fabricam cõstruere celsitudinis, de fundamento priùs cogitat humilitatis. Aurelius ille Augustinus ait: Efficiẽdum est igitur, prout ille noster Arpinas (gentilis tamẽ, sed moralissimus) Cicero in Officijs inquit: Vt appetitus rationi obediant, eam neq; pręcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant, sintq́; tranquilli, atque omni animi perturbatione careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisq́; moderatio. nam qui appetitus longiùs euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo siue fugiendo, non satìs à ratione retinentur, sine dubio finem & modũ transeunt, & relinquunt atq; abijciunt obedientiam, cui subiecti sunt lege naturæ. Benè igitur Augustinus aiebat, quòd mẽsura humilitatis, cuiq; ex mensura ipsius magnitudinis data est. Bonũ est igitur, quærere dignos iustitiæ fructus, patres, si tamen humilitatis frenum non relaxetis: quia Chrysostomus ille græcus inquit: Si iustitiæ cõiunxeris humilitatem, quò non ibit? adsistet ipsi tribunali diuino in medio angelorũ. Pensate igitur rerum, quas agitatis, magnitudinem patres: commensurate dignitates vestras, & ita omnia ponderate, vt opera vestra diuinæ voluntati conformentur. Hæc est igitur volũtas Dei, vt cum Apostolo concludamus, ab omni specie mali abstinere vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per æuum, vt integer spiritus vester & anima & corpus, sine querela in aduentu Domini Iesu Christi seruetur. Amen.

1. Thess. 5. d

Ego Iacobus Adserricus presbyter Tarentinus, publicus Apostolica authoritate notarius, & reuerẽdissimi in Christo patris domini Ioannis archiepiscopi Tareñ &c.

Hæc tã Bohemi placati adeò non fuerũt] oratione, vt deinceps etiã in ridicula ꝓruperint, videntes se eloquentia impares, vt testatur Nauclerus,

ORATIO LVCVLENTA PRAEsidentis, habita in concilio Basileen nomine Ecclesię catholicę ad conuertendum Bohemos.

Iesus Christus. Amen.

LOcutur⁹ pro publica populi Christiani vtilitate, opus mihi esse arbitror, vt personã priuatam exuam, & induam publicam: & tam publicam, vt oñes cõprehendat, & nemo ab eius iurisdictiõe eximatur. Hęc est illa sancta catholica Ecclesia, spõsa Christi & Christianorum omnium mater. Hæc inquam quæ nos oñes ad hunc locum diuinæ benedictionis vocauit, & ad nuptiale inuitauit cõuiuium, antequàm ea pro quib⁹ cõuenimus, tractare incipiamus, pauca nobiscum ex viscerib⁹ charitatis loqui decreuit. Itaq; iam non me quasi meipsum loquentem audiatis, sed tanquàm matrem & alumnam cõmunem, sanctam Dei Ecclesiam. Ego duntaxat ministerium præbeo, & rudem linguam, qua vt instrumento vtatur, tãtùm accommodo. Ipsa autem est, quæ concipit dictatq́; sententias. Nec vos admiratio teneat, ꝙ hæc tam grandis & circunspecta domina, ex hac magna cõgregatione, in qua plurimi sunt & sancti & literati viri, me solum elegerit, indoctum & peccatorem. Habet enim apud Deum nescio quid priuilegij officium publicũ, quo diuina potẽtia virtutes suas crebrò exercere cõsueuit. Cùm itaq; prẽsidens sim temporis huius in hoc sacro concilio, quanquàm supra modũ indignus, elegit me sponsa Christi, non vitæ merito, sed authoritate officij, per quem animi sui conceptum explicaret. quòd si forsitan (vtì vereor) ex ore meo aliquid ineptum effluxerit, nõ imputetis quęso huic sapientissimæ mulieri, quæ in nulla re errare consueuit: sed tantùm incircuncisis pollutisq́; labijs meis, quemadmodũ nec imputandum foret magistro in arte musica peritissimo, si instrumentum rubiginosum aut confractum in quo psallit, raucam & nõ benè sonoram emittat vocem. Vos aũt obsecro, vt interim, me loquente, tacitè in cordib⁹ vestris oretis, quatenùs pro honore sanctæ matris Ecclesiæ ac nostra ædificatione, spiritussanctus igniculo illo, quo labia Isaię purificauit, saltem per horam purificare dignetur & mea. Deinceps igitur magna cum deuotione & reuerentia matrem nostrã loquentem audiamus oñes, & attentè consideremus diuini exordij verba, quibus nos allocutura est, quæ sumpta sunt ex B. apostolo Paulo ad Phil. Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatẽ habentes, vnanimes, idipsum sentientes, nihil per cõtentionem, neq; per inanem gloriã, sed in humilitate. In primis nolo existimetis, ad aliquos tantùm ex vobis me verbum facere. Ad vniuersos, prout cuiq; opus est, meus sermo dirigitur. totam ego hãc congregationẽ, nõ partẽ, alloquor. Omniũ enim vestrũ æqualis mihi cura est. Nam oñes filij mei estis, & in vtero meo nõ sine magno labore concepi. Ego enim sum spõsa Chri, in quo secũdũ Apostolũ ad Colos. Nõ est masculus & fœmina, gẽtilis & Iudę⁹, circũcisio & ꝓputiũ, barbar⁹ & Scytha, seru⁹ & liber, sed oĩa & in oĩbus Christ⁹. Auscultate igitur diligẽter oẽs q̃ hîc adestis, & in cordibus vestris recõdite in spiritu lenitatis q̃ dictura sum, & ꝓ virib⁹ enitimini implere gaudiũ meũ. Naturali iure & diuina

Isa. 6. b

Phil. 2. a

Coloss. 3. b

lege filioli mei constringimini credere consiljs meis, & præceptis meis obtẽperare. Natura ipsa filio suadet, cùm se à matre genitũ esse sciat, & ab ea super omnes se amari cognoscat, vt eam similiter diligat, honoret & consoletur, & eius omnibus acquiescat consilijs. Ita Tobias senior moriẽs admonebat filium suum: Honorem exhibebis matri tuę omnibus diebus vitæ tuæ. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Lex etiã digito dei scripta, inter præcepta quæ ad humanam societatem pertinent, hoc primũ iubet, vt parentes à filijs honorẽtur. propter quod apostolus instruit Colossenses Filij, obedite parentibus per omnia. hoc enim beneplacitũ est in Domino. Quantũ meriti filius honorando matrem, quantúmve supplicij eam contemnendo expectet, scriptura diuina insinuat, dicẽs: Sicut q̃ thesaurizat, ita & q̃ honorat matrem. & rursùs: Fili mi, ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo. Econtrà, Maledictus à Deo qui exasperat matrẽ. Accedit prætereà, quòd consilijs meis sine vlla hęsitatione parére debetis: quia nõ sum sicut vna de stultis mulieribus huius seculi, sed in omni virtute & sapientia ab omnipotente Deo pleniſsimè imbuta. propter quod certi esse debetis, præcepta mea tanquàm ex sapientiæ fonte manantia, nõ posse esse nisi salubria, nec illud omittendum est, q̃ quidquid vobis consuluero ac iussero, facilimũ est, & supra modum delectabile. Quæ cura mihi sit de salute vestra, hinc facilè perspicere potestis, quòd gaudium meũ impleri nõ potest, nisi & vobis bene sit. Gaudium meũ ex vestra pendet vtilitate. non possum esse lęta, nisi & vos lætos atq; vnanimes intuear. Carpũtur viscera mea, si quem de filijs meis vel modicum lædi videro. Crucior tota, si quid accidat eis infortunij. Madescunt tũc præsertim genæ meæ lachrymis, cùm inter filios meos dissidij aliquid ortum sentio. Et licèt aliquæ interdum matres repertæ sint, quæ dimissis filijs, ad nouos maritos seu ꝓcos se transtulerũt, & voluptatibus proprijs satisfacere cupiẽtes, filiorum suorum obliti for. *tamen tæ sunt: ego *autem de numero illarum cõputari debeo, prout experientia manifestat, Isa.49.d de quibus Isaias scribit: Nunquid obliuiſci potest mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Quanquàm etiam quidam sint patres aut domini, qui filiorũ culpis miserijsq; non mouentur, dicẽtes: Satis mihi est, quòd bene ago & mihi bene sit: decæterò neq; iniquitas mea, neque delictum meum. Ego autem non sic. licèt enim nihil mihi conscia sim, hoc me non cõsolatur, nisi & idem filijs meis adesse videam. Nec mihi satis est semel admonuisse, nisi iterum atque iterum & sine intermissione vsq; in finem sedulò eos cõmonefaciã. Dilectissimi mei, ita vos oẽs affectu quodam inexplicabili

Tob.4.a

Exod. 20.b

Coloss. 3. d

Eccle.3.a

Prou.1.a

Eccle.3.c

diligo, vt nulla tã grauia esse possint discrimina, quibus libens pro salute vestra me vltrò non objcerem. Quot martyria, tormẽta, persecutiões à sæuis imperatoribus & tyrannis in primitiua adolescentiæ meę ętate pertulerim pro salute eorum qui tunc erant filiorũ, & qui posteà successerunt & successuri sunt, quis vnquàm posset enarrare? Inundauerunt plateæ ciuitatũ sanguine membrorum meorum, vt fides catholica in filijs meis illibata persisteret. Ita quidem vos oẽs in pręcordijs meis infixi estis, vt non nisi de vestris commodis cogitare queam, pro quibus non solùm alligari, sed & mori in membris meis pro vnoquoq; vestrum oẽi tempore parata sim. Sequor in hoc vestigia spõsi mei, qui ita me & corpus meum dilexit, vt pro ea animã suam ponere non dubitauerit. Vidi ipsum sæpenumerò lachrymantem ac dolẽtem pro membris meis. Audiui ipsum inter maximos cruciatus clamantem: Pater, Luc.23. ignosce illis. licèt vndiq; dilectus manaret sanguine, & atrocissimis tormentis vndiq; agitaretur, nihil tamen aliud quàm salutem filiorum meorum sitiebat. Sic & me spõsam ac discipulã suã facere decet, & memoriam cõtinuam vestri habere, ac die noctuq; gemitibus inenarrabilibus clamare & interpellare ad Deum pro vobis, vt nemo pereat ex his quos tradidit mihi. Propterea sic anxia ac solicita postulo, vt impleatis gaudiũ meum. Quanto mentis affectu, quantaq; anxietate & vehementia deprecationẽ hanc meã ad vos porrigam, ex verbis apostolicis mòdò propositis animaduertite: Si qua consolatio est in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. Quid est dicere, si qua cõsolatio est in Christo, nisi quia maxima est? quã si habere vultis, opus est vt impleatis desiderium meum. Immoremur, si placet, paululùm in hoc Christi nomine. nõ enim decet memoriam sponsi mei sic perfunctoriè transire. Eius quippe amore langueo, & liquefacta est anima vt primũ nomen dilecti mei insonuit auribus meis. Quid (quæso) maius dici potest, quàm cõsolatio in Christo, qui est pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra? Fallitur, qui putat alijs in rebus cõsolationem posse reperiri. Ad ipsum duntaxat pro consolatione accedere oportet, quoniam per Christũ, vt inquit Apostolus, abundat consolatio nostra. Ipse solus est qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. & rursus: Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Possidete quod vultis, aurum, argẽtum, regna, ciuitates, scientiam & eloquentiam, & quidquid sub cęlo est: sine Christo molestias potiùs q̃ consolationẽ experiemini. Solus Christus est consolatio,

Actu.21.c

Phil.2.a

Cant.2.& 5.

2.Cor.1.a

Ibidem.

Matth. 11.d

Ioan.7. f

pax, quies & trãquillitas: quod & ipse, trãsiturus ex hoc mundo, discipulis suis prędixit: In mundo pressurã habebitis, in me aũt pacem. Si igitur filij mei consolationem in Christo obtinere speratis, necesse est vt impleatis gaudium meum. Nõ enim aliter domin⁹ meus vos cõsolabitur, nisi & vos vnicam sponsam suã cõsolemini, quam vt animam suã & pupillã oculi sui diligit. Sequitur: Si quod solatiũ charitatis, hoc est, si charitatem habere vultis & ex charitate solatiũ, implete desideriũ meum. Charitas dilectio est. vbi dilectio, ibi delectatio: vbi delectatio, ibi solatium & gaudiũ. vbi charitas est, ibi Deus est, quia Deus charitas est. Econtrà vbi charitas non est, ibi nec Deus est, nec q̃dem boni aliquid esse potest. Si igitur charitatem & Deum, & oẽ bonum cum Deo desideratis, votis meis satisfacere vos oportet. Si præceptum primum causa charitatis est, vt diligatis Deum: diligendo me, diligitis profectò Deum, quia Christus Deus & ego, vna mystica persona sumus, cuius ipse est caput. duo enim sumus in carne vna. & hoc est illud magnum sacramẽtum, de quo inquit Apostolus, in Christo & Ecclesia. Si item ex charitate diligendus est proximus, quis vobis proximior est, quàm ego mater vestra, & talis mater, quæ non semel vt aliæ matres, sed & prẽter sacri baptismatis generationem, continuè in verbo prædicationis & exhortationis vos pario? Ita in persona mea inquit Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christ⁹. Iterum & tertiò: Si qua societas spiritus sancti, implete gaudium meum. quid hoc significat, nisi ꝓ si vultis habere vnionem, quam facit spiritus sanctus in oẽibus fidelibus, si vultis esse participes spiritus sancti & eius societatem habere, si vultis vt spiritus sanctus habitet in vobis, lætificate matrem vestram Ecclesiam? O vehemẽs admirationis genus, quàm ignitus est hic sermo & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad compagem animæ, spiritus, ac medullarum. Sed non tam properè spiritus sancti memoriam percurramus. Nam ineffabile quoddã in ore meo, dum ipsum recẽseo, sentio suauitatis nectar. Et quia multa hic spiritus paracl⁹tus mihi beneficia cõtulit, multùm eqdem, ne ingrata sim, diligere ipsum debeo. suæ eũ custodiæ dimissa sum, ne videar orphana. Ipse me protegit, ne portę inferi pręualeant aduersus me. Ipse me fouet, dirigit, & gubernat. Ipse primùm induit me adolescentulam virtutem ex alto, & in me resedit per ignem, vt charitate ardere: & in lingua, vt linguis omnium loquens, omnes docere possem. Ipse adstat semper auribus meis, & quidquid dixerit Christus, ipse suggerit mihi, docetq; *mihi omnem veritatem spiritus ipse veritatis. nec me vnquàm errare passus est, neque (vt spero) vsq; ad consumma-

Ioan.16.d

Phil.2.a

1.Ioan.3.c

Ephes.1.d

Ephes.5.d

Galat.4.e

Philip.2,a

Hebr.4.c

Luc.24.g

Actor.2.a

tionem seculi patietur. hic mihi abundè largitus est septem eius sacratissima munera, spiritum videlicet sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ, pietatis & timoris. dona ipsius spiritussancti habeo, vt per sapientiam sim matura, per intellectum prouida, per consilium cauta, per fortitudinem animosa, per scientiam discreta, per pietatem misericors, per timorẽ humilis. Multa nimis de spiritusancto dicẽda forent: sed quis ad lucem, quam inhabitat, inaccessibilem accedere poterit? Nunc autem duo hæc de doctore meo referre satis sit, vt vnusq;q; Christianus cognoscat, quantum amare & reuereri ipsum debeat. Spiritus paracl⁹tus hic est, de quo conceptus & incarnatus est redemptor generis humani Iesus Christus Deus meus & Deus vester, Dominus meus & Dominus vester. Ipse etiam est, de quo inquit Apostolus: Nemo potest dicere, Chri- 1.Cor.12.a stus Iesus, nisi in spiritusancto. Si igitur huius spiritussancti, qui tam mirabilium est patrator operum, societatem habere vultis, implete gaudium meũ. Tandem & quartò vos obsecro per viscera miserationis, si qua in vobis sunt, vt impleatis gaudiũ meũ. Oẽis summa Christianæ disciplinæ in pietate & misericordia consistit. quantum misericor- Matth. 25.d diæ & pietatis opus Deo sit cordi, hinc constat, quòd in extremo mũdi iudicio, de misericordia solùm ratio exigetur. pietas seu misericordia ad omnia est vtilis, promissio- 1.Tim.4.b nem habens vitæ quæ nunc est & futuræ, secundum Apostolum. Hic enim diuitias & gloriam, in futuro vitam æternam cõsequitur. De hoc dictum esse videtur, quod scribitur in libr. Sap. In dextera eius anni vitæ, Prou.3. b in sinistra illius diuitiæ & honor. Si ergo ꝓmissionẽ huius vitæ æternæ optatis, misereminì matris vestræ quę tam diu de filiorum suorum dissidio vehementer affligitur. per viscera misericordiæ Dei nostri vos oro, vt in vestra me vnitate consolemini. Non violentum aliquid à vobis exigo, sed ipsum naturalem affectum, qui ad misericordiã vos meritò inclinare debet, tum ad oẽs homines, tum pręsertim ad matrẽ vestrã & mem- 1. Cor.12.d bra vestra. inquit Apostolus: In id ipsum solicita sunt membra: & si quid patitur vnum membrũ, cõpatiuntur & cætera. Cùm sitis membra corporis mei, naturali pietate tam matris vestræ, q̃ cęterorũ membrorũ, ex vestro dissidio se affligentiũ, misereri ac cõpati debetis. Si vt primùm Ieseph vidit Beniamin fratrẽ suũ paruulũ in Aegyptum deductum, cõmota sunt viscera eius, nec se cohi- Gen.45.a bere poterat quin lachrymę ex oculis erum perẽt: quãto magìs viscera vestra cõmoueri debẽt ad pietatẽ, & oculi erũpere ad lachrymas, visa matre vestra & genitrice, tot fratrũ vestrorum diuturno mœrore tabefacta? Sic igit̃ filioli mei cõtestor & adiuro vos ꝓ consolationẽ Chri, per solatiũ charitatis, per societatem

cietatem ſpirituſſancti, per viſcera miſeratio-
nis, vr gaudiũ quod de vobis concepi, hoc
in loco compleatur. Intelligitis, puto, cur di
xerim, implete gaudium meum: hoc ſignifi-
cat, aliquid gaudij cœptum eſſe, aliquid aũt
reſtare vt impleatur. Cœptum eſt gaudium
in corde meo, cùm tempus huius ſacri con-
cilij celebrandi aduenit, per quod ſpes mihi
non parua erat, vt filij mei vndiq; colligẽdi,
infirmitatibus corporis mei, quæ proh dolor
grauiſſimę ſunt, oportunè prouiderent,
& fidem orthodoxã, quam ipſa profiteor,
viriliter ab impugnantibus tuerentur, pa-
cemq; vbiq; exulantem intra fines meos re-
ducerent, ac virtutes multis in locis ac per-
ſonis ferè extinctas reſuſcitarẽt, quẽadmo-
dum hęc oĩa in alijs ſacris generalibus cõ-
cilijs per ſpirituſſancti gratiã ſæpenumerò
facta ſunt. huiuſmodi autem gaudium tunc
auctũ eſt, cùm per pijſſimas huius ſacri con-
cilij literas, Bohemiæ populus ad hanc ſan-
ctam ſynodum magna cum charitate cõuq-
uocatus eſt, & ei libera audiẽtia oblata. Sed
tunc præſertim exultauit animus meus cum
conuenientibus huius ſacri concilij & Bo-
hemorum ambaſiatoribus in oppido Egrę,
vnanimiter cõcluſum eſt, vt vos Bohemi ad
hunc locũ proficiſceremini: quod, Deo diſ-
ponente, iam oculis meis factũ video. Nunc
autem ſpes futuri gaudij magìs ac magìs ap-
propinquat, quando filios meos ante hæc
tẽpora inuidia diaboli inter ſe diuiſos, nec
ſe reſpicere audientes, nũc in ſimul modeſtè
cõſidere, pacificè loqui, & manſuetè inuicẽ
conuerſari adſpicio. Et quo magìs corpora
coniunguntur, eo maior ſpes eſt conciliandorum animorum. Multum quidẽ effluxit
temporis, quo lætiorem diem quàm iſtum
experta non ſum: quandoquidem veriſimilia futurę vnionis fundamenta, ex tam felici
initio inter filios meos iacta eſſe videntur.
Agite igitur filij mei, implete gaudium meum, date operam, vt quod tam laudabiliter
inchoaſtis, optato fine terminetis. Gaudiũ
cœptum eſt. reſtat vt cõſummetur. in manu
veſtra eſt conſummare illud, & cõſolari matrem veſtram, atq; omnem exhilarare popu
lum Chriſtianũ, qui magno cum deſiderio
finem conuentionis veſtræ præſtolatur. Facite, obſecro, ne fruſtrà huc veniſſe videami
ni. Sic agite, vt tot labores iam vltra annum,
incaſſum non diſpereant, & gentes tam grãdi de vobis ſpe cõcepta nõ fruſtrentur. Quis
tam duri cordis filius eſt, qui tam vehementer obſecratus, audeat contraire maternis
precibus? Quis tam inhumanus atq; impius
reperiri poteſt, qui ſic efficaciter à matre adiuratus, mox non acquieſcat, & cũ Salomo-
3.Reg.2.d ne dicat: Pete mater mea, neq; enim fas eſt,
vt auertam faciem tuam. Sub hac igitur ſpe
Filioli mei, explicabo vobis deſideriũ meũ,
& cõfidenter aperiam quod illud ſit gaudium, quod tantoperè per vos impleri efflagi-

to. Sed hoc filij mei ſcitote, nihil difficile
aut laborioſum me petituram. Dulciſſimũ
erit & vtiliſſimum, & quo magìs contrectabitur, eo dulcius atq; vtilius fiet. Hoc eſt in-
quam gaudium, quod impleri poſtulo: Pri-
mùm, vt idem ſapiatis omnes: deinde, vt can
dem chsritatem habeatis. Quid de hac du-
plici petitiũcula vobis videtur filij? Nunqd
præcipio vobis, vt trãsfretetis maria, per or-
bem peregrinemini, cum hoſtibꝰ pugnetis?
Non iubeo vt contemnatis diuitias, vt cor-
pora veſtra maceretis ieiunijs, vt martyria
& tormenta ſubeatis. Nihil horum, vt audi-
ſtis, quanquàm & ſi iſta præciperem, contemnenda nõ eſſent. Nam & fratres veſtri, qui
vos præceſſerunt, iuſſu meo hæc & maiora
forti animo ſæpenumerò fecitãrunt. Sed
hoc dũtaxat hortor, hoc moneo, vt idipſum
credatis, & alter alterum diligat. Credere, facilimum eſt: amare, dulciſſimum, vtrunque
verò vtiliſſimum. His duobus præceptis cõ-
ficiendis re nulla extrinſecùs opus eſt. Credite, & amate inuicèm in cordibus veſtris,
& ſatisfeciſtis deſiderio meo. In momento,
in ictu oculi hoc agere poteſtis. Velitis, &
factum eſt. Primum eſt igitur, vt idem ſapiatis. Quid eſt, idem ſapiatis, niſi vt non diuerſa alter ab altero, de fide domini noſtri Ieſu
Chriſti ſentiatis? A fide incepi, quoniam fi-
des, Chriſtianæ religionis & omnis ſalutis
ianua eſt. Hæc eſt fundamentũ & radix oĩs
ædificationis, quæ creſcit in domo mea. Ali
ud autem fundamentũ, ſecundum Apoſto- 1.Cor.3.c
lum, nemo poteſt ponere, quàm quod po-
ſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hoc autẽ
fidei fundamẽtum, quàm firmiter ſuſtentet
ædificium quod ſuperimponitur, quantaq;
illud virtute ac gratia communiat, & hęc ra-
dix quàm ſaluberrimos ſuauiſſimosq; ex ſe
producat fructus, quo alio probationis ge-
nere vti opus eſt, niſi hoc ſolo teſtimonio, qꝺ
Chriſtus Ieſus, per quem facta ſunt omnia,
huius ędificij baſis ac fundamentũ fieri di-
gnatus eſt? Huic ergo tam ſtabili fundamen
to ſi quis corde puro & cõſcientia non ficta
inhęſerit, primùm ab immũditijs ſi quas ha- Act.15.b
bet, purificabitur, vt in Actibus apoſtolorũ
ſcriptum eſt. fide purificans corda eorum.
purificatus verò, mox in dño iuſtificabitur, Rom.3.d
vt inquit Apoſtolus, arbitramur hominem
iuſtificari per fidẽ. Sic aũt anima per fidem
purificata ac iuſtificata, merebimur deſpon Oſeæ 2.d
ſari à domino, vt ipſe per Oſeã inquit: De-
ſponſabo te mihi in fide. Quicunq; verò ſic
deſponſatus fuerit, fortis fiet, vt illi magno
aduerſario noſtro leoni rugienti poſſit reſi 1.Petr.5.
ſtere, cui (inquit Petrus) reſiſtite fortes in fi-
de. Huic qui reſiſtere potuerit, eiuſdẽ fidei
virtute facilimè vincet & ſuperabit mundũ.
Hæc eſt victoria, inquit Ioannes, quæ vincit 1.Ioan.5.a
mundum, fides noſtra. Mundo autem deui-
cto, benedictionem accipiet per eandem fi-
dem à domino: quia qui ex fide ſunt, ſecun-

Galat.3.b dum Apoſtolũ, benedicẽtur à nomine cum
fideli Abrahã. Sed & hęc amplius, qa Chri-
Epheſ.3.d ſtus in corde fidelis animæ habitaculum fa-
ciet. Habitare, inquit Apoſtolus, Chriſtum
per fidem in cordibus veſtris: nec ſolùm ha-
bitabit, quinimmò per fidem in filium ad-
Galat.3.d optiuũ aſſumet. Omnes enim, inquit Apo-
ſtolus, filij dei eſtis per fidem. Poſtquàm aũt
fidei merito tantũ muneris à domino cõſe-
cuti fueritis, & reſpõdebit nobis ſicut olim
Matth.8.b centurioni, Fiat tibi ſicut credidiſti: & quẽ-
Matth.15.c admodum Chananæa, Magna eſt fides tua,
fiat tibi ſicut vis. Tam precioſa eſt huius fi-
dei radix & ſemen eius, qꝺ ſi modicum quid
Marc. 4.d ex ea habueritis, (quid autẽ minus dici po-
Luc.17.b teſt, quàm granũ ſinapis?) dicetis huic mon-
Matth. 21.c ti, transfer te, & transferẽt ſe. Quãquam aũt
nõ ſemper eo modo, quo verba petentis ſo-
nant, quis exaudiatur: obtinetur tamen per
fidem id, quod magis petẽti prodeſt, ad vi-
tam præſertim æternam, in qua oĩmne deſi-
derium includitur, cuius vitæ æternæ per fi-
dem hîc promiſſionem cõſequemur. Inquit
Tob, 2.e Tobias: Filij ſanctorum ſumus, & vitam ex-
pectamus, quam Deus daturus eſt his, qui
nunquam mutant fidem. Quid plura? Sine
2.Cor.5.b hac ambulare non poteſtis, quia per fidem
Rom.1.b ambulamus, inquit Apoſtolus. Sine hac nec
etiam viuere, quia iuſtus ex fide viuit. Sine
hac, vt idem atteſtatur Apoſtolus, impoſſi-
Hebr. 11.a bile eſt placere deo. Sine hac qlibet in abyſ-
ſum errorum mergitur, ſicut in profundum
maris mergi incipiebat Petrus, cui dictũ eſt
Matth.14.d à domino: Modicæ fidei, cur dubitaſti? Vi-
deat igitur vnuſquiſq;, quantum ſtabilitatis
ac firmamenti ex hoc fundamento, quàm
precioſos fructus ex hac radice, quantaq;e
cæleſtia bona ex hac fidei profeſſione aſſeq
poſſit. Quid ergo illa precioſius? Rectè in-
1.Petr.1.b quit Petrus, probatio fidei, precioſior eſt
auro quod per ignem probatur.

Sed ad veram adipiſcendam fidem, filioli
mei, primùm noſſe oportet, ſub qua domo
huiuſmodi (quod antè dixi) fundamentum
iactum ſit, & quemadmodùm ad eam perue
Matth. 16.c niatur. Super hoc fundamentũ domus mea
à domino ædificata eſt, ipſo dicente: Super
hanc petrã, videlicet fidei, ędificabo Eccle-
ſiam meam. Videte quis hic ædificator &
architector. Is, cuius manu facti ſunt cæli &
Pſal. 118.m terra, & cuius ordinatione perſeuerant dies, &
omnia ſeruiunt ſibi. Hic noſter fabricator,
tam ſolidè huic fundamẽto domum meam
ſuperimpoſuit, vt quãquam poteſtas ſatanæ
Iob 41.e tanta ſit, vt ſecundum Iob nulla ſit ei ſimilis
Ioan.12.c in terris, quem ipſa veritas principem huius
14.d 16.b mundi appellat, tamen aduerſus hãc meam
domũ priuilegio Chriſti nihil ꝑualere poſ-
ſit. Scrutamini ſcripturas, & nullã domũ ſic
fundatam, nec tale ei munus indultũ inue-
Matth.7.d nietis. Hanc domum perflare vẽti poſſunt,
cõcutere non poſſunt, fulguraq;; ac turbines
aẽrij illam tangere, ſed nõ euertere: quia hęc

est domus Domini firmiter ædificata, benè
fundata ſuper firmã petram, Non ſuper are- Apoc.21.f
nam aut trabes putridas ſeu ſaxa mortua,
fundata eſt hæc ſacroſancta mea domus: ſed
ſuper lapides precioſos iaſpidis & ſaphiri & Apoc. 21.a
aliorum decem, quos in Apocalypſi nomi-
natim Ioannes enumerat: ſed quod oĩbus
precioſis lapidibꝰ precioſius eſt, ſuper petrã
Chriſti viuam. Nec etiam mortali manu ho-
minum facta eſt, ſed noua deſcendit de cęlo
à Deo parata, ſicut ſponſa ornata viro ſuo.
Nemini, vt hanc domũ demoliatur, ingredi
fas eſt, quam 12. *angeli (vt in eadem Apoca- *anguli
lypſi ſcribitur) in portis cuſtodiũt. Sed qua- Apoc. 21.c
lem intus putatis hanc eſſe domum? an cali-
ginoſam, an fortè ad depellẽdum tenebras,
lumẽ tibi eſſe ex oleo aut cera compoſitum:
aut, quod plus eſt, ſolem aut lunam in illa lu
cere? Maius aliquid habet, & longe maius.
Sed quod illud eſſe poteſt ſole & luna maiꝰ
lumen? Audite Ioannem in Apocal. dicentẽ: Apoc.21.f
Et ciuitas (quam paulo ſuperiùs nouam de-
ſcendẽtem de cælo, & vxorem agni dixerat)
nõ eget ſole neq; luna, vt luceant in ea. Nam
claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius
eſt agnus, & ambulabunt gentes in lumine
eius. Et vt ſu premum oĩum teſtimonium Matth. 28.c
adducamus, Chriſtus qui mentiri non po-
teſt, pollicitus eſt manere cum ea vſque ad
conſummationem ſeculi. Si qui in hac do-
mo in nomine Ieſu Chriſti cõgregantur, ibi Matth. 18.c
ipſe eſt in medio eorũ, & ſpirituſſanctus lu-
mine ſuæ claritatis totam replet, vbi filij mei
manent in vnitate ſedentes. Sed & hoc me-
moriæ perpetuò fixum tenete, quod Apo-
ſtolus ad Timoth. ſcribit: Hæc tibi ſcribo
fili mi Timothee, ſperans me ad te venire ci- 1.Timot.3.c
tò. Si autem tardauero, vt ſcias quomodò
oportet te in domo Dei conuerſari, quę eſt
Eccleſia Dei viui, columna & firmamentũ
veritatis. Intret igitur omnis homo ſecurus
tam lucidam & tam firmiter conſtructã do-
mum, quæ nec obtenebrari poteſt, talem ac
tantã Dei patris & agni & ſpiritus paracl̃ti
fulgorem habens: nec corruere, talibus ſu-
perinnixa baſibus. Et qꝺ ingreditur, maneat
& nunquàm exeat: & qui exiuit, redire non
differat. redeuntem autem neminem eijcio.
Extra hanc domum oĩa ſunt caligo & te-
nebræ. Extra iſtã nec eſt, nec eſſe poteſt vera
fides nec ſalus hominibus. Et velut qꝺ in arca
Noæ reperti non ſunt, diluuium aquarum Gen. 7.
abſorbuit: ita & qui in hac ſacra æde non p-
manſerint, caligine errorum obrui & tandẽ
perire neceſſe eſt. Sed nec ad hãc domũ iter
cuiquam patére poteſt, niſi illud ipſa docu-
ero: quoniam niſi à me doctrinam fidei ac-
cipiatis, nec fidẽ rectã, nec Eccleſiæ vnitatẽ
habere poteſtis. Fides, vt ſcitis, ex auditu eſt. Rom.10.c
quomodò audietis ſine prędicãte? Sed ꝑdi-
cari quid poteſt, in quo ſit ſalus, niſi Euan-
geliũ Chr̃i? Quòd aũt verũ foret Chr̃i Euã-
geliũ, quomodò ſcire poſſetis, niſi illud vo-

bis patefeciſſem? Audiſtis nonnullos etiam ex apoſtolis ſcripſiſſe euangelia: ſed quoniã quatuor duntaxat approbaui, illa vt euãgelia venerantur, alia reſpuuntur. Neq; etiam poſtquàm ad hanc domum iter vobis oſtẽſum fuerit, ingredi poteritis, niſi ego cui claues huius domus à Dño traditæ ſunt, meis manibus adaperiam, vosq́ introducam. Sine his clauibus ad ſecretos theſauros cæleſtis regis ſponſi mei, in domo mea recluſos, neminem licet introire. Et ſi alienis clauibus intrare contenderit, poterit videri intrare, ſed non rectè intrare. Reſtat igitur & iam liquido intellexiſtis, ꝙ peruenire ad fidem, & pſeuerare in ea, niſi per me & mecũ, non poteſtis. Quamobrẽ ſine mora relictis omnibus, me vnuſquiſq; ſequatur, & mecũ habiter, vt veritas fidei habitet cum eo. Liber in quo fides catholica deſcripta eſt, non incongruè illi libro cõparari poſſet ſignato
Apoc.5.a ſeptem ſignaculis, quẽ (vt Apocalypſis Ioãnis teſtatur) nemo neq; in cælo, neq; in terra, neque ſub terra ſoluere poteſt, niſi ſolus agnus, qui occiſſus eſt. Ita quidem & hunc librum fidei ac doctrinã eius, nulli creaturæ neq; in cælo, neq; in terra, neq; ſub terra aliter intelligere fas eſt, quàm ego catholica ecclеſia intelligo ipſius veri agni vera ſponſa, cui ipſe ſponſus, vt ex euangelio Ioannis ſæpè legi audiſtis, omnia quæ audiuit à patre, nota fecit. Neq; enim angelis aut hominib⁹, quantacunq; prẽditis poteſtate, contra meã doctrinam quidquam credendum foret. Ita ad Galãtas ſcribit Apoſtolus, per cuius os
Galat.1.b. loquebatur Chriſtus, licèt nos aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquã quod euangelizauimus, anathema ſit. Hoc nihil aliud ſignificare videtur, niſi ꝙ angelos de cælo contra veritatem euangelij quidquam dicere impoſſibile eſt, me verò adhuc impoſſibilius. De hominibus autẽ quis gloriari poteſt, vt ſibi contra Eccleſiæ authoritatẽ credatur, cùm Apoſtolus ſeipſum velit eſſe anathema, ſi aliud euangelizet, quàm quod priùs ſecundum ecclеſiæ doctinam euangelizauerat. His autem qui ſub terra ſunt, nihil quoquo modo fore credendum, quis dubitet, cùm ſatanas & angeli eius in veritate nõ ſteterant, ſed mendaces ſint & mendacij patres? Si Arrius, Manichæus, Neſtorius, Fauſtus, Donatus, & cætera huiuſmodi hominũ monſtra, meis tantùm clauibus, & non proprijs & adulterinis, hũc fidei librum aperire
Ioan.8.f voluiſſent, nunc in inferno cum patre mendacij nõ cruciarẽtur. Si hi pertinaces & obſtinati homines meis paruiſſent præceptis, multarum gẽtium cateruas ad locũ ſulfuris & ignis perpetui ſecum non præcipitaſſent. Initiũ ſalutis hominis eſt, nolle propriæ initi prudentiæ: ſed ipſum ad ſuſcipiendam maiorum ſuorum diſciplinã accõmodare, illorũ ſcilicet, quos diutina approbatio authenticos fecit, quorumq́ doctrinę, ſanctitas vitæ ac manifeſta miracula certum perhibent veritatis teſtimoniũ. quis non ſanctos patres ac doctores ꝑ multa ſecula à me vbiq; approbatos, quorum tanta fuit integritas & veritatis zelus, vt priùs mortẽ & omnia ſupplicia pati voluiſſent, quàm leuiſſimũ proferre mendacium, potiùs quàm ſeipſum, rudis fortè ingenij, ſeu non exercitati, meritò ſequi debeat? Quis interpretationẽ excellẽtiſſimorum penè innumerabiliũ doctorũ, ex omnibus mundi partibus in eadẽ conuenientium ſententia, qui ita in ſacris ſcripturis ſtudioſi fuerunt, vt omne vitę tempus in his expoſuerint, non potiùs acqeſcat, quàm duobus aut trib⁹ ſeu pauciſſimis hominib⁹ nouiter ſcripturas legẽtibus, nullo fretis doctore, niſi proprio ingenio? Quis nõ aduertat, quàm ſit Eccleſiæ Dei perniciоſus hic morbus nullo pacto ferẽdus? Si enim cuiq; fas eſt, ſuo ſenſu exponere & interpretari ſcripturas, nihil certi erit: omnia confuſa & inuicèm aduerſa fient, nouũ redibit chaos: tot erunt ſentẽtię, quot capita. Quis ille erit ita hebes, cui non ſuppetat audacia nouam fabricare interpretationem? Melius ergo leges humanas conditas eſſe fateri oportebit. Hæ poſtquàm vel à principe vel communitate latæ ſunt, nemini fas eſt cõtraire. quòd ſi fortè aliquid ambiguitatis cõtineant, priuatis non licet interpretari perſonis, ſed ad legiſlatorem, ſeu illum qui iudicãdo præeſt, habetur recurſus. Si forſitan veſtrũ aliquis ratione nõ *mouetur, exemplo populi Dei
*moneatur. Scriptum eſt in Nehemia, quòd Neh.8.e congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdrã ſcribam, vt interpretaretur verba legis. Et ꝙa vitio naturæ corruptæ homines frequẽter errant, frequenterq́; inter ſe diſcrepant, neceſſariò Dominus noſter Ieſus Chriſtus fidelibus ſuis prouidit, me ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam in terris relinquens, atq; aſſiſtentia ſua ac ſpiritus ſancti
vſq; ad cõſummationem ſeculi, & in ęternũ Matth. 28.e corroborãs, vt in his quę ad ſalutẽ pertinẽt, errare nõ poſſem, & ad me oẽs tanquã ad infallibilẽ regulã adſpicerent. Si vna ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia, toto orbe terrarũ ſemper vocata & credita ſum, nemo ab vnitate mea ſe ſcindat: nemo, quod ſanctum eſt, erroneũ putet: nullus iudiciũ proprium aut paucorũ, vniuerſali determinationi anteponat. catholicũ enim, Grẽcũ eſt, quod latinè vniuerſale interpretatur. Si apoſtolica vocor, vt certè ſum, credat vnuſquiſq; indubius, quòd ſicut apoſtoli ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt, ita loquor & ego. Neq; enim ſolùm pro tempore Apoſtolorũ, Chriſtus per ſe & per ſpiritum ſanctum aſſiſtere promiſit: ſed quod ſępè pro veſtro profectu repetendum eſt, vſq; ad conſummationẽ ſeculi, & in ęternum: nec pro illis tantùm orauit Dominus, ſed dixit in euangelio Ioãnis: Sancti-

Ioan.17. Sanctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt, ſicut tu me miſiſti in mũdum, & ego pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. non pro eis autẽ rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, & mundus credat quòd tu me miſiſti. & ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Hinc apertè cognoſci poteſt, quòd ſicut pater & filius in vnitate & veritate non diſcordant, ſed vnum ſunt: ita omnis Eccleſia & apoſtolorum, & eorũ qui per eos credituri ſunt vſq; in finẽ, vnius eſt charitatis & vnitatis. Hinc eſt quod in
Apo.21. Apocalypſi dicitur, murum ciuitatis deſcẽdętis de cælo, quæ eſt Eccleſia, habere fundamẽta duodecim apoſtolorum & agni. &
Ephe. 2.d Apoſtolus inquit: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed ciues ſanctorum & domeſtici dei, ſuperædificati ſuper fundamentũ apoſtolorum & prophetarum. Quis iam non videat, quàm turpiter ſeipſum confundit, tot habens diuinæ veritatis teſtimonia, qui
Pro.15.c de mea doctrina ac fide aliquatenùs dubitauerit? Stultum prorſus ſe comprobat, vt inquit in prouerbijs Salomon, qui deſpicit matrem. Iam igitur qui me audit, Chriſtum ſe audire credat: & qui me ſpernit, Chriſtũ
Luc.10.c ſpernere non dubitet, vt ipſe atteſtatur. Sacrileg⁹ eſt, ac nomine Chriſtiano indignus. Chriſtum enim mẽdacem facit, qui in mea doctrina aliquid ſuſpicatur falſitatis. Cauete ergo filij mei, ne vnquam in hanc incidatis tentationẽ, vt ſcripturas proprio ſenſu, aut aliter intelligere velitis, quàm ego intelligam. Nolite vſurpare priuilegiũ hoc, quòd mihi ſoli conceſſit dominus. Vos, cũ errare poſſitis, iudicium veſtrũ humiliter more patrum veſtrorum ſemper mihi ſubmittite, quam experientia teſte conſtat errare non poſſe. me diſpenſatricem myſteriorum ſuorum reliquit dominus, conſti-
Luc.12.c tuitq́; ſuper oẽm familiam ſuam, vt dem in tempore tritici menſuram. Multa in ſcripturis ſacris eſſe fatemur, quæ expoſitione indigent: quæ ſi corticetenus intelligãtur, facilè in errorem legentes pertrahent. Si quid in eis legere vos contingat, quod nõ tam planè, vt velletis, intelligitis: agite inſtar diſcipulorum Chriſti, qui parabolã à dомino dictam, non intelligentes, ipſum
Matt. 13.c domi interrogant: Domine, ediſſere nobis parabolam zizaniorum. Diſcipuli parabolam dомini non tentârunt proprio ſenſu intelligere. neq; ad ſcribas & phariſæos, vt eis exponerent, ſed ad magiſtrum veritatis profecti ſunt. Vos ergo ad alium nolite accedere. pergite ad me diſcipulam Chriſti, matrem & magiſtram veſtram. aperiam vobis, & luce clariùs manifeſtabo ſenſus & arcana ſcripturarũ: & incipiens à Moſe, & oĩ-
bus prophetis, interpretabor vobis in oĩbus ſcripturis quæ de Chriſto ſunt. Venite
Pſa.33.c filij, audite me, & inſtruam vos in via hac 31.b qua gradiamini. Nullus per me vnquã deceptus eſt, neq; in æternum decipietur. An
2.Co.13.a experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Ipſe caput meum, & ſpiritus ſanctus ductor meꝰ, quomodò me quẽquam fallere permitteret? Vultis, filioli mei, viam vobis oſtendam infallibilẽ, qua ſi recto calle incedatis, nũquam errare poteritis? Reſpicite ſemper ad me, conſiderate veſtigia mea, & pedetentim me ſequimini, nõ declinantes neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Et ſi forſitan ſtrictum callem aut durum iter ſeu aſperum monticulũ offenderitis, clamate ad me, & porrigam vobis dexteram: & ſuſtentans vos, cõuertam aſpera in vias planas: vosq́; illæſos & ſine labore, ad montem qui Chriſtus eſt, perducam. Recurrite ad me audacter ac confidẽter, & nũquam vobis in neceſſitate deero. Non ſum ſuperba, nec faſtidioſa mater: benigna ſum & pia ſum, & charitate ardeo: omnes ſiue venientes, ſiue redeũtes ad me, hilaris in gremio ſuſcipio: oẽs doceo, inſtruo & conforto: & vena aquarum viuentium de ventre meo fluit in audientiũ ora. Memoriale hoc perenne ſuperponite filij mei in frontibus, alligate in digitis, & ſuper limina domorum affigite. Credite videlicet quod ego credo, profitemini quod ipſa profiteor: & tunc nulla caligo erroris, nullæq́; tenebræ falſitatis vobis appropinquare poterunt. O ſanctum documẽtum, ô felicem ſemitam, ô omni tempore imitanda veſtigia. quid certius ac ſecurius viatoribus huius ſeculi relinqui poterat, quàm quòd talis via exhiberetur, qua incedentes, deficere nullatenùs poſſent? Nolite abduci va-
Heb.13.b rijs ac peregrinis doctrinis, nec ſequimini magiſtros pruriẽtes auribus: omnẽ doctrinæ cibum, qui de menſa mea nõ propinatur, ſuſpectum habetote. Venenoſus enim
Deut.32.e eſt, virus habẽs aſpidis inſanabile. interpretationum & expoſitionum nouitates cauete. ſenſus inſolitos, ſingulares q́; ſententias fugite. doctores qui in mea ſchola probati non ſunt, tanquam ſerpẽtes declinate. Nã, vt inquit Apoſtolus, & ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non
1.Cor.4.c multos patres. nam in Chriſto Ieſu p euangelium ego vos genui. Nec filij mei oportet omnium quæ à me audieritis, poſtulare ex humano ingenio rationem. Fides enim non habet meritum, cui humana ratio prębet experimentum. A Chriſto fides eſt, quã per me vobis inſinuat. Certiores de fide & doctrina mea eſtote, quàm ſi quid proprijs cõſpiciatis oculis. Humani enim oculi, rem licèt propinquã videntes, nonnunq̃ fallũtur, putantes aliud eſſe q̃ ſit. Deus autẽ nec falli à quoquã, nec fallere quenquã poteſt.

Doctrina autem mea, non est mea, sed eius qui desponsauit me. Sustinete igitur paululùm, si fortè omnia capere non potestis, vsq; quo ad locum, vbi ego in cælis triumpho, vos perduxerim: ibi sine vllo velamine rationé, quam modò fide creditis, oculis intuebimini, manibusq; palpabitis: nũc videtis per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1.Cor. 13.c

Exposui vobis, filioli mei, quid sit, idem sapere. Cætera quæ sequuntur, ad charitatẽ pertinent, & quoniam fides sola ad salutem non sufficit, nisi vestita sit & comitata charitate: nam vt inquit Apostolus, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, charitatẽ autẽ non habeam, nihil sum: Ideo post fidem præceptum charitatis traditum est. Non expectetis vt ego omnes laudes charitatis hoc vno sermone cõplectar. Ipsa quidem tam magna est, vt si linguis hominum loquar & angelorum, vix mediocriter eam explicare possem, vtiq; cùm tantæ dignitatis sit, vt inter virtutes ipsa sola Deus appelletur. Deus enim charitas est. Tantæ etiam est authoritatis, vt (cum gaudio referam, more humano loquens) de omnipotente Deo triumphare visa sit, dum eum de cælo solo amore traxit ad terram, & in cruce pro salute nostra affixit, & vsque ad ima terræ pro redẽptione filiorũ Israel migrare coegit. Quid dignè de hac virtute dici vnq̃ poterit, quæ in cælo & in terra dñatur & regnat, & cũ vult, vsq; ad abyssum penetrat? Hæc est illa excellentior via, quam demõstrat Apostolus. Nam & prophetare, dæmonia eijcere, virtutes ac miracula facere, sine charitate neminem gratum Deo efficiunt, talia enim facientibus, tãdem Christus dicturus est: Recedite à me operarij iniquitatis, non noui vos. Et habentibus scientiam dñs improperat: Vos clauem sciẽtiæ habetis, sed nec intratis in regnum cælorũ, nec alios intrare sinitis. dare omnia sua pauperibus, & seipsum martyrio, sine hac nihil ꝓdesse affirmat Apostolus. Charitas præceptum præceptorum est, in quo omne præceptũ concluditur. Nam vt inquit Apostolus, Finis p̃cepti est charitas. & rursus, plenitudo legis dilectio. Charitas patiẽs est, benigna est, nõ æmulat, nõ agit pperã, nõ inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. & cætera omnia continet, quæ (vt scitis) B. Paulus latè cõmemorat. Charitas fõs est proprius & singularis honor, cui nõ cõmunicat alienus: quę vt oleum, non potest premi in imo, sed superexilit. Si desit, frustrà habentur cætera: si adsit, cætera nõ desunt. Sine hac omnis virtus, etiam ipsa fides, vt inquit B. Iacobus, mortua est. Ipsa etiam nominis appellatio, rem quandam charam esse demonstrat. Amplectimini igitur filij mei hanc tam excellentẽ & diuinam virtutem, apphẽdite tam singulare spiritus sancti munus. per ipsum enim, vt inquit Apostolus, charitas in cordibus nostris diffunditur. Induimini hãc vestem nuptialẽ, qua induti, securè discumbetis in mensa regia: nec timebitis, vt dicatur vobis, cur huc intrastis, non habentes vestem nuptialẽ? hac veste induti, pelletis à vobis frigus quo frigebat Petrus, calefaciens se ad prunas Caiphæ: hac veste circundati, quæ omnium armatura est fortior, intrepidi & illæsi cuneos hostium pertransibitis. Et vt vno verbo omnia complectar, si vultis perfecti esse, super omnia charitatem habete, quæ secundum Apostolum vinculũ est perfectionis. Sed quemadmodùm pauloantè documentum tradidi, quo ad rectam fidei regulam perueniri possit, ità & nunc vos erudiam, q̃ faciliter à charitate nunq̃ excidatis. Respicite semper ad me, considerantes me esse matrem, & vos filios. Recogitate, in visceribus meis vos esse conceptos, & eodẽ lacte nutritos. tunc fratres vos *esse matrem recognoscetis: & ex eadem carne eandẽ carnem vos inficiari non poteritis. Quis ergo vnq̃ carnem suam odio habere poterit? Attendite etiam, quàm tenerrimè vos semper dilexerim, & quantam vnicuiq; filiorũ meorum charitatem exhibeam, quotq; labores & angustias in omni mea ætate, pro vobis vbiq; terrarum perpessa sim, & à me exemplum capientes, diligatis vos inuicẽ sicut dilexi vos. Sed & si partem superiorẽ dignioremq̃ mei corporis, caput videlicet, adspexeritis, quod est Christus, efficacius charitatis magisteriũ cordibus vestris imprimetur. Cogitãtes nanq;, quòd cùm mũdus nihil meruerit, imò ꝓpter sua facinora morte dignus esset, ipse Iesus Christus sola charitate tot tantaq; in corpore suo ꝓ salute hominum tormẽta pertulit, totq; beneficia conferre dignatus est, quot lingua humana exprimere nunquã posset: mox oẽm compellemini rãcorem deponere, & indissolubili charitatis vinculo confœderari, in fraternumq; amorem redire. Dicite mihi, nũquid vos extraneos aut alienigenas esse putatis filij mei? si hoc putatis, mihi iniuriã facitis. Nónne in hoc vos vtero tanto cum labore concepi & portaui? Nónne his lactaui vberibus, & his manibus cibum potũq; tanto tempore præbui? Cùm ergo fratres germani sitis ex eadem carne geniti, & talia exempla dilectiõis à capite & toto meo corpore habeatis, debetis alter alterũ fraterna charitate diligere, & cum omni synceritate inuicèm reconciliari. O ossa de ossibus meis, ô membra de membris meis, ô viscera de visceribus meis. Quis vos abinuicem separauit? Quis inimicus homo inter vos seminauit zizaniam? Quis seductor ille antiquus accusator fratrũ suorũ, q̃ vos ad tantas inimicitias perduxit? Solebatis idem sapere, inuicèm vos amare, fouere cõ-

1.Ioan.4.c
Rom.5.a
Matt. 22.
Matt.26.
Col.3.c
for. *esse, me
Ephe. 5. d
Iaco. 2.
Matt. 13.

cordiam, insimul cum pace & charitate cõuersari. Nunc mutatus est per omnia color optimus. Nam vnitas in dissensionẽ, charitas in odium, pax in bellum, fraternitas in hostilitatẽ peruersa sunt. Cur sic inhũaniter filij mei confligunt? cur gladijs & igne decertant? cur tã crudeli bello & odio tam detestabili alter alterum persequitur? Súnt ne ista iura fraternitatis? Súnt ne hæc cognatiõis & proximitatis indicia? Erubesco referens, vix barbari & infideles hæc inter se tam atrociter facere auderent. Conuertite iam gladios in vaginas: quia omnis qui gladio ferit, gladio peribit. Remittite truces vultus, abijcite minas, deponite arma, proijce tela manu sanguis meus. Abolete penitus ex cordibus vestris omnia discordiarum odiorumq; fomenta. Osculamini, obsecro, vos in p̃sentia matris vestræ osculo pacis. Amplectimini vos tenerrimè, date inuicèm dexteras. Congratulamini simul, epulamini in mensa mea cibos deliciarum mearum, pacis & charitatis. Celebrate solenniter hunc diem festũ, consolamini cõsolamini filij mei matrem vestram, quæ hũc diem tanto cum desiderio ꝓstolata est. Amate vos inuicèm, vt fratres decet, & cõtenta sum, impletum est gaudium meum, & nihil ampliùs postulo. Sequitur in verbis Apostolicis: Vnanimes, idipsum sentientes: hoc est, vt in diuersis corporibus idem sit animus, eademq; voluntas. Sit hic populus meus quasi vir vnus. Non scindamini in varias sententias: sed quod voluerit vnus in Christo, alter similiter velit. Imitatores estote patrum vestrorum, quorũ in primitiua ætate cor erat vnũ & anima vna. Nihil vnitate præstãtius: quæ q̃ sit Christianis necessaria, Christus ipse ostendit, qui pro eis orauit, nõ vt efficerentur diuites aut sapiẽtes huius seculi, sed vt vnũ essent, sicut sunt ipse pater & filius. Quid vtilius reipublicæ Christianorũ esse potest, q̃ vnitas? hoc modo Christiana creuit religio, & ego propter vnanimitatem filiorum meorum, toto orbe terrarũ diffusa fui. Cauete modis oẽmibus discordias, & timete quod cõminatur dñs: quia omne regnum in se diuisum, desolabitur, & domus supra domum ruet. Scitis vulgare illud dictum: Concordia paruæ res crescunt, discordia autem maximę dilabuntur. Si vultis pertinere ad Christũ, pacẽ inter vos perpetuam contrahite, qua nihil esse Deo acceptabilius, hominibusq; expedientius, ex hoc facilè intelligetis, si memineritis Christum de cælo descendentem in terram, pacem per angelos suos annũciasse hominibus, de terraq; in cælum redeũtem, eandem pacem dũtaxat discipulis in testamẽto reliquisse. Sentite id ipsum inter vos, hoc est, vt bona malaq; singulorũ per charitatem sint omnium. Hoc proprium charitatis est, flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus. Nisi membra inuicem coniũgantur, & suo ordine cõnexa persistant, & vnũ alteri opem in necessitate præbeat, deficere corpus necesse est. Vnũ enim corp⁹ sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra in Christo Iesu dño nostro, vt inquit Apostolus. Subdit deinde Apostolus: Nihil per contentionẽ & inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicẽ arbitrantes. Supioribus cõsentanea sunt hęc & valdè accõmoda. Cùm enim ad hunc locum causa fidei & charitatis veneritis, non decet vt tam sanctũ opus contentiosis verbis agatis, sed cum omni potiùs mansuetudine & lenitate. Contentio animos iritat, mentem perturbat, & odia accendit. Non possũ pati, in domo mea & inter filios meos fieri quęstiones, pugnasq; verborum. Et his enim (inquit Apostolus ad Timot.) oriuntur inuidiæ, contẽtiones, blasphemiæ & suspiciones: & rursus, his qui sunt ex contentione, & nõ acquiescunt veritati, ira, indignatio, tribulatio & angustia. Cum contentiosis & per contentiõem nihil tractare vnq̃ consueui. Ita de me inquit Apostolus: Si quis autẽ videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinẽ non habemus, neque Ecclesia Dei. Sed nec per inanem gloriã in hoc sacro loco quidquam agitetis. Inanis gloria, cuiusq; boni operis fermentum est, insidiatrixq̃; virtutum, vt fructum quẽ benè operãdo acquirerent, per elationẽ euacuet. Inane est, captare hominũ laudes, qui cùm secundum oculos iudicent, sępè fallũtur. Momentanea est ista gloria, ex fastu & cupiditate procedẽs: & quia inanis est, cõstat esse vanam ac vacuam, meritoq; contemnẽdam. Ex eo quod inane est, quem fructum referre poteritis? Quinimmò satagite placere patri vestro cælesti, qui videt in abscondito. hoc est quærere non inanem, sed æternam gloriam. Quidquid facitis, in gloriam Dei facite. Nolite fieri similes scribis & pharisæis, qui (vt inquit dñs) Omnia sua faciũt, vt videantur ab hominibus, & vocẽtur rabbi. Imitamini potiùs illa sancta quatuor Ezechielis animalia, habentia facies extentas desupèr, & pennas extentas desupèr: hoc est, cogitationes vestras, quæ significantur per pennas: & actiones, quæ significantur per facies, ad Deum semper referte. Si quis inter vos sapiens esse videtur, nõ glorietur (vt inquit Ieremias) in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dñs. Vereamini quod minatur Psalmista: Dñs dissipat ossa eorum qui hominibus placẽt. Absit vobis gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Si gloriari vultis, in Dño gloriemini. & hæc sit gloria vestra, testimoniũ conscientiæ vestræ. Huiusmodi inanis gloriæ appetitus, in intelligendis scripturis sa-

Thre.4.a
Matt.26.
Phil.2.a
Acto.4.f
Matt. 12.c
Luc. 11.c
Luc.2.
Ioan.14.
Rom.12.a
Phil.2.a
1.Tim.6.a
Rom.2.b
1.Cor.11.b
Iere.9.f
Psa.52.b
Gal.6.d
1.Co.1.d
2.Cor.1.c
Matt.23.

cris supramodùm obest. Dum enim humanis laudibus aucupandis animus intentus est, primò sensus insolitos nouasq; opiniones quærit. Deindè quæ ipse adinuenerit, nimis tenaciter defendit. Vndè fit, vt cùm redigere intellectum in captiuitatem recuset, quod necessarium est secundũ Apostolũ, aliter scripturas intelligat, quàm spiritussanctus efflagitet: & dum de singularitate sentẽtiæ gloriatur, seipsum nolẽs corrigere, in errore perseueret. Et quia inanis gloria, filia est superbiæ, quæ non considerans imbecillitatem ingenij humani, effert se supra se, & apostatare hominem facit à Deo, sicut & olim multos ex angelis: ideo confestim Apostolus in remedium huius vitij, subijcit humilitatis virtutem. Hortor ergo vos filij mei, vt res vestras in humilitate agatis. Nihil dilectissimi mei, citiùs ad eãdem fidei vnitatem & charitatem adducere vos poterit, quàm humilitatis spiritꝰ: nihil verò magis dirimere, q̃ superbiæ tumor. Nã sicut nutrix est dilectionis, humilitas: ita mater odij, superbia. Si gratiã Dei appetitis, humiles estote: quia Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et ne forsitan humilitatis pstuasio, grauis cuiquã videatur, B. Paulꝰ, postq̃ prædixit, nihil per contentionẽ & inanem gloriam, sed in humilitate &c. cõtinuò subdit, hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, q̃ cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs. quod maius humilitatis exemplum tradi aut cogitari potuisset, quàm q̃ dñs & creator omniũ se exinaniuerit, & seruilem conditionẽ acceperit? Quis tam elatus esse potest, qui ista cogitans, nõ compellatur fieri humilimus? huiusmodi exinanitio & seruilis formæ acceptio, etsi satis foret ad persuadendũ omne genus humilitatis, quia tñ acta sponsi mei nimis mihi suaue est recẽsere, ideo morem mihi in auscultando gerite. Nónne tota eius vita summã redolet humilitatem? Nascitur ex humilima matre, humili nutricio cõmendatur, in humili tugurio & inter humilia animalia reponitur. humiles piscatores in discipulos eligit, humiles paruulos amplexatur, prædicãdo nihil sibi attribuit, sed dicit, sermonem quem audistis, non est meus. & rursus: Doctrina mea nõ est mea, sed eius qui misit me. Faciẽdo miracula, dicit discipulis: Videte nemini dixeritis visionem hanc. Leproso mundato, Vide nemini dixeris. Abluit, in documentũ humilitatis, pedes discipulorũ, & vt impleat omnem humilitatem, permittit se à seruo baptizari. humiliter oẽs audit, humiliterq; respondet etiam cæsus. Taceo q̃ humiliter passionem & crucẽ tulerit, ne fortè fluuius lachrymarum me reliqua dicere & vos audire impediat. Deficeret me quippe dies, si oĩa Christi humilitatis gesta & documenta referre vellem. Quid ergo intumescis ô homo? O pellis morticina, quid tẽderis? O sanies fœtida, quid inflaris? princeps tuus humilis, & tu superbus: caput humile, & membrũ superbum. Discite igitur filij à Christo, quia mitis est & hũilis corde. Sed si vultis filioli mei, in hoc sancto vnitatis negocio, quod tractaturi estis, vitare contentionẽ, inanem gloriam, & omnia in humilitate agere: si vultis celeriter & sine difficultate idipsum sapere, & charitatẽ mutuam habere, accipite hoc salutare preceptum quod vobis trado, quo nihil cõsultius, nihil efficacius esse potest. In omni controuersia sedãda primùm quæritur iudex peritus, & qui non sit acceptor personarũ. Nam sine iudice litigantes rarò inter se cõuenire consueuerunt. Eccè huiusmodi vobis demonstro iudicem. Ipsa ego sum, sancta Dei Ecclesia mater vestra. Compromittite in me. Eligite me iudicem & arbitram. de sapientia mea cui relinquitur dubitandi locus, cùm spiritus sanctus oẽm me doceat veritatẽ? Si euangelia & oĩs sacra scriptura à me fidei authoritatẽ susceperũt, si nihil catholicũ dici potest, quod p me non fuerit approbatum: si omes doctores ac magistri suas sententias meo semper iudicio submiserunt, dicentes, Non crederemus euangelio, nisi Ecclesiæ catholicæ nos authoritas cõmoueret: quis decæterò ambigat, an cuiuslibet controuersiæ diffiniendæ cõpetens ego iudex sim? de acceptione personarũ superuacuũ est quicquã dicere, cùm leges humanæ prohibeant patres à filijs, in quibus par constat affectus, iudicem recusari. Quis maior vobis honor contingere potest, quàm q̃ sponsa Christi & regina adstãs à dextris eius, iudicet inter vos? Quæ maior certitudo veritatis, quàm q̃ discipula spiritussancti sentẽtiam pronũciet? Quem vnquã fidelioré iudicem inuenire poteritis, quàm amantissimã matrem vestram? Nolite ergo disputando laborare, nec contendendo verbis alter alterũ lacessere. Quid vos multitudine librorum oneratis? cur diuersorum magistrorũ sentẽtias in medium affertis? Cur intelligentias vestras humanis inquisitionibus ac subtilitatibus defatigatis? Eccè in medio vestri adest magistra vestra, cui spiritus Dñi, sensus mysteria & arcana aperit scripturarum. Nõ mihi opus est iudicãdo, vt legisperitos aduocem, aut bibliothecas perscruter. Nullius hominis consilio opus habeo, cui consulit Deus. Claritas dñi meũ semper intellectũ illustrat, & agnus meus Iesus Christus ante me lucernam defert, ne errem, vt paulò antè ex Apocalypsi Ioannis recitatũ audistis. Et quia ego, cùm sim toto orbe terrarũ diffusa, in vno loco tota esse nõ possum, soleo pro necessitatibus Christianæ religiõis nõnunquam vrbem aliquam insignem eligere,

Phil. 2. a
2. Co. 10. b
Ecc. 10. d
Esai. 14.
Phil. 2. a
Luc. 2.
Matt. 2.
Matt. 4.
Marc. 9. e
10. b
Ioan. 14. c
Ioã. 7. b
Matt. 17.
Matt. 8.
Ioan. 13.
Marc. 1.
Ioan. 18.
Matt. 11.
Ioan. 16. c
Locus obscurus.
Psal. 44.
Apoc. 21. e

re, & ad eam ex omnibus finibus meæ ditionis episcopos & sacerdotes, & alios Leuitici generis, & quos voluero de populo Christiano aduocare, quibus in spiritusancto legitimè cõgregatis, ego ipsa repręsentor, & ibi tribunal meum erigẽs, quidquid per huiusmodi congregationem, quã vniuersalem synodum seu generale Cõcilium voco, iudicatum statutumq; fuerit, perindè ratum habeo, ac si ego ipsa ore proprio iudicassem ac statuissem: idq; ab omnibus iubeo sub anathemate vbiq; obseruari. Hoc autem tempore nusquam melius, q̃ in hac ciuitate Basileen, huiusmodi generalẽ synodum visum est posse *indicere. Huic ergo sacro concilio, quod in spiritusancto legitimè congregatum fateor, omnem meam authoritatẽ potestatemq; impartior, & ambas sciẽtię & potestatis cęlestes claues mihi à dño traditas, veraciter consigno: vt quidquid in terris claudere & aperire, soluere & ligare voluerit, iuxta pollicitationẽ Christi, indubitanter clausum & apertum, solutum & ligatum reputetur in cælis. Itaq; nõ aliter nec minùs reuerenter hoc cõcilium, q̃ meipsam, existimare debetis. Quamobrẽ vt vestra fidelis aduocata, vobis suadeo: vt pia mater, cõsulo: vt sponsa Christi & regina Christiani populi, impero, vt in omnibus vos ipsos huic sacro concilio penitus committatis, & ab eius sanctionibus nullatenùs declinetis. Si nonnulli aliquando de fide contendentes, vnum vel duos aut paucos elegerunt homines, quorum iudicio stare voluerunt: quanto magis & vos, hanc tam celebrem, ex toto Christiano populo collectam synodũ, pro dirimenda vestra contentione, in iudicẽ acceptare debetis? Deus in veteri Testamento populo suo mãdauit, dicẽs: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinẽ, inter causam & causam, inter lepram & lepram, & iudicũ intra portas tuas víderis verba variari: surge & ascẽde ad locum quem elegit Dñs Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit in illo tempore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunq; dixerint, qui præsunt in loco, quem elegit Dñs, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; sententiam eorum, non declinabis ad dexteram vel sinistram. Sed & hoc generale Concilium locus est, quem elegit Dñs, in quo sponsa sua sanctũ tribunal erexit. Et hi qui in eo congregantur, in locum sacerdotum Leuitici generis successerunt, ĩmò & plusquam Leuitę sunt, maioremq; proculdubiò scientiæ potestatisq; copiam à Dño perceperunt: vtiq; cùm illi, vmbræ ministri fuerint, hi verò sint veritatis: illi sanguinis & carnis iudices, hi aũt spiritus & animæ. Meritò ergo ad verbum huius cõcilij, vestrum omne negociũ pendeat: & quidquid sanctum aut prophanum iudicauerit, id sine hæsitatione sanctũ prophanumq; habetote, ne veniat sup vos iudicium mortis, quod inobedientibus cõminatur Dñs. In hoc apparebit humilitas & obediẽtia vestra, si quemadmodũ Christus venit facere voluntatẽ patris, ita & vos veneritis facere voluntatem matris vestræ. Acquiescite tandem, obsecro, monitionibus meis, neq, innitamini prudẽtiæ vestrę. Accipite iussu Dei & meo in iudicem hanc sanctam synodũ, dẽ cuius gremio quilibet esse potest, qui eius iudicio stare voluerit. polliceor vobis q̃ nõ aliud iudicabit, quàm spiritussanctus dux & rector illius dictauerit. Ipse adstabit medius iudex & arbiter, perfectè illuminaturus corda omnium, vt viam ambulent veritatis & pacis. Sed & ipse spiritus paraclytus in cordibus vestris efficaciùs habitet, & idipsum sapere, & eãdem charitatẽ vobis largiri dignetur, cui humilium & mansuetorum semper deprecatio placuit. Sitis in oratione perseuerantes, & tam diu ac tam feruenter suam pietatem ieiunijs, gemitibus, obsecrationibus ac sanctis operibꝰ interpellabitis, vsquequo ipse veritatis doctor & charitatis author, corda vniuersi populi per sententiam huius sacri Concilij illustrabit ad cognoscendam amplectẽdamq; veritatis & vnitatis semitam. Hora exigit, vt iam finem dicendi faciam. Audistis ergo dilectissimi mei, consilia & præcepta mea, q̃ sancta & vtilia sunt: ostendi tandem viam, qua hoc facilimè exequi possitis. Apprendite quæso illam, qua certè nulla salubrior inueniri potest. Moneat vos honor Dei, qui supramodum ex vestra dissensione læditur. Fides enim catholica ab infidelibus blasphematur, inhonoratur, & irridetur: nec veram esse credũt, quam per tot sectas hinc inde lacerari inspiciunt. Moneat vos honor matris vestræ, quam hostes nominis Christiani propter dissidia vestra vbiq; contemnunt. Moneant vos acerbissimæ lachrymæ, quas pro vobis quotidiè fundo: & assiduus dolor, qui me pro vestra discordia excruciat. Verè dicere illud possum, quod scribitur in Canticis: Inuenerũt me custodes qui circuierunt ciuitatẽ, percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerũt mihi pallium meum custodes murorũ. Nisi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis vestigio declinare, misereri vos decet tot ærumnarum ac calamitatum mearum. Siccate, cùm possitis, filij lachrymas meas: sanate vulnera, restituite mihi pallium meũ, quod abstulerũt mihi custodes murorum, idololatræ videlicet & gẽtiles, & qui in rebus mortuis huius seculi spem ponunt. Induite me vestem deauratam, circundatam varietate, deauraram quidẽ charitate mẽbrorum, variatam autem copiosa filiorum multitudine. Sed & publica monere vos

Deut. 17. b
Cant. 5. b

debet calamitas. Circũſpicite vndiq; quomodò plebs Chriſtiana à Turcis, Saracenis, Tartaris ac barbaris cõculcatur & deuoratur. Cur nõ compatimini tot millibus fratrum veſtrorũ, qui ſingulis annis in duriſſimam infidelium ſeruitutem rediguntur? O ſi audiretis cùm raptores prædam diuidunt Chriſtianorum, quãta ſunt illa lamẽta ac ſuſpiria, cùm vxor cedit in ſortem vni, vir alteri: vni pater, alij filius: vni frater, alij alius. Quanti ſunt illi gemitus, quãtiq; ſingultus miſerabilium filiorum meorũ, cùm inuicèm diſiunguntur, nũquam ſe ampliùs reuiſuri? Quis tunc veſtrum abſtinere poſſet à lachrymis? Deſineretis tunc forſitan bellis inuicèm decertare. Sed quod lachrymabilius eſt, quàm multi ex his qui captiui ducuntur, non valentes tam durã ferre ſeruitutem, fidem catholicam abnegant, & ad nefandam Machometi ſectam peruertuntur. Quot deinde regna, prouincias, vrbes, oppida quotidiè capiunt & depopulantur? Iam vos penè ad angulum occidentis reduxerunt. Modicum reſtat, vt tãdem de finibus terræ vos eijciant. Heu mihi, cur tantã matris veſtræ fratrumq; veſtrorum afflictionem non recogitatis? Cur iſta audientes, in voſipſos bellum tam crudele cõuertitis, & Chriſtianum ac fraternum ſanguinẽ ſine vlla miſericordia gratis effunditis? Harum omnium calamitatum, diſſidia Chriſtianorum ſunt cauſa. Si idem ſaperent, eãdemq; charitatem haberent, huiuſmodi peſecutio mox finem acciperet, neque enim vllo pacto ferre poſſent, aduerſarios meos ſanctuarium domini polluere, & in populũ catholicum ampliùs deſæuire: immò quæ infideles nunc catholicis faciũt, facere poſſent hæc eadem catholici infidelibus. Moneat denique vos regni Bohemię ac regionum finitimarũ miſeranda calamitas. Quãta in his partibus ſanguinis Chriſtiani effuſio, quot ſtrages & cædes, conflictus, bella, ruinæ, incendia, deuaſtationes, depopulationes, quantaq; in perſonis & rebus deſolatio ex hoc recenti diſſidio iamdudum ſecutæ ſint, ſequiq; veriſimiliter formidetur indiès, niſi vera vnitas inter vos fiat, proh dolor toti orbi plùs quàm manifeſtum eſt. Profectò lachrymandum potiùs ſuper hoc, quàm loquendum foret. Vix inter Chriſtianos alicui⁹ ſciſſuræ memoria eſt, vndè Eccleſia Dei tantam iacturam perpeſſa ſit, & tanto cruore reſperſa. Sed ſi meo acquieueritis conſilio, quemadmodùm ſpero, idipſum ſapientes, & mutuam charitatem habentes, hæc omnia repentè ceſſabunt. Nouus tunc ſol ſuper vos quietis & tranquillitatis orietur. Reflorebit in pace veſtra catholicus populus, Chriſtianus orbis totus renouari videbitur. Implebitis cælum terramq;, angelos & homines inenarrabili lætitia, iubilo & exultatione. Tanto deinde inter vos beneuolentiæ nexu coniungemini, quòd præteritorum penitus obliuiſcentes, voſipſos ſicut fratres amabitis, & inuicèm pro amore certãtes, alter alterum charitate ſuperare ſtudebitis. Benedicetis ſemper diem iſtum, & innumeras DEO omnipotenti gratias referetis, qui in eadẽ vos vnitate & charitate deuinxit. quid plura? Succedet tandem vobis, quẽadmodùm ſucceſſit & Chriſto, quãtùm tamen humana conditio capere poteſt. Poſtquàm enim beatus Paulus ſuperiùs commemorauit, ꝙ Chriſtus exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens, humiliauitque ſe, factus obediens vſq; ad mortem, in premium huius humiliationis & obedientiæ ſubdit: Propter quod exaltauit illum DEVS, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, qui a Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Sic quidem ſi vos humiliaueritis, & mihi obedientes fueritis, exaltabit vos Deus ſuper terram, & magnificabit ſuper filios hominum, & dabit vobis nomẽ quod eſt ſuper omne nomen, hoc eſt, nomen regium Chriſtianum, quo nullum inter gentes eſt glorioſius. Tunc enim dignè Chriſtiani eritis & vocabimini. Nam hoc nomen niſi charitatem habentibus, nõ rectè congruit. Atque in hoc veſtro Chriſtianitatis nomine, ſi verè Chriſtianum fuerit, id eſt, ſi ſpiritualem charitatis vnctionẽ habueritis, omẽ genu flectatur. Nam inferi videntes vos eadem fide & charitate vnitos, vobis ſubijcientur: & tanquam victi & genuflexi cõtremiſcentes, nihil aduerſus* præualere poterunt. Homines vos reuerebuntur, & meo Chriſtiano populo, ſi vnanimis fuerit, totus orbis quaſi genuflexus ſeruire cogetur. Angeli verò & ciues cæleſtes, genua charitatis flectentes, vos honorificabũt, & vnà nobiſcum genuflexi, præſentabunt vos cum iubilo corã Ieſu Chriſto ſpõſo meo, vt in æterna beatitudine viuatis, & regnetis cum ipſo. Tunc omis lingua cõfitebitur, quia meus populus catholicus in gloria eſt Dei patris. Ad quam gloriam ipſe Ieſus Chriſtus vos omnes & alios filios meos vbiq; exiſtentes perducere dignetur. Qui viuit cum Deo patre & Spiritu ſancto benedictus in ſecula. Amen.

*vos

IN SEQVENS OPVSCVLVM notatinncula.

Nota,

PRæſens opuſculum compoſitum extitit per reuerendum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum in Concilio Baſileenſi, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, ac fecit ꝑſens opuſculum oĩbus ſcribere volentibus publicè pronunciari in Conuentu fratrum Minorum in quadã magna ſtufa, videlicet immediatè poſt feſtum Epiphaniæ Domini vel circiter, tractans de dignitate vel ſuperioritate inter Concilium generale legitimè congregatum &c. & papam, vtputà vtrùm Concilium &c. ſit ſupra Papam, vel etiam quis eorum dignior, &c. Lege & conſidera.

ASSIT

ASSIT OMNIPOTENS &c.

Videat Lector Bullã retractationũ Pij 2. qui diu adhæſit Baſileeñ cõtra Eugeniũ, ſed tandẽ melius inſtitutus, relictis Baſileeñ, adhæſit Eugenio cum multis alijs.

SAcroſanctę generali ſynodo Baſileenſi, in Spiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repreſentanti, veſter deuotus humilis Ioãnes Patriarcha Antiochenus ſeipſum ad veſtrorũ deuotiſſimorũ operũ efficacem continuationem, cum omni deuotione, reuerentia & honore obſequialẽ.

Quia nonnulli os ſuum aperientes in cælum, poteſtatem Romani põtificis ſupra poteſtatem ſacrorum generalium Conciliorum contra iuris diuini & humani veritatem à ſanctis patribus aliãs declaratam, exaltare nitũtur: & ob hoc quòd dominus Eugenius papa quartus veſtram ſacratiſſimam ſynodum ad extirpationẽ hæreſum, reformationẽ Eccleſię in capite & in membris, ac pacem in populo Chriſtiano procurandam, legitimè congregatam, ſine conſenſu ipſius ſacræ ſynodi diſſoluere potuerit, aſſerere publicè non verentur: Ego honorem ipſius ſacræ ſynodi procurare, ac illius decreta defendere, iuramento adſtrictus, ne errori huiuſmodi, ſi ei non contradicerẽ, aſſentire viderer: Opuſculum præſens per me cõtra errorem huiuſmodi cõpoſitum, ſanctitati veſtræ cum humilitate duxi præſentandum, corrigendum, emendandum, & ſi neceſſe fuerit, caſſandũ: Non intẽdens tenere circa cõtenta in eo aliud, quàm hîc quod tenet ſacroſancta mater Eccleſia Catholica, & veſtra ſacra ſynodus illam repræſentans. & licèt, teſte Hieronymo, ſciam quòd qui ſcribit, multos ſumit iudices, nec ignorem in ſcripturis irreprehenſibile omne nimìs, ſiue ſit longitudini, ſiue breuitati cõnexum, cùm primum ſenſus legentium oneret, & ſecudum præſcindat ſtudiorum deſiderium, vt ait Hieronymus ſuper Hieremiam lib. 2. in principio: tamen & hoc ſcio, ipſo teſtante ſuper Ioelem quinto, quòd oris apertio, eſt in DEI, non hominis, poteſtate. per quod conſtat, me nõ plus potuiſſe. quàm ingeniolià Deo largiti paterentur anguſtiæ, vt de ſe Hieronymus aſſerit ſuper Michęam quinto. Quibus attentis, ſupplico, vt circa huius opuſculi defectus ſanctitas veſtra me dignetur habere ſupportatum.

IN NOMINE DOMINI IESV CHRISTI, AMEN.

AD oſtendendum, quòd Concilium generale in Spiritu ſancto legitimè congregatum, ſit ſupra papã, ex eo ꝙ vniuerſalẽ Eccleſiã repræſentat: & conſequenter, ꝙ papa illud diſſoluere non poſſit ſine conſenſu ipſius Concilij, poſſunt conſiderari ſequentia.

Et primò, ꝙ vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur, in quo non papa, ſed Chriſtus eſt ſacerdos & ſacrificium, teſte Innocentio 3. in ca. firmiter, de ſumma Trinitate. Vndè inquãtum papa aut alius quicunq; non ſaluatur extra Eccleſiam vniuerſalem, patet quòd Eccleſia vniuerſalis eſt maior & dignior papa, & quocunq; alio mẽbro ipſius Eccleſiæ: & per cõſequens ſupra papã, arguendo à dignitate ſaluatoris, ad dignitatem inferioris ſaluati, ſicut argui poteſt à dignitate Creatoris ad dignitatẽ creaturæ, quæ *maior eſt dignitate ipſius creatoris. Ad cuius ſententiæ robur, diffiniuit ſacrũ cõcilium Africanum, ꝙ primæ ſedis Eps nõ appelleẽ ſummus ſacerdos, nec princeps ſacerdotũ, vt habetur in c. primæ ſedis, 99. diſt. qua de re Gregori⁹ Eulogio patriarchæ Alexãdrię in c. Eccè, eadem diſt. ſic ſcribebat: Eccè in præfatione epiſtolæ, quam ad meipſum qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalẽ me papã dicens, imprimere curauiſtis, quod peto mihi dulciſſima ſanctitas veſtra vltrà non faciat: quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus q̃ ratio exigit, præbetur. Et ſequitur ibidẽ paulò pòſt: Si vniuerſalẽ me papã V. S. dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc. Et gloſa ibì verba illa, negat ſe hoc eſſe, exponit, i. eſſe de vniuerſitate, cùm tamẽ Eccleſia Ro. nõ ſit vniuerſa, ſed ſit de vniuerſitate. Gelaſiuſq; in c. Quanuis, 21. diſt. ad ꝓpoſitũ dicebat, ꝙ quanuis vniuerſę Eccleſiæ Chriſti thalamus ſint, Romana cęteris prælata eſt. Quaſi dicat, ꝙ licèt vniuerſæ Eccleſiæ (includendo Romanã) ſint thalamus Chriſti, etiã Eccleſia vniuerſalis: Romana prælata eſt cæteris, ſed non Chriſti thalamo, q̃ eſt Eccleſia vniuerſalis. Et quod dictũ eſt de Eccleſia vniuerſali, dici poteſt & debet de cõcilio generali in Spiritu ſancto legitimè cõgregato, Eccleſiã vniuerſalẽ repræſentante: attento, ꝙ honor & præeminentia q̃ debẽtur reꝑſentato, debent reꝑſentãti illius vices gerenti, ca. finali, 93. diſt. Vbi dicitur, ꝙ diaconus ante presbyterũ ſedere nõ debet, niſi locum habuerit proprij patriarchæ, aut Metropolitani ſui, & concordat c. primum 94. diſt. Vbi dum dicebat Symmachus papa, & vbi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum cui præcipimus, rẽpræſentetur authoritas, facit c. Sanè quia de officio. ff. de officio eius cui mãdata eſt iuriſdictio, lege. Etſi prætor, & capitulo, In nouo, 21. diſt. & quòd concilium generale repræſentet vniuerſalẽ Eccleſiam, patet in decreto generalis concilij Conſtantienſis infrà inſerto, & per hoc, ꝙ Apoſtoli vſum Conciliorum generalium inuenerunt. Et per illa Concilia fierent vice & nomine Eccleſiæ vniuerſalis, illa congregata, quæ per eam fieri poſſent ipſa cõgregata, vt patet per Actus Apoſtolorum, Actuum 1. 6. 8. & 15.

*minor

Cõcilium Chalcedonẽſe lõgè aliter appellauit Ro. põtificem, nẽpe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum.

Locus obſcurus.

Secundò hoc patet, quoniã quando Petrus Apoſtolus primus papa poſt Chriſtũ, appropinquante tempore ſuę paſſionis, ſibi elegit in ſede Apoſtolica ſucceſſorem Clementem, cõcilium generale Apoſtolorum Eccleſiã vniuerſalem repræſentans, cõſiderans ad bonã politiam Eccleſiæ non cõuenire, electionẽ per Petrũ de pſona Clementis factã, per modũ reformationis reprobauit, & Linũ, & poſtea Cletũ Petri ſucceſſores in adminiſtratione papatus ordinauit, vt patet in Chronicis Clemẽtis & aliorum prædicatorũ, hocq; vniuerſalis Eccleſia approbauit & tolerauit: quod non feciſſet, ſi concilium generale nõ eſſet ſupra papam. Nec obſtat c. Si Petrus, 8. q. 9. quoniam verba illius textus intellecta ſecundũ gloſam, nõ faciunt cõrà. Nec obſtat, quod ibi dicit Gloſa de Clemẽte, ꝙ renunciauit: quoniã ideo renunciauit, quia concilium generale Apoſtolorũ, electionẽ per Petrũ factã, tanq̃ nõ conuenientẽ ſtatui Eccleſię, reprobauit, & deinde Linũ & Cletũ ordine ſucceſſiuo in Romanos põtifices elegit: quod nõ feciſſet, ſi ſuper Petrũ poteſtatem nõ habuiſſet: cõſiderato, ꝙ ſi nõ habuiſſet poteſtatẽ reprobandi dictã electionẽ, eadem ratione nec habuiſſet poteſtatẽ eligendi Linũ, nec ſubſequenter Cletum. Nec obſtat ꝙ aliqui in dicto c. Si Petrus, ꝙ Eccleſia tunc nõ erat congregata: quoniã licet tunc publicè non cõgregaretur propter metũ infidelium, ſecretè tamẽ cõgregabatur, vt patet in * epiſtola, in qua dicit, ꝙ oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deũ ꝓ eo, Actuũ 12. c. & facit pro præmiſſa ſententia, ꝙ quãdo Samaria recepit verbũ Dei, Actu. 8. ca. Conciliũ generale Apoſtolorũ miſit ad eos Petrum & Ioannẽ. In quo denotatur, quòd concilium generale Apoſtolorũ erat ſupra Petrũ, arguendo à maioritate mittentis, ad minoritatẽ miſſi, de quo habetur Lucæ 7. ibi dum dicitur: Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit, ſecũdum ſententiam magiſtri ſententiarũ in 1. diſt. 11. & 15. vbi dicit: In mittente notari authoritatẽ, & in miſſo ſubauthoritatem. Nec obſtat, ꝙ aliqui dicunt, Petrũ ibi miſſum potiùs cõſilio, q̃ authoritate: quoniã inquantum Petrus nõ fuit miſſus ſolus, nõ fundat illorũ intentio, & cõmunis ſentẽtia Theologorum eſt contra eos in hoc paſſu.

Quis vnq̃ hoc dixit?

Quãdo & vbi habitũ eſt hoc Cõciliũ?

Ecce qualia adferunt, qui Eccleſiæ paſtorem oppugnãt

Matt. 8.

Tertiò hoc etiam probatur per Ambroſium in cap. Quæ dignior, 24. quæſt. 9. ibi dum dicebat, quòd nõ eſt dignior domus Apoſtolicæ prædicationis ingreſſu, quàm ſancta Eccleſia. Igitur Eccleſia eſt dignior, & conſequenter maior papa, & quocunq; alio, vt ſonat illud verbum, dignior.

Quartò hoc etiam probatur, quoniã papa eſt miniſter Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ſuę, vt patet per Auguſtinũ in c. Quodcũq;, 24. q. 7. ibi dũ dicebat, ꝙ quando Chriſtus Petro tradidit claues, Petrus Eccleſiã ſanctam ſignificauit, quod verbũ exponit ibi Archidiaconus in Roſario, ſic dicẽs: Significauit, i. ſub ſigno & nomine Eccleſiæ accepit. Vndè inquantum Petrus claues recepit vt miniſter Chriſti & Eccleſiæ, & ſub ſigno & nomine Eccleſiæ, patet ꝙ Eccleſia vt dña, maior eſt Petro vt miniſtro ſuo, ſecundum iura vulgata, dicentia dominã eſſe maiorẽ miniſtro ſuo. Hoc etiã Chriſtus atteſtabat, dum dicebat, illum qui recũbebat, etiã maiorẽ eo qui miniſtrabat, Luc. 22. Et ex quo Eccleſia eſt dña recumbens, & papa eſt eius miniſter, ſequitur, ꝙ quãdo papa malè miniſtrat in offenſam Chriſti & Eccleſiæ ſuæ ſpõſæ, Eccleſia tanquã dña maior miniſtro ſuo, illũ cõpeſcere poteſt, & per modũ reformationis corrigere & punire, ſecũdum iura dicentia, maiorem, *miniſtro inferiorem, quando malè agit, corrigere poſſe & punire, & maximè, quia poteſtas data fuit Petro ad ædificationẽ, & nõ ad diſſipationẽm, cap. Remittuntur, 23. q. 5. cum ibi notatis per Archidiaconũ in roſario, ibi dum dicit, quòd illa verba, Quodcũq; ligaueris, exponuntur frequentius ſic, ſcilicet iuſtè, claue non errante: & quòd Eccleſia à Chriſto claues acceperit ac poteſtatem ligandi & ſoluendi, patet ſecundum Hieronymum in cap. Omnibus, 24. q. 7.

Ergo Apoſtoli erant maiores Chriſto, qui ſe miniſtrũ vocat.

for. * miniſtrum

Matth. 16.

Item pro hac parte facit ſententia Gregorij in c. Sicut ſancti, 15. diſt. vbi dicit, venerari ſacra illa Concilia generalia ſicut Euangelium, quia dum vniuerſali ſunt cõſenſu conſtituta, ſe & nõ illa deſtruit, quiſquis præſumit abſoluere quod ligant, aut ligare quod abſoluunt.

Hæc concilia Romanis pontificis præcipuã authoritatẽ agnoſcunt.

Itẽ facit etiã c. Si duo cõtra fas, 25. di. c. Vbique, quòd ſi ſint duo contendentes de papatu, diffinitio pertinebit ad Concilium generale, ſecũdum Gloſam ibidem, & hoc etiam aperit Textus, cùm dicit, quod ſi duo cõtra fas fuerint electi, nullus eorum debet recipi, ſed ille quem vniuerſalis conſenſus elegit.

Item ad hoc propoſitum dicit Ioannes Andreæ in ca. de Renunciatione libro 6. in Nouella, quòd ſi papa in conſiſtorio ſecreto coram Cardinalibus renunciet papatui, ſine præſentia aliorũ teſtium, & poſteà dicat non renunciaſſe, Concilium generale erit iudex: quod non eſſet, ſi non eſſet ſupra papam.

Item nota Gloſam in c. Si papa, 40. diſt. quòd nedum in cauſa hæreſis, ſed etiam in quocunq; alio caſu, in quo Papa cõmittit exceſſum Eccleſiam ſcandalizantem, ſi ſit incorrigibilis, poteſt accuſari & puniri: quod eſt intelligendum, per Cõcilium generale, iuxta iam dicta ſuprà.

Item quòd Cõcilium generale ſit ſupra Papam,

Papam, patet, quia Papa peccare poteſt, 21. diſt. Nunc autem. Eccleſia autem vniuerſalis per Concilium repreſentata, peccare nõ poteſt, vt patet in c. A recta, 24. q. 1. cum ibi notatis per Gloſam & doctores, & notant Oſtienſis. & Ioannes Andreæ in c. à nobis in magno, de ſententia excõmunicationis ſuper verbo, Eccleſiæ, quòd illud quod dicitur de Eccleſia vniuerſali, dici debet de Concilio generali illam repræſentante, arguendo à natura ſeu qualitate repræſentãtis & repræſentati, de qua in præcedentibus dictum eſt.

Præterea hoc etiam probatur arguendo ab abſurditate vitanda, & per exẽplum ſimilitudinis, quo Chriſtus vtebatur inter ſuos diſcipulos, dicendo, ſimilitudinẽ hãc. Veniat igitur primò argumentum ab abſurditate vitãda, & ponamus quòd aliquis papa per ſua mala opera diſſiparet generalem ſtatum Eccleſiæ, & ipſam Eccleſiam & populum Chriſtianum notoriè ſcandalizaret: ſi dicamus Concilium generale nõ habere poteſtatem compeſcendi eum, eſſet in poteſtate vnius hominis deſtruere Eccleſiam ſine remedio: quod eſſet abſurdũ, ſed quo ad exemplum ſimilitudinis, ponamus quòd aliquis dominus rex volens ire ad ſanctum ſepulcrum, dat poteſtatem gubernandi regnum in eius abſentia dominæ reginæ ſponſæ ſuę, adijciens quòd, quia nõ conuenit honeſtati ſuæ muliebri diſcurrere per regnum quotidiè quando caſus neceſſitatis occurrerint, ordinat ſibi vnũ miniſtrum generalem, qui nomine ipſius regis & dictæ reginæ habeat poteſtatem gubernandi dictum regnum: quo facto, vadit rex ad viagium ſuum.

Pontifex nõ ab homine eſt inſtitutus, ſed à Chriſto, qui nõ deſerit Eccleſiã ſuã.

Deinde iſte gubernat in abſentia regis, ita malè iuſtitiam & facta regis, quòd cedit in ſcãdalum aut prę̃iudicium ſeu offenſam regis & reginæ, ac totius regni, & non eſt in regno qui ſibi dicere poſſit, Tu malè facis. Quæritur, nunquid regina in iſto caſu poterit vti poteſtate ſibi data à rege, & illũ compeſcere ac punire, & de alio bono Gubernatore prouidere vſq; ad regreſſum regis? Videtur quòd non, quia licèt rex dederit poteſtatem prædictam reginæ, nihilominùs dedit poteſtatem dicto gubernatori gubernandi regnum, vt non oporteret reginam diſcurrere per regnum: & ſic videtur voluiſſe, quòd Gubernator vteretur exercitio dictæ poteſtatis, & non regina. Contrarium tamen eſt de veritate iuris dicẽdum, ad euitandum abſurditatem, quæ ex contrario ſequeretur, & etiam quia non eſt veriſimile, regem regnum ſuum in tali caſu ſine remedio voluiſſe dimittere, & in tali caſu debemus in dubio amplecti. Hîc poteſt veriſimiliùs regula inſpici de regulis iuris libro ſexto, cum alijs concordantijs ad hoc vulgatis, & ita videmus in ſimili,

Locus obſcurus.

quòd quando CHRISTVS dedit claues Petro, eſt veriſimile, quòd ſub nomine Petri intellexerit ſucceſſores, licèt de illis in datione clauium nullam mentionem fecerit, quia non eſt veriſimile, quòd mortuo Petro, CHRISTVS voluerit Eccleſiam eſſe ſine Petri ſucceſſore, ſecundum ea quæ habentur in cap. Pro humani, de Homicidio libro ſexto, cum ibi notatis per Ioannem Andreæ in Gloſa ſuper verbo, deſereret, quæ pro tanto poſſunt ad propoſitum applicari, quoniam quando Chriſtus aſſcenſurus ad cælos, dedit poteſtatem Petro & ſucceſſoribus, vt miniſtris eius, & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, non eſt veriſimile intellexiſſe, quòd in caſu in quo aliquis ex ſucceſſoribus Petri malè regendo ſcandalizaret Eccleſiam ſponſam ſuam, ipſa non deberet vti poteſtate clauium cõtra talem, ſed ſine remedio ruinam fidei catholicæ & bonæ politiæ ipſius Eccleſiæ haberet tolerare, quod eſt abſurdum: & ſic arguendo ab euitatione abſurditatis, & à ſimili, eſt concludendum, Eccleſiam in tali caſu contra Papam poteſtatem habere, & pro iſta parte facit decretum generalis Concilij Conſtantienſis, tenoris qui ſequitur:

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spirituſſancti, Hæc ſancta ſynodus Conſtantienſis, generale Concilium faciens, pro extirpatione ſchiſmatis, ac vnione & reformatione Eccleſiæ DEI in capite & in membris fienda ad laudem &c.

ET primò declarat, quòd ipſa in Spiritu ſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, & Eccleſiam Catholicam repreſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcũque ſtatus vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationẽ dicti ſchiſmatis, & reformationẽ dictæ Eccleſiæ in capite & in membris.

Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ordinationibus ſeu præceptis huius ſacræ ſynodi & cuiuſcunq; alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter præſumpſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.

Locus obſcurus.

NVNC AVTEM RESTAT RESPONDERE AD EA, QVAE IN contrarium allegantur.

ET primò ad primum dum dicitur, quòd inquantùm Concilia generalia recipiunt authoritatem à Papa, & non econtrà, vt habetur in capitulo, Significaſti, de Electionibus

apparet

apparet quòd Papa est supra Concilia generalia,& non ecôtrà. Respondetur,quòd Textus ille debet intelligi de authoritate relata ad hoc,quòd concilia generalia non possint esse legitimè congregata sine Papæ authoritate,nisi quando immineret necessitas congregandi illud pro interesse vniuersalis Ecclesiæ,& Papa nollet congregare,de qua authoritate habetur 17. distinct. Portatum.Sed postquam concilia generalia authoritate Papæ,vel aliâs legitimè sunt congregata, potestas eorum nõ procedit à Papa, sed à Christo immediatè, vt patet in Decreto cõcilij Constantiensis, & per iam dicta suprà. & cùm obijciendo quæritur, quomodò stabunt potestas Ecclesię,& potestas Petri,cùm ambę à Christo immediatè procedant? & sic tanquam pares,vna nõ videtur habere vim super aliam, capitulo innotuit,de Elect. Respondetur,quòd in-

Ergo etiã Christus, qui venit ministrare subijcitur Ecclesiæ.

quantùm potestas clauium est situata in Petro, vt in ministro Ecclesiæ, sicut suprà deductum est,sequitur, quòd potestas Petri vt ministri, subijcitur potestati Ecclesiæ,tanquam potestati Dominæ. Et licèt ab eodem fonte procedant, diuersimodè tamen diuersitates qualitatum ministri & dominæ procedunt. Et sic etiam videmus, quòd licèt potestas Presbyteri, & potestas Diaconi,ab eodem procedant,quia tamen potestas Diaconi inferior est, vt ministri Presbyteri, est potestas ipsius Presbyteri maior,& potestas Diaconi inferior,secundum ea quæ habentur in ca. finali,93. dist. & ad huius sententiæ propositum dicebat sanctus Thomas in secunda secundæ,quæstione quarta, articulo primo, quòd sicut obtinet in naturalibus, vt superiora moueant inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitùs,sic oportet in rebus humanis,quòd superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi authoritatis diuinitùs collatæ.

Pastor ergo regit oues, i. Pontifex Ecclesiam.

Item obijciebatur de his quæ habentur in capitulo, Licèt de vitanda, de Election. in fine. Sed respondetur,quòd Alexander tertius ibi loquitur, habendo respectum ad tempus, in quo vacante Ecclesia Romana, Concilium generale non erat congregatum, nec sperabatur congregari: aliâs illo congregato, posset ad illud haberi recursus super difficultatibus emergentibus erga electionem Romani pontificis, argumento capituli, Si duo, 69. distinct. cum ibi notatis in Glosa,& per Ioãnem Andreæ in ca. primo, de Renunciatione.libro 6.in Nouella.

Item dicebatur, quòd ex quo Dominus noster IESVS Christus munus potestatis clauium, ita ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodã capite, dona sua velut in corpus omne infunderet,vt habetur in cą. Ita Dominus,19. distinct. apparet quòd nec Concilium generale, nec quæcunq; persona aliquid potest habere de iurisdictione Ecclesiastica, nisi inquantùm à Papa sibi conceditur. Et per consequens,quòd Papa est supra Concilium generale, & non econtrà. Ad quod respondetur, quòd licèt potestas iurisdictionis à CHRISTO tradita fuerit beato Petro vt ministro Christi & Ecclesiæ per Cõcilium repræsentatæ,considerato quòd in traditione huiusmodi per Petrum Ecclesia fuit designata, quodque ipse sub signo & nomine Ecclesiæ potestatem recipit secundum Augustinum in dicto c. Quodcunq;,24.distinct. q.1. cum ibi notatis per Archidiaconum, & ad ædificationẽ membrorum Ecclesiæ,& non ad dissipationem, capitulo,Sunt quidem, 24.quæst. prima,& sic cum onere, quòd Petrus & eius successores vt ministri Ecclesiæ illi subijcientur, quando malè regendo Ecclesiam scandalizarent,& quãtùm in eis esset, dissiparent, vt patet per iam dicta.

Dictũ est Petro, Pasce, i. rege &c. oues meas.

Quibus attentis, constat verba dicti ca. Ita Dominus,non fundare, papam non esse submissum potestati Ecclesiæ per Concilium generale repręsentatæ. Et cùm subijcitur,quomodò potest hoc esse,cùm Concilium generale nihil possit habere de iurisdictione Ecclesiastica, nisi inquantùm sibi concedatur à Papa, vt in argumento dicebatur. Respondetur, quòd si traditio clauium Petro tantùm facta fuisset, & nomine suo,militaret argumẽtum. Sed quicquid dicat Leo Papa in dicto ca. Ita Dominus, Veritas est, quòd in traditione clauiũ per Petrum Ecclesia fuit designata. Et Petrus claues recepit sub signo & nomine Ecclesiæ, vt supradictũ est, & sic cum onere, quòd quando non ædificaret, sed dissiparet, corrigi posset per Ecclesiam, vt patet per iam dicta. Nec legitur,quòd Petrus receperit potestatem supra Ecclesiam vniuersalem, nec per consequens supra Concilium generale illam repræsentans: sed supra singularia membra Ecclesiæ, secundum communem Theologorum opinionem.Et probatur per Gelasiũ in ca. Quanùis, 21. distinct. & per Gregorium in Cap. Eccè, 99. distinct.

Ecce reijcit Leonis sanctiss. sententiã: quia premit eum.

Isti pontifices aliter loquũtur.

Quibus attentis, constat verba dicti ca. Ita Dominus,non fundare, Papam non esse submissum potestati Ecclesiæ. Possuntque præmissa ratione naturali fortificari,quoniam supponendo,quòd Papa sit caput ministeriale Ecclesię,& membrorum singularium ipsius Ecclesię,videmus cą licèt caput in corpore humano sit ordinatum ad directionẽ & gubernationem membrorũ, sitq; non licitum, membra à capite (id est, ab obedien-

obedięntia capitis) recedere,capitulo, Cùm non liceat, de præscriptionibus: si tamẽ caput in corpore humano efficiatur languidum seu infirmum,licitum erit membris illud ligare & cauterizare, ne totum (quod absit) corpus morbo inuadat, si languor nõ fuerit curatus in capite, Ca. sic inqt,2.q.7. sicq; etiam videmus,quòd si Papa efficeretur furiosus & habens ensem in manu,exiens palatium, quos sibi obuiàm reperiret, occideret: vtiq; liceret subditis inferiorib⁹ eum capere & ligare: & si hoc liceret ꝓ salua tione corporis, multo magis licere debet Concilio generali Ecclesiam repręsentanti, pro salute animarum, quando Papa malè regendo, & Ecclesiam ipsam scandalizãdo, animas subditorũ ad viam damnationis induceret. Nec obstat præmissis capitulum, Si Papa,40. dist. ibi dum dicitur, quòd etiam si animas subditorũ cateruatim ad inferos deduceret, nullus mortaliũ posset eum iudicare, nisi deprehendatur à fide deuius &c. quoniam secundũ ✶ Laudunũ in sacramentali de baptismo, Textus ille debet intelligi de peccatis Papæ occultis,quæ Dei iudicio relinquuntur,6.q.1. Si omnia,& etiam de publicis,quãdo papa est corrigibilis. Ego autem dico quod textus ibi dicit,mortalium nullus,denegando iudicium singulis mortalium: non autem Ecclesiæ vniuersali,nec cõcilio generali illam repræsentanti.

O argumentum.

Item opponebatur de his quę habent in ca. Nemo,9. q.3. Vbi dicitur, quòd nemo iudicabit primã sedẽ. & sequitur ibidèm: Neq; enim ab Augusto, neq; ab omni clero,neq; à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur.Sed respondetur illud esse intelligendum,quando sedes prima,id est,Papa in illa sedens, bona opera facit, vt sonant verba ibi posita, iustitiam temperare desiderantem. Sed quando Papa facit opera mala,Ecclesiam notoriè scandalizantia,est secùs, quoniam tunc potest iudicari & puniri per Concilium,vniuersalem Ecclesiam repræsentans, si sit incorrigibilis, vt patet per iam dicta suprà. Et ad hoc proposium dicebat Glosa in dicto c. Nemo,super verbo, Nemo, quòd cùm Papa peccat, potest peccatum eius Ecclesiæ denunciari,secundum admonitionem Euangelij. Adijciens quòd hoc determinauit in ca. Si Papa, 40. distinct. Nec obstant præmissis notata per Ostiensem in ca. Proposui,de concessione præbendæ,vbi videtur dicere, quòd etiam procedendo secundum admonitionẽ Euangelicam, Ecclesia nõ potest iudicare Papam,quoniam salua sui pace,mandatum illud Euangelij, si peccauerit, omnibus fuit directum,& cõtra omnes peccantes,etiam cõtra Papam, sicut cõtra alios, quãdo Papa peccat notoriè in scãdalum vniuersalis Ecclesię,vt patet per iam dicta suprà,sicq; practicatum fuit in concilio generali Cõstantiensi contra dñm Ioannẽ Papam 23. & simili modo potest respõderi ad c. aliorum, & ad capitulũ, facta,9.q.3. & ad omnia alia iura,dicentia, facta papę non posse iudicari ab alio,qã à Deo.& facit pro authoritate cõciliorum quod habetur 17. dist. Hinc etiã, ibi dũ dicit,scientes quia eius sedi primum Petri Apost. meritũ,deinde secuta iussione Dñi,cõciliorũ venerandorũ authoritas singulare in Ecclesijs tradidit potestatẽ: quanuis glosa ibidẽ hoc dictũ moderatur,dicẽs, ꝙ Ecclesia Rõ. potestatẽ principaliter habeat à dño,& secũdariò à cõcilijs,cuius sententię cõcordat glosa in c. Dudũ,3.q.6. sed quãuis ita sit,hoc nõ infert,papã nõ subijci cõcilio,qñ notoriè Ecclesiã scandalizaret, cõsiderato quòd Petrus potestatẽ recepit à Christo,vt minister Christi & Ecclesię,& sic cũ onere,ꝙ esset submissus potestati Ecclesiæ dñę suę,qñ notoriè illã scãdalizaret, vt suprà ostensum est. Et si dicatur, ꝙ iste casus scãdali notorij, nõ est de expressis in Decreto cõcilij Constantien, respondetur ꝙ qñ papa notoriè scãdalizat Ecclesiã, casus iste est de pertinẽtibus ad casum generalis reformationis Ecclesiæ,qui est expressus in dicto Decreto concilij Constantiensis.

Hic iura omia,quæ faciũt aptissimè ꝓ pontifice, vt vult interpretaꝫ.

Vt pastor & doctor Ecclesiæ dicente Christo, Confirma fratres tuos.

Item opponebatur de his quę habentur in Glosa dicti c. Nemo,super verbo,ab omi clero,ibi dum dicitur,quòd Cõcilium non potest iudicare papã, capitulo Significasti, de Elect.Sed ad dictũ ca.fuit suprà in præcedentibus responsum, & sequitur in eadẽ Glosa, quòd si totus mũdus sentiret in aliquo contra papam, videtur quòd sentẽtiæ Papæ standum esset, 24. q.1. Hæc est fides. Sed ad dictum c. Hæc est fides, respondetur,quòd loquitur,quando agitur de fide, & in casu,in quo cõcilium generale Ecclesiam vniuersalem repręsentans,nec est cõgregatum, nec in aliquo casu fidei habet opinionem determinatam contra Papam, nec Papa cõtra concilium. Præterea Glosa ibi loquitur argumẽtatiuè, & nõ decisiuè, arguens ibi pro & cõtra, sine decidendo: & quicquid in hoc passu hactenùs per Glosas & doctores interdum affirmatiuè, & interdum negatiuè fuerit opinatum, standum est hodiè diffinitioni factæ per Concilium generale Constantiense, quo ad casus in decreto illius expressos, videlicet cùm agitur de fide, & de extirpatione schismatis,& de generali reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, & de pertinẽtibus ad casus præmissos, & si quis in contrarium potestatem dicti concilij in præmissis negans assereret pertinaciter, absq; dubio hæreticus esset censendus, argumẽto eorum quæ habentur in c. omnes,22 dist. immò potest vltra præmissa considerari, ꝙ licèt Christus potestatem tradiderit Petro supra singularia membra Ecclesię,iuxta illud: Pasce oues meas:

Matth. 18.

Ioan. 21.

meas: non legitur tamen quòd poteſtatem ſibi tradiderit ſupra vniuerſalem Eccleſiã, cuius Chriſtus caput eſt: nec ſupra concilium generale illã repræſentans: immò potiùs de contrario, vt patet per iam dicta ſuprà in principio, & per conſequens, Eccleſia cuius nomine Petrus poteſtatem recepit, & concilium generale illam repræſentans, poteſtatem habẽt ſupra papam, vt ſupra miniſtrum & membrum ſuum, nedum in caſibus in dicto decreto Conſtantienſi expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs, arguendo à plenitudine poteſtatis, quã Petrus nomine Eccleſiæ recepit.

O ineptũ argumentum.

Paulò antè dixit decretum intelligi de expreſſis in illo.

Nec obſtant præmiſſis notata per Ioannem Ioannis in dicto c. Nemo, 9. q. 3. ibi dũ dicit, quòd licèt orbis ſit maior vrbe, quãtùm ad circuitum, non tamen quantùm ad authoritatem: quoniam ſi ſumamus orbẽ pro vniuerſali Eccleſia in toto orbe conſiſtente, ſicut Hieronymus in capitulo, legimus, 93. diſt. ſumebat, dicta gloſſa Ioannis Ioannis, modicùm, immò nihil facit ad ꝓpoſitum ſuum.

Item opponebatur contra poteſtatẽ cõcilij de his quę habentur in c. Nunc autem, 21. diſt. ibi dum dicitur, declaratũ fuiſſe per concilium, ſe non habere poteſtatem proferendi ſententiam contra Marcellinum papam, de hæreſi, quia thurificauerat idolis, impetitum, quanuis idem Marcellinus thurificationem huiuſmodi confiteretur: ſed ad hoc reſpõdetur, quòd verba ibi poſita, non ſunt verba cõcilij, ſed Nicolai papæ ad Michaelẽ Imperatorem: & quicquid ibi dicat dictus Nicolaus, veritas eſt, quòd Concilium non omiſit ibi condemnare Marcellinum de hæreſi propter defectum poteſtatis, ſed quia idem Marcellinus per metum coactus fuerat thurificare idolis, & erat corrigibilis, & per conſequens nõ debebat deponi, 24. q. 3. dicit Apoſt. vt gloſa in dicto c. Nũc autem, dicit, & quòd cõtra papã de hæreſi poſſit agi, patet in dicto c. ſi papa, ibi dum dicit, niſi deprehẽdatur à fide deuius. & quod iſto caſu, videlicet quãdo agitur de hæreſi contra papam, conciliũ generale ſit iudex, patet ex notatis per Ioannem Andreæ & Archidiaconum in c. in fidei, de hæreticis lib. 6. immò poteſt etiam conſiderari, ꝙ inquantùm Petrus poteſtatem recepit à Chriſto tantùm ſupra ſingularia mẽbra Eccleſię, iuxta illud, Paſce oues meas: & nõ ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ, cuius Chriſtus caput eſt: quandocunq; Eccleſia eſt legitimè congregata, ſeu concilium generale illam repræſentans, Petrus illi concilio, de quocunque caſu in eodem agatur, authoritatiuè prẽſidere non poteſt: quia non decet, ſubditũ ſuperiori ſuo prælidere, 21. diſt. per totum, c. cùm inferior, de maioritate & obedientia.

En quò iſti prolabuntur.

Sed ideò tunc cõciliũ poteſt cõtra papam, quia hæreticus eſt, deſinit eſſe Papa. Ioan. 21.

Nec obſtant notata per Ioannẽ Andreæ in c. graue, de præbẽdis, ſuper verbo, Nunciando. quoniam loquitur ſecundum tempora, in quibus ipſe & alij doctores in terris Eccleſiæ Romanæ reſidentes, reſpiciebant ad poteſtatẽ papæ cum duobus oculis, & ad poteſtatem Eccleſię & generalium conciliorum cum vno oculo tantùm. Nec obſtant iura per eundem ibidèm allegata, quia ad illa patet reſponſio per iam dicta.

Item opponebatur de hoc, quòd Apoſtoli voluerunt Petrum eſſe principem eorum, vt habetur in dicto c. In nouo. Sed reſpondetur, quòd Apoſtoli non intendebãt ſibi dare nouam poteſtatem, ſed datã ſibi à Chriſto, approbare, vt patet ex notatis per gloſſam in dicto §. Hinc etiam 17. diſtinct. cuius gloſæ ſententia communiter approbatur per doctores. Sed non legitur, quòd Chriſtus dederit Petro poteſtatem ſupra vniuerſalem Eccleſiam, ſed ſupra ſingularia membra eiuſdem. Igitur dicta Apoſtolorum voluntas, de qua habetur in dicto c. In nouo, relata ad poteſtatem quam Chriſtus dedit Petro, nõ probat Apoſtolos dediſſe poteſtatem Petro ſupra vniuerſalem Eccleſiam: nec per conſequens, ſupra concilium generale illam repræſentans.

Quidixit, paſce oues meas, neminẽ vtique excepit Chriſtianum.

Item opponebatur de iuribus, dicẽtibus quòd papa eſt caput Eccleſiæ, vt habetur in c. fundamẽta, de electione lib. 6. cum alijs concordantijs. Sed reſpondetur, quòd illa iura debent intelligi de capite miniſteriali, quod nõ recepit poteſtatem ſupra vniuerſalem Eccleſiam, cuius Chriſtus caput eſt. Nec etiam ſupra concilium generale illam repræſentans, ſed ſupra ſingularia membra ipſius Eccleſiæ.

Iteꝫ opponebatur, quòd papa habuit præſidentiam in multis cõcilijs generalibus, vt patet in c. In nomine Dñi, 24. diſt. & in pluribus alijs iuribus, & maximè in c. ad Apoſtolicę, de re iudicata, lib. 6. cum ibi notatis per Io. Andreę in gloſa 1. Sed ad hoc reſpõdetur, quòd in pluribus antiquis concilijs papa non fuit præſidens, vt patet in illis, in quibus Romani pontifices non faciebant diffinitiones, ſed conciliũ, dicẽdo, placuit Concilio. de quibus habetur in capit. quæ recipiunt, Placuit, quæ habentur de conſecratione diſt. 5. & in pluribus alijs ad cuius ſententiæ robur, notandum quòd concilium Apoſtolorum de qua Actuũ 6. Petrus ſolus nõ cõgregauit, ſed 12. Apoſtoli ſimul, vt patet ibi dum dicitur, quòd cõuocauerunt 12. multitudinem diſcipulorum.

Quænam ſunt illa Concilia?

Actor. 6. a

Item eſt etiam notandum, ꝙ in illo concilio, de quo habetur Actuũ 15. Petrus, licèt ibi fuerit præſens, ſentẽtiam *tamẽ pronũciauit, ſed Iacobus ſub his verbis, Placuit Apoſtolis & ſenioribus & omni Eccleſiæ, & ibi decretalem epiſtolam ordinauerunt, non Petri nomine, ſed Apoſtolorum & ſeniorum, & declarãdo iſtum paſſum, poteſt conſide-

for. *tamẽ non

conſiderari, quòd inquantùm Petrus non recepit poteſtatem ſupra Eccleſiam vniuerſalem, nec per conſequens ſupra cõcilium generale illam repræſentans, vt ſupradictũ eſt, conſtat papam non poſſe habere præſidentiam authoritatiuam in concilijs generalibus, niſi inquantùm illa per concilium, in quo eſſet, ſibi cõcederetur: quo caſu nõ haberet vſum huiuſmodi poteſtatis nomine & authoritate ſua, ſed dicti concilij. Nec obſtant iura, probantia quòd Romani põtifices aliàs prẽſidentiam habuerunt in cõcilijs generalibus: quoniam illa iura ſunt intelligenda de honoraria, ad beneplacitũ conciliorum eis data, facit dictum c. In nomine Domini, 23. diſt. ibi, dum dicebat Nicolaus papa, ſi placet fraternitati veſtræ. & ſi dicatur, quòd papa habuit prælidentiam in Concilijs generalibus, vt in dicto c. ad Apoſtolicæ &c. Reſpondetur illud fuiſſe ex conceſſione dictorum conciliorum, ſeu ex permiſſione illorum habentium vim dictæ conceſſionis, aut ex tolerantia patientiæ, & multa per patientiam tolerãtur, quæ ſi deducta eſſent in iudicio, non tolerarentur. de præbendis, cùm iam dudum. Quibus attentis, conſtat papam in concilio generali non habere præſidentiam authoritatiuam, neque honorariam, niſi inquantùm à concilio ſibi concederetur, aut permitteretur.

A Chriſto eſt authoritas Petri.

Item opponebatur de c. Non debet, de conſanguinitate & affinitate, vbi papa prohibitionem Concilij generalis reducit ad quartum gradum. Sed reſpondetur id ibi fieri per papam in Cõcilio generali, ex permiſſione ipſius cõcilij, vt ibi patet. quo attento, non probat ille textus, quòd papa ſit ſupra concilium, nec quòd diſſoluere poſſit illud ſine conſenſu ipſius concilij.

Item opponebatur de c. ſtatutum, de reſcriptio. lib. 6. vbi papa conſtitutionẽ concilij generalis de duabus diætis, reducit ad vnam diętam. Sed reſpõdetur, ꝙ papa illud fecit prò bono communis iuſtitiæ, vt miniſter Eccleſiæ ipſiuſq; authoritate, & non ſua, & in caſu in quo Concilium generale Eccleſiam repræſentans, non erat congregatum. *Nec ipſe prohibitus id facere ſine conſenſu ipſius concilij, vt patet in conſtitutione Concilij generalis Conſtañ, quæ incipit, Frequens. Quibus attentis, patet illud c. ſtatutum, non probare, papam eſſe ſupra concilium. Nec, quòd concilium diſſoluere poſſit ſine conſenſu ipſius Concilij, maximè contra prohibitionem ſibi factam per concilium generale in dicta conſtitutione, Frequẽs. nec dubiorũ per ipſum erga dictam cõſtitutionem, Frequens, motorum allegatio, ipſum releuat, quo ad facta per ipſum ſuppoſita, quoniam notoriè dicuntur illa ſuper veritate non fundari: & declaratio dictorum dubiorum, Concilio congregato, ad ipſum concilium generale pertinet, & non ad ipſum, ſecundum iura, dicentia quòd illius eſt interpretari, cuius eſt condere: nec decet, præſente ſuperiore, quòd inferior dubia erga conſtitutionem ſuperioris mota, habeat declarare ſeu interpretari, 21. diſt. per totũ, capit. inferior, de maioritate & obedientia, capitulo Ne Romani, de elec. in Clementinis.

for. * Sed ipſe

Item opponebatur de verbis dicti c. ſignificaſti, importantibus, quòd in ſtatutis cõciliorum generalium apertè intelligitur authoritas Romanæ Eccleſiæ excepta. Sed reſpondetur, quòd ex quo authoritas vniuerſalis Eccleſiæ, & conſequenter conciliorũ eſt maior, & authoritas Romanæ Eccleſiæ minor, vt ſuprà in præcedentibus eſt oſtenſum: neceſſarium eſt dicere, quòd authoritas Eccleſiæ Romanę, de qua habetur in dicto c. ſignificaſti, miniſterialis eſt Eccleſiæ vniuerſalis, quo ad Eccleſias particulares, ſicut de Petro dicitur, quòd eſt miniſter Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, reſpectu Eccleſiarum particularium, quibus Eccleſia Romana prælata eſt, 21. diſtinct. quanuis. quodq; ipſa authoritas, vt miniſterialis Eccleſiæ vniuerſalis, authoritate illius, & non ipſius Eccleſiæ Romanæ, in ſtatutis conciliorum generalium intelligitur excepta, ad declarandum, interpretandum & moderãdum dicta ſtatuta ſecũdum varietatẽ temporum pro bono Reipublicæ, quãdocunq; concilijs generalibus non congregatis, Eccleſiæ Romanæ pro bono reipublicæ videtur faciendum: & vocatur dicta Eccleſiæ Romanæ authoritas excepta, apud doctores & magiſtros epieikeia. quibus attentis, conſtat verba dicti c. ſignificaſti, non fundare, authoritatem Eccleſiæ Romanæ eſſe maiorem authoritate Eccleſiæ vniuerſalis, nec per conſequens cõciliorum generaliũ ipſam repræſentãtium. Et per præmiſſa patet reſponſio ad capitulum, ſtatutum, & c. Conſtitutio, de elec. lib. 6. In quibus Romanus pontifex ſine Concilio generali interpretatur & declarat ſtatuta Cõciliorum generalium, & ad cap. Dudum 3. q. 6. & ad alia iura ſimilia, dicentia Eccleſiam Romanam eſſe caput aliarum Eccleſiarum.

Immò & Gerſon fatetur Rõ. Põtificem eccleſiaſticæ hierarchiæ eſſe principẽ & monarcham.

ἐπιείκεια.

Et ſi dicatur, ꝙ ex quo dicta epieikeia conceſſa eſt papæ authoritate Eccleſię vniuerſalis, & conſequenter conciliorũ generalium, potuit papa vigore dictæ cõceſſionis, derogare dictę Conſtitutioni Frequẽs, & illam interpretari ac moderari ac concilium diſſoluere, & ad alium locum mutare: reſpondetur, quòd præmiſſa per papã fieri non potuerunt vigore conceſſionis dictæ epieikeiæ, attento ꝙ in conceſſione illius authoritas prohibitiua Eccleſiæ vniuerſalis, & cõſequenter conciliorum generaliũ, tanquam authoritas ſuperioris, fuit excepta: & non eſt licitum inferiori, aduerſus

ἐπιείκειαν

prohibitionem ſuperioris, maximè pro bono vniuerſalis Eccleſię, vt in caſu dictę cõſtitutionis, Frequens, factam venire: aliâs ſi contrariũ diceremus, ſequeretur abſurdũ, videlicet ꝙ vigore dictæ epieikeiæ eſſet in poteſtate papæ derogare omnibus conſtitutionibus ſacrorum generalium cõciliorum, & omnem bonam politiam Eccleſiæ euertere, abſq; eo quòd ſibi poſſet dici, TU malè facis: quod non eſt dicendum.

Vide ſanctũ Thomã in TRactatu contra impugnãtes religionem, vbi ait, q̃ iuris poſitiui ſunt, ſubeſſe diſpoſitioni Papæ &c.

Nec obſtat præmiſſis illa quorũdam aſſertio, habẽs quòd Papa eſt caput & paſtor, nedum Eccleſiarum particularium, ſed etiã Eccleſiæ vniuerſalis: quoniam ſi papa eſſet caput & paſtor vniuerſalis ECCLESIĘ, vniuerſalis eſſet: Epiſcopusq; vniuerſalis Eccleſię appellari poſſet, vt patet ad ſenſum. Sed nec eſt vniuerſalis, nec Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ appellari debet, vt patet per beatũ Gregorium in c. Eccè 99. di. ſuprà in principio allegato. Igitur dicta aſſertio eſt falſa.

Sic eũ vocauit Synodꝰ Chalcedonẽſ.

Præterea ſi papa eſſet paſtor & caput Eccleſiæ vniuerſalis, ſequeretur abſurdum, videlicet quòd ipſe eſſet caput & paſtor corporis myſtici Eccleſiæ, ſecundum quod caput in corpore humano, eſt caput & rector illius: quod nõ eſt, nec eſſe poteſt, cùm Chriſtus ſit caput, Gubernator & Rector Eccleſiæ vniuerſalis, vt corporis myſtici conſideratæ: eſſeq́ue duo capita in eodem corpore, monſtrum exiſtat: Igitur arguendo ab abſurditate euitanda, cõſtat dictam aſſertionem eſſe falſam.

Chriſtus fundamẽtum eſt, & 12. apoſtoli fundamẽta ſunt.

Item Eccleſia Romana non eſt vniuerſa, ſed eſt de vniuerſitate corporis myſtici ECCLESIÆ, & ſic eſt membrũ dicti corporis myſtici, vt patet per B. Gregorium in dicto c. Eccè, cum ibi notatis per gloſam. Igitur ex quo eſt membrum dicti corporis, non eſt nec eſſe poteſt caput illius, cùm differentia ſit inter caput & membra, capitulo Cùm non liceat, de præſcriptionibus.

Item ſi papa eſſet caput Eccleſiæ vniuerſalis, ſequeretur abſurdum, videlicet quòd PEtrus homo peccabilis, recepiſſet poteſtatem ligandi & ſoluẽdi ſupra ſpõſam Chriſti, id eſt, corpus myſticum Eccleſiæ, quod nunquam peccauit, nec peccare poteſt, ſecundum ea quæ habentur in c. A recta, 24. q. 1. cum ibi notatis in gloſa. quod non eſt dicendum.

Item ſi papa eſſet caput vniuerſalis Eccleſiæ, eſſet prælatus à Chriſto vniuerſalis Catholicis Eccleſijs per orbem inſtitutis, quæ incluſa Eccleſia Romana, vnus Thalamus Chriſti ſunt, teſte Gelaſio in c. quãuis vniuerſæ, 21. diſt. Sed non eſt ſic, quia non fuit prælatus niſi cæteris Eccleſijs à Romana diſtinctis, vt patet in dicto c. quanuis.

Item Petrus poteſtatẽ ligandi & ſoluendi recepit, non nomine ſuo, ſed nomine Eccleſiæ, vt miniſter illius. patet per Auguſtinum in c. quodcunque, 24. q. 1. cum ibi notatis per Archidiaconũ in Roſario. Igitur ex quo vt miniſter hanc poteſtatem recepit, non eſt nec eſſe poteſt caput domine ſuæ, ſicut videmus in corpore cuiuſuis Eccleſiæ, quòd licèt œconomus vel * ſyndicus gerat vices dicti corporis, & in hoc ſit eius miniſter, non eſt per hoc ille caput dicti corporis. Et ſi dicatur quòd licèt Petrus non ſit caput principale Eccleſiæ, nec eſſe poſſit, eſt tamen caput miniſteriale. Reſpõdetur id eſſe falſum, conſiderato quòd eſſe caput, denotat præeminentiam & ſuperioritatem, quam miniſter non habet, nec habere poteſt ſupra dominum & dominam, cum ſit ſub eis, & ſic inferior: & in hoc cõfutatur opinio illorum, qui dicunt Petrum fuiſſe caput miniſteriale Eccleſiæ vniuerſalis: quoniam in quantùm præeminentiam non habuit, nec ſuperioritatem ſupra Eccleſiam vniuerſalem, vt corpus myſticum conſideratam, non poteſt ratione miniſterij ſibi cõmiſſi ſupra Eccleſias particulares à Romana diſtinctas, dici caput miniſteriale ipſius corporis myſtici, licèt reſpectu Eccleſiarum particularium, quę ſunt membra dicti corporis myſtici, Eccleſia Romana & papa poſſunt dici caput miniſteriale illarũ, eo quia ratione miniſterij Petro commiſſi, ipſe præeminentiam & ſuperioritatem habuerit circa ipſas Eccleſias particulares, vt atteſtatur Gelaſius papa in c. quãuis vniuerſæ, 21. diſt. ibi, dum dicebat, quòd quanuis vniuerſæ per orbem Catholicæ Eccleſiæ inſtitutæ, vnus thalamus Chriſti ſint, tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica, nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt. * In quo eſt notandum, quòd non dicit quòd ECCLESIA Romana ſit prælata vniuerſali ECCLESIĘ, quę eſt Chriſti thalamus: ſed cæteris ECCLESIJS particulariter conſideratis, ab eadem Romana diſtinctis.

i. procurator

Ergo chriſtus, qui ſe miniſtrũ vocat, nõ eſt ſupra eccleſiam.

*Adde q̃ ibi ſequitur: Sed Euãgelica voce ſaluatoris noſtri primatum obtinuit.

Nunc reſtat reſpondere ad iura prædicta, pro dicta falſa aſſertione allegata: & primò allegatur Grægorius in c. Conſiderandum, 1. diſt. ibi, dum dicitur de Petro, quòd Chriſtus eum cũctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat. Sed reſpondetur, illa verba debere exponi, id eſt, cunctis Eccleſijs particularibus, quoniam illis tantùm Chriſtus Petrum prætulit, & non ECCLESIĘ vniuerſali, vt denotat verbum, cæteris, poſitum in dicto c. quanuis. eſtq́; dicta expoſitio neceſſaria, propter dictũ verbum, cæteris, & etiã propter ea quæ habentur ſecundum Gregorium in dicto c. Eccè, & vt verba in ſenſu, in quo valere poſſint, & nõ perire, recipiantur, cap. Abbate, de verborum ſignificatione cum alijs concordantijs.

O interpretem.

Item allegatur pro dicta falſa aſſertione c. præcedens Dictũ, c. conſiderandũ, quod incipit, Hi qui. Sed ſalua pace allegantis, in dicto c. nihil eſt. quod faciat ad propoſitũ ſuum,

ſuum, §. tamen. ſed exceptio præcedens dictum c. conſiderandum, benè habet, quòd Petrus poſt trinam Chriſti negationem, nõ ſolùm in gradu ſui Epiſcopatus remanſit, verùm etiam in paſtorem totius Eccleſiæ, exponi debent, i. omnium Eccleſiarũ particularium exordium ab ipſo habentium, & à Romana diſtinctarum: quibus tantum Romana plata eſt, vt patet in dicto c. quanuis, vt verba ipſa in ſenſu, in quo valere poſſunt & non perire, recipiantur, iuxta dicta ſuprà in reſponſione facta ad c. conſiderandum.

Sed oẽs Eccleſiæ particulares faciũt vnam vniuerſalem.

Item allegatur pro dicta falſa aſſertione cap. Petrus, 2. q. 7. Vbi dicitur, quòd Petrus poteſtatem regni acceperat. Sed reſpõdetur id verũ eſſe, quo ad particulares Eccleſias: non aũt quo ad corpus vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt corpus myſticũ, cuius Chriſtus caput eſt: & quòd non receperit poteſtaté regni ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ, patet per Gelaſium in dicto c. quanuis. & per Gregorium in dicto c. Eccè, vt ſuprà in præcedentibus fuit oſtenſum.

Iſti nihil obſtat, qa omnia interpretaẽ vt vult.

Nec obſtant notata per Ioannẽ Andreæ in Clementina Ad noſtrũ, de hæreticis, ibi dum dicit, ꝙ ſicut in Eccleſia triumphante eſt vnũ caput ſupremũ, ita in Eccleſia militãte eſt vnum caput, ſcilicet Papa: quoniã illud quod ibi dicit Io. Andreæ de papa, intelligi debet reſpectu ECCLESIARUM particularium, non autem reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſuprà oſtenſum eſt.

Item allegatur capitulũ, fidelior 50. diſt. Vbi dicit Ambroſius, ꝙ Petrus tanquã bonus paſtor tuendum gregem accepit, poſtq̃ fidẽ perdidiſſe defleuerat: quodq́; ipſe Petrus paſtor factus erat, vt cæteros fidei ſtabilitate fundaret. & ſubdit ibi, ꝙ Petrus, p ſoliditate deuotionis, Eccleſiæ petra dicitur, ſicut ait DOminus, Tu es Petrus &c. Ad quæ reſpondetur, quòd ibi non dicitur Petrus dici petra, ad denotandum ꝙ Eccleſia fuerit fundata ſuper eum, quoniã fundata fuit ſupra Chriſtum, iuxta illud: Petra autẽ erat Chriſtus. Sed fuit Petrus dictus petra, ad denotandũ quòd primus in nationibus fidei fundamenta per ſuam prædicationem poſuerit, vt in eodem textu dicitur: & ſic præmiſſa, ex dicto textu allegata, ſunt referenda ad regimẽ & gubernationem Eccleſiarum particularium, non aũt ad regimen Eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt corpus myſticum Eccleſiæ: quod nunquã indiguit, neq; indiget officio paſtorali Petri, cùm illud ſit impeccabile, non habens maculam neque rugam, ſecundũ ea quæ habẽtur in dicto c. A recta, 24. q. 1. cum ibì notatis in gloſa. & ad huius ſententiæ propoſitum dicebant Oſtienſis & Ioãnes Andreæ in c. à nobis in magno de ſententia excõmunicationis ſuper verbo Eccleſiæ, quòd ille textus debet intelligi de Eccleſia militante ſpeciali vel Romana, quoniam generalis militans cõgregata, non poteſt errare, 24. quæſt. 1. A recta fide.

Matt. 16. c

1. Co. 10. a

Fruſtra ergo Chriſtus Petro commiſit oues ſuas.

Nec obſtant alia verba ibì in fine poſita, videlicet, & tanquam ſaxum immobile, totius corporis Chriſtiani compagem molemq́ue obtineat: quoniam illa verba ſunt referenda ad effectum prædicationis, quæ in Petro fuit fundamentum fidei in nationibus, vt ibì dicitur: eſtq́; neceſſariũ, dicta verba ſic intelligere, vt recipiantur in ſenſu, in quo valere poſſunt, & non perire: & niſi ſic intelligantur, perirent, propter ea quæ habentur in dicto c. Eccè, & in c. quãuis vniuerſæ, ſuprà allegatis.

Item allegatur ca. Beati, 2. q. 7. Vbi dicit, quòd meritis Apoſtolorum Petri & Pauli, Roma principatũ & caput obtinuit nationum. Ad quod reſpondetur, ꝙ ſi Roma ibì ſumatur pro Romana Eccleſia, reſpõdetur ꝙ illud, quod ibì dicitur de principatu & capite nationum, referri debet ad ECCLESIAS particulares in toto orbe conſtitutas: non aũt ad Eccleſiam vniuerſalem, quę eſt corpus myſticum Eccleſiæ, ſupra quod Eccleſia Romana nullum vnquam obtinuit principatum, vt patet per iam dicta ſuprà.

Certè etiã Gerſon dicit Papam eſſe monarchã & principem Eccleſiaſt. hierarchię

Item allegatur cap. Eſt aliud, 24. q. 1. Vbi dicitur, Eſt aliud apoſtolicum piſcandi genus: quo genere ſolum Petrum piſcari dominus iubet, dicens: Mitte hamum: & eum piſcem qui primò aſſcendit, tolle. Ad quod reſpondetur, ꝙ verba illius textus referri debẽt ad piſcaturã faciẽdam ſupra cæteras Eccleſias, ſupra quas Romana fuit prælata: non autem ad piſcaturam faciendam ſupra Eccleſiam vniuerſalẽ, prout eſt corpus myſticum: quoniam illud eſt ſine peccato, & ſic non indiget piſcatura Petri.

Matth. 17.

Item allegatur cap. Puto, 2. q. 7. Vbi dicitur, ꝙ Petrus & Cyprianus fuerunt pares meritis. Sed Petrus fuit in poteſtate maior illo, & quocunq; alio EPISCOPO, eo quia ſua poteſtas per ſtatuta vniuerſalis Eccleſię eſt firmata. Sed reſpõdetur, vt ſuprà, quòd illa quæ ibì dicuntur de poteſtate Petri, referri debent quo ad Eccleſias particulares, non aũt quo ad Eccleſiam vniuerſalẽ: Vt verba illius capituli recipiãtur in eo ſenſu, in quo valere poſſunt & non perire, ſicut ſuprà in præcedentibus dictũ eſt, & licèt textus ibì habeat, quòd poteſtas Petri ſit firmata per ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ, per hoc tamen non habetur ex illo, quòd Petrus habuerit poteſtatem ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt corpus myſticum, cuius Chriſtus caput eſt.

Item allegatur cap. Hæc eſt fides, 24. q. 1. Vbi dicitur, ꝙ Papa tenet & fidem & ſedẽ Petri: ad quod reſpondetur, quòd qui impugnat profeſſionem fidei, quam papa cõprobauit, non catholicum, ſed hæreticũ ſe cõprobabit: quodq́; ſancta Romana ECCLESIA,

sia, quæ semp immaculata permãsit, Domino prouidente &c. in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione, atque firma & immobilis omni tempore persistet. Sed respondetur, quòd illud quod ibi dicitur de Ecclesia Romana, quòd semper immaculata permãsit & permanebit, intelligi debet verum, quandiu ligabit & soluet iustè, claue non errante, vt suprà in præcedentibus est dictum: & sic intelligendo, nõ probant illa verba, nec etiam alia ibi posita, q̃ Ecclesia Romana sit vniuersalis Ecclesia, quæ est corpus mysticum, cuius Christus caput est. Faciunt notata per glo. in dicto c. A recta, 24. q. 1. Nec quòd Ecclesia Romana receperit potestatem supra corpus vniuersalis Ecclesiæ. Nec etiam, quòd papa ratione Romanæ Ecclesiæ possit dici caput & pastor vniuersalis Ecclesiæ.

Ecce glosam. Sed Petro dictum est, Ego p̃ te rogaui, vt non deficiat fides tua.

Item allegatur capitulum, In istis, 80. di. vbi dicitur, quòd inter ipsos Apostolos nõ fuit par institutio, sed vnus præfuit omnibus. Sed respõdetur, quòd illa verba, vnus præfuit omnibus, debent intelligi referendo ad ministerium Ecclesiarum particularium, non autem ad vniuersalem Ecclesiã, quæ est corpus mysticũ, cuius Christus caput est, vt patet per iam dicta suprà.

Item ad probandum, q̃ Ecclesia Romana est caput vniuersalis Ecclesiæ, allegatur capitulum, Non licet, 12. dist. Ibi dum dicitur, & sicut filius venit facere voluntatem patris, sic & vos voluntatem implete, vestræ matris, quæ est Ecclesia, cuius caput (vt prædictum est) Romana existit Ecclesia. Sed respondetur, quòd ad illud verbum, cuius, addi debet supplendo verbũ membrorũ: & tunc est sensus, quòd illi Episcopi implere debent voluntatẽ matris Ecclesiæ, cuius membrorum caput, Romana Ecclesia caput existit: & sic supplendo & intelligendo, non probat ille textus, quòd Ecclesia Romana sit caput vniuersalis Ecclesiæ. Et notandum quòd Calixtus author dicti c. Nõ licet, dicit Ecclesiam Romanam esse matrẽ aliarum Ecclesiarum, ab eadem distinctarum, ad denotandum q̃ non est mater vniuersalis Ecclesię, secundum Gregoriũ in c. Eccè, 99. dist. & patet etiam per Gelasium in c. quãuis, 21. dist. Ibi dum dicebat, quòd quãuis vniuersæ Ecclesiæ Christi thalamus sint, tamẽ sancta Romana Ecclesia cæteris prælata est, & nõ dicit, q̃ Christi thalamo, i. vniuersali Ecclesiæ prælata sit: debentque verba huiusmodi ad hũc sensum applicari, quia in alio sumpta, induceret absurditatẽ, vt patet per iam dicta suprà. Et notandum q̃ archidiaconus in Rosario in dicto c. Nõ decet, recitãdo Bernardum ad Eugenium, circa finẽ 4. libri dicit, q̃ licèt Ecclesia Romana sit mater Ecclesiarum, nõ tamen domina: quodq; papa nõ est dñs Episcoporũ, sed vnus ex ipsis: quodq; papa debet se cõsiderare fratrẽ diligentium Deũ, & participem eorũ. & subdit ibi archidiaconus, q̃ est optimũ argumentum. In c. * inuentiones, in principio, quòd papa non sit dominus aliorum episcoporum.

Aliquãdo ponit etiam, decet: quod idẽ est.

Hi pontifices aliter scribunt.

Et quare Petrus dicẽs est prĩceps Apostolorum?

Item allegatur cap. p̃ceptis, in eadẽ di. 12. Vbi dicitur q̃ præceptis apostolicis nõ dura superbia resistat, sed per obedientiã, quę à sancta Ro. Ecclesia & Apostolica authoritate iussa sunt, salutiferè impleatur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesię, quæ est caput vestrum, cõmunionem habere desideratis, & sequitur ibidẽ, cuius authoritatis sanctionem oẽs teneant sacerdotes, qui noluerint ab Apostolicæ Petræ, supra quam Christus vniuersalẽ fundauit Ecclesiã, soliditate diuelli. Ad quę respõdetur, q̃ textus in dicto c. nõ probat id, ad quod allegat. Nec obstãt illa verba, si eiusdẽ sanctæ Dei Ecclesię, quę est caput oĩm vestrum: quoniã illa verba, si eiusdẽ sanctę Dei Ecclesiæ, relationẽ faciũt ad Ecclesiã Romanã, de qua in præcedentibus verbis facta erat mẽtio. Nec obstãt etiã verba, qui noluerint &c. Quoniã textus ibi dicit, ab Apostolicæ Petrę, non aũt Petri: & veritas est, q̃ Christus fundauit Ecclesiam supra petrã, q̃ Chr̃s erat, & nõ supra Petrũ, secundũ cõmunem doctorũ opinionem.

O interpretem. gregorius ibi de apostolica sede expresse loquit.

Item dicunt illi, in dicto c. Non decet, & in sequenti dicitur, q̃ Ecclesia Romana est caput vniuersalis Ecclesię & omniũ ecclesiarum. Sed salua pace sic dicẽtium, hoc q̃ Ecclesia Romana sit caput vniuersalis Ecclesiæ in dicto c. non habetur, considerato q̃ illa verba, à matre ipsorum quę est Ecclesia, posita in dicto c. Non decet, legi debẽt & exponi, vt in responsione ad dictum c. Non decet, supradictum est. Nec verba cap. sequentis quod incipit, præceptis, hoc etiã habent sanè intellecta, vt in responsione facta ad illud c. ostensum est.

Immò dicit caput Ecclesiæ, quæ vtiq; vna est, nec potest aliter quã de vniuersa accipi.

Item dicunt illi, in dictis c. Non decet, & sequenti, haberi, quòd Ecclesia vniuersalis est fundata super apostolicam petram, i. supra Petrum & successores. Sed hoc ibidem non probatur, vt patet per dicta in responsionibus factis ad illa capitula.

Item allegatur cap. Quis nesciat, 11. dist. Ad quod respõdetur q̃ facit cõtra allegantem, inquantùm habet, q̃ Petrus instituit Ecclesias particulares per vniuersum orbẽ: & nõ dicit, q̃ Ecclesia Romana sit cap. vniuersalis Ecclesiæ. Nec obstat q̃ in eodem c. dicitur, q̃ aliæ Ecclesiæ habuerunt initium à Romana: quoniam per hoc non infertur quòd Ecclesia Romana sit caput vniuersalis Ecclesiæ, licèt possit dici caput aliarum Ecclesiarum particularium ratione potestatis traditę Petro vt ministro Ecclesię super dictis Ecclesijs particularibus.

Item allegant isti glosam dicti c. Quis nesciat, quæ habet, quòd Petrus tribuit potestatem Paulo prædicandi. Sed respondetur,

tur, illud non inferre, quòd Petrus esset caput vniuersalis Ecclesiæ, vt corpus mysticum, cuius Christus caput est, consideratę: & per hoc patet respõsio ad notata per Archidiaconum in c. Ita Dominus, 19. dist. Ibi dum dicebat, Petrũ alijs Apostolis dedisse potestatem prædicandi.

Item mãdant illi videri capitulum, Benè quidem, 96. dist. quod non facit ad propositum eorum, nisi respectũ haberent ad illa verba ibi posita prope principiũ, quæ sunt ista: Nec adiectione indiget plenitudo. quasi vellent dicere, quòd ex quo Petrus habuit plenitudinem potestatis, cap. Significasti, de elect. non potest habere aliquam potestatem supra se, nisi Deum: & ad hoc respondetur, quòd Petrus nõ habuit dictã potestatis plenitudinem nomine suo, sed vice & nomine Ecclesiæ vniuersalis, cuius minister est, vt patet per Augustinum in c. Quodcunq;, 24. q. 1. cum ibi notatis per archidiaconum in Rosario, de quo suprà in præcedentibus dictum est.

Item & si forsan habuerint respectum ad alia verba dicti c. quæ habent, quòd præsul Ecclesiæ Romanæ merito B. Petri Apostoli per vniuersum orbem primatum obtinet sacerdotij: respondetur, hoc esse intelligendum, quo ad Ecclesias particulares, per vniuersum orbem cõstitutas, quas ipsa Romana Ecclesia instituit, vt habetur in c. Quis nesciat, 11. dist. non autem quo ad Ecclesiã vniuersalem, cui papa tanquam illius minister subijcitur, vt suprà in præcedentibus deductum est. Nec obstant etiam alia verba dicti c. Benè quidem, quæ habent, quòd papa statutis synodalibus cõsueuit tribuere firmitatem: quoniam si illa verba recipiantur pro statutis synodalibus conciliorum generalium, est hoc intelligẽdum per approbationem reuerentialem, de qua habetur in c. Sicut sancti, 15. dist. per quem textum satis videtur cõfutari opinio prædictorum, quoniam si authoritas papæ sic esset supra Concilia generalia legitimè congregata, quòd illorum statuta non possent habere firmitatem sine papæ authoritate, Gregorius non fuisset locutus in dicto c. Sicut sancti, de Concilijs generalibus cum tanta reuerentia, cum quanta locutus est ibidèm.

Certè Damasus ait, nulla vnq; Concilia rata legi, quæ non sunt fulta Apostol. authoritate.

Item allegant capitulum, Rogamus, 24. q. 1. Ibi dum dicitur, quòd Petrus est caput totius Ecclesiæ. Sed respondetur illud esse exponendum, i. omnium Ecclesiarum quæ ab ipso exordium habuerũt, cap. Quis nesciat, 11. dist. quoniam quãuis vniuersæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ institutæ, vnus thalamus Christi sint, tamen Ecclesia Romana nullis synodicis cæteris Ecclesijs prælata est, teste Gelasio papa, 3. c. Quanuis vniuersæ, 21. dist. Et notandum, quòd non dicit, quòd sit prælata thalamo Christi, nec Ecclesiæ vniuersali, quæ est Christi thalamus, vt ibi: sed dicit, cæteris Ecclesijs prælata est. ad denotandũ, quòd omnes aliæ Ecclesiæ à Romana distinctæ, nõ faciunt thalamum Christi: sed Romana & omnes aliæ cum ea, faciunt Christi thalamum, & sic Ecclesiam vniuersalem. Vndè inquantùm cęteræ Ecclesiæ non faciunt Ecclesiam vniuersalem, & Romana non est prælata nisi cęteris ab ea distinctis, patet q̃ nõ est prælata Ecclesię vniuersali, & per consequens, quòd non est vniuersa, sed de vniuersitate corporis mystici Ecclesiæ, vt dicebat Gregorius in dicto ca. Eccè, 99. dist.

Sed Petrus est pastor Ro. Ecclesiæ, & oĩm aliarũ, ergo vniuersæ Ecclesię.

Itẽ allegãt cap. Cùm beatissimus, 24. q. 1. Vbi dicitur, quòd B. Petrus à Domino recepit principatũ. Sed respondetur, illud intelligendum quo ad cæteras Ecclesias, quę à Romana habuerunt exordium: sed non quo ad vniuersalem Ecclesiam, quę Christi thalamus est, vt patet per prona nè dicta.

Hoc modo facilè oĩes nodos soluęris.

Item allegant ca. Si Petrus, eadem causa, & 9. Vbi habetur, quòd Petrus & nõ alius ex Apostolis, abscidit aurem Malchi: Ad denotandum, quòd ipse præ alijs habiturus erat potestatem ligandi & soluẽdi. Sed respondetur, hoc esse intelligendum quo ad particulares Ecclesias, quæ à Romana habuerunt exordium: Non autem quo ad Ecclesiam vniuersalem, vt patet per iam dicta suprà.

Item allegant c. de Cõstantinopolitana, 22. dist. Vbi dicitur, Si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis non sit papæ subiectus. Sed respondetur, illud non probare, quòd vniuersalis Ecclesia sit subiecta papæ, attento quòd ibi non fit sermo de vniuersali Ecclesia, sed de culpis singulorum Episcoporum Ecclesiarum particularium, à Romana distinctarum, qui non faciunt Ecclesiam vniuersalem.

Item allegant c. Antiqua, de priuilegijs, vbi dicitur, quòd Romana Ecclesia est mater vniuersorum Christifidelium: Sed respõdetur, illud esse intelligendum verum, respectu cæterarum Ecclesiarum, quibus Romana prælata est: non aũt respectu vniuersalis Ecclesiæ, cui Romana non est prælata, vt patet per iam dicta suprà.

Item allegant c. primũ de Renunciatione, lib. 6. vbi dicunt * haberi potestatem regere vniuersalem Ecclesiam, & illi præsidere. Sed respõdetur, quòd illa verba nõ sunt ibi dispositiuè posita, sed narratiuè, narrando verba quæ illi Curiosi vltra modum dicebant in q. An esset illicitum papæ renunciare papatui, quando agnoscebat se insufficientem ad regendam vniuersalem Ecclesiam. Et sic cùm non sint dispositiua, non fundant intentionem allegantium.

* f. haberi, eã habere

Item allegant c. primum, 22. dist. vbi habetur, quòd Ecclesia Romana est fidei mater. Sed respondetur, illud esse intelligen-

dum ratione prædicationis, quam Petrus primus post Christum in populis exercuit, & Ecclesia Romana alias Ecclesias instituit, 11. dist. Quis nesciat? Et sic illud non inferre, quòd Ecclesia Romana sit vniuersa: nec, quòd Ecclesia Romana fuerit prælata vniuersali Ecclesiæ. Et per hoc etiam respondetur ad dictum Ambrosij, in eodem c. dicentis, quòd ipse professus est se velle in cunctis sequi sanctam Romanã, quoniam istud non probat, Ecclesiam Romanã fuisse prælatam vniuersali Ecclesiæ.

Si prælata est omnibus particularibus, quomodò nõ etiã vniuersæ?

Item allegant, q̃ Christus fundauit Ecclesiã supra Petrum. Sed respondetur, hoc esse falsum, quoniã illa verba, & super hanc petrã, nõ referuntur ad Petrũ, sed ad Christum, iuxta id, Petra autem erat Christus.

Matt. 16. c

1. Co. 10. a

Item allegant c. Ita dñs, 19. dis. cuius verba etiã ponuntur in c. Fundamenta, de ele. lib. 6. Sed ad illud fuit respõsum in primis responsionibus suprà scriptis.

Item allegant verba per Christum dicta Petro. Sed respõdetur, quòd per illa Petrus non fuit prælatus vniuersali Ecclesiæ, sed particularibus Ecclesijs, vt suprà fuit ostensum, secundum Gregorium & Gelasium.

Gregorij & Gelasij sunt contra vos.

Itẽ allegant glosam cap. In nouo, 21. dist. quæ habet, quòd Apostoli fuerunt pares in consecratione & ordine, non autem in administratione. Sed respondetur, quòd licet Petrus fuerit alijs maior in administratiõe, hoc non infert: & quòd Petrus non fuerit prælatus Ecclesiæ vniuersali, patet per iam dicta suprà.

Item allegant, quòd Apostoli voluerunt Petrum esse principẽ eorum. Ad quod respondetur, nõ reperiri quòd ipsum voluerunt esse principẽ Ecclesiæ vniuersalis. Nec vnquàm talem principatum habuit à Christo, vt patet per iam dicta suprà, secundum Gregorium & Gelasium.

Nota acumen.

Item allegãt c. Sacrosancta, 22. di. Sed ad illud patet responsio per iam dicta suprà.

Item allegant glosas & textus, dicentes quòd papa non habet superiorem in terris. Sed respõdetur hoc * verũ, saluo iure thalami Christi, quando concilium generale nõ est congregatum. Sed quando est legitimè cõgregatum, superioritatem habet in papa, vt suprà in primis respõsionibus ostẽsum est. Et isto modo respondetur ad notata per Vuilhelmum in speculo, titulo de legatis, §. nunc ostendẽdum, ver. 99. & per Baldum in l. rescripta &c.

* esse

Item allegant papam impunè posse tollere cõstitutionem Concilij generalis, cõtra prohibitionem ipsius Concilij generalis, supponentes papam esse pastorem vniuersalis Ecclesiæ. Sed ipsorum suppositum est falsum, & consequenter ipsorum assertio super illo fundata, est falsa, vt patet per iam dicta suprà.

Nihil certius, quàm Papã vniuersæ Ecclesiæ esse pastorem.

Itẽ allegãt c. vbi maius, de elec. li. 6. in §.

cæterùm, vbi dicitur, quòd papa est rector vniuersalis Ecclesiæ. Sed respõdetur, quòd illa verba, vniuersalis Ecclesiæ, exponi debent, i. oĩm Ecclesiarũ particularium, membra vniuersalis Ecclesiæ existentiũ, vt patet ex his quæ habẽtur in c. Eccè, 99. dist. & in c. quanuis, 21. dist. Estq; dicta expositio necessaria, vt patet per iam dicta suprà. Præterea notandum, quòd Gregorius 10. dicta verba protulit, tempore quo Cõcilia generalia non frequentabantur, & ad potestatẽ Ecclesiæ vniuersalis pauci respiciebant: & isto modo potest responderi ad illa iura, si quæ allegentur ad probandũ, q̃ papa præsit Ecclesiæ vniuersali: quòniã exponẽda sunt taliter, q̃ veritati declaratę per B. Gregoriũ in dicto c. Eccè, & per Gelasium in dicto c. Quanuis, non obuient, i. contradicant.

Ifti pontifices nihil faciunt ꝓ vobis.

Item allegant dicta Augustini, Gregorij, S. Thomæ, Cyrilli & Rabani, & quorundã aliorum. Sed respondetur, q̃ fundãtur super verbis dictis Petro à Christo, quę sanè intellecta iuxta iam dicta suprà, non fundant papam præsidẽtiam habere supra corpus vniuersalis Ecclesiæ. Nec obstant illa verba, Pasce oues meas: quæ si intelligãtur de pascuo spirituali, illud est cõpræhensum sub potestate ligandi & soluendi, quæ data est Ecclesiæ principaliter, vt suprà ostẽsum est, attento quòd nullus debet prædicare, nisi mittatur ab Ecclesia, vel à Petro nomine Ecclesiæ. Si aũt intelligantur, de pascuo corporali, tunc cùm illud pertineat ad Ecclesiam vniuersalẽ, vt patet in Actibus Apostolorum, vbi distribuebatur vnicuiq; ꝓut sibi opus erat, non censetur per hoc Petro amplior potestas data, quàm Ecclesiæ vniuersali, & sic cessat argumentum.

Ioan. 21. d

Petrꝰ Christi est vicarius.

Act. 4. f

Nec obstat, si pro eis dicatur, quòd papa præsidet Ecclesiæ Romanæ, c. Licet, de cõstitutionibus, li. 6. & cæteris Ecclesijs quæ faciunt vniuersalem, vt in dicto c. quanuis: quoniã respondetur, q̃ ad hoc quod papa præsideret vniuersali Ecclesię, requireretur q̃ ipse præsideret capitibꝰ & membris oĩm Ecclesiarum per orbem institutarũ, vt patet in dicto c. quãuis, ibi dũ dicitur, vniuersæ. Sed papa nõ ꝓsidet capiti Ecclesiæ Romanę, qa sibijpsi præsidere non potest. Igitur non ꝓsidet vniuersis Ecclesijs vniuersalem facientibus.

Ecce ad quas inepcias dilabimur, dũ veritatem oppugnamus.

Item allegant c. Si summus, de sententia excommunicationis in Clemẽtinis, vbi papa dicitur summus pontifex. Sed respõdetur, quòd nõ debemus respicere, quid papa ibi fecit, sed quid facere debuit: & constat, q̃ nõ debet se appellare summum, vt suprà in principio fuit probatũ. Igitur &c. Et eodem modo potest respõderi ad c. Vbi maius, de elect. lib. 6. Vbi papa nominatur rector vniuersalis Ecclesiæ: & suppositio sine præiudicio veritatis, quòd posset se appellare summum, hoc esset referendum

Eccenegat Papã esse summum pontificẽ. Sed hæc merces est temeritatis.

respe-

respectu Ecclesiarũ particularium, non aũt respectu Ecclesiæ vniuersalis, cui non præsidet, vt patet per iam dicta suprà. & de potestate Ecclesiæ dicit Apostolus ad Ephesios, quòd Ecclesia est corpus Christi & plenitudo eius. Et Augustin. lib. de symbolo, tractatu 4. dicit, quòd Ecclesia est sponsa Christi, quodq̃ totum possidet, & à viro suo accepit in dotem.

Ephe. 1.

Quibus attentis, constat papam nõ esse supra Ecclesiam vniuersalem: nec per consequens, supra Concilium generale ipsam repræsentans: quodq̃ præmissis attentis, nõ potuit dñs Eugenius quartus, neq; potest dissoluere hoc Concilium generale sine consensu ipsius cõcilij: sed ei, iuxta decretum Concilij generalis Constantien & alia supradicta, obedire tenetur.

Et sic est finis, atque sufficit.

EVGENII PAPAE QVARTI EPISTOLAE AD vel contra synodum Basileensem, hîc seorsim congestæ, & iuxta datas ipsarũ, quantùm ex ipsis diuinari licuit, digestæ.

BVLLA MISSA A DOMINO NOstro Papa, dño Archiepiscopo Colonien.

EVgenius episcopus seruus seruorũ Dei, Venerabili fratri archiepiscopo Colonien, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniã ex multorum relatione sentimus murmurare nonnullos, audita dissolutione Concilij, si quod esse congregatum videbatur in ciuitate Basileen, opinantes forsitan nos subterfugere velle Concilium, quod semper optauimus fieri, & optamus, nos fraternitatẽ tuam auisatam fecimus per presentes, quòd illa fecimus cũ maturo cõsilio & deliberatione iustis ex causis in literis nostris expressis, quę non fuerunt fictæ, vt aliqui garriunt, sed verę & efficaces fuerunt. Etiã sunt aliæ causæ, quas nolumus specificè exprimere, quia manifestari nõ possent sine quorundã principum nota: sed si omnes aliæ causę defuissent, vna potissima fuit per se oĩbus nota, infirma scilicet nostri corporis valetudo. Nos enim qui in minoribus constituti, in Constantien Concilio reformare Ecclesiam cupiebamus, iam in pontificatu nostro desiderium illud nostrũ perficere, & in tam pio opere laborare psonaliter plurimum affectamus. Ideo concilium indiximus in ciuitate Bononien. Neq; eñ cum agendum sit de reformatiõe vniuersalis Ecclesiæ, cuius directio & cura principaliter ad nos pertinet, & de nõnullis alijs grauissimis rebus cõcernentibus statũ reipublicæ Christianæ, nobis inconueniẽs visum est, tantam rem fieri debere per legatũ sine nostra presentia, & venerabiliũ fratrũ nostrorũ sanctę Romanę Ecclesiæ cardinaliũ. Sed sicut ei placuit, cuius inscrutabilia consilia, grauissima personæ nostræ superuenit infirmitas, à qua licèt paulatim cõualescere incipiamus, tñ nõ omninò liberati sumus, ita vt possimus sine certissimo mortis periculo ad remotiores partes accedere. Igitur in loco magis vicino Concilij celebrare, & in eo ꝓsidere decreuimus. Quare nemo iustè succensere nobis potest, si ex omni voluntate Dei quã ostendit in nobis, illud dicimus, quod ei gratũ & vtile Ecclesiæ fuæ fore nõ dubitamus. Miramur itaq; venerabilis frater de quibusdã, qui magis quærentes euertere & deformare, q̃ stabilire & reformare Ecclesiã, hæreses fouere & bella suscitare, prout hactenus notoriè fecerũt, q̃ præmissa extirpare, & in dulcedine pacis reducere: obloquuntur & studeant contra voluntatẽ & decretum nostrũ, episcopos & prælatos in Basilea sub nomine concilij congregare, non vt ibi per eos reformetur, sed vt penitus obruat status Ecclesiæ, & fides catholica cõfundatur. Licèt archiepiscopi & episcopi, quo ad reformationẽ in vita & moribus, diffinitiuas voces habeant in Cõcilio generali, tñ ex iuramẽto priùs prestito, parere & obedire mandatis Apostolicis sunt adstricti: nec remanere Basileæ qui erãt nec de nouo accedere, sed potiùs ad veniendũ Bononiã se præparare debuissent, postquàm decreti nostri notitiã habuerũt. Pleriq; stare & accedere sunt coacti, in quibꝰ nec ius, nec authoritas cõcilij generalis consistit, quorũ voces & deliberationes minimè * libent, cùm ab eorũ qui cõpulerũt, voluntate depẽdeant. Itaq; digni non sunt neq; habiles, qui dent legẽ Ecclesiæ, neq; alijs nationibus, neq; religioni Christianæ. Nos enim in concilio proximè celebrando Bononiæ in tẽpore constituto vel citiùs quãprimùm sufficiẽs numerus ꝓlatorum aderit, videbimus, iudicabimus cũ concilio in talibus oportuno super causa eorũ, qui Basileæ remanserũt, vel illuc nouiter accesserunt, & inspirante nos Dño, qui inspirat iusta & sancta consilia in his, ad q̃ conciliũ Basileæ fuit principaliter ordinatum, salubriter prouidere conabimur. Quare venerabilis frater, cùm tibi etiàm qui in Ecclesia Dei notabile mẽbrũ existis, solers immineat cura ꝓmissorũ, qui de veritate rerum & statu personæ nostræ es pleniùs informatus, qui vides in hoc turbine fluctuãtium voluntatum, sub hac informitate asserti cõcilij, rem Ecclesię periculosè committi, q̃ maioribus consilijs indigeret: quibus vtinam oẽs debito in tempore sufficere possemꝰ. & sentire potes, nõ per vniuersalẽ Christianorũ voluntatẽ, sed per aliquos cõspiratores, ad pernicię Ecclesiæ ꝓlatos, fictisq; rõnibꝰ, coloratisq; argumẽtis inducì, & nõnullos exq̃sitis modis & comminationibus impelli, vt ad id assertũ

for. *liberæ sunt

concilium vadant, quòd & lapsu temporis & nostra authoritate est dissolutũ. Fraternitatem tuã in dño exhortamur, quatenùs per nuncios & literas tuas, quomodocunq; noueris aptiùs cõuenire, retrahere procures prælatos circunstantes, & temporales dños exhortari, vt ipsos retrahãt à dicto asserto concilio Basileen. Et si qui iam iuissent, hos penitus reuocare, in q̃ maiori numero fieri potest, ipsos inducẽdo, vt ad indictum per nos Bononien concilij supradictum, vt tenentur, debito tempore quãto citiùs poterunt, venire procurent: & tẽporales dñi suos oratores, ad dictũ Bononien concilium mittãt, qui suis honoribus assint, negocia dirigant, & iustis deliberationibus foueant, sicut de Christiana eorum deuotione speramus: quo in tẽpore tu etiã ad ipsum Bononien concilium debeas aduenire. Qua in re omnem tuę virtutis consuetum vigorẽ excitamus in hac iusta causa Ecclesiæ Dei, vt omnis mundus intelligat, sancto operi sanctas te atq; feruentes operas posuisse, & nos ad meritos tuos honores feruentiùs animemur, nobis de tẽpore in tẽpus notificando, quantũ (vt speramus), virtus tua profecerit, & prosecuta fuerit in prędictis. Data Romæ apud S. Petrũ, anno incarnationis dñicę 1431. 3. Idus Februarij, pontificatus nostri anno primo.

INFORMATIO MISSA PER dñm nostrum papam ad regẽ Romanorũ per dñm Iacobum archiepisc. Ebreduñ, deliberata circa modũ se habendi p dños Prælatos & alios Basileæ cõgregatos.

QVia impossibile est, sine fide placere Deo, & sanctiss. dñs noster sub continuata religionis Christianæ institutione à puero vacauerit fidei obseruationi, nihilq̃; amplius desideret, post animæ salutem, q̃ ipsius fidei obseruationem & incrementum: placet contentatur eiusdem sanctitati, q̃ existẽtes in loco p̃dicto Basileen & qui erunt, authoritate per dñm nostrum eis concedenda, & præsidẽtibus nuncijs siue legatis per sanctitatẽ suam deputandis, intendere possint & valeant hęresum extirpationi, vigentium in partibus vltramontanis, & potissimè Bohemorum nunc vrgenti, tam per instructionem, q̃ per reductionẽ eorum ad sacrosanctã fidem catholicam, & alijs vijs debitis, licitis & honestis: prouiso tamen, q̃ si orianẽ dubia notabilia seu magna, eiusdem dñi nostri cum consilio concilij & dñorum Cardinaliũ sit decisio authoritatiuè, vel remittantur ad Concilium aliud futurũ, vbi dñs noster p̃sonaliter interesse possit, si p̃dicti Basileen malũerint.

Item placuit contentabiturq̃; dño nostro, quòd prædicti circa reformationem morũ in omni statu Ecclesiastico inuigilare habeant, & aduisare particulariter, prout spiritussanctus ministrabit vnicuiq̃;, prouiso quòd eorum auisamenta per oratores suos ipsi domino nostro transmittãt: qui correcto & addito, quod suæ sanctitati videbitur, communicatione facta correctoribus & additoribus existentibus in Basilea, firmitatem obtineant, prout domino nostro videbitur, approbantibus vel in Basilea cõgregatis: & si non concordauerit sanctitas domini nostri cum prædictis, remittantur ad futurum aliud Concilium, in quo dominus noster interesse possit, vt per hæc & alia debitus honor sedi Apostolicæ seruetur, & ei deferatur.

Item quia pacis bonum inter omnia desiderabile est, cùm non nisi pacis in tempore benè colatur pacis author, placuit contẽtatur domino nostro, quòd prędictis omnibus ad auisandum se de pacis procuratiõe interponant, media ad eam quærant, & eidem efficaciter intendant, salua semper in omnibus prædictis sanctæ sedis Apostolicæ authoritate: Cui deuotè obsecũdare tenentur, qui Christiano nomine gloriãtur. Et propterea remittenda est ei decisio saltem, vt superiori capitulo continetur.

Item quòd omnia & singula, requisitiõnes, exhortationes, mõnitiones, citationes, dierum appositiones & processus incepti, & qui inciperentur post præsentium concessionem per Basileæ congregatos, contra quascunq; personas cuiuscunq; dignitatis aut conditionis existant siue status, & omia per quæ, siue quorum medio siue authoritate ad ipsos vel ipsas vẽtura est, pro nõ factis habeantur, perindeq̃; sit, acsi nullo vnq̃ tempore facta, facti, seu factę extitissent: ita quòd omia remaneant in statu, in quo erãt ante dictam congregationẽ Basileæ, & etiã omnes monitiones, citationes & processus incepti in audientia contradictarũ & alibì authoritate Apostolica, & qui inciperentur post præsentium concessionem contra dictos Basileæ cõgregatos, seu singulares eorundem, qui ibidèm erant, existant aut fuerint, habeanẽ pro non factis, acsi nũquàm euenissent, siue facti aut factæ extitissent, ita quòd in nomine dñi nostri Iesu Christi in vera pace, charitate non ficta, & bona vnione animarum, modo & forma præinsertis, & non aliter nec in alijs cum maturitate debita procedatur, vnà cũ legatis domini nostræ papæ deputandis.

Item paratus est dominus noster abbreuiare tempus concilij proximè futuri Bononiæ, & etiam locum mutare, dummodò fiat in terris Ecclesiæ immediatè subiectis in Italia, vbi dominus noster cũ sacro collegio possit personaliter p̃sidere, iuxta cõsilium in Basilea existẽtium, & ibidem poterunt conuenire & papa & dominus rex personaliter in concilio, vbi multa bona fieri poterunt, quæ fieri non possent sine papæ ad minùs præsentia.

TENOR

TENOR LITERARVM APOstolicarum de potestate Legati papę moderni præsidẽ concilio.

EVgenius episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Iuliano S. Angeli diacono cardinali, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicã benedictionẽ. Qui primum fuimus diuina fauente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, venit nobis in mentem, quãtum mundo vtilis & necessaria Ecclesiæ legatio tua, cũ qua fuisti per sedem Apostolicam destinatus ad Alemaniæ & nõnullas alias partes pro causa fidei & ordinatione concilij generalis, & alijs cõmissionibus specialibus de reb⁹ magnis & arduis, datis circũspectioni tuę. Propterea placet nobis, & volumus vt legationẽ huiusmodi p causa fidei & alijs specialibus cõmissionibus tibi factis, quantũ tibi gratia diuina cõcesserit, cõtinues atq; perficias cũ illis modo & forma, potestate & facultatibus tibi datis atq; concessis, p felicis recordationis Martinũ papam quintũ prædecessorẽ nostrũ, prout in ei⁹ literis pleniùs continetur. Circa verò negociũ cõcilij generalis, quia in pluribus mutationẽ esse factã sentimus, omia q̃ emerserint vel ad notitiã tuã puenerint, celeriter nobis scribas cũ consilio tuo, qualiter in talib⁹ prouidendũ & agendũ esse videat, significãdo nobis oẽm illarum rerũ statũ particulariter & distinctè. Datũ Romæ apud S. Petrũ, 4. Idus Martij, pontificatus nostri anno primo.

BVLLA REVOCATIONIS commissionem factam domino cardinali Legato, de cõcilio cũ causis inibì expressis.

EVgenius episcopus seruus seruorum Dei, dilectio filio Iuliano S. Angeli diacono Cardinali, sedis Apostolicæ legato, salutẽ & Apostolicã benedictionẽ. Postq̃ diuina clementia, ad apicẽ summi apostolatus, licèt immeriti, assumpti fuim⁹, nihil dignitati nostræ & amplitudini sedis Apostolicæ magìs conuenire putauimus, q̃ omni studio & diligẽtia prosequi, vt personę Ecclesiasticæ, quãtum humanæ fragilitati cælitus permissum est, per semitam Iesu Christi incedentes, abiectis illecebris cũ synceritate religionis & fidei vitam honestã ducerent, & Deo, prout professi sunt, seipsos veris effectibus dedicarent. Quod cõsiderantes, & in animo nostro sæpiùs repetentes, ac ea quę per felicis recordatiõis Martinum papam 5. prędecessorem nostrũ, circa celebrationẽ Basileen concilij iuxta ordinationẽ Cõstañ synodi instituta fuerũt, qui tibi in dicto Basileen concilio præsidẽdi, & huiusmodi conciliũ, si & quando prudẽtiæ tuæ videretur dissoluendi, & pro alio cõcilio iuxta statuta præfata synodi in decennio celebrando, alium locum assignandi, plenã per varias suas literas dedit facultatem, Deo propicio, absoluere & perficere intendentes, de venerabiliũ fratrũ nostrorũ consilio, circunspectioni tuæ, ex quo in ingressu tuo ad Alemaniæ partes nulli prælati in Basilea pro celebratione cõcilij erãt congregati, dedimus in mãdatis, vt interea circa expeditionẽ contra Bohemos hæreticos, tibi etiam cõmissam vacares, & deinde ad ciuitatem Basileen dicti concilij locum accederes, & ibidèm nostro & Ecclesię nomine præsideres. Verùm licèt ad opprimẽdam dictorum hæreticorum perfidiam, osa à te prudenter & solicitè gesta sint, & nihil ad hoc sanctum opus pertinens, prętermissum, tamẽ occulto Dei iudicio permissum est, vt infelix ac turpis illa catholicorũ fuga sequeretur, posteaq̃ præmissis dilectis filijs magistro Ioãne *Polomar palatij Apostolici causarũ auditore, ac Ioanne de *Raguseio in Theologia magistro & ordinis fratrum Prædicatorum procuratore, ad dictam ciuitatem profectus es, & omia iuxta desiderium cordis nostri circa reformatiõnem cleri, extirpationem hæresum, pacẽ & salutem Christianorum, quãtum in te fuit, efficere procurasti. Tandem cùm post lõgam tuam moram, requisitis insuper à tua circunspectione prælatis & alijs, parua ibidèm cõgregatio facta fuit, de consensu eorum qui in dicta ciuitate existũt, dilectum filium Ioãnem Pulchripatris in Theologia magistrum canonicum Bisuntiñ, pro plena informatione dispositionis concilij ac belli & turbationis illarum partium, ad nos & dictos fratres nostros destinasti, quem vnà cum dictis fratribus nostris, licèt infirmitate grauati, libenter audiuimus, & omia per ipsum tam nobis vnà cũ prędictis fratribus, q̃ commissarijs nostris ad eum audiendum per nos posteà deputatis, facũdè & prudẽter explicata plenè intelleximus. Qui enarrauit inter cætera, q̃ in partibus Alemaniæ specialiter clerus multipliciter deformatus erat, quodq̃; pestis illa Bohemica ad multas Alemaniæ partes serpens, venenum suũ effuderat, & partes illas tam detestabili labe inquinauerat. Quodque etiam exindè in partibus Basileæ infinita scandala suborta erant, cùm nonnulli oppidani sectam Bohemorum imitantes, clerum persequerentur, & crudeliter trucidarent. Addidit præterea alias difficultates & pericula, q̃ ex bello inter dilectos filios nobiles viros Philippum Burgũdiæ & Fredericum Austriæ duces proueniebãt. Nam hi armis decertãtes, terras dictæ ciuitati propinquas habentes, asserunt transitũ ad Basileam, sine formidine & periculo fieri nõ posse. Præterea celebrationẽ concilij & reformationẽ Ecclesię plurimùm oportunam esse asserebat. Quæ omnia ac plura alia satìs nota, quæ honestatis gratia prætereunda & *subijciẽda sunt, cõsiderantes, quanuis anteà varijs nuncijs ac li-

Cõmẽdatio legati.

Narrat inconueniẽtias.

Procœmiũ pro reformatione cleri.

for. *subticenda

Cauſę cōcilij prorogati.

ac literis cognita nobis eſſent, ac exiſtimātes ob tot difficultates & pericula prelatos forſitan tanto tempore expectantes, Baſileam non veniſſe,ſeptenniumq́; in quo cōgregari debebant,elapſum eſſe, & ſi de nouo vocarētur,pericula & difficultates prædictas allegarēt, nec ad ſubeūda huiuſmodi pericula honeſtè cogi poſſent, ac etiam verſantes in animo noſtro,quòd cū tot facultatib⁹,impedimentis &periculis,hyems etiam inſtat,& noua vocatio ad concilium celebrādum,quam idem Ioannes Pulchripatris affectare videbatur,fruſtrà fieret,niſi aliquod cōueniens temporum ſpatium interponeretur. Cumq́ue etiam his proximis diebus chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitañ nuncupatus, oratorem ſuū ad nos & præfatos fratres noſtros deſtinauerit,qui exponendo nos requiſiuit, vt iuxta ordinationem dicti prædeceſſoris pro vnione Orientalis Eccleſiæ cum Romana & Occidentali Eccleſia concilium celebraretur:nosq́; conuentiones & ordinationem dicti prædeceſſoris etiam cum conſilio dictorum fratrum noſtrorum approbantes, ipſisq́; Græcis poſtulantibus,iuxta conuētiones dicti prædeceſſoris, expenſas galearum eos ad concilium conducere,&ipſo finito,ad partes ſuas reducere debētium, & alias expēſas opportunas & neceſſarias obtulerimus:multaq́; etiam loca Italiæ, cum alibì pro Græcis cōmodè fieri non poſſet, pro celebratione dicti Concilij,eorumq́ue reductione ad ritum Romañ Eccleſiæ per nos oblata fuerint, dictusq́ue orator noſ certo: effecerit,Imperatorē & patriarcham præfatos alios ſuos oratores cum plena poteſtate tranſmiſſuros eſſe,qui ex oblatis in Italia locis aliquem præſertim cū plena poteſtate Bononiam acceptabunt,prout ad p̄fatum prædeceſſorem ante ſui obitus notitiam tranſmittebant. Cumq́; ſi noua prelatorū vocatio,vt p̄mittitur,fieret,hęc duo concilia vno propè tempore concurrere videantur:& ſi ea diſiuncta fieri & celebrari cōtingeret,vnum ex altero debilius & minoris efficeretur authoritatis: hæc inſupèr vnà cum dictis fratribus noſtris animo noſtro contemplantes,cùm in vniuerſa republica Chriſtianorum nihil deſiderabilius contingere poſſet,q̄ videre Græcos tanto temporis interuallo à dicta Romañ Eccleſia diſiunctos,ſub ritu ipſius Eccleſię & veritate catholicæ fidei reductos eſſe,& illam Græciæ nationem, quæ tot ſanctos patres & viros egregios & ſapientes genuit, qui humano generi tam ſacrarum q̄ ſeculariū literarum ſeminarium dederunt, Romañ Eccleſiæ vnitam, & ſub ipſius vnico ouili reductam.his & alijs rationabilibus cauſis inducti,vt tam reformationem cleri & Eccleſiæ ac extirpationem hæreſum,ac paci & tranquillitati Chriſtianorum, q̄ etiā Græcorum reductioni,quæ omnia ſummis deſideramus affectibus,prouidere perſonaliter valeamus, circunſpectioni tuæ ipſum cōcilium,ſi quod adhuc pendere videatur, diſſoluendi:& nihilominus ante diſſolutionem huiuſmodi in ciuitate noſtra Bononieñ,vbi Deo authore perſonaliter intendimus preſidere,vſq; ad annum cum dimidio à die diſſolutionis huiuſmodi cōputādum,nouum concilium indicendi,aliudq́; pro tempore decennij iuxta ordinationem dictæ Conſtantieñ ſynodi in loco, vbi tibi cum conſilio eorum,qui in Baſilea pro cōcilij cauſa exiſtunt, videbitur, ſimiliter indicendi,ac omnia alia in præmiſſis agendi, diſponēdi,ſtatuendi, exequendi & cōcludendi,quæ pro ſtatu & honore noſtro, & dictæ Romañ Eccleſiæ,ac pace & tranquillitate reipublicæ Chriſtianæ noueris prorſus futura,plenam & liberam de ipſorum fratrum,videlicet Iordani Sabineñ, Antonij Oſtieñ & *Velletteñ, Hugonis Prænestiñ epiſcoporum,&dilectorum filiorū noſtrorum,Ioannis tituli S. Laurentij in Lucina, Antonij tituli S.Marcelli, Ioannis tituli S. Sixti,Franciſci S.Clemētis,Angelotti tituli S.Marci presbyterorū, Lucidi S. Mariæ in Coſmedin,& Arcidini ſanctorum Coſmæ & Damiani,ſanctæ Romañ Eccleſiæ diaconorum Cardinalium conſilio, authoritate Apoſtolica tenore præſentium cōcedimus facultatem pariter ac poteſtatem, ratum & gratum habituri,quidquid per te ſup̄ præmiſſis propoſitum,deliberatum, ordinatū, ſtatutum,ac decretum & conſultum fuerit, idq́; faciemus,authore dño, vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicę 1431.2. Idus Nouēbris,pontificatus noſtri anno primo.

*Ardecinī

Ego Iordanus epiſcopus Sabiñ,dño noſtro præfato aliqualiter impedito, ac de eius mandato præſentibus præſcriptis dominis Cardiñ,manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabiñ, nomine meo proprio ſubſcripſi.

Ego Antonius epiſcopus Oſtieñ, manu propria ſubſcripſi.

Ego H.epiſcop⁹ Prænestiñ,nomine meo proprio ſubſcripſi.

Ego Ioannes tituli S.Laurentij,ſubſcr.

Ego Antonius tituli S.Marcelli, ſubſcr.

Ego Ioānes tituli S. Sixti presbyter cardinalis,me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tituli S. Clementis presbyter Cardinalis,ſubſcripſi.

Ego A. tituli S. Marci presbyter Cardinalis,ſubſcripſi.

Ego Lucidus cardinalis de comitibus S. Mariæ in Coſmedin,ſubſcripſi.

Ego Ardecinus ſanctorū Coſmæ & Damiani diacoñ cardinalis,ſubſcripſi.

LITERA REVOCATIONIS concilij,publicata Romæ & alibi.

EVgenius &c.ad futuram rei memoriā. Vniuerſis &ſingulis Chriſtifidelibus, præſentes literas inſpecturis,ſalutē & Apoſtolicam benedictionē. Quoniam alto &

Pſal. 115. incomprehenſibili Domino reddere conſtituimus vota noſtra in conſpectu omnis populi,& in atrijs ſanctis ei⁹, poſtquàm claues Domini ſuſcepimus,& B.Petri nauiculam gubernamus,ſuppreſſi magno pondere,inter procelloſos mundi motus eſſe videmur conſtituti, contuemur enim ſubortam iſta tempeſtate prophanā hæreſim Bohemicorum,quaſi venenum inficere præcordia fidelium,inq́ue dies mortali contagio ſerpere,taxareq́; animos titubantiū populorum,& Græcorum errores, ad quorū extirpationem ſalubribus experimentis p̄uidebatur,propter emergentia incómoda perdurare hoſtes adorandæ crucis ab Aſia & Africa inter Europam vaſta cæde atque calamitate iualeſcere cōtra populū Chriſtianum,& ipſos principes populosq́; fidelium inter ſe concertantes deſæuire,& clerum in diuerſis mundi partibus reformatione plurima indigere. His igitur prophanis malis afflictati,clamare cogimur ad nominum:Excita potentiam tuam, & veni, vt

Pſal.79. ſaluos facias nos. Deus conuerte nos,oſtēde faciem tuam,& ſalui erimus. Dñe Deus virtutum,conuerte nos.His & alijs cogitationibus laniantibus mentem noſtram,alta nos cura ſolicitat,*quòd tot malis obſtare & Chriſtianæ ſaluti prouidere poſſumus.

for.*quomodo

Et dum affectiōem noſtram flagrantiſſimā attendimus, vehementiſſimè concitamur: dum verò gerendarum rerum magnitudinem,loca & tempora menſuramus,neceſſitatem conditionis humanæ recordamur, quoniam res tam arduas, tamq́; difficiles, luſtrare breui ſpatio non valemus: attento maximè, quòd dum ſe. Re. Martinus papa 5.prædeceſſor noſter,dilectum filium noſtrum Iulianum S.Angeli diaconum cardinalem,pro celebratione Baſileeñ cōcilij ad ipſam ciuitatem Baſileeñ deſtinaſſet, dum nulla adhuc ibì congregatio prælatorū facta foret,ipſe Cardinalis, ne interim tēpus vacuum deduceret, verſus Bohemiam ſe tranſtulit,ſicūt habuerat in mandatis,ſicuti demum facta occulto dei iudicio catholicorum fuga,præmiſſis ad ipſam ciuitatem

*Polmar Baſileeñ dilectis filijs Ioāne*Polomari palatij Apoſtolici cauſarum auditore,&Ioanne de *Baguſia in Theologia magiſtro ordinis Prædicatorū procuratore,Cardinalis profectus ad ipſam ciuitatem, requiſitisq́; prælatis partium diuerſarum,paruaq́; ibidē cleri congregatione ſequuta, de conſenſu eorum qui in dicta ciuitate exiſtunt, dilectum filium Ioannē Pulchripatris in Theologia magiſtrum canonicum Biſuntiñ, ad

*Raguſio

nos & dictos fratres noſtros tranſmiſit,qui nobis inter cætera facundè & prudēter explicauit,ſignificauitq́; deformationē cleri in partibus illis,& nefandam ipſius hereſis peſtem pullulare indiès,& iam vſq; ad partes Baſileę proximas adueniſſe,ſequutis indè ſcandalis & cladibus abominandis.nam hæreſis prædictæ imitatores, clerum inſequētes,aliquos turpiter expulerunt,& nōnullos inhumaniter trucidārunt. Addidit etiam diſcrimina principatus guerræ inter dilectos filios nobiles viros Philippū Burgundiæ & Fredericū Auſtriæ duces,aliasq́; difficultates,ex quibus tamen nouam prelatorum vocationem ad Baſileam affectare videbatur. Nos quidem examinantes conditionem mundi, temporum & locorum, quòd inſtat tempus hyemis,quodque loca circunſtantia Baſileā,potiſſimè verſus Auſtriam & Burgundiam,minùs eſſe tranſitu ſecura ferebātur,vndè veriſimile fuit, prælatos in Baſilea diutiùs expectatos non veniſſe,qui etiam cōſideratis difficultatibus, temporum ineptitudine,pericula bellorū, non veniendi rationes allegare poſſent. Et ſi qui pauci veniſſent, tractādis rebus multis & magnis non ſufficerent: quodq́; p̄terijt tempus ſeptēnij,in quo ſecundū ſtatuta Conſtantieñ concilij,ſine alia vocatione debebant congregari. Super hęc oñia, quæ animo noſtro verſabamus, quia propter certas conuentiones vnionis & reductionis Græciæ Orientalis Eccleſię in Romana & vniuerſali Eccleſia,initas & tractatas inter ipſum prædeceſſorem noſtrum & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, de quorum numero eramus, & oratores in Chriſto Ioānis Palæologi Imperatoris Cōſtantinopolitañ illuſtris,& venerabilis fratris noſtri Ioſeph apud Græcos Conſtantinopolitani patriarchæ, ipſi Imperator & patriarcha his diebus ſuos ad nos & præfatos fratres noſtros oratores tranſmiſerunt, requireñ ex tractatis eiſdem pro vnione & reductione prædictis,quòd ſicuti cum prędeceſſore noſtro & fratribus eiſdem conuenerāt,dignaremur exequi, & in loco eis apto generale concilium facere conuocari. Requireñ etiam præmiſſas expenſas, & alia ſibi ſecundum dictas conuentiones p̄miſſa.vndè nos & oblatiōes propter executionē tanti boni,pro aduenturis prelatis, & oratoribus eorum ad Italiā, pro manſione, & pro ſuo reditu ad Græciam,pro galeis & alijs neceſſarijs obtulimus impenſas oportunas. Cum quibus Græcis, dum nominatæ fuiſſent Roma, Ancona & Bononia, & alia Italiæ loca, demum licèt Roma nobis & fratribus noſtris commodior extitiſſet, in Bononiā putamus aptiùs conuenire,quę propter habilitatē nauigationis eorū, & p̄pter aditū viciniorem vltramōtanorum ad Italiā,capacitatē loci & alias conditiones,

idonea reputatur: quò prefati patriarcha & Imperator solennes suos oratores ad nos transmittere promiserunt, sicut ante notitiá obitus prefati nostri prædecessoris trâsmittebant. Considerantes itaque prædicta, & quòd in tota republica Christianorũ nihil sanctius & optabilius esse posset, quàm Græcam Ecclesiam, olim tot sanctis & viris Ecclesiasticis clarissimis illustribus, dimissis erroribꝰ, reductam videri ad ritum Romañ & vniuersalis Ecclesiæ: comprehendimus necessarium esse, ad cõueniens spatiũ temporis in Bononiam generale Conciliũ cõuocari. Nam si prælati Basileam de nouo vocarentur, qui conuenire non possent sine temporis interuallo, vtrunq; concilium ferè vno tempore cõcurreret, & sic vtrunq; minoris authoritatis haberet, nec prælati in vtroq; possent interesse, nec posset vtrunq; generale Concilium nominari. Vndè pro ipsorum commoditate, ne bis habeant cõuenire, & causis superiùs declaratis, & alijs magnis & vrgentibus, suis loco & tempore declarãdis, magis bonum minori ꝓponen, nos de consilio & assensu venerabiliũ fratrum nostrorum, Iordani Sabinen, Antonij Ostien, Hugonis Prænestin episcoporum, Ioannis tituli sancti Laurentij in Lucina, Antonij sancti Marcelli, Ioannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli sancti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci presbyterorum, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Ardecini sanctorũ Cosmæ & Damiani diaconorum eiusdem sanctę Romanę ecclesię Cardinaliũ, per literas nostras directas ipsi cardinali sancti Angeli legato, vt suprà, aliâs concilium si quod in Basilea congregatum videretur, ex causis prædictis dissoluendũ, & aliud (vt prædicitur) in anno cum dimidio à die publicationis earundem literarũ, in præfata ciuitate Bononia celebrandum, indicendum & publicandũ, & sequẽs aliud concilium in decennio à die dissolutionis ipsius Basileen concilij, iuxta ordinatiõem Constantien synodi, in ciuitate Auinionen enunciandum & statuendum decreuimus: & quia post transmissionem præfatarũ nostrarum literarum ad notitiam nostrã peruenit, vltra ea quæ superiùs continentur, præfatos Bohemos hæreticos in Constantien concilio tam maturè atque solenniter condemnatos, & in Senen Concilio ac per diuersos processus sedis Apostolicæ & legatorum eius, subsequenter aggrauatos & reaggrauatos, cũ inuocatione etiam auxilij brachij secularis, & publici belli indictiõe multiplici, quousque toti orbi plusquàm notissimũ est, catholicæ fidei esse notorios hostes & perfidos inimicos armatos, hæreses pertinacissimè & inflexibiliter defendentes, fuisse inuitatos Basileam ad disputandum & contendendum super articulis in præfatis Concilijs generalibus, & per processus Apostolicos tam solenniter (vt præfertur) condemnatos, in iniuriam authoritatis Apostolicæ, sacrorumque Conciliorum prædictorum, contra decreta sanctorum patrum, & statuta legum imperialium, ciuilibus audientiam expresè denegantium, & alia diuersa scandala & pericula imminere, vt eo citiùs ad terminum currant & veniant ipsorum Conciliorum, quo citiùs præmissa fuerint publicata: ex nunc tenore præsentium de ipsorum nostrorum fratrum Cardinalium consilio & assensu, concilium si quod (vt præmittitur) Basileę congregatum videatur, de Apostolicæ potestatis nostræ plenitudine dissoluimus & totaliter liberamus, aliudque concilium in anno cum dimidio à die datæ præsentium computando, in præfata ciuitate Bononien, quam ad hoc cognouimꝰ aptam quamplurimùm, vt præfertur, indicimus, publicamus, & tenore præsentium declaramus. In quo cum præfatis fratribus nostris, dante Domino, intendimus interesse & personaliter præsidere. Et nihilominùs in decennio, aliud simile Concilium iuxta statuta Constantien synodi de eorũdem fratrum nostrorum consilio & assensu, in ciuitate Auinionen similiter extunc indicimus, publicamus & declaramus, in nomine IESV Christi filij Dei, cuiꝰ precioſissimo sanguine saluati sumus, & cuius *populi salutẽ totis affectibus adspiramꝰ, vobis vniuersis & singulis patriarchis & archiepiscopis, episcopis, prælatis & clericis, quorum interest, vbicunque constitutis, dissolutiones & indictiones huiusmodi notificamus, vosque & vestrum quemlibet requirimus & monemus per viscera misericordiæ Iesu Christi, & in vim iuramenti prestiti in consecrationibus vestris, & in virtute sanctæ obedientiæ ac etiam Apostolica authoritate nostra vobis ꝑcipimus & mãdamus sub pœna excõmunicationis & alijs pœnis iuris, quatenùs in anno vno cũ dimidio à datis præsentium (vt præmittitur) computando, ad prefatam ciuitatem Bononiensem pro hoc sacrosancto concilio celebrando, & subsequenter in decennio prædicto in ciuitate Auinionen debeatis personaliter conuenire, quos omnes præsentis scripti instantia atque decreto intendimus esse monitos, peremptorieq; citatos, ac si vestrum singulis directæ fuissent nostræ monitoriæ literę speciales. Nulli ergo &c. liceat &c. nostræ dissolutionis, liberationis & citationis infringere. Datum Romæ apud S. Petrum 15. Kalend. Ianuarij, pontificatus nostri anno primo.

rursus in disputatiõẽ reuocari. Vide eiꝰ aliquot epistolas.

*auxilio

Sic etiam Leo I. noluit semel definito,

LITERA APOSTOLICA ad regem super concilij dissolutione.

EVgenius Episcopus seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ regi illustri, salutem & Apostolicam benedictionẽ. Cùm pastorali officio, cui disponente domino præsidemus, & sedis Apostolicæ authoritati nihil magis cõuenire putaremus, quàm tota mente incumbere, & efficaciter prosequi, vt personæ Ecclesiasticæ per semitam Iesu Christi incedentes, abiectis illecebris, cum synceritate religionis & fidei vitam honestam ducerent, & Deo, vt professi sunt, seipsos veris effectibus dedicarent, dilecto filio nostro Iuliano sancti Angeli diacono cardinali, sedis Apostolicæ legato, de venerabilium fratrum nostrorum consilio, per nostras certi tenoris literas dedimus in mandatis, vt ad ciuitatem Basileen accederet, & ibidem si prælatorum congregatio facta esset, nostro & Romanæ ecclesiæ nomine præsideret, & inquantùm in eo esset, reformationem cleri, hæresum extirpationem, ac pacem & salutem fidelium procuraret. Verùm licèt in proposito constãtes simus, & putemus concilij celebrationẽ necessariam esse: tamen certis rationabilibus causis inducti, in schedulą præsentibus intercluſa denotatis, de eorundem fratrũ consilio huiusmodi concilium, si quod congregatum videatur, dissoluendum esse mandauimus, & iuxta tenorem dictæ schedulę dissoluimus, & in ciuitate nostra Bononiensi, vsque ad annum cum dimidio à die dissolutionis huiusmodi computandum, celebrandum esse decreuimus. Quæ tibi prꝫcipuè significare voluimus, quia ante omnes principes fidei defensores, & fidelium pacem, ac statum ecclesiæ, & conseruationem authoritatis nostræ & sedis Apostolicæ procurare debes, serenitatem tuam rogantes, vt si pro ardore tuæ regiæ deuotionis, & pro tua sapientia aliqua auisamenta excogitasti, & interea etiam cogitaturus es ad pacem fideliũ, & Christianæ religionis statum, & honorem Ecclesiæ pertinentia, ea suo tempore per tuos oratores exponere placeat. Et quia inter cætera in dicto concilio agitanda, Græcorũ reductio tractanda est, precamur ex corde clementiam & serenitatem tuam, vt charissimum in Christo filium nostrum Ioannem Romeorum Imperatorem illustrem, & venerabilem fratrem Ioseph à Græcis patriarcham Constantinopolitanum nũcupatum, per literas & oratores tuos incitare velis, vt quemadmodum suis literis & nuncijs nobis promiserunt, oratores suos cum plena potestate ad cõcilium huiusmodi transmittãt. Super quibus & certis alijs, ardua nostra & Romanæ ecclesiæ negocia concernentibus, ad sublimitatem tuam solennem ambassiatam destinauimus, quæ de omnibus, ꝑsertim de ardenti desiderio nostro, circa fidelium pacem procurandam, eãdem tuam sublimitatem nostro nomine certiùs & particulariùs informabit. Quod autem ad nos attinet, fili charissime, ita nostras cogitationes nostrosque conatus in hoc sanctissimum opus, Deo authore, personaliter conferemus, vt nihil in nostro pontificatu huic Dei causæ præposuisse videamur. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1431. decimoquinto Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

LITERA DOMINI NOSTRI papæ, præsentata sacro concilio per Ambasiatores dominorum electorum imperij, missos ad papam.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriã. Ad sanctam Petri sedem diuina disponente clementia euocati, salutem, tranquillitatem & pacem totius gregis dominici, nobis ex alto crediti, iuxta pastoralis officij debitum, indefessis studijs affectantes, ad ea maximè dirigimus aciem mentis nostræ, per quæ, licèt diuersis consilijs, prout rerum & temporum varietas persuadet, ad eundem tamen salutis optatum finem, hoc est, ad *vnitatẽ Ecclesiæ ꝑseruationẽ, extirpationẽ hæresum, eiusdemq; reformationẽ, pacem & salutem Christifideliũ ac Christianæ reipublicæ valeamus, sublatis dissensionum fomentis, authore altissimo, peruenire. Sanè licèt in septennium per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta ordinationesque fe.re. Martini papæ quinti prædecessoris nostri, Basileen cõcilium absque alia vocatione congregari debuisset, & nullatenus prorogari, ac dilectus filius Iulianus sancti Angeli diaconus cardinalis, per ipsum prædecessorem ad extirpandum perfidiam hæresum Bohemorum principaliter destinatus extitisset, cum potestate ipsi Basileensi consilio prꝫsidendi, si in tempore congruo & debito prælatorum cõdecentem copiam reperiret, ac *subsequeretur per nos post nostrum ad apostolatus apicẽ assumptionem, ad prædicta peragenda confirmatus, tamen pluribus exactis mensibus, etiam post septennium antedictum, pauci tamen tam prælati quàm doctores & magistri, in dicta Basileen ciuitate conuenerãt, prout percepimus ex relatu dilectissimi filij Ioannis Pulchripatris, ad nos & venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesię cardinales per dictum & eosdem prælatos doctores & magistros destinati, asseruissetque ipsos propter numeri paruitatem, tot tantarumque rerum peragendarum mole insufficientes penitus videri, & inhabiles ad versutias hæreticorum & eorum fallacia argumẽta defendendi: Quodque non erant ibi regum atque principum oratores, cum quibus de concilijs & pacificatione tractaretur: Locum etiam Basileensis ciuitatis minimè tutum videri, propter plura loca eis

for. *vnita. -tis

for. *subsequenter

*d d vi-

vicina, quæ Bohemorum hæretica labe infecta erant: Insupèr ad ipsam ciuitatem Basileen dicebat tutum non patere accessum, propter subortum bellum inter dilectos filios nobiles viros Burgundiæ atque Austriæ duces. Quare præfatus Ioannes dictorum cardinalis & congregatorum nominibus nobis supplicauit, vt cùm verisimiliter propter causas prædictas prælati eo minimè conuenissent, ipsos vocare,& eis præcipere: Reges verò & principes ac etiam Græcos hortari vellemus & inuitare,vt Basileam accederent, vel idoneos mitterent Oratores, per quos posset hæresis Bohemorum, quæ armata dicebatur,extirpari, reductio Græcorum fieri,& pax ac tranquillitas Christiani populi pertractari. Præterea dum eram⁹ in minoribus in conclaui pro celebranda futuri pontificis electione vnà cum eisdem fratribus cõstituti, Nos verbo adstruximus illo in loco concilium celebrare, siue celebrari facere,in quo maiori parti ipsorũ fratrum magis vtile, expediensque & opportunum videretur: ac dictis fratribus visum fuerit melius, concilium prædictum ad ciuitatem Bononien commutari:idcirco quia prædictis causis & alijs, quas honestatis gratia tacuimus,commoti, nè tantum bonum ampliùs differretur,vt in ipso concilio possemus personaliter interesse, de fratrum prædictorum consilio & assensu, cùm Basileæ nulla viderentur præparamenta, sed potiùs impedimenta subesse,concilium huiusmodi ad præfatam ciuitatem Bononien commutauimus, sperantes quòd ad eam nobis cum pfatis fratribus & nostra curia, ac charissimo in Christo filio Romanorum regi Illustri, cùm in Italia esset, prout nunc est, facilior esset accessus. Quodque conuenientibus ibidèm nobis amb⁹, esset in ꝑdicto concilio prælatorum & principum numerus copiosus, ac etiam doctores & magistri ad tantum pondus idonei,quibus Romana curia & ipsa Bononien ciuitas plurimùm sunt refertæ,statusque Romanæ eccleſiæ ꝓpter absentiam nostram longinquam vtiq; in periclitatione quo ad temporalia ꝓculdubiò extitisset,faciliùs posse conseruari videbatur. Græci insupèr, quos ipsi Basileæ existẽtes,nos vt vocaremus ad conciliũ,sunt hortati, commodiùs Bononiam accedere potuissent, quàm Basileã, tum propter maris propinquitatẽ, tum quia*tam ipsis Grẽcis conuentum erat de loco concilij in Italia eligendo:tum etiam, quoniam nobis & Ecclesiæ facilior eorum sustentatio extitisset,cùm præfatus prædecessor & nos etiam peranteà expensas ipsis pro eorum accessu & recessu ad concilium obtulerimus. Verũ quia ex plurimorum fidelium relatione percepimus,quòd plura quæ tunc Basileæ concilij celebrationem impediebant, vtiq; cessârunt,(nam primùm domino concedente, ipsorum ducum bella sublata sunt,& aliqui pro parte Bohemorum Basileam venisse dicuntur,quod nobis est gratissimum, si contingat eos ad catholicã fidẽ reuerti: quodq; etiam ibidèm nunc est prælatorum ac magistrorum maior solito numerus) & nobis per Romañ regem præfatum ac venerabiles fratres & electos filios nobiles viros electores sacri Romani imperij extiterit supplicatum,vt consentire vellemus, Basileę generale concilium celebrari, pro bono vniuersalis Ecclesiæ militantis:Nos iudicantes non esse reprehensibile, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque variantur humana, ne bonum si quod Basileæ fieri posset,aliquatenùs impediatur, dicta dissolutione concilij non obstante, statuimus, volumus & mandamus de eorundem fratrum consilio, quòd Basileæ sacrum generale concilium per nostros legatos illuc quanto citiùs transmittendos,& qui nomine nostro ibidèm prẽsideant,celebretur. Et cùm præfati electores obtulerint circa libertatem & securitatem concilij se taliter curaturos,quòd nos & per nos mittendi,& alij ad ipsum concilium conuenturi, poterimus contentari,committimus eisdem & tenore præsentium mandamus, vt ipsi curam, diligentiam & solicitudinem securitatis & libertatis prædictarum, ac custodiam tam loci Basileen, quàm concilij, & maximè legatorum quos illuc proficisci contigerit,in se susciplant,præstent, & ita circa illos vacẽt & intendant, ac vacari & intendi faciant & procurent,vt tutus & liber ad præfatam ciuitatem Basileen omnibus accessus pateat residentibus pariter & recessus.Interim verò Basileæ conuenientes, ad extirpandam hæresim Bohemorum, ac ipsos ad sanctam fidem catholicam reducendum,pacem & cõcordiam inter cunctos Christifideles tractandum,intentos existere volumus & mãdamus. Hæc autem omnia volumus ad omnium deducere notitiam,& valuis palatij nostri Apostolici ac basilicæ principis Apostolorum vrbis affigi, & ad diuersas mũdi partes etiam destinari, ad prædictorum notitiã pleniorem: mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris, patriarchis, archiepiscopis,episcopis & dilectis filijs abbatibus, prioribus,cæterisque eccleſiarum & monasteriorum prælatis, ac omnibus & singulis alijs, qui ad concilia generalia venire tenentur, vt in Basileensi concilio infra trium mensium spatium à die datæ præsentium computandum, debeant conuenire.Nulli ergo &c.Si quis &c. Datum Romæ apud S.Petrum,anno Dominicæ incarnationis 1432.16. Kalend.Martij, pontificatus nostri anno 2.

for. *cum

LITERA PAPAE AD IMPERATOREM RESPONSIVA SUPER FACTIS CONCILIJ NEGATIVA.

Eu-

EVgenius &c. Charissimo in Christo filio Sigismundo Romañ,Hungarię &c. Salutẽ &c. Recepimus literas tuas de manu equitatoris tui, pśente dilecto filio &c. Goiswino literarum Apostolicarum scriptore familiare nostro & capellano tuo. In quibus ex ardenti zelo fidei & deuotionis tuæ erga religionem Christianam & Ecclesiam Dei,cuius aduocatus & defensor existis, & ex syncero beneuolentiæ filialis affectu, quem erga personam nostram geris, serenitas tua videtur plurimùm perturbata,& plena esse solicitudinis & timoris propter dissolutionem concilij,si quod videbatur esse congregatum in ciuitate Basileen, ad quam dissolutionem, & indictionem alterius per nos factam, nos cum consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum,sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, ex iustis & rationabilibus causis cum magna deliberatione & maturitate processimus, consideratis omnibus, quæ in re tanta consideranda fuerunt: de quibus, cùm ad vrbem veneritis, per viua colloquia nos & præfati cardinales clariùs informabimus & certificabim⁹ sublimitatem tuam: Non dubitãtes pro tua sapientia singulari,te,nobis auditis, de prædictis fore benè contẽtum: & Domino nostros animos inspirante,nos tecum,& te nobiscum concordes in optima & salutari sententia permansuros. Aduentus autem tuus ad Italiam & ad vrbem, de quo fuimus antè per plures tuas literas certiorati, dudum desideratus & gratus est nobis, dum tamen ad has Italiæ partes ipsum aduẽtum pacificum facias, sicut hucusq; feciſti. Speraui⁹ sanè, sicut de Nurenberga nobis scripsisti,te tuos peranteà oratores destinare debuisse, quos summoperè aduenisse voluissemus ad hoc, vt tam de persona tua honoranda in eius ꝓuia coronatione, quàm de pacifico tuo aduentu,paternum cum eis tractatum potuissemus habere, qui super hac materia & reformationis concilij,quam semper optauimus,& super nonnullis alijs negocijs & arduis concernentibus honorem Dei, pacem fidelium & vniuersum statum reipublicæ Christianæ,cum serenitate tua cupimus cõmunicare consilia nostra, & dispositi cum omni syncera beneuolentia & charitate recipere & honorare personam tuam: quam, dum essemus in minoribus constituti, præcipua affectione dileximus. Nec eam veteré beneuolentiam in nobis diuturnitate temporis, nec dignitatis mutatione cognoscis esse mutatam, nec aliqualiter diminutam. Cæterùm ad præsentiam tuam aliquem de nostris antè non misimus,expectantes sicut prædiximus, vt per oratores tuos nunciares nobis aliqd de dispositione & aduentu tuo. Cùm verò oratores tui venerint, videbimus & audiemus eos libenter,& ad te continuò transmittemus nostros oratores solennes, qui celsitudinem tuam de optima voluntate nostra certiùs viuis relatibus informabunt. Data Romæ 6.Kal. Febru. pontificatus nostri anno 1.

SEQVITVR BVLLA CAPITVlorum initorum & conclusorum inter dominum nostrum papam & prædictos oratores.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriã. Quoniam dominus Dei filius, de cęlis ad terram descendens ad saluandum genus humanum, inter cætera diuina præclarissima documenta, tanquam pacis mediator,pacem discipulis suis reliquit,cuius sanctum fructum quasi substantia vitæ terminus conseruare humanam societatem, vndè fides augeat,spes subleuatur, & charitas ampliatur, cùm sit directiua iustitiæ, regnorum, principatuum, omnisque spiritualis & temporalis status valida & robustissima conseruatio: Nos moniti ipsius Dei filij salutaribus documentis, pacem tauquàm bonorum omniũ productricem semper optauimus & optamus pro vniuersali bono sanctæ Ecclesiæ Dei totiusque populi Christiani. Vt itaque omnis mundus intelligat, synceritatem nostræ affectionis ad tranquillitatem & quietem reipublicæ Christianæ, continuis meditationibus & affectibus adspirare, deductus inter nos & charissimũ in Christo filium Sigismundum Romanorum,Hungariæ & Bohemiæ regem illustrẽ, certis tractatibus multa bona concernentibus,demum cum dilectis filijs nobilibus viris Matikone comite*Krevuineń & Capitaneo Manderalbeń,& Caspare Slick regio vicecancellario & terrarum Egræ Capitaneo, eiusdem regis oratoribus, habentibus ab ipso rege sufficiens mandatum, infrà scripta capitula & omnia in ipsis contenta seruabimus, quæ de verbo ad verbum fecimus hîc inscribi, quorum tenor sequitur & est talis:

Ioan.14. Locus obscurus

In Dei nomine,Amen, Infrà scripta sunt capitula,conuentiones & pacta, inita & firmata inter sanctissimum dominum nostrum Eugenium papam quartum ex parte vna, & magnificos viros consiliarios,procuratores, legatos ac Ambasiatores serenissimi principis & domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ex parte altera: de quorum mandato publico plenè constat per literas regias, suo pendente sigillo sigillatas, *videbitis magnificos Matikonem comitem*Nevuineń & capitaneum Mãderalbeń, ac Casparum Slick vicecancellarium dicti domini regis & capitaneum terrarum Egræ, anno domini 1433.die septima mensis Aprilis,Indictione vndecima, Pontificatus sanctissimi domini nostri prędicti domini Eugenij papæ quarti anno tertio.

for.*videlicet

In primis dictus comes Matiko & Caspar

*dd 2 præ-

Prædicti procuratores & procuratorio nomine dicti domini regis Sigiſmundi, promiſerunt dicto domino noſtro Eugenio, ſtipulantes & recipientes tam ſuo quàm Eccleſiæ quòd ipſe ſereniſſimus rex Sigiſmúdus per totum præſentem menſem Aprilis veniet Viterbium, vbi ipſe inueniet ſanctiſſimum dominum noſtrum Eugenium, & vt verus eius ſpiritualis filius, dicto tempore ibidem ipſum viſitabit.

for. nomine ꝙ

Item promiſerunt procuratores procuratorio nomine, quo ſuprà, ipſi ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio, ſtipulantes & recipientes, vt ſuprà, quòd ipſe dominus rex præſtabit perſonaliter papæ omnia illa iuramenta, & alia faciet ad quę tenetur, tam de conſuetudine, quàm de iure, ſiue etiam eius legato aut legatis, per ſuam ſanctitatem ſpecialiter deſtinando ſeu deſtinandis.

Item promiſerunt dicti procuratores, ꝙ ipſum iuramentum per ipſos procuratores hodiè in generali conſiſtorio præſtatum, in propria perſona & perſonaliter iterum ipſe rex præſtabit ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio, vel eius legato ſeu legatis ſpecialiter deſtinato vel deſtinandis, non obſtante dicta præſtatione iuramenti per procuratores ipſos antè facta.

Item promiſerunt dicto nomine quo ſuprà, quòd dominus rex veniet ad viſitandũ ſanctiſſimum dominum noſtrum Viterbium, vel ad vrbem; ſolùm & duntaxat cum comitiua & familia ſua, quam in præſenti habet Senis, dummodò nullum ſcienter ducat hoſtem vel inimicum Eccleſiæ vel domini noſtri Eugenij papæ quarti, vel rebellem Romani populi. Et ſi ex inanimaduertentia aliquem ſecum duxerit vel aliquos, illos ſua maieſtas ad inquiſitionem domini noſtri papæ, ilicò licentiet & remittat.

Hoc loco ſubiunctã oportuiſſet Eugenij IIII. de venerabili Sacramento epiſtolam. Verùm cùm epiſtola iſta ſuperiùs inter Appẽdicias concilij præſentis epiſtolas, ſub numero 251 & 252. epiſtolio cuidam ſynodi Baſileẽſi aliundè excerpto inſerta eſſet, eandem hîc repetere neceſſarium viſum non eſt.

Die lunæ 12. Octob. fuit præſens bulla ꝓſentata ꝑ dñm Imperatorẽ certis deputatis cõcilij 1433.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriá. Dudum ſacrum generale Baſileẽſ concilium pro reformatione morum, extirpatione hæreſum, & pace populi Chriſtiani, per generalium Conſtantien & Seneñ conciliorum ſtatuta ordinationemq́; felicis recordationis Martini papæ V. prædeceſſoris noſtri ac noſtram inchoatum, ex certis cauſis in literis noſtris tunc expreſſis, ad ciuitatem Bononien de fratrum noſtrorũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſu cum ſubſcriptione commutauimus. Verùm cùm ex dicta cõmutatione nõnullæ diſſenſiones ſubortæ videantur, ac nonnullas ex dictis cauſis, quibus ad huiuſmodi commutationem ſeu diſſolutionem faciendam principaliter moti fuimus, aliter iam ſe habere cognoſcamus, nihilq́; aliud optemus, quàm vt ſublata omni materia diſſenſionis, ad hæreſes, bella, & morum deformitates, de populo Chriſtiano extirpandas ſalubriter intendatur, ad concilium etiam ad inſtantiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, ſemper Auguſti, ac Hungariæ, Bohemiæ &c. regis illuſtris, de fratrum noſtrorũ ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio, volumus & contentamur, præfatum generale Baſileenſe concilium à tempore inchoationis ſuæ continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq́ue ſemper habuiſſe & continuari, proſecutionemq́ue ad prædicta habere debere, perinde acſi nulla commutatio, tranſlatio, ſeu diſſolutio facta fuiſſet: quinimmò præfatam commutationem, tranſlationem ſeu diſſolutionem reuocantes, ipſumq́ue concilium Baſileeñ purè, ſimpliciter & cum effectu ac omni charitate amplectimur, pro viribusq́ue illud promouere ac omni fauore proſequi intendimus: ita tamen, quòd p̃ſidentes noſtri ad præfati concilij præſidentiam admittantur cum effectu, ac omnia & ſingula contra perſonam, authoritatem ac libertatem noſtram & ſedis Apoſtolicæ ac venerabilium fratrum noſtrorũ ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinaliũ, & aliorum quorumcunque nobis adherentiũ in dicto concilio facta & geſta, per dictum concilium priùs omninò tollantur, & in priſtinum ſtatum reducantur. Sicq́ue vna mente & vno ſpiritu cum charitate & puritate ad ea quæ præmiſſa ſunt, in dicto concilio ꝓcedatur. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud S. Petrum &c. Kaleñ Auguſti, anno incarnationis dominicæ 1433.

Ego Antonius tituli ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabineñ, ad fidem manu propria ſubſcripſi.

Ego Lucidus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus cardinalis, ſubſcripſi.

EVgenius &c. venerabilibus fratribus Bartholomęo archiepiſcopo Spalateñ, Chriſtophoro epiſcopo Ceruien, ac dilecto filio Nicolao ſanctæ Mariæ da Moniacis Montiſregalis diœceſis monaſterij abbati, Salutem &c. Cùm vos ad petendum quæcunq; in Baſileeñ concilio cõtra perſonam, authoritatem ac libertatem noſtram & Apoſtolicæ ſedis ac venerabiliũ fratrũ noſtrorũ S. Romanæ Eccleſiæ cardinalium & aliorũ quorumcunque nobis adhærentium facta & geſta, per dictũ conciliũ reuocari & in priſtinum ſtatum induci per literas noſtras deputauerimus: idcirco ad tollendum omnem diſſenſionis ſcrupulum, vobis in euẽtum reuocationis prædictæ omnia & ſingula, quæ per nos ſeu authoritate noſtra contra dictum concilium ſeu ſingulares perſonas dicti Concilij, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ ſeu conditionis exiſtant, etiam ſi

ſint dictæ Eccleſiæ cardinales, quouis modo facta & geſta eſſent, etiam ſi de eis vel eorum aliquo habenda eſſet in literis noſtris mentio ſpecialis, reuocandum pariter & in ſtatum priſtinum reducendum, authoritate Apoſtolica de prædictorum fratrũ noſtrorum conſilio, plenam & liberam tenore p̃ſentium concedimus facultatem: volentes quòd in executione prædictorum, duo ex vobis, tertio abſente, vel aliâs quomodolibèt impedito ſeu nõ intereſſente, procedere valeatis, ratum & gratũ habituri, quidquid in præmiſſis & circa p̃miſſa per vos ſeu duos ex vobis, vt præmittitur, fieri & exequi contigerit: idq́ue faciemus vſq; ad ſatisfactionẽ condignam, authore Domino, inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio, idibus Auguſti, pontificatus noſtri anno 3.

Ego Antonius tituli ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabineñ, ad fidem manu propria ſubſcripſi.

Ego Lucidus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus cardinalis, ſubſcripſi.

¶Bullæ præſidentium.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei, venerabilibus fratribus Iordano Sabinenſi & Petro Albaneñ epiſcopis, ac dilectis filijs Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, & Angelotto tituli S. marci presbyteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalib⁹, Apoſtolicę ſedis legatis, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Alta nos cura ſolicitat, dum vnicè ſedis cui diuina voluntate præſumus, ponderoſum anxiæ ſeruitutis officium cogitamus, & dum pro neceſſitate gerẽdarum rerum, his quæ præſentiam noſtram exigũt, non poſſumus p̃ſentialiter intereſſe, humanæ carnis infirmitatem aduertentes, his rebus adducimus promptũ ſpiritum, vt quantum in nobis eſt, grata domino ſeruitia conferamus. Dudum ſiquidem ſacrum generale Baſileeñ concilium pro reformatione Eccleſiæ, extirpatione hæreſum, & pace populi Chriſtiani, iuxta generalium Conſtantien & Seneñ cõciliorũ ſtatuta, ordinationemq́; felicis re. Martini papæ quinti prędeceſſoris noſtri, celebrari mandauimus. Cumq́; nihil magis optemus, quàm ipſum concilium felicem habere progreſſum, & ad debitum finem perduci, nosq́; propter debilitatẽ corporis noſtri ad ciuitatem Baſileeñ per tanta terrarum ſpatia in præſentiarum tranſire nõ poſſimus: vos fide, bonitate, vitæ integritate & ſapientia præclaros, cõſilij magnitudine conſpicuos, ac in maximis noſtris & Eccleſiæ præfatę negocijs diuturna experientia comprobatos, prout etiam ante decreuimus, legatos noſtros & ſedis Apoſtolicæ cũ plena & oñimoda poteſtate legatorum de latere de fratrum noſtrorum cõſilio, authoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus & ordinamus, vos q́; ad ciuitatem Baſileeñ ad præſidendum in dicto concilio tanquam pacis angelos, prouidimus deſtinandos. Idcircò vobis & illis, ſeu illi ex vobis, quos vel quem in dicto Baſileeñ concilio pro tempore contigerit intereſſe noſtro & ſedis Apoſtolicæ nomine & authoritate in dicto concilio præſidendi, necnon omia & ſingula, quæ ad generalem reformationẽ Eccleſię in capite & in membris & pertinentibus ad ea, extirpationem hæreſum, pacem & concordiam principum & totius populi Chriſtiani noueritis pertinere, promouendi, propoñendi, atque cum conſenſu, deliberatione & approbatione prefati Baſileeñ concilij tractandi, ordinandi, deliberandi, concludendi, ſtatuendi, diſponendi, terminandi, decernendi, decidendi, declarandi & exequendi. Inſuper contradictores omnes & rebelles, cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, & quauis eccleſiaſtica vel mũdana, etiam ſi regali, cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, per cenſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et ſuper his auxilium brachij ſecularis inuocandi, præſertim chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmũdi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Hungariæ & Bohemiæ regis illuſtris, qui tam ex dignitatis ſuæ debito, quàm iuramenti nobis p̃ſtiti, ad hoc noſcitur obligatus. Necnõ omia alia & ſingula cum conſenſu, deliberatione & approbatione dicti concilij, vt præmittitur, agendi, gerendi, & faciendi, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, & tam circa modũ & ordinationem celebrationis præfati Baſileenſis concilij, & omnium & ſingulorum in eo agendorum, eorum deciſionem, perfectionem & executionem videritis neceſſaria fore aut quomodolibèt opportuna. Et quæ Romani pontificis, & ſedis Apoſtolicæ nomine in generalibus concilijs præſidentes, in prædictis, ſeu circa prædicta per omia gerere & facere conſueuerunt, & poſſunt, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, authoritate prædicta plenam & liberam tenore præſentium cõcedimus facultatem, ratum & gratum habituri, quicquid ſuper p̃miſſis per vos ſeu illos vel illum ex vobis, quos vel quem in præfato concilio (vt præmittitur) intereſſe contigerit, vnà cum eodẽ generali Baſileenſi concilio deliberatũ, ordinatum, concluſum, ſtatutum, diſpoſitum & decretum fuerit. Idq́; faciemus vſque ad ſatisfactionem condignam, authore Domino, inuiolabiliter obſeruari. Quocirca circunſpectioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs iniunctum vobis miniſterium laboris huiuſmodi pro Dei atque noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerentia ſuſcipientes, illud iuxta datam vobis à Domino

prudẽtiam exequamini, quo fructus optati veniant, quos ſperamus: vosq́; illam, quæ pias cauſas agentibus ſuperna retributiõe impenditur, gloriam conſequamini felicitatis æternæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, decimooctauo Calendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei, venerabilibus fratribus Ioanni archiepiſcopo Tarẽtino, & Petro epiſcopo Paduano, ac dilecto filio Ludouico abbati mõaſterij S. Iuſtinæ Paduanæ, ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ſacrum generale Baſileen̄ conciliũ, iuxta Conſtantien̄ & Seneñ conciliorũ ſtatuta celebrari mãdauimus, dilectum filium Iulianum S. Angeli, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum cardinalem, eidem concilio noſtro & ſedis Apoſtolicæ nomine, prout etiam per felicis rec. Martinum papam V. p̃deceſſorẽ noſtrũ, ad id deputatus fuerat, p̃ſidere mandauimus. Poſtmodùm verò venerabiles fratres noſtros Iordanum Sabineñ, & Petrum Albaneñ, necnon dilectos filios Nicolaũ tituli S. Crucis in Hieruſalẽ, & Angelottum tituli S Marci, ſanctę Romanæ Eccleſiæ epiſcopos & presbyteros cardinales, ad huiuſmodi concilij p̃ſidentiam etiam deputauimus, prout in literis noſtris ſuper indè confectis pleniùs coatinetur. Cumq́ue aliqui expòſt deputati, ex nõnullis rationabilibus & honeſtis cauſis adhuc occupati, ad dictum concilium necdum iter arripientes, forſitan venire tardarent, nolentes proſecutionem dicti concilij aliquatenùs impediri vel etiam differri, vos ſeu illos ex vobis, quos in dicto concilio pro tempore contigerit intereſſe, fide, bonitate, prudentia prę̃claros, ac in magnis noſtris & præfatæ Eccleſiæ negocijs longa experientia comprobatos, ad præſidentiam dicti concilij noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine, loco dictorum Cardinalium, & in ipſorum vel aliquorum aut alicuius ex ipſis abſentia de fratrum noſtrorum conſilio deputamus cum omnimoda poteſtate dicto Concilio vnà cum illis, q̃ pro tempore p̃ſentes fuerint, continuandi. Necnon omnia & ſingula gerendi, agendi, & diſponendi, de quibus in literis noſtris ſuper præſidentia & facultate p̃fatis cardinalibus conceſſa ſeu conceſſis, & quemadmodum ipſis cardinalibus dedimus in mandatis, plenius continetur, ratum & gratũ habituri, quicq̃d ſup̃ p̃miſſis & circa p̃miſſa, p̃ vos ſeu illos, quos ex vobis in dicto Cõcilio p̃ tẽpore cõtigerit intereſſe, iuxta facultatẽ p̃dictam ordinatum, deliberatũ, ſtatutum, decretum & diſpoſitum fuerit. Idq́ue faciemus, authore Dño, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Quocirca circunſpectioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenùs iniunctum vobis miniſteriũ huiuſmodi, pro Dei ac noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerentia ſuſcipientes, illud in oñibus & ſingulis ſupradictis, iuxta datam vobis à Dño prudentiam, omni ſtudio & induſtria exequamini, quo fructus optati veniant, quos ſperamus: vosq́ue illam quæ pias cauſas agẽtibus ſuperna retributione impẽditur, gloriam conſequamini felicitatis æternæ. Datum Romæ apud S. Petrũ, anno incarnationis dominicæ, 1433. 17. Calendas Ianuarij, pontificatus noſtri anno tertio.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei, dilecto filio Iuliano ſancti Angeli diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & Apoſtolicã bñdictionẽ. Authoritate p̃ſentium tibi iniungim⁹, quatenùs p̃ſidentiam in ſacro gñali Baſileen̄ concilio, ad quã fe. re. Martini papę 5. p̃deceſſoris noſtri & noſtra authoritatib⁹ deputatus extitiſti, vnà cum alijs legatis & p̃ſidentibus ac eorũ ſubſtitutis p nos poſtmodũ deputatis, ſeu in futurũ forſitan deputãdis, iuxta facultatem per nos eis cõceſſam, noſtro & ſedis Apoſtolicę nomine continues, ac ſecundũ tibi datã à deo prudentiã, cum p̃fatis (vt p̃mittit) ad debitum & felicẽ finẽ cũ Dei honore & vtilitate Reipublicę Chriſtianę p̃ducere ſtudeas. Datũ Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dñicæ 1433. decimoſexto Caleñ Ianuarij, pontificatus noſtri anno tertio.

EPISTOLA DOMINI PAPAE miſſa concilio.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus & dilectis filijs in ſacro Baſileen̄ cõcilio congregatis, ſalutẽ & Apoſtolicam bñdictionẽ. Mittimus illuc dilectũ filium Chriſtophorũ Garatonum magiſtrũ in artibus, ſecretariũ & familiarẽ noſtrũ, quem anno p̃terito circa ſanctiſſimę vnionis materiã inter occidentalẽ & orientalẽ eccleſias, Cõſtantinopolim miſimus. Redijt autẽ, & circa materiã p̃dictã plenè de oñibus informatus eſt. Quamobrẽ fraternitates & deuotiones veſtræ in tam ſancto & diuino opere illum audire velint, ſibiq́; in relationibus ſuis plenam & fidem credulã adhibere. Datũ Florentiæ anno incarnatiõis Dñicæ milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoquarto, 10. Caleñ Martij, pontificatus noſtri anno quarto.

R. de Valentia. A. de Florentia.

EPISTOLA EVGENII PAPAE IIII. ad Concilium Baſileenſe.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus & dilectis filijs in ſacro generali Baſileenſi concilio congregatis, ſalutem & Apoſtolicã benedictiõem. Exiſtimaret forſitan aliquis ex his, q̃ ſuperiori tempore præceſſerunt, mentes noſtras non vſquequaquè ſine nubilo exiſtere: ſed ſi quæcunq;

cunque per oratores noſtros, preſertim hoc vltimo loco vobis offerri iuſſimus, rectè intueri voluerit, ſerenitatem pectoris noſtri (vt de nobis loquamur) ſatis intelliget. Neque id difficile nobis fuerat, qui vobiſcum in eundem finem ſemper proceſſimus: ſolũ in loco celebrandi cõcilij, ſalua ſemper pietate, diſſenſimus. Nec mirum, cum Paulus & Barnabas propter Ioannem cognomento Marcum, inuicem diſſentiẽtes, ſeparati ſint, quos tamen Chriſti Euãgelium copulabat. Optauimus pacem, optauimus Eccleſiæ reformationẽ: ob hãc rem non ſolùm ceſſimus vobis, ſed etiam per literas noſtras decreto veſtro, quemadmodum dictaſtis, annuimus. Poſt hæc maiorem in modum (vt præfati ſumus) aperuimus cor noſtrum. Iterum replicamus: hoc noſtrum propoſitum eſt, hic noſter affectus, vos amare vt filios, obſeruare vt fratres, & in benedictionibus dulcedinis vna vobis præcipua charitate cõſtringi. Sic etiã de vobis confidimus, vt non alij apud vos ſitis, ſed pro ipſius Apoſtolicæ ſedis reuerentia, fideles & deuotos animos ad nos habeatis. Huius ſiquidem confidentiæ ſigna perſpeximus. Primò, quòd ex noſtro conſenſu ad ſacrum generale conciliũ, plurimùm lætati eſtis. Iterũ, quòd præſidentes noſtros affectu et opere, amodò ſic vobis coniunctos, vt penè vnum inuicem eſſe videamini, audimus. Ex his cõgratulamur plurimùm deuotionibus veſtris, cõgratulamur Eccleſię ſanctę, cui profectum euenire ſperamus. Cõgratulamur & ipſi Apoſtolicę ſedi, quæ diu, nõ quidẽ defectu noſtro, ſed (vt ita dicamus) tẽporis malignitate afflicta & anguſtiata, conſolari & honorari à vobis expectat. vt eñ vetera diu vulgata prętereamus, quis ſine dolore & lachrymis tranſeat, quę his diebus Romæ paſſi ſumus? Nõ enim incognitum eſt, quid conſpirationis in nos actum ſit, quid ĩ venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, quid denique in noſtros & Curiales omnes, quo etiam conſilio, quibus medijs, quo authore aut quo fine omnia iſta proceſſerint. Quid vltra hæc in alijs terris Eccleſiæ Romanæ quotidiè machinetur, ſatis perſpicuum eſt. Chriſtus pro ſua pietate eos oñes ad frugẽ melioris vitę cõuertat. Ob has & alias iuſtas cauſas, cenſuimus malignitati eſſe cedendũ. Itaque ex vrbe profecti, cũ galeis & alijs nauigijs, Deo propicio, in portum Piſanũ deuenim⁹. Deinde ſani & incolumes, ipſo deo iuuante, hodiè huc adplicuimus. In quẽ locũ multo honore, reuerentia, & deuotione ſuſcepti ſum⁹. Supeſt vt eo affectu, quo cœpiſtis, in deũ quotidiè ſuccreſcentes, ad generalẽ Eccleſiæ reformationẽ ſine vlteriori mora vigiles ſitis. Sic deuotiões veſtras exhortamur in domino. Noſtis enim, quantũ ea indigeat religio Chriſtiana: quia (vt ait Propheta) à planta pedis vſq; ad verticẽ nõ

Acto. 13. f

Eſa. 1.

eſt in ea ſanitas. Non multa diſputatione opus eſt, ſed obſeruatiõe & exemplo. Quibus veluti quodam optimo rectore, ea, quæ à ſanctis patribus diuino ſpiritu conſtituta ſunt, dirigantur, ſuumq́; attingant officiũ. Horum ſanctorum patrum imitatores eſtote, ſicuti veri condiſcipuli & filij Dei chariſſimi. Si qua igitur pietas, ſi qua conſolatio in Chriſto, implete deſiderium & gaudium noſtrum, immò & bonorum omnium. Non deerit vobis gratia diuina, neque bonorum ſubſidia, ſic in domino confidimus. Quantum ad nos pertinet, omnes operas noſtras pro his rebus libenter offerimus, nihil pro noſtro officio prætermittentes, quo gratiã Deo, pacem & ſalutem populo Chriſtiano ex his ſanctis operibus vendicemus.

Phil. 2.

Datum Florẽtiæ anno dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, nono Calendas Iulij, pontificatus noſtri anno quarto.

EPISTOLA EVGENII PAPAE IIII. ad legatos ſuos Concilij præſidentes.

EVgenius epiſcopus ſeru⁹ ſeruorũ Dei, dilectis filijs Nicolao tituli ſanctę Crucis in Hieruſalem, Ioanni tituli ſancti Petri ad vincula, & Iuliano tituli ſanctę Sabinæ, ſanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteris cardinalibus, Apoſtolicæ ſedis legatis, ac venerabilibus fratribus Ioanni archiepiſcopo Tarentino, & Petro epiſcopo Paduano, p̃ nobis in ſacro Baſileenſi Concilio Preſidentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ.

Nõ eſt inſolitũ inimico hominis, ſuperſeminare zizaniam, vt etiam inter eos, qui pari pietate contendunt, vt in vnum finem cõueniant, ex ipſis procedẽdi medijs, qui pro diuerſitate humanorum ſenſuum in ſemet differentes redduntur, nonnunquam vario diſſidio, qui mutuam charitatem vulnerent, oriantur. Hoc autem inter nos & nonnullos ex venerabilib⁹ fratribus & dilectis filijs ſacri generalis Baſileen̄ concilij ſuperiori tempore euenille conſpeximus. Quod tamen diuina annuente clementia tandem concordiæ locum & pacis inuenit. Poſtmodùm verò quaſi inter nos & ipſos emergeret differentia per nouos oratores eius generalis concilij de ſeruanda eorũ cõcluſione cum Græcis, de dandis indulgentijs, de cauſis ſuppoſitorum dicti concilij non admittendis, de officialibus noſtris ad curiam noſtram non vocãdis, de electionibus expectandis, aut etiam confirmandis, de Annatis, ſeruitijs communibus, & ſimilibus non recipiendis fuimus requiſiti. Ad q̃ omnia per noſtros oratores plenè reſpõdimus. Et licèt ex illis reſponſionibus eidem ſacro concilio ſatisfeciſſe ſperemus, proſpeximus tamen non eſſe inconſultum, ſi quid difficultatis vel ſcrupuli, aut ſuſpicionis forſitan ſupereſſe cõtigerit, abundantiùs pũ-

dere, & desiderium nostrum ad vnitatem & pacem amplius aperire, ità vt etiã paruo nubilo sublato de medio, ad ea, quæ honorem Dei ac bonum Reipublicæ Christianæ concernunt, ante diuinæ claritatis faciem *vnis ac serenis animis intendamus. His igitur diligenter attentis vestris circunspectiõibus, de quibus plurimam in domino fiduciã cõtinemus, omnes & singulas differentias, difficultates & suspiciones, si quæ prædictorũ occasione (vt prædiximus) superesse, aut in futurum emergere fortè contingeret, concordandi, tollendi, sedandi & sopiendi, sufficienti tamen prouisione quo ad annatas, communia seruitia, & alia in quadam ipsius generalis concilij ordinatione cõtenta priùs facta, ac per nationes & prouincias approbata & recepta, necnon alia in præmissis & circa præmissa faciendi, per quæ ad veram & perfectam charitatem, vnanimem concordiam inter nos & fratres & filios nostros pro Dei gloria, exaltatiõe orthodoxæ fidei Christianæ, ac conseruatione honoris & dignitatis Apostolicæ sedis peruenire posse videritis, de consilio venerabilium fratrũ nostrorum Iordani Sabinensis, Brandæ Portuensis episcoporum, Ioannis tituli S. Laurentij in Lucina, Antonij tituli sancti Marcelli, Ioannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli S. Clementis, Angelotti tituli S. Marci, Presbyterorũ, Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, Prosperi sancti Georgij ad velum aureum, & Dominici sanctæ Mariæ in via lata diaconorum sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem, ratũ & gratum habituri, quicquid per vos in præmissis ordinatum, concordatum fuerit & cõclusum. Idq́ue faciemus authore domino inuiolabiliter obseruari. Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, decimotertio Calendas Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi. Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi &c.

A. de Florentia.
F. de*Laude.

COPIA BVLLAE TRANSLATIONIS concilij Basileen̄ ad ciuitatem Ferrarien̄sem, missa per dominum Vualterum de *Herke, canonicum Eccleſiæ S. Martini Leodien̄, ex Bononia.

*Herle

VGenius episcopus seruus seruorum DEI, ad futuram rei memoriam. Doctoris gentium admoniti saluberrima suauissimaq́; doctrina, hortantis vt solliciti simus seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, ad ea maximè intendimus aciem mentis nostræ, & indefessa solicitudine, cura & cogitatione conatus omnes intendimus, per quæ in corpore mystico, sancta scilicet ecclesia, perpetua charitas & pax inuiolata perduret: ac si qua mẽbra dissentiant, ea corpori commodè reinserantur suo, vt dum per sancti Spiritus gratiam, qui est patris & filij amor atque connexio, mẽbra omnia sub Christo capite vnũ in Ecclesia corpus efficiamur: vnica etiam p vnitatem spirituum in Christo societas simus, & pax quæ est perfectæ vnitatis vinculum, syncera charitate & concordi animorũ conjunctione seruetur, omnesq́ue discordiæ & scissuræ fomites penitùs extinguantur. Sanè dudùm in minoribus constituti, diuisionem orientalis & occidentalis ecclesiæ, quippe ex qua mala innumera & Christianæ religionis detrimenta prouenire videbamus, ferentes ægerrimè semper & molestissimè, agentesq́; pro viribus nostris vt tolleretur, instetimus multum in Constantiensi Cõcilio primùm, tum etiam apud felicis recordationis Martinum papam quintum prædecessorem nostrum: satisq́ue laborauimus, vt sublato pariete de medio, vtriusq; ecclesiæ vnio proueniret. Vbi verò ad Apostolatus apicem assumpti, honestissimo huic & pro desiderio nostro debitum ex iuncto nobis desupèr curæ pastoralis officio accessisse conspeximus, eam rem ardenti animo & tota alacritate suscepimus. Ac primùm quidem adierunt nos, per nostrum studium & diligentiam oratores charissimi in Christo filij Ioannis Græcorum Imperatoris, & venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriarchæ. Tum verò missis euestigiò Constantinopolim nuncijs nostris, habitoq́ue tractatu diligenti, id tãdem communi consensu omnium placuit, vt ex antiquo instituto, p celeriori ac feliciori executione tantæ rei, legatos de Latere cum p̃latis & Theologis ac doctoribus tam dignę materiæ tractandæ necessarijs, Constantinopolim à nobis mitteretur. In eam quoq; conclusionem Imperator Trapezuntius, & Armenius patriarcha, & alij quamplures pari voto consenserunt. Necdum ad nos huiuscemodi deliberationis conclusiões peruenerant, cùm alium longè diuersum vnionis modum in Basileensi Concilio iam decreto firmatum, missus ab ipso Cõcilio orator, vt approbaretur, requisiuit à nobis. Displicuit quidem iam tunc, quòd sedi Apostolicæ *differri videretur, & de re tam grauis & ardua tot menſibus agitata, contra honestæ & antiquæ consuetudinis normas, nihil anteà nobis per ipsum concilium fuisset nunciatum. Auidi tamen prædictæ vnionis, simulq́ue veriti, ne si dissensio vlla intercederet, optatissimę nobis rei ruptura sequeretur, licèt deliberationem aliam longè diuersam & multo expeditiorem, ex Constantinopoli indies verisimiliter affuturam expectaremus, sicuti & est factum posteà, Conclusioni ipsius Concilij prębuimus assensum. Subsequuti Grecorum Oratores, cùm instantissimè postularẽt ea capitula à nobis confirmari, in quibus Imperator & Patriarcha præfati cum Oratore nostro conuenerant, exhortati à nobis sunt & attẽtiùs admoniti, ne conclusionum varietatem ęgrè ferrent, néve diffiderent, auspice DEO, prosperè & pro votis successura omnia: nobis esse gratam viam omnem, per quam ea res tam sancta, tã necessaria, optatum effectum esset habitura, neque opem & operam nostram vllo tempore vnquam defuturam. Missi postmodùm ab ipso Concilio nuncij ad ipsos Imperatorem & Patriarcham, vt decretum illud ratificarent, postulârunt. Comperto autem ex oratore nostro, nos decreto illi consensisse, & ipsi consensum dederunt, aliâs, vt profitebantur, illud nulla ratione facturi. Literis itaq; *pactis, eiusdem vnionis desiderio nos magis ac magis incensi, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium cõsilio ac assensu, dilectos filios nostros & Apostolicæ sedis Legatos Basileam misimus, eis inter cætera facultatem dãtes, ea omnia & singula tractandi & agendi, quę memoratę vnioni quomodolibet profutura viderentur. Institerunt illi, vt locus eligeretur nobis & Græcis accommodus, quo ad optatum vnionis finem maturè posset peruenirì. At licèt ob difficultates plurimas, quas gignebant inordinati quorundam motus & compugnantię voluntatum, parùm spei de conficiẽdo dictæ vnionis negocio tribueretur nobis, expectauimus tamẽ, neque à spe & intentione nostra, omnino decidimus, quousque nonnullos ex ipso Concilio ad eam nominationem loci processisse cognouimus, quam iustis & rationabilibus causis gratam habere neq; potuimus, neque vllis rationibus possumus. Ciuitatem enim nostram Auinionensem, in decreto non nominatam, non compræhensam, & à Græcis ipsis expressè & sæpenumerò repudiatam, nobis etiã irrequisitis, quantùm in se fuit, elegerunt: non satis aduertẽtes, quãtum ea res importet in se mali, quãtum verò & prædictæ vnioni afferat detrimenti, contra Concilij decretum, contra Grecorum instantiam, contra denique piũ nostrum desiderium tanta facilitate præsumpta. Est quippe locus ille parùm nobis commodosus, & prouincijs multis ac regnis, regibusq́ue & principibus non modò ingratus, verùm * ex situ ipse suo non satis tutus. Quibus ex rebus illa loci nominatio nullo pacto fuit admittenda: cui nisi authore domino obuiassemus, vt ex certis authoribus & grauibus de ipso Concilio viris, certiores facti sum⁹, nihil actum esset de Ecclesiastica pace & optatissima illa vnione. Denique ex Græcorum oratoribus, quorum alter ad nos, alter ad Basileense Concilium, profectus est, mandatis paribus in scriptis vtrobique traditis, cunctis palàm fuit, ipsos Imperatorem & Patriarcham perstare in sententia, locum scilicet esse eligendum, qui nobis & illis esset accommodus, apertè protestantibus, nisi nos in loco adessemus, Imperatorem ipsum & patriarcham nequaquam accessuros. Questus est grauiter Orator ipse, quòd ad eum auocaretur locum, qui esset remotissimus, & præter nauigationis longinquæ pericula, mare ipsum piratis quoque infestum esse, ac per id cæteris suspectum, in primis sibi & illis esse suspectissimum: Protestans, nisi conditiones in decreto appositæ seruarentur, locusq́ue (vt præfertur) eligeretur idoneus, Ecclesię Latinorum imputandum fore, quòd optata, tantoq́ue studio & labore quæsita vnio non sequeretur. His omnibus intenta meditatione & diligenti librationę pensatis, prouidendum omninò visum est, ne Græci à proposito itinere desisterent. Ea fermè fuit omnium sententia, non modo vnionem ipsam, nisi aliter prouideretur, non secuturã, verùm in ipsa quoque occidentali Ecclesia nouitates noxias & scandala plura emersura necessariò. Nos itaq; tanto constricti articulo, tã varijs casibus, tã multis omi ex parte aperiẽtib⁹ se periculis, pro virib⁹ occurrere cupientes, de p̃dictorum venerabilium fratrum nostrorũ consilio & assensu, venerabili fratri Ioanni archiepiscopo Tarentinensi ad ipsum Basileense concilium destinato, dilectis filijs Ioanni tituli sancti Petri ad vincula, & Iuliano tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Apostolicis legatis, ac ipsi archiepiscopo per literas nostras commisimus & mandauimus, vt per passionem Iesu Christi, ac ad euitandas omnes dissensionum materias, exhortarentur venerabiles fratres & dilectos filios in ipso concilio existentes, vellent ob laudem & reuerentiã Dei ac saluatoris domini nostri Iesu Christi, & per adspersionẽ sui sacratissimi sanguinis, pro pace & felici tantarum rerum consummatiõe, locum eligere, pro huiusmodi trãsferendo Concilio, qui gratus ęsset Græcis, & nobis aptus atque accessu facilis, dissceptatioibus ac dissensiõibus omnibus seductis de medio, ambulantes in rectitudine & simplicitate cordis, iactarent in Deum cogitat⁹ suos, ac de Deo cũfidentes, in suis cõcilijs charitatis legibus obsequerentur, quę iuxta Apostolum non iritatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, sed econtrà patiens, ac benigna est: debere eos qui Ecclesiæ DEI negocijs tractandis insisterent, superiores esse mundo, non quæ sua

for * minùs deferri videretur p id q̃ de re

for, * etiã ex

Ephe. 4.a

Pſal. 54.d

1. Cor. 13.a

Phil. 2. c

for. * omitterent

sunt quærere, sed quæ Iesu Christi: nullam cuiusuis loci electionem debere esse impedimento, quo minùs tam salutaris rei subsequatur effectus. Ista nos & his similia, pro affectione nostra ipsis in Concilio existentibus tranquillè proponenda mandauim⁹. Iniunximus præterea legatis ipsis ac præsidentibus nostris, vt nihil *committerent ex his, quæ ad hunc finem conducere posse vlla ratione viderentur. Requirerent, hortarentur, orarent omnes & singulos Regum & Principum prælatorum q́ue oratores, procuratores ibi præsentes, vicinosq́; ibidèm prælatos ac principes, sibi vt socij accederẽt, secum q́ue hortarẽtur omnes ad locum ipsum aptum concorditer eligendum. Tentarent denique omnia, per quæ ad optatum tantæ rei effectum pacificè peruenire posset.

Nec tunc quidem tam pia, tam sancta, adeo q́ue salutaria tam modestè postulantes, auditi sunt: quin potiùs spretis adhortationibus nostris, Auinionis ciuitatis electionem, ipso iure nullam, decretare tentârunt, Legatis & præsidẽtibus nostris, & alijs prælatis plurimis & grauibus religiosis q́ue personis renitentibus, atque ad nouam loci alterius electionem procedendum esse decernentibus. Cùm verò sedandi tumultus causa ad id tandem deuentum extitit, approbantibus cunctis, vt secundæ darentur induciæ ea conditione, vt nisi intra præscriptum & præstitutum diem, Auinionenses promissas pecunias numeratas persoluissent, integrum iam esset ac liberum & debitum, Concilio locum alium eligere. Cùm verò intra condictum terminum pecunias illi nequaquam exoluissent, legati ac præsidentes prædicti, alij q́ue ex prælatis plurimi, & omnes fermè regũ principumq́; oratores, procuratores prælatorũ, Theologiq́ue & doctores, habendam rationem honoris & dignitatis occidentalis Ecclesiæ, ea studiosè seruando quæ Græcis fuerunt promissa, censentes, Ecclesiasticæ q́ue pacis ac vnionis cupientissimi, & saniorem ipsius concilij partem facientes, ad quos etiam esset ius eligendi deuolutum, cùm partem aliam nihilominùs antè sæpè requisissent, vt ad alterius loci electionem intenderent, alioquin protestantes se ista ampliùs, sine graui offensa DEI & ipsius Ecclesiæ insigni nota, dissimulare non posse. Postquàm autem minimè exauditi erant, ad electionem loci, Florentiæ scilicet aut Vtini, siue alterius cuiuslibet in decreto cõprehẽsi, q́ galeas & necessaria alia maturiùs parasset, canonicè legitimeq́; processerunt, prout ex decreto indè confecto clariùs constat. Eam electionem memorati Imperatoris & Patriarchæ oratores, vt consequendæ vnioni summè necessariam, gratissimè amplexi sunt: profectiq́ue inde ad nos, vt electionẽ huiusmodi admittere & cõfirmare vellem⁹, precibus humilimis petiuerunt, simul nos impensius orantes atque requirentes, ne rẽ hanc sacratissimã desertam esse pateremur, protestati publicè in generali consistorio, quod per eos nequaquam staret, si sancta ista vnio non sequeretur. Nos autem omnia attentiùs considerantes, conspicientesq́ue rem eò deuenisse, vt prædictos oratores necessariò exaudire cogeremur, nec supereſſe modum alium prosequendi operis tanti, & seruandi Latinæ Ecclesiæ honoris, de prædictorum venerabilium fratrum nostrorũ consilio & assensu, ipsorum petitis annuimus, nominationem q́ue factam de Florentia, aut Vtino, vel alio ex locis in decreto compræhensis, in alio generali consistorio admisimus atq; cõfirmauimus. Ac demũ cũ ipsis oratoribus mandatum ad hoc habentibus, nonnullis priùs tractatis, conclusis atque firmatis, quæ de memoratorum Imperatoris & Patriarchæ aduentu ad has partes spem nobis indubiam pollicentur, multis cum laboribus ingenti q́ue sumptu operam dedimus, vt galeæ quatuor & alia mitterentur pro ipsorum aduentu necessaria: sic q́ue largiente Deo factum est. Hæc vbi didicêre qui Auinionem prætulerant, semper pro inordinatis, quibus agitãtur, affectibus turbati, quia iuxta beatæ memorię prędecessoris nostri Leonis primi sententiam, dum priuatæ causæ, religionis exercentur obtentu, committitur impietate paucorum, quod vniuersalẽ ECCLESIAM vulneret, multa ad perturbanda prædicta machinati sunt. Nam primùm quidem in venerabilem fratrem nostrum Ioannẽ archiepiscopũ supra nominatũ, qui decretũ in ea forma mittebat ad nos, qua fuerat in publica sessione promulgatum, nonnulla cõfingẽtes irruerũt, omniq́; prætermisso iuris ordine ipsum poste a quàm primò, secundò ac tertiò ea, p̃ sua iustitia petierat, q́ue iure nulli deberent denegari, primùm in domo sua sub cautione iurisiurandi detinere conati sunt. Deinde deputationem & congregationem generalem per iudices datos suspectissimos, illi interdicere tentauerunt: At postremò contra grauamen vtrunque se tueri de iure satagentem, suam q́ue iustitiam asserere sub excommunicationis, priuationum & inhabilitationum pœnis, in domo propriatumultuario multitudinis impetu detinere, & quodammodo carcerare moliti sunt. Grauamen prętereà grauamini adijcientes, dilectum filium Arnoldum Rechlinchusen, dicti Archiepiscopi procuratorem, pro iustitia illius in congregatione generali & maiori Ecclesia loqui volentem, manibus iniectis percusserunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati sunt, adeò violenter atque inhonestè, vt cardinalis sanctæ Sabinæ legatus antedictus, de violentia illata, & de sublata libertate Concilij, necessariò

Istud decretũ in concilio tanquã falsatum nárratur.

publicè

publicè fuerit protestatus. per hanc ita illatam violentiam, iusto metu constrictus archiepiscopus ipse, in defensionem sui quosdam nobiles armatos domi habere compulsus est. Tandem iustissima quadam petitione in generali congregatione porrecta, cui adiecta erat protestatio, quòd nisi in sua iustitia audiretur, & à grauaminib⁹ & oppressionibus q̃ indies augebantur, cessaretur, ipse ob iustum metum recedere indè cogeretur, & non modo non fuisset admissa ipsa petitio, verùm contra exhibitorem ipsius, vt ad carceres traheretur, esset acclamatum, coactus est & iniunctũ sibi oratoris ac præsidentis officium deserere, & adiunctis sibi seq́ue ducentibus dilectis filijs nobilibus viris, Vuilhelmo marchione de Rothelen, & Rodulpho de Rameſteyn, & alijs plerisq́ue illorum nobilibus, à prædicto concilio omninò discedere. Non obmittimus alia plura grauamina, vt cursores nostros primùm, tum dilectum filium priorem Furnensem ordinis Præmonstratensis ad nos specialiter missum, in itinere cum literis interceptos, pecunijs q́ue cum bonis alijs nudauerunt, vt ex nostris sit nemo, qui sine iusto metu vel illucire, vel indè redire possit. Quantum generali Concilio ista conueniant, cunctis ratione vtentibus liquet. In secunda Ephesina synodo pernicioſissima illa quosdam Apostolicæ sedis legatos iugulatos legimus, quòd acquiescere subscriptioni nefariæ noluerunt. Verum hæc insonora non sunt, sed obmittimus: referre quidem piget ob Ecclesiæ matris iniuriam atque iacturam. Sed dicendum tamen est. Illi ipsi, qui pro tractandis Ecclesiæ negocijs, pro pace & vnitate in Ecclesia catholica seruanda pro reformatione vtili & honesta inducenda * secum venisse profitentur, quiq́ue sextum iam annum in huiusmodi tractatibus summo cum fructu exegerunt, cùm vniuersus Christianus orbis esset prædictæ sanctissimæ illius vnionis quasi iam imminentis expectatione suspensus, ex qua dici non potest, quantùm lætioris spei humanis rebus & religioni Christianę accederet, eos ad euersionem potiùs tam pij operis, confusionem q́ue Christiani nominis & vniuersalis Ecclesiæ scissurã, & totius religionis excidium moliri, manifestè depræhenduntur. Et quid mirum si in Oratores nostros sæuiant, qui in nos quoque adeò effrenatè feruntur? Prætensum quippe quoddam monitorium siue (vt appellant ipsi) citatorium, conuicijs, contumelijs, atque iniurijs plenum, aduersus nos & in grauamen venerabilium fratrũ nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, conflare ausi sunt, nouo planè exemplo, & quod priora omnia secula ignorauerunt, & quod vtì ne fieret, cùm Ioannes & Iulianus Cardinales prædicti sedis Apostolicæ legati, varijs modis obsisterent, & validissimis, & grauissimis, verissimisq́ue rationibus improbitatem facti coarguerẽt, demonstrarentq́ue apertis documentis, id charitati, bono publico, paci ecclesiæ, iustitiæ, sacrisq́ue Canonibus ita aduersari, vt ipsi abhorrerent illic adesse, vbi de tali tractaretur monitorio, auditi non sunt. Et cùm instanter orarent, & expressè postularent, vt à re tam monstruosa desisterent, cõscientiasq́ue exonerando suas, excusarent coram DEO & hominibus innocentiam suam, quòd monitorium illud pro viribus & supra vires impugnarent, plurima quæ ex illo sequi potuerint scãdala & mala memorantes, maximaq́ue instantia vtentes, veluti ex protestationibus suis publicè & solenniter factis apertissimè constat: tantis tamen, tam pijs, tam iustis postulationibus furor ille non cessit. Cùm verò memorati Ioannes & Iulianus legati, octò primò, deinde trium dierum inducias peterent, infra quos rationes in scriptis redigerent, quibus, cur nullo modo ad dictum prætensum monitorium seu citatorium esset procedendum, euidentissimè demonstrarent: non solùm non auditi sunt, verùm contra ipsius ordinationes Concilij, eadem die & generalis congregatio & sessio repentè ac præcipitanter est habita, quod nunquam anteà vel in minimis priuatisq́ue negocijs fuerat factum. In ea sanè prætensa præcipitiq́ue sessione, & si prælatos sub pœna præstiti iuramenti cogere & penè violenter attrahere conarentur, legati tamen ipsi & plures ex oratoribus Regum & principum, prælatiq́ue plurimi, iustitiæ potiùs & veritati deferentes, quàm illorum cedẽtes comminationibus, nulla ratione huic tam inhonestæ ac monstruosæ rei ĩteresse passi sunt, sed magis ac magis insteterunt, vt à dicto monitorio abstinerẽt, nihil innouari debere idẽtidèm apertè protestantes. His profectò legatorum nostrorum rationibus, iustissimisq́ue petitionibus ac protestationibus necessarijs acquieuissent, nisi pauci ex primoribus, quos sequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peste, partim potentium quorundã secularium seu furori obsequẽtes, seu deliniti obsequijs, seu minis atque terroribus adacti, sub reformatiõis specioso nomine, sese duces atque authores harum nouitatũ prębuissent. In quæ nos imminentes iam concilij œcumenici si quid aduersus nos conciperent, omnino distuliſſent. Ea verò cùm comperisset chariſſimus in Christo filius noster Sigismundus Romanorum Imperator, obstupuit: præcipitemq́ue sententiam schismatis metu, quod sublatũ laboribus plurimis, isti inferre tentarent, vehementer exhorruit. Ac protinus per venerabilem fratrem Petrum Augustanensem episcopum oratorem suum, ad præfatum concilium

For. * se conueniſſe

locus obſcurus.

cilium destinatum, vt abstinerent ab huiusmodi nouitatibus & scandalis, omni instantia requisiuit: & si quid aduersum nos promulgassent, reuocarent. Quod quidē, vt rex certissimis nuncijs accepimus, facere omninò neglexerūt. Et quid mirum, si illi minùs obtemperent honesta postulanti, cōtra sanctorum canonū statuta, qui excusso de sub iugo diuini timoris collo, tam liberè quàm licenter eunt in pastorem pōtificem suum: quorū conatibus nisi oportuniùs prouideatur, rem hanc sanctæ vnionis Orientalis & Occidētalis Ecclesiæ, ex qua diebus nostris ppagari Christianitatis terminos speramus, & sub cuius spe & expectatione Christianorum multitudo ab infidelib⁹ oppressa respirat, intercipi & destitui, Ecclesięq; reformationem & pacē christiani populi, quam iam annis sex mundus præstolatur, in deformationem potius intestinumque bellum conuerti: quis adeò rationis ac iudicij ignarus est, quin videat, quin intelligat? Suborientur, vt timendum est, in supèr alia incommoda & mala necessariò, scandalaque & diuisiones non modò in re Ecclesiastica, verùm quoq; in regnis, principatibus, dominijsq; tēporalibus pullulabūt ex infausto hoc germine, quæ sine maxima Dei offensa nos ampliùs dissimulare nemo sanę mētis ignorat. Cum igitur ad huiusmodi pericula, scandala & detrimēta ab vniuersali ecclesia & à populo Christiano sicuti à debito adstringimur pastoralis officij, propulsanda, & nelōgius serpant, arcenda: nihil æquè expediēs occurrat, quàm si in vnū cōueniamus oēs charitatis, pacis & concordiæ vinculo adstricti, & semotis priuatis affectionibus, ad memoratæ vnionis Ecclesiæ vtriusque, sanctorumque reliquorum operum prosecutionem, quorum gratia Concilium Basileēse ab initio fuerat institutum, studia & vota nostra conuertamus: omnibus itaq; & singulis quæ suprà digesta sunt, & alijs iustis & rationabilibus causis ad hoc animum nostrum permouentibus, atque eo in primis, quia factum sine consideratione iustitiæ & contra omnem canonum disciplinam, ratū habere nulla permittit ratio: & quia dissensionis scandalum non auferret Basileensis synodus, sed illi qui in illa se duces & principes nouarum rerum faciunt, potius augerent: his, inquam, omnib⁹ accurata meditatione pensatis, quorum gratia, neq; nobis, neque nostris tutum aut liberum sit in eo concilio, quod sub ditione est & quasi tyrannide quadam æmulorum nostrorum redactum, quidquam proponere aut tractare: habitaque super his omnibus & singulis cū venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione de ipsorum omnium communi consilio & assensu, plurimisq; etiam adhibitis venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filijs Electis Abbatibus, alijsque prælatis in curia nostra existentibus, ad idem considentibus atque laudantibus, volentes tam pernicios̄is & imminentibus scandalorum, turbationum & cōfusionum periculis in Dei Ecclesia, vt præmittitur, obuiare: si & in quantùm supradicti in ipso Basileensi Concilio existentes, in obstinato proposito suo perseuerauerint, vigore vel occasione dicti prętensi monitorij vel citatorij in aliquo procedēdo, aut aliquam aliam nouitatem contra nos vel venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, vel præsidentes & oratores nostros, qui in dicto concilio fuerūt, vel aliquem ex eis in posterum inferendo, vel etiam à die datæ præfati asserti monitorij forsitan factam cōtinuando quouis modo seruando, tenore præsentium authoritate Apostolica & ex certa sciētia ac ex plenitudine potestatis ciuitatem Ferrariensem, quam etiam pro futuro œcumenico concilio exnunc assumimus exnunc prout extūc, & extunc prout exnunc, pro loco dicti concilij transferendi nominamus, assignamus, & etiam deputamus: locum quidem gratum Græcis, rebus gerendis vtilem, idoneum & accommodum, omnibus regibus, prælatis & principibus tutum & liberum, in decreto Græcorum compræhensum, & pro quo omnia Græcis promissa, expedita & peracta sunt: ad eundemque locum præfatum Basileense concilium, ad omnes & singulos effectus inchoatos & inchoandos, & pro eisdē causis, pro quibus fuerat Basileæ congregatum, cōsilio, assensu authoritate & potestate similibus, exnunc prout extunc, & extūc prout exnunc trāsferimus, ac translatū fuisse & esse declaramus: causa Bohemorū, quo ad articulum communionis sub vtraq; specie, quem solum articulum volumus in dicta ciuitate Basileēn infra 300 dies cōtinuari posse, duntaxat excepta: quos etiam Bohemos, si pro ea causa ad dictam ciuitatem Ferrariensem & concilium sic translatum, eis magis venire placuerit, in eum casum benignè suscipiemus, tractabimusq; cum oīi humilitate & charitate possibili, & ab alijs tractari faciem⁹. Hanc aūt translationē, inquantum prædicti Basileæ existentes non resipuerint, vt præmittitur, locum habere intelligim⁹ & declaramus ante ipsorū Græcorum aduentum. Ipsis autem Græcis venientibus, & in dictum locum Ferrariæ pro œcumenico concilio celebrando, vt certi reddimur, consentientibus, exnunc pro extunc, & extunc pro exnunc, ipsum Basileēn concilium ad præfatam ciuitatem Ferrariēsem purè, liberè, & simpliciter trāsferrimus & decernimus inchoandum. In quo etiam sic translato, talia authore Deo proponere & agere intendimus, ex quibus nostram innocētiam orbis totus agnoscere poterit, & quę sunt aduersum nos quorundā maleuolentia

lentia & malignitate conficta, falsa & omni veritatis fundamento destituta intelligere, ac nostram bonam voluntatem, ad ea pro quibus dictum Basileēn concilium, vt præmittitur, fuerat congregatum, euidentiùs poterit intueri: Decernentes ac etiam declarantes, omnem aliam declarationem, electionem vel translationem, quauis authoritate & quocunque prætextu factam, vel aliā in posterum faciendam, præterquàm authoritate nostra, de qua cōstet per authenticas literas nostras super hoc conficiendas, nullius est ×prout roboris vel momenti: Mandantes insuper & præcipientes venerabilibus fratribus & dilectis filijs sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, episcopis, electis, abbatibus, & alijs qui de iure & antiqua consuetudine generalibus concilijs interesse tenentur, quatenùs ad præfatū concilium (vt præmittitur) translatū se trāsferant, & ad ea tractanda & peragenda quæ ad Dei laudem & gloriam, sanctorumque operum profectum, pro quibus ipsum Basileēn concilium fuerat congregatum, necessaria & vtilia videbuntur signanter in materia Bohemorum, si quid fortasse in ea restaret agendum, & specialiter ad materiā vnionis orientalis & occideutalis Ecclesiæ, vt supradictum est: quoniam quanta possumus industria & diligentia, ad felicem vsque exitum prosequi intendimus, quos omnes & singulos ad omnia & singula præmissa exnunc citamus, requirimus, & monemus securitatemque & saluum conductum omnibus & singulis, prout in alijs nostris literis indè confectis latiùs continetur, damus & concedimus etiam per præsentes. Insuper authoritate, potestate, cōsilio & assensu præ dictis, sub excommunicationis, priuationum dignitatum, beneficiorum & officiorū, ac inhabilitationis ×pœnis, quas contrà facientes incurrere volumus ipso facto, aduersus quas pœnas restitui rehabilitarive præterquàm à nobis non possint: sed nec ab excommunicatione absolui, nisi in mortis articulo cōstituti: districtiùs inhibemus, ne in præfata Basileēn ciuitate, aut alibi quàm in ciuitate Ferrariensi supradicta, deinceps (vt suprà prēmittitur) concilium aut aliquis conciliaris actus teneantur, seu aliquod officium ad ea subordinatum decæterò exerceatur: neque etiam aliquis in dicta Basileēn ciuitate remanere, præterquàm ad articulū Bohemorum, vt dictum est, & ad alium locum quàm Ferrariæ, sub nomine aut prætextu concilij accedere audeat. Decernentes etiam irritū & inane, aut nullius roboris vel momenti, si secùs quauis authoritate, etiam sub nomine & authoritate concilij, præterquàm nostra, de qua per literas (vt prēmittitur) super hæc conficiendas constet: à quibus communiter vel diuisim cuiuscunque status, gradus, præminentiæ, & conditionis existant, etiamsi cardinalatus, patriarchali, Archiepiscopali & episcopali dignitate prę fulgeant, scienter vel ignorāter forsitan cōtigerit attētari, ordinationibus, statutis, cōstitutionibus, decretis, declaratiōibus quauis authoritate, etiam sub nomine generalis concilij factis, & alijs in contrarium facientibus, etiam si talia forent, de quibus esset habenda etiam de verbo ad verbum mentio specialis. Quibus omnibus authoritate, potestatis plenitudine, cōsilio & assensu similib⁹, ex præmissis necessarijs & vrgētibus causis prædictis, derogamus, ac derogatum esse authoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus. Cæteris que in contrarium quomodolibèt faciētibus, non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ assumptionis, nominationis, assignationis, deputationis, translationis, declarationis, voluntatis, constitutionis, mandati, præcepti, citationis, requisitionis, monitionis, dationis, inhibitionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prēsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Bononiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, quarto decimo Calendas Octobris, pontificatus nostri anno septimo.

for. × esse, prout est, roboris

Adiutor & protector meus es tu Domine, ne derelinquas me Deus meus.

SANCTVS SANCTVS
PETRVS PAVLVS

Eugenius papa quartus.

Ego Eugenius catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Prædicta Bullla signata fuit p papam & oēs cardinales iu Romana curia existētes, prout hìc habetur.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis, subsc.
Ego Branda Episcopns Portuensis, subsc.
Ego Antonius tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, subscripsi.
Nicolaus tituli sanctæ Crucis presbyter cardinalis, subscripsi.
Ego F. tituli sancti Clementis presbyter cardinalis, subscripsi.
Ego A. tituli sancti Marci presbyter cardinalis, subscripsi.
Ego Prosper tituli sancti Georgij ad velum aureum diaconus cardinalis, subsc.
Ego Dominicus sanctæ Mariæ in via lata diaconus cardinalis, subscripsi.

Non sunt plures Cardinales nunc temporis in curia.

Quę etiam in consistorio generali lectę fuerūt per quas papa ad ciuitatē Ferrarien eūtib⁹ saluū conductū largit: etiā lītæ eiusdē tenoris dñi Ferrarien in eo dē consistorio lectæ fuerunt sor. × ad ea pœnis

SIGISMVNDI IMPERATORIS PIISSIMI EPISTOLÆ ad Cōcilium Basileēn, vel pro ipso ad alios scriptę, hìc separatìm congestæ, & iuxta datas earum, quantùm ex ipsis conijci potuit, ordinatæ.

××e Supplica-

Supplicatio ad papam, pro credentia primorum ambaſiatorum domini regis.

BEatiſſime pater & domine reuerẽdiſſime, intelleximus venerabiles & egregios viros Iacobũ de*Syrck ſcholaſticum Treuereñ, & Thomã *Fyme decretorum doctorem Officialem Pariſieñ, Oratores ſacri Baſileeñ cõcilij, nobis directos ex ipſorum relatu. Qui quod de continuatione ipſius concilij, quo in republica Chriſtiana nil vtilius, nilque perfectius perſonabant, permaximè commendamus. Et quia ea de re etiam V. S. accedunt, rogamꝰ affectu deuotiſſimo, quatenùs ipſos velitis, noſtri intuitu & reuerentia dicti cõcilij, recõmiſſos ſuſcipere, benignè audire, & iuxta petita pro honore Dei & commodo Chriſtianiſmi clementer & * celeriter adhibendo operam, quæ vtique S.V. incumbit, vt ſacrum conciliũ nullatenus inducietur ſeu mutetur: ſed ex directione eiuſdem Sanctitatis, fomenta & incrementa optata ſuſcipiat, prout E.S. ab oratoribus ipſis percipiet, quibus noſtri nomine velit adhibere credentiç plenam fidem, & vltra ea accuratiſſimè deprecamur, vt eadem ſanctitas perſonas prefatorum oratorum commendatas velit habere pro complacentia & gratia nobis acceptiſſima. Cuius perſonam conſeruare dignetur &c.

*Fyrne

for.*celeriter expedire

Regis ad papam ſuper facto concilij.

Copiæ literarum Regiæ maieſtatis ad dominum noſtrum papam per oratores concilij Baſileenſis deſtinatarum.

BEatiſſime pater & domine reuerendiſſime, Non fuit indignum, quòd veſtra ſanctitas receſſum & ſcripturam fidelium de Bohemia, geſſit moleſtam, prout ex Bulla ejuſdem ſanctitatis, quæ nobis hodiè præſentata exiſtit, clarè percepimus. Nam & nos tantam mentis amaritudinem exindè cõcepimꝰ, vt reuerà ad plenũ reſcribere nequeamus. Non expediebat *eum hos cunctos cõtrarios ad V.S. auditum ita precipitãter deducere. Quia ipſorum ſignificatio erat horribilis, & potiùs his committenda, qui ipſis rebus conſilio affuerunt, viderũt, & eas corporaliter tetigerunt. Ad prouiſionem autẽ tanti caſus, tantumque opprobrium gentis fidelium abſtergendum, palpebras noſtras non contraximus: immò vigilando ſolerter poſt reuerſionem exercitus, mox in præſentia reuerendiſſimi domini cardinalis legati, Electorum & principum aliorum, omnia remedia exquiſiuimus, quæ tãta celeritate fieri poterant, & tandem dictam in ciuitate noſtra Franckfurdenſi cunctis indiximus in feſto ſancti Galli nunc præterito, ad prouidẽdũ his rebus ſalubriter, & vt hæc ignominia catholicorum auferri, & hæreticorũ ſuperbia poſſet cõtundi. In qua tamen dieta quãuis ſolennes Oratores noſtros prælatos & alios haberemus, nil peractum eſt, quia quaſi nullus comparuit. Nec iam aliqua ſalubria ſperantur in re iſta remedia, quàm hoc ſacrũ Baſileenſe concilium, quod Deus omnipotens hoc tempore tribulationis ab alto conceſſit, & in quo omnis virtus contra hãc peſtẽ hęreticam, omnisq; ſalus & ſpes omnium conſiſtit. Neque alibi exquirendæ ſunt particulares viæ in rebus tam arduis, niſi vbi generalia & ſumma chriſtianorum ingenia, Spiritu ſancto duce, feliciter conuenerunt. Ad quod quidem concilium manu tenendum, protegendum & conſeruandum, antequàm montes tranſiremus, tales promiſſiones fecimus, prout nuncij dicti cõcilij à nobis petere voluerunt. Et nihilominùs illuſtrem principem noſtrum Vuilhelmum ducem Bauariæ, & cũ eo certos epiſcopos, Abbates & viros notabiles, tũc promptos feciמus, illuc noſtro nomine accedendo. Quos iam ibidem *ſine fallo, ſtatutos confidimꝰ. Et ſperamus in clementiſſimo Deo noſtro, quòd ibidem ad prouiſionẽ huius tam piæ & ſanctę rei dabit prouiſio ſalubris & optata, quamobrem veſtram ſanctitatem, cui ex ſummi apoſtolatus officio nõ minùs, quàm nobis, res illæ incumbunt, obſecramus in Deo, quatenùs ipſum ſacrum concilium veſtra ſanctitas dignetur conſouere & augere, ſicque prouidere, vt illud nec diſſoluatur, nec nullatenùs protrahatur: quoniam eius turbatio, indubiè eſſet totius reipublicæ Chriſtianæ deſtructio, hæreſumque auctio: exaduersò, ipſius fomentum & cõfortatio, profectò Catholicæ fidei & toti Chriſtianiſmo pariet remedia adoptata. Et dum Deo dante cum veſtra Sanctitate erimus, prout Deo largiente in breui ſperamus, multa arduа ſuper re ipſa cum eadem conferemus, quę non minùs erunt vtilia, & prout confidimus, ſanctitati veſtræ accepta. Cuius perſonam conſeruare dignetur altiſſimus feliciter & longæuè regimini Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum &c

for.*ſi non fallor,

for*autem hos cuẽtus contrarios

SIgiſmundus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Hũgariæ, Bohemiæ &c. Rex, Reuerendiſſimo in CHRISTO patri domino Iuliano cardinali tt. ſancti Angeli preſidenti, venerandiſque patribus prælatis & cæteris in ſacro generali Baſileenſi Concilio congregatis, amicis noſtris chariſſimis & ſyncerè grateque dilectis. Reuerendiſſimi ac venerandi in Chriſto patres, amici chariſſimi, ſynceri & grati, nobis dilecti, venientes ad nos veneraudos & egregios Iacobũ de *Slyck Scholaſticũ Treuerẽſem, & Thomam * Fyrne decretorum doctorem Officialen Pariſienſem, Oratores veſtros nobis gratiſſimos, lætanter ſuſcepimus: qui habita diſerta per ipſos coram nobis tam ſyncerè quàm

*Syrck

quàm eleganter oratione ex impoſita ipſis legatione, inter cætera retulerunt, deliberatum eſſe pro ſeſſione futura tractandum de ſufficienti ſtabilimento ſacræ ſynodi Baſileeñ, & de continuatione eiuſdẽ, quę omnia nedum honeſta, immò verius diuina eſſe cenſuimus, & repulſis penitùs turbationibꝰ & animi noſtri procellis, conſolati fuimus, & refecti gaudio ſingulari, reddentes in primis gratias Domino Deo noſtro, cùm ipſa ſacra ſynodus ita congregata exiſtat, vt nullum conuenientius præſidium excogitari poſſit, quo nauicula Petri ſeſe ab extremis horrendisque fluctibus iam vndique inſultantibus tueri, neque labes hæretica cõmodiùs deprimi, mores Chriſtianorum in præſtantius reformari, aut res vniuerſæ orthodoxæ fidei poſſint in melius commutari. Moxque præfatis veſtris oratoribus recõmendatorias noſtras ad dominum noſtrũ ſummum pontificem dedimus, ſuæque ſanctitati res ipſius concilij commiſſas fecimꝰ: quos etiam ambaſiatores noſtri ſolẽnes ſuper ea intentione eueſtigio ſubſequentur, certificãtes paternitates veſtras, quòd quẽadmodum prius omnem facultatem regnorum noſtrorum, perſonamque regiam vſq; ad effuſionem ſanguinis & mortis paſſiõem obtulimus: ita ſemper, Deo cooperante, ea intentione inuicta, quoad vixerimus, reperiemur, & ſic nos offerimus pro Eccleſia ſancta Dei, ſignificantes paternitatibus veſtris, quòd ipſo feſto ſanctę Catharinæ virginis proximè præterito hîc Mediolani in domicilio ſancti Ambroſij, Maiorum noſtrorum imitando veſtigia, regium diadema aſſumpſimꝰ, authore Domino Ieſu Chriſto, cum ſolennitate & celebritate ſemper digna memoria, & in rebus ſecundis illius gratia feliciter proſperamur, accincti ſeptimana inſtante ad conuentionem cum filio noſtro chariſſimo duce Mediolani in Placẽtia, pro tranſitu noſtro verſus Romam celebrandam, prout vobis quidquid ibidèm cõcluſum fuerit, illicò deſcripturi ſumꝰ. In ſingulis autem, quæ per oratores veſtros petita ſunt, ita nos apud ſanctitatem domini noſtri dum ſecum fuerimꝰ, prout in breui ſperamus, & alios quoſcunque & vbicunq; purè & fideliter exhibebimus, quòd ſancta mater Eccleſia, quam deuotè veneramur, & ſemper venerabimur, in nobis ſentiet integerrimum aduocatum & filium, & ipſius Concilij, quod eandem repræſentat Eccleſiam, defenſorem & vltroneum protectorẽ. Obſecrantes paternitates veſtras in viſceribus Ieſu Chriſti, vt in hoc ſancto velitis perſeuerare propoſito, & ſiqui æmulorum Dei & Chriſtianiſmi in pœnis debachantium, fortaſſis ad protractionẽ ſeu diſſolutionem ipſius concilij conarẽtur intẽdere, illos velitis tanq̃ mẽbra putrida præcidere, ne corpꝰ inficiãt: ad hocq; ſolerter eniti, vt ipſum concilium omninò ſolidetur, & accuratiſſimè foueatur. Nã ex eius diſſolutiõe aut inducijs quas Deus auertat, non videmus niſi Eccleſiã Dei in totalem interitum & conditionem peſſimam ruituram: quibus omnibus per hoc ſacrum concilium, quod Deus hoc tempore tribulationis ab alto cõceſſit, & in quo omis virtus, omnisq; ſpes Chriſtianorũ ad extirpãdas hæreſes, repellendaq; vitia, & omnes rugas Eccleſiæ abſtergendas plenè cõſiſtit, fietque prouiſio adoptata, ad quod etiam, Deo dante, citò & feliciter reuerti ſperamus, deſiderio magno inceſi, vt ſicut in conſtañ cõcilio vidimus gregẽ Dominicũ anteà miſerè diſperſum, in vnius Paſtoris obedientiã conuenire, ita in præſenti Baſileenſi concilio ipſius vnici gregis reformationẽ videre poſſimus, oramus, vt nobis velit concedere rex æternus. Datum Mediolani die 11. menſis Decembris, regnorum noſtrorum anno Hũgariæ 45. Romanorum 22. & Bohemiæ 12.

Ad mandatum domini regis Caſpar Slick.

LITERA REGIS AD PAPAM ſuper facto eodem.

BEatiſſime pater & domine reuerẽdiſſime, hodiè recepimus Bullam veſtræ ſanctitatis de manibꝰ E.V. ſanctitatis, notificantem nobis diſſolutionem ſacri Baſileẽſis concilij, quam eadem ſanctitas fecit per ſuas Bullas hincindè publicari: de qua quidem re nobis nedum terribili, ſed infauſta nimiùm, nedum amariſſimè perturbati, immò tanto vehementiùs ſtupefacti ſumus, quãto apertè videmus calamitates innumeras, diſcriminoſa pericula atque ſcandala, toti Chriſtianiſmo exinde ſucceſſura, & fidem catholicam per hoc indubiè fundamẽtaliter eneruari. Et quãuis plurima & infanda mala, quæ ſtylo deſcribi non poſſunt, ex diſſolutione tali ſequutura ſunt, tamen nos accenſi zelo, quem gerimus ad religiõnem fidei, & affectu filiali, quem habemus ad veſtram ſanctitatem, ad ſatiſfaciendum quoq; debito noſtro, quod nobis tanquam Romanorum regi aduocato & defenſori Eccleſiæ incumbit, præmittimus veſtrę ſanctitati hîc incluſa certa Auiſamenta, & repentinè quidem ac feſtinantiſſimè: quoniam arduitas & magnitudo rei, ipſius oratoris miſſionem propter moram pati nõ potuit, in quibus eadem ſanctitas verſando colligere poterit pericula, in quę Eccleſia Dei ruitura eſt, ſi concilium diſſoluatur, quod abſit: videbit etiam ſanctitas veſtra in auiſamẽtis prefatis mẽtem noſtram ſuper rationibus, quæ veſtram ſanctitatem ad huiuſmodi diſſolutionis materiam permouerunt: quæ vtinam tantum facerent in hac Chriſtianorum extremitate, quantum ſine fructu prolongãt. Rogañ, obſecrañ, ac affectu maiori quo poſſumus requirentes veſtram ſanctitatem in Domino noſtro Ieſu Chriſto, cuius res agi-

tur, quatenùs pensata totius Christianę religionis subuersione, mox remediare dignemini, scribere & mandare reuerendissimo præsidenti & sacro Concilio, vt nullatenùs dissoluantur, sed in nomine spiritus sancti, in quo cógregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si quæ vestra sanctitas in contrarium scripserit seu nunciauerit, illa respectibus præmissis legitimis pẽsatis, protinus reuocet, eidemque Concilio fauores & oñes promotiones impendat, necessitas summa requirit. Auisata enim esse debet eadem sanctitas, quòd nisi hoc celeriter fiat, Ecclesia Dei in deterrimas conditiones prolapsura est, potissimè in Germaniæ partibus, q̃iam proh dolor indubioso vacillant discrimine. In quo profectò sanctitas vestra quæ hucusque tanquam innocẽs sine macula tenta est, non modicè (quod dolenter describimus) suspicionis notæ subiacebit. Quam quidem per remedium salutare vestra sanctitas tollere velit, & hanc adhortationem nostram, ad quam nos extrema vnctio, quam Ecclesia Dei modo expectat, ac cõscientia nostra, ac filialis erga sanctitatem vestram vrget affectus, paternè & benignè susscipere & sic prouidere, vt Grex dominicus non tam miserè dispergatur: sed boni pastoris regimine, ad eiusdem & sacrosanctæ Romanę Ecclesię obedientiam, cùm tempus assit gratiæ, feliciter conducatur. Personam vestræ sanctitatis sanam & incolumem cõseruare dignetur altissimus feliciter & longæuè regimini Ecclesiæ. Datum Placentiæ die nona mensis Ianuarij, regnorum nostrorum anno Hungariæ &c. 45. Romanorũ 22. & Bohemiæ 12.

Optat Imperator, vt Ecclesia ad põtificis obedientiã reducatur: cui vtinam Basileẽses obtemperassent.

cos reductos videre, nec prætermittendum est suo tempore ad illa intendere. Sed non poterit nec debebit ipsa reductio, quæ tot centenis annorum sic perstitit, & dubiosa q̃dem est, rebus tam arduis, quæ subuersiõem totius nostræ fidei tangunt, quoquo modo præponi: quia vtique res illa moram pati nõ potest, quæ hucusque tanto tempore perduravit sine læsione Romanæ Ecclesiæ, cùm à Græcis & suis concredẽtibus hucusq; Christianitas nihil violenti pertulerit. Sed istę res videntur nobis debere ilicò ad manus recipi, tanquàm magis bonæ & arduæ, quæ facere possunt ad extirpationem hæresum, quæ hodiè tanta enormia mala in populo fideli patrant, nec cessant, sed igne & gladio trucidant, non parcẽtes sexui nec ætati. Nunquã enim credibile esse poterit, Græcos ritui nostro conformari velle, videntes nos in tanta strage, dissensione, & deformitate morum & vitiorum, nec vnquam aliquam correctionẽ adhiberi, sed de die in diem nos in viliora & magis inordinata corruere, & ritum nostrũ ac obedientiam Christicolarum, quasi penitùs extingui. Dicunt ipsi apertè:

Sæuitia Hussitarum

Turpe est doctori cùm culpa redarguit ipsum.

Sed si nos viderent esse compositos & reformatos, & intendere ad extirpationem hæresum & pacem fidelium, profectò indubij sumus, q̃ se deflecterent. Sed hoc iterum per alios & alios modos, Deo faciles & benè cõuenientes, prout à nobis enucleatiùs & clariùs informabitur sanctitas vestra. Secundò sacrum Basileense cõcilium misit nobis certas literas, Bohemis Hussitisque *sonantes, eosque ad Basileam pro reductione ipsorũ vocantes, quas ilicò eisdem trãsmisimus, adiunctis nostris oportunis & adhortatorijs literis, tenorem literarum Sacri concilij continentibus. Super quibus Pragenses, qui inter eos potiores sunt, in Praga dictã*, prout in copia hîc annexa, sanctitas vestra elicere poterit, & vt nos aliũdè informamur, speratur omniuò de comparitione ipsorum coram Concilio, & verisimiliter etiàm multo magis ad hoc stringuntur, *quanto iam in regno nostro Hungariæ conflicti sunt, & magnam partem sui exercitus, equestrium & pedestrium, ac instrumentorum & Curruum, auxiliante Domino, perdiderunt, & etiam per illustrem filium nostrum ducem Austriæ, æstate præterita in Morauia potenter de campo depressi, & in fugam conuersi, ac nouissimè in ducatu Austriæ notabiliter sunt prostrati. Insuper etiàm, quia ipsum cõcilium ipsis magnum terrorem inducit, cùm audiunt, illud ad extirpationem hæresum esse potissimè congregatum, quibus comparentibus, speraremus ipsos per sacrum Concilium ita informari, quòd contenti recederent, & hæc pestis DEO dante cessaret: nec intentio concilij & nostra vnquàm fuit neque est, vt super articulis ipsorũ priùs da-

Strages Hussitarum.

AVISAMENTA AD DOMINVM summum pontificem ex parte domini Romanorum &c. Regis, super facto Basileensis concilij.

PRimo, quemadmodùm vestra sanctitas in Bulla nobis transmissa notificat nobis primò dissolutionẽ sacri Basileen Concilij &c. Ita perfecto diligenter tenore eiusdem, nõ videmus aliam penitus causam dissolutionis, propter quam fiat, contineri, nisi propter reductionem Græcorum ad ritũ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ. Et quemadmodùm eadem sanctitas nos rogat, vt si aliqua auisamenta excogitaturi sumus, ad pacem fidelium religionis Christianæ ac statum & honorem Ecclesiæ facientia, vestræ sanctitati velimus exponere &c. ita requisitione vestræ sanctitatis promoti & inducti, etiam deuotione syncera quam ad bonum Ecclesiæ & statũ vniuersæ reipublicæ Christianæ gerimus, rubore depositio & confidenter dicimus, quòd hæc causa Græcorũ, nullatenùs sufficere potest ad dissolutionem ipsius sacri concilij, quanuis benè esset res sanctorum & multùm optabilis, ipsos Græ-

damnatis debeat *fore disputatio, prout tãgit sanctitas vestra, sed solùm informatio & instructio per sacras scripturas, vt se errare cognoscant, & resipiscant, prout dominus noster papa Martinus prędecessor vester, nobis & regi Poloniæ in plurib⁹ suis Bullis faciendũ imposuit & persuasit. Et in casu quo nil perficeret, tamen videns sacrum concilium ipsorum pertinaciam, feruẽtius ad eorum suppressionem intenderet, & super his ex omnium regionum finibus prouideret, quoniã hoc onus solis est importabile Alemanis: Insuper quia locus Basileensis præfatis Hussitis est deputatus, & sacrum concilium, nosque securitatem illuc conducendi illis plenè obtulimus, & per literas nostras affirmauimus: quid dicent ipsi hæretici, sentientes dissolutionẽ concilij, nisi quòd nos fugiamus eos, & Ecclesiam contra eorum rationes quodammodò succubuisse? & sic cõfortabunt suos, & fideles populos, ad quos iam, vt audiuimus, errores suos & articulos cum insertionibus sacrarum scripturarum miserunt, mortali contagione inficient, in quo cũctus populus spem suam defixit: nec illud tantam moram perferre quomodolibèt poterit, quanta esset huiusmodi protractio cõcilij: quia reuerà in tãto tẽpore & ipsi quasi totam Germaniam possent subripere, prout circunquaque in magna parte de facto fecerunt, nec resistentia aliqua pararetur, nec parari posset, propter dissolutionẽ ipsius Concilij, vt claret. Tertiò, quia vbique famatur, sacrum concilium pro reformatione morum in populo catholico & etiam statu ecclesiastico cõgregatum fore &c. modò si dissolutum maneret concilium, reuerà timendum est, quòd laici q̃ multimodè contra clericos debacchantur, capiãt occasionem irruendi contra ipsos, dicentes in congregandis & dissoluendis Concilijs sine fructu illusiones fieri, prout priùs etiam factum est, prout manifestè clamant, quòd non expectant nisi finem huius concilij. Et vt principium huius mali ostendamus, Eccè ciuitas metropolitana Meyddeburgen, expulso suo archiepiscopo atque clero, iam per terras ipsius ecclesiæ in fortitudine curruum Hussitarũ diuagantur, quibus in subsidio sunt quasi omnes ciuitates Saxoniæ maritimæ, & maiorem (vt timendũ est) habebunt sequelam, si non celerrima fiet prouisio. Insuper, vt auisamur, Patauien ciuitas suo episcopo rebellauit, & se parat ad expugnandum castra sua. Demum ciuitas Bambergen, quæ propter mutationem, quam fecit contra hæreticos ex indulto nostro, per clerum infestatur, in magna est vacillatione, & quia prædicta loca omnia Bohemis sunt vicina, timendum est, quòd per dissolutionem concilij, quod pro separandis talibus nuncios suos transmisit, illa loca talia cum hæreticis in spem sub-

*fieri

Magdeburgenses & vrbes maritimæ fauent Hussitis.

sidij partita capient, quæ nullis vel saltem grauissimis erunt recuperanda laboribus. Quartò, quanuis multi principes nobiles & ciuitates circunquaque Bohemiam post rupturam exercitus cum hæreticis treugas inierunt, tamen maior pars adhuc se contra eos sustentat, ponendo spem suam totalem in ipso Concilio pro liberatione sua: ad quos dictum concilium, & nos dudum pro eo misimus, qui audientes Concilium debere dissolui, totaliter se auertent, & treugas etiam inient ad redimendas vexationes, & quid in *locum sequetur, nisi illius prauitatis adhæsio? Quinto, quemadmodũ ipsum sacrum concilium pro ponenda pace inter cætera congregatum existit, & iam inter quàm plures reges, principes & alios sint præparamenta & initia facta, ad dandum modos pro pace: ita ipsi audientes, dissolutionem concilij, conuertent se ad gladium, & erit error nouissimus peior peiori: nec posteà erit aptitudo id faciendi, cùm principes fuerint exhausti, terræ per clades, cædes, & sanguinis effusionem desertæ, & in periculum innumerabilium animarum & corporum, quæ infra has prorogationes & inducias, proh dolor corruent: cessabunt etiam multæ prouisiones, quæ in eodem concilio pro republica Christiana fieri possent: & innumera prouenient scandala, in destructionem totius religionis Christianæ vergentia, quæ vestra sanctitas clariùs quàm possunt describi, prospicere valeat. Idcircò nos petimus, inuocamus, & quanto efficaciùs possumus, requirimus vestram sanctitatem, quatenùs eadem vestra sanctitas in continenti ad præfatum dominum præsidentem & sacrum concilium scribat & mittat, vt nullatenus dissoluantur, sed in nomine Domini in quo cógregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si quæ vestra sanctitas in contrarium scripserit, seu nũciauerit, illa protinùs reuocet & annullet: Auisando vestram sanctitatem, quod nisi hoc fiat, hæreses istæ armatę multimodè augebũtur, & Ecclesia Dei, indubiè in pessimas cõditiones ruitura est, quibus postmodùm nulla potentia, nullo consilio, nullaue arte seu ingenio succurri poterit. Et reuerà tamen hi, qui vestræ sanctitati dederunt consilium, non intellexerunt forsitan tanta ventura mala, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderẽt, mora enim in hoc negocio periculosa est, & nullatenùs sufferẽda. Et si quippiam fortassis pertimescerent, aliqua contra statum Ecclesiasticum per laicos debere tractari, non timeant: quia laici falcem suam non habebunt in messem illam immittere, immò profectò induciæ protractionis, quæ quæruntur, laicos facient contra clerũ & Ecclesiam insanire: quod tamen per istud cõcilium ordinatè tolletur de medio, dum laici videbunt clerum omni bono intendere.

¶Item cõsiderandũ est vestræ sanctitati, quòd sacrum concilium (vt putatur) ad huiusmodi dissolutionem nullatenùs cõsentiet, cum quo etiam maior pars regum, principum, prælatorum & communitatum cõcurret, & vestra sanctitas quæ hucusque in Ecclesia Dei sine ruga & macula tenta est, per huiusmodi opera poterit sibi suspicionem & rubiginem facere, ac innocentiam suam per hoc quòd facili & quasi nulla legitima ratione subsistit dissolutionis negociũ, fermentare: quia dici poterit, quòd vestra sanctitas hac occasione foueat hæreses, cædes, & clades inter Christicolas, & perseuerantiam deformitatum & vitiorum in populo: & timendum est, quòd habebunt sequelam multorum. Item si vestra sanctitas vellet cõcilio personaliter interesse, esset bonum & salubre, si posset. Sed si non potest, festinanter & citò demandet illud exequi, prout est inceptum, quia res illę quę vsque ad sanguinem tangunt, nullatenùs volunt moram, nisi cum dispendio totius Christianitatis. Et si vestra sanctitas posteà voluerit personaliter interesse super facto Græcorum, seu alijs quæ non requirunt tantam festinantiam, poterit congregare aliud concilium, quod fiet cum gratitudine & maiori aptitudine, quàm nunc hæc mora tolerari posset: nam isto dissoluto, nescimus si per annũ cum dimidio aliqui cõgregari possent propter dispendia quæ interim euenirent. Hæc omnia sanctitas vestra velit diligentissimè cõsiderare & prouidere, vt istud concilium mox restauretur: suscipiatque hanc adhortationem nostram paternè & benignè, quam facimus fideliter, vrgente ad eadem conscientia & extremitatibus, in quibus ecclesia Dei constituta est, & etiam quia maiestas sua valdè inuitè perciperet, quòd sanctitati vestræ exinde aliqua inter Christicolas deberet siniſtra suspicio suboriri, quemadmodũ nos vestrę sanctitati, dum cum eadem constituemur, prout in breui speramus, clariùs communicabimus.

INSTRVCTIO DOMINORUM euntium ex parte Cęsareæ Maiestatis ad dominum summũ pontificẽ.

PRimò exponatur, qualiter ad aures regias peruenerit, quòd sanctitas domini nostri gentes suas armigeras miserit contra maiestatem regiam, & subditos suos, ac terras sibi & imperio subtractas, absque culpa regia, & nulla offensa & rationabili causa p̃cedente. Et quanuis hucusque nunquam crediderit, sanctitatem suam erga maiestatem regiam aliquam indignationem velle aut posse concipere seu facere, licèt Nicolaus de Tolentino, qui se per expressum capitaneum generalem Ecclesię scripsit, aliàs veniens cũ Florẽtiñ gentibus in ante Lucam, gentibus regijs, vt debitum erat, papam defendentibus, publicè clamari fecerit, Viuat Ecclesia: tamen iam habetur *tertio, qualiter Nicolaus de Fortebrachijs contra terras imperio subiectas nouiter insultauerit, & illas nomine suæ sanctitatis & Ecclesiæ postulauerit, qualiter etiam memoratus Nicolaus de Tolentino in *Maricim Senensem pridẽ patrauerit, eadem Sanctitas persentiet in schedula cum præsentibus ostendenda, quæ tamen Maiestas sua à dicta Sanctitate minimè speraſſet, cùm talia nunquam demeruerit, sed semper studuerit omni solicitudine suæ sanctitati & sedi Apostolicæ summa deuotione & filialiter complacere: nec ab eo vnquam compertum est contrarium. Non potest non mirari, quis sanctitatem suam contra suum aduocatum & filium sine causa commoueat: & si subditi suæ maiestatis & imperij sacri, eandem sanctitatem aut suos in aliquo molestassent, fas fuisset, eam antè auisare: & ipsa fuisset quàm parata, nedum eidem sanctitati, sed & cuique de subditis suis iustitiam ministrare, quod profectò in aduersum paternaliùs & clementiùs actum fuisset, quàm tali indignatiõe prorũpere, cùm continuò eadem sanctitas suę maiestati scripserit, ac latissimè nunciauerit, ac nouissimè per venerab. Iacobum archiepiscopum Ebreduneñ principem Tristamerarium suum dici fecerit, se erga eandem maiestatem optimè esse dispositam, eamq; multùm amare, nec aliud vnquã sperauit, & adhuc quòd sua sanctitas clementius & paternalius cogitabit & aget, vt in eadem sperat.

*certius

¶Item regia maiestas suscepit reuerẽter, & vidit, ac audiuit diligenter bullas suæ sanctitatis per dominum archiepiscopum allatas: sed quia negocia illa magni sunt ponderis, & extra potestatem regiam, non posset super illo suæ sanctitati eadem Maiestas efficaciter respondere, cùm illa potiùs pertineant ad sacrum Basileeñ concilium, prout aliàs oratoribus Apostolicis in Parma constitutis clarè dixit eadem Maiestas, tales res concilium tangentes, ibidèm quæri debere. Et sic denuò ibidèm dicet, & ad hoc cooperabitur omni posse, vt res illæ benè cedant. veruntamen rogat, petit & obsecrat eandem sanctitatem filialiter deuotè in nomino nostro Iesu Christo, quatenùs eædem limitationes & modificationes capitulorum in bulla expressorum, defendẽdo illud concilium ad laudem Dei & salutem suæ sanctæ Ecclesiæ, dignetur simpliciter & indistinctè manutenere & fouere, vt sup articulis & rebus, p quibus cõgregatũ est, procedat liberè iuxta formas & modos in retrò generalibus cõcilijs tentos. Quod si eadẽ sanctitas faceret, vt sperat eadem maiestas, prouidebit indubiè saluberrimè honori & dignitatibus suis, & extolletẽ ad æthera, & sub eius regimine eiusque præsidio in Ecclesia Dei, nunc

nunc vndiq; impugnata, tot bona sequutura sunt, scilicet reductio hæreticorum atque hæresum extirpatio, q̃ in foribus est, & sine generali concilio nullatenùs fieri potuit, & alia bona innumera. habebitq; maiestatem regiam deuotam semper & obedientem filium in auribus suæ sanctitati gratum & Ecclesiæ Dei accommodũ. nam, p̃fectò si id nõ fiet, put eadem maiestas sępiùs scripsit & dixit, ac protestata est, indicibilia scandala exinde proh dolor sunt euentura. Item regratiatur summoperè sanctitati suæ de paterna affectione & clementi oblatione sanctitatis suæ erga maiestatem eãdem, quẽadmodùm in schedula parua contentum est: quoniam maiestas sua *quia dñs archiepiscopus Ebreduñ cõclusit cum reuerendiss. dñis cardinalibus deputatis per sanctitatẽ D. N. ad facta illorũ qui sunt in Basilea, idem dñs noster vult habere literas à dño Romanorum rege attentiùs cum Sigillo maiestatis & subscriptione propriæ manus suæ. q̃ si illi non consentirent, & posteà in aliquo cõtrafecerint, idem dñs rex promittit & iurat sub fide regia, prosequi eos tanq̃ homines turbatores pacis & quietis Ecclesiæ & totius religionis Christianæ, ad simplicẽ requisitionẽ ipsius dñi nostri, sicut ipse per iuramentum est obligatus, & adhærebit suæ sanctitati tã in cõcilio per eandem suam sanctitatem tenẽdo, q̃ alibi. Item q̃ idem dñs Ebreduñ asserit p̃fatum dñm regem affectare accedere ad vrbem Romañ, & p̃fatum dñm visitare, quem semper p̃cipua charitate dilexit, & sperat q̃ per cõmunicationẽ ipsorũ adinuicèm, multa poterunt fieri congruentia, concernentia fidem ipsorum & Ecclesiã & totam Christianitatem. Item dñs noster contẽtatur de accessu suo, cùm ipsum à tempore concilij Cõstañ, quo cognouit eũ, semper fuerit magna dilectione & affectiõe prosecutus, dummodò eius aduentus pacificus sit, id est, cum illis de domo sua tantũ, vt aliàs tactum fuit. & certificatus de tempore aduentus sui, mittat obuiàm sibi vsq; ad confinia terrarum Ecclesiæ duos ex reuerendissimis dñis cardinalibus, & alios p̃latos & clericos ad ipsum associandum honorificè, & ipsum securè conducent, & tenebit per Dei gratiam, & remittet cum honore, pace & benedictione Dñi nostri Iesu Christi, & sanctorum apostolorũ eius Petri & Pauli, ac sua. Et si voluerit in comitiua sua habere de gentibus armigeris p̃fati domini nostri, tam in veniẽdo quàm in reuertendo: & si petierit quòd dictæ gentes faciant conueniens prædictæ materiæ, contentatur dominus noster, quòd fuit hoc declaratum, q̃ antequàm intret terras ecclesię, præstabit iuramentum, quod de iure prę̃stare tenebatur antequàm intraret Italiã, iuxta formam Clementiñ.

For. *gratè suscepit, q̃

Item ad ostendendũ charitatem, amorem & beneuolentiam erga personam dñi regis, consideratis magnis expensis habitis per futurum dñm regem, dñs est paratus subuenire eidem dño regi, postquàm intrauerit terras Ecclesiæ: & eum illa paternali charitate amplecti, qua pater bonus filium optimum cõplecti debet, ptout per oratores suos aliâs oblatum fuit. Et super hoc dñs noster paratus est deputare aliquos, qui habeant tractare cum deputandis per dominum regem, & infallenter sperat q̃ erunt in bona cõcordia cum Dei adiutorio.

LITERA REGIS DE CONcordia cum papa, lecta die secunda Maij, anno domini 1433.

SIgismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungarię, Bohemię &c. rex, reuerendiss. in CHRISTO patribus ac venerabilibus dominis, sacrosanctæ generali Basileensi synodo, in spiritu sancto legitimè congregatæ, vniuersalem Ecclesiã repræsentanti, amicis nostris charissimis ac gratè & syncerè nobis dilectis.

¶Reuerendiss. in Christo patres & dñi, ac venerabiles & egregij syncerè grateq; dilecti, ad requisitionẽ & continuatã initãtiam vestrarum paternitatum, vt ad sacrum concilium nos quanto citius *transferremus, satìs conflauimus operas nostras atque studium, vt consilijs vestris nos cõformare possem⁹, quemadmodùm profectò ipsi cõcilio & rebus peragendis per præsentiam nostram nõ modicum commodi euenturum sperauimus. Sicque res nostras aptauimus, vt siue p terram, siue per mare disponeremus procedere, omnibus periculis & discriminibus paruipensis. Veruntamen approbante domino summo pontifice sacrum concilium, ad persuasionem nonnullorum notabilium virorum & etiam oratorum nostrorum & imperij sacri principum Electorũ, qui nobis huiusmodi bullas exhibebãt, nobisq; recessum nostrum sine imperialibus insulis nostris penitùs dissuadebant, cum sanctitate sua remãsimus concordes in deificis, licitis & honestis. Sicque per totum istum mensem Aprilis cum S. sua in Viterbio constituemur, & vsq; medium Iunij vel prius in vrbe Romañ à S. sua coronabimur, præstabimusq; & innouabimus sibi illa iuramenta, quæ nostri prædecessores Romanis pontificibus præstiterunt. Istudque adiecimus, quòd ipsum manu tenebimus, quantum cum DEO poterimus: Quoniam nos vsquequaque ad alia obligari non permisimus, nec permittemus. Et hęc V. P. ideo describimus, vt si aliquis hanc cõcordiam siniſtrè initam, forsitan interpretari vellet, illud à V. P. non credatur: quoniam hæc concordia bonis respectibus facta est. Dispositique sumus semper ipsi concilio iuxta bullam per nos traditam, in prosecutione illorum, pro quibus ipsa synodus est congregata, plenariè fauere & constanter adhærere. Certificantes vos, quòd

* conferremus

niſi S. ſua ſepè dictum concilium approbaſſet, indubiè ſine ipſis coronis, quas propter facta ipſius concilij tãto tempore ꝓtermiſimus, ad propria rediſſemus: quemadmodũ de his omibus illuſtris princeps & locum tenens noſter dux Vuilhelmus V. P. poterit clarius informare, cui in dicendis velitis credere tanquàm nobis. Datum Senis die 15. April. regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. 48. Romañ 23. & Bohemiæ 13.

REuerendiſſimis reuerendiſq; ac venerabilibus in Chriſto patribus & dominis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis &c. Sigiſmundus Dei gratia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. rex. Reuerẽdiſſimi reuerendique patres, amici chariſſimi, ac venerab. & egregij, deuoti ſyncerè grateque dilecti, audito pridem, ꝙ P.V. ſuper controuerſia ſeſſionis inter illuſtres archiprincipes ſacri Romani imperij electores & ducem Burgundiæ quandam prouiſionem fecerint, quæ per ambaſiatores vtriuſque partis ambaſiatorio nomine gratificata ſit, de veſtrarum paternitatum ſolertia, & ipſorum ambaſiatorum induſtria cõfiſi, ſpemq; firmam aſſumentes, ꝙ huiuſmodi prouiſio noſtro & ipſius ſacri Romani impij ac ipſorum archiprincipum honori expediat, ſumus admodum gauiſi. Sed intellecto ad p̃ſens, ꝙ quidam procuratores illuſtris Erici ducis Lauvuenburgeñ, qui ſe nominat Saxoniæ ducem, ac ipſius ſacri Imperij electorem & archimareſcallum, huiuſmodi prouiſionis occaſione ſe de loco illuſtri Frederico duci Saxoniæ, ſacri Romani Imperij Archimareſcallo, Lantgrauio Thuringiæ, ac Marchioni Miſneñ, & Ambaſiatoribus eius debito intromiſerint, ſeque intruſerint in eodem: ſatis illud nobis viſum eſt alienum. Et quia genitorem præfati Frederici, ac deinde ipſum Fredericum de ipſo ducatu Saxoniæ ac iure eligendi Romanum principẽ, ac etiam ipſi Archimareſcallatus officio inueſtiuimus, cuius inueſtituræ vigore, primũ genitor, ac deinde Fredericus natꝰ eius, poſſeſſionem principatus Saxoniæ nacti ſunt. & deinde per illuſtres ſacri Romani imperij electores ad ius & exercitiũ dignitatis & officij principis electoris & Archimareſcalli ſimiliter recepti ſunt & admiſſi: non immeritò manſimus admirati de ſapradicti ducis Erici, quinimò ſuorũ Ambaſiatorũ p̃ſumptiõe, qua poſſeſſiõem iuris & dignitatis apud alium conſtitutorum ante euentum iudicialis arbitrij violenter inuadere p̃ſumpſerũt. Licèt itaq; credamus veſtras paternitates noſtros & imperij noſtri principes veſtra diſpoſitiſſima domo, quantum ad ſeſſionem, inceſſum, vel aliam exhibitionis reuerentiam non aliter honorare, quàm à nobis & imperij noſtri principibus honorantur, ſicut & nos eccleſiaſticos prælatos ſecundum gradus eccleſiaſticorum dignitatum in noſtra curia reueremur: ne tamen in poſterum oriatur diſcordiarum materia præmiſſa, quanuis vndique notoria veſtris paternitatibus duximus iutimanda, quatenus p̃libato Frederico & eius Oratoribus honorem archiprincipi & electori iuxta veſtræ prouiſionis normam impendendum exhibere velitis, prout nos & imperij noſtri principes & vniuerſi proceres ſibi impendunt. In quo nobis V.P. facient complacentiam multùm gratam. Datum Vlmæ Conſtantienſis diœceſis die 19. Iulij, regnorum noſtrorum anno Hungariæ 48. &c.

EPISTOLA IMPERATORIS Romanorum, qua concilium certius facit de victoria Bohemorum aduerſus Taboritas.

REuerendiſſimis ac venerabilibus in Chriſto patribus ac dominis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis, in ſpiritu ſancto legitimè congregatis, Eccleſiam vniuerſalem repræſentantibus, amicis noſtris chariſſimis ac gratè & ſyncerè nobis dilectis, Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Hungariæ, Bohemiæ &c. rex Reuerẽdiſſ. in Chriſto patres & domini, amici chariſſimi & reuerẽdi, gratè ſyncereque dilecti, hodiè hora veſperarum confluxerunt ad nos nũcij, qui in tribus diebus & citiùs de Bohemia volantiſſimè applicuerunt, afferentes nobis iocundiſſima & feliciſſima noua de victoria noſtrorum & conflictu Taboritarum & illorum q̃ aliâs in obſidione ciuitatis Pilzneñ erant, q̃ per Dei gratiam, à quo omnis ꝓcedit victoria, in planitie inter ciuitatẽ *Gurſim & monaſterium *Scalicz forti bello cum modico damno noſtrorum victoriosè ꝓſtrati ſunt, quarũ literarũ aliquas originales veſtris reuerendiſſimis paternitatibus mittimus, præſentibus interclusas. Hæc reuerendiſſimi patres voluimus veſtris paternitatibus pro ſingulariſſimo gaudio cunctis Chriſtifidelib⁹ optantiſſimè nunciare, rogãtes cordintimè, quatenùs altiſſimo dño Ieſu Chriſto infinitas agentes gratias cum proceſſionibus & alijs ſolennitatibus, ad bonum & felicem ꝓgreſſum tã felicis principij, ĩmò veriùs medij, omni opera atq; cura vigilare velitis, qm̃ & nos ſimiliter de agendis nil ꝓtermittem⁹. Et q̃cunq; in futurum habuerimus, veſtris paternitatibus die noctuque intimare curabimus. Datum Vlmæ die 4. Iunij.

EPISTOLA IMPERATORIS Romani ad concilium.

REuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres & dñi, ac venerabiles & egregij, ſyncerè grateq; dilecti, confirmat continuò Deus noſter magnam miſericordiã ſuã ſuper nos in felici ꝓſecutione rerũ Bohemiæ, quæ Chriſto diſponente, qui cuncta gubernat, indiès conſiderabiliùs diriguntur. Scribunt enim

enim nobis illi orarores noſtri, quos in proxima dieta Prageñ habuim⁹, quomodò oẽs Bohemi in vnam ſententiam vnamq; volũtatem tracti ſunt in materia articulorum fidei. Et ꝙ ſuper reliquis ad vos verſus Ratiſponam, miſſuri ſunt in feſto aſſumptiõis virginis glorioſæ. Taliſque datur ſpes, vt nil meliùs poſſit ſuperaddi. Quarum literarum copias de Bohemico in Latinum tranſlatas V.P. mittimus præſentibus interclusas. Verum reuerẽd. patres, quia ipſi Bohemi multum affectare videntur in huiuſmodi dieta Ratiſponeñ, p̃ſentiam venerab. Cõſtantieñ epiſcopi; etiam auditoris & magiſtri Martini, & aliorum qui tractatibus ipſorum priùs affuerunt, nos opinioni eorum & deſiderijs concurrentes, illud nedum vtile, verùm etiam pro bona concluſiõe & ſalubri conſummatione oĩm tractatorum neceſſariorũ arbitrantes, vos attẽtiſſimè adhortamur, quatenùs P.V. velint dare ordinem, vt p̃fati patres & magiſtri in huiuſmodi dieta omninò interſint. Et ſi etiam aliqui alij ſuperaddendi fuerint, & illud extollimus atque laudamus, vt & deſiderijs ipſorum Bohemorum ſatisfiat, & ipſi patres nobis & nos ipſis in mutuis peragendis poſſimus aſſiſtere atque conſulere. Hæc itaq; reuerendiſſimi patres vobis pro conſolatione ſtatuimus ſcribere, vt nil vos lateat de his, q̃ ad notitiam *veſtrã in tam arduis rebus deueniunt. Et quicquid in proceſſu temporis habuerim⁹, V.P. ſignificabimus, exorantes altiſſimum, vt ſuccedãt talia, q̃ V.P. cum immenſa iocũditate ſignificare poſſimus. Datum Vlmæ Conſtantieñ diœceſis, die 13. Iulij regnorum *

For. *noſtram

LITERA DOMINI REGIS Romanorum patens, per quam promittit in cõcuſsè adhærere concilio, lecta in cõgregatione generali die lunæ *19. Ianuarij, 1433.

12. Maij.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Sigiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præſentiũ vniuerſis, quòd cùm inter alios orbis principatus ſacrum Romanum imperium diuinitus inſtitutum obtineat principatum, cui Deo authore p̃ſidemus, & aſſidua pulſemur ſolicitudine, vt ea q̃ concernunt religionem Chriſtianã & bonum Eccleſiæ ſanctæ Dei, quorum aduocatus & protector ex officio nobis incumbenti ſumus & eſſe debemus, procurareq̃; habeamus ſtabilitatem & felicem progreſſum eorundem: ſanè cùm ex ſacrorum generalium Conſtañ & Seneñ conciliorum decreti conſtitutione ſuſcepta felicis record. Martini papæ quinti, & deinde ſanctiſſimi domini Eugenij papæ quarti ſucceſſoris immediati authoritatiua approbatione ſacrum Baſileenſe concilium initiatum fuerit, roburque & authoritatem ſumpſerit & ꝓgreſſum habeat: Et ſucceſſiuè per idem ſacrum conciliũ Baſileeñ & Romanos patres in eodem exiſtentes & illud celebrantes, cum inſtantia fuerimus requiſiti, vt tanquàm aduocatus Eccleſiæ ſanctæ Dei & defenſor, protectiõem ipſius in nobis aſſumeremus, prout ad nos pertinere dinoſcitur, quod perſonaliter exequi non valẽtes, *vocati inuitati primò per dominum Martinum, & ipſo ſublato, per dñm & Eugenium ſummos pontifices p̃dictos trãſire ad Italiam, prout trãſiuimus. Et propterea loco noſtri protectionem in nobis aſſumendo, prout tenebamur, in eodem ſacro cõcilio protectorem dimiſerimus illuſtrem principem Vuilhelmum comitem Palatinum Rheni & ducẽ Bauariæ auunculum noſtrum chariſſimum, deputamusq; & inſtituimus cum plena authoritate & oĩmoda poteſtate, prout in noſtris ſuper hoc confectis literis pleniùs continetur. Et quia (vt percepimus) nõnulli vaniloquẽtes, non rectè ſentientes, ipſum ſacrum *perſuadere ac turbare per exquiſitas vias *moliẽtes vt de noſtra pura mente, interpretationeque eiuſdem & voluntate, cunctis appareat euidẽter, ad cõfutationem iniqua peruersè loquentium, volentes reuerendiſſ. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, patriarchas, archiepiſcopos & epiſcopos Deo amabiles, necnon venerabiles abbates, prælatos, & omnes alios in ciuitate noſtra Baſileenſi congregatos & congregandos, ſacrum generale concilium facientes, & illud celebrare intendentes, ſacroſanctamque vniuerſalem Eccleſiam repræſentantes, & eidem adhærentes, & adhærere volentes, & quoſcunq; alios de eadem noſtra intentione & volũtate claros reddere & ſecuros, ad ipſius ſacri concilij corroborationem firmiorem & authorizatiõem, prout ad nos poteſt quouis modo pertinere, animo deliberato ex certa noſtra ſcientia motuque proprio in verbo noſtro regio dicimus ac tenore præſentium atteſtamur, ꝙ nos ab initio præfati ſacri concilij Baſileeñ, ſemper abſque omni dubio ſimpliciter atq; purè eidem adhæſimus, adhæremusque firmiter, & quandiù durauerit & continuatum fuerit, adhærebimus inconcuſsè, nec faciem⁹ neque fieri permittemus, Deo authore, quãtum in nobis fuerit, quod ſit vel eſſe poſſit directè vel indirectè contra ipſius ſacri concilij authoritatem & libertatẽ, ſeu in præiudicium actorum in eodem vel agendorum in futurum, quo ad ea propter quæ eſt conuocatum & etiam congregatum. Præſentiũ ſub noſtræ maieſtatis Sigillo teſtimonio literarum. Datum Senis anno dominì 1432. die 22. menſis Nouemb. regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. 46. Romanorũ 23. Bohemiæ verò 13.

For. *vocati

For. *diſſuadere

For. *moliuntur, vt

Ad mandatum domini regis,
Petrus Kalde canonicus.

MAN-

MANDATVM MISSVM SANctiſſimo domino noſtro papæ, per ſereniſſimum dominum regem Romanorum, per ſuos oratores, & lectum in conſiſtorio publico die 8. April. 1433. domini papæ Eugenij anno tertio. & in eodem conſiſtorio oratores Imperatoris iuramentum papæ præſtiterunt.

SIgiſmundus Dei gratia Romañ rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. rex. Notũ facimus tenore p̃ſentium vniuerſis, q̃ q̃uis inter ſanctitatẽ beatiſſimi dñi noſtri papæ Eugenij atque maieſtatem noſtram fuerit ſemper & ſit per Dei gratiam bona concordia & perfecta ſynceritas animorum. nihilominùs q̃a per multos aliq̃ quàm plurima inconſulta hinc indè relata ſunt, ſicut plerique mortalium prõpti ſunt ad zizaniã inter principes ſeminandã & imprimendas ſuſpiciões, quo nihil periculoſius eſſe poteſt: nè fortè de claritate mẽtium vtriuſq; dubium, quod hucuſque volauit, ampliùs perſeueret: conſiderantes etiam, ex noſtra integra coniunctiõe bonum publicum ſecuturum, deliberauimus de proximo viſitare ſanctitatem p̃fati dñi noſtri & vrbẽ Romã, ꝓ ſuſcipiẽdis imperialibus noſtris coronis, & alijs rebus p̃arduis, tangentibus rempub. Chriſtianam & pacem Italiæ, pertractandis: q̃ vt perfectiùs & plenius pertractari poſſint, mittimus ad ſanctitatẽ p̃fati dñi noſtri papæ Eugenij dilectos conſiliarios & ambaſſiatores noſtros magnificos, Matikõem comitem Kevuineñ & Capitaneum Mandoralbeñ, & Caſparem Slick vicecancellarium noſtrũ & Capitaneũ terrarum Egræ, conſtitueñ, creantes, ordinãtes & facientes ipſos tenore p̃ſentium ac authoritate regia noſtros veros & legitimos ꝓcuratores & factores & nuncios ſpeciales, & quidquid melius eſſe & dici poteſt: Dantes q̃; eiſdem plenariam & omnimodam poteſtatem, plenam licẽtiam & facultatem exponendi ſuæ S. pro nobis deuotionem & reuerentiam filialem, quam ad ſuam ſanctitatẽ & Romañ eccleſiam ſyncero affectu gerim⁹. Necnon petendi & impetrandi à ſua ſanctitate fauorem & gratiam conſueto⁹, offerendo quoq; eidem ſuæ ſanctitati fidelitatis & cuiuſlibet alterius generis iuramentum ſimul vel ſucceſſiuè. Et nihilominùs petendi à ſua ſanctitate nobis per manus ſuas impẽdendam vnctionẽ, conſecrationem, & Romani imperij diadema, ac promittẽdi quòd illa, dum apud Sanctitatem ſuam fuerimus in propria perſona, ſi opus fuerit, innouabimus: ac omia & ſingula alia peragẽdi & concludendi, promittendi & ſpondendi, quæ mutuam vnionem, charitatem & concordiã vitæ, ſanctitatem ſuam & maieſtatem noſtrã & ſupereminentiæ & dignitatis principes, q̃ ſuper alios à dño conſtituti ſumus, facere & cõſeruare poſſunt, vt etiàm à ſanctitate ſua, ſi opus fuerit, obligationes quaſcunq; acceptandi, cætera q̃e omnia faciendi, finiendi, & concludendi quæ nos facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus: ratum & gratum habentes, & habere promittẽtes verbo noſtro regio, quidquid per præfatos oratores & ꝓcuratores noſtros actum, factum ſiue geſtũ fuerit, acſi illud in perſona propria feciſſemus: volentes illa omnia noſtris regijs literis & ſigillis, ſi opus fuerit, denuò roborare, p̃ſentium ſub noſtræ maieſtatis Sigillo teſtimonio literarum. Datum Senis anno dñi 1433. die 16. menſis Martij, regnorũ noſtrorum anno Hungariæ &c. 46. Romanorum 23. Bohemiæ verò 13.

SEQVITVR FORMA IVRAmenti facti in Conſiſtorio publico per dictos Ambaſſiatores tactis ſanctis euangelijs & ſacris crucibus cum reliquijs, & lectũ alta voce per Caſparẽ Slick vicecãcellarium regis Romañ coram dño noſtro papa p̃ſente & acceptãte, & iſtud iuramentum fuit ſcriptũ in membrana cum duobus Sigillis pendentibus recognitis eſſe dictorum Oratorum.

NOs Matiko de Calloncz' comes Kevuineñ & Capitane⁹ Mãdoralbeñ, & Caſpar Slick vicecancellarius & Capitaneus terrarũ Egræ, Ambaſſiatores & procuratores inuictiſſimi principis & domini Sigiſmundi Romañ regis ſemper Auguſti, ac Hũgariæ, Bohemiæ &c. regis glorioſiſſimi, ad ſanctiſſimũ & clementiſſimum dominũ noſtrum papam Eugenium quartum deſtinati, recognoſcimus tenore præſentium vniuerſis, quòd nos de mandato & licentia p̃fati ſereniſſimi dñi noſtri regis, cuius pleno & ſufficienti mãdato fulciti ſumus, quod q̃; ſigillatũ in manus ipſius ſanctiſſimi domini noſtri diſpoſuimus hodiè dato literæ noſtrę præſentis in conſiſtorio Apoſtolico generali in manus ſuæ ſanctitatis præſtitimus in forma quæ eſt iſta: Nos comes Matiko & Caſpar Slick vicecancellarius, procuratorio nomine quo ſuprà, promittimus & tactis euangelijs ſacroſanctis iuramentum firmamus ſanctitati p̃fati dñi noſtri, ſuo & Eccleſiæ nomine huiuſmodi iuramentum accipienti, quòd ſereniſſimus dominus rex Sigiſmundus Eccleſiam & fidem catholicam pura fide totis viribus conſeruabit reuerenter & etiam defendet, omnemq̃e hæreſim, ſchiſma & hæreticos quoſlibet, fautoresq̃e & receptatores & defenſores eorũ exterminabit pro poſſe, ac nunq̃ cum Saraceno, Pagano, Schiſmarico, ſeu alio quolibet cõmunionẽ catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Eccleſiæ inimico vel rebelli, ſeu eidem manifeſtè ſuſpecto, vnionem quamlibet, parentelam aut confœderationem inibit: Sed tã veſtrã, q̃ ſucceſſorũ veſtrorũ perſonas, honorẽ & ſtatũ manutenebit

bit & defendet ac conſeruabit contra oẽs homines, cuiuſcunq; exiſterẽt p̃eminentiæ, dignitatis aut ſtatus, eidem adijcientes iuramẽto, ꝓ ea dẽ maieſtas manutenebit ſemp atq; ſeruabit priuilegia omnia, per p̃deceſſores ſuos reges ac Imperatores Romanos, præfatæ Romanæ Eccleſiæ ac alijs quibuſlibet eccleſijs quocunque conceſſa tempore, & continentiæ cuiuſcunque, ipſaq̃e oĩa & ſpecialiter ac præcipuè præclaræ memoriæ Conſtantinũ, Carolum, Henricũ, Ottonem quartum, Fredericum ſecundum atque Rudolphum prædeceſſores ipſius, pr̃eſertim ſuper conceſſione, recognitione, aduocatione, quitatione ac libera admiſſione terrarũ & ꝓuinciarũ Romañ Eccleſiæ vbilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit, ſedi Apoſtolicæ Romaniſq; pontificibus ſub quocunq; tenore conceſſa, recognoſcet, confirmabit, & ex certa ſcientia innouabit, ac etiam de nouo concedet, & terras ipſas atque prouincias cognoſcet ad ius & proprietatem ipſius Eccleſiæ pleniſſimè pertinere, easq̃e nihilominùs ex abundanti de nouo Eccleſiæ p̃fatæ donabit ſub prædicto ſe obligans iuramento, ꝓ ipſas vel aliquam ipſarum partem nullo vnquàm tẽpore occupabit, ſeu quãtum in eo erit, *permittet, poſſeſſiones aut ſemitas habebit, ſeu quomodolibèt poſſidebit, nec in eis etiam poteſtariæ ſeu cuiuſuis *capitaneæ officium aut iuriſdictionem quamcunque per ſe vel alium exercebit: quodq̃; vt princeps catholicus fæpedictæ Eccleſiæ aduocatus atq; defenſor, ipſam iuuabit, & conſilijs & auxilijs illi aſſiſtet opportunis, contra quoſcunque inobedientes & rebelles eidẽ, & p̃cipuè cõtra occupantes & turbantes terras p̃dictas ſeu prouincias vel partem quamlibet earũdem. Sub eodem etiam iuramento *permittimus, quòd tam ipſam Romañ q̃ alias eccleſias, libertatem Eccleſiaſticam, bona, iura, p̃latos & miniſtros eccleſiarũ ipſarũ ipſe dñs rex manutenebit, conſeruabit ac defendet ſuo poſſe. Et ꝓ Eccleſiæ Romanæ vaſallos contra iuſtitiam nullatenùs offendet, deuotos & fideles etiam in imperio conſtitutos benignè tractabit, nec eos opprimet cõtra iuſtitiam, aut quantum in eo erit, per alium opprimi ſuſtinebit, ſed in ſuis potiùs iurib⁹ & iuſtitijs conſeruabit. Sic eum Deus adiuuet, & ſancta Dei euangelia. Et ſic nos procuratores nomine præfato recognoſcimus, confirmamus, innouamus, concedimus, donamus & cætera facimus ſecũdùm tenorẽ q̃ ſuperiùs continẽt: Promittentes inſuper, ꝓ p̃fatus ſereniſſim⁹ dñs noſter Rex, hoc quoque iuramentũ p̃ nos (vt p̃mittit) p̃ſtitum, in manus ſuæ ſanctitatis vel legatorũ eiuſdem ſanctitatis, ſi illos p̃mittere decreuerit, p̃ſonaliter innouabit, ſuas regias patentes literas & ſigilla conſueta ſuper illis tradendo. In cuius rei teſtimoniũ, ſigilla noſtra ꝓpria p̃ſentibus ſunt appenſa. Datum Romæ anno 1433. die 7. menſis Aprilis.

*occupari

for. *p̃mittimus

ALIA EPISTOLA EIVSDEM Impatoris Sigiſmũdi ad idem concilium.

REuerendiſſimis, reuerẽdis ac venerabilibus in Chriſto patrib⁹ & dominis ſacroſanctæ generalis Baſileenſis ſynodi, in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repſentañ, amicis nr̃is chariſſimis, ac gratè & ſyncerè nobis dilectis. Reuerẽdi patres, inſinuatiõe literarũ veſtrarum ac relatione illuſtris Frederici ducis Saxoniæ, ſacri noſtri Imperij archimareſcalli, Lãtgrauij Thuringiæ ac marchiõis Miſneñ, aliorumq̃; plurimorũ fideliũ noſtrorũ nup accepimus, ꝓ illuſtris Ericus dux Lauvuenburgeñ, q̃ ſe nominat Saxoniæ ducẽ & ipſi⁹ imperij archimareſcallũ, eundẽ Fredericum coram ſynodo veſtra ſeu iudicibus ab ea deputatis, ſup ducatu, officio, & iure ſupradictis trahere nititur in cauſam, non erubeſcẽs de noſtra maieſtate publicas ꝓponere querelas, ꝓ ſibi licèt crebrè poſtulanti, iuſtitiam in foro noſtro denegauerimus, ſeu miniſtrare neglexerim⁹. Vndè ꝓpendeñ in primis authoritati noſtræ derogari, ꝓ eo ꝓ cauſas ad examẽ noſtrę imperialis maieſtatis & ꝓcerũ noſtrorũ immediatè ſpectãtes, ad alienũ forum ꝓducere conat: noſtrã inſupèr honorificentiã detractari ex eo, ꝓ dicimur iuſtitiæ neglectores, quorũ vtriq; debitis & aptis ad hoc remedijs occurrendo, nuper in aula noſtra Cæſarea ſuper his habita diligenti epiſcoporũ, abbatũ, archiprincipũ, principũ, comitum, baronũ, & aliorũ ꝓcerũ, & ducũ ſacri noſtri palatij examinatiõe, tandẽ in ipſorum & oĩm oratorũ Ambaſiatorũ, & quorũlibet aliorũ, qui tunc in noſtri cõſpectus cõſtituti fuerunt p̃ſentia, palàm & ſolẽniter ꝓteſtati ſumus, ꝓ cũ archiprincipatus, archimareſcallatus, & ius eligendi Romanũ prin cipẽ à nobis & ſacro Romano impio immediatè deſcendant, ac in feudũ dependeant, *cũq; iuxta *cùm autẽ iuxta formã iuris, ac ſtylũ, & obſeruantiã ſacri noſtri imperij, feudales q̃ſtiones corã dñis feudorũ, etiã ſi minores Vaſſores eſſent, ac paribus curiarũ ſuarũ reſpectu feudi, de quo agit̃, decernendæ ſint, quod etiã ius in noſtra Cæſarea Maieſtate & ſacro imperio noſtro, & paribus curiæ noræ reſpectu feudi taliſmodi meritò debeat illæſum conſeruari, conſequens eſſe, cauſam p̃libatam ad forũ noſtrũ pertinere: Certificantes prætereà omnes & ſingulos, quorum intereſſe poſſet, ꝓ nos præfato Erico iuſtitiam nullo vnq̃ tempore denegauimus legitimè poſtulanti, nec in futurum deo ꝓpicio denegabimus vnquàm ritè petenti. Quinimò quandocunq; ipſe vel alius iuſtitiã poſcerit, parati ſumus pares curiæ euocare, & cauſam iuxta ſtylũ impij noſtri diſſinire. Quarè V. P. re.rim⁹ & hortamur, ac etiã attentè rogamus, quatenùs cauſam ipſam ad fo-

forum noſtrũ remittatis more ſolito & conſuetudine imperij noſtri,& pariũ curiæ noſtræ terminandam.ſic enim iuſtitiæ debitũ videtur requirere,& officia noſtra in ſacrũ concilium meritò poſtulare. Datum in Vlma feria 4. poſt Iacobi,anno &c. 34.

Ad mandatum domini Imperatoris Caſpar Slygk miles &c. cancellarius.

EPISTOLA IMPERATORIS ROmanorum ad concilium, qua petit, cauſam, cuius cognitio ad ſe pertinebat,ad conciliũ appellatam & vocatã, remitti: alioquì proteſtatur contra concilium.

SIgiſmundus Dei gratia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus,ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,Croatiæ,&c.rex. Vobis reuerendis, venerabilibus, illuſtribus, magnificis,ſpectabilibus,generoſis, nobilibus,ſtrenuis, prouidis & circunſpectis archiepiſcopis,epiſcopis,abbatibus,principibus,comitibus,baronibus,militib⁹, oratoribus,Ambaſiatoribus & nuncijs, ac omnibus & ſingulis proceribus ſacri palatij noſtri,qui in noſtræ Maieſtatis conſpectu in maxima copia conſtituti eſtis. Notum facimus,ac per præſentem noſtram inſinuaeionem ac vlteriorem relationem,quam vobis omnibus & ſingulis ſub debito fidelitatis iniungimus,cunctis noſtro ſubiectis imperio publicari iubemus,quòd ad noſtræ maieſtatis notitiam peruenit,qualiter illuſtris Ericus dux Lauvenburgeñ,illuſtrem Fridericum Saxoniæ ducem,ſacri noſtri imperij archimareſcallum,Lantgrauium Turingiæ, ac Marchionem Miſneñ,coram ſacro Baſileeñ concilio ſuper ducatu Saxoniæ & archimareſcallatu prædictis ac iure eligendi Romanum principẽ,trahere nititur in cauſam, prætendẽs principatum,officiũ, & ius ſupradicta ſibi tã hereditario quàm etiã infeudationis per nos ſibi factæ iure deberi. Et inſupèr quòd nos ſuper impetitionibus ſibi præmiſſorum occaſione contra præfatũ Fredericum competentibus iuſtitiam miniſtrare,denegauerimus,querelas in publicũ,pferre minimè veretur. Per quorũ alterũ noſtrę Maieſtatis authoritati derogatur,p alterũ autẽ honorificẽtię noſtrę detrahitur. Noſtram itaq; decet ſolertiã in primis,quędam imperij nſri iura ſeruare,quinĩmò iuxta poſſibilitatẽ noſtrę facultatis adaugere,,put ex debito ſacramenti ſumus adſtricti. Quod *iura rectè facere cõſpicimur,ſi cauſas ad*examẽ imperialis culminis pertinentes, ſub noſtra iuriſdictone cõſeruemus. Cùm itaq; principatus officium ac ius ſupradicta à nobis& imperio noſtro in feudũ immediatè deſcẽdant,ac ſecũdũ iuris cõmunis diſpoſitionẽ, necnõ vſum,morẽ,ſtylum & cõſuetudinem ſacri Romani imperij,feudalis contentio per dominum feudi ac pares curiæ terminanda ſit,liquet, hanc quæſtionem, ſi qua prætendi poterit,ad noſtrum & illuſtriũ archiprincipũ noſtrorũ ſacri Rom. Imp. Electorũ pertinere notionem. Expedit inſupèr de neglectu iuſtitiæ noſtrã ſolicitudinẽ excuſare. Et quidem meminimus, quòd poſt per inueſtituram per nos dudum in Frederi *noſtram cũ tunc Marchionẽ Miſneñ genitorẽ ipſius Frederici(de quo nũc agit)de ducatu, officio,& iure prędictis gratioſè collatam,illuſtres archiprincipes electores,ante ipſi⁹ Frederici aſſumptionẽ,ac in collegiũ & conſortiũ ſuũ aggregationẽ,cauſam huiuſmodi pẽnſis maturisq; cõſilijs biẽnio ferè digeſſerunt:tandẽ ipſum in collegiũ & ſenatũ ſuũ acceptârũt,etiã Erico prælibato renitẽte, ac ſucceſſionẽ,& inueſtiturã ſimiliter prætendente. Quanquam autem ipſe dux Ericus apud nos plurimũ inſtiterit pro iuſtitia ſibi contra eundem Fredericum miniſtranda,foret quoque ſatis durum,cauſam &contẽtionem tam perpẽſo digeſtam conſilio, rurſus in dubiũ reuocare: quia tamen queſtio ipſa non erat in figura iudicij trutinata,nos eidẽ Erico ſemper vltroneos præbuimus iuſtitię cõplementum miniſtrare legitimè. Quod aliter expediri nequit, ſiniſi parium noſtræ curiæ arbitrio, reſpectu feudi memorati. Quos vtiq; pares,legitimè requiſiti, prõpti ſum⁹ more imperialis Maieſtatis intra fines Alemaniæ vocare, vbi de cauſis & q̃ſtionib⁹ principũ Alemanię ex ſtylo imperij nſri nos cõuenit iudicare. Ex quibus apertè colligitur,nos eidem Erico iuſtitiæ complementũ in præteritũ minimè denegaſſe. * Itaq; & in præſentiarum nos iu huiuſmodi cauſa præ- *atque in bemus iuſtitiæ miniſtrum,quinĩmò deo,ppicio,præbebimus ſemper in futurum,quã diu nos ſuo terreno imperio præeſſe voluerit. Quæ omnia & ſingula mentibus veſtris firmiter inculcari volumus, & in theſauro memoriæ veſtræ reponi tenaciùs,& nihilominùs p organa veſtra in omni orbe diffundi,quo liquidiùs cũctis innoteſcere queat, cauſam huiuſcemodi ad noſtrum & pariũ noſtræ curiæ,reſpectu ipſius feudi, examen pertinere,nosque iuſtitiam in ea nunquam denegaſſe.Nec modo poſtquã diuina præordinante clementia ſolium Cęſareę dignitatis conſcendimus, futuris vnquam tẽporibus denegabimus. De quo publicè & ſolẽniter proteſtamur. Quam inſupèr proteſtationem ſacro Baſileeñ ſynodo intimare curabimus, ac ipſam requirere, quatenùs cauſam ipſam à ſe penitùs abdicet, & ad forum noſtrum remittat,more,ſtylo,& cõſuetudine imperij noſtri & pariũ curiæ noſtræ terminandam. In hoc actu proteſtationis noſtræ præſentes fuerũt venerabiles Guntherus archiepiſcopus Magdeburgeñ, Alexander Trideñ,& Petrus Auguſteñ epiſcopi, abbas Cãpidoñ,illuſtres Frederic⁹ marchio Brandeburgeñ,archicamerarius ſacri imperij, Guilhelmus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, Albertus Marchio Brandeburgeñ

deburgeñ & burggrauius Nurẽburgeñ,Ludouicus comes de Vuirttenberg,venerabilis Eberhardus magiſter ordinis beatę Mariæ Teutonicorum per Alemaniam & Italiam,Henricus Ruſſe de Melbingen pceptor, Marquardus de Kunigſel, & alij commendatores ordinis præfati, Hẽricus de Furſtẽburg,Vuilhelmus ſenior, Henricus & Vuilhelm⁹ iunior de Mõteforti. Ioãnes de Neuvuẽburg,Eberhardus de Kyrchberg, comites,& maxima copia nobilium, militum, & clientum, & Ambaſiatorum principum & ciuitatum ſacri imperij. In quorum omniũ & ſingulorum fidem, robur, & euidẽs teſtimonium has noſtras patentes literas fieri,& noſtræ maieſtatis ſigillo iuſſimus communiri. Datum Vlmæ Conſtantienſis diœceſis,anno domini 1434. die vigeſimo octauo menſis Iulij,regnorũ Hungariæ &c.48.Romanorum 24.Bohemiæ 15. Imperij verò 2.

Ad mandatum dñi Imperatoris Caſpar Slygk miles &c.cancellarius.

SALVVS CONDVCTVS DOMIni Imperatoris miſſus ſacro cõcilio,& lectus in generali congregatione die Sabbati,23.Iulij,1435.

SIgiſmundus Dei gratia Imperator Romanorum ſemper Auguſtus,ac Hungariæ,Bohemiæ,Dalmatiæ,Croatiæ, &c. rex.

Notum facimus tenore pręſentiũ vniuerſis,q̃ licèt pridem dum ſacroſanctum generale Baſileeñ concilium exordium ſumeret, ex inſtitutione pręcedentiũ ſacrorum conciliorum,nos omnibus & ſingulis eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis illuc venientibus,ibidèm ſtãtibus,& abindè recedẽtibus, noſtrum ſaluum & ſecurum cõductum dederimus & conceſſerimus,quemadmodùm nobis tanquã aduocato & primo protectori ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & ſacrorum cõciliorum dignè conueniebat: eaſdem etiam perſonas,cuiuſcunq; dignitatis ſeu conditionis exiſterent,in noſtram ſpecialem protectionem aſſumeñ:tamen intellecto, q̃ nonnulli,licèt ſuperuacuè,dubitent,ne propter diffidationẽ,quã Philippo duci Burgundię feçimus,huiuſmodi noſtra cõceſſa libertas poſſet lædi ſeu infringi,quod tamen noſtrę intentionis nunquam fuit, neque eſt, cùm ipſam diffidationem ſolùm pro recuperatione iurium ſacri Romani imperij & nullius perturbatione fecerimus:ſtatuimus*ſecuri- *pro ſecuritate ipſius ſacri concilij(cuius felicem & deſideratũ progreſſum ſemper cõcupiuimus) cum nõ mediocri noſtra exhibita opera ſalubriter prouidere,& mẽtem noſtram ſynceram declarare,ne quiſquam nobis imputare habeat,nos aliq̃d intẽtaſſe, quod quomodolibèt eſſe poſſit ad perturbationẽ ipſius,ſeu veniẽtium,ſtantium, ſeu recedentiũ. Idcircò animo deliberato,& ex certa noſtra ſciẽtia iterum de nouo ac ex ſuperabundãti (licèt profectò non ſit)cùm intentio noſtra ad indemnitatẽ & libertatẽ ipſius ſacri cõcilij ſemper illæſa & integra fuerit atque ſit, vniuerſos & ſingulos ſplatos,principes, doctores,magiſtros,Ambaſiatores,nobiles, & quaſcunq; eccleſiaſticas & ſeculares perſonas, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ſeu cõditionis exiſtant,vt ſacrum cõcilium feliciter ſuper his,pro quibus congregatum eſt,continuari poſſit ad reuerentiam Dei, releuationem orthodoxorũ,& honorem vniuerſalis Eccleſiæ in noſtram ſpecialem ſaluagardiã, tuitionem,& protectionem grato & deuotiſſimo animo recipimus per pręſentes: Volentes & ordinantes authoritate Cæſarea pſentium per tenorem,quòd omnes & ſingu li ad dictum concilium accedentes,in eodẽ permaneñ,& ab eodem recedẽtes,in noſtra imperiali cuſtodia, non obſtante diffidatione præmiſſa,quodq́; ab aliquo non moleſtentur,inquietentur, vel aliquam iniuriam ſeu moleſtiam patiantur: Mandãtes vniuerſis& ſingulis principibus eccleſiaſticis & ſecularibus, ducibus, marchionibus, comitibus,baronibus,magnatibus,proceribus,militibus,clientibus,capitaneis, poteſtatibus, gubernatorib⁹,rectoribus,burggrauijs, caſtellanis, officialibus, iudicib⁹, telonearib⁹, boletarijs paſſuum, cuſtodibus ciuitatum, villarum,& quorumcunq; locorum cõmunitatibus,& rectoribus eorũdem, cęterisq; noſtris & imperij ſacri ſubditis & fidelibus, firmiter & diſtrictè,eoſdem ſerioſiſſimè requireñ,quatenùs vniuerſis & ſingulis pręlatis,principib⁹,nobilib⁹,& magiſtris, & Ambaſiatoribus quorumcunq; regũ, pręlatorum,principum,& communitatum,vniuerſitatumq́; totius Chriſtianitatis,qui ad pręfatum concilium auxiliante Domino acceſſuri ſunt,ibidẽ ſteterint vel receſſerint, cuiuſcunq; ſtatus,gradus,dignitatis ſeu conditionis exiſtãt,noſtro & imperij ſacri nomine fauorabilem & benignã debeatis impendere voluntatem,eoſdẽ cum gentibus & familiaribus ſuis ac bonis & reb⁹ eorum quibuſcunq; faciatis pleniſſima libertate gaudere,ipſosque fauorabiliter pertractare, ac eoſdem & eorum quẽlibet cum bonis prædictis tutè & ſecurè per territoria,ciuitates, caſtra,caſtella,oppida,villas,itinera, paſſus, portus, pontes & terras,ac iuriſdictionis veſtræ loca,nobisq; ſubiecta,ire,tranſire,ſtare & morari,eundo ad dictum conciliũ, & redeundo ab eodẽ permittatis,immò eiſdem amore ſanctæ matris Eccleſię,ob reuerentiamq́; ſacri cõcilij,ac noſtrã & ſacri imperij beneuolentiam ſingularem,dum & quotiès requiſiti fueritis in his,quę ſecuritatẽ & celeritatẽ ipſorũ cõcernunt itineris,promotiuam & gratuitã ipſis oſtẽdere realiter & exhibere velitis & debeatis voluntatẽ, necnõ eiſdẽ & cuilibet ipſorũ de victualibus, domibus, expenſis ipſorũ cõpetentibus & cõ-

*ff ductis,

ductis,petitis & requisitis, pro rationabilibus salarijs prouidēdo. Sic enim fieri volumus, vt in fauorē prefati cōcilij, cōcessimus & cōcedimus per presentes, quibuscunq; literis in cōtrariū factis seu fiēdis nō obstātibus. Quicunq; enim aliquē prędictū concilium visitantē, modo quocunq; lędere presumpserit, sciat se nostrā & imperij sacri indignationē grauissimā incurrisse. Et ecōtrariò, quicunq; visitantibus, vndecunq; sint, nri amore fauores impenderit, certū se reddat, q̄ eidē singula beneficia impēsabimus gratia singulari, præsentium sub nostræ imperialis maiestatis sigillo, testimonio literarum. Datum *Teruaniæ Strigonien diœcesis, Anno Domini 1435. mense Maij, regnorum nostrorū anno Hūgariæ &c. 49. Romanorum 25. Bohemiæ 15. imperij verò 2.

EPISTOLA IMPERATORIS Romani, qua spondet & promittit se cōfirmaturum certa capitula concilij.

SIgismūdus diuina fauente clemētia Romanorū Imperator, semper Augustus, ac Hūgariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex. Notum facimus tenore presentium vniuersis, q̄ ab alto nobis cōmissum officiū tunc rectè indubitanter exequimur, cùm in his, q̄ ad fidē catholicā ptinent, sanctę matri Ecclesiæ ipsiusq; ordinationibus inhærentes, pro earū obseruātia & executiōe partes nostræ solicitudinis adhibemus. Cùm itaq; inter legatos sacri generalis cōcilij, quod Basileæ in spiritusancto legitimè celebratur, nomine & authoritate ipsius sacri cōcilij & generalē congregationē regni nostri Bohemiæ, pro vnitate & pace quædā capitula cōcordata fuerunt, & manuū stipulatione firmata, debeantq; sigillorū munimine roborari, & ad executionē deduci, iuxta formam

*Brunæ

in nostri præsentia *Brimæ cōcordatam, & nunc nouiter, coram nobis à partibus recognitam & cōfessatam. Nos rei tam vtili ac salutari officij nostri partes volentes authore dño impartiri, Deoq; & fidei catholicę obsequium reddere, omnipotenti Deo & sanctæ matri Ecclesiæ promittimus & vouem⁹, q̄ postquàm ipsa cōpactata fuerint (vt præmittitur) roborata, nos ea firmabimus & roborabimus, & seruari faciemus purè, simpliciter & syncerè, iuxta sanum & bonū intellectum eorū, nec permittemus ea in aliquo violari vel eis abuti, nec permittemus aliquē ad cōmunionem sub vtraq; specie coarctari vel compelli quoquo modo in prędiudiciū cōpactatorum. In cuius rei testimoniū, sigillum Maiestatis nostrę presentibus est appen

*Vespimeñ *Vespuneñ

sum. Datū in Alba regali *Vesprumeñ diœcesis, Anno dñi 1436. die 8. Ianuarij, regnorum nostrorū anno Hungarię &c. 49. Romanorum 26: Bohemiæ 16. imperij verò 3.

EPISTOLAE DIVERSORVM VEL REGVM VEL PRINcipum vel magnatum ad synodū Basileen.

EPISTOLA DVCIS BVRGVNdiæ missa concilio super facto S. Petri de *Lutzenburgo, lecta &c. Martij 9. Anno Domini 1436.

REuerendissimis reuerendisq; in Christo patribus, cęterisq; Christifidelibus in sacro generali concilio Basileen in spiritusancto legitimè cōgregatis, amicis meis pręcharissimis, deuotus Ecclesiæ filius Philippus dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, comes Flandrię, Artheſij, Burgundię, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeládiæ & Namurci, vester amicus. Reuerendissimi reuerendique patres, cæteri quoq; Christifideles in spiritusancto congregati amici prærcharissimi, iam hora est, & nunc tempus idoneum venit, vt negóciū diu desideratū, super canonizatione & eleuatione dignæ per secula memoriæ domini Petri de *Luxenburgo, sacrosanctæ Romanę Ecclesię quondā cardinalis, meiq; consanguinei, ad extremam manum & operam, si duxeritis intendendum, deducatur. Hoc etenim varijs in concilijs generalibus Ecclesiæ tēporibus retroactis fuit inceptū. sed quibus medijs vel modis, ignoro vel interruptum vel aliâs quomodolibèt imperfectum semper remansit, & ita remansurum (quod absit) existimo, nisi diuina super hoc prouidentia vestros in idipsum animos excitans, prouideat, quę vobis (vt arbitror) tātum decus & laudis titulum specialiter reser uauit, quemadmodum ea sacro Constātien concilio fuit (vt audiui) olim reseruata canonizatio quorūdam sanctorū apud *Saymitas tunc temporis interuētorum, & aliorum similium memorabilium factorum in quibusdam alijs concilijs generalibus. Sic euim Deus huiusmodi cōcilia celebrātibus sua (prout vult) secreta reuelat, distribuit, & reseruat. Quid vestro cœtui ô veri pugiles, veræq; bases ecclesiæ, plùs honoris & glorię accedere possit, quàm ad canonizationē & eleuationem prædictam procedere, & eum, quem suis ex meritis gloriosis & tot miracu lis velut inauditis, quib⁹ quotidiè coruscat, aliorum Christi confessorum collegio constat aggregari, ac cum his palàm & publicè adorandum eleuare, ipsisq; in catalogo sanctorum inscribendis ad perpetuam eius laudem & memoriam apponere? Quas ob res V.P.R. & amicitias prærcharissimas obnixè deprecor & hortor, quatenùs oculum interioris intelligentiæ ad præmissorum considerationem erigentes, placeat ea pro Dei & sui cōfessoris (cuius res agitur) reuerentia & honore, quo videritis oportere modo prosequi & tractare, vt quo studiosiùs eo in facto, quod maximoperè cordi habeo, processeritis, eo perampliùs deo placituri, gratū sibi obsequium impendatis. Reuerendissimi reuerendiq; patres, & cæteri supradicti amici prærcharissimi, Spiritussanctus, sub quo

quo duce vestro multis ab annis in vinea Domini laboratis, vestri laboris faciat finē votiuum & felicem. Ex villa mea Bruxellen, die penultima Ianuarij.

LITERA ILLVSTRISSIMI PRINcipis domini ducis Burgundiæ &c. missa concilio, & lecta in generali congregatione die Sabbati 26. Martij, 1435.

SAcroſanctæ generali ſynodo, Baſileę in ſpirituſancto cōgregatę, Eccleſię ſanctę deuotus filius Philippus dux Burgūdię, Brabantiæ & Limburgiæ &c. Promptum & ſyncerum Eccleſiæ ſanctæ deuotionis affectum. Reuerēdiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres ac ſpectabiles & commēdatiſſimi

loc⁹ obſcurus

viri, ſacroſanctæ veſtræ in ſpirituſancto cōgregatæ conuentionis intentum animū cęteris cum ſanctiſſimis operibus paci & concordiæ principum Chriſtianorū, regni potiſſimè Francię, quod Chriſtianæ religionis pars eſt non minima, firmiter exiſtimās paternitatibus veſtris, quas in vnum cōgregat vnionis & pacis amator & author, ea dignū duxi propoſito ſignificari deuotiori, quæ regni ipſius pacis aſſequendæ media cōtingunt. Nuper igitur reuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres & recolendi viri, cùm certorum appunctuamētorum & tractatuū inter chariſſimum fratrem meum ducē Burbonij & Aluerniæ, & me in villa pontificali actorum firmationis & concluſionis gratia in ciuitate Niuerneñ noſtris in perſonis ipſe frater meus ſororq; mea ſua conſoralis eſſemus, ad eandem ciuitatem applicuerūt chariſſ. frater meus comes Richmūdiæ, reuerendiſſimus in Chriſto pater archiepiſcopus Rhemeñ, Chriſtophorus de Haricuria, & q̄dam alij pro parte aduerſarij dñi mei regis, & mei Ambaſiatores ad me deſtinati. Quibus tandem per aliquos dies auditis, aperta eſt inter nos & aduiſata certa diæta tenenda in ciuitate mea Attrebateñ die prima Iulij proximè futura, ad in effectum generalis pacis in regno prædicto vacandū & intendendum. Cuius diętæ inter nos prolocutione per eoſdem fratres meos dicto aduerſario ſignificata, de ipſius aduerſarij ſuper eiuſdē diætæ acceptione deliberata voluntate ſe polliciti ſunt quantocyùs opportuno tempore me reddere certiorē. Quod etiam nūc vſq; paternitatibus veſtris incertum ea ratione ſignificare diſtuli, reſpōſum eorum expectans, quo certum quid ſuper huiuſmodi negocio poſſem celebri veſtro cœtui referre. Vndè & nunc habito à dicto fratre meo comite Richmūdiæ certo reſponſo, quo dictum aduerſarium refert diętam ipſam acceptaſſe, ad eamq; plures principes cōſanguineos ſuos, & alios ſui conſilij cum eiſdē ad agēdorum expeditionem pro dictę generalis pacis effectu ſufficienti *concedeñ poteſtate tranſmittere concluſum, veſtris P. id-

for. *cum decenti

ipſum in prēſentiarum duxi ſignificādum, eaſdem in ſanctæ charitatis viſceribus obnixo deprecās affectu, quatenùs ob reuerentiam altiſſimi, ſuæq; ſanctę orthodoxę fidei (cuius ipſum Franciæ regnum inter cætera ſpecialiſſimā cultură exercuit) exaltationē & augmentū, & totius reipublicę Chriſtianorum profectum, dignētur & velint Sereniſſimum dominū meum regem, dictumq; ſuum & meum aduerſarium literatoriè aut per nuncios ſolennes charitatiuè monere & inducere, vt ad diætam ipſam ſuos infallenter deſtinet oratores & deputatos, ac cōmiſſos certos Ambaſiatores, cum ſufficiēti (ſicut res ipſa reqrit) eis tributa poteſtate. Ego enim ex toto animo pacis ipſius optans videre dies, in perſona mea me diſpono ad diætam ipſam memoratę pacis generalis, quātum in me poſſibiliter erit, agędę cauſa cōpariturum. Dignentur inſupèr eædem P. ad tantum pacis bonum, quo rebus in terrenis atque mortalibus nihil ſolet gratius audiri, nihilq; delectabilius concupiſci, ex ſacra veſtra cōgregatiōe, quæ de diuerſis orbis partibus electiſſimos viros adunauit, aliquos ex reuerendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, ac alijs ipſius veſtræ ſanctę ſynodi venerabilib⁹ ſuppoſitis, ad diętā ipſam ſolennes trāſmittere deputatos, viros pacis amatores, & diuiſionis exoſos: quos pro tātę rei tādiu requiſito clamatoque felici ſucceſſu, meliùs duxerint tranſmittendos; cum eiſdē à ſacroſancta veſtra ſynodo plena cōceſſa poteſtate, dictum ſereniſſimū dñm meum regem aduerſariū prædictū & me, in omnipotētis Dei Eccleſięq; ſuæ virtutē & nomen hortādi, inducēdi, informandi & requirēdi, vt ad pacis ipſi⁹ generalis cōſequendę effectum, nos & noſtras vires & animos diſponam⁹. Tractatus etiam, cōcordias & appunctuamēta ad ipſi⁹ effectū & pacem ipſam, ſi (quod cōcedat author ipſe pacis) aduenerit, Eccleſiæ ſanctæ generalis authoritate roborādi, confirmandi & approbandi, cenſuras eccleſiaſticas ad ipſarū integrationē opportunas, fulminādi & promulgādi, cęteraq; omnia & ſingula, p negocij bono & votiuo cōplemento neceſſaria, cōgrua, vel opportuna faciendi, ſicut agendorū inibì ſeries expoſtulabit: quatenùs Dei ſuffragāte gratia, & ipſorū opportuno directorio, regnū ipſum Francię mœroris & iuſtitię prohdolor iacēs humi, poſt tam diu cōtinuatos guerrarū anxios dolores & miras anguſtias, à funere ſuo reſurgat, & ſibi ac toti catholicæ religiōi tam propicia tranquillitas diuinę pietatis operāte clementia tribuatur. Super prēſentium verò literarum mearū receptione, quas (vt res ipſa benè requirit) per prēſentiū latorē propriū nuncium veſtris P. deſtinare decreui, & veſtro ſuper earundē tenore deliberato reſpōſo per eundē nunciū quantocyùs exoro per

eaſdem P.V. fieri certioré, per eundem, quæ me ad Eccleſiæ ſanctæ felicia vota facturum voluerint intimañ, ad quæ me reperient ex animo paratum. Scit eiuſdé Eccleſię ſanctæ ſponſus altiſſimus, qui P.V. ad ipſius ſuę Eccleſiæ laudabilem directionem feliciter & proſperè cõſeruare dignetur in longæuum. Scriptum in villa mea Diuioneñ, die decimaſexta Martij.

LITERA REGIS FRANCIAE CAroli, miſſa concilio ſacro, lecta in generali congregatione die Sabbati 23. Aprilis, 1435.

SAcroſanctæ ſynodo Baſileeñ, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregatę, deuotus Eccleſiæ filius Francorum rex Carolus, ſalutẽ atq; rerum gerendarum felicem ſucceſſum.

for. *ſeu regna

Nihil quicquã apud rempublicã * regna, potiſſimum erga Chriſticolas omes, felicius & accommodatius arbitramur, quàm illos & ipſa, optata pace atq; beata perfrui. Quapropter multa ratione perſuaſum habem⁹, ad ea quæ paci magìs attinent, maximè regni noſtri & ſubditorum noſtrorum, charitate ſyncera operas noſtras cõferre debere, ſicuti ex animo hucuſq; omni ſolicitudine atq; cura, prout legis præcepto inducimur, fecimus: profectò nil ſanctius ipſa aut beata nobis fuit. Et cum ſuperiori tẽpore pia atq; deuota ſupplicatione chariſſimi & dilecti amici noſtri cardinalis S. Crucis, res ipſa nõ modica diſceptatione varijs aſſignationib⁹ agitata fuerit: quoniã labori, periculis, atq; expẽſis minimè ipſe pepercit, vſq; in portũ & ſalutis finẽ nõ pertigit, poſtmodùm proximis his diebus Chriſto pacis authore (vt piè creditur) faciẽte, nouiſſima celebrata eſt in materia cõponendę pacis cum duce Burgundiæ apud ciuitatem Niuerneñ, conuentio, & ad eandem noſtra ex parte cum decẽti & ſufficienti poteſtate chariſſimos & dilectiſſimos conſanguineos noſtros ducem Burbonij & Aluerniæ, & comitẽ Richemũdiæ coneſtabularium noſtrũ, & dilectos & fideles cõſiliarios noſtros archiepiſcopum Rhemeñ cancellarium noſtrum, & Chriſtophorum de Haricuria conſanguineum noſtrum tranſmiſimus. Et cùm res ipſa poſt lõgam diſceptationem, optimã ad ea quæ pacis ſunt, diſpoſitionẽ habuit, cupiẽtes omes etiam partes eodem & vnanimi conſeuſu ac fauore pacis & vnitatis præſtantiùs agere, in alterius *diem & conuentionis apud ciuitatem noſtram Attrebateñ ad primam diem menſis Iulij proximè inſtãtis concordârũt. Conſentientes etiam, vt res tãta efficaciam habeat ampliorem & certiorem, vt pro parte ſanctiſſimi patris noſtri cardinalis S. crucis & Arelateñ, & à ſacro Baſileeñ concilio cardinalis de Cypro cõſanguineus noſter & S. Petri ad vincula, ad ipſam aſſignationem & locum tranſmittantur. Quamobrem amicitiam veſtram maiorem in modum oramus

loc⁹ obſcurus

& deprecamur, ſit res illa tam ſacra atq; fidei orthodoxæ tam vtilis & neceſſaria, vobis curæ & ſolicitudini, vt ad illam diætam pfatos cardinales de Cypro & S. Petri, trãſmittere veſtri ex parte velitis. Confidimus, vt tantorum patrum præſentia & ſingulari pręſtantia atq; virtutum magnitudine, differentia omninò ex medio tollatur, *abſolutaq; ſit. Proindè ipſis tranſmiſſis, atque re confecta, non paruam nos ſumus percepturi lætitiam, ac gratiam vobis habituri. Datum in ciuitate noſtra Turoñ, die 24. menſis Martij.

LITERA MISSA PER DOMInos Ambaſiatores cõcilij exiſtentes in Bohemia ſacro concilio, lecta in generali congregatione die ſabbati 23. Aprilis, 1435.

SAcroſanctę generali Baſileeñ ſynodo, in S.S. legitimè cõgregatę, vniuerſalem eccleſiam repręſentanti, earũdem R.P.V. humiles oratores Philibertus epiſcopus Conſtantieñ & cęteri ſui collegę. Reuerẽdiſſimi in Chriſto patres & domini, quòd R.P.V. vſque ad pręſens non ſcripſimus, cauſa fuit, quoniã ſcribendi materia non ſuberat. Negocia enim pro quibus deſtinati ſumus, inſperatã acceperunt dilationẽ. Cuius cauſam eſſe ferunt, nimiam temporis acerbitatem, propter quam vijs omnibus inijt facta congregatio Pragæ pro eligendis Ambaſiatoribus, & prædiſponendis alijs præagẽdis ante carniſpriuij tempus haberi non potuit. Nos quidem qui auſteritatem temporis & viarũ diſcrimina ſumus experti, morã ipſam ſatis habemus rationabiliter excuſatã. Venerunt igitur pridem ille nuncius ſeteniſſimi Imperatoris, q̃ fuit apud P.V. & Vuenzelaus presbyter de Karleſtain, & cum eis nuncij Bohemorũ ad excuſandũ moras & literas ſalui conductus recipiendi pro 10. baronibus, 10. nobilib⁹, cliẽtibus electis & nominatis, atq; pro oratoribus ferè oẽium ciuitatum *Tabor, & paucis tantùm exceptis. Arte ſolita factum eſt, quod à domino Imperatore poſtulatum eſt, vt daret eis intelligere mentionem ſacri concilij per nos miſſam. Dominus autem Imperator miſit pro nobis vt iremus ad eius Maieſt. apud Pozonium. Quod fecimus indilatè. Cumq; Pozoniũ nauigio veniſſem⁹, ab eius cõſiliarijs in littore ſuſcepti ſumus, & ad hoſpitium ducti. Eis à nobis recedẽtibus, morula interiecta, ipſe ſereniſſ. dominus Imperator hoſpitium noſtrum intrauit, aduentũ noſtrum iocundè ſuſcipiẽs, & ſacro cõcilio de noſtri deſtinatione gratias magnas agens. Poſt hęc quę per Bohemorũ nuncios ſibi dicta & illata fuerãt, non diſtulit referre. Nobis quidẽ viſum eſt, dictam, quam iam ad dominicã in albis poſuerunt, refutandam non eſſe, præſertim cùm ex bonis cauſis factum eſſe dicatur. Quo ad aliud diximus, quòd ſupplicabamus ſuæ

locus obſcurus

*Taboreñ

Maieſtati, vt non indignè ferret, ſed nos dignaretur ſupportatos habere, quoniã cùm eſſemus à ſacro concilio deſtinati, vt in conuentione cũ ipſis Bohemis coram eius Maieſtate mentem ſacri concilij aperire deberemus: nec deceret, nec forſitan expediret, ante locum & tempus, & per internuncios talia reſerare. Quod eius Imperialis apex benignè ſuſcepit, & nuncijs Bohemorum ſuũ dedit reſpõſum. Et ſic illi receptis literis ſaluiconductus, Bohemiam reuertuntur. Nos verò Viennæ tempus conuentionis pręſtolabimur. Exiſtimauimus reuerendiſſimi patres, gratè P.V. ſuſcipere, quòd hanc prorogationem conuentionis non refutauimus, ſicut nec erat aliquo modo refutãda. Quòd hęc negocia difficultates & dilationes ſuſcipiant, P.V. (quæ magna ſapiẽtia pollẽt) credimus nõ mirari. Sed & ſperamus confidẽter, P.V. illis inſiſtere, & finem rerum intendere, in quibus tanta & tam mira Dei beneficia cognouerunt. Opus enim eſt, quòd ſacrum cõcilium à proſecutione incepti operis non deſiſtat. Illi ſiquidem perditi homines, qui cœpta bona turbare & dirumpere ſatagunt, in diſſolutionem concilij ſpem figunt. Et exindè ſpondẽt ſuis ſatellitibus reſpiramen. Vndè oportet ecõtrà, vt P.V. hoc ſacrificium omnipotenti Deo offerant, ne ſuſceptorum beneficiorum videãtur ingratæ: atq; ignis, qui minutus extinctioni propinquat, per incuriam vires reſumens, in flãmam (quod abſit) vehementer exurgat. Et quod patres reuerẽdiſſimi & huic rei valdè accommodum foret, ſanctę reformntionis *& ex opus vrgere, *ſed ex multis alijs reſpectibus eſt neceſſarium. Vtinam omnes qui ſunt in concilio, audirent & intelligerent quæ nos, qui extrà proceſſim⁹. Profectò etſi tam auidi ſint tanti boni, auidiores & feruentiores fieri minimè dubitamus. Alia ſcribenda nõ inſtant, niſi quòd nos P.V. humilimè commendamus, cum omni promptitudine obſequendi. Quas dignetur altiſſimus ad bonum vniuerſalis Eccleſiæ dirigere, ac feliciter conſeruare. Scriptum Vienną, prima die menſis Aprilis.

REVERENDISSIMIS IN CHRIſto patribus & dominis, dominis Pręſidenti, prælatis, & cęteris generale Baſileeñ concilium celebrantibus, dominis ſuis tota veneratione colendis & honorandiſſimis.

REuerendiſſimi patres ac domini mei honorandiſſimi, humilima recommẽdatione præmiſſa, poſt longam concertationem dominorum prælatorum, Gallicanam Eccleſiam Bituris repræſentantium, quam pro confirmatione ſuarum mentium diutiùs protraxerunt, omnibus præſentibus, nemineque diſcrepante, concluſum eſt, conuentionem loc⁹ obſcur⁹ veſtram multiplici *legitimis funiculo con-

uocatam, ab omnibus, & præſertim ipſa Eccleſia Gallicana ſequendam, & cum veſtro debere conuenire concilio vniuerſo, deuotasque Deo gratias omnes exoluerunt, qui in huius peſtilentis temporis curſu E.V.D. *deprimas huius cõcilij geminat, grandiaq; & electa virtutum vaſa ſibi ſeruauit, & in Baſilea quæ baſis firma in baſe ſiue petra Chriſto, Gallia more Liæ multos in vtero proprio geſtans patriarchas, vos huius Concilij celebres patres in charitatis vinculo priores firmauit. Sed quia concluſorum ibidèm executio, in aliquas moras defertur, & accelero deliberatorum cõſummationem ad poſſe, inuitus à me exigo abſentiam veſtræ ſacratiſſimæ concionis. In qua inter ſuprema deſideria cupio adeſſe, & adero quamprimùm rerum gerendarum oportunitas aderit, ſupplicans vt interim habear excuſatus. Ferè enim per trimeſtre ad nihil aliud deſudaui, & ſpero perfectionem agendorũ. abũdantiùs autem omnes die ac nocte orant, vt videamus facies veſtras, & compleamus quę deſunt fidei noſtræ. Ipſe autem De⁹ & pater noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. Vos autem multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtrã in inuicèm & in omnes, ad cõfirmanda corda veſtra ſine querela in ſanctitate ante Deum. Mihiq; ſuo humili & deuoto E.V.D. pręcipiant & mandent quæq; grata, & parebo ad poſſe. Pręteſtiſſę die 28. Aprilis.

1. Theſſ. 3. c

Veſter humilis & ad vos deuotus,
A. Archiepiſ Lugdunẽ.

SACROSANCTAE GENERALI SYNODO Baſileeñ, in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti.

EXulta & iubila ſynode ſacroſancta altiſona, deprome gratiarum actiones & laudes rerum omnium cõditori. Nuncia in omnibus finibus terræ diem feſtum & gaudij, vniuerſos Eccleſiæ filios ad congratulãdum & gratias peragendum gratulabudis admonitionibus exhortare. Laudẽt tecum magna opera Dei, & exultent ingenti lętitia Chriſtiani omnes prouinciæ vniuerſæ. Siquidem deſiderata eccè dies aduenit, quo iam tuorum laborum meſſi ſunt fructus, & ſeminum tuorum in horrea Dominica plenos manipulos reportaſti. Hodiè nanq; Imperiali maieſtate imperialibus inſulis decorata, in publico foro huius ciuitatis numeroſa populi multitudine aſſiſteñ, corã nobis tuæ beatitudinis nũcijs, gubernator, barones, nobiles ciuitatis, ambaſiatores regni Bohemiæ, primùm nobis cõpactata obtulerunt, literis authẽticis communita. Deinde pro ipſorũ executiõe de tenẽda, obſeruãda & defendẽda vnitate Eccleſiaſtica & pace, literas alias ſecundũ formã Brũnę condictã. Poſt hęc quatuor ad hoc deputati cũ pleno

& authentico mãdato nomine omniũ tam Eccleſiaſticorum quàm ſecularium, reuerẽtiam & obedientiam canonicã præſtiterũt. Nos quoq; iuxta tuæ ſanctiſſimæ cõcionis iniunctam vnitatem Eccleſiaſticam per eos factam & acceptam, pacem q;, necnon reuerentiam & obedientiam exhibitas acceptauimus, & pacem pronunciauimus eis ſeruãdam per vniuerſum populum Chriſtianũ. Quod ô ſacroſancta ſynode ſtyli officium poſſit ſufficienter exprimere exuberantiam gaudij, quæ aſſiſtẽtium corda repleuit? Vultuum amœna ſerenitas, lachrymæ præ vbertate lætitię, ab oculis erumpentes, cantus & applauſus, interne lętitiæ teſtes erãt, aut certè meliùs indicia dici poſſent. Quoniã nulla extrinſeca ſigna immenſitatem æterni gaudij ꝓportionabili poſſent oſtẽſione teſtari, videlicet vt iam nos ipſius beatiſſimæ cõgregationis & vniuerſi populi Chriſtiani gaudia meditãtes, noua iterum exultatione replemur, quo tandem fine hanc noſtrã claudemus epiſtolam, ne, ſi pro modo affectus perduret oratio, metas epiſtolarum excederet, niſi vt cum Dauid eximio prophetatum
Pſal. 91. c dicemus: Bonũ eſt cõfiteri Dómino, & pſallere nomini tuo altiſſime. Ad nunciandum manè miſericordiam tuam, & veritatẽ tuam per noctem. In decachordo pſalterio cum cantico in cithara: quia delectaſti me Dñe
Luc. 1. in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Ipſe quidẽ fecit nobis magna qui potens eſt, & ſanctum nomẽ eius: cuius clementiam ſuppliciter exoramus, vt quod operatus eſt, confirmare dignetur, & ipſam ſacroſanctã ſynodum tueri, regere & gubernare ad perficiendũ ſancta opera, pro quib⁹ eſt in eius nomine cõgregata. Scriptũ *Eglamæ 5. menſis Iunij, Anno 1436.

Per humiles oratores & nuncios,

Philibertum epm Conſtan,
Ioannẽ de Polomar, ſacri palatij Apoſtolici Auditorem,
Martinũ Bernerij decanum Turonẽſem, & Thomam de Haſelbach ſacræ Theologiæ profeſſorem.

EPISTOLA MISSA CONCILIO AB ambaſiatoribus eiuſdem exiſtẽtibus in Nurenberga, præſentata & lecta in congregatione generali, die Veneris vltima Februarij.

SAcroſanctę & venerabili ſynodo Baſileẽn, patribus & dominis oñi nobis veneratione & amore colendiſſimis, inclytarũ dominationum veſtrarũ obedientiã fratres Ioannes Nyder prior, & Ioãnes Mulenbruñ. Reuerendiſſimi & indulgentiſſimi patres & domini, viri ſapientia clari, virtute præſtantes, & laudata conſtantia vbiq; colendi, A diebus quibus vos Deus congregauit in vnum, & præſertim poſtquàm ſub titulo ſacroſanctæ veſtræ ſynodi ad regnum Bohemiæ eulogia pacis manârunt, corda multorum, triſtitia propè abſorpta, in ſpem conſolationis reſpirârunt, exultantibus animis Dominum tanquàm auxilium eis deſuper veniſſet, laudantes, quòd tantę miſerationis oleo corda veſtra perfudit, vt vobis de fratribus, qui in preſſura ſunt, tãta cura fuiſſet, firmiter tenentes, quòd citiùs & cumulatiùs & eo laudatiùs inimicos noſtros in ſpiritu lenitatis & verbo Dei, quàm flatu furoris & ore gladij reduceretis, argumentum ſumẽtes ex retroactis infauſtis noſtris ſucceſſib⁹. Ex quibus pleriq; in tantam deciderunt puſillanimitatem, vt de pace temporali, qualibuſcunque, niſi veſtra ſolicitudo præueniſſet, cogitabant prouideri remedijs. Audito autem poſteà, quòd congregatio veſtra, in quam ſpem (vt præfertur) conceperunt, mãdata fuiſſet diſſolui, geminata triſtitia obriguerunt, tanquam quò ſe conuerterent, aut quid facerent, neſcirent. Et ad nos veniẽtes ſiue mittentes, ſciſcitati ſunt, quomodò ſe factum haberet, aut quid amodò facere deberent, cùm nũc ſua fiducia ſe fruſtratos viderent. Nos, licèt non minori eſſemus ſecũdum audita, viſa & lecta, mœrore perculſi, ipſos, vt poteramus animantes, confortauimus in eo potiſſimùm, quòd perſeueranter, tanquam nihil de veſtra conſtantia hęſitantes, nobis cõmiſſa proſequuti ſumus. Nam nihil ſcripti aut nuncij à veſtris paternitatibus vſq; nũc recepimus. Nobis autẽ & reliquis, quos ad plenum conſolari non potuimus, in qualicunq; turbatione conſiſtentibus, ſperãtibus autem, quòd de propinquo nobis aliquid conſolationis mandaretur, ſuperuenit deſideratus admodum de Egra nuncius, deferens nobis literas conſulatus Egreñ, continentes, quòd literas ſacræ congregationis veſtræ & noſtras, quas nobis cũ ſuis deſtinarent, attuliſſet. Quas cùm recepiſſemus, gaudio multo *refecti ſumus. Dubij tamen adhuc, quid veſtræ eſſet voluntatis, aut quid de vobis ageretur. *Vtrunque ineſt, & ſoliciti manſimus, ſuper ſcripta eadem, nihilominùs iuxta conſilia fidelium & prudentium reſpondentes, miſſum nobis nũcium cum gratiarum actione remiſimus. Et eodem expedito, mox veſtra lata & clara ſcripta ſuperuenerunt, & literis nobis à Bohemia primùm, & à vobis deinde ad vniuerſos directis, in vulgare noſtrum intelligibiliter tranſlatis Conſulatui Nurenbergenſi deuotis veſtris, data ſibi ad petitionem copia, inſinuauimus, qui in priſtinam ſibi videntur conſtituti ſpei conſolationem. Deinde alter ex nobis, qui hæc ſcripſit, reliquo vtiliùs occupato, illuſtrem principem & dominum, dominum Marchionẽ Brandeburgeñ tunc adijt ad quinque milliaria diſtantem, & ſibi præmiſſa oñia per ordinẽ expoſuit. Qui cùm auidè & magno gaudio ſingula au-

*refertũ

*Vtrunquẽ enim eſt,

la audiuiſſet, copias narratorũ & lectorum petijt. Et poſtquàm de cõſilio & auxilio inuocatus fuiſſet, magnificè & ex animo (vt videbatur) reſpondit, ſe longo nunquã tempore meliora ꝓcepiſſe noua, & quaſi de ſomno cordialis mœſtitiæ euigilaſſe. Et in ſententia, præſentibus reuerendo patre domi-
for. *Eiſteteñ, aut Eichſteteñ no epiſcopo * Ciſtetenſi, & quampluribus nobilibus & notabilibus perſonis, reſpondit: Ego ſcio, quia interfui, quòd ſecundum decretum concilij Conſtantienſis iſti ſancti & venerabiles patres congregauerunt concilium ſicut iure potuerũt. Et ſuſpicari non poſſum, quòd aliud quàm merè honorem Dei, conſolationem & ſalutem totius Chriſtiani, qui in triſtitia eſt, populi quærunt: qa longè ſunt ab inſultibus eorum, qui nos de propinquo tam hoſtiliter impugnant, dãna inferũt, & offendunt. Et qui licèt ab eiſdem in ſuis regnis ſecuri ſunt, adhuc ex charitate de nobis ſoliciti, pacẽ nobis procurare ſatagunt. Quare ſicuti tu ipſorum nomine petis & requiris, ego cum omnibus mihi ſubditis Eccleſiaſticis & ſecularibus firmiter & conſtanter adhærebo. Et huius rei gratia, ſicut tu nomine quo ſuprà petis, quãcitiùs fieri poterit, & præſertim cùm reuerendus pater dominus Herbipolenſis, qui ab infirmitate, quam de proximo incidit, notabiliter reſpirauit, modico fortior effect⁹ fuerit, quia vir boni & acuti cõſilij eſt, & benè affectatus ad Concilia, rogabo, quos potero principes, vt mecum in Nurenberga conueniant, ad deliberandum quomodò nuncijs mittendis de Bohemia ad cõcilium vel Nurenbergam aut alibi, de ſecuritate prouideatur: ad confortandum etiam hoc ſacrũ cõcilium in ſua, ſicut cœpit, proſequutione ad ſibi adhærendum, ac etiam prelatos, doctores & notabiles viros mittendum &c. Et ad ſtatim commiſit, vt ſuis ſingulis officialibus ſeriosè ſcriberetur, vt nuncios de Bohemia ad concilium vel ad nos mittendos, ſaluos conducerent, & ire per ſuas terras & dominia, nulla prorſus illata iniuria, ꝓmitterent. Commiſit etiam vt literæ ſibi allatæ multiplicarentur, & ad ſingulos principes, prælatos, dominos, & cõmunitates vicinas, cum ſuis ſcriptis in eorum confortationem mitterentur. Et cùm ego qui ad ipſum veni, quærerem, an hæc per ipſum taliter dicta & repetita, V. P. ſcribere poſſem: reſpondit, ꝙ audacter affirmarem & ſcriberem, quia ita indubitanter facere proponeret. Ac taliter & tã conſolabiliter loquutus eſt, vt firmiter teneamus, quòd magnã cum ſuis amicis & ſubditis conſolationem vobis quantocyùs afferet. In quo nobis valdè expedire videreť, quòd ſcripta fauorabilia in genere ſiue ſpecie, à ſereniſſ. rege Romanorum obtinerentur: quibus ſingulis huiuſmodi ſuis principibus, communitatibus & ſubditis mandaretur, quatenùs vobis adhæreret & faue-
rent. Ac etiam voſipſi ad principes electores, & ſpecialiter ad ſupradictum dominum Marchionem & ducem Saxoniæ ſpecialiter ſcriberetis, gratias primùm agẽtes de bono ſuo propoſito, fideli aſſiſtentia & fauore. Et quòd mitterent ſuos prælatos & ambaſiatores &c. Et ita ad conſulatum Nurenbergeñ, qui optimi ſunt & fideles in hoc negocio cooperatores. Memoratus verò dom⁹ *Eiſteteñ, fatis fauorabiliter ſuper mea req-ſitione reſpõdit: ſed efficax & finale reſpõſum vſque ad cõſultationem ſuorũ ſuſpendit. Et ſperamus, ſicut optam⁹, quòd aliqui partium noſtrarum prælati, de ſuſpicione, q̃ contra ſe eſt, tanquam non faueant veſtræ congregationi, & vocationi Bohemorum aduerſentur, contrario actu fauorabiles ſcilicet oratores mittentes, ſe citiùs purgabũt. Quod ſi non fecerint, ſed eatenùs ſuam voluntatẽ proſequuti fuerint, vt veſtrũ (quod abſit) conuentum abſoluant, vel fructu ſperato euacuent: tunc nos, qui ſalutem ipſorũ & oñium iugi precamur inſtantia, aliud ex his, quæ videmus & audimus in verbo veritatis, conijcere non poſſumus, quàm quòd eorundem & oñium ſibi fauentiũ inſtabit periculum maius, quàm omnium reliquorum. Quod indè ſyllogizamus. Nam ipſi, quos proſequimur, Bohemi vicinis ſibi latiſſimis regnis, ac ipſi Alemaniæ grauiſſima hactenùs dãna intulerũt, vt vix aut nuſquã alia via reſtet reſiſtẽdi vel occurrendi, quàm per mediũ & ſuccurſum vniuerſalis Eccleſiæ in virtute ſynodi generalis congregatæ: quę *interpellante tempore ſe colligens, viam tantis malis occurrendi in ſpiritu manſuetudinis exorſa eſt, eos, de quibus agitur, vocans. Vndè ſpem tantam & conſolationẽ innumerabiles (vt ꝓfertur) ceperunt, & ipſi ſe in Bohemia vtcũque reſoluere, & propiùs accedere (vt ſperatur, & ipſi ex ſcriptis præſentibus* conijcere poteritis) *iunctis cœperunt. Quid nobis ſperandum erit, ſi cuiuſcunque facto vel cauſa vocatos non legitimè expectaueritis, & reliquos ſpe ſua fruſtraueritis, quàm quòd vtcunque vocati, in eos, qui ſibi deluſerunt, fortiùs ſe & atrociùs armabunt? Ergo dilectiſſimi & gratiſſimi patres, vndecunque & qualiumcunque opinionum, ſicut in eo quod ſemel conſilio vnanimi omnium, qui tunc præſentes eratis, & ſufficienter & ardenter abſentium aduentum deſideraſtis & expectaſtis, maturè concluſum eſt, & nomine vniuerſalis Eccleſiæ ritè emanauit, & ab* for. * oñibus (vt præmittitur) laudatum eſt, & hodiè laudatur, conueniatis: & concordes, inuitatorum preſentiam (prout de congruo decet) expectetis, ſed & expetatis, omnemq; poſſibilem diligentiã pro ipſorum reductione adhibeatis, & honorem à DEO & hominibus incunctanter habebitis. Si ſecùs (quod abſit) feceritis, indelebi-

lem Eccleſiæ ignominiam inferetis. Quod per extenſum tam oculatis & perſpicacibus viris declarare, ſuperfluum putamus. Nec videmus, *cùm velut inermes & myſteriorum Dei expertes, fugere debeamus, cùm omnium noſtrum vna ſit & firma ſentẽtia, quòd in dubium vocari non debent, quæ ſoléniter & digeſtè à ſacris concilijs ſancita ſunt, aut fide ſanctorum probata. Admittantur ergo, illibatæ fidei noſtræ tenore manente, qui vocati ſunt, & audiantur. Non quòd ſolidiores hi tanquam dubij fiant, quibus datum eſt diuina noſſe myſteria: ſed certè, vt ijdem ipſi, qui deriſis errorũ inuoluti ſunt tenebris, catholicis noſtris fide firmis doctoribus, errorũ nebulas ratiõe & arte diſcutiẽtibus, in claram probatæ fidei noſtræ cognitionem, ſi dominus annuerit, reuocẽtur. Similiter & ſi illi, qui huiuſcemodi non modò ſubdolè ſerpentibus, ſed & paſſim nunc palàm volantibus, ſeque infirmis animis infigentibus, hæreſum iaculis pernicioſè vulnerati ſunt, ocyus ſanentur. Quod niſi factum, & citiùs factum fuerit, videbitis patres, quod lugebitis. Sed ne, quod veremur, accidat: nos, quibus aliquid veſtræ ea parte ſolicitudinis impoſuiſtis, quique rem tãquam ſub proſpectu noſtro nõ ſine mœ-

for. *amaris rore cadentem, acriùs, ſed & *amaris pleriſplerunquè que metímur, cum reuerentia ſupplices rogamus. Et quia expedire, & vix aliter abſq; grauiſſimo ſcãdalo & iremediabili, fieri poſſe putamus, bona fide conſulimus, ne irrita faciatis, aut quantum in vobis eſt, fieri permittatis, etiam ſub periculo corporalis ſalutis, cùm pro domo Dei ſecundum profeſſionem noſtram (vt rationabiliter ſcribitis) nos murum, qui periculis aut impulſibus vſque dum ruat, non cedit, ponere debeamus: ea ſcilicet, quæ Spiritu ſancto dictante, non modò ſemel aut altera, ſed & tertia, vt ipſi (de quib⁹ agitur) ſuis ad nos ſcriptis teſtantur, immò & quarta vice de ore veſtro proceſſerunt. Sed eos quos tam ſolenniter vocatis, quia ardenter eorum (vt oportet) ſalutem optatis, quanlibèt longiùs abijſſe videantur, ſi venire voluerint, vt magnam nobis & multis ſpem ſcriptis ſuis dederunt, expanſo læti ſinu recipere benignè, & patienter audire, in viam ſalutis & veritatis miſericorditer & manſuetè dirigere, & ſi redire reſipiſcẽtes cupierint, in communionem fraternè admittere: aliasque conſtanter & perſeueranter facere velitis, quæ pro ipſorũ reductione & Eccleſiæ pace & reformatione apud vos ſalubriter ſtatuiſtis. Vndè fidelium mentes, quæ à iocunditate, quam veſtris (vt præfertur) ſalutari conuentione, ordinato in agẽdis proceſſu, deuotaq; & ſimplici conuerſatione lõgiùs viuificum ſuum odorem in ædificationem fidelium ſpargẽtibus conceperunt, ſtupefactæ nimìs & velut amentes conciderunt, geminata conti-

nuãdaque lætitia erigetis. Hæc ad qualemcunque veſtram conſolationem amore, qui reuerentiam neſcit, ſcripſiſſe voluimus, petẽtes, nos de incuria & ruſticitate haberi miſericorditer excuſatos: qa bona & ſimplici fide vobiſcum, velut cum patribus noſtris & præceptoribus indulgentiſſimis, agimus. Neque cultiùs, emendatiùs, aut mundiùs ꝓpter temporis anguſtiam, quæ poſita ſunt, reſcribere curauimus, de veſtra benigna ſupportatione confiſi. Cæterùm ſi vobis videatur, deputentur venerabiles patres domini Terbraceñ & de Lãgem ordinis Ciſtertiẽſis harum partium de vicino abbates, aut alij, prout vobis videbitur, qui frequentiùs nobis veſtro nomine de occurrentibus nouis & bonis in conſolationem noſtrũm & aliorum ſcribant per occurrentes opportunè nuncios. Mittimus dominationibus veſtris copias literarum communitatis Nurẽbergeñ, nobis à Prageñ directarum, & noſtrarum ad eoſdem. Et ſicut Prageñ Nurenbergenſibus, pariformiter & Egreñ ſcripſerunt, qui optimi mediatores in currente noſtro negocio exiſtunt: Etiam recepimus ab amicis Eccleſiæ quoſdam profeſſionis articulos, in quos dicunt ſub magno apud nos ſatis ſi* doctores & clerus ciuitatis Prageñ veteris & nouæ conueniſſe. Quos ſi in congregatione audire volueritis, nulli tamẽ copia decernatur, quouſque plenius, quod expectamus, reſponſum habuerimus, ne forſan ipſi in inſtanti ſua & plena totius regni cõgregatione, meliùs & aliter deliberent. Cõmittatur tamen aliquibus doctoribus ſacræ paginæ & aliarũ facultatum, ſicut videbitur, vt diligenter videant & examinent, quatenùs opportuno tempore quid agẽdum ſit, ea parte proferant. Verùm huiuſmodi articuli in lingua & ſcriptis Bohemicis ad nos peruenerunt, & in Latinum quidam doctor ſatìs celebris in medicina, alter verò in idioma noſtrum Alemanicum tranſtulerunt. Mittimus vtrunque, vt collatione adinuicem habita, clariùs intelligere ipſorum intentionem poſſitis, & de occurrendo eis cogitare ſalubrius erit, & (vt confidimus) facilius ipſos literali congreſſu deuincere, quàm hoſtili campo cum eis ſub periculo cladis aut fugæ noſtrorum cõfligere. Quid expediet, vnctio vos ſpũs q, velut hoſpes beatific⁹ corda vra inhabitat, docebit, vt optam⁹, & iugiter orabimus. Noſtri memores in Dño Valete. Scriptũ Nurenbergæ, 16. Februarij, Anno Dñi milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

LITERA IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI, miſſa ſacro cõcilio Baſileenſi.

IOannes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romeorũ Palæologus ſemp Auguſtus, ſacroſanctæ Generali ſynodo Baſileenſi, ſalutẽ in eo, q oĩm eſt vera ſalus. Literas V. R. recepim⁹ ꝓ reuerẽdũ Antoni-

tonium Epiſcopum Sudeñ, & fratrẽ Albertum de Criſpis ſacræ Theologiæ magiſtrũ, oratores veſtros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum benè notauimus optimam diſpoſitionem atque intentionẽ Deo amabilem, quas V. R. pro tota Chriſtianitate gerit, & ſpecialiter pro nobis, id eſt, pro vnitate Eccleſiæ ſanctæ Chriſti. Et ſup hoc lætati ſumus maximè, quoniam hortamini nos pro illis, ꝓ quibus & nos iam diu hortati fuimus inſtanter Eccleſiam Romanam. Multoties enim ſcripſimus, & miſimus illuc pro vnitate ꝑdicta, vt omnibus patet. Tantis autem legatiõibus factis ex parte noſtra, & tanta ſolicitudine oſtenſa, non permiſerunt cauſam circũſtantiæ eorum, vt finẽ acciperet noſtra voluntas & tractatus. Ad præſens igitur de eiſdem his, & cum ſimili & eadem diſpoſitione V. R. ſcribimus, quærentes fieri concilium œcumenicum ſub præſentia omnium perſonarum neceſſariò debentium intereſſe ſecundum antiquum ordinem & conſuetudinem. Et tale cõcilium fieri canonicum, liberum, inuiolatũ, & ſimpliciter ſecũdum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum. Et omne illud, quod Deo dante in tali concilio vnanimiter & concorditer concluſum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & ſine contradictione & lite quacunque, quæ omnia dicta fuerunt & conceſſa, & confirmata à ſancta Romana Eccleſia per plures legationes ad eam noſtra parte factas. impedita autem fuit iſtorum cõcluſio & effectus propter temporales circũſtantias, vt ſupradictũ eſt. Sed quoniam V. R. in præſenti tempore tantam promptitudinem ſuper iſtis oſtendit, quòd legationem ſpecialẽ fecerit pro iſtis, & hortata nos fuit literis & relationibus ſuorum oratorum, propter hoc & nos mittimus ambaſiatores noſtros, familiarẽ Impij noſtri*

Abbatem ſcilicet monaſterij S. Demetrij Iſidorum, & familiarem noſtrum Ioannẽ Diſſipatũ,

per quos petim⁹ & rogamus V. R. quòd ad hoc Deo amabile opus vnionis conferatis oẽm curam & ſolicitudinem, vt fiat & concludatur dictum laudabile opus veſtris ſtudio & diligentia noſtris correſpõdentibus, cũ nota ſint aliqua neceſſaria ad hoc, & eius operis executionẽ, commiſim⁹ de iſtis ꝑdictis noſtris ambaſiatoribus, qui V. R. latiùs & clariùs omnia referent & manifeſtabunt. placeatq; V. R. eiſdem dare plenam fidem.

Datum in vrbe noſtra Conſtantinopolitana. 1433. Die 15. Octobris.

LITERA REGIS DACIAE MISSA SACROSANCTO concilio in fauorẽ ordinis ſanctę Brigittę, lecta in generali congregatione die Veneris, vigeſimoſexto menſis Martij, 1435.

Reuerendiſſimis in Chriſto patribus ac dominis præſtantiſſimis, honore præcipuo venerandis, pro concilio generali celebrando in Spiritu ſancto Baſileæ legitimè congregatis, Ericus Dei gratia Sueciæ, Norueg iæ, Sclauorum, Gothorumque Rex. & dux Pomerię, ſalutem & ſynceram noſtri in domino recommendationem.

REuerendiſſimi patres & domini, Regalis præeminentiæ requirit dignitas & officium, illudque præcipuum in ſui pectoris armariolo iugiter verſare debet, vt poſt diuinę cultum maieſtatis modis & medijs, quibus poterit, in effectum producat, quòd ſubiectus ſibi populus, pacis trãquillitate frui & gaudere valeat, & præſertim hi, qui ſpretis curis & vanitatibus labentis ſeculi, Deo inhærere (cùm ſibi ſeruire, regnare ſit) totis deſiderijs inardeſcunt. Cuiuſmodi ſunt vtriuſq; ſexus homines religioſi, & præſertim ordo ille deuotiſſim⁹ beatæ Brigittę, ſancti Saluatoris nũcupatus, qui in loco Vuadzſteñ regni noſtri Sueciæ, Dei diſpenſatione (vt piè creditur) laudabile ſumpſit initiũ, & poſtmodùm per diuerſas mundi partes in ſalutẽ multorũ à via rectitudinis aberrantiũ, commendabile ſuſceperat incrementum. Ipſius nempe B. Brigittæ ſanctiſſima vita, virtutũ præclara merita, necnõ magnifica & ſtupenda, q̃ glorioſus & mirabilis Deus in ſanctis ſuis per illã fecerat, & ſine intermiſſione in his terræ finibus facit opera, mẽtes hominũ ad credendũ attrahunt, hũc ordinem, cum ſuis viuẽdi regula & cõſtitutionibus, à Deo ſpecialiter ꝓceſſiſſe. Apparet hoc idẽ de deuota & irreprehenſibili vita perſonarũ in eo degentiũ, exẽplis ſanctimoniæ & doctrina ſaluberrima, quibus innumerabilis populus diuinitùs illuſtratus, latam & lubricã deferens viam, q̃ ducit ad mortẽ, arctam cæleſtis patriæ ſemitã ambulat confidenter. Sed heu venerãdiſſimi patres & domini, accepimus nup, quod dolenter referimus, ex illius non dubitam⁹ inſtinctu, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarũ, ſurrepſiſſe videlicet in ordine prædicto nobis dilecto periculoſas quaſdam ſciſſuras & contentiones, ob quas generales cõfeſſores & alię dicti ordinis ꝑſonæ, de monaſterijs regnorum noſtrorũ ad reuerendarũ paternitatum veſtrarum ꝑſentiam, ſacroſanctã ſcilicet generalẽ Baſileenſem ſynodum, ſunt citati. Etiam (vt aſſeritur) ad reſpondendũ nonnullis articulis, contra libros reuelationũ prænominatæ ſanctæ dominæ patronæ noſtrę cõſcriptos: qui reuelationũ libri in ſalutẽ indubiè multorum in via fidei & morum titubantium, hîc & alibì ſparſim per mundũ publicati fuerãt & ſoléniter prędicati. Quamobrẽ reuerendiſſimi patres, veſtrarum paternitatum

Sap. 2. d

& do-

& dominationum congregationem sacratissimam, vniuersalem Ecclesiam repræsentãtem, deuotioribus & efficacioribus, quibus possumus precibus aggredimur, instãtius exorãdam, quatenùs ex parte Dei omipotentis, & eius intuitu, cuius in hac parte vices geritis, nostrarumque ob deuotarum precum instãtiam, personarum & locorum sæpedicti ordinis huiusmodi piculosas discordias ad Deo placentem concordiam reuocare velitis, necnon obloquentium ora sic obstruere, quòd stare & viuere poterũt deinceps in DEI seruitio, suaque regulari obseruantia, sicut hactenùs in monasterijs regnorum nostrorũ laudabiliter steterant, atque vixerãt sub dicta sancti Saluatoris regula secundum ipsius institutionem primitiuam. Insuper quòd illa doctrina sanctissima Reuelationum beatæ Brigittæ, sicut in præsens in Ecclesia Dei ad ipsius laudem & gloriam, ad purgationem criminum, bonorumque morum introductionem prædicatæ & publicatę fuerant, sic & amodò publicari & prædicari valeant & teneri. Alioquin exinde sanabuntur corda simplicium, scandalizabuntur plurimi, & formidandum erit finaliter Christianæ fidei nõ minimum detrimentũ. Spiritus ille veritatis, qui procedẽs de thalamo diuinæ Maiestatis, Apostolorum pectora inuisibili gratia penetrauit, dignetur illustrare corda vestra ad faciendum pacẽ, & tranquillitatem in Ecclesia sua sancta. Datum in castro nostro Vuordlingborg. Anno Domini 1434. tertia die mensis Iulij nostro sub Secret. &c.

ALIA LITERA CERTORVM EPISCOporum missa in fauorem dicti ordinis, & lecta in congregatione, eodem die.

REuerendissimis in Christo patribus ac dominis præstãtissimis, pro Concilio celebrando in Spiritusancto Basileæ legitimè congregatis, Petrus Lundensis, Aslatus Nidrosiensis, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopi, Nassuo Othonienſis, Ioannes Roskildensis, Ioannes Hasloensis, Siggo Scarensis, Andoen⁹ Stauangrensis, Thomas * Strengenensis, Hermannus Vuibergensis, Petrus *Hamarensis, Gerardus Binglauensis, & Seuerinus Farensis, eadem gratia Ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate & reuerẽtia debita obsequia, votisq; ac mandatis vestris in omnibus deuotè & fideliter obedire. Gratias agimus patri misericordiarum, & deo totius consolationis, qui senescentis mundi miserijs ineffabili sua misericordia, & miseris, ne in barathrum desperationis prolabantur, salutaribus remedijs subuenit & succurrit. Hinc est, patres reuerendissimi, quòd Deus inter alia miserationis suæ opera magnifica & gloriosa, quæ ad laudem & gloriam nominis sui fieri voluit, in his vltimis finibus terræ pro consequenda remissione peccatorum, ad dirigendos pedes oberrãtium in viam patriæ cælestis, beatam Brigittã de regno * Sueciæ progenitam, quasi venam fontis viui sponsam suam & canale gratiæ suæ tantis gratiarum aquis abundare fecit, & non solum regno prædicto, verumetiam quasi toti orbi terrarum per eam misericors Domin⁹, cuius misericordiæ non est numerus, salutis & gratię melliflua pocula dignatus est misericorditer propinare. Ex cuius quidẽ B. Brigittæ meritis & sanctitate, primũ in regno Sueciæ, videlicet Vuadtzsteyn, ordo ille p̃clarissimus, S. Saluatoris nuncupatus, inoleuit, ac gloriosum suscepit exordium. Deinde successu breuiss. temporis, & hoc satìs miraculosè, in diuersis regnis & mũdi partib⁹ ex inflammatione vtique Spiritussancti, regibus & Dominis terrarum atque prælatis diuinitus facta, plura sunt innouata & multiplicata monasteria, in quibus sororum & fratrum conuentualium feruens & affectuosa viget deuotio, & vitæ regularis obseruantia secundum ordinem instituta perfectissimè obseruatur, tam per continuas p̃dicationes, quàm per diuinę maiestatis cultum & obsequium, videlicet Missarum solennia & diuinarum horarum iugiter psalmodiam. Vnde quasi infiniti peccatores de die in diem diuinitùs inspirati conuertunt̃, conuersique in breui proficiũt, magna virtutum accumulantes incrementa, & spirituales effecti, calcatis seculi curis, sentientes se corruptibile pondus cum mœrore portare, quibus nil agere libeat, nisi solius Dei desiderio & amori iugiter inhærere. Vnde reuerendiss. patres, nos vnà cum principibus & prelatis, & magnatibus, militibus & militaribus, nobilibus, primis, ac proceribus regnorum pro quieto statu regnorum corũdem in magno parlamento in castro & oppido Vuordlingborg regni Daciæ congregati, nunc accepimus, qualiter confessores totius ordinis prælibati ad sacrosanctam synodum Basileen̄ pro statu salubri, reformatione laudabili, ac incremento felici locorum & personarum vtriusque sexus in eodem ordine sparsim per mundum degentium sunt citati. Eapropter patres & domini reuerendiss. dominationes vestras cum humili & deuota subiectione aggredimur implorandas, quatenùs si qua in hoc sacro concilio vsque in præsens literis, processibus, articulis, quæstionibus vel querẽlis contra dictum ordinem, cuius priuilegia, regulam, constitutiões, seu instituta regularia, iamdudũ per sacrã sedẽ Apostolicã approbata & confirmata, ac etiam contra libros Reuelationum dictæ sanctæ Brigittæ dominę diuinitùs (vt creditur) ostensarum, quõlibèt fuerint attentata, ob nostrarũ petitionũ humilimã instantiã faciatis reuocari. Si qua verò in eisdẽ reuelationũ libris examinãda & discutiẽda fortasse videant̃, tam cautè

*Stráguuinen̄ *Hammen̄ *Hamineń

cautè & moderatè reformationis sarculo cum lenitatis moderamine emendentur, ne piarum aurium in posterum offensiua fiant ea, quæ de his libris reuelatiõum coram populo, nedum in partibus istis & regnis, sed & alibì per mundum publicè prædicata fuerant in Christianæ fidei fulcimentum. Alioquin si (quod absit) ex huiusmodi cõtrouersijs, litibus, & contẽtionibus sic (vt præmittitur) motis & attentatis, insurgeret aliqua ordinis præfati diffamatio, vel à sui primitiui regularis status vigore discessio, ex tunc (prout verisimiliter formidamus) vbique & præsertim in partibus istis tam in clero quàm in populo fiet maxima confusio, & deuotionis fidelium feruor ad Deum & ad illam sanctam, quæ tot, tantis & tam manifestis claruerat miraculis & virtutum meritis, vertetur in torporem. Quod vtique cedet in fidei catholicæ turbationem & diminutionem, in scandalum multorum, & Ecclesiæ, saltem in his orbis finibus sub hoc periculoso tempore nõ modicũ detrimentum. De modo aũt cohabitationis Sororũ & fratrum in monasterijs ordinis prædicti, quæ situata sunt in regnis istis, quem alij q̃dam pacis ęmuli & tranquillitatis calumniari conantur, nulla datur hîc cuiquam Christifidelium suspicionis occasio, quòd eorũ habitacula adeò firmis altisq; muris & ædificijs distincta ac diuisa sunt, prout ferè nos omnes, præcipuè autem, qui monasteriorũ & locorum eorundem visitatores sumus. *quòd securè & absque conscientiarũ scrupulo iuxta primariam ordinis institutionẽ, quam adeò piè credimus factam esse, sorores & fratres sicut cohabitant, honestè & licitè poterunt commorari. Valeat, & in Deo proficiat vestræ sanctissimæ deuotionis venerabile collegium à Deo cęlitùs inspiratũ, ab æterno prouisum & præordinatũ, & iam in hoc occidui mundi ærumnoso tempore in spiritusancto legitimè cõgregatum. Datũ in oppido Vuordlingborg Roskildensis diœcesis, anno Domini 1434. die 3. mensis Iulij, nostris sub secretis &c.

*videt deesse, vidimus, aut aliquid eiusmodi,

Epistola Rothomageń ad concilium.

REuerendissimis & honoratissimis ac metuendissimis patribus, sacrosanctã synodum Ecclesiam vniuersalem ræpræsentantem Basileæ tenentes, humiles vestri filiali subiectione subditi consules & ciues ciuitatis Rothomagensis. Reuerẽdissimi & honoratissimi ac in timore Domini sancto reuerendissimi patres, Considerantes apud nos nihil esse, quod adeò indignationẽ, p̃uocet altissimi sicut ingratitudo. Ipsa enim est prouocatio malorũ, beneficiorũ exinanitio, & extinctio meritorum. Quapropter miserationum, quas in Ecclesia sancti Audoeni Rothomageń per literas vestras magnificastis, pro qua vicibus repetitis ausi fuimus sanctitati vestræ congregationis dudum reſcribere, iugem habentes firmamq; memoriam, nolẽtes insupèr illud Iudaicum in nobis notari opprobrium: Non fuerunt (inquit) memores beneficiorũ eius, & mirabilium quæ ostendit eis, per præsentes literas nostras, & pro modulo nostro benedicimus Deum cæli, qui per ministeriũ vestrum faciens misericordiam, de puluere tribulationis & sordibus litigioſę captiuitatis erigit egenum, vt cum principibus Ecclesiæ suæ sedeat, & solium gloriæ inter vos reuerendissimi patres, reiecta omni confusione teneat. Quinimmò eædem literæ vestræ ab ingenti, diuturnaque & difficili narratu præfatæ Eccleſię sancti Audoeni ruina, quã pro discordia & concursu guerrarum æstimamus potissimè contigisse, resurgendi primitias præstant nõ modicas. Nanque lapsos erigunt, vagos congregant, & reuocant aberrantes. Quamobrem non quas debemus sanctitati vestræ congregationis, sed quas valemus & scimus, gratiarum referim⁹ actiones, nosipsos & quęque nostra sunt, in obsequium vestrarum paternitatum filialiter offerentes. Cumque nouella sit huiusmodi plantatio pacis in dicta ecclesia & qeietis, plantę verò quę se nondum terrę radicibus adhęserunt, suspectam habeant tyrãnidem, ac *borealem & ventorum fortiores nequeant tolerare excursus, sic vt paci & quieti p̃fatæ ecclesiæ vigilantiùs oporteat prouideri: idcirco reuerendissimi ac metuendissimi patres humiliùs quàm possumus vestris reuerendissimis paternitatibus supplicamus, quatenùs huius Ecclesiæ pacem & quietem iam per vos plusquàm ad medium perductam, dignemini, reiecta omni æmulorum dissensione, ad perfectum vsque perducere. Auxiliante vobis sanctitatis vestræ congregationis authore & cõseruatore spiritusancto, qui cum patre & filio viuit vnus Deus in secula seculorum, Amen. Datũ Rothomagi die 18. mensis Iulij, 1434.

*for. borealiũ ventorũ

Psalm. 105.

LITERA ROMEORVM IMPERatoris ad idem concilium.

SAcrosanctæ generali synodo Basileen̄, Ioannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romeorum *Palæologus semper Augustus, salutem in omnium redemptore. Ad legationem nobis priùs factam per V. R. responsum dedimus per nostros ambasiatores ad vos transmissos, adhortantes E. V. R. ad sanctissimum opus vniõis ecclesiarum Christi diu tractatum cum beatissimo domino papa Eugenio & prædecessore suo, & volentes q̃ tale diuinũ opus ad finẽ optatum p̃ducatur. Intereà verò p̃fat⁹ dñs papa misit ad nos nũcium suũ & secretariũ venerabilem Christophorũ Garatonũ, concedeń pro tali proposito & permittendo, quæ nos priùs petebamus & desiderabamus, videlicet, q̃ fiat synodus

odus pro dicta materia vnionis in hac vrbe Constantinopolitana, quem nunciũ libentissimè vidimus atque videmus, & acceptauimus illud membrum, quia nobis videtur maximè tendere ad perfectionem dictæ sanctissimę rei ꝓpter causas V.R. relatas & manifestatas ꝑ nostros ambasiatores. Et multo magìs libẽter acceptauimus, quia certificauit nos dictus nũcius, dictum dominum papam & V. R. tam in hac re quàm singulis alijs, esse * cuiusdam volũtatis, quod nobis gratissimum est. Quare cum dicto nuncio prædictis nominibus nonnulla conclusim⁹ super dicta vnionis materia. Et pro vltima conclusione & confirmatione omnium gestorum cum nuncio antedicto & pro complemento aliorum, & vt sanctum opus Deo authore incipiat, mittimus ad prefatum sanctissimum dominum Eugenium & ad V.R. Ambasiatores nostros nobiles viros Georgium Dissipatum & Manuelem Dissipatũ eius fratres, familiares & dilectos nostros, quibus in relationibus super præmissis placeat dare plenam fidem. Datum Constantinopoli, 1434. die 12. Nouembris.

for. *eiusdẽ

LITERA DVCIS SABAVDIAE missa sacro concilio in læsionem domini Ludouici episcopi Lausaneñ, lecta in generali congregatione die sabbati, 14. Maij, 1435.

SAcrosanctæ synodo generali Basileeñ, humilis & deuotus ecclesię filius Amedeus Dux Sabaudiæ. Humili deuotaque recommendatione prẽmissa, Aduersario & hoste meo notorio domino Ludouico de Palude & suis fautoribus contra me, duntaxat exceptis, quibus me non recommitto, licèt ex generali doctrinæ sacrę consilio, iniuriæ veniant ab iniuriatis æqualiter tolerandę. Attamen non improuidè talis in hoc modestia seruanda est, vt iniuriantibus ad corrigendum attentata postmodùm iniuria innotescat, quæ forsan priùs impetuosiùs à tramite mansuetudinis deuiârat. Confisus itaque de V.R.P. benigna supportatione, conqueri compellor apud eas, hostib⁹ seclusis, super eo quod nuperrimè dilecto fideli scutifero oratore & procuratore meo ad hoc deputato Ioanne Chãpionis in conspectu vestro in Ecclesia maiori Basileensi. vbi (vt credo) debebat & debet sibi & oĩbus seruari totalis immunitas & plena securitas, personaliter cõstituto, post intimatam eisdem P. & parti aduersæ, videlicet dicto domino Ludouico aduersario & hosti meo, ibidèm tũc præsenti, appellationem iustam à quadam prætensa sentẽtia generaliter (vt fertur) in causa ecclesiæ Lausaneñ, sicut placuit in fauorem dicti aduersarij contra reuerẽdum in Christo patrem dominum Ioannem de *Pringino episcopum Lausaneñ, nuper lata, quæ vtinam pro honore concilij sine alio præuio moderamine & causæ maturiori iustificatione, nunquam fuisset promulgata: statim insurrexerũt quidam ex ꝓcuratoribus, necnon procurator fiscalis ac etiam procurator fidei, qui tamen, vt prudens, fuit alijs magìs temperatus, licèt vrgeretur, & cum clamore valido petierũt, quatenùs idem scutifer & procurator meus caperetur, detineretur, & grauiter puniretur, eo quòd huiusmodi appellatiõem intimauerat. Surrexerunt etiam innumerabiles alij cum clamore & strepitu pariter acclamãtes, Capiatur, incarceret. Nec defuit aliud verbũ violentũ, nisi vt crucifigeret. Hostis insupèr ꝓdict⁹ particulariter debitũ suũ hostilitatis, hoc idẽ vociferando, persoluit, in quo mihi quãplurimùm cõplacuit: qa q̃lis erat & est apud me, inimicũ publicũ meũ se palàm declarauit. Quod tanto molestè fero, quanto ipse ꝓdijt ex vasallis meis: quorũ meritis ꝑteritis ex hoc & alijs operibus suis reddidit se indignum perpetuùm. Vndè super hoc, quòd in ꝑsentia vestra *clamigârat, se ex parentibus magnis (quorum aliqui defuncti sunt in parentum meorũ obsequio) traxisse originem, fateor verũ esse hoc quod dicit, quia ex bonis & fidelibus parentibus ortus est, q̃ tam erga me, quàm inclytos progenitores meos, debitũ fidelitatis firmiter exercuerunt. Vtinam non fuisset nec esset idem aduersarius degener, contra me & iustitiam meam attentando: quo cum diuino & dominorum meorum auxilio, non poterunt ipse & sui ꝑualere. Scio enim remedia mea, quibus vtar loco & tempore contra ipsos. in hoc autem quod allegat magnitudinem parentum, allegat veritatem: sed non credat aliquis, me non habere sine comparatione potiores se. Habeo enim per Dei gratiã vasallos & subditos insignes in bono numero, ducali, Marchionali, principali, comitali, Baronali, & Banneritali dignitatibus insignitos vltra valuassores: cui⁹ fallacijs asserunt & me ea, q̃ gesta sunt in prædicta causa Lausaneñ, ignorasse: sed ea ex suggestione aliquorum seruitorum meorũ processisse. credere non debuissetis, nec debetis. Habetis enim de contrario argumenta notoria, videlicet literas meas manu propria sigillatas & subscriptas, ac frequẽter oratores meos fideles, * quos non oporteret in aliquo vacillare, Hiraldum tunica armorum meorum vestitum. deinde reuerendum in Christo patrem episcopũ Vexioneñ, ac venerabilem doctorem scholasticum Andegaueñ, per vos ad me nuper deputatos, q̃ sciuerunt ex meo immediato oraculo mẽtem meam in hac parte. Et nũc habetis efficacissimum meę voluntatis indicium in hoc, quòd non per procuratorem, sed in propria persona coram authenticis personis appellaui. Miror, qualiter & quomodò V.R.P. tot vicib⁹ permiserunt & permittunt se à prędicto aduer-

* sup quibꝰ

uersario & eius fistulis dulcè canentibus sic decipi. Sed omnibus consideratis, non admiror: quia facies dealbatæ multos fefellerunt, atque fallunt. Non credebam tamen, quòd ad complacendum vni monacho, iustitiam iusti iniustè auferre satagenti, maximè ex actu ordinatissimæ iustitiæ, videlicet appellatiõis, debuissem in persona mei scutiferi & procuratoris sic offendi & etiam in sedibus oratorum meorum prægrauari. Nõ enim sic turbari debuissetis ex appellatione supradicta. Est enim cõmune vulgare, quòd cuicunque cuiuscunque status etiam infimi licet protestari, appellare, & etiam mendicare, & maximè contra me, qui me conscium alicuius offensæ sacro concilio vel alicui ex suis suppositis hucusque illatæ, non sentio. Quinimmò ad profectũ & augmẽtum ipsius cõcilij vijs possibilibus tam erga sanctissimum dominum nostrũ papam, cuius sanctitatem plùs debito, sed DE Izelo, hac de causa frequẽter stimulauj, & nimis exasperaui, quàm erga principes consanguineos, confœderatos & amicos, cum omni feruore laboraui. Vndè ꝑter testem æternũ possunt (si velint inniti veritati) esse mei testes reuerẽdissimus in CHRISTO pater dñs legatus, Abbas Verziliaceñ, Oratores Parisieñ, & cæteri primordiales concilij, à quibus continuis precibus commonebatur tunc quamplurimùm appreciatus, nũc verò post dilationem (sicuti placet) vilipensus, contẽptus & mala pro bonis adeptus. Nescio eñ vndè fuit, quòd supplicatio per me iterata & reiterata, videlicet ꝓ causa Ecclesiæ Lausaneñ, quæ mea fuit, est, & * erit, aliquibus probis auditoribus peritis & partibus non suspectis, committeretur via & ordine iuris tractanda & diffinienda. Nunquam potui obtinere, quod etiam vni Sarraceno non fuit denegandum: nisi quia sic placuit illi bono domino Ludouico, & suis fautorib⁹ satìs mihi notis. Scio enim & fateor indubitanter ipsi sacro Concilio plures & plures adfuisse & adesse dominos sapientissimos, iustos, mansuetos, & pios, quibus præmissa attentata tanquam iniqua displicuerunt & displicent, quos indè culpare nescirem, nisi ex hoc quòd alijs partialibus forsan ex metu vel falsa persuasione consenserunt. Indulgere mihi dignentur V.P.R. saluis aduersarijs, si in præmissis alicubì excesserim, quod tamen non credo, nec intendo ad displicentiam earum q̃licquam expressisse. sed duntaxat pro quiete & notitia mẽtis meę. Nunquam enim tranquillam dedissem oculis meis dormitationem, quousque tãquam filius ad patres querimoniam meam protulissem. V.R.P. conseruare & adiuuare dignẽtur oñipotens ad opus suum perficiẽdum. Scriptum Rapalliæ die prima Maij 1435.

for. *erit, nõ

LITERA DVCIS MEDIOLANENSIS, missa Concilio in Augusto, anno 1435.

REuerendissimarum paternitatum vestrarum filius Philippus Maria Angelus Dux Mediolanensis, item Papiæ Angleriæque comes, ac Ianuæ dominus. Reuerendissimi in Christo patres & domini mei præstantissimi, cooperante gratia diuina, habeo nuper felicissima noua de victoriosa & triumphante classe mea Ianuensi, quæ hostilem armatam regis Aragonum apud *Gaietam ex toto cõflixit, captis (vt recitãt literæ per me habitæ) ipso rege & duobus fratribus suis, videlicet rege Nauarrę, & magistro sancti Iacobi, necnon principe Tarenti, duce Guessæ, & filio domini Christophori Gaietani comitis * feudorum, alijsq̃; Baronibus secum existentibus, exceptis infante Don Petro, & principe Salerni, captis etiam nauibus & nauigijs ipsius armatæ, omnibusque gẽtibus hostilibus, quæ supra ea militabant. Hanc ideo tam felicem diuinamque victoriam statim R. P. vestris intimare decreui, vt cùm omnes felicitates meę proprię vestrę sint, mecum laudes altissimo agentes, indè lætari & gaudere possitis, & cõtinuò meliora sperare, ad laudem & gloriam ipsius qui pijssimus est donator omium gratiarum. Datum Mediolani die 20. Augusti, 1435. Post suprascripta certioratus sum, per literas proprias magnamini & glorioſi capitanei classis meæ Blasij de Axereto, quòd vltra ꝓnominatos reges & alios captos, etiam captiui remanserunt dictus infans Aragonum & Vicerex Siciliæ filius ducis Guesłę, Meneguti⁹ de laquila Capitaneus lancearũ 300. alijq̃; multi Barones & nobiles vltra 400, & armigeri vltra mille, & gẽs alia infinita ad milliaria. Capta ꝑterea fuit tota hostilis classis, præter duas naues minores, q̃ euaserunt. Conflictus autẽ fuit suis terrestris exercitus, qui cõtra Gaietam militabat, captis bombardis & munitionibus quibuscunque. Denique pro maiestatis diuinę clementia tanta fuit ipsa victoria, quòd stupendum & mirabile dictu est. Ipsi laus, gloria, &c. Datum vt suprà.

*fundorum

COPIA LITERARVM Domini Imperatoris Græcorum ad concilium.

IOannes in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romeorum Palæologus semper Augustus, sacrosancto generali concilio Basileeñ, salutem in eo quæ est vera salus. Venerabiles vestri ambasiatores missi ad nos cum nostris ambasiatorib⁹ hìc adfuerunt, portantes nobis literas vestras. Ex quibus literis & etiam relatione ipsorũ, cùm sapienter & clarè exposuerint omnia sibi commissa, cognouimus & certi fuimus de optima dispositione feruẽtique desiderio, quæ ad opus vnionis Ecclesiarũ Christi

geritis. Pro quò & nos etiam antè plurimũ laborauim⁹ & ſtuduimus, & nũc ſtudemus, & diligentem operam facimus. Perlecto etiam decreto quod factum eſt per vos ſup tali materia, etiam difficultates aliquæ in eo repertæ & illis oſtenſæ, per Dei gratiá remotę ſunt, & grata nobis habuerunt remedia, ità vt vniti & concordes remanſerimus. quare per noſtrum chryſobulũ illa firmauimus & roborauimus, ſicut de oñibus latiùs & particulariter R.P.V. à venerabili viro Hẽrico vno dictorũ veſtrorũ ambaſiatorũ ſcient, q̃ pro iſta cauſa ad vos reuertitur. Omnia igiť illa, q̃ ad nos attineãt, & à nobis debeãt fieri, cũ multa diligentia vſq; ad finẽ Deo authore facturi ſumus. Vos q̃; rogamus, vt ſimiliter cum pari charitate & promptitudine ad hãc ſanctiſſ. rem procedatis, & nihil deficiat de incũbẽtibus vobis. Specialiter verò plurimùm & cum multa inſtantia vos petimus & rogamus, de loco in quo meditata ſancta vniuerſalis & œcumenica ſynodus celebrãda eſt, vt deputetur & eligatur vnus loc⁹ ex maritimis, vt ſine difficultatibus & incommodis magnis poſſint venire & cõduci neceſſariò congregãdi ibidẽm, & maximè ſanctiſſ. mihi domin⁹ œcumenicus patriarcha, qui eſt ſenex & continua infirmitate grauatus. Et præcipuè hoc etiam petimus & rogamus, propter ſanctiſſ. & beatiſſimũ dominũ Papam, quia caput eſt Eccleſiæ Romanæ & Occidẽtalis, & eius præſentia eſt neceſſaria, & quãplurimùm valet. Propterea (vt diximus) multùm rogamus vos & precamur, vt circa hoc bonam diligentiam & deliberationem faciatis, nihilominùs non recedentes à geſtis circa hoc & alia inter nos & vos.

Datum in vrbe noſtra Conſtantinopoli, 1435. die 26. Nouembris.

COPIA LITERARVM DOmini patriarchæ Conſtantinopolis ad concilium.

IOſeph miſeratione diuina archiepiſcopus Cõſtãtinopolis nouæ Romę & œcumenicus patriarcha, reuerendiſſimis cardinalibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & reuerẽdis epiſcopis & oñibus alijs religioſis pſonis cõgregatis in ſacra ſynodo Baſileẽ, dignam & condecentem ſalutem reddimus reuerentiæ veſtræ cum ſyncera diſpoſitiõe & charitate ſpirituali & amicitia. Venerabiles veſtri ambaſiatores &c. vt in præcedenti litera, vſque, congregandi ibidẽm. Et maximè propter me, qui ſenex & continuis infirmitatibus grauatus ſum, & præcipuè propter ſanctiſſ. dominum Papam &c. vt in litera immediatè præcedenti, vſque ad finem. Datum Conſtantinopoli, 1435. die 26. Nouembris apud patriarchium noſtrum S. Sophiæ.

COPIA LITERARVM FRAtris germani domini Imperatoris Græcorum.

SAcroſanctæ vniuerſali ſynodo Baſileẽſi, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregatæ, ac vniuerſalem ecclеſiam repſentanti, Conſtãtinus in Chriſto fidelis deſpotus Romeorum Palæologus, ſalutẽ in eo qui eſt vera ſalus. Literas V. R. P. p venerabiles veſtros ambaſiatores recepimus, quib⁹ ex literis & ex relatiõe ipſorum ambaſiatorum de optima voluntate & promptitudine & feruentiſſimo zelo, quæ ad hoc diuinum vnionis eccleſiarum Chriſti opus geritis, certificati fuimus: quanuìs rebus ex ipſis ſatìs intelleximus eas. quare veſtram intentionẽ quãplurimum laudamus, & veſtrarũ virtutum condignam iudicamus, cùm non poſſit cogitari alia res, in qua V. R. P. ſuis viribus atque ſtudijs vteretur rationabiliùs & laudabiliùs, quàm in hac, quę ad communẽ Chriſticolarum vtilitatem & Chriſtianæ fidei incrementum ſpectet. Hortabatur etiam V. R. P. vt dictis veſtris ambaſiatoribus auxilia & fauores circa ſuum propoſitum, pro quo huc deſtinati ſunt, gratè adhibere velimus. Quod quidem licèt ab omnibus Chriſtianis veris debeatur, propter rei præſentis dignitatẽ, nos tamen ipſi magìs hoc debere facere exiſtimauimus, & per gr̃am Dei plùs q̃ debeatur, intẽdimus ſuper hoc laborare. Et propter hoc quãtùm nobis poſſibile eſt, vt tale diuinum opus ad finem optatũ deduci poſſit & valeat, ſtuduimus, & in futurum ſtudebimus, & ſic mirabiliter huius rei deſiderio tenti fuimus, vt V. R. P. pr̃optiſſimam in hac re exiſtentem, cum maxima q̃ diligentia procurantẽ, (prout proſequitur) & nos ipſi peteremus iterum & vos rogaremus, vt oñes difficultates velitis ex medio tollere, & omnimodam diligentiã adhibere ad conſummationem huius diuini negocij. Nunc enim multi tractatus & legationes ab vtraque parte ad talem terminum cum gratia Dei deuenerunt, vt non indigerent aliquo alio, niſi executiõe ſola & progreſſu reali & cum effectu. Et proculdubio confidimus, quòd V. R. P. ſic faciet, & bono principio optimum finem apponet, Talẽ autem intentionem noſtram, quam & multis alijs cauſis iuſtis habemus, & propter veſtrã petitionem multo clariorem & feruentiorem habemus à venerabili Henrico vno dictorũ ambaſiatorum veſtrorum, latiùs & particulariùs ſciet V. R. P. qui eidẽ P. & de alijs ad iſtud propoſitum attinentibus referet. Nos verò ſemper ad omnes honeſtas & rationabiles petitiones paratos eſſe & fore R. V. P. agnoſcat. Datum Conſtantinopoli 1435. die 26. Nouembris.

LITERA DVCIS FREDERICI Iunioris Auſtriæ, miſſa concilio, lecta in generali congregatione die Veneris 30. Martij, 1436.

REuerendiſſimis ac reuerẽdis in Chriſto patribus & dominis ſacroſanctam Generalẽ ſynodum Baſileẽſi repręſentantibus vniuerſis E. V. R. P. mandatis obedire &c. paratus Fredericus iunior Dux Auſtrię.

Reuerendiſſimi reuerendiq̃e in Chriſto patres & domini, literas ſacroſanctę ſynodi Baſileẽſi per venerabilẽ & circũſpectum virum dominum Ioãnem de Polomar, decretorum doctorem eximiũ, ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditorem, ac prætacti ſacri concilij Baſileẽſi Oratorem, cum ea qua decuit, reuerentia accepi, vnà cum eiuſdem auditoris legali relatiõe ſubſecuta. Ad quæ omnia tãquàm humilis & obediens ſanctæ matris eccleſię filius & princeps catholicus, me fatebar animum habere diſpoſitum & inclinatum. Quia verò adeò nouiter regimen & gubernatiõem principatuum ac dominiorum meorũ exto adeptus, reſtant adhuc certa iura per me expetenda, quorũ aliqua eccleſiam *Gurzeñ, ipſiuſq̃e caſtra, & me aduocatum dictæ eccleſiæ, patriæ quoque principem ac protectorem, cõtingunt. Qua de re & propter alias cauſas vtilitatem dictæ eccleſiæ potiſſimè reſpicientes, prefato oratori veſtro lympidiùs explicatas, expediẽs viſum fuerat, negocij huiuſmodi executionem differendam, ipſoſq̃e ſuper dicto epiſcopatu ſibi aduerſantes, ad iſtas Auſtriæ partes conuocandos ſub ſpe optimæ pacis ac perficiendæ compoſitionis. Et deſupèr reuerendo in Chriſto patri domino Ioanni dictæ Eccleſiæ Epiſcopo, literas meas tranſmitto de præſenti. Quocirca paternitates veſtras accuratiùs deprecor, quatenus pfato domino Epiſcopo indilatè aduenienti fauorabiliter dignentur licẽtiam impartiri. Spiritusſanctus, in cuius eſtis nomine cõgregati, ad ſuæ ſanctæ Eccleſiæ vtilitatem vos feliciter dirigat & conſeruet.

Datum in noua ciuitate die 3. menſis Martij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto.

LITERA REGIS ARAGOnum miſſa concilio, lecta in congregatione generali in vigilia paſchæ, 7. menſis Aprilis, 1436.

SAcroſanctæ generali ſynodo Baſil. in ſpiritu ſancto legitimè congregatę, vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti, eiuſdem S. Eccleſiæ DEI humilis & deuotus filius, Alphonſus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæq̃; citra & vltra Pharũ. Sacratiſſima ſynode in Spiritu ſancto legitimè congregata, longum nos deſiderium tenuit, vt ſolẽnes ad vos Oratores mitteremus. Quod profectò vt debitum fuiſſet, diu *eſt executioni mandatum, niſi nos quemadmodùm toti orbi notum eſt, præpediti fuiſſemus. Hoc itaq; tam ſanctum propoſitum è manibus, rerum maximarum quidam cumulus nexu penè indiſſolubili deuinctus, non volũtas, q̃ teſte Deo ſemp ad hoc nobis ardens fuit, extorſit. Nũc autem quia nobis veridicè relatum extitit, quanta cura, quanta ſolertia, quanta denique vigilantia in præſentiarum incumbitis circa ea, quæ ad Eccleſiæ Dei reformationem, hæreſum extirpationem, & pacem inter ſeculi principes componẽdam maximè faciunt, & quemadmodum etiam toto pectore operã datis, vt non ſolùm Bohemorum vnio, quam Deo auxiliante acerrimis diſputationibus, & indefeſſis inauditisq̃ue laboribus procuraſtis, concludatur, ſed etiam vt Græcorũ reductio diu à Chriſtiano populo maxima cum auiditate expetita, feliciter fiat, non modò alacres, ſed diuino inſupèr (vt putamus) quopiam nũcio inuitati fuimus, vt quãuis nõ ſimus ab huiuſmodi rerum difficilimarum laqueis oñino expediti, vellemus vlteriùs *morari laudabile illud diu mente noſtra agitatum p̃poſitum parere. Cupientes igitur tot & tantorum operum bonorum, quorum glorioſus eſt fructus, participes fieri, quod vos q̃ in vinea Dñi aſſiduè laboratis, apud ęternũ illum luminum patrem & rerum omnium conditorem cõſequuturi eſtis, legationem noſtram omni authoritate inſignem, ad ſacratiſſimum cœtum veſtrum mittere decreuimus, vt ſi totius diei pondus & æſtus non portauimus, ſaltem bonam magnamq̃; eius partem aliquam ſuſtineamus, qua poſſim⁹ diuina clementia ſuffragãte, cum his qui in operando primi fuerunt, efficaciter in ipſa vinea laborare, vosq̃ue pro viribus ad optatiſſimam illam ac felicem Græcorum adipiſcendam reductionem iuuare. Quam q̃dem tum ad diuini cultus amplificatiõem, ad ipſorum ſalutem & concordiam, tum ad veſtri ſempiternam memoriam immarceſcibilemq̃; coronam immortalitati perpetuò conſecrandam perneceſſarium arbitramur. Iam autem delecti ſunt viri illi, quibus hæc prouincia eſt committenda. Literas & nuncios præterea in oñes partes noſtras nuper deſtinauimus, ac alias etiam nouiter duximus deſtinandas. Quibus omnes reuerendos & venerabiles prælatos plurimosq̃ue ſacrarum literarum eximios interpretes, demum canonum ac ciuilis ſapientię inſignes doctores hortamur, & inquãtum in nobis eſt, compellimus, vt pro tam pio negocio faciliùs conſummando, breuì ad vos proficiſcantur: nec longa certè mora temporis cõtrahetur, quin noſtra ipſa legatio, quæ ire propedièm habebit, vobiſcum ſit. Simile quoque erit de his de quibus ſuprà dixim⁹. Si quid autem aliud fuerit, quod pro Dei Eccleſia veſtriq̃ue ſtabilitate & conſeruatione ampliùs facere poterimus, illud gratiſſimo animo perficiemus. Datum in noſtra

*effet

*morari, for *nõ morari, ſed

Matth. 20.

ſtra ciuitatę Gaietę die 8. Martij, anno à natiuitate Domini 1436.

Rex Alphonſus.

EPISTOLA DVCIS ALBERTI Auſtriæ miſſa concilio, lecta in generali congregatione die Veneris 30. Martij, 1436.

REuerẽdiſſimis in Chriſto patribus ac dominis vniuerſis, in ſacroſancta generali Baſileeñ ſynodo, in ſpiritu ſancto legitimè congregatis, vniuerſalem Eccleſiam repreſentantibus, dominis & amicis chariſſimis Albertus Dei graiia dux Auſtriæ, marchioque Morauiæ. Reuerẽdiſſimi patres domini & amici chariſſimi, deuota recommendatione præmiſſa, ſanctum viſitationis & reformationis opus in diœceſi Patauieñ & dominijs meis, reuerendis in Chriſto patribus, domino epiſcopo Conſtantieñ prouinciæ Rothomageñ, ſuiſq; collegis in Bohemiam legatis per ſacrum Baſileeñ concilium, ad precum mearum inſtantiam deuotam, iniunctum prudẽter & reuerà multùm accuratè inchoatũ, cõtinuatur indiès adeò feliciter. eſtq; iam in multis locis patratum tam amabiliter, quòd omni dubio ceſſante in vtroque ſtatu factis & exemplis, vt opera euidenter demonſtrant, vberrimus indè ſequetur fructus. Aſſurgo igitur, Deo qui hoc ſanctum opus inſpirauit, nec minùs veſtro ſancto cœtui gratiarum actiones deuota mente referendo. Petens denique humiliter, ſi fortè aliqui tam ſancto operi, tamque ſalubri non fauentes, viſitationem & reformationem huiuſmodi extinguere aut impedire conarentur, quòd tales contra præfatã ſanctam commiſſionem cum exauditionis affectu vel effectu non admittatis. Verùm patres reuerendiſſimi (vt ſine circuitiõe loquar) veſtras certifico paternitates, quòd in viſitationis & reformationis præmemoratarum proſecutione nihil aliud quærit, niſi Deo præcipuè obſequi, & deinde perſonas viſitandas à longo tempore (quod dolẽter refero) multùm collapſas, ad ſtatum reduci conuenientem. Nec eſt qui veridicè dicere poſſit, quòd in viſitatione & reformatione prædictis alicuius lucrum ſeu commodum priuatum, quouis queratur modo. Recommendo me veſtris paternitatibus digniſſimis cum prona voluntate in ſingulis complacendi. Datum Viennæ die 8. mẽſis Martij, anno Domini 1436.

DIVERSORVM AD DIVERSOS EPISTOLAE DE concilio Baſileenſi, aut de negocijs ad concilium illud ſpectantibus, tractantes, hîc ſeorſim congeſtæ, & iuxta datas ipſarum, quantùm ex ipſis aduerti potuit, digeſtæ.

LITERA A BOHEMIS, CONſulibus ciuitatis Egrenſis tranſmiſſa.

HOnorabilibus & circũſpectis dominis conſulibus ciuitatis Egrenſis, magiſtri ciuium & cõſules maioris ciuitatis Prageñ. Seruitium noſtrum, iuxta preſentis curſus qualitatem, vobis circunſpectis prudentibus amicis intimamus & notificamus, quoniam omnes in vna generali cõgregatione iam apud nos conſtituti Domini, milites, terrigenę honorabiles, ciuitates & communitates, ſeculares & ſpirituales, concorditer deliberauimus, & finaliter in hoc manemus, quòd ad concilium Baſileeñ tãquàm ad publicam & ſecuram audientiam, mittere volumus nuncios noſtros ſpirituales & ſeculares, qui iam ad eundem tranſitum electi ſunt & donati. Auertat ergo Deus, ne bonũ quod diu deſideraiimus, & ad quod iam oſtium apertum eſt, elato animo conteñamus: ſed parati ſimus, ſaluis tamen quibuſdam aſſecuratiõibus, iuſtitiam Dei omnipotentis, in quã nos locamus coram omni Chriſtianitate confiteri. Hac tamen conditione adiecta, vt eiſdẽ perſonis ad eundem tranſitũ deputatis, talis ſecuritas procuretur & donetur, vt tranſire ad ipſum concilium, ibidèm ſtare, & ad nos redire valeant ſalui & ſecuri abſque læſione perſonarum ſuarum & honoris, & aliarum rerum quarumcunque. Et ideo cum nũcijs à concilio ad Nurenbergam miſſis, deſideramus conuenire in ciuitate veſtra, vbi de modo aſſecurationis & alijs neceſſitatibus noſtris intendimus oretenus loqui cum eiſdem, quemadmodùm ex literis eiſdem nũcijs per nos directis, quarum copiam vobis tranſmittimus, hæc & cætera, qaæ ab eis petimus, clarè intelligere poteritis. Affectuoſiùs inſtanterque rogamus, vt quẽadmodùm in hac re quæ vergit ad laudem Dei, vtilitatem communem, & pacificatiõem Chriſtianitatis, exhibuiſtis vos bono initio pmiſſo, impigrè laboraſtis & perduraſtis vſque huc: ita perdurare velitis, ſciẽtes quòd merces promittitur incipientibus, ſed perſeuerãtibus exhibetur. Rogamꝰ etiam, vt literas ipſas cum veſtro nuncio dirigere velitis Nurenbergam. Etiam deſideramus, inſtãterq; rogamus, quatenùs ciuitatibus ſeu oppidis ſubſcriptis, Pilſen, Svuamberg, Temez, Blaſvuinſch, Schauſtein, Baleſtein, Ovuegen, & cæteris omnibus regiæ reſidentiæ *paculis, literas veſtras dirigere velitis, & cum eis pralis ẽcticare, vt nuncij noſtri cum ſaluo conductu & alijs quibuſcũque neceſſarijs ita prouideantur, vt ad nos vel alium quemcunq; locum, ab ambabus partibus deputatum, ſecurè accedere poſſint & recedere, quotieſcunque fuerit opportunum. Datum Pragæ, feria 4. poſt feſtum S. Matthiæ apoſtoli, anno 32.

for. *pagu

EPI-

EPISTOLA MISSA A PRAGENſibus ad nuncios ſacri concilij Baſileeñ, in Nurenberga conſiſtentibus, ꝓ cauſa Bohemorũ.

VEnerabilibꝰ & religioſis fratribus Ioanni Nider Priori domus prædicatorum Baſileeñ, & Ioãni Mulbruñ ordinis Ciſtertieñ nuncijs ſynodi Baſileeñ fratribus dilectis, magiſter ciuium & conſules iurati maioris ciuitatis Prageñ. Oblatæ pacis deſideria amplectimur, cum fideli eorundem ad vos & omnes Chriſtifideles reciprocatione votorũ. Nam hoc ſummi & æterni patris lex clementiæ poſtulat, vt quod nobis, id etiam noſtris proximis ritè optemus. Sanè venerabilis Baſileeñ concilij dudum paginam pietatis oculatę verbis redũdantem, & nunc veſtram illi parem grata mẽte ſuſcepimus, vtpotè benedictiõis ſemina, vberem fructum in virtute patientiæ allatura ſalutẽ. Et quia nõ modò nobis, verùm etiã * & ita vniuerſo ſtatui regni Bohemiæ vtrinque ſcribitur, quanquàm nõ omnibus, ſed fortaſſe tantùm nobis ſit eatenùs præſentatum: eapropter veſtræ honorificentiæ pinde eo ſucceſſiuo reſpondemus, quòd mox prima eiuſdẽ cõcilij viſa epiſtola, barones, proceres & nobiles, necnon clerum & communitates regni noſtri ſcriptis & nũcijs noſtris auiſauimꝰ operosè, quatenùs Dominica poſt feſtum B. Dorotheæ ventura proximè ad ciuitatem noſtram indilatè conueniant, congruum, ſalubre, ac finale ſuper eadẽ felici materia daturi reſpõſum: vt quod oẽs concernit, etiam ab oñibus pariter & vnanimiter comprobetur. Et quia tot & tantarum communitatum & perſonarum multitudo tum propter locorum diſtantiam, tùm etiam ob negociorũ veritatem & pondus, non valuit repentè congregari: * quare honorificentiæ veſtræ ſolertiam obnixè deprecamur, in conſpectu præfati concilij noſtræ prorogationis in reſpondendo, aut oratores idoneos mittẽdo, moram non ex ſegnitie, aut quauis alia negligẽtia, ſed præmiſſis ex cauſis admiſſam, excuſare, & ſi cõmodè fieri poteſt, in loco, quo nunc eſtis, vſque ad diem Cathedræ B. Petri proximum, * fidele & (vt ſperamus) charitatiuũ pſtolari reſponſum, literarũ noſtrarũ baiulis & nuncijs ad honorificentiã veſtrã quoties fuerit opportunũ, dirigendis aſſecurationẽ ſufficientẽ, vt tutè queant ad vos accedere, ac in vrbe veſtrę nunc manſionis demorari, & ad propria reuerti, ſaluis perſonis, fama & rebus, procurare dignemini. Nam & nos nuncijs veſtris, quos ad ciuitatẽ noſtrã Pragam duxeritis trãſmittendos, de pari forma aſſecurationis prouidere preſentibus pollicemur, vt mutuæ volũtates & promptiùs & faciliùs poſſint partibus vtriſque deferri.

locus obſcurus

*ideo

*finale

Matth. 7.

Datum Pragæ, 4. feria ante feſtum purificationis beatæ virginis glorioſæ.

ALIA EPISTOLA AB EISDEM Prageñ, conſulibus ciuitatis Nurenbergeñ tranſmiſſa.

Prudentibus & circunſpectis viris magiſtro ciuium & iuratis conſulibus ciuitatis Nurenbergeñ, magiſter ciuium & iurati conſules ciuitatis Prageñ.

AMicabilem ſeruitutem, iuxta temporis exigẽtiam, vobis prudentes & circunſpecti amici prẽmittentes, notificamus, quòd triplicatas literas à ſacro Baſileeñ cõcilio cum ea, qua decuit, reuerentia nos recepiſſe noueritis. Sed quia talis legatio inſignis, non ſolùm nos & communitatem ciuitatis noſtræ, ſed etiam vniuerſos & ſingulos manentes, nobiles, barones, milites, clientes, terrigenas, ciuitates & communitates parti noſtræ adhærẽtes tangit & concernit, quamobrem præfatas literas nobis (vt præfertur) à ſacro concilio præſentatas, diuina fauente clementia, in noſtra generali cõgregatione, quæ proxima Dominica poſt feſtũ S. Dorotheę nunc ventura, noſtra in ciuitate celebrabitur, coram omnibus tam ſecularibus quàm ſpiritualibus notificare ac publicare intendimus: & quicquid rei ex vnanimi omnium cõſenſu fuerit in eadem materia deciſum, prefato ſacro concilio ac vobis per noſtras literas, quantocyùs potuerimus, intimare curabimus. Datum feria 4. ante feſtum Purificationis.

REVERENDO IN CHRISTO patri & domino, L. epiſcopo Lauſaneñ, dño ſuo ſingulariſſimo.

REuerende pater & domine mi honorandiſſime, omnimoda recommendatione præmiſſa, præſentibus adiunguntur deliberata eccleſiæ Gallicanæ in cõcilio Bituricen, vbi perdigeſtè examinatum eſt negocium, viſis facultatibus fe. Re. dñi Martini, & approbationibus domini noſtri Eugenij. ac literis directis Bohemis, necnon & inſtructionibus V.P. per ſacrum concilium vobis datis, iter arripiendo ad vrbem. fuerunt q̃ue duo iuriſtæ & vnus theologus deputati in dicto concilio Biturice, qui defenderent partem concilij generalis, cęteris omnibus pro diſſolutione arguentibus, & nihil de apicibus iurium diuini vel humani credo vtrobique prætermiſſum: & tandem, nemine diſcrepãte, omnes in vnam conuenerunt ſententiam articulatim deſcriptam. Sed quia rerum Veneticarum & guerrarum occupatio multos impediuit, nec deliberatorum executio plena potuit fieri, maximè cùm dominus cancellarius Frãciæ, & alij regis conſiliarij irent Diuionem, cum quibus partìm viam peregi, & Iouis in cœna Domini hanc ciuitatem intraui. Eapropter, quia parùm eſt deliberare, niſi deliberatorũ executio ſequat, ante diſceſſum ex Bituris vnanimiter eligimus dñm meũ Aurelianeñ epi-

ſcopũ,vtriuſque iuris doctorẽ,regis q; conſiliariũ q̃ pmiſſis oĩbus interfuit,& laudabiliſſimè ſe geſſit,concilio q́ue deuotiſſimè afficitur.& hic debebat ire ad regẽ pro executione præta cta.Idem q́ue præfatus dominus Aurelianeñ & ego ſeriosè in Iſſolduno ſabbato in vigilia Ramiſpalmarũ locuti ſumus cum domino cancellario Francię,& q̃buſdam alijs regis cõſiliarijs,deliberata noſtra eis referẽtes,& illa gratiſſima habuerũt. Sed circa executionem nihil agi poteſt,donec poſt regreſſum eorum de tractatu pacis quam annuat Altiſſimus:& vt ea exprimam plenè, quæ ſpero ſecutura, nõ veniet credo in recidiuam quæſtiõem, ſi cõcilium eſt celebrandum *vel ne Baſileæ, & ad ſtatim, qa hoc concluſum eſt: ſed credo, alia fiet conuẽtio prælatorum Galliæ in loco huic vicino, vbi agetur de tractandis in concilio generali,& neceſſarijs eccleſiæ Gallicanæ,& indè omnes progredientur ad concilium Baſileeñ. Vnicors enim Bituris fuit ſententia, quòd ſufficiebat ibì eccleſiam Gallicanam firmare cum cõcilio ineuitabiliter Baſileæ celebrando. In reformatiõe enim vniuerſalis Eccleſiæ,multæ particulares tangẽtur: & ſi expreſſa ibì fuiſſet practica reformationis,fortaſſe adhæſiſſent diſſolutioni. Et ſi rex pacificus pacisq́ue author, pacem inter regem & dominum meum Burgũdiæ propiciatus miſericorditer tribuerit, quod largiatur ex miſerationibus ſuis,quarũ non eſt numerus:tunc eccleſia Gallicana neceſſariò ſolennis conueniet. ſed non eſt dubitandum quòd iſta conuentio fiet breuiter, & ad gloriam concilij generalis, & exiſtentium in eodem.Electus ſum ire ad vrbem in contradictione mea multa, ignorãtiam, inexperiẽtiam & æſtum, qui contrarius multũm eſt corpori meo, opponens: ſed victus inſtãtia,onus accepi. Nec vniuerſę aut Gallicanæ Eccleſiæ perſonam meam infructuoſam decuit denegare. Hac pollicitatione per me vltroneè præmiſſa, quòd nunquàm tranſlationem aut promotionem quãcunque procurabo, aut iniectam acceptabo. Cõcluſa prædicta parlamento regio & ſingulis vniuerſitatibus ac prelatis obedientię regis tranſmiſſa ſunt,vt omnino omnes firmati ſint in cõuentiõe futura eccleſiæ Gallicanæ: & ſi quiſquam vellet ſuſcitare querelam, reſpondebitur, Actum eſt, ne agas. Magiſter Ioãnes de monte magiſter in theologia,canonicus Leodieñ, domini noſtri papæ cubicularius, bullas ex parte eiuſdem mihi præſentauit tranſlationis concilij, vbi mihi mandatur pro me & puincia, tam pro exemptis quàm non exẽptis, vt loco & tempore concilio tranſlato interſimus.Præſentauit etiam vnum breue ſub ſigno piſcatoris.Necnon & literas quorundam dominorum cardinalium in diſſolutione nominatorum,& concludebat ſanctam & neceſſariam diſſolutionem, & quòd eum dirigerem in agendis.Reſpondi, quòd tota intentiõe ſeruiam papæ, ero q́ue adiutor ſui papatus, & ad conſeruandum regalia S. Petri in eius perſonam, vt mea profeſſio & immediata ſubiectio exigebant: ſed re concluſa concilio generali in concilio eccleſiæ Gallicanæ, quod ineuitabili neceſſitate celebrandum eſt, nihil poſſem agere fructuosè: nec mihi eſſet honeſtum, dirigere eum contra deliberata mea propria: & ideo de directione mea non confideret.& ſciebam quòd apud regẽ non proficeret.vndè plurimùm turbatus eſt.& ex iam ſcripſi aliquibus prælatis, per quos debet tranſire. & credo ſimilia inueniet reſpõſa. Expoſui etiam eidem,quòd quidam domini cardinales in diſſolutione nominati, concilio de præſenti adhærent, viſa facti neceſſitate: & quòd in facto circunuenti, aſſenſum diſſolutioni præbebãt, nunc veraciter informati, eandem diſſolutionem reuocant. Suaſi inſupèr celebrationem cõcilij, domini noſtri papæ honori accedere,tantis authoritatibus & maximè ſua approbatione laudabili approbati, & cùm de fide ageretur & diſcrimine Germaniæ, ipſe fidei doctor & Germanus non debebat in propoſitis perſiſtere.Relatum eſt domino cãcellario Franciæ,mihi & alijs,quòd quidam Ambaſiatores regij, qui nunc in vrbe fuerunt, habitis promotionibus aut eiſdem promiſſis, ſe fecerunt fortes,quòd rex diſſolutioni adhærebit. Sed dominus cancellarius mihi promiſit ſolidè ſtare & repellere clauũ clauo dictis Ambaſiatoribꝰ. Ego etiam nõ timebo,ſed exaltabo vocem ſuper tecta, dum locus aderit: & ſpero quòd dicti Ambaſiatores ſatis deliberabunt, quomodò rem concluſam in nouam deducent quæſtionem: quia munera ſumpta ligant, omnesq́ue ſequuntur munera. & retributiones. Si non fallor,expedit, immò & neceſsè eſt, & concilio generali plùs vtile, teſte Deo, non dico ex laude mea, quòd hìc remaneam, quàm quòd vadam ad concilium. Fronte enim aperta reſiſtam in facies dictorum Ambaſiatorum: & ideo hìc decertando pro concilio,placeat eidem me habere pro præſente. Etiam ſi me oporteat ire ad papam ,ſarcinulas parare & iniuncta expedire opus erit. Maior mihi quies eſſet, concilio adeſſe, quàm æſtiuo tempore equitare ad vrbem:& maior fuit mihi expenſa in via, quàm fuiſſet in concilio: ſed nec perſonæ, nec burſæ parcam. Idem magiſter Ioannes de monte, reſponſa mea intimauit papæ per proprium nuncium, qui ab hinc Veneris poſt Paſcha iter arripuit. Scripſeram etiam dominis meis Rothomageñ & Arelateñ deliberata eccleſiæ Gallicanæ ante Paſcha, vt nota eſſet concluſio in vrbe. Salua correctione ſacri concilij,credo quòd expedit cum multa manſuetudine tractare dominum noſtrum papam, qui caput eſt eccleſiæ, & depreſſo capite, arida vel infructuoſa manent membra. Conciliũ enim benè cœpit à modeſtia,& ſemper modeſtiùs agere poterit. Hæc pro tanto dico, quia idem magiſter Ioannes cauſam dedit loquendi.Sed reſpondi quòd Eccleſia non eſt ſicut ſynagoga ad filium Dei, qui bona opera operatus eſt, & propterea voluerunt eum lapidare.Nec eſt ſicut de Ioãne 23.cùm vita eius ſit commendabilis,& ſine exceptione quacunque. Agebat inſupèr idem magiſter Ioannes de tranſlatione concilij ad Auinionem.Auſum præbetur Bohemis,dicere Eccleſiam à ſua facie aufugiſſe, & panis ibì cariſtiã eſſe, cùm pro victu hominis pro pane duntaxat neceſſarij ſint 20.floreni auri papales. Locusq́ue Auinioneñ inter regnum Frãciæ,Delphinatum & prouinciam Prouinciæ ſituetur & intercludatur, quæ dominia ſunt regis & ſuorum fœderatorũ, & ſic nõ eſſet *aduerſitatibus regi tutus acceſſus:quibꝰ etſi daretur litera de ſaluo conductu,opponerent quòd per tales literas ſe capitalibus crederent inimicis.Inſtabat ſaltem,quòd transferretur ad Biſuntinum, cui ante factã pacem cum rege,reſpondi, quòd regi & ſuis idem ius vt priùs cõpetebat exceptionis. Facta verò pace inter regem & dominum meum Burgundiæ, Anglici fortaſſe Biſuntinum declinarẽt.flumine *interea carebat notabili ciuitas Biſuntij,quia etſi flumen habet qualecunque, inter flumina non nominatur per ſcriptores,quia Sagonã intrat,& Sagona Rhodanũ, Rhodanus autem mare, & ideo Rhodanus pro flumine ſumitur,Sagona verò non,vel aliæ aquæ labentes & eam intrantes. Finaliter inſtabat de ciuitate hac Lugduneñ,cui repræſentaui eaſdẽ rationes militare, quæ in Auinioneñ militabant. Eſt enim hîc maxima cariſtia, & maior *ſperatur in Annata futura propter ſata congelata.probaui etiam ex chronicis, quòd locus quantumcunque ſolennis,& in ſitu fertili poſitus, ſæpè fuerat à cõcilijs generalibus ſe improbatus: & ideo nec ciuitas Biſuntij, nec Bononieñ, nominari meruerunt,probãs Bononiam bono nullam.Hæc R.P.V.ſic ſeriosè ſcribere curaui, nolẽs his verbiſculis fatigare cõcilium, nolens meum V. P. latere intentum, aut rem geſtam tacere,vel exprimens concilio, propriam gloriam quærere apud ſacrum concilium de affectu eiuſdem.Et expediret,ſi non fallor,vt noua mihi ſcribantur ſæpè concilij, quia ad me frequentiùs primi *venerint conflictus. Dominis meis Legato Conſtantieñ,Ciſtertieñ,*Vuetzellicen,& Ambaſiatoribus Sabaudiæ,quando opus erit,præmiſſa poteritis exponere:& ſi placet,mandetis reſponſionis effectum vobis factæ,& quales inueniſti fauẽtes in vrbe,vt intelligam qui ſunt de veris fratribus.Meipſum V.R.P.ad vota oferens & mãdata,in dño precor diu & feliciter eam valere. Pretreſtiſſæ die 28.Aprilis.

Nota,quòd ait archiepiſcopus Lugduneñ, vitam eugenij ſine vlla exceptiõe eſſe commendabilem.

for. *Baſileæ,nécne, & an ſtatim,

for. *aduerſantibus

for. *enim caret

I. timetur

for. *veniũt

for. Vercelleñ

EPISTOLA LEGATI IMPERATORIS Romanorum ad eundem, quem legatum iuſſerat omnes nobiles Bohemiæ conuocare. Domino Sigiſmundo Romanorũ Imperatori, Pnotha Czaſtolovuicz, Arneſtus de Vulaſſym.

SEreniſſime princeps & inuictiſſime Cęſar,domine mi gratioſe, Seruitium noſtrum V.S. ſemper præmiſſum. Serenitatem veſtram ſcire cupimus,quòd illam legationem nobis per S. V. iunctam, executi ſumus ad omnes barones, milites, terrigenas & ciuitates Bohemię in communi iuxta concilium illorum, prout nobis V. Maieſt. mandauit. Super hoc ipſi nobis tale dederunt reſponſum,quòd volunt ad V.S.in die Aſſumptionis B.Mariæ virginis ad Ratiſponam cum plena poteſtate & reſponſo barones & terrigenas, & de ciuitatibus aliquos deſtinare,quia pars eorum tota & cum Ioanne Czaplione ſunt ſimul vniti & concordati ſuper illis 4.articulis. Volẽtes vt & alij cum ipſis ad idem ſe ſubmittant,& in vnitate ſint. Videretur ergo nobis & alijs probis hominibus,quòd V.S.in illo termino apud ſe auditorem,& alios de cõcilio Baſileeñ ad hoc neceſſarios habere dignaretur. Nam ſi cum ipſis pro huiuſmodi articulis poterit fieri cõcordia,nõ intelligimus aliquas alias difficultates.Et eccè tranſimus cum domino de Roſenberg per eandem viã, per quã huc venimus,ſperantes apud eum ipſum auditorem inuenire. Volentes etiam cum cõſilio domini de Roſenberg,ſuper iſtis negocijs conferre. Petimus ergo V.S. nolite nobis ad malum imputare,quòd paululùm deuianimus,& quòd ita citò venire nõ poſſumus,& tamen feſtinabimus. Venientesq́ue ad V. S. de alijs rebus pleniùs informabimus S.E. Datum Pragæ feria 2. poſt feſtum S.Procopij.

*Feugol

EPISTOLA COMMVNITATIS ciuitatis Pilznæ de victoria Bohemorum,& quomodò res geſta ſit ab eis. Honorabili vìro domino Nicolao ordinis fratrum Minorum cuſtodi, & Procopio *Segel amicis noſtris chariſſimis, concilium & communitas ciuitatis nouæ Pilznæ.

Epiſtola militaris ac lectu lepidiſſima.

SEruitijs noſtris præmiſſis. Amici noſtri chariſſimi, bonas & iocundas nouitates vobis annunciauimus,quòd omnes inimici noſtri contriti & proſtrati ſunt, ſicut ſacro concilio & imperiali Maieſtati iſta inſima. ſcriptis dirigimus enarranda. Proceſſus autem belli talis fuit. Cùm enim vtrique caſtra ex aduerſò metati fuiſſent, exercitus Huſſitarum multùm de bombardis maioribus & minoribus caſtra noſtrorum vexabant & perturbabant.Populus aũt communis clamabat,contra barones murmurãs & dicens, Vt quid ita inaniter vitam perdimꝰ,

& interficimur,& tẽpus vanè cõsumimus? Progrediamur cõtra illos. Melius est nos pugnãdo mori, quàm ita miserabiliter perire. Tunc assurgentes barones & capitanei nostræ partis, disposuerunt se,& ordinauerunt acies,& processerunt ad pugnandũ. Cumq; instaret hora certandi, & acies contra se ꝓcederent: nos verò ordinati eramus retrò in parte posteriori, tunc nostræ acies (secundũ quod ordinatum erat) terga verterunt, fugã fingentes, ita quòd nos, qui eramus in cauda in parte posteriori, fuim⁹ in capite à parte anteriori. Inimici autem hoc videntes, videlicet nos terga vertisse, concrepantes buccinis, clamabãt horribiliter magnis vocib⁹: Consurgite consurgite, & insequamur eos. eccè enim fugiunt. Et sic omnes aduersarij cõsurgentes, de suis castris & turribus egressi equestres & pedestres, nos sunt insecuti. Nos autem, qui eramus in parte posteriori, videntes ꝙ se à suis castris & turribus elongauerant, assurgentes in nomine Domini, cuius causa agebatur, aggressi sumus eos à tergo,& intercepimus eorum regressum ad eorum castra & turres. Alij autẽ barones & nobiles cum oĩ multitudine consurgẽtes à parte anteriori, inuaserunt eos vnanimiter quasi vir vnus. Et sic antè & à tergo eos tanquàm manipulos deijciebamus, cædentes, quanuis multi reddebant se & reddidissent captiuos. Non erat tunc tempus captiuãdi, sed interficiẽdi solùm. Etiam aliqui per nos captiui, extrahebantur violenter de nostris manibus,& interficiebantur. Et sic per hũc modum Domino Deo nos præcedente, oẽs inimicos prostrauimus, paucis euadẽtibus. Pro qua victoria sit Deo laus & gloria in secula. Omnes currus eorum, oĩes bõbardę, omnia instrumenta bellica, omnia arma defensiua ablata sunt, quia omnia ibidèm reliquerunt. Noueritis etiam, quòd domini barones stant in campis cum valida potentia, nec recedere intẽdunt, quoaduscq; inchoata ad finem deducant. Imperialis verò Maiest. solennem ambasiatam direxit ad eos, videlicet dominum *Purcham,& dominum Ernestum,& alios quamplures, ita quòd illa ambasiata multa bona operabitur. Etiã vobis, vt scitis, insinuamus, quòd Domin⁹ Imperator scripsit nobis, quatenùs plures de concilio & de ciuitate debeamus venire ad suam serenitatẽ, sed duæ causæ nos retrahebãt. *Primo, timor inimicorum, qui semper minabãtur nobis, quòd si victoriam habuissent, omnibus modis volebant ad nos redire,& in toto nos delere. Nostra autem intẽtio semper fuit, libẽtiùs velle mori, quàm ipsis subijci. Sed indesinenter Deo gratiarũ actiones referimus, quòd nos de manibus eorum liberauit. Secunda causa adhuc nos impedit. Quanuis iam elegerimus eos, qui debeãt adire præsentiã dñi Imperatoris, desunt tñ expensę & impensę, quia non possumus inter nos conquirere tantũ de pecunia pro expeditiõe illorũ. & stipẽdiarij pro maiori parte cõsurrexerũt cõtra nos, mouẽtes de stipẽdijs à multis annis retẽtis. Et sic illi repetunt stipẽdia & damna,& nos sumus in penuria magna. Ergo amici charissimi, circa imperialẽ Maiest. & sacrum cõcilium laboretis, quatenùs nobis impendant subsidiũ, quo modicùm ab onerib⁹ debitorũ in parte liberari possimus. Datum in noua Pilzna feria 3. post festum corporis Christi.

Hussitæ à catholicis cẽduntur.

*Potham

LITERA MISSA DOMINO CARdinali Legato per quẽdam ciuem Nurnbergẽ, de interemptione Taboritarum & Orphanorum.

REuerendissimo in Christo patri & domino, domino Iuliano, miseratiõe diuina S. Angeli cardinali, Apostolicę sedis legato, dño meo singulariter gratioso: Reuerendissime in Christo pater & gratiosissime dñe, Exultet sacrosancta synodus, gaudeat cunctus populus Christianus, lætetur præcipuè animus vester de tam celebri & felici victoria, quam Dominus Deus exercituum suis Christicolis cõtra hostes benedicti nominis sui misericorditer cõcedere dignatus est. Nouerit igitur vestra reuerenda paternitas, quòd die Dominica proxima post festũ corporis Christi, barones regni Bohemię ciuitatis antiquæ Pragẽ, aliorum fideliũ fulciti præsidio, cum Taboristis & Orphanis campestribus in virtute altissimi bellum aggressi sunt,& per totam diem Dominicã & noctem sequentes, prælia cõtinuando certârunt,& die Lunæ hora tertia dici prælium pro parte nostra, authore Dño, feliciter terminatum esse dinoscitur. Et ceciderunt pro parte Hussitarũ vniuersi campestres numero 13. milliũ. Inter quos interempti sunt ille Zapego capitaneus, Procopi⁹ & Lupus presbyteri seductores nequã,& 700. capti existunt carcerib⁹ mãcipati, & de parte nostra, quam altissimus cõseruare dignat⁹ est, perierunt duntaxat ducenti: quibus clementia saluatoris dignetur misereri. Cęterùm reuerendissime pater dirigo magnificẽtię vestrę copias duarum literarum vulgarium, materiam belli ꝓdicti continentes, vt in illis eadẽ magnificẽtia vestra nedum dulciter recreeť, sed & hęc noua verissima intimet dño meo singulariss̃imo dño auditori, vt & syncerita, tis suæ integritas gaudeat in Domino, cui honor & gloria, in secula seculorum, Amen. Scriptũ Nurenbergę octaua corporis Chri.

EPISTOLA CVIVSDAM CAPItanei de victis Taboritis.

Nobili & strenuo militi domino *Kulbuyno de *Durissiba fratri meo dilecto.

*Coluino
*Druska

OBsequijs præmissis, frater charissime, notifico vobis, quòd regratiãtes Deo benè valemus,& Taboritas hodiè cum Dei adiutorio & meritis S. Vuenzelai prostrauimus,

mus,& damnum modicum de parte nostra percepimus,& de Taboritis magna multitudo interfecta est. sed illorum numerum, qui in loco remanserunt, nescimus: quia à loco conflictus statim vlteriùs recessimus,& captiuos plures adduximus. Et de equestribus aliqui maiores, sed tamen pauci, fugerunt & euaserunt. Et illa strages facta est inter oppidum Gursim & inter Brodã in illa planitie. Pilznẽ aciem duxerunt, & primi aggressi sunt eos,& directo tramite recesserunt cum curribus & familia mea, sicut boni & probi sine intermissione & retrocessiõe. Propterea frater dilecte, istis auditis, istam stragem notificetis principibus. et si poteritis aliquẽ expedire ad Cęsaream Maiestatem, illa serenitati suæ notificetis sine intermissione & mora. Et etiam si iuuenis ille nũcius Capunco venit, expediatis ipsum in Karelstain. & ab indè regrens vbi fuerimus, veniat ad me, vbi campũ vel castra posuerimus. Etiam vlteriùs nuncium ad vos expediuissemus. sed expectauimus & retinuimus nunciũ, volentes qualẽ finẽ cõsequeremur,* Idcircò credimus & confidimus illud, quod in primis literis post cœnam scripsimus, ꝙ hęc facietis. Et vlteriùs etiam synceriter rogo, si aliqui de meis furtiuè recedentes à me, ad domum veniãt, ꝙ ipsos castigabitis, sicut in prima litera scriptum est vobis. Et de gentibus armorũ nũc copiam habemus & validã multitudinem. & plures semper veniunt in vnum. Et nihil aliud intelligimus, nisi ꝙ oẽs ciuitates subdentur nobis. Et cum istis vos Deo recõmendamus. Orate Deum pro nobis,& nos pro vobis. Datum inter *Priden & Kursym iam post conflictũ factum in serò, Dominica post festum corporis Christi.

*Brodan & Cusyn

*militibus

*Stentko de Durissiba residens in Tyñhorstab.

*'Décko de Druska residens in Pijn Horsobień.

EPISTOLA BOHEMORVM ad Christifideles.

VNiuersis & singulis Christifidelibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, *inclytibus, clientibus, ciuibus,& omnis status & conditionis hominib⁹: barones, nobiles, milites, clientes, rectores cõmunitatum, prefecti vrbium, iudices, consules, iurati, ciues, totaq; cõmunitas Bohemicæ gentis, in regno Bohemiæ pariter & in marchionatu Morauiæ cõstituti, diuinarum veritatum cognitionẽ, dilectionem & obseruantiam salutarem.

epistola hęc pertinaciũ est hęretico rum, errores cõtinẽs ab Ecclesia catholica damnatos.

Cùm vnigenitus Dei filius, qui est ęternaliter in sinu eiusdẽ patris ęterni, descendisset in terras, locum nõ mutans, & maiestatẽ non minuens, sed humanã assumens naturã, multifaria vitæ documẽta ore, manu,& manibus contradidit. De quorũ reuerà numero, ista 4. insignia suis ad imitandum discipulis & exemplari conuersatione reliquit, quorum *sic de dignitate primum est, vt diuinissimum corporis & sanguinis eius eis sacramentum per ministros Ecclesiæ fidelib⁹ ministretur. Secundum, vt verbum Domini liberè, publicè,& veraciter per eos, quorum interest, prædicetur. Tertium, vt ciuile dominium, vt lœtale virus, auferatur à clero. Quartum, vt pũblica & potiora crimina per legitimas potestates à plebibus fidelium extirpentur. Has profectò infringibiles veritates, promotiuas fidei, auctiuas charitatis, regulatiuas vitæ, necnon procuratiuas sempiternæ salutis, humiliter amplexãtes, iuxta viriũ nostrarũ modulũ grãtanter fusc epim⁹, studiosè prosequimur, prosequi quoq; intendimus, quousque fides cõcludatur cum vita: vt ita ad illarum cognitionem, amorẽ, & obseruantiam fidelem, etiam à principio iugiter affectauim⁹, & nunc accuratiùs oẽm Dei populum affectamus venire. Vndè non parcentes sumptibus, laboribus, & expẽsis, plures per nonnullas Christianitatis regiones epistolas solidis scripturarum authoritatibus easdem *virtute fulcientes transmisimus. Nihilominùs visitauimus Christianissimum principem nunc magnificum Fredericum marchionẽ Brandenburgẽ, *nũc illustrem regem Poloniæ, & ad Serenissimi Sigismũdi Romanorum ac Hungarię regis instantiam, nobis per spectabiles legatos ipsius significatam, pridem in Presburg,& nunc in Egram ciuitatem imperij venimus, omni nisu vbique instantes, vt nobis in concilio generali audientia publica, libera, secura & charitatiua procuraretur, super articulis diuinis prędictis, quatenùs publicè, palàm,& manifestè in totius conspectu concilij, illos quatuor salutares articulos, quos ꝙ fide tenem⁹, manifestare, dilucidare, declarare, adstruere, iustificare, probare & defensare scripturis sacris, beatorumq; doctorum sententijs, in eisdem scripturis verè & ineuitabiliter fundatis, liberè, omni impedimẽto secluso, valeamus. Et ꝙ tota vnà nobiscum Dei viuentis militans reformetur ecclesia in capitibus suis pariter & in membris, iuxta sacræ scripturæ doctrinam. qui nimirùm & ex principum, episcoporũ, procerũ,& doctorũ cõmunicato consilio respondit, quòd ista limitatio audiẽtię & reformationis ecclesię, derogaret libertati & priuilegio cõcilij generalis, supra omnem legem eminentis. Sed *quòd nos illis limitationibus & declarationibus nostris ex diuina lege & sanctorum doctorũ *sciẽtijs omissis, stemus in his oĩbus determinatiõi & diffinitioni ipsius cõcilij. quod profectò nos meritò, rationabiliter,& ritè reputantes illicitũ, incongruũ, & prorsus indignũ, vt videlicet diuinas veritates iustificatas in semetipsis, humanũ iudicet arbitriũ,& *soluet aut soluat pro sua volũtate: quod vtiq; interdum, solida veritate relicta, opinionẽ sequitur. ĩficq; ipsam nonnunquam fallere contingit,& falli. Et ꝙ illi earum veritatũ & nostri sint iudices, qui illas

*Potham

*militibus

*&

*sententijs

Hęretici semper scripturas crepant, sed malè detortas.

*scilicet

for. *liget
for. *saluet

las diuino poſtergato timore, tanquã errores notorios, & nos propter obſeruantiam illarum velutì erroneos, inconſultè, perperàm & temerè iudicantes damnauerunt iniquè, vt ſic inimici ac noſtri hoſtes ſequiſſimi, in noſtrum exterminiũ adſpirantes, ſint iudices. quod reuerà ſana vetat ratio, diuineq; & humanæ leges exhorrent. Idcircò ipſis in hac parte noluimus neq; intendimus cõſentire. Sed hoc pſertim optauimus, & (vt æquũ & iuſtum eſt) iugiter optamus, vt diuinarũ ſcripturarum rectiſſima & infallibilis regula, per iuſtiſſimum iudicem, iuſtitiam & veritatem diligentem, derelicta in terris, quæ nec fallere poteſt, nec falli, in medium cõcilij proferatur, & beatorum doctorum (vt pfertur) *ſententię finem, & iuxta illam eorũdem articulorũ & iura rectitudo aut obliquitas poterit comparari, & conſequenter rectificari, aut approbari. Sed hoc ipſi nullatenùs acceptare voluerunt. Hanc iuſtiſſimam æquitatem per nos illis oblatam, veſtra quæſumus dignetur penſare induſtria, necnõ partis aduerſæ de ſuperbæ ignauiæ *timore cõtumacia arrogantẽ, qua ſe ſupra ſe enormiter erigentes, nituntur ſibi ſubijcere non modò *oñia Chriſtianiſmi *oñes Chriſtianiſmi principatus, regna & dominia, ſed etiam infringibiles diuinæ veritatis doctrinas, Domini noſtri Ieſu Chriſti morte confirmatas, iuxta ſuum libitum * & iudicando variare, ita vt quod nunc per Chriſtifideles verè creditur & fideliter obſeruatur, tandem eorum arbitrio tanquã error & ſuperſtitio totaliter declineẽ. ſicque Chriſtiana fides nõ in petra ſolidiſſima, ſed in arena mobiliſſima fundabitur, quotidianæ ſubiecta ruinæ, & verba Chriſti perenni firmitate fulcita, (ita vt cælum & terra facilíus tranſeãt, quàm ipſius commutentur ſermones) veluti lecti opertorium, epiſcoporũ mutabuntur cenſura. Sed quid hac temeritate ſtultius? quid hoc errore nequius? quid hac peſte perniciosius poteſt inueniri? Ipſi, quod diximus, iudicate, ſenſatè attendite, obſecramus, vniuerſi & ſinguli Chriſtifideles, ſi iſti epiſcopi ſedes Apoſtolorũ iuſtè & dignè occupãt, qui illis vita & moribus totaliter aduerſantur. Illi quippe per orbẽ terrarum, pannoſi & contempti à populo migrantes, veritates dominicas cunctis populis, tribubus & linguis fideliter nunciârunt, eaſdẽ propria morte firmantes: iſti purpura veſtiti & byſſo, glorioſi in populo, canes muti effecti, in caſtris & vrbibus tranquillè reſident, & eaſdẽ veritates etiam aſpernantur audire, ac propter earum obſeruãtiam fidelem fideles ſpoliant fama, vita & rebus, non per ſe, quia cubant cum ſcortis: ſed per cruentę crucis erectionem, ſeculare brachium in occiſionem fideliũ fallaciter concitantes. Illi, relictis omnibus mundi diuitijs, omni virtute ornati, in paupertate & ieiunio nñm ſequebãtur: iſti vrbium, caſtrorum, prędiorum & regionum *poſſeſſiones, viri diuitiarum inſtituti, pleni vitijs, non Chriſtum humilem in contemptu, ſed ſuperbiſſimũ ſatanam in põpa & faſtu, carnisq; voluptate ſequũtur, à quibus, vtpotè pſeudoprophetis, attendere ſuadet ipſa veritas increata. Et ſi illi, vt proponunt, cum exercitibus ſuis valideſſimis regnũ noſtrum inuaſerint, vſq; ad interemptionem (vt aſſeritur) demoliri cupiẽtes, nos in altiſſimi virtute, cuius cauſam proſequimur, habentes fidutiam, vim vi cogemur repellere, quemadmodùm omnes leges & omnia iura permittunt. Quæ omnia iuſta & rationabilia ſupraſcripta, vos viri illuſtres & nobiles, animo diligenti penſate, & catholicè diſcutite, ſi in adiutorio ſceleratorum huiuſmodi clericorum, & temerario ac erroneo auſu de veritatibus omnipotentis Dei ſententiũ, in voluptatibus huius ſeculi & meretricio ſicut in ſterquilinio iacentium, veſtras animas parirer & perſonas in bellicoſis periculis ſalubriter morti exponetis, contra iuſtiſſimas per nos vobis crabrò oblatas Chriſti Ieſu æquitates. Datum ſabbato in vigilia beatæ Marię Magdalenę, ſub ſigillo communi omnium adhęrẽtium euangelicæ veritati, circa limites regni Bohemiæ, anno Domini 1431.

*poſſeſſores

Tu quis es, qui iudicas alienos ſeruos?

Voluntinepti leges Concilio pręſcribere.

*ſententię loc. obſcur.

*tumore

*oñia Chriſtianiſmi

Num Iudas non fuit apoſtolus?

ALIA EPISTOLA PER EGRENſes miſſa nuncijs concilij Nurenbergæ exiſtentibus.

DEuotis & religioſis in Chriſto patrib. & dominis, dño Ioanni Nyder Priori domus Prædicatorum Baſileen, & domino Ioãni de Mulenbruñ ordinis Ciſtertien, nũcijs ſynodi Baſileen, dominis & pręceptoribus noſtris, Conſules iurati oppidi Egren.

Præmiſſis ſeruitijs ad beneplacita veſtræ voluntatis. Honorabiles ac dilecti domini, ſicut ſcriptis veſtris nobis proxime miſſis, deſideraſtis, vt literas veſtras miſſas Prageñ per nuncium noſtrum dirigere curaremus, hoc fecimus. Et ſcripſimus eiſdem amicabiliter, prout aliàs erat eis per nos ſcriptũ: ſic idem nuncius herì de ſerò ad nos eſt reuerſus, portãs nobis reſponſum ab eiſdẽ, quod vobis cum pręſentibus decernimus trãſmittẽdum. Cuius tenorem percipietis. Inſuper dicti Prageñ ſcripſerunt dominis & amicis noſtris conſulibus oppidi Nurenburgeñ ac nobis certas literas. Literã Nurẽbergeñ cum præſenti baiulo trãſmittimus eiſdem. copiam literæ nobis directæ vobis mittim. præſentibus intercluſam. Quam fecimus tranſferri de vulgari Bohemico in idioma noſtrum, ſecũdum cuius tenorẽ vos regere poteritis in agendis. Sed prout ipſi monent in literis nobis miſſis, p ſaluo cõductu & ſecuritate ordinãdis, quo ad oppidanos Luceñ, nobiles de Svuamberg, oppidanos de Tenitz, ac alios officiarios ſereniſſimi domini noſtri regis Romanorũ &c. vos ipſi intelligitis & ſcitis, q nos nec ſcimus, nec poſſumus

mus huiuſmodi ſaluũ cõductum ipſis procurare, quoniam ſupradicti oppidani & nobiles, noſtri ſunt aduerſarij, & quotidiè ab eiſdem formidamus inuaſiões. Et ſi hoc nõ eſſet, parati eſſemus & cum omi conatu vellemus, pro huiuſmodi ſaluo cõductu libenti animo laborare, prout hucuſq; in negocijs pacis & cõmunis vtilitatis Chriſtianorum nos voluntarios & promptos exhibuimus, & in futurũ volumus exhibere, prout hoc in nobis experti eſtis, & in futurum experiri debetis. Idcirco deliberetis cum Nurenburgeñ ac alijs ad hoc idoneis, per quẽ aut per quos dictus ſaluus conductus & ſecuritas poſſit procurari. Hoc faciatis ſecundum videre veſtrum & aliorũ, prout vobis vidébitur expedire. Quicquid autem nos ad huiuſmodi poſſumus conſulere & iuuare, faciemus voluntariè. Datum feria 6. ante Inuocauit, anno Domini 1432.

EPISTOLA PRAGENSIVM ad nuncios concilij.

REuerẽdis ac religioſis in Chriſto fratribus Ioanni Nyder Priori domus Prædicatorum Baſileen, & Ioanni de Mulbruñ nuncijs concilij Baſileen, Magiſter ciuium, conſules & Scabini ciuitatis Prageñ, necnõ magnates, nobiles, Barones, ac capitanei exercituũ & cõmunitatum regni Bohemiæ & Marchionatus Morauiæ. Affectandę pacis commoda in ſummo veræ trãquillitatis authore, Reuerendi & religioſi viri, epiſtolarũ venerabilis concilij Baſileen & veſtræ, nos ad audientiam plenam, piam & ſecuram inuitantium, fœcunditate facunda gauiſi, meritò arbitramur clemẽtiſſimum ſupra oñes Dominum viſitaſſe plebem ſuam in pijs viſceribus miſerationum ſuarum, vt reducat corda filiorum ad patres priſtinos, greſſus q; ipſorum dirigat in ſemitis iuſtitiæ directiſſimis primitiuæ Eccleſiæ, quatenus tẽpore nouiſſimo vrgente edocta ad veſperũ corruptibilis mundi corruptela, in militãtis Eccleſiæ glorioſa ciuitate habitẽt cum fidutia, fide, ſpe, atq; charitate ciues vnanimes, qui ſe ſperãt in futuræ beatitudinis aula cęleſti fore ſodales. Vndè quantocyùs valuimus, gubernatoribus & populo regni Bohemiæ cõgregatis, in hoc reſedimus vniuerſi finaliter, vt oratores noſtros & legatos ad pręfatum cõcilium dirigamus, quatenus dudum per nos deſideratum opus & nunc annuẽte domino feliciter inchoatũ, laudabili & cunctis fidelibus fluctuoſo cõcludatur effectu. Sed quia vtriuſq; epiſtolæ præmiſſæ tenor offert, ipſum concilium & vos ſub nomine & authoritate ipſius ad largiendam aſſecurationem ſufficientem & rationabilem, expectandam oratoribus & legatis mittendis à nobis: ea propter obſecramus, ad Egrã ciuitatem, vobis & nobis *cõtinuam, quo celerius fieri poteſt, cùm principib. regni Bohemiæ adiacẽtium regionum venire velitis, ibidẽ, cum noſtris certis nuncijs ad hoc ſpecialiter deputatis, tẽpore p vos ſtatuto *minimè vnius menſis, nobisq; per nunciũ pręſentẽ intimando cõgreſſuri, ſub ſaluis certis cõditionibus ipſis noſtris nũcijs à tota parte noſtra cõceſſis, modos, cõditiones & pceſſus huiuſmodi aſſecurationis & audiẽtię noſtris oratoribus & legatis à dicto cõcilio pręſtãdis, plenè ac effectualiter tractaturi & diſpoſituri finales ita & taliter, vt nos oratoresq; noſtri & legati ad cõciliũ ſępedictũ mittẽdi, prout in epiſtola veſtra nobis trãſmiſſa ſcribitis, de cautione per vos nobis & ipſis offerẽda, meritò debeam. & debeãt eſſe cõtenti. De veſtra etiam patiẽti pręſtolatione ac benigna, & de his quæ nunc ſcribitis, nos noueritis eſſe multum gratos pariter & gauiſos. Datũ feria 4 poſt diem B. Matthiæ apoſtoli Domini, anno Domini 1432.

for. *continuam

for. *ad minimum

EPISTOLA CVIVSDAM CAPItanei ad Imperatorem Romanorum de rebus Taboriticis.

SEreniſſimo principi Sigiſmũdo Romanorũ Impatori, Aſſo de Steinberg, aliàs de Holicz. Sereniſſime Cęſar & rex dñe mi glorioſe, ſeruitiũ meum præmiſſum veſtræ ſerenitati. Scire velitis, quid actum eſt nunc in Prageñ cõgregatione circa feſtum ſancti Ioannis baptiſtæ. Quando ibidèm cõuenimus, tũc aliquibus diebus poſt noſtram ibidèm cõuentionem omnes ciuitates, quę nobis contrariabantur, ibì nobiſcũ vnitę ſunt, excepta Colonia. Et tandẽ poſt aliquot dies, Ezapko & antiqui Taboritę cum ſuis rotis & ſequacibus & cum dicta Colonia etiã nobiſcum ſunt vniti. Et poſtquàm nobiſcũ fuerũt compoſiti, ſtatim veſtrę S. nos oñes tale reſpõſum dedimus, vt ad vos irẽt, & veſtram ſerenitatem peterent, quatenùs V. S. velit appropinquare Ratiſponam, & q ibidèm ad V. S. tranſmittere volum. de terrigenis & de ciuitatibus. Et etiã cum veſtris nuncijs contulimus, vt peterent V. S. quòd eadẽ V. S. nobis de ſaluo cõductu prouidere dignaretur, vſque ad numerum trecentorum equorum & totidem perſonarum. Rogam. etiam V. S. vt ſe in his gratioſam velit exhibere. Etiam ſcire dignetur V. S. quòd huiuſmodi conuentio fieri debet in feſto ſanctæ Mariæ proximo. Videtur multis probis hominibus & mihi ſimiliter, quòd habeatis in huiuſmodi congregatione dominũ epiſcopum Conſtantieñ auditorẽ & alios doctores, qui aliâs Pragæ fuerant à ſacro concilio deſtinati, & illi vt plenum mandatũ à ſacro concilio habeant. Nam ſperamus in Deo, quòd omnia negocia benè ſuccedent. Sunt enim quaſi omnes homines de militaribus & de ciuitatibus qui deſiderant V. S. ſupra ſe dominari. Datum Pragę ſabbato ante feſtum ſancti Procopij, anno 1434.

EPISTOLA TRAIECTENSIum miſſa ad ſuos commiſſarios.

REuerẽdissimis reuerẽdisq; in Christo patribus & sacræ deputationis fidei gratiosissimis, V.R.P. humiles & deuoti prelati & capitula V. ecclesiarũ Traiecten, Barones milites & militares ac Burgimagistri, Scabini & rectores ciuitatis & oppidorũ patriæ Traiecten. Reuerendissimi reuerendiq; patres & prelatissimi domini, scribimus sacrosanctę Basileen synodo, prout in copia præsentibus intercluſa perpendere possunt paternitates vestræ pariter & videre. Verùm res nobis dura est & multùm aliena, quòd ad requestã partis nullum interesse habẽtis, aliqua citatio seu processio ex officio decerni deberet. Priùs em̃ interesse partis declaratum extitisset, & demum forma iuris obseruata. Durius tamen multo visum est, quòd decreta sacrę synodi in eadem materia variationẽ sumunt, ea seruando & recusando. Dudum enim decretũ extiterat, quòd ea quę à trib⁹ deputationibus concluduntur, vim decreti & cõclusionem sacri concilij obtinerẽt. Et pridẽ mortuo reuerendo patre domino Zvuedero archiepiscopo Cęsareen, tres deputatiões cõcluserant inhibendum fore, & inhibuerunt omnibus canonicis extra & infra diœcesim Traiecten existentibus, ne aliquid noui attentarent, quodq; ab omni electione cessarent, volentes ad pacẽ dictæ diœcesis & patriæ laborare, quæ executioni demãdari nõ poterat, nec vim decreti obtinere. Sed quod nuperrimè tres deputationes (vt nonnulli prætendunt) citationem personalẽ concluserunt, illud secundum eosdem (vt asseritur) in vim transiuit decreti. Causam diuersitatis, quare ista admittitur, quę est probatiua pacis: illa autem, quæ est pacis nutritiua, reijcitur, ignoramus. Tamen vnum V.R.P. sit manifestũ, quòd ciuitas & patria Traiecten inimicum suum voluntarium iam plurimis annis transactis, etiam si ecclesia vacaret, & concorditer electus existeret, nõ reciperẽt, vtì nec tenerentur. Domicellus aũt Vualramus inimicus patriæ, annis elapsis multa damna incolis patriæ intulit, & quotidiè infert, prout luce clariùs eadem demonstrare volumus & probare. Quare paternitatibus vestris reuerẽdissimis humiliter supplicam⁹, quatenùs literam siue copiam præsentibus intercluſam, videre & intelligere velint, & operam efficacem tradere, ad ea quæ pacis sunt, nec permittere nouam diuisionẽ, guerras, seditiões & alia innumerabilia mala hîc de nouo seminari. In quo Deo & hominib⁹ bonæ voluntatis multum complacebũt V.R.P. sæpè dictæ. Quas conseruare dignetur author pacis. Ex vrbe Traiecten anno Domini 1434. mẽsis Iulij die 15. sub sigillis maioris ecclesiæ Traiecten & nobilium strenuorumq; virorum Reinaldi &c.

EPISTOLA CVIVSDAM CAPITANEI ad Imperatorem de rebus Taboriticis.

ILlustrissimo & inuictissimo principi & domino, domino Sigismundo Dei gratia Romanorum Imperatori semper Augusto, Hungarię, Bohemię &c. Regi, domino meo gratiosissimo dentur. Excellẽtissimo & inuictissimo principi & domino, domino Sigismundo Dei gratia Romanorum Imperatori semper Augusto, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatiæ, &c. Regi, domino meo prægratiosissimo, Ego Kuntzo *Luksſa de Bonzenix Castellanus in Carlestein, Seruitia mea vestræ serenitati fidelissima & constantissima omni tẽpore prædirigo. Serenitati vestræ notifico, quòd Dei misericordia magna, sine cuius voluntate & potestate nihil fieri potest, sed omnia per ipsum dirigũtur, factũ est, quòd inimici heri hora vesperarum inter monasterium Stalix & oppidũ *Gursim, à vestris fidelibus dominis Baronibus & fideli cõmunitate feliciter contriti & prostrati sunt, ita quòd de vestris fidelibus pauci perierunt. Et sic nouerit serenitas vestra pro certo, quòd in dominis Baronibus & terrigenis fideles seruitores habetis. Et frequenter me allocuti sunt de serenitate vestra, quòd ad vos fidelem & bonam intentionem habent, secundum quod effectualiter ostendunt, & vlteriùs ostendere intendunt: nec aliud intendunt facere, nisi sicut serenitatis vestræ fideles domini & seruitores, omnia volentes seu intendentes facere, quæ pertinent ad dominum suum naturalẽ & gratiosissimum. Dignetur ergo serenitas vestra manum suam largè ad eos extendere, & ipsis in subsidiũ aliquot millia florenorũ transmittere & dare, vt opus inceptũ ad honorem S.V. regniq; illius & coronæ Bohemiæ, melius terminare, & ad bonum finem perducere possint. Et serenitas vestra in subsidium illius boni personam vestram nõ dignemini abstrahere sine mora. quia cum adiutorio Dei omnia benè procedunt & procedent, cum serenitas vestra venire non tardauerit. Propterea serenitas vestra sciat, q̃liter illa victoria fuerit facta de inimicis. Cùm enim domini Barones post victoriam habitam de noua ciuitate Pragen, in Praga persisterent, gentes congregantes, eodem tẽpore inimici de dispositione Dei à Pilzna recesserunt, & se versus Pragam recipientes, iuxta nouum castrum aliquibus diebus castra metati essent, vlteriùs procedentes versus Coloniã, domini Barones miserunt pro omnibus nobilibus, vt in subsidium eorum contra inimicos venirent. Ibì dominus Rosenberg, gentem multum notabilem & *exercitã ad campos expediuit. Et domini Barones & ciuitas Pilzneñ etiam validam potentiam transmisit. & cùm progrederentur versus Pragam sub castro Carlestein, ibì ego & gentes meas expediui à fidelibus seruitoribus vestris 500. equestres & pedestres, & currus 30. Et cùm omes prædicti

Supscriptio exterior.

Interior.

*Scalitz *Gourſim *Cusijm *Cusijn

* excellentẽ

dicti iuxta Pragam conuenissent, domini Barones extra Pragam cum eisdem processerunt, & cum valida potentia inimicos insecuti sunt. & sic, quòd de gratia Dei & suo iuuamine illos prostrauerunt inter monasterium *Scalicz & oppidum *Gourſin, sicut suprà scriptum est. Prætereà S. V. rogo, quatenùs velitis me & fideles vestros seruitores, qui mecũ sunt in castro Karlestain, oculo pietatis respicere, & subsidium trãsmittere * & dare: quia Deus nouit, q̃ huius magnam indigentiam habemus: quia aliũdè non habeo illos bonos homines stipendiare, nec ab aliquo alio, nisi serenitate vestra, expectamus tanquàm à domino nostro hęrede vero & domino gratiosissimo. Datum feria 2. post festum corporis Christi, anno 1434.

*Scalitz *Gursim

for. & stipendium

Cuntzo *Luksſa de *Benſennis Castellan⁹ in Karlestain.

ALIA EPISTOLA CVIVSDAM Capitanei ad eundem Imperatorem de victis Taboritis.

SEreuissimo & inuictissimo &c. * Seruitijs præmissis omni tempore subditis & paratis. Serenissime Imperator & domine gratiosissime, S.V. notifico, regratiãdo Domino Deo omnipotenti, quòd contriti sunt & prostrati omnes Taboritæ, qui in campis iacebant cõtra vestros & nostros fideles, secundum quod S. V. in alia litera meliùs percipiet, quam mihi scribit auũculus meus, quam V.S. dirigo & mitto. Et rogo S.V. tanquàm dominum nostrum gratiosissimũ, quatenùs mihi dirigere per nũcium Caupotañ, quia equi nostri in bello aliqui interfecti & alij mortui sunt, ita q̃ ambo caremus equis ad equitandum. Datum in Thinhouiſſ, feria 4. ante octauam corporis Christi, anno 1434.

*Blucza * Bõzenix * Burzanich *Busauits

locus obscurus

*Seuco Luckoldim de Reimsperg.

* Dencko Coluijn de Ramsperck.

EPISTOLA IMPER. TRAPEZVNdarũ, missa domino nostro papę Eugenio. Sanctissimo & beatissimo in Christo patri & domino Eugenio quarto summo pontif. Romanorum, suo Reuerendissimo *Morame Megatonenus Dei gratia Imperator Trapezundarum.

SAnctissime & beatissime pater & domine in Christo, binas series eiusdem S.V. per galeam Venetorum susceptisse sciueritis, singulam Romæ datam, alteram quoque Florentiæ. Gratissima nobis, contenta in ipsis, cordiali mente percepimus. Requisitioni siquidem prælibatæ S. cũ toto nostro imperio lęto animo assentiuè dispositi*. Quis enim dignus illius lucis videre constructum magno desiderio optãdum? Parcat Deus illis, quibus nõ est timor Dei, eandem S. vexare, *curosam tanti boni operis merita adimplere. Rogamus altissimum, vt dignetur in prædictis taliter disponere, vt nulla interueniat causa, quæ obstet prælibatæ sanctitati ab inceptis desistère, vt optatur. Data Trapezundis, 1434. die 18. Octobris.

for * non ficret,

COMMISSIO IMPERATORIS. Græcorum, facta vni Ambassiatorum concilij.

CVm venerabilis vir Hẽricus Menger decretorum doctor Canonicus Cõstantien, vnus ex ambassiatorib⁹ sacrosancti generalis Concilij Basileen &c. ad nos transmissus ad præsens reuertatur ad præfatum concilium, committimus antedicto concilio de statuendo & designando loco fiendæ generalis & œcumenicæ synodi, q̃ designetur & statuatur locus maritimus, ita quòd nõ sit aliqua ciuitas excepta Anchona, vt possimus venire ad illum locum cum omnibus necessariò debentibus interesse, sine difficultatibus & incõmodis, cũ multi ex illis senes & infirmi existant. Et maximè sanctissimus meus dominus œcumenicus patriarcha. Et in tali loco plures prlati Orientalis nostræ Ecclesiæ poterunt aggregari propter facultatem & non nimiam distantiam. Qui quanto plures affuerint, tanto vtiliùs ad perfectionem vnionis erit. Prætereà hoc erit maximum conferens ad vtilitatem & securitatem nostræ ciuitatis, propter multas causas dicto venerabili viro dictas. Præcipuè verò hoc necessariũ est, propter præsentiam sanctissimi & beatissimi domini papæ, qui si cõmodè aduenire poterit, hoc erit gratissimum, & ad perfectionem prẽmeditatę vnionis quàm plurimum valens, necnõ ad honores & fauores futuri concilij. Propter istas & plures alias causas debet prædictus venerabilis Henricus rogare & deprecari dictam Basileen synodum ex parte nostra, vt nostra petitio adimpleatur. Et cùm anteà per nostros ambassiatores nominauimus nonnulla loca, q̃ non sunt maritima, petimus & cum instantia rogamus, vt non fiat impedimentũ nostræ petitioni talis locorum expressio, sed sustinere velint laborare illi reuerendissimi patres propter vtilitatem & securitatem propositæ rei. Etiam vt ostendat & referat, quòd omnia nobis spectantia secundũ nostram potẽtiam sine prætermissione adimplebũtur. Propter hoc & prædicta Basileen synodus debeat facere omnia præmissa per ipsam & per suos ambassiatores integraliter & opportunè. Et si hoc * fuerit, nec nos etiam ire poterimus tempore designato, & etiam promisso. Nec poterit aliquis nos reprehendere, considerato quòd causa erit concilij, sicut & nos non dignamur accusare prædictam synodum propter transactũ tempus in decreto determinatum, cùm talis transactio temporis venerit propter circunstantias occurreñ & temporaneas, non ex voluntate concilij. Similiter autem alij

duo ambassiatores hîc remanentes, debẽt facere opportunè de expensis & alijs pro congregatione prælatorum orientalis Ecclesię, prout extitit promissum: quia talibus expensis & alijs non in tempore debito factis, si quis ex ista causa defectus adueniat, nos de expensis nihil respondere debebimus. Datum in vrbe nostra Constãtinopolitañ, 1435. die 26. Nouemb. sub Sigillo nostro imperiali.

COMMISSIO PATRIARCHAE Constantinopolitañ, facta Ambassiatori concilij.

QVoniam propter multas ratiõabiles & necessarias causas vltimum & non prætermittendum extitit, beatiss. dominum Eugenium papam necessariò adesse debere meditatæ & solicitandæ cũ Deo sanctæ catholicæ & œcumenicæ synodi ꝓ vnione Ecclesiarum Christi, & ad eam accedere personaliter & interesse vnanimiter cũ sacrosancta synodo sacræ Romanæ Ecclesiæ & omnibus ipsi Ecclesiæ aggregatis, vt possimus & nos Deo authore illic personaliter adesse, loco commodo statuto, vnà cum potentissimo & sancto meo Imperatore & alijs nobis adhærentibus. Et sic fiat tractatus & constitutio vnionis, sicut daret Deus, & ab vtraque parte conuentum & affirmatũ foret. Propterea humilitas nostra ad præsens committit tibi venerabili viro Henrice Menger decretorum doctori canonico Cõstantieñ Eccleſię, vni ex ambassiatoribus sacrosanctæ Basileeñ synodi ad synodũ sanctam reuertenti, vt quandò fueris cum prædicta sacrosancta synodo Basileeñ, studium & diligentiam omimodam exhibeas, & instanter labores & opereris, vt statuatur, beatiss. dominũ papam in meditata œcumenica synodo interesse personaliter & non repræsentatiuè, electo & statuto loco congruente & cõmodo pro quiete dicti beatissimi domini Eugenij & nostra. Propter hoc facta est tibi præsens donatio & concessio nostra in scriptis causa roboris & firmitatis. Datum Constantinopoli, 1435. die 26. mensis Nouembris.

EPISTOLA LEGATI CONCILIJ, ad legatum pontificis.

REuerẽdissimo in Christo patri & domino, domino Iuliano miseratione diuina tituli S. Sabinæ, sanctæ Romañ Ecclesiæ presbytero cardinali, vulgariter sancti Angeli nũcupato, in Germania Apostolicæ sedis legato, V.R.P. humilis Henricus Menger. Reuerendiss. pater, domineꝙ; metuendissime, 2. Ianuarij cum Galeis ad ciuitatẽ Venetiarum Dei gratia viuus, sed non sanus, reuersus sum. Et vt in paucis me expediam, quia horam scribendi non habeo, nouerit R.P.V. quòd oñia nobis per sacrum Concilium iniuncta votiuè expediuimus, ita quòd dominus Imperator & patriarcha omnia capitula per Ambassiatores ipsorum in sacro Concilio concluſa & promissa, & vt in decreto continentur, de nouo similiter per bullam auream & plumbeã ratificauit &c. Et hoc pro nunc P.V.R. sufficiat. V.R.P. me excusatum habere velit, si non statim veniã: quia pro certo nihil in hoc mundo tardabit me, nisi hoc serò. Nam licèt sim infirmus, tamẽ nihilominùs hoc concluſi Deo dante, quòd iter arripiã. & de die in diem ibo, donec & quouſq; ad V.R.P. glorioſam veniam, quam toto corde videre desidero. Et verè gaudebit cor vestrum, & iterum gaudebit, quia iocũdissima lætissimaꝙue noua sacro Cõcilio portabo: quoniam ramum virẽtis oliuæ & vnitatis Ecclesiæ sanè portabo, quemadmodũ columba Noæ in arca præsentauit &c. Datum Venetijs 4. Ianuarij 1436.

LECTORI PIO B. L. N. SALVTEM.

Et hîc est finis eorũ, quę ad synodũ Basileeñ quomodocunquè spectare visa, eidem partim anno Dñi 1538, partim deincèps anno 1551. appẽdicis instar adiecta fuerunt. De quibus si quid gratię mortali cuiquam habendum est, habeatur oportet religioſo patri D. Petro Crab, qui horum exemplaria, quanquàm correcta minùs, minusꝙue lectu obuia, diligenter ac solicitè procurans, conijcienda potiùs quàm legenda suppeditauit. Nobis igitur, qui diuinatione subindè magis àc lectione indiguimus, haud malè vertatur, si difficultatem istam & te, quisquis es lector cordate, aliquotiès hîc subolere contingat. visum est eñ tolerabilius pariter & securius fore, etiam te nobiscũ alicubì hęrere, quàm temerariè quiduis mutãsse aut coniecisse videri. Et quid ex vnico solo, eodemꝙue raptim ac minùs accuratè descripto autographo prę-stari potuit boni? Quanquàm pro virili nostra segniter adeò res isthîc acta non est, quin & nostrę qualicunque opellę debeatur aliquid, si modò quod opus quanta molestia quali ex archetypo natum sit, aliquandò respectum erit.

DECRETA EVGENII PAPAE IIII. E VITIS pontificum, quas Platina descripsit, cursim excepta.

EVgenius quartus papa, Venetꝰ, familia Condelmeria, populari quidem, sed antiqua, patre Angelo natus, põtificatũ hac ratione adeptus est. Creato enim pontifice Gregorio 12. è gẽte Coraria, patria Veneto, Antonius Corarius Gregorij nepos. Cælestini habitu canonicus congregatiõis S. Georgij in Alga, Romam iturus, Gabrielem Condelmeriũ, qui eiusdem professionis erat, quo cum ab ineunte ætate familiariter vixerat, secum aliquandiu recusantẽ duxit, cuius ingenio & solertia delectatus Gregorius, eum primò thesaurarium fecit, deinceps verò episcopum Senensem creauit, prefecto Bononiensibus in eadem dignitate Antonio nepote. Recusãrunt aliquandiu Senenses Gabrielẽ in episcopum, quòd dicerẽt hominem aliundè natum, nequaquàm in tãta re

re ciuibus Senensibus præficiendum, eam curam debere ciuis alicuius esse, qui mores hominum & ritus ciuitatis nosset. Vtrùm cùm posteà Gregorius rebus suis diffidẽs, Roma Lucã profectꝰ fuisset, aucturus cardinalium numerum, Antonium nepotẽ & Gabrielem Condelmerium in cardinales retulit. Gabrielis autẽ opera in magnis rebus posteà Gregorius, & Martinus, abrogato Gregorio, vsus est. Maximè verò in legatione Picentina, qua & Picentes in fide Ecclesiæ confirmauit, sumpta de quibusdã seditiosis & cõiuratis pœna. & templum S. Agnetis Anconę diruptum, portumq; eiusdem ciuitatis, ad imitationem diui Traiani, magna impensa restituit, fluctibus quassum & vetustate consumptum. At verò cùm Martinus intellexisset Bononienses rebus nouis studere, è Piceno Gabrielem legatũ misit, qui suo aduentu seditionem omnem statim sustulit. Cùm autem indè Romã veniſſet, mortuo haud ita multò pòst Martino, solus è duobus de viginti cardinalibus, qui tum in conclaui apud Mineruam aderant, pontifex creatur, anno 1431. 5. Nonas Martij. Eugeniusq; mutato nomine (vt fit) appellatus, ad S. Petrum, comitante populo & clero, statim perducitur. Accepta deinde corona pontificia de more, inuisaq; basilica S. Ioannis Lateranẽsis, in Vaticanum rediens, consistorium generale proposuit indicta die, qua certè tanta multitudo affuit, vt cùm trabes deficerent eius loci, vbi nũc consistorium publicum fit, trepidatũ adeò tumultuosè sit, vt in ipsa fuga Senogalliæ episcopus, ciuis Romanus è gente Mellina, obtritus perierit. Nondum enim ædes ipsæ pontificię hanc formam, quã nunc habent, acceperant. Dimisso consistorio, Eugenius tumultꝰ deinceps ex industria vitauit. Tũ verò pontifex ancipiti cura distractus, & ꝙ bellis vndiq; premeretur, & quòd Basileeñ cõcilium iam antè inchoatum Martini decreto, augeri indiès cerneret, concurrentibus eò Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, Pánonięque principibus, qui communem reipublicæ Christianæ causam in arbitrio concilij reponebant, ad tollendum concilĩ versus, illud primò quidem ex Basilea Bononiam transtulit, cardinalium omnium, qui secum aderant, consensu. Sed Imperator alijque principes & prelati, qui tum Basileę erant, non modò pontifici non obtemperãrunt, verumetiã eum bis terque monuerunt, vt Basileam idoneam à Martino celebrandi Concilij locum delectum, vnà cum cardinalibus proficiscerentur: aliter se in eũ acturos, vt in præuaricatorem & contumacem. Motus istorum verbis Eugenius, Basileense concilium literis etiam Apostolicis confirmauit, facta vnicuique eundi ad cõcilium potestate. Adeò enim bellis vndequaque vexabatur, vt vix ei respirandi facultas daretur. Cæterùm nõ ità multò pòst publico consistorio Basileeñ cõciliũ, quod ante approbauerat, Ferrariam transfert, ꝙ diceret Græcos cum Ecclesia Romana in fide conuenturos, eundem sibi locum delegisse. Instabant tum cõcilij Basileeñ præsides, & precibus ac pollicitationibus Græcos adhortabantur, vt omisso Eugenio, ad se proficiscerentur. Neque hoc contẽti abrogaturos se Eugenium prædicabant, nisi ipse quoque eò proficisceretur. Substitit aliquandiu Eugenius animi dubius, quid potissimùm decerneret, misso tamen eò legato Ioanne Francisco Capitelista iurecõsulto, Patauinoque equite, qui eius causam tueretur. Verùm mortuo Sigismundo Imperatore, à quo Basileeñ concilium incrementum habuerat, creatoque ab electoribus imperij Alberto Austriæ duce, concilium Ferrarieñ Eugenij nomine cardinalis sanctæ Crucis inchoauit. Eò proficiscitur & Eugenius, quòd aduẽtare Imperatorem Constantinopolitanum Ioãnem Palæologum intellexerat cum plerisq; triremibus, tum suis, tum Venetorum, Eugenij gratia obuiã missis, ne qua vis Imperatori fieret, ꝙ intellexerat concilij nomine triremes Callicas in Ionium missas, quæ aut Imperatorẽ ad se adducerent, aut si id fieri non posset, saltem hominem remorarẽtur, quo minùs Ferrariam proficiscereturHarum verò triremium præfectum ita largitionibus corrupit Eugenius, vt relicto concilio, partes suas deinceps secutus sit. Imperator autem Ferrariam ingrediens, non aliter susceptus ab Eugenio est, àc Rom. Imperatores suscipi consueuere. Eugenius autem duas Ecclesias iampridem dissidẽtes, in vnum corpus redigere cupiens, 1438. habita ingenti supplicatione, celebrataque spiritussancti Missa, concilium vnà cum Imperatore græcorum & patriarcha Constantinopolitano ingressus, sedẽte Imperatore condigna sede, alijsque Græcis è regione põtificis: primò quæsitũ est, vellẽntne tam Latini quàm Græci ex duabus Ecclesijs, iampridèm dissidentibus, vnam fieri. Ad quam vocem omnes succlamârũt, placere & velle, modò rationibus illa priùs confutarentur, quę tãtæ discordiæ causa fuerant. Disputabatur quotidiè ea de re ab his, qui tum à Græcis tum à Latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verùm cùm pestis Ferrariæ *inoleuisset, eodemque in loco non sine magna incommoditate starẽtur, Florentiã transferre cõcilium placuit. Interea Philippus ægrè ferens Florentinos, adiuuãte Eugenio atq; adhortante, Franciscum Sfortiam Venetis misisse auxilio, cum his agit, qui in Basileeñ concilio erant, vt Eugenium citarent. Fecere illi id quidem bis tẽrve. Verùm cùm id ex sententia ei non cederet, eò demẽtiæ eos perpulit, vt abrogato Eugenio, Amedeum

*inualuisset,

Pius 2. dicit Eugeniũ nõ sine ratiõe concilium trãstuliſſe.

deum Sabaudię ducem ſocerum ſuum,qui eremitanam vitam ad Ripaliam, cum quibuſdam nobilibus ducebat,pontificē crearent,Felicemq́ue appellarent.Hinc magnę ſeditiões in Eccleſia Dei exortæ ſunt, cùm Chriſtiana reſpublica trifariàm diuiſa,aut Felicem,aut Eugeniū ſequeretur, eſſentq́; qui neutrales vocarentur,quòd neutri obtemperarēt.Eugenius tamen haud animo concidit.Nam habito ſæpiùs cõuentu, diſcuſſaq́; Græcorum & Latinorum contentione,tandem eò ventum eſt, vt Græci rationibus victi,faterentur & ſpiritumſanctū à patre filioq́ue procedere,homouſionq́ue eſſe,non à patre tantùm (vt ipſi credebant) prouenire,vtq́ue in azymo (id eſt,ſine fermento) triticeo pane corpus Chriſti conſecraretur,ac Purgatorij locum eſſe crederent.Poſtremò verò, vt faterentur Romanum pontificem,verum Chriſti vicarium, Petriq́ue legimum ſucceſſorem,primum in orbe locum tenere,cui & Oriētalis & Occidentalis Eccleſia meritò paréret.Abeuntibus autem Græcis,re hoc modo compoſita,Armenij etiam cum fide noſtra cõuenere, ſublatis crebris diſputationibus eorum erroribus,promulgatisq́ue Eugenij literis ſuper ea re, quæ rationem concordiæ oſtenderent, cum inſcriptione, Datum in ſacroſancto œcumenico concilio Florentino,quod in cathedrali Eccleſia habitum eſt, anno Domini 1439. vigeſimaſecunda Nouemb.die.Prætereà verò, vt partes ſuas augendo,Baſileenſe concilium infirmaret, eodem tempore conſiſtorio publico decē & octo cardinales creauit,quorum de numero fuere duo Græci, Rutenus & Nicenus,vt eorum authoritate Græcorū natio in fide contineretur: quæ tamen haud ita multò pòſt in antiquos mores recidit. Interea verò Eugenius, ne rem bellicam ſolam curare videretur, Nicolaum Tollentinatem ordinis ſancti Auguſtini, miraculis clarum,in ſanctos referens, à ſancto Petro cum omni clero ſupplicando, ad ſanctum Auguſtinum profectus,ſolennia ipſe celebrat,adſtāte populo Romano,cardinaliūq́; omnium cœtu. Prætereà verò, pulſis omino à ſancto Ioanne Laterano canonicis ſecularibus,admiſſisq́ue tātummodò regularibus,& porticum illam extruxit, qua ab Eccleſia ad Sancta ſanctorum,*&clauſtrū, vbi ſacerdotes habitarent,reſtituit. Auxit & picturam templi à Martino anteà inchoatam. Prætereà verò ſancti Sylueſtri mitrā *Auinione Romam *Aueniõe delatam, ipſemet è Vaticano ad Lateranum detulit magna cum veneratione & litania ſacerdotum omniū, populiq́ue Romani.At verò idem Eugenius principio pontificatus ſui malis conſilijs ductus,diuina humanaq́ue omnia perturbauit.Nam & populum Romanum ad arma exciuit,& concilio Baſileenſi, vndè infinita mala orta ſunt, authoritatem dedit, approbatis eorum per literas Apoſtolicas decretis. Verùm poſteà ad ſeipſum rediēs, omnia prudenter ac cõſtantiſſimè egit, vir adſpectu inſignis,& veneratiõe dignº, grauis in dicendo potiùs quàm eloquens,modicæ literaturæ,multę cognitionis,hiſtorię præſertim.Liberalis in omnes,tum vel maximè in literatos,quorum familiaritate delectatus eſt.Ad iram nõ facilè mouebatur ob iniurias illatas,& maledicentiam hominum,aut mimos aut dicteria ſcribentium. Gymnaſia autem omnia quàm diligentiſſimè fouit,maximè verò Romanū,ad quod omne genus literaturæ adhibuit. Religioſos mirum in modum dilexit, eosq́ue opibus & immunitatibº auxit. Exornare quoque Eccleſiam Dei ſacellis & ædificijs eſt annixus,vt ex capella pontificia & æneis S. Petri valuis apparet.Moritur autem vir ingenio & rebus geſtis inſignis ætatis ſuæ anno 64. pontificatus verò decimoſexto, 7. Kalendas Martij, anno Domini 1446. ſepeliturq́; in Baſilica ſancti Petri ſepulcro marmoreo. Vacat tum ſedes diebus 12.

Germani ſe neutrales præbebant, ſed poſteà ad Eugenium acceſſerūt

BENEDICTO DE ACCOLITIS Rauennati archiepiſcopo, Bartholomæus Abramus Creteñ, prę-ſul Arieñ, Salutem dicit:

COgitanti mihi, præſul humaniſſime, quonam pacto tibi ſacrarū literarum ſtudioſiſſimo,ac omni virtute prædito, pro tuis in me maximis meritis aliqua ex parte gratias referre poſſem, tu ſanè longè aliud molienti,quaſi obuiàm prodiſti: vtq́; generalis octaui concilij,iampridem Florentiæ habiti,acta è Græco in Latinum ſermonem verterem, mandaſti: quæ quidem neſcio,qua de cauſa Latinitate donata nõ extent,cùm memorię proditum ſit,duos ſcribas Græcos totidemq́; Latinos, qui eidem interfuêre cõcilio,ea ipſa Græcis Latinisq́; literis diligentiſſimè conſcripſiſſe. Sed id alij viderint.mihi autem Græco homini,literisq́ue Latinis non ſatìs erudito,onus tātum ſubijſſe,non mediocris negocij viſum fuit,preſertim non inſcio,multa ſcientiarū genera in ipſis actis diſſeminata eſſe, quæ niſi quis mediocriter ſaltem calluerit, acta ipſa nequaquàm intelligere, nedum Latinis benè tradere poſſit. Quis enim ſummā in ipſis Theologiam deſiderabit? Vbi primò ſubtiliſſimè diſputatur, an Purgatoriū ſit,Et quidnam ſit,Et,an animæ ſanctorum felicitatem ſuam abſque corporibus ſuis aſſecutæ ſint:deinde, an poſteriores œcumenicæ ſynodi,priorū actis quicquam addere, vel ab eis auferre poſſint: &,an Romanæ Eccleſiæ abſq; generali ſynodo particulam illam, EX FILIOQVE, ſymbolo licuerit addere:quod quidem & ipſi facere licuiſſe,necnon ad Romanum pontificem

Octaua ſynodus rectiùs dicit habita Cõſtantinopoli, qua reſtitutus eſt ſedi ſuæ Ignatius.

ficem ritè pertinere, ambigua in fide, abſtruſaq́ue declarare,ac œcumenicam ſynodum iniuſſu eiuſdem Romani põtificis celebrari non poſſe:Romanam denique Eccleſiam,caput & principem cæterarum Eccleſiarum exiſtere,probatum ac ſuſceptum ab ipſa ſynodo eſt. Vbi præterea, perquàm ſubtiliſſimè diſputatur, an ſanctus ſpiritus ex patre,nulla facta de filio mentione, vt Græci,vel ex patre filioq́; (vt Eccleſia Romana aſſeuerabat) procedat. Poſtremò, an Græcis liceat pane fermentato ſacrificare. Prætérea,quis vel naturalē philoſophiam, vel metaphyſicam in eiſdem actis deſiderabit,in quibus de Dei filij generatiõe, de diuinarum perſonarū diſtinctione,ac ipſarum relatione ſubſiſtentiaq́ue acutiſſimè pertractatur? quis denique ſine dialectices ac Rhetorices arte luculentiſſimas illas rationes benè percipere poſſet, quas & Iulianus ille cardinalis ampliſſimus, ex nobiliſſima Cæſarinorum familia ortus, pro Romana Eccleſia, & Beſſarion tunc Nicenus archiepiſcopus,quem deinde ob diuinum eius ingenium, multiplicemq́ue doctrinā, Eugenius quartus pontifex maximus, ampliſſimorum S.R.E. Cardinalium collegio conſenſu omnium cooptauit, in eodē ipſo concilio habuere. Tantam ergo prouinciā aggredi meus animus mirum in modū extimeſcebat. Verùm quid facerem, cùm niſi tibi ſaltē obſequio ſatisfeciſſem, acerbam mihi vitam viuere viderer? Hinc factū eſt, antiſtes humaniſſime, vt iuſſa tua, quibus apud me nil eſt validius,animū meū impulerint,vt audacia quadā rem tantā meis viribus imparem ſim aggreſſus: qua tamē in re ſummo ſtudio, vel potiùs ſpirituſſancti (de quo agebatur) benignitate,mihi videor effeciſſe,vt quanuis elegās ſtylus ab elegātiſſimo ingenio tuo deſiderari poſſit, quæ tñ literis non minùs barbarè q̃ confuſè relicta fuerant, ita vt vix intelligi poſſent, ea fideliter explicauerim, ac dilucidè literis Latinis (quātùm Greco homini licuit) mādauerim, vt quiſq; vel mediocriter bonis literis eruditus,acta ipſa ſine vlla difficultate intelligere poſſit.Multa quoq; ſuperuacanea,&nihil ad hanc diuinam rem facientia,volens prudensq́; præterij, ne lectoribus faſtidio eſſent. Nam Græci ſcribę ludos ſingulos & honores,qui Conſtantinopolitanū Imperatorem, primò magnificētiſſimi Veneti, deinde Ferrariæ prudentiſſimus ille marchio, poſtremò nobiliſſimi Florentini proſequuti fuerint, teſtatos literis reliquerunt,& actibus diuini concilij ineptiſſimè inſeruerunt.His igitur,atq; nõnullis priuatis ipſorum Græcorum inter ſe diſceptationibus & controuerſijs, ad rem neutiquàm pertinentibus (vt prædictū eſt) prætermiſſis, publicas tantùm eorum cum Latinis diſputatiões & cõtrouerſias, fideliter ac verè de verbo (vt tute vtriuſq; linguę ſtudioſiſſimus,æquus iudex poteris eſſe) è Greco in Latinum ſermonē conuerti Necnon tertium magni Baſilij in Eunomiū de ſpirituſſancti proceſſione ſermonem, olim à Georgio Trapezūtio Creteñ cõuerſum, quo ſynodus ipſa vehementer innixa fuit, & quandam ipſius Beſſarionis orationem, ab eodem dogmaticam nuncupatā,ac eiuſdem nominis epiſtolam, quas ipſemet poſt multos annos in Latinū traduxerat, vt ipſa eadē acta clariſſima redderentur,huic operi addidi. In quo quidem doctiſſime pontifex, & tuum erga ſacras literas ſtudium ſummoperè laudabitur, quòd diuinū hoc opus obliuioni iam traditum, te authore in lucem prodierit,& ſumma mea in te obſeruantia, cæteris quoq; mortalibus innoteſcet,quòd,te iubente,oneris tantum ſubierim,ac te efflagitante,ad metam vſq; peruenerim.Rogo igitur te,vt meas huiuſmodi lucubrationes, qualeſcunque ſint, tuis auſpicijs inceptas atque confectas, ac tuo nomini conſecratas,ſuſcipere,amplecti,foueréque non dedigneris. Vale.

AC LECTOREM.

Res noua,res vetº eſt,res Græca eſt,reſq́; Latina eſt:
Sancta refert,ſed non omnia ſancta refert.
Ar dices: quorſum hæc tēdunt pugnantia? nēpe huc,
Hoc vnum,ne vnum hoc eſſe putāris,opus.

LECTORI CANDIDO F. LAVRENTIVS SVRIVS.

QVid Græcis in mentem venerit, vt hanc Synodum Florentinam, octauam nuncuparent, docti viri admirantur. Poterat aboleri numerus ille, ſed ne id temeritati tribueretur, relinquere illum maluimus, contenti admoniſſe Lectorem, non rectè dici octauam, quam aliquot aliæ inſignes Synodi generales poſt alteram Niceæ habitam, quæ ſeptima numeratur, anteceſſerint. Vale.

CONCILIVM FERRARIAE INCEPTVM, FLORENTIAE PERACTVM, tempore Eugenij papæ quarti.

FErraria, non quidem vetus admodùm, sed insignis Italiæ vrbs, potens & ampla, mercibus frequens, Pado fluuio adiacet. Sunt in ea præclaræ ædes, longæ & latæ viæ, multa hominum frequentia,

Porrò Florétia Hetruriæ florentissima vrbs est, quam fluuius Arnus intersecat. Habet & ipsa pulcherrima ædificia, & vt ampla inprimis, ita vsq; adeò populosa est, vt quidam annotarint anno Christi 1400. ad hominũ 30000. in ea ex peste obijsse. Meminit eius Ptolemæus lib. 3. cap. 10. & Antoninus in Itinerario.

ACTA GENERALIS OCTAVAE SYNODI, È GRAECO IN LATINUM traducta, interprete Bartholomæo Abramo Cretensi, præsule Arienſi.

ANno Domini nostri Iesu Christi M. quadringẽtesimo trigesimo octauo, die verò quarta mẽsis Martij, pontificatus Eugenij Papæ quarti anno septimo, Ioãnes Palæologus sereniſſimus Cõstantinopolitanus Imperator, ad celebrandam octauam œcumenicã synodum, ad Francolinum Ferrariæ vicum triremibus inuectus est. Quò statim Nicolaus ipsius Ferrariæ marchio, vnà cum suis præstantioribus ciuibus, ac pontificibus oñibus, qui cum summo pontifice Imperatorẽ ipsum Ferrariæ expectabant, obuiã prodijt, ac ipsum equo insidentem, vnà cum sedis Romanæ legato, qui cum Imperatore Cõstantinopoli venerat, ad vrbẽ & palatiũ, vbi ab ipso summo pontifice, oñibusq; cardinalibus expectabatur, magna pompa deduxit. Quem cùm summus pontifex iam aduẽtare sensisset, surrexit, & lento gradu inambulare cœpit, ac ipsum paulo ꝓcul à sede sua excepit, & volentem genu flectere, minimè permisit, sed stantẽ amplexus fuit, ac ei dexteram osculandam dedit, ipsumq; à sinistra proximum sibi consedere voluit. Posteà verò Imperator surrexit, ac sua in sede stans, à singulis ampliſſimis cardinalib' honorificentiſſimè fuit salutatus. Habitoq; in conſessu cum summo pontifice breui secretoq; colloquio, vterq; surrexit. Et pontifex summus in eodẽ palatio, vbi habitabat, remansit Imperator verò ad aliud ornatiſſimũ pompa eadem iuit. Porrò autem quatuor post dies Ioſephus sanctiſſimus Cõstantinopolitanus patriarcha cũ maiori parte suorũ põtificum, (nam cæteri cũ Impatore fuere) cymbis multis ornatiſſimisq;, Venetijs Ferrariam aduenit. Cui quidem è cymba exeũti quatuor ampliſſimi cardinales & ipse marchio, necnon ad 25. Occidẽtalis Eccleſiæ ꝓsules obuiàm iere, ac ipsum equitẽ mediumq; inter duos ampliſſimos cardinales, magna etiam pompa ad palatiũ comitati fuere: vbi pontifex summus stans in sua sede, ipsum amplexꝰ, & in gena osculatus est. Ipsis deinde consedentibus, Orientales antistites dexterã simul & genam summi pontificis, cæterorum verò Græcorum alij dexterã, alij pedem tãtùm osculati fuere. Qua quidem salutatione facta, põtifex summus in cubiculum se recepit: patriarcha verò, eodem quo venerat ordine ac pompa, domũ sibi paratiſſimã venit. Proxima verò dñica, quindecim Græci sacerdotes domi Imperatoris iussu eius Missam soléniter celebrârunt. Vbi etiam marchio cũ suis ciuibus adfuit, & panem benedictũ per patriarchę dexteram, more Græcorũ, accepit atq; libauit. Nonnullis deinde pòst diebus Imperator à summo pontifice contendere cœpit, vt quẽadmodùm ei ꝓmiserat, non solùm pontifices & abbates, verumetiã reges & duces, ac cæteros Christianorum principes ad synodũ conuocaret. Quod q̃dem tametsi summo põtifici propter ipsorum principũ discordias factu difficile videbatur, vt ad synodum conuenirent, se tñ operam daturum promisit, vt principes ipsi conuocarentur. Continuoq; nuncios & literas ad eos misit, vt intra menses quatuor vel ipsi adessent, vel suos vicarios mitterẽt. Porrò autẽ post aliquot dies tam Græcis q̃ Latinis maius operæprecium visum fuit, vt edicto publico synodus conuocaretur, hac conditione, vt nisi principes ipsi venirent, vel suos nuncios mitterent, synodus tamẽ ipsa celebraretur, ac in ea de quibusdã dogmatibus ageretur, & siue Græcorũ & Latinorũ coniunctio fieret, siue nõ, adhuc tamẽ synodus summa pace dimitteret. Dum autẽ hæc geruntur, quæsitum fuit, quonam ordine sedes in synodo disponi deberent, qua de re non mediocris inter eos controuersia fuit orta. Nam summo põtifici videbatur conueniens esse, vt Imperator ac patriarcha cũ suis hominibus à sinistra templi parte, & occidentales põtifices à dextra, ipse verò in capite medius inter vtranque partem sederet. At Imperator dicebat locũ ipsum sibi potiùs q̃ summo pontifici cõuenire. Post longas autem ✻discrepationes, lectis cæterarum synodorum gestis, oñes in vnam sententiã iuére, vt summus pontifex ac omnis occidentalis Eccleſia à dextra tẽpli parte, Imperator autem cum orientali Eccleſia eregionè à parte altera cõsederet. Igitur in basilica diuo Georgio cõsecrata, à dextra parte apud maius altare pontificia sedes, & proxima ei, paulo tamen inferior, Romanorum, vel (vt Græci dicebant) Germanorum Imperatoris sedes disposita fuit, quæ semper propter eius absentiam vacua stetit. Apud autem ipsam ampliſſimorũ cardinalium, deinde archiepiscoporũ, & episcoporum Occidentalis Eccleſiæ, qui ad centum & quinquaginta præter protonotarios & abbates ac alios clericos, qui multo plures fuere, locus ordinatus fuit: eregione verò summi pontificis, vt pauloantè dictum est, Constantinopolitani Imperatoris eminens quidẽ vt pontificia, & illi ꝓxima à sinistra, paulo tamẽ inferior, patriarchalis sedes collocata fuit. Et apud eã eodẽ ordine, legatorum trium cæterorũ patriarcharum, deinde aliorum * Occidentalium patrum, ex quibus duo ex Iberia venere, sedes fuerunt disposítæ. Nam à dextris ipsius Imperatoris, Demetrius Despotus frater eius, infimo gradu subsedit. Ante verò maius altare aliud altare fuit erectum, ac super eo inter beatorũ apostolorũ Petri & Pauli capita, sanctorum Euangeliorum liber, ac ante ipsum duo accensa candelabra fuere posita. Quibꝰ ita dispositis, ac omnibꝰ præparatis, ad diem 9. mensis Aprilis, quæ quidem feria quarta maioris hebdomadę fuit, cardinales ac omnes antistites vestibus sacris induti, vnà cũ summo pontifice ac Imperatore templum illud introiêre, ac suis in locis, absente ob valetudinẽ patriarcha, paululùm consedêre, deindeq; surrexêre, summusq; pontifex orare cœpit: quibusdã denique psalmis, hymnis, ac precibus hinc indè decantatis, omnes iterum consedere iussit, vt consentiente Imperatore, absentis patriarchæ consensus, & suum edictum ex suggestu recitarentur. Itaq; Scriba quidam alta voce consensum ipsum in hac forma perlegit.

Legendũ videtur, Orientalium

for. ✻discrepationes,

CONSENSVS PATRIARCHAE Constantinopolitani; vt œcumenica synodus Ferrariæ celebraretur.

IN nomine sanctiſſimæ vitæq; principij Trinitatis, patris & filij & spiritusſancti, duo Christi membra, Latinorum videlicet & Græcorum, ad sanctam & œcumenicam synodum conuocandam, hodiè conuenerunt, ita vt beatiſſimus ac summus põtifex, & sancta Romana Eccleſia ex vna, & sereniſſimus Imperator cum tota Orientali Eccleſia ex altera parte concordes sint, vt hîc Ferrariæ in D. Georgij templo, in loco sanè tutiſſimo, generale concilium celebretur, edicentes, vt infra quatuor mensium spatium ab hoc die connumerandorũ, omnes Christiani, qui conuenire velint, præsertim reges & principes, ac omnes pontifices, & cæteri clerici, qui Basileam vel Romam ad celebrandum concilium profecti iam sint, vel in posterũ proficiscí velint, huc debeãt conuenire. Qui verò venire neglexerit, nisi huius futura decreta cõcilij susceperit, ac probauerit, anathema esto. Doctores autem, vel alicuius dignitatis homines, nisi conuenerint, vel suos vicarios miserint, vel saltem literis ipsa eadẽ futura decreta laudauerint, & approbauerint, anathemate sint deuincti. Quæ quidem pœna, summi pontificis iussu, de regibus & ducibus, ac cæteris Christianorũ principibꝰ intelligi quoq; debeat. His tamẽ liceat, si voluerint, locum alium nominare, vbi synodus vel celebraretur: ita tamen, vt ipsa synodus de tali loco considerare, ac decernere valeat. Datum Ferrariæ, anno 1438. die verò nona mensis Aprilis. Post hæc pontificis summi decretum à præsule Gradeñ Latinè, à Dorotheo verò Mityleneñ Græcè fuit recitatum in hoc tenore.

Decretum summi pontificis.

EVgenius seruus seruorũ Dei, ad æternam rei memoriam. Magnas omnipotenti Deo gratias oportet nos agere, qui antiquarum suarum misericordiarum non immemor, Eccleſiam suam continuò reddit ampliorem. Quam quidem etsi laborare, multisq; tempestatibus fluctuare permittit, nunquàm tamen submergi patitur, verùm à fluctibus & magnis æstibus maris reseruat, & pro suo erga genus humanum amore, inter multos & varios casus & calamitates, virentem semper fouet, ac magis vigentem reddit. Eccè enim Orientales & Occidentales populi iamdiu inter se dissidentes atq; disiuncti, ad pacem atq; cõiunctionem conuenire festinant. Quippe qui discordes iam & inimici, tandem post multos annos, fauente Deo, ex quo omne datũ bonum, sanctę coniunctionis desiderio affecti, in hunc conuenere locum. Nostræ igitur seruitutis ac totius Eccleſiæ opera est, & esse credimus, tentare pro viribus, vt hæc principia tam felicia, studio nostro ita felicem exitum consequantur, vt Dei gratiæ cooperatores esse, dicique mereamur. Cùm itaq; dilectiſſimus filius noster Ioannes Palęologus Constantinopolitanus Imperator, vnà cum pijſſimo frate nostro Ioſepho patriarcha Cõstantinopolitano, necnon cæterorum patriarcharum legatis, ac multis ampliſſimis metropolitis & episcopis, ac alijs ordinibus Eccleſiaſticis & viris nobilibus, ad octauum diem proximi mẽsis Februarij Venetias aduenerit, nobis id, quod alijs etiam ex locis anteà fecerat, cõtinuò literis suis significauit, se quibusdam de causis non alienis à ratione, Basileam, vbi synodus celebranda erat, ire nõ posse, idq; his, qui ibi iam essent, scripsisse, notumq; feciſſe: volens propterea & contendens, vt ipsa synodus huc Ferrariam transferretur, & hîc tam pium negocium concluderetur. Nos igitur, quibus sancta Christianorum coniunctio cordi mirum in modum est, quiq; ipsam celerrimè con- Iacob. 1. c

ficere cupimus, decretum Basileen̄ concilij de celebrando generali Concilio, Græcis volentibus promulgatum ac editum, & à nobis posteà Bononiæ, præsentibus ipsius Imperatoris ac patriarchæ oratoribus, susceptum & approbatum, quæq́; ad præsens sanctæ coniunctionis negocium spectent, pro nostra seruitute volẽtes exequi, vt debemus, ac cupientes ipsum ad conclusionẽ perducere, omni modo & forma, quibus possumus & debemus, præsentibus & consentientibus Imperatore ac patriarcha, & cæteris hîc ad celebrandam synodum congregatis, notũ facimus & declaramus, prædictam synodum hîc Ferrariæ, qui quidem locus liber & tutus est, celebrandam esse, & sic ab omnibus existimari ac dici debere, sperantes hîc absq́; discordia & contentione, aliáve mœstitia, sed potiùs amore summo diuinã ipsam pacem, & cætera sancta opera, pro quibus synodus cõuocatur, tractari, Deoq́; placato ac fauente, feliciter confici posse. Datum Ferrariæ, die 9. mensis Aprilis, anno 1438. pontificatus nostri anno septimo. Quo quidẽ decreto recitato, vnus ex Latinis, & alter ex Græcis surrexit, & quisq; suos interrogauit, an eis placerent, quæ recitata fuere. Qui cùm eadem sibi placere respondissent, partium ambarũ consensum literis mandârunt, ac, Deo peractis gratijs, discesserũt. Elapsis autem diebus paschalibus, Occidentalis Ecclesia, ne tempus fruſtrà contereretur, incepit contendere, vt priuatim de spiritussancti processione leuiter agerent, donec qui essent venturi, conuenirent. Orientali verò Ecclesia respondente, alienum esse à ratione, vt absentibus his, qui Basileã ad celebrandam synodum iam cõuenerant, quicquam tractaretur, post multam cõtentionem decreuerunt de Purgatorio ac alijs quibusdã Ecclesiasticis quæstiunculis disputare, donec tempus synodi celebrandæ veniret.

Itaque Latini duos amplissimos cardinales & duos archiepiscopos, & duos episcopos, & duos abbates, & duos monachos, & duos notarios: Græci verò, pontifices sex & duos abbates, & duos crucesignatos, ac duos notarios elegerunt, qui bis hebdomada quaq; ad diui Francisci templum ad disputandum conuenirent. Qui cùm ad diem quartam mensis Iunij conuenissent, Latini quæstionem de Purgatorio proposuerunt, ac ita dixerunt:

Quæstio de Purgatorio.

Latini. NOs ignem, Patres amplissimi, in hoc mundo credimus esse, quo quidem animæ peccatis leuioribus, vel (vt vulgò dicitur) venialibus obnoxiæ, coadiuuante Ecclesia, sacerdotũ precibus, Missis, ac eleemosynis expiantur. Nam sanctorũ & iustorum animas in cælo esse, ac Trinitati assistere, suam deniq; felicitatem consecutas esse, nemo dubitat. Animas verò eorũ, qui sine pœnitudine mortẽ obierint, in inferno vnà cum Iuda pœnas æternas luere profitemur, ita vt tria mortuorum loca simpliciter sint. Vnus quidem sanctorum, quod cælum creditur esse. Alter delinquentium, qui sunt inferi. Qui verò confessi, sacratissimum Christi corpus, absque tamen pœnę præuia satisfactione, sumunt, continuoque moriuntur, hi dubio procul in supradicto igne, quod Purgatoriũ appellari solet, purgantur. De quo quidẽ igne Paulus ad Corinthios scribit: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et paulò infrà: Ipse autẽ saluabitur, sic tamen quasi per ignem. Hæc Latini. Græci autem ita responderunt: 1.Cor.3. c

Græci. Quæcunq; Patres amplissimi protulistis atque citastis, Orientalis Ecclesia profitetur, quanuis inter Græcos & Latinos parua sit differentia: Vestram ergo sententiam literis tradite, quod ipsi quoque facturi sumus, vt in quonã à vobis differamus, palàm fiat. Quæ cùm audissent Latini, magno affecti gaudio, gratias Deo egerunt, & datis literis, discesserunt. Ad 14. autem diem eiusdem mensis iterum conuenerunt. Et Græci, Pauli dictum longè aliter exposuerunt, ac suam expositionem ita literis mandârunt: Paulus ad Corinthios scribens, Patres Amplis. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum, argentũ, lapides precioſos, ligna, fœnum, stipulã & reliqua, hominum vitã & opera intellexit, videlicet, an prauæ studioſæve sint, ita, vt cuius opera in igne cõbusta permanserint, is bonus censeatur, ac operum suorũ mercedem accipiat: cuius autem opus arserit, id est, cuius opera friuola fuerint combusta, ipse detrimentum patietur, hoc est, damnabitur & saluus erit: sic tamen, quasi per ignem, id est, in igne semper saluabitur, in eo luens pœnas æternas, ita vt ignis ipse, de quo Paulus loquitur, non purgatorius, verùm æternum supplicium sit, de quo etiam inquit Euangelista, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Nam ipsi Purgatorium, non ignem, sed obscurum quendam locum, ac laborum plenum, esse censemus, in quo quidem existentes animæ, lumine diuino priuantur, donec coadiuuante Ecclesia (vt suprà dictum est) expientur ac liberẽtur. Sic ergo sentimus de Purgatorio. Sed in alio quoque differre videmur: ipsi nãq; tenemus, obnoxias animas & grauioribus ac (vt dicitur) mortalibus peccatis affectas, non satìs perfectè in præsentia mulctari. Sed posteaquàm cum suis corporibus resurrexerint, fore, vt perfectissimas pœnas pro suis delictis luant, quemadmodùm etiam iustorum & sanctorum accidit animabus: quippe quæ bono quodam imperfectè fruantur: post verò suam resurrectionẽ felicitatẽ sibi debitã consequantur, vt Paulus inquit: Ethi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. vos autem non ita sentire videmini. Idcircò vestram (si lubet) sententiam dicite. Græci. 1.Cor.3. Matt.25.d

Latini. Nos animas delinquentes, absq; corporibus suis, Patres amplissimi, non perfectè puniri, vt ipsi quoque tenetis, credimus: ita vt in hoc benè conueniamus: iustorum autem ac sanctorum animas, quatenùs animæ sunt, perfectam suam felicitatem assecutas esse censemus: ita tamen, vt aliã cum suis corporibus perfectionem expectent, qua quidem perpetuò fruantur.

Græci. Tum Græcorum alij cum Latinis, alij contrà (vt suprà dictum est) sentientes, partes in duas diuisi fuere, quorum omnium sententijs hinc indè literis traditis, conuentum soluerũt. Deinde ad 25. & ad 27. diem mẽsis eiusdem iterùm cõuenerunt, ac *eadem met repetierunt. Nam Latini dictum Apostoli sic exponebant: ¶Nos quãpluribus alijs authoritatibus, Patres Amp. adducimur, vt credamus illud Apostoli, Saluus erit quasi per ignem, pro Purgatorio, nõ autem pro igne perpetuo, capi debere, iuxta illud Prophetæ: Salua me Domine, quoniam defecit sanctus. Et alibì: Salua seruum tuũ Deus meus sperantem in te. Et, Dñe Deus virtutum, conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Petrus autem timens ne submergeretur, dixit: Domine, salua me. Christus verò extendẽs manum, accepit & saluauit ipsum. Et, Salua Deus populũ tuum. Verbum ergo, saluare, Patres Amp. sem per ad bonam partem accipitur, nisi huius oppositum demonstretis. *for ipsa Latini 1.Cor.3. c Psal.11.85.79. Matt.14.d

Græci Græci verò tergiuersantes, se suas sentẽtias literis daturos responderunt. Nolebãt enim suam sententiam explicare. Sed ita leuiter disputabant, vt tempus protraherent, donec frequens synodus conueniret. Ad 21. verò diem mẽsis Iulij, Imperatoris iussu patriarchæ domum cõuenere, vt decernerent, quidnam Latinis de quæstione secunda respondere deberẽt, vbi diuersa (vt paulo ante dictum est) sentire visi fuerunt. Tandem post multa, Imperatore ac patriarcha præsente, omnes in eam sententiam iuerũt, iustorum ac sanctorũ animas perfecta frui felicitate, perfectiori tamen cum suis corporibus, quũ resurrexerint, fruituras: quũ etiam vt sol vel lumen resplendeãt, quemadmodùm Iesus Christus Dominus noster in Thabor monte resplẽduit. Dum autem hæc agerentur, terror magnus Græcos inuasit. Nam morbus quidam vehementissimus Ferrariam affligere cœpit, ita vt mortẽ ferè subitam Ferrarienses obirent: quo magìs etiam Græci territi fuere, quòd morbo eodem Dionysius præstantissimus ille Sardensis præsul, non sine Græcorum omniũ luctu, obijt. Dei tamen benignitate nemo alius ex Græcis, tum mortuus fuit. Porrò autẽ iam mẽsibus quatuor elapsis, vrgebãt Græci, vt synodus celebrari, sessionesq́; fieri inciperentur, tametsi nemo eorum, quos expectarent, conuenerat. Quibus quidem Græcis summus pontifex æquo animo satisfecit, dicens: Vbi ego & Imperator ac patriarcha sumus, ibi Christianorum omnium synodus esse creditur: præsentibus præsertim cæterorũ patriarcharũ legatis, nostrisq́; cardinalibus. Timebant autem Græci multitudinem Latinorũ, propterea quòd suas sententias suffragijs declarare solebãt. Hoc tamen metu solutis Græcis, vt nõ suffragijs vterentur, verùm quisq; suam sententiam proferret, communi omnium sentẽtia fuit decretum, vt sessiones inciperẽt celebrare, ac in primis de duabus quæstiõibus agere: an fas sit, diuino symbolo quicquã addere, & an additio iam facta, EX FILIOq́;, pia sit. Porrò autem, quoniam summus pontifex laborabat podagra, & ad basilicã, vbi synodi locus (vt suprà dictum est) paratus fuerat, nequaquam ire valebat: idcircò decretum ab ipsa synodo fuit, vt in sacello palatij, vbi summus pontifex habitabat, sessiones celebrarent, & octaua die mẽsis Octobris inciperent. In eo igitur loco non aliter q̃ in cathedrali Ecclesia, sedes fuere dispositæ: quarum equidem ordinem, breuitati studens, non repetã: silentio tamẽ neutiquam præteribo, duces, marchiones, comites, equites, ac ciuitatũ cùm aristocraticarum, tum democraticarum oratores, ante summi pontificis & Romanorum Imperatoris sedem subsediſſe. Eregionè aũt apud patriarcham, trium œcumenicorum patriarcharum legatos paulo inferiùs, reliquos deinde pontifices Græcos consediſſe, crucesignatos verò, & reliquos Græcos nobiles, à dextra Imperatoris versus sacrarium subsediſſe. Nam Demetrius Despotus Imperatoris frater, prope dexteram eius, multo tamen eo inferiùs consedit. Sedem autem patriarchæ, quanuis pontificiæ Imperatoriæq́ue sedis, quæ quidem æqualiter eminentes fuere, paulo inferior fuerit, simili tamen ornatu decoratam fuiſſe. Patriarcharum verò legatos, fuiſſe Antonium Heracleensem, & Gregorium venerandũ, ac magnum confessorem pro Alexandreo, & Marcum Ephesium & Isidorum Rutenum pro Antiocheno, Dositheum verò Monembasiensem, ac Dionysium Sardensem, qui mortem obijt, pro Hierosolymitano. Cæterorum autem Græcorum pontificum, & aliorum clericorum nomina hîc prætereo, quandoquidem ipsa in vnionis literis subscribam. Ante verò maius altare, quod (vt suprà dictum est) disposĭtum fuit, à Latinorum parte sex eorum doctores, à parte autem altera sex alij ex Græcis consederunt, qui quidem ad disputandum à suis selecti fuere, videlicet ex Græcis Marcus Matt.17.a

Ephesius, & Isidorus Rutenus, & Bessarion Nicenus, & Theodorus Xanthopolus, cognomento Siderophas, magnus sacrista, & Siluester Balsamorum magnus bibliothecarius, ac Georgius Gemistus. Ex Latinis autem Nicolaus tituli sanctæ Crucis presbyter Cardinalis, & Iulianus Cæsarinus tituli sanctæ Sabinæ, item presbyter cardinalis, & Andreas Archiepiscopus Colossensis, & Foroliuiensis antistes, ac duo Monachi in Theologia præclari. Quibus omnibus ex ordine (vt prædictum est) consedentibus, Latini pro sua in Græcos beneuolentia concesserunt ipsis, vt primi exordirentur. Bessarion itaque facundissimus orator, impetrata priùs ab Imperatore ac patriarcha facultate dicendi, Græcam luculentissimam orationem habuit.

Die Mercurij 8. mensis Octobris, Anno millesimo quadringentesimo trigesimooctauo, Sessio prima Ferrariæ.

BESSARIONIS TVNC ARchiepiscopi Niceni, deinde verò S. R. E. cardinalis oratio, in octauo Concilio Ferrariæ habita, eodem Bartholomæo antistite interprete.

NAuantes in rebus arduis operam, nō modò cùm ex eorum anni sententia rerum ipsarum exitum assecuti sunt, verùm etiam cùm res ipsas aggrediuntur, ac in earundem initijs versantur, magnam capiunt voluptatem: cuiusuis enim rei principium non parùm posse, forsan necesse est, Idq; propterea totius facti dimidium, cōmuni doctorū sententia esse dicitur, quòd si quispiam quicquam inceperit, faciliùs finem eius consequatur, quàm prorsus homines pigri rem ipsam auspicentur. Porrò autem nostrum, diuini huiusce muneris principiū, alijs cuiusuis rei principijs multo magis conducere posse sperandum, ac exitum bonum portendere credendum est. Id quidem diuinæ credentibus promissioni, Deum ipsum nobiscum esse, quo quidem præsente, nequicquam nobis desperandum est: hoc autem ab his est censendum, qui ex rebus præteritis magnam de futuris faciunt coniecturam. Membra enim Ecclesiæ tam diu ita disiuncta fuere, vt non modò conuenire, verumetiam coniunctionis nomen sentire, mirum in modum abhorrerent, ac potiùs eligerent, in proprio incommodo permanere. Nunc autem ea de tanto affecta desiderio sunt, vt tametsi multæ res ipsis sint impedimento, remotis nihilominùs omnibus, summo studio in cōficiendam pacem incumbant. Quis igitur hæc non censeat diuino numini adscribenda? Quis deinde non speret ex his magnum commodum posse consequi? Hæc igitur dies iucunda & læta est, & nobis conuenit exultare, ac in spiritu gaudere. Nam illustrium rerum exitus, illustria solent habere principia, vberrimarumq; frugum multæ primitiæ sunt. Machinationes iam & insidiæ, ac doli, quibus noster hostis acerrimus nos ita cōplicuit, vt amici fratresque, immò vnius ipsius capitis membra partesque, necnon illius pastoris grex, inter nos certaremus, dissolui & explicari ac derui videntur incipere. Ipsa verò seiuncta confractaque membra, coniungi atque vniri, & vno ac eodem angulo fulciri cupiunt atque contendunt. Propterea quehi patres vnanimes, pariq; studio frequentes huc conuenêre, non planè curantes quauis in causa victores euadere magis, quàm victi succumbere: quandoquidem si eo animo essent, Christi discipuli, probive viri non censerentur, verùm homines seditiosi, ac sibi suisque voluptatibus tantummodò indulgentes, maximo sanè veritatis cognoscendæ desiderio sunt affecti, etiam si cedere debeant. Nam sine veritate nullo pacto victoriam vellent cōsequi. Quapropter necesse est, vt veritas omnibus pateat, ac cæteris rebus præstet & dominetur, & se perturbantes conculcet, atque cunctorum mortalium insideat animis. Mendacium autem cum his, * qui ab ipso dependent malis, procul ab hominibus latitet: & ijs tantum dominetur ac imperet, à quibus vt parens colitur, quique (ipso duce) omnia dicunt & audent. Quis, obsecro, quicquam aliud huius nostri muneris simile proferre, vel præteritorum aliquid præsentibus his rebus æquiparare poterit? Recedant igitur vetera, & noua sint omnia: Omnes exultemus ac gaudeamus in spiritu, omnes Seruatori hymnum canamus, & pro his rebus gratias ei agamus, eūdemq; religiosissimè imploremus, vt exitū initij huiusmodi congruum concedat. Porrò autem oportet, vt quisq; nostrûm, quæ ad huiusmodi finem pertineant, & sacræ Ecclesiarum coniunctioni expediant, pro suis viribus conferat. Sanè omnia sunt tentanda atq; tractanda, nil prorsus omittendum, non studio, nō diligentia, nō officio, non denique laboribus est deficiendum. Repetendum præterea nobis memoria est, non tantùm oportere DEVM ipsum precari, verumetiam ei ministrare. non enim omnia ab eo nobis speranda essent, nisi ipsi quoque insudaremus. Nanque nostris precibus prorsus contrarium videretur, si DEI auxilium implorantes, nil dignum operaremur, quare id agere ac nobis auxilio esse deberet. Quod si fecerimus, nobis profectò fauebit, ac sese benigniorem, alacrioremq; fautorem ad finem vsq; præstabit. Seruator DEVS, vtinam fiat, vt in eam diem viuamus, ac diem triumphalem & celebrem hymnum tibi cantemus, atq; à te vno, eodemque patre custoditi, idem tibi

* quæ

Ad Deum patrem.

tibi melos canamus, ac vna eademque harmonia coniuncti, sub te solo capite viuamus, spiremus, moueamur, ac illud idem vnumque velle & nolle sentiendo ac proferendo, vnum simus. Christe rex omniū, te ipsum solum regem nostrum esse volumus ac obtestamur, qui teipsum pro nobis reis & obnoxijs redemptionis precium dedisti, tuoque preciosissimo sanguine à tyranno nos redemisti & eripuisti. Fac igitur vt vnum tuum ouile simus, ac ne patiare, vt tui cùm simus omnes, disiuncti inter nos dissideamus, neq; decertantibus nobis te ducem præbeas, nec denique parti decertare voléti faueas: verùm vtriq; simul parti auxilio sis, quandoquidem pro vtraq; parte teipsum tradidisti, effusoq; tuo sanguine partem vtranque redemisti. Nobis obsecro communiter annue, communemque nobis te præbeas adiutorem, ac nos proportione quadā in te, relatione verò ac habitudine inter nos dispositos, ad teipsum vnum eundemque nostrum institutum finem adducito, neutiquam permittendo, vt inter nos diuisi atque seiuncti maneamus. Ex eo nanque necessariò id acciderit, vt simul cum cæteris mortalibus tanto ac tali frustraremur fine. Sancte spiritus, gratiarū fons, spiritus sapientiæ & intellectus ac timoris Dei, de quo & cum quo hoc Ecclesiarum certamen propositum est: vtinam superba mente nos liberes, ac dei timorem nostrûm omnium animis ingeras, nobisq; prudentiam ac sapientiam largiare, & nobiscum certamē hoc, quod pro te gerimus, iniens, veritatem ipsam omnib⁹ patefacias, quia nō modò veritatis spiritus es & appellaris, verumetiam ad te spectat, secundum veram & nunquam fallacem illius veritatis vocem, omnem nobis veritatem ostēdere. Deus trinitas, quę cuncta ineffabiliter prouides, producis, contines, regis atq; gubernas, tuum opus est homo, post cuncta alia in lucem creatum, quod cùm omnibus visibilibus præstet, illud etiam eximium, ac abs te regale priuilegium habuit, vt præparatis suisq; prę ordinatis cōmodis ad vitam prodiret, cui quidem sępè, quinimmò semper corporea hæc, & præsentis vitæ rationi conducibilia, nedum ea, quæ ad optimum animi statum pertineant, prospicis. Cuius præcipuum bonum est veritas, ac circa lœtalia nō decipi, quod sanè rerum omnium, quas habemus, vel in posterum habere poterimus, optimum ac diuinū esse censetur. Nobis ergo cōcedas posse veritatem agnoscere, cognitamq; cōplecti. Et si in aliquo, in his præsertim, quæ de te facimus, verbis quicquam committimus, nobis indulgeas: quandoquidem ipsa nō modò incomprehensibilis ac imperscutabilis es, verumetiā plura eorum, quæ à diuina tua emanāt imagine, abstrusa valdè, vmbræque similima, & vt similitudines quædam existunt. Nostris precibus quæsumus annue, ac viam, quę ad te solum verum Deum dirigit gressum, nobis te ducem sequi volentibus ostende, ac quemadmodum ipsa ex tribus consistens personis, tali ternario numero nō obstante, vnicam substantiam & naturā contines: ita etiam nos, tametsi multi, diuerforumq; generum, immò iam authore maligno hoste, variæ opinionis ac fidei sumus, hanc istā tamen differentiam è medio nostri tollas, & ita facias, vt vnam fidem colentes, vnam sententiam habeamus, non generum nostrorum diuersitate, vel nostrorum corporum numero ac multitudine obsistente, quo minùs vnum in te prorsus simus, ac illud idem de te sentiamus. Sed de precibus hactenus. De vobis autem patres ampliss. quid dicam, qui sacram hanc synodum celebratis, qui tantæ rei estis authores, qui plurimum elaboratis, qui multa sępenumerò vota effudistis, vt diem hunc videretis, quippe qui dies futurarum clarissimarum rerum nuncius, ac earundem initium, exitusq; præco præclarus est? Quis igitur vobis satìs dignè benedicere poterit, vosque satìs laudare decēter, qui iam laborum vestrorum fructus pullulare germinareque conspiciatis? Pater beate, nunc beatus existis verè, ac eris dubio procul beatior, cùm Dei benignitate ad huius diuini muneris exitum peruenerimus, ad quem Deus ipse nos duxerit, à quo quidē (si Ecclesias eius coniunxeris) amplissima tibi præmia proponuntur. Præclarum profectò facinus erit, si ad finem perseueraueris, & scandalis ac offendiculis è medio sublatis, pacem ac coniunctionem Ecclesiarum confeceris, vtpotè qui vehemēti zelo, cura eximia, longis denique vigilijs ac cogitationibus, Christi filios terrarum vndique congregaueris, iam pridem cogitantes, vt illustrata veritate, fraternè spiritualiterque coniungantur, idemque velint ac sentiant. Quæ, pater sanctissime, quis obsecro poterit inficiari? quę quidem cunctis mortalibus patent, & quorum ego ac omnes hi patres testes sumus. Oportet igitur te finem ipsum adspicere, ac quæcunq; ad Deum spectant, ita prouidere, disponere, cōficere, vt quam nunc ex his capimus voluptatem, eadem prosequendo vires augeat, ac multo magìs aucta, prope finem vltimam tandem attingat lineam. Si nanq; principia hæc & exordia sunt præclara, exitum his congruum qualem fore putas? Quibus profectò benedictionibus dignus fuerit, quantam laudē & honorem suscipiet, quot denique merebitur laureolas is, qui, cùm tot mortalium excusationes abstulerit, quàm plurima etiam alia impedimenta in futurum euertet? Qua in re, pater sanctissime, filium Imperatorem adiutorem habebis, te quoad

Ad Christum.

Ad patres.

Ad spiritū sanctum.

Ioan. 16. c

Ad summū Pontificē.

Ad Trinitatem.

quoad opus fuerit conſecuturum, vtpotè qui pius, religioſus, vehemensq́ue Chriſticola eſt, quiq́; cùm pluribus virtutibus præditus ſit, in Deo tamen colendo, & pro religione piè certando, plurimum excellit, & qui quanuis confectus ætate ſit, coniungendarum tamẽ Eccleſiarũ deſiderio ſemper affectus, ſummo ſtudio quærit opportunitatem, prudentia verò proſpicit & amplectitur omnia, quæ ad hãc rem opus ſint, quiq́; ad hoc tantum taleq́; bonum adſpiciens, ac ei vehementer incumbens, pericula omnia adijt: & ocium paruipendens, maximos maris æſtus, ac in cælum ſublatos fluctus nequaquam extimuit, vitam deniq; ſuam ſimul cum patria maximo rerum diſcrimini obiecit, vt Chriſto deſeruiens, Eccleſiæ pacẽ conficiat, cuius ſeſe miniſtrum, nedum acerrimum defenſorem, obtulit.

Prætereà perbeate pater, pius ac ſacer patriarcha tibi pari ſtudio præſto eſt, qui licèt ad extremam iam peruenerit ſenectutem, confectoq́; corpore ſit, eius tamen animus ſemper multis præditus bonis viget, feruetq́; ac magno afficitur deſiderio, votaq́; plurima edit, vt ſibi liceat tibi in hoc diuino munere inſeruire, cuius gratia his rebus quæ modò fiunt, mirum in modum oblectatur, ſimulq́ue labores libentiſſimè ſuſtinet, vt præclarum hoc facinus ad optimum exitiũ perducatur, quo ſine ne viuere quidem vellet. Ampliùs beatiſſime pater, oẽs hi patres ampliſſimi in hac tibi prouincia auxilio erunt: quippe qui nil aliud magìs deſiderant, quàm hũc optatiſſimum finem aſſequi, ad quem quidẽ omnes ſpectamus, atque ipſius deſiderio vehementer affecti ſumus, & cuius cauſa huc de lõginquo ſpatio frequentes conuenimus, ac in extera terra moramur, cùm alij è media terra Græciæ, alij ex vltimis ſeptentrionibus, alij verò ex orientalibus, ſubſolanisq́ue regionibus, ad hanc Italiæ plagam nauigauerimus.

Tot igitur ac tantorum hominum ſtudium ne vincat hoſtis malignus, nequaquã fiat ô Seruator ac omnipotens Deus, vt tot clariſſimorũ virorum conuentus, cura eximia, longo tempore, ſummo labore, maximo denique ſtudio conuocatus, ſuo voto, ſpeq́ue fruſtretur. nõ enim id eſſet ſapientum ac diuinorum virorũ, nec eorum qui
Pſal. 111. ſuos ſermones in iudicio diſponunt. Alios igitur is hoſtis inuadat, & aliorum hominũ
Ephe. 6. victoria gaudeat. Nos autem nullo pacto vexet. Ipſi ſpiritualibus armis veſtiamur, vt ei pro viribus obſiſtamus. Ipſi iuſtitiæ loricam, ſpiritusq́ue galeam induamur, ac duce verbo Dei, in noſtros irruamus hoſtes: quocunq; nos illud duxerit, ibì finem imponamus: & nulla contra Deum arrogantia & ſuperbia, vanaq́ue mente in certaminibus noſtris vtentes, ſed DEVM ipſum præ oculis habentes, ad eundem ipſum Deum feſtinemus. Porrò autem ſit, vt nõnulli benè ſuccumbere mâlint, quàm ſemper vincere malè, vt non ſolùm bonum ſit vincere, verum etiam quandoq; vinci, ſeruata tamen ſemper boni ratione ac menſura, non magìs in victore quàm in victo. Et ſi quiſpiam forſan dixerit, ſemper vincere magìs expedire, quẽadmodùm etiam cuius magìs conducit, aliquo ſeipſum afficere bono, quàm alijs benefacere: & audire melius eſt, quàm alijs rem aliquam patefacere: necnon aliquẽ non errare, quàm quo minùs alij errore ducantur, agere. Inuictiſſime Imperator, in cardine iam res eſt, Ad Imperatorem.
quodq́; iam diu deſiderabas, adeſt. Deum ergo glorifica & extolle, cuius hoc opꝰ eſt, vtpotè qui id tibi venire fecit in mentem, ac vt eius deſiderio caperere, necnon eodem authore, res ad hunc ſtatum peruenit. Si igitur pro rebus peractis maximas ipſi Deo gratias habebimus, pro futuris verò eidem ex corde preces effundemus, rem ꝓfectò dignam nobis, necnon præſenti noſtro muneri neceſſariam faciemus: quinimmò miſericordiam ab ipſo conſequemur, ſi de præteritis quidem non ingrati, in poſterum verò nos, ac totum ipſum negocium ad eundem DEVM referentes, &
Pſal. 54. omnem ſpem curamq́; noſtram in ipſo reponẽtes, noſtris precibus dignos nos oſtẽderimus, qui quidẽ Deus diuino nos ac cẽleſti cibo nutriet, abſq; quo nemo viuere poteſt. Vt ergo nunc vſq; feciſti, cùm eum obteſtando, & auxilium eius implorando, tum per te ipſum quæ opus eſſent, conficiendo, ita etiam in futurum, quo magìs ad exitum appropinquamus, eo alacriorem, promptioremq́ue te oſtende, in hoc negocium incumbendo, die noctuq́; vigilando, quouſque ad perfectum finem peruenias, atq; curis & cogitationibus animum tuum leues. Et quoniam natura comparatum eſſe videtur, vt ea quæ vi mouentur, ſuiq́ue motus cauſam extrinſecus habẽt: cùm prope metam ſint, tardiùs * cientur, quàm illa, * cieantur
quibus eiuſmodi cauſa intrinſeca eſt, quæ cùm propiùs vident metam, eo fieri videntur velociora: idcircò tu, qui in his bonis rebus verſaris, quorum caput Eccleſiarum coniunctio eſt, quiq́ue ab intrinſeco ac naturali motu moueris, caue obſecro, ne illud accidat tibi, vt in finem tardior euadas. Sed ipſum tuum optatiſſimum finem pro viribus tuis aſſequere, quandoquidem bona omnia bonum ſibi rebus in omnibus finem conciliant. Ergo tu factus ſemper alacrior, nos etiam cùm adhortatione, tum ſummo tuo imperio diligentiores reddas. Beatiſſimum autem patrem noſtrum, quia ſenex ac inualidus eſt, ætati & eius veletudini priùs conſulens, vt hæc omnia memoria repetat, cùm ipſum exhortando tum etiam tuam ei operam nauando, excita.

Tan-

Tantum enim ac talem hortatorem reuerebitur, quem nactus non lentum, vnà cum ſacro patriarcha noſtro, necnon ampliſſimis his S. R. E. Cardinalibus, cæteriſq́ue præſentibus reuerẽdis patribus, duce Deo, finem his rebus imponet, quem vtinam aſſequamur, ac lætiores, ſpiritaliq́ue gaudio pleniùs affecti, beatiſſimo patri laudem, tuo verò ſacro imperio ſummam habemus honorem, extollentes, ac maximis vos laudibus efferentes. Sanctiſſimus autem patriarcha, & horum ſanctorum patrum conuentus, vtinam poſteaquàm Deo dignum hymnum cantauerint, vobis etiam laureolam orationibus ſuis contexant: mihi denique reliquum vtinã ſit extremũ id oneris ſubire, vt ſimul omnes communi laude extollam, ac meo munere magno honore afficiam: ita vt mea extrema & communi oratione, quod equidem vehementiſſimè cupio, vos ſub vno eodemq́; Deo, ac vero noſtroq́; Domino exiſtẽtes, exornẽ, quod quidem ſummum eorum creditur eſſe, quę Deo afferre poſſiumus & debemus, cui gloria conuenit in æternum.

Cùm autem Beſſarion peroraſſet, ſynodus ſancta decreuit, vt ſeſſio dimitteretur, & ad vndecimum diem menſis eiuſdem ſeſſio ſecunda celebraretur.

Seſſio ſecunda.

SEſſio ſecunda Ferrariæ die ſabbati vndecimo menſis Octobris celebrata, in qua reuerendus pater Andreas Coloſſenſis orationem copioſiſſimã habuit, qua quidem in omnibus Beſſarionẽ imitatus, in primis beatiſſimum patrem, deinde ſereniſſimum Imperatorem, ac ſanctiſſimum patriarcham, totam denique ſynodum laudauit, & benedixit. Cùm autem iam adueſperaſceret, ſeſſio dimiſſa fuit, decreto, vt ad diem martis ſequentem tertia ſeſſio cõueniret. Interea quæſitum priuatim inter ipſos diſputatores fuit, quiſnam primus negocium aggredi, & quonam genere diſputandi vti, & de qua quæſtione agere priùs deberet. Poſt multa verò placuit eis, vt græci priùs exordirentur, & argumentis breuibus, vt aſſolent dialectici, vterentur: & an diuino ſymbolo quicquam liceat addere, priùs agerent.

Die Martis decimoquarto menſis Octobris, tertia ſeſſio Ferrariæ.

TErtia igitur ſeſſione congregata, Marcus Epheſius præclarus Theologus, Imperatoris ac patriarchæ iuſſu, negocium ipſum aggreſſus, pro Græcis ſermonẽ hunc habuit:

MAR. Quoniam omnipotentis Dei benignitate huc frequentes conuenimus, vt ſummo ſtudio Eccleſias coniungamus, ac ſummam pacem, quod quidem opus diuinum eſt, conficiamus: idcirco ſummoperè conuenit, vt noſtris in diſputationibus ac omnibus controuerſijs mutua noſtra beneuolentia ſemper ſeruetur. Et ſi nobis contigerit aliquid proferre, quod veſtras offenderit aures, id opinionum ac rationum noſtrarum varietati aſcribatis: quandoquidem amicitia vera ex hominum vultu magìs, quàm ex verbis, percipi creditur. Scire autem vos patres ampliſſimi velimus, nos de ſymboli additione verba eſſe facturos, quòd neq; vera, neq; prorſus conueniens ſit, quam ſanè conſtat noſtri ſchiſmatis ac diſſidij præcipuam cauſam fuiſſe. Si quidẽ igitur vobis placet, rem nũc aggrediemur: ſin minùs, in ſeſſionem ſequentem differatur. Videtur autem nobis ſic ſemper fieri oportere, vt quod ſequentibus ſeſſionibus tractaturi ſimus, id priùs omnibus pateat, vt parati ad diſſerendum veniamus. Tum Andreas præſul Coloſſenſis pro Romana Eccleſia ita reſpondit:

Nos quidem à vobis mutuò diligi, ac AND.
vobiſcum Deum eſſe cenſemus: propterea ſi quicquam prolatum fuerit, (vt à vobis dictum prudenter eſt) quod cuipiam diſplicuerit, id vitio nemini vertendũ, ſed noſtræ potiùs diſputationis naturæ cõcedendum eſt. Operæprecium autem eſt, vt ad ſingulas interrogationes non ambiguis & obſcuris, verùm apertis & claris orationibus viciſſim reſpondeamus. Quoniam verò ex nobis quæſiſtis, cur Romana Eccleſia additionem ad ſymbolum fecerit: idcirco quid ipſe ſentiam, paucis reſpondebo, meam tamen reſponſionem nolim nũc vt perfectam ſuſcipiatis, ſed conſultis priùs patribus his, aliâs accuratiùs reſpondebo.

Reſponſione aliqua, pater reuerende, MAR.
præſertim tua, quam nobis pollicitus es, nequaquàm in præſentia indigemus. Nondũ enim in mediũ protulimus ea, quæ ad hanc rem pertinerent: ex ipſorum igitur patrum ſententia, ſuo loco (vt à te dictum eſt) reſpondebis.

Dixi equidem, pater reuerende, nolle AND.
me reſponſionem meam tanquam perfectam admitti: puto tamen quàm maximè conuenire, vt, ne beatiſſimus ſacræ ſedis huiuſce præſidens, necnon mitiſſimus Imperator ac patriarcha ſanctiſſimus, cæteriq́; præſentes patres, hinc hodiè (vt ita dixerim) ieiuni abeant: ipſe nonnulla, prout tempus hoc mihi videtur concedere, verba nunc faciam, maturiùs tamen in poſterum reſponſurus.

Additionis veſtræ rationem quærentes, MAR.
vt hi, qui cauſas agunt in foro, actores eſſe videmur. Idcircò nobis viſum eſt petiiſſe, ſi veſtro commodo poſſit fieri, hanc noſtrã accuſationem audire, vt nobis rem ipſam nunc aggredi cõcederetis, veſtram deinde reſponſionem libenti animo audituris.

AND. De his igitur hactenus, & ꝑferas quodcunque libuerit. Nos autem ſuo loco ſigillatim ad omnia reſpondebimus.

MAR. Tum idem Marcus præſul Epheſius, impetrata priùs ab Imperatore & patriarcha dicendi copia, ita exorſus eſt: Ieſus Chriſt⁹ Deus noſter ſuã proſpiciens mortẽ, Patres ampliſſ. ſuis diſcipulis dixit: Pacẽ meam do vobis, pacẽ meã relinquo vobis. Quæ quidem verba teſtamentum ipſius conuenienter appellare ſolemus, quo eis verã ac optimam hæreditatẽ reliquit, quæ cùm Chriſti ꝓpria eſſet, meam ideo ꝓtulit: pro qua nil aliud ab ipſis petierat, quàm vt ſeſe mutuò diligerent: ita vt certa conditione, non autem liberè, ipſa frui deberent hæreditate. Quidam enim veteres homines certa conditione ſua bona legare ſolebant: qua quidem nequaquam ſeruata, hęredes ilicò exhæredabantur. Haud aliter ergo Seruator noſter Teſtamentum ſuum ſignauit, ita, vt ſi eius diſcipuli vel hæredes mutuam inter ſe beneuolentiam non ſeruaſſent, eadem ipſa hæreditate, hoc eſt, pace Chriſti, priuarentur. Cuius quidẽ pacis ac mutuæ illorũ beneuolentiæ gratia, Seruator noſter multa bona verba ijſdem ſuis auditoribus fecit, modò inquiens: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem: modò autem ita, Hęc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. A quorum quidem altero bono, id eſt, à mutua erga ſororem ſuam Orientalem Eccleſiam beneuolentia, Romana Eccleſia iam defecerat, dogmaq́; ſibi proprium finxerat, ac ſibi perpetuò cõſeruauerat, quod neque literis ſacris relictum, neque ab vniuerſalibus Concilijs celebratum, neque à maioribus noſtris ſuſceptum & probatum fuerat. Idq́ue propterea ſoluendæ noſtræ amicitiæ cauſam, ſimultatumq́; noſtrarum initium, dubio procul fuiſſe cõſtat. Vt igitur ex ipſo dogmate inimicitię diſcordięq́; inter nos conſequutæ ſunt, ita quoq; Romana Eccleſia benignitate Dei pacem vehementer deſiderans, eam vt faciliùs conficiat, ab amicitia ipſa facere aggreſſa eſt, quam pariter Eccleſia noſtra cupiens, huc quàm celerrimè venit: ſperans, cooperante DEO, vt ſumma pax hinc ſequatur, ac ſimultates diſſenſionesq́ue noſtræ cauſis remotis tollantur, quemadmodùm aduerſis valetudinibus ſolet cõtingere: hęc quidem vera medendi ratio videtur eſſe. Vos igitur enixè rogamus, ac vehementer à vobis contendimus, velitis, vt nobis id temporis redeat, in quo coniuncti ſumma pace fueramus, idem ſemper volentes & ſentientes. Et quemadmodùm ad pacem nobiſcum reconciliandam, qua quàm longiſſimo temporis interuallo fuimus priuati, à vobis benignè ſumus conuocati: ita etiam non * committatis, quin nobiſcum ac cum maioribus noſtris, qui in ſeptem vniuerſalibus illis Concilijs claruerunt, in vnã eandemq́ue ſententiam conueniatis, quorum in primis definitiões & decreta nobis ſunt recitanda, vt ipſas inter ſe concordes ac valdè conuenientes, non ſolùm in ordine, verumetiam in ſententijs fuiſſe, luce clariùs oſtendamus. Sic enim hoc noſtrum generale concilium eo cætera concilia facilius, vt par eſt, * mirabitur. A recitandis ergo decretis eiuſmodi debemus incipere: tum ea, quam modò diximus, ratione: tum etiã, vt patrum ſanctorum precibus hoc noſtrũ munus meliùs agatur, ac eorundem ſententijs & authoritatibus pro noſtris fundamentis vtamur.

Mirum abiſto omitti vel Cõſtantinopolitanã octauam.

* imitabitur.

AND. Orationem veſtram, patres Ampliſſ. quę quinque nobis in partes diſtributa videtur eſſe, benè credimus percepiſſe. In prima nanque de vno Chriſti Domini noſtri verbo ſubtiliter Epheſius pater diſſeruit, quanam ratione ſuis diſcipulis pacẽ ſuam Chriſtus ipſe reliquerit: ex qua quidem noſtra amicitia naſcitur, ac deinde ex ea pax ſumma conſequitur. In altera verò parte probare conatus eſt, Romanam Eccleſiam amicitiam veſtram nihili feciſſe: ob idq́ue pacem, quam à Chriſto (vt ſuprà dictum eſt) habuimus, diſſolui neceſſe fuiſſe. Nam in parte tertia demonſtrauit, vos ad noſtras controuerſias diſſoluendas, pacemq́ue reconciliandam, ab eadem Romana Eccleſia rogatos, frequentes huc conueniſſe. In quarta deinde parte declarauit, nulla ratione fieri poſſe, vt pax inter nos componatur, niſi priùs ſchiſmatis & diſſidij noſtri cauſa penitus tollatur, quẽadmodùm ægris corporibus ſolet euenire, quæ tunc benè ſanantur, cùm radices ægritudinis euelluntur. In vltima denique parte cõcluſit, operæprecium eſſe, vt decreta Maiorum noſtorum inſpiciamus, ac in primis eadem recitentur: vt hoc etiam ſacrum Concilium cætera rebus in omnibus imitetur ac conſectetur, & de hoc noſtro negocio meliùs argumentari poſſimus. Ad quæ omnia, Patres Ampliſſimi, quandoquidem ad fidem noſtram plurimum attinẽt, ac magna indigent conſideratione, ſeſſione ſequenti accuratiùs reſpondebimus: nonnulla tamen in præſentia verba faciemus, quæ nobis modò ſcitu digna videntur. Nanque vobis notiſſimum eſt, noſtram in vos beneuolentiam ſemper firmam validamq́ue fuiſſe & eſſe: quæ quoniam à DEO optimo maximo dependet, qui nos in primis dilexit, quique optimus amicitiæ veræ author, ac perfectiſſimus finis exiſtit, idcircò amicitia ipſa in eius Eccleſia à nobis colitur & ſeruatur. Qua de re neſcio equidem Patres Ampliſſimi, cur nullam feceritis mentionem. Miror autem vehementer, quòd vos lateat, ipſam Romanam Eccleſiam, ortæ iam plurimæ in Orientali Eccleſia hæreſi, tum

Ioan. 14.d

Ioan. 15.c

Ioan. 16.d

* omittatis,

tum literis & legatis, cum cæteris opportunis remedijs quibus potuit, ſe prouidè ac diligenter oppoſuiſſe, ſibiq́; Eccleſiæ auxilio ſemper fuiſſe. Nónne, Niceno concilio Siluester ille pontifex ſummus interfuit? Num cæteris in Cõcilijs generalibus, pontificibus ſummis abſentibus, eorum legati defuerunt? Si ergo Conſtantinopolitani Imperatores pari ſtudio, mutuisq́; officijs Romano pontifici quãdoq; fuerant auxilio, mirari profectò deberet nemo. Credò equidem Patres Ampliſſ. exploratum vobis eſſe, ſummos omnes põtifices, orta tali cõtrouerſia ac diſcordia, pacem ſemper deſideraſſe, eiq́; vehementer incubuiſſe. Imperatores etiam ipſos ac cæteros Orientales principes, vt pacem componerent, ac ipſis (vt par eſſet) obedirent, rogare & obſecrare non deſtitiſſe. Rogo autem vos, me patiamini quandoque liberiùs loqui, etiam ſi quicquam protulero, quod veſtras offenderit aures. Nam ſi (vt aſſeritis) verũ eſſet, nos à veſtra pace diſceſſiſſe, quando eam à nobis repetiſtis? quando legatos ad renouandam ipſam ad nos miſiſtis? Sed venio ad tertiam ſimul & quartam partem: Meridiana profectò luce clarius eſt, idquod vos nequaquam inficiari poteſtis, Romanam Eccleſiam concordiam valdè deſiderare. Nónne ſummus hic pontifex pro pace cõficienda multam pecuniã erogauit? Nónne legatos ad vos hac de cauſa ſæpenumerò miſit? Siquidem igitur amicitiam noſtram, quam modò velle videmini, anteà quoque voluiſſetis, eam ꝓculdubiò, vt nunc, facilè habuiſſetis. Quid? Nónne Gregorius ſummus pontifex, ad celebrandum Lugdunẽſe Concilium, nuncios ad Conſtantinum Imperatorem, atque ad alios Orientales principes miſerat, quando etiam rem ipſam concordi pace compoſuit? Non igitur Romanam Eccleſiam pacis recuſandæ incuſare veſtro iure poteſtis, cùm ab ipſa pax ſemper ſumma religione ſit culta, quæ in poſterũ etiam eius pro dignitate ſeruabitur. Sed de his hactenùs. Ad extremam autem orationis veſtrę partem reſpõdeo, non incõueniens fore, ſi maiorum noſtrorum decreta Græcè Latinèq́ue recitabuntur. Etſi non inſcius ſum, ad quæſtionem noſtram ea neutiquam attinere, cùm diuino Euangelio, ſupremũ obtinenti locum ac dignitatem, in primis nobis ſit innitendum. In medium igitur afferatis, quicquid vobis videbitur, quod quidem ipſi libenter ac attentè audiemus, ſperantes ex eo facilè fieri poſſe, vt etiam vos reſponſionem noſtram benignè auſcultetis.

MAR. Tametſi verum eſt, pater reuerende, Romanam Eccleſiam orientali ſemper hæreſi obſtitiſſe, temporibusq́ue perturbatis fidei noſtræ auxilio magno fuiſſe, id tamen ad argumenta noſtra ſoluenda minimè pertinere videtur. Nam ante huiuſmodi ſchiſma & diſſidium noſtrum, mutuam inter nos beneuolentiam pacemq́ue ſummam fuiſſe conſtat. Orto autem ſchiſmate, proh dolor, etſi Romani pontifices ad Orientalem Eccleſiam literas ſæpiſſimè ſcripſerint, legatos & nuncios miſerint, ipſam exhortantes, vt à Romana Eccleſia non diſſideret: id tamen, non ſublata ſchiſmatis cauſa, vt de valetudinum cauſis ſuperiùs dictum eſt, haudquaquam fieri potuit. Cuius quidem ſchiſmatis cauſam, acceſſionem ſymboli fuiſſe diximus. Neque igitur amicitia, quæ ante hoc noſtrum diſſidium inter nos mutua fuerat, neque ea veſtra in nos beneuolentia, talis diſcordiæ cauſa permanente, cuius vos veri authores fuiſtis, memoria repetenda eſt, quòd nulla eius ratio haberi debere videtur. Verùm nobis redeat tempus illud, in quo coniuncti fueramus: quod quidem nullo pacto benè fieri poterit, niſi priùs eiuſdem diſſidij cauſam radicitùs euellatis. Definitiones autem & decreta aliarum omnium ſynodorum recitanda nobis videntur, vt hæc noſtra ſynodus non ſolùm ab illis non diſcrepare, verùm etiam ipſas in omnibus imitari velle videatur, quoniam nos firmiter credimus, maiores noſtros nil prorſus ſilentio præterijſſe, quod ad noſtrum fidei ſymbolum ſpectet, additionemq́; veſtram neutiquam ipſi ſymbolo defuiſſe, ac idem nulla prorſus caſtigatione indiguiſſe, ob idq́; patres ipſos omnibus præcepiſſe, ne cui ſymbolum aliud ſuſcipere, vel ei quippiam addere, aut quicquam ab ipſo auferre liceret, nõ ignorantes, ſe, quod opus eſſet, ſanxiſſe. Additio igitur veſtra, ſchiſmatis cauſa fuiſſe videtur.

Oratio tua, reuerende pater, ex quatuor partibus conſtare videtur. In prima dixiſti, meam orationem fuiſſe veram, haudquaquam tamen ad rem attinẽtem, ſummosq́; pontifices vehementer incubuiſſe, vt pax inter nos reconciliaretur, ſchiſmatis tamẽ cauſam tollere noluiſſe. In ſecunda verò parte probare conatus es, fieri facilè poſſe, vt cognita vel ablata ipſius ſchiſmatis ratione, pax ſumma ſtatim conſequeretur. Nam in tertia voluiſti, vt generalium Conciliorum decreta in primis recitarentur, vt illa ſectari, imitariq́ue velle videamur. In extrema denique protuliſti, nil ab ipſis cõcilijs omiſſum fuiſſe, ita vt aliqua ſit opus additione.

AND.

MAR. Non equidem protuli, pater reuerende, fieri facilè poſſe, vt ſi veſtrum dogma verum eſſe cognoſceretur, Eccleſiæ ſtatim coniungerentur: ſed ſi additio ipſa tolleretur, pax ilicò ſumma fieret. Nanque tametſi fortè contigerit, vt tale dogma verum eſſe declaretur, id tamen nullo pacto ſuſcipere poterimus, cùm à maioribus noſtris nulla

nobis facultas relicta fuerit, vt sacro symbolo quicquam apponere, vel ab ipso adimere valeamus. Qua quidem in re tota nostra controuersia consistit, ac in ea se vertit cardo.

AND. Constat, patres amplissimi, summos pōtifices additionis huius rationē, quam schismatis dissidijque nostri causam appellatis, tunc etiam literis mandasse, cùm ad pacem & concordiam vestram repetendam legatos ad vos miserant. Siquidem igitur Orientalis Ecclesia, in primisque quatuor patriarchæ, quos etiam summam pontificiam facultatem habere creditis, Romanam Ecclesiam in hoc dogmate errasse, ac talem additionem sine vlla ratione facultateque fecisse, summo studio voluerant ostendere, aut iam satis ostenderant: cur, obsecro, nostra huiusce modi lis adhuc sub iudice est? An quòd nil cōtra nos probare potuerint? Id equidem vobis concedo, fieri potuisse, vt tot Constantinopolitani Imperatores, tot patriarchæ, tot alij prudentissimi viri, ipsam eandem additionem haud rectè factam fuisse crediderint: quia tamen id nunquam nobis ostendere potuerunt, idcirco deleta minimè fuit. Itaq; Romanam Ecclesiam immeritò accusatis. Porrò autē, quoniam ab illorum conciliorum definitionibus & decretis nos creditis prohiberi, quo minùs quicquam agere valeamus, idcirco pluribus ac firmis argumentis ostēdere vobis intendimus, quodcunque sequens generale concilium fuerit, eiusdem fore dignitatis ac authoritatis, qua cætera alia Concilia generalia prædita fuerant, ad ea videlicet facienda, quæ ad Ecclesiā spectent. Sed velim nobis respondeatis, si talis additio vera est, cur non iure fieri debuisset? aut q̄d obstet, quo minùs, id quod verum esse constaret, symbolo apponi deberet?

MAR. Idipsum obstat, Patres amplissimi, quòd nefas est: nam multa quoque alia bona & vera videntur esse, quæ tamen nostræ religionis symbolo nequaquam nobis addere licet, cuius rei ex eo possumus facere cōiecturam, quòd maiores nostri non omne, quod necessarium fuerat, eidem symbolo addiderunt, sed pro exigua temporis opportunitate hactenùs.

AND. Quoniam mihi videor, Patres Ampl. attentè auscultari, ideo hæc duo vobis quàm breuissimè probare recipio. Primùm, nullā esse factam à nobis additionem; deinde, licèt facta sit, eam fieri necessariò debuisse. Verùm negocium hoc in sessionē sequentem differatur. Tum synodus sancta decreuit, vt die proximo quarta sessio fieret. quo decreto, sessio dimissa fuit.

Die Mercurij decimoquinto mensis Octobris, Sessio quarta Ferrariæ.

SI beatissimo patri nostro, ac serenissimo Imperatori, necnō sanctissimo patriarchæ placuerit, quæ sessione proxima volebam ostendere, ea nunc libenter aggrediar. AND.

Nos qui priùs dicere cœpimus, pater reuerende, prosequi quoque debemus. MAR.

Miror equidem vehemēter, pater reuerende, cur talia verba proferas, cùm sessiōe superiore nobis attētē audientibus, de additione ipsa longam orationem habueris. AND.

Dixi equidem maiorum nostrorum decreta in primis esse recitanda, quod, cùm sessione superiore fieri commodè non potuerit, nunc ideo peragendum putamus. MAR.

Non ignoratis, Patres Amplis. quæstionē à vobis esse propositam, satisq; dictum, ac denique petitum, vt ipsi responderemus: quod quidem ob temporis angustiam in hanc sessionem fuit dilatum. Non igitur mirari desinimus, cur id nunc fieri nō permittatis. Non enim à definitionibus patrum recitandis rem aggredi debemus. AND.

Tum Bessarion Nicenus archiepiscopus, p Græcis ita respondit: BESS.

Verum an falsum quippiā dicatur, præstantissimi patres, non ab audiente, verùm ab eo, qui profert ipsum, præcipuè dependet: nam priusquàm aliquid dicatur, id verūm ne sit an falsum, dijudicandum non est. Oportet igitur vt priùs quisque, quicquid voluerit, in medium proferat: deinde verò audientes, orationem esse probādam, aut penitus refellendam, decernant. Necessarium ergo nobis videtur, vt ea primi proferamus, quæ ad rem nostram spectare credimus. Quibus deinde intellectis, ipsi respondeatis. Latet autem me, cur nobis rem priùs aggredi non concedatis: sed mirabundi tot contra nos argumentis vtamini, cùm ipsi benignitate Dei nullam vobis dederim' ansam, quare meritò mirari possetis. vos tamen voce, nō autem animo, mirari putamus. At ipsi contrà, quippe qui, quanuis de vobis quandoque magnam capiamus admirationem, tacemus tamen. Porrò autem hæc disputandi ratio, qua vtimini, quòd longa fiat oratione, neutiquam nobis placet. Hac nanque via nunquam ad cōclusionem aliquam peruenietis. Operæprecium igitur est, nos non perpetua & prolixa oratione, sed dialecticè congredi, breuibus quærendo, breuibusque respondendo. Cumq; fuerit opus, breuiùs vicissim cōtradicendo: sic enim agendo, finem faciliùs assequemur. Porrò autem quoniā nostrum est, quæstionē vobis proponere, ac simul argumētari: propterea cùm id ipsi fecerimus, tunc iure vestro respondebitis. Nanque si nondum nostras rationes audiuistis, quonam (obsecro) pacto ad eas benè poteritis respondere?

Tum Iulianus sanctæ Sabinæ cardinalis IVL.

pro

Hic Iulianꝰ, relictis Basileensibus, redijt ad Eugeniū, sicut & perplures alij.

pro Romana Ecclesia ita respondit: Reuerendi Niceni præsulis oratio, patres amplissimi, mihi mirum in modum placet, vt breuibus differatur, & quauis proposita quæstione, ipsius quoq; ratio explicetur ac declaretur, & ei conclusioni acquiescamus, quæ pluribus placuerit, quamq; maior parš nostrum probārit. Nanq; si nobisipsis constare, ac in eadem sententia permanere nolimus, nil boni prorsus egerimus. Si quidē igitur pater Ephesius proposuerat, Romanam Ecclesiam causam schismatis fuisse, ac quæstionem ipsam, de qua sumus dicturi, patefecerat, & Colossensem antistitem ꝓuocauerat, vt tunc vel sessione sequenti responderet, conueniens mihi videtur esse, vt Colossensis ipsi respondeat, deinde cuiuis concedi ad proferendum quicquid libuerit. BESS. Ita profectò sentimus ac volumus, Patres amplissimi, vt attentè vos audiamus. Posteà tamen quàm rationes nostras in mediū ꝓtulerimus, vt pater Ephesius dixisse videtur: quippe qui nobis promisit, se tum aut sequenti sessione habiturum orationem, ac deinde vos respondentes benignè auditurum.

AND. Quoniam, Patres amplissimi ad ea, quæ nuper dixistis, quæ quidem mihi tria fuisse visa sunt, accuratè non poteram respondere, idcircò rogo vos mihi concedatis, vt de eisdem nunc agam. Tum Isidorus præsul Rhutenus pro Græcis dixit ita:

RHVT. Equidem expediam quàm breuissimè, quòd veritas ipsa paucis faciliùs illustratur: nobis, vt primi dicamus, patres amplissimi, concessistis. Nos autem hanc proposuimus quæstionem, nullam additionem symbolo fieri debuisse. Nobis ergo permittite conclusionem eiusmodi demonstrare. Deinde verò respondebitis, quandoquidem de procemijs satis.

AND. Orationi vestræ, Patres Amplissimi, quā tribus in partibus distributam fuisse superiùs protuli, velim respondere: ac in primis Aristotelica authoritate probatæ quæstioni, quia est, (sic enim dialectici eam solent appellare) quam quidem sessione proxima proposuistis, vos causam ac rationem simul reddidisse: nanq; dixistis additionem illam schismatis causam fuisse, ac Romanam Ecclesiam rei huiusce causa multos legatos ad Orientalem Ecclesiam misisse: fieri autē non potuisse, vt manente ipsius schismatis causa, pax fieret. Hæc profectò mihi videtur orationis vestræ summa fuisse. Ego autem (pace vestra dixerim) nō solùm ex Nouo veteriq; Testameto, verumetiam maiorum nostrorum decretis, ac firmis argumētis vobis promitto probare clarissimè, Romanam Ecclesiam nullam ad symbolum accessionem fecisse, quæ ei licere non videretur: sed quam vos additionē vocatis, eam explanationem, dilucidationemque quandam esse, ipsamq; ab eadem Romana Ecclesia iure fieri potuisse, ac denique Romanam ipsam Ecclesiam nō minùs addere quædā, quàm obscura illustrare, clarioraq; reddere, summam facultatem habere.

An licèt, pater reuerende, quauis in cō- BES.
trouersia confirmationibus vti?

Quid ni? ¶Si quidem igitur nobis cō- AN. BES.
cessistis, vt rationibus nostris vteremur, nos autem nullam adhuc earū tetigimus, cur obsecro non permittitis, vt ipsas nunc afferamus? An vultis, vt nostram causam absque confirmatione relinquamus?

Dixi equidem, à beatissimo patre no- AND.
stro amplissimisque patribus istis concessum vobis fuisse, vt quicquid libuerit proferatis, nostra priùs audita respōsione, quā à nobis sessione proxima contendistis, ad ea, quæ tunc in medium protulistis.

Nequaquàm debetis asserere, simpliciter vobis concessum fuisse, vt nobis respōderetis, cùm certa cōditione id vobis fuerit datum, posteaquàm videlicet ea nos attulerimus, quæ nobis viderentur ad nostrū negocium pertinere. Quandoquidem ipsi firmiter credimus, nil addere symbolo licere, sanctorum patrum authoritatibus inintentes: quippe qui non modò nouas sententias, verumetiam dictiones, aut alia verba symbolo addere prohibuerant. Quod cùm alia ratione demonstrare non valeamus, nisi eorundem sanctorum patrum decretis, idcirco necesse nobis videtur, ab eisdem decretis exordiri: quibus deinde recitatis, vobis erit respondendi facultas. BES.

Eadem ipsa, Patres amplissimi, sæpissimè AND.
repetistis. Ad probandum autem, falsam esse vestram conclusionem, haud sanè magnum negocium est, quòd tria nobis incōmoda ex ea consequerentur: quòd omnes homines rei essent culpæque obnoxij, ac ipsimet sancti patres anathemate essent deuincti, quodque quàm maximum incommodū nostra religio pateretur, si nulla declarandi facultas Ecclesiæ derelicta fuisset.

Tum quidam magister Ioannes prouin- IOAN.
cialis, pro Romana Ecclesia sermonem hūc habuit: Magno affecti desiderio, summoq; studio, patres amplissimi, huc frequentes conuenimus, vt Dei benignitate controuersia nostra tollatur: eodem igitur animo, ac amicè rem istam nos tractare oportet. Nam in Canticorum canticis scriptum Cant. 8.
est, Pacem sponsam Christi veram esse. Nobis itaque conuenit, vt mutua beneuolentia agamus, ac nostris in actionibus optimū ordinem seruemus. Ordo enim apud doctorem Augustinum, est parium ac disparium rerum sua cuiq; tribuens dispositio. Quandoquidem igitur orationem vos habuistis, reliquum est, vt responsionem nostram audiatis. Vos enim non ignorare putamus, duo genera quæstionum apud

Aristotelem esse: Alterum quidem simplex, alterum verò quod à dialecticis, propter quid, solet appellari. Quo sanè genere si quispiam quicquam quæsierit, eiusdè etiam quæstionis causam reddere simul tenetur, deinde responsionem auscultare. Sin autem simplici illo quæsierit, sanè nulla reddita ratione, responsionem statim debet audire. Cùm igitur vos illo modo simplici vsi fueritis, iure nunc nostro vobis respondere debemus.

BES. De amicitia, reuerende pater, eleganter disseruisti, quòd nostris in disputationibus sit semper seruanda. Quod cùm omnes idem sentiamus ac velimus, & de hoc satis multa dixerimus, de tam clara re non ampliùs dicere debemus. Ordo quoque nobis seruandus est: sed de his satis. Quòd autem de duobus quæstionum generibus mentionem fecisti, equidem tibi respondeo, quòd si quæstio nostra simplex fuisset proposita, proculdubiò vobis nunc dicere conueniret. Verùm quoniam altero interrogandi genere vsi sumus, quærentes cur, quod fieri non liceret, commiseritis, ipsius idcircò, non licere, rationem & causam nos priùs afferre ostendereque debemus, quàm responsionē vestram auscultemus, qui quidem ordo conueniens esse videtur.

IVL. Beatissimi patris nostri, ac horum omnium patrum iussu, Imperator serenissime, vobis dico nos iam credidisse, fore vt præsuli Colossensi, qui modò paratus ad causam additionis reddendam venit, copiam dicendi cōcederetis, vt vos ipse vehementer rogauit. Quoniam autem precibus eius non acquiescitis, ac plurimùm conuenit, vt summa pace sessionem soluamus, quem admodùm etiam huc conuenimus, idcircò summus pontifex iubet, vt hîc nil ampliùs hodiè fiat. Verùm ad disputandum electi, priuatim agant.

IMP. Surgamus ergo, si lubet, ac accuratè dispiciamus, an sit honestum, paciq̃ nostræ congruum, vt priuatim disputemus. Dimissa igitur sessione, patriarchæ domum frequentes conuenimus, ibiq̃ post multas inter Latinos ac Græcos disceptationes, à Græcis decretum fuit, vt nil ampliùs ageretur, nisi priùs sanctorum patrum decreta, diuinumq̃ symbolum recitaretur. Quæ quidem sententia, Latinis ipsam cōprobantibus, vicit. Sequenti autem sessione, quicquid Græci voluerant, Græcè fuit recitatum, interprete Nicolao Secundino Cretensi, in vtraque lingua eruditissimo. Quæ omnia duo scribæ Græci, totidemq̃ Latini præsentes, literis mandabant.

DIE IOVIS DECIMOSEXTO OCTOBRIS, QVINTA SESSIO FERRARIAE.

QVOD ipsi concupiuimus, pater beatissime, id tu pro tua summa humanitate nobis concessisti, vt sanctarum œcumenicarum synodorum definitiones & decreta in medium afferrentur: tum, vt earum ordinem imitemur: (singula enim concilia, maiorum suorum acta recitare solebant, ipsaq̃ Catholicæ fidei fundamenta ponebant) tum, vt patrum illorum sensus, ac eorundem mutuus consensus & conuenientia, ergaq̃ suorum maiorum religionem pietas ac obseruantia nobis patefiat: tum denique, vt eorundem ipsorum patrum sanctorum ad Deum preces, nobis in hoc nostro munere auxilio sint. Libri igitur hi (si vobis placet) legantur.

IVL. Sanctissimi patris nostri ac horum amplissimorum patrum iussu, patres amplissimi, vobis honestum esse pronuncio, vt hesternus noster consensus seruari firmiter debeat. Vobis enim concessum est, vt hæc decreta legantur, & si Colossensis præsul ad respondendum Ephesio sessione proxima paratus accesserit. Vt lubet igitur faciatis, hac tamen conditione, vt non videantur posthàc decreta talia requirentibus ac cōtendentibus nobis recitata fuisse.

MAR. Eam tantùm decretorum partem, ampl. patres, intendimus recitare, quæ nobis videatur ad nostrum negocium spectare. Porrò autem quoniam de diuinis primi ac alterius Concilij dogmatibus nil aliud reperitur, nisi duæ tantùm nostræ fidei expositiones, hoc est, duo symbola, quæ tamen pro vno à cæteris concilijs susceptа fuerāt: idcirco à recitandis tertij Cōcilij gestis auspicandum nobis censemus, à quo quidem diuinum illud Nicenum symbolum fuerat illustratum, ac in libro gestorum eius nonnulla secundi concilij decreta scripta sunt. Quod profectò conciliū tertium, vt ipsum symbolum immutabile perpetuò permaneret, decreuerat. Vos ergo rogamus, tot ac tantorum patrum sanctorum voces, nostrasq̃; rationes & argumenta, quæ sumus in medium allaturi, benignè ac attentè audiatis. Quādoquidem vobis probare promittimus, Christianorum omnium vnam esse Catholicam fidem, ad quam, accessionem aliquam fieri, aut quicquam ab ea nō liceat auferri. In primis ergo Nicenū symbolum, à trecentis decem & octo patribus Niceæ celebratū, recitetur. Credimus in vnum DEVM omnipotentem, visibilium omnium & inuisibilium factorē, & in vnū Dominum IESVM Christum filium DEI vnigenitum, ex patre, id est, ex substantia patris natum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, queq̃; in terra. Qui propter nos homines & pro-

propter nostram salutem descendit, & incarnatus & homo factus, ac passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, & ad dexteram patris sedet, & venturus est iudicare viuos & mortuos: & in sanctum spiritum. Proferentes autem filium DEI aliquando, & antequàm nasceretur, nō fuisse, & ex nihilo factum, aut ex alia hypostasi vel substantia, aut mutabilem vel alterabilem esse, sancta dei catholica & Apostolica Ecclesia anathematizat. Quo quidē symbolo P. amp. in tertio cōcilio recitato, Nestorianorum etiam hæreticum symbolum perlectum & improbatum fuisse cōstat. Legatur etiam eiusdem concilij definitio, vt idem Nicenum symbolum immutabile ac immobile permaneret, neminiq̃; fas esset, aliam fidem in posterum proferre. His igitur lectis, synodus sancta determinat & definit, vt fidem aliam ab ea, quam sancti patres in Niceno concilio, sancto spiritu congregati sanxerant, proferre aut cōscribere aut componere liceat nemini. Qui verò ausi fuerint aliam fidem componere, aut eos docere, qui ad veritatis viam, vel à Iudæis, aut hæreticis aut gentilibus venerint, ij si clerici fuerint, priuentur: si verò laici, anathematizētur. Hîc duo nobis, amp. Patres, in dubium sunt vocanda: cur tertiū Concilium inhibuerit, vt symbolum Nicenum neutiquàm mutari deberet, duo verò priora cōcilia nullam prō seipsis inhibitionem decreuerint. Nō enim memoriæ proditum est, aut Nicenum pro suo, aut Cōstantinopolitanum Concilium pro Niceno suóve symbolo interdixisse. Et cur tertium idem concilium, nulla de secundo symbolo mētione facta, primi tātùm meminerit, ac pro eo sanxerit. Ad primam quidem ambiguitatem, ex ipsius rei natura sumentes argumentum, respōdemus, quòd alienum esset à ratione, ac nimis arrogans & ineptum, si duo illa prima cōcilia suis pro symbolis ita terminassent, ac posterioribus suis interdixissent, vt eisdem symbolis quicquam addere, aut ab ipsis nemo auferre posset. Tertium autem concilium, cuius profectò authores priorum conciliorum patribus neq; numero pauciores, neq; dignitate aut virtute fuerant inferiores, cōuenienter fecisse creditur, maiorum suorum symbola ita probasse ac obsignasse, vt semper immutabilia permanerent, ab euāgelio sancto apostolorumq̃ue authoritate, ab vniuerso denique testamento capiens exemplum, quo planè nemini fuerat interdictum, quo minùs quisque syllabam aliquam addere aut auferre posset. Posteriores tamen strictissimè prohibuerant, vt nulli Christiano id liceret committere: vtpotè qui voluissent, vt honor maximus sanctis apostolis à cunctis mortalibus haberetur. Eiusdem igitur tertij cōcilij authoritate posteriores adducti,

Tertium conciliū.

primis illis duobus symbolis parem honorem (vt paulò infrà probabimus) communi sententia tribuerunt: ita vt ambo, ipsa symbola pro vno accepta, semper immutabilia permanerent. Item alia ratione eandem ipsam quæstionem dissoluere possumus, ab eius accidentibus argumentum sumentes. Inter nanq; primum Concilium, à quo diuinum illud Nicenum symbolum fuerat editum, ac secūdum, non parum sanè temporis interfuerat. In quo quidem temporis interuallo ferè triginta alia symbola à particularibus & priuatis concilijs prodita fuere. Quę tametsi nō ab illo primo differrent, quia tamen verbum, consubstantiale, auferebant, ob idque Christicolarum plurimos ad hęsitandum de fide cogebant, idcirco secundum conciliū œcumenica præditum dignitate, propterea q̃ue particularibus illis concilijs longè excellentius ac validius, diuinam cōtra sancti spiritus inimicos rationem, accuratiùs explicauit & illustrauit, & ad euertēdum hæreticum Apollinarij dogma, verbo huic, incarnatę, illud, ex spiritu sancto & Maria virgine, addidit. haud tamen posterioribus interdixit, quo minùs Christianum dogma dilucidiùs explanarent, volens vt eadem ipsa declarandi facultas in Dei Ecclesia perpetuò permaneret. Quam quidem opportunitatem Nestoriani hæretici nacti, diuinum illud Nicenum symbolum transformārūt, & ei diuersa impiaq̃ue dogmata addiderūt, ac sum hæreticum symbolum ediderūt, quod veluti veram eximiamq̃ue doctrinā hi, qui ad baptisma veniebant, ediscerent. Quo quidem multos post annos in tertio Concilio recitato, decretum fuit, vt in futurum mutandi Niceni symboli facultatem haberet nemo, vtpotè quod à Constantinopolitano symbolo nequaquam in aliquo discreparet, quandoquidem hoc in illo potētia videbatur inclusum, ita vt ambo pro vno (vt prædictum est) haberētur. Quam ergo idem tertium Concilium addendi auferēdiq̃ue potestatem haberet, eam omnem sibi & posterioribus abstulit: vt re ipsa statim id declarauit. Nam verbum Θεοτόκον, hoc est, Deiparam, vel Dei genitricem, quod tunc aduersus Nestorianam hæresim esse demōstrauit, Niceno symbolo noluit addere, quanuis ad dogma de Seruatoris nostri incarnatione, quàm maximè necessariū fuisset. Nunc venio ad alteram quæstionem. Multis profectò fortissimis constat argumentis, duo illa priora symbola ab omnibus Concilijs generalibus pro vno susceptа fuisse, præsertim à tertio, vtpotè quod prius cæteris Concilijs, vtrunque vidit atque probauit. Et quanuis toto orbe terrarum simul ambo celebrarentur, de primo tamen symbolo tertium, cæteraq̃ue Concilia mentionem fecere: cùm pro ipsius

primi concilij authoritate & exiſtimatiõe, quòd maiore patrum numero celebratum fuerat, quodque veluti cæterorum cõciliorum fundamentum haberetur: tum etiã, quòd eodem ipſo Niceno ſymbolo Chriſtianorum plures, quique denuò baptizabantur, frequentiùs vterentur: tum denique, quòd alterum (vt ſæpenumerò dictũ eſt) à primo poteſtate continebatur. Præterea vt boni oratores ſolent in foro rebus vſitatis magis inniti, ita etiam Conciliũ tertiũ, quo ſymbolo magis homines vti videbat, pro eo tãtùm decreuit atq; prohibuit: cùm præſertim ſecũdum ſymbolum, expoſitio primi, nõ autem ipſius aliqua mutatio, fuerit. Scio equidem vos nõ ignorare præſtantiſſimi Patres, in hoc de tertio concilio libro multas beati Cyrilli literas ſcriptas eſſe: quippe qui Cæleſtini ſanctiſſimi ſummi pontificis eidem Cõcilio legatus ac vicarius præfuit. Pars igitur tãtùm literarum earum, quas ad Ioannem Antiochenũ præſulem ſcripſit, quarum inſcriptio eſt, p vnione, quæque incipiunt ita, Gaudeant angeli, (ſi lubet) recitetur: Nequaquàm (inquit) tolerabimus, vt definita præſcriptaq; fides, aut Nicenum ſymbolum ab aliquo immutetur: nullam nobis vel alijs mortalibus facultatem concedentes, vt aliquam eius dictionem mutare, aut vnam ſyllabam præterire valeant. Huius enim ſententiæ recordamur, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, vtpotè qui non ex ſeſe, verùm Dei patris ſpiritu afflati loquerentur, qui ex eo procedit, nõ autem alienus à filio ſecundum ſubſtantiæ rationem exiſtit, & reliqua. Sancti Cyrilli ſententiam amp. Patres, intellexiſtis, ſibi ſimul cęterisque mortalibus inhibentis, vt ne literam quidem diuino ſymbolo poſſent addere. Quæ deinde ſancti Cyrilli literæ poſt illud diuinum ſymbolum à generali quarto Concilio pro noſtræ fidei fundamento ſuſceptæ fuere. Ad cuius Concilij definitionem nunc venimus, qua quidem vtrunq; ſymbolum explanatum, ac pro vno fuerat habitum: inhibẽdo ſimul, vt nemini fas eſſet ipſum immutare. Quæ (ſi lubet) definitio recitetur. Sancta generalis ſynodus, benignitate Dei ac religioſiſſimorum optimorũq; Chriſticolarũ Valẽtiniani ac Martiani Imperatorũ Auguſtorum auſpicijs in Chalcedonẽſi metropoli Bithynienſis diœceſis, in ſanctæ ac triumphantis martyris Euphemiæ baſilica celebrata, ita decernit: Dñs & Deus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuorum diſcipulorum fidem in ſe confirmandam, dixit eis: Pacem meã do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nemo Chriſtianorũ à reliquis Chriſtifidelibus pijs in dogmatibus differret, ſed omnes vnam eandemq; veritatem ſentirent. Quoniam autẽ callidiſſimus hoſtis in veris optimisq; ſermonib⁹ zizania ſemp ſeminat, ac noui ſemper aliquid in veritatẽ molitur, idcirco idẽ Chriſtus Dñs noſter pro ſua erga gen⁹ humanum benignitate prouidit, vt ij pijſſimi Imperatores eccleſiarũ vndiq; rectores cõuocarẽt: vt ipſo Chriſto coadiuuante, oẽm erroris ignoratiõis q; notã ab eius ouili depellerẽt, ac veritatis germinibus grex eiuſdem pingueſceret. Quod eccè iam cõmuni omniũ ſententia confectum eſſe videtur. Falſa nanq; dogmata ſunt expulſa, & firma validaq; maiorũ noſtrorum religio, nobis diuinũ illud trecentorum illorum decẽ & octo patrũ ſymbolũ prædicantibus, ac centũ quinquaginta patres alios, qui Cõſtantinopolitano cõcilio ſymbolũ idem ſuſceperant, ſumma laude extollentibus, reſplẽdet. Quapropter Epheſini ſancti cõcilij ſequentes veſtigia, cui Cæleſtini ſanctiſſimi Romanorum pontificis tempore, Cyrillus Alexandrinus & Ioannes Antiochenus antiſtites præerant, necnon fidei noſtræ normã & canones diligentiſſimè obſeruantes, definimus ac terminam⁹, veræ ac immaculatæ noſtræ fidei expoſitionẽ, hoc eſt, diuinũ illud Nicenũ ſymbolũ magni Conſtantini Imperatoris tẽpore celebratũ, ſemper debere ſplendeſcere, ac eorundẽ centũ & quinquaginta patrũ decreta, firma & valida eſſe, quippe qui ad hæreſim euertendã, noſtram aũt catholicam atq; apoſtolicã fidem confirmandam, ſecundum conciliũ Conſtantinopoli celebrârunt: Quartũ etiam generale conciliũ, patres optimi, vtrunque ſymbolum pro vno ſolo ſuſceperat, id non ignorans, ad perfectiſſimã veritatis intelligentiã ſingulum per ſe ſatisfacere. Rei autẽ perfectiſſimæ nil prorſus deeſſe creditur. Sed reliquũ eiuſdem diffinitionis legatur. Igitur ad verã (inquit) noſtræ religiõis notionem ſymbolũ hoc ſalutiferũ, ac diuinæ ſapientiæ gratiæq; plenũ, perfectiſſimũ eſſe decernim⁹, quod patris & filij ac ſancti ſpiritus perfectionẽ nos edocet, & incarnationẽ Dñi Chriſti fidelibus patefacit. Et infrà: Vt hæc ergo diligentiſſimè accuratiſſimeq; cõcludamus ac obſignemus, idcirco ſancta generalis ſynod⁹ definit atq; determinat, vt aliam fidẽ conſcribere, aut cõponere, aut ſentire, aut docere, liceat nemini. Qui verò quippiã tale cõmiſerint, aut aliud *cõmentum ſymbolum ex gentilibus, vel Iudęis, aut hęreticis ad noſtrã religionẽ veniẽtibus, tradere fuerint auſi, ſi clerici, priuentur, laici verò, anathemate notẽtur. Sed de quarto cõcilio hactenùs. De quinto aũt generali concilio particula ſermonis Ioannis Cõſtantinopolitani pſulis in primis reciteẽ. Propterea, inquit, vt noſtræ fidei fundamentũ, iuxta ſanctorũ patrum decreta, ſacrorũq; normã, Dñi ac ſeruatoris noſtri benignitate firmiſſimum maneat, ſummo ſtudio incubuimus. Quid eñ ab eo piè poteri[t]

Prou. 22. d

Quartum conciliũ.

Ioan. 14. d

*com. for. mẽtitium

Quintum conciliũ.

terit tolli? ſpe ducti, ea ratione Eccleſiãs inter ſe diſſidentes facilè coniungi poſſe, ita vt Chriſtifideles ab ineptis verbis abſtinerent, mentem autem ſuam diuino ſymbolo, quo baptizati ſumus, adhibeãt. Quod quidem Nicena ſynodus ſancti ſpiritus gratia memoriæ prodidit, Conſtantinopolitana verò ſuſcepit, Epheſina probauit, Chalcedonenſis denique obſignauit. Quam ſanè noſtram piam religionem quis vnquam ratione aliqua poterit euertere, quę malè credentium excuſationem aufert? Hanc igitur firmam & validam complectentes religionem, omni vanitate atq; malitia vacui, ne dubitemus ſanctam conſubſtantialem Trinitatẽ ſimul extollere, ac ipſam ita celebrare: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem factorem cæli & terræ, & cętera. qui quidem patres totum ſymbolum celebrârunt, quemadmodùm Eccleſia in præſentia vtitur. Legatur etiam pars hæc literarum Vigilij Romani pontificis, quas ad Eutychen Conſtantinopolitanum præſulem ſcripſerat. Idcirco vnioni ſtudentes, veſtræ (inquit) Apoſtolicæ ſanctæ ſedi ſignificamus, notumq; facimus, nos noſtram fidem tenuiſſe, tenereq;, quã cùm à Deo optimo maximo ſeruatoreque noſtro Ieſu Chriſto ſancti eius Apoſtoli accepiſſent, eã vniuerſo mundo prædicârũt, ac ipſam deinde maiores noſtri, præſertim ij qui quatuor generalia concilia celebrauerant, illuſtrârũt. Quæ quidem omnia cunctis in rebus ipſi quoq; complectimur. Nicenum à tercentũ decem & octo patribus celebratũ, qui ſanctum ſymbolum, quod noſtræ religionis doctrina creditur eſſe, primi expoſuerãt, ac Arrij Arrianorumq; inſaniam anathematizauerãt, necnon Conſtantinopolitanũ cõcilium comprobamus, quod eandẽ ipſam doctrinam dilucidauerat, ac diuinã ſancti ſpiritus rationem illuminauerat, & Macedonij contra ſancti ſpiritus proceſſionem hæreſim, ac Apollinarium impiũ, eorumq; ſectam damnauerat. Epheſinum præterea ſuſcipimus, quod quidem maiores ſuos ſecutum, impium Neſtorium, eiusq; ſceleſtiſſima dogmata & ſectã improbauerat. Quartum denique Concilium, à ſexcentis & triginta ſanctiſſimis patribus celebratum, laudibus ſummis extollimus, quod, ſuſcepto Niceno ſymbolo, definiuerat, vt qui aliud ſymbolũ docuiſſent, aut expoſuiſſent, aut Eccleſijs ſanctis tradidiſſent, anathemati ſubiacerent. Nunc obſecro, patres ampliſſimi, ſexti generalis Concilij decretum attentè, vt hucuſque feciſtis, audiatis. Sacrum generale ac illuſtre concilium, Dei gratia & religioſiſſimi Conſtantini Imperatoris auſpicijs in hac à Deo ſeruata, & terrarum omnium Imperatrice, regiaque ciuitate Conſtantinopolitana, nouaque Roma, in ſacri palatij conclaui, Trullus vulgò nuncupato, celebratum, ita decernit: Dei patris vnigenitus, & verbum, quod noſtri ſimilis, ſine tamẽ peccato, factus eſt homo, Chriſtus verus Deus noſter, Euãgelica voce palàm ita locutus eſt: Ego ſum lux mundi, Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Item: Pacem meam do vobis, pacem meã relinquo vobis: qua quidem diuina voce ac doctrina, mitiſſimus Imperator adductus, vtpotè qui ſe veræ noſtræ fidei ducem, ne dum impietatis inimicum acerrimum eſſe profitetur, hoc ſacrum generale concilium conuocauit, ac Eccleſias huc cõuenire iuſſit. Quod quidem Concilium in effugandis impietatis tenebris, non multò antè obortis, ſanctis verò patribus recta conſectandis, omnia exacta concilia imitatur: Nicenum videlicet, in arrium mentis inopem, celebratum: & Conſtantinopolitanum, quod Macedonium ſancti ſpiritus hoſtem, & Apollinarium impium damnauit: necnon epheſinum, cõtra Neſtorium, qui cum Iudæis ſentiret, conuocatum: & Chalcedonenſ, quod Eutychen ac Dioſcorum, homines maxima dei ira affectos, damnauit. Quibus tum denique, in hac ipſa regia ciuitate celebratum, quod Theodorum Mopſueſtienſem, Origenem, Didymum, Euagrium, & quædam Theodoriti opuſcula contra duodecim ſancti Cyrilli capita, necnon & epiſtolam Ibæ inſcriptam, quam Iba ad Marin Perſen ſcripſerat, condemnauit. Hoc igitur Concilij cæteris innitens, diuina omnia dogmata renouat, & impias opiniones refellit. Nicenũ autem ſymbolum libẽti animo ſuſcipit, approbat, obſignat, quemadmodùm ab ipſis quoque Concilijs ad omnẽ hæreſim Chriſtianorum animas inquinantem, euertendam, ſuſceptum probatumque fuerat. Legatur nunc pars hæc literarum, quas Agathon Romanus pontifex ad Conſtantinopolitanum Imperatorem ſcripſerat. Quæcunq; à ſanctis (inquit) maioribus noſtris, necnon à quinque ſacris concilijs canonicè, puro corde, ſumma religione & fide, ac ſine ambiguitate decreta fuerant, ea ipſi quoque dubio procul ſeruamus, huic vni ſummo ſtudio incumbentes, vt nil prorſus eorum minuatur, aut mutetur, aut quicquã ipſis addatur, verùm omnia in verbis atque ſententijs eadem permaneãt. Et alibi: Cõſtanti animo ſumus, inquit, vt decreta à catholica & Apoſtolica ſede nobiſcum pro fide tradita, ſeruemus atq; colamus, credentes in vnum Deum patrem omnipotẽtem, & reliqua. Nunc venio ad ſeptimum & vltimum generale cõcilium, & dum eius definitio recitetur, obſecro vos, attentè audiatis. Sancta generalis ac illuſtris ſynod⁹, Dei gratia & religioſiſſimorũ Chriſtianorũ Cõſtãtini & Irenæ matris ei⁹ Imperatorum noſtrorũ auſpicijs in clara ciuitate Nicena, q

Vigilius. In ſynodo legitur, eutychius.

Ioan. 8. b

Ioan. 14. d

Sextum conciliũ.

Iſte Græcus nõ niſi 7. recipit Synodos.

Bithynienſis metropolis exiſtit, in ſanctæ Sophiæ baſilica ſecundò celebrata, cũctas catholicæ Eccleſiæ definitiones ſequẽdo, iubet ita: Chriſtus Dominꝰ noſter, qui nobis notionis ſuæ lumen largitus eſt, quique nos idolorum inſania & tenebris liberauit, vt ſua ſancta catholica atq; apoſtolica Eccleſia ſine ſorde maculaq; ſeruaretur, ſuis ſanctis apoſtolis id ſe velle declarãs, dixit: Matt.28.c Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi. Quæ quidem promiſſionis verba nõ ſolùm illis, verùm etiàm nobis, qui per eos in ipſum credimus, facta fuiſſe putantur. At nõnulli ab illo noſtro acerrimo hoſte elati, munus eiuſmodi nihili pendentes, à recto tramite deuiârunt, & dum catholicæ Eccleſiæ decretis ſeſe opponunt, in veritatis intelligẽtiam peccant, & iuxta illud dictum: Axem aratri in errorem impulerant, ob idq, nullos collegerunt fructus. Nanq; cùm ſancti homines cenſerentur, non eſſent tamẽ, diuinum ritum atque ordinatum euertere auſi fuerunt. Quibus Deus per Prophetam Hier.12.c inquit: Paſtores multi demoliti ſunt vineã meam, conculcauerunt partem meam. Impios enim homines, qui ſuo ingenio non mediocriter confiderent, ſecuti, ſanctã Dei Eccleſiam Chriſto Deo noſtro conueniẽtem damnauerãt, ac nullam inter pietatem impietatemque differentiam facientes, domini ac ſanctorum eius imagines, idolorũ ac diabolorum ſigna credunt eſſe. Idcirco Chriſtus Dominus Deus noſter, quandoquidem à tanta, taliq; pernicie ſuos peſſum iri non patitur, omẽs terrarum vndiq; præſules vt conuenirent, præuidit, vt nõ ſine diuino zelo à deo afflatorum ac fideliſſimorum Imperatorum noſtrorum Conſtantini & Irenæ, diuinæ catholicæ Eccleſiæ traditiones communi ſententia obſignarentur atq; ſeruarentur. Rebus igitur omnibus perſpectis diligentiſſimè, ac veram rationem ſequentes, nil addimus, neq; tollimus. Verùm omnia catholicæ Eccleſiæ decreta, quam diligẽtiſſimè ſeruanda cenſemus, necnon ſex ſancta illa Concilia generalia, in primis clariſſimum illud Nicenum, * conſer- ac alterum in regia à Deo * ſeruata ciuitate uanda Conſtantinopolitana celebratum, imitantes, credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua, & infrà: Omnes credimus, ita ſentimus, ita prudentes ac ſcientes conſcribimus: hæc eſt Apoſtolorũ, ſanctorum patrũ, omniũ deniq; benè credentium fides, quæ vniuerſum orbem terrarũ firmauit. Cumq; Deum vnum in Trinitate adoremus, neceſſe eſt etiam venerãdas eius imagines excolamus: qui verò non ita ſentiunt, ſint anathema, & ab Eccleſia expellãtur. Ipſi nanq; veteres Eccleſiæ catholicæ ſanctiones ſuſcipimus, ac maiorũ noſtrorum decreta ſeruamus: qui verò quicquam addiderint, aut ab his, quæ ab ipſa Eccleſia tradita ſunt, abſtulerint, anathemati ſint adſtricti. Legãt etiã hæc particula inſcripta de anathematibus, quã ſolet Orietalis Eccleſia quotannis celebrare: Qui eccleſiaſticas, inqt, ſanctiões literis traditas, aut aliter memoriæ pditas, reprobat, anathema eſto.

Lecta ſeptimi generalis Concilij definitione, Latini quendam vetuſtiſſimum librum in medium attulere: in quo quidem eadem ipſa definitio, ſanctumque ſpiritum ex patre filioq; procedere, ſcriptũ erat: quade re non mediocris contentio in illa ſeſſione fuit orta. Nam Latini librum ipſum vetuſtiſſimũ oſtentabant: ac vehementer elati, eum cum Græcorum libro conferebant: tentantes ex patrum ſubſcriptionibus rebuſque alijs, eorundem librorum cõuenientiam demõſtrare. Quos cùm in omnibus, ipſa tantùm acceſſione excepta, conuenire vidiſſent, viſi ſunt mirum in modum admirari, Græci verò ob temporis anguſtiam nil ad id reſpondere: veruntamen Latinis cõtendentibus, vt ipſa eadem definitio cum additione eiuſmodi recitaretur, benignè conceſſere. Deinde pater Epheſius orationem proſecutus fuit, dicens: Maiorum noſtrorum ſententias, patres ampliſſimi, quas vel in concilijs communi conſenſu pmulgaſſent, aut Cõciliorum legati pro fide ſua declaraſſent, aut mutuis literis, priuatísve commẽtarijs memoriæ prodidiſſent, intellexiſtis. Quæ quidem literæ ac cõmentaria, & ſi priuatorum doctorũ fuerant, pro conſultis tamen conciliorum, communibusq; ſentẽtijs habita ſuſceptaq; fuere. Ipſi ergo, qui noſtros maiores plurimum veremur, quiq; eorum decreta colimus, ac ipſorum execrationes timemus, acceſſionẽ ad ſymbolum factam ſuſcipere nolumus. Opportunum autem eſſe videtur, vt accuſatióni ac rationibus noſtris (ſi lubet) reſpondeatis: quandoquidem ſatis eſt nobis, Conciliorũ omnium canones & definitiones, ac ipſorum rationes in præſentia recitaſſe. Nanque veſtra priùs ad hæc audita reſpõſione, aliorum quoq; ſanctorũ patrũ authoritates ac ſententias ad noſtrã cauſam confirmandã afferemus, quas vel publicè profitentes, vel quid quiſq; de noſtra religione ſentiret, literis mandantes, memoriæ prodiderunt. Vos aũt patres ampliſſimi, rogamus, nobis diſtinctè ac per capita dialecticorum more reſpõdere velitis: vt ipſi ratiões veſtras facilꝰ memoria repetẽtes, his cõmodiꝰ ac dilucidiùs reſpõdere poſſimus: quãdoquidẽ vos ignorare nõ credimꝰ, nos neq; memoria valere, neq; cõponẽdi, diuidẽdiq; rationẽ benè ſcire, neq; pfiteri ad quãuis nobis ppoſitã queſtionẽ poſſe dicere. Verũ nobis ſimplicitas & modeſtia ſemp ineſt, vt quod à ratione nõ abſonũ ſit, id libẽter ſuſcipiamus, oppoſitũ aũt eius ingenuè abijciamꝰ.

Vetuſtus codex, habet additionẽ, Ex filioque.

¶ Septi-

IVL. ¶ Septimi cõcilij ſymbolum ſereniſſime Imperator, quod modò fecimus recitari, in vetuſtiſſimo volumine ſcriptum eſt, ita vt for.*poſſit nemo *poterit ſuſpicari corruptum fuiſſe, cùm præſertim quidam hiſtoricus noſter, antiquus quidem ac literatus, inter alia id quoq; teſtetur, hoc ipſum ſymbolum in ſeptimo concilio recitatum fuiſſe. Tali propterea ſymbolo cum hac additione vel declaratione, EX FILIOQVE, non mediocrem tribuimus authoritatem. Porrò autẽ, quoniam velle videmini, vt nos breuibus ac ſigillatim reſpondeamus, idcirco conabimur vobis pro viribꝰ ſatisfacere. Verùm vt id faciliùs aſſequamur, quod forſitan cauſa fuerit, cur vos quoq; clarè reſpõdere valeatis: operæprecium eſt, vt quæcunque modò recitata, ſcriptaq; ſunt, ea ſimul conferamus. Quibus quidem memoria repetitis, eorumque perſpecta conueniẽtia, ſequenti ſeſſione ad omnia faciliùs reſpondebimus. Tum iubẽte ſynodo, ad diem vigeſimam menſis eiuſdem ſeſſio fuit dilata.

¶ Die Lunæ vigeſima menſis Octobris, Sexta ſeſſio Ferrariæ.

IVL. Cardinalis. NVdiuſtertiùs, patres ampliſſimi, cùm vnà priuatim ageremus, id, quod à nobis ſæpiſſimè dictum fuerat, communi ſentẽtia repetiuimus, nos ad veritatẽ ſummapace inueſtigandam, huc conueniſſe. In hanc igitur rem ſummo ſtudio mutuisque officijs debemus incumbere, & alteri alteris eſſe grati. Qua quidem ſpe ducti, vobis eos libros libenter præſtare promiſimus, quos ſanctiſſimus pontifex haberet. Aſſerentibus autem vobis pari ſtudio velle nos proſequi, reuerendum Epheſium ac Nicenum rogauimus, vt librũ veſtrum de octauo Cõcilio per horam nobis mutuò darẽt. At illi noſtro deſiderio ſatisfacere noluerunt. Siquidem igitur ipſum hunc attuliſtis, benè euenit: ſin minùs, anteà quàm quippiam agatur, vt afferatur iubete.

MAR. Id quod vobis promiſimus, patres ampliſſimi, libenter ſatisfaciemus. Verùm interea nequaquam impediri debemus, quo minùs negocium noſtrum proſequamur, præſertim cùm nobis videatur nõ expedire, ita librum ipſum vobis concedere, vt eo prorſus priuati ſimus. Præterea, Concilium illud inter generalia connumerandum nõ eſt, quandoquidem non modò non ſuſceptum, verumetiam antiquatum fuiſſe conſtat. Ioannis enim & Adriani ſummorum pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Conſtantinopolitanum antiſtitẽ condemnauit. Is deinde Ioannes aliud cõcilium habuit, quod item appellauit octauum, quod ãcta ipſius Concilij, quod vos octauum fuiſſe dicitis, improbauit, Photiumque reſtituit. Cuius quidem Ioãnis pro Photio literæ, memoriæ proditæ ſunt, & adhuc extant. In quo planè concilio inter alia fuerat decretum, vt hæc eadẽ ſymboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipſius concilij acta reprobata videntur, non eſt cõgruum rationi, vt de his aliqua mẽtio fiat, cùm alterum octauum cõcilium ſequi potiùs deberemus. Propterea tempore ex*eo Cõſtãtinopolitana Eccleſia hucuſq; ſolet ita celebrari: Quæcunque in ſanctos patriarchas Ignatium & Photium ſcripta vel dicta ſint, anathema eſto. *eo in

Hoc metu vos libero, præſtantiſſimi patres. nam nil de ipſo Concilio recitabitur. IVL. Cardinalis. Sed quoniam in eo volumine nonnulla ſexti ſeptimique concilij acta ſunt ſcripta, idcirco ea videre vellemus. nam de octauo Concilio nobꝭ curæ non eſt.

Hac ergo cõditione vobis hoc volumen libenter concedimus: abſonum enim eſſet à ratione, poſtpoſitis concilijs generalibus, priuati conuentus rationem habere. Sed de his hactenùs. MAR.

Ex veſtra longa oratione, patres ampliſſimi, ad quam equidem reſponſurus ſum, quatuor equidem collegimus capita. Initio nanq; ſymbola vel (vt rectiùs loquar) ſymbolum, deinde generalium conciliorũ decreta, tertiò Cyrilli, Vigilij, Agathonis, Celeſtiniq; literas recitaſtis. Poſtremò autem protuliſtis, vos tot tamq; clariſſimos patres ita vereri, ac eorundem execrationes pertimeſcere, vt quicquã ipſorum dictis vel addere, vel ab eis auferre vehementer abhorreatis. Velim autem vos non ignorare, patres optimi, quam vos acceſſiõem & incremẽtum ſymboli appellare ſoletis, eam nos expoſitionem ac dilucidationem eſſe credere, qua quidem ratione à Romana Eccleſia in ſymbolo celebratur, & ſi prima orationis parte conati fuiſtis oſtendere, additionem ipſam ab ipſa Romana Eccleſia factã fuiſſe. Nam in ſecunda dixiſtis, nemini ratiõe aliqua fas eſſe, quicquam diuino ſymbolo addere: ex tertia verò parte creditis demonſtraſſe, incremẽtum illud, falſum ac inconueniens eſſe. Ex quibus oĩbus quartum illud caput cõſequebatur, vos ſanctorum patrum execrationes veritos, acceſſionẽ huiuſmodi nunq; ſuſceptuꝝs eſſe. Hęc vos in ſumma. Ipſi autẽ cõtrà probabimus, quam vos acceſſionẽ & cumulum nuncupatis, eã potiùs diuini ſymboli explanationem ac declarationem eſſe. Deinde, nobis interdictum nõ eſſe, quo minùs expoſitiones huiuſmodi facere valeamꝰ. Tertiò, declarationem ipſam veram & cõgruam eſſe. Poſtremò, plurimis ac fortiſſimis argumẽtis demonſtrabimꝰ, cuiuis veritati Chriſtianos omẽs acquieſcere debere. Nunc venio ad primũ. Et quoniã in qualibet quæſtione abſolutas ac intelligibiles rationes deſiderare videmini, idcirco vobiſcum dialecticè agam. Rogo autem vos, me attẽtè audiatis.

Nulla

Nulla expoſitio vel dilucidatio alicuius artis aut ſcientiæ, debet additio appellari, ſed verbum, EX FILIOQVE, in verbo, EX PATRE, concluditur, eiuſq; dilucidatio eſt, ergo verbum illud nulla ratione poteſt additio nuncupari. Porrò autem quoniam ſyllogiſmum hunc, quòd perfectus eſt, ac dialectico Canone factus, inficiari debetis minimè: ideo reliquum eſt, vt propoſitionẽ eius vtranq; veram eſſe probemus, quarum primam maiorem, alteram verò minorem dialecticorum more nominabimus. Maiorem autem ſic demonſtrandam putamus: Omnis additio vel augmentũ ex rebus extraneis fit, vt omnis ſchola philoſophorum tenet, præſertim Ariſtotelis, qui in De generatione ac interitu libro inquit, Adueniente aliquo fit augmentum. Si quidẽ igitur omnis additio ex rebus extraneis fit, expoſitio verò atque dilucidatio ab intrinſecis, ac ijs, quæ in eadem ipſa re inſunt, ſole clariùs ſequitur, cuiuſuis ſcientiæ expoſitionẽ ex rebus his factam, quæ in eiuſdem ſciẽtiæ ſubiecta materia ſint, additionem vel augmentum neutiquam appellari debere.

Nanq; ſi nullam inter expoſitionem & additionem differentiam poſuerimus, multa profectò nobis acciderint incommoda. ſacris enim literis additio facta fuiſſe videretur, & ad Nicenum ſymbolum ſecũda ſynodus acceſſiõem feciſſe cenſeretur, quam tamen conſtat fuiſſe profeſſam, quæcunq; protulerat, à ſuis maioribus accepiſſe, quẽadmodùm etiam Gregorius cognomento
gregorius theologꝰ. Theologus, qui in eadem ſecunda ſynodo affuit, ad Clidonium ſcribens, inquit: Nos fidei patrum ſanctorum, qui ad Arrianã hęreſim euertendam Nicenam ſynodum celebrauerant, nil vnquã antepoſuimus, neq; quippiam poſſumus prędeferre. Verùm eiuſdem fidei ſumus, ac ſemper erimus, addẽtes tantùm id, quod de ſancto ſpiritu ideo imperfectè prolatum fuiſſet, quòd antehàc nunquam in controuerſiam fuerat vocatũ, an pater & filius ac ſanctuſſpiritus vna diuinitas ſit, ipſumq; ſpiritum deum eſſe, nos oporteat credere. Et ex his verbis, prędſtantiſſ. patres, credere debemus, quamplurima fuiſſe à ſecundo Cõcilio declarata, quæ tamen minimè diceremus additiones fuiſſe. Nam in Niceno ſymbolo, Viſibiliũ omniũ & inuiſibilium: &, filium natum ante omia ſecula: &, in Spiritum ſanctum Dominũ & viuificantem, neutiquam erant ſcripta, quę licèt ab ipſo Concilio, ſymbolo fuerint addita, non tamen propterea putauit acceſſionem nouam ad ſymbolum ipſum feciſſe, vt is beatus Gregorius teſtatur, qui nil aliud ſentire profitetur, quàm quod Nicena ſynodus edidiſſet. Quinimmo ſi diligẽter vultis attẽdere, vobis notiſſimum fiet, nullum generale Concilium, poſt primum, celebratum fuiſſe, quod quicquam Niceno ſymbolo non addiderit, aut non ademerit ab eodem. Alterum enim Concilium, illud Niceni ſymboli, EX SVBSTANTIA PATRIS, prorſus abſtulerat. Quartum verò Concilium, totum hoc, NATVM EX PATRE, ID EST, EX SVBSTANTIA PATRIS, in, CONSVBSTANTIALEM PATRI SECVNDVM DIVINITATEM, NOBIS AVTEM SECVNDVM HVMANITATEM, mutauerat, vt Eutychis hæreſim euerteret. Apparet igitur manifeſtè, cuiuſpiam rei declarationem non eſſe additionem: quod item ex ipſius reuerendi patris Epheſij oratiõe ꝓbare volumꝰ, quippe qui reſpondens huic à ſe propoſitæ quæſtioni, cur tertium concilium de Niceno tantùm ſymbolo mentionem fecerit, de altero verò minimè, dixit, quòd ambo illa ſymbola vnum eſſent, nec in aliquo differrent. Syllabæ igitur & dictiones, quæ Niceno ſymbolo videntur appoſitę, nullam ad illud fecerunt acceſſionem, propterea quòd eundem ſymboli ſeruauerunt ſenſum. Maior ergo noſtri ſyllogiſmi propoſitio, benè ꝓbata videtur, nullam videlicet declarationem eſſe additionem. Reliquum autẽ eſt, vt minorem etiam demonſtremus, quod quidem maioris negocij eſt, ac maiori cõſideratione indiget, verbum, EX FILIOQVE, non quidem additionem, verùm expoſitionem eſſe. Neceſſe eſt enim, qui profitentur ſanctum ſpiritum ex patre procedere, filium ſimul intelligant, ad quod quidem probandum, non niſi veſtrorum ſanctorum doctorum authoritatibus innitar, quibus quidem clariſſimè demonſtrabo, quemadmodùm ex patre, ita etiam ex filio Spiritum ſanctum procedere. Beatus enim Cyrillus exponens hoc dictũ Ioannis, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit Cyrillus. Ioan. 14. b vobis, inquit: Cùm Dei & patris bonorum eſſentialium filius particeps ſit, eadẽ etiam ratione ſpiritum habet, quemadmodũ pater eundem habere percipitur, nõ quidem aduentitium aut extraneum, (Inſipientis enim, immo vt meliùs dicam) inſani hominis eſſet ſic credere) ſed quemadmodùm quiſque noſtrum, ſuum ſpiritum continet, ac ipſum ex viſceribꝰ ſuis emittit. Propterea ſeruator noſter corporaliter ſpiritũ flauit, vt oſtenderet, quemadmodùm ſpiritus Ioan. 20. e ex ore humano corporaliter exit, ſic etiam ipſum ex diuina ſubſtantia, vt Deo conuenit, profluere. Quibus verbis Cyrillus videtur concludere, quoniam ſi patris omia bona filius ſecũdum ſuam naturam & ſubſtãtiam habet, id etiam habeat, neceſſe eſſe, vt inſtar patris ſpiritum emittat, manentibus perſonarum proprietatibus. Vndè ſequitur, filium ſic ſe habere ad ſpiritũ, quẽadmodùm etiam pater. Ne autem quiſquã crederet, nõ de ipſo ſpiritu, verùm de quodam ſpirituali chariſmate vel gratia doctorem

Ioan. 20. e rem ipſum ſenſiſſe, dictum hoc Seruatoris noſtri perpẽdat: Accipite Spiritum ſanctũ. Porrò autem, quoniam in ſymbolo ſpiritus vnã triũ perſonarũ ſignificat, neceſſe eſt, ꝓcedat ex filio, quemadmodum etiam patre. Sed forſan aliquis dixerit, ſermonem ipſum de Spiritu, ambiguum eſſe, ita vt non ſpiritus perſonam ſignificet. At nos ad oſtendendũ huius oppoſitum, magnum Baſilium adducemus teſtem, qui vos docebit, patrẽ & filiũ ac ſanctũ ſpiritum ſic ſe habere, vt neq; pater ſine filio & ſpiritu, neque filius abſq; ſpiritu poſſit intelligi. Qui ſpiritũ (inquit) intelligit, ipſum & eum, cuius eſt Spiritus, ſimulque filium mente concipit: qui autem hunc percepit, ſanè Spiritum non ſeiunxit. Verùm conſequenter ſecundum ordinem, coniunctim autem ſecũdum naturam ipſas tres perſonas intelligens, veram aſſequutus eſt fidem. Porrò autem, quoniam Spiritus CHRISTI eſt, & ex eo, vt inquit Apoſtolus: ideo quemadmodum ſi quis alterum extremum alicuius catenæ traxerit, procul dubiò catenã totam attraheret, ſic etiam patrem ſimul & filium per eundem Spiritum traheret. Et ſi quis filium tenet, altera quidem patrem, ſanctum autem ſpiritum altera parte tenebit. Fieri enim non poteſt, vt in eis ſeiunctionem aut diuiſionem intelligas eſſe, vt filium ſine patre, vel ſpiritum ſeiũctum à filio, & reliqua: ita patres ampliſſimi, diuinæ perſonæ ſe habere creduntur, vt qui vnam intelligit, alias quoq; percipere neceſſe habeat. Ex quo planè conſequitur, vt qui patrem intelligit Spiritum ſanctũ producere, is quoque neceſſariò credat, eũdem ſpiritum à filio produci. Ne aũt oratio
Baſilius noſtra incredibilis videatur, eundem ipſum Baſiliũ attentè audiatis, qui filium probat habere quæcũq; pater habere creditur, hoc excepto, filium non eſſe patrem. Patrem (inquit) & filium protuli. Has mihi tene proprietates: filiꝰ ergo manẽs in eſſe filij, & quatenùs filius eſt, omnia eſt q̃ pater, iuxta hoc
Ioan. 17. b noſtri domini dictum: Et mea omnia tua, & tua mea ſunt. Imaginis enim omnia, rei ſunt exiſtentis. & cætera. Sermo Baſilij, patres optimi, plurimùm noſtræ ſententiæ conuenit. Ergo patri ſimul & filio commune eſſe videtur, Spiritum ſanctum producere. Multas quoq; alias rationes afferre poterimus, quibus notiſſimum fieret, quoniam ſpiritus ex parte procedere creditur, neceſſe eſſe intelligi, eundem ſpiritum ex filio quoque procedere. ſed de his hactenùs. Importunũ enim videtur, hac de re in præſentia diſputare. Sequẽti igitur ſeſſione de hoc accuratiùs forſan agemus. Verùm Deus optimus maximus vtinam talem controuerſiam è medio noſtri tollat, ita vt in poſterum haudquaquam nobis ſit opus de hac re verba facere. Sed redeo vndè digreſſus ſum, nullam factã fuiſſe dicebam additionem, quandoquidem declaratio, nulla ratione poteſt additio nominari, quæ minor noſtri ſyllogiſmi propoſitio fuerat: ad quam quidem probandã, oportebat etiam declarare id quod ſcitu facile eſt, ſpiritum ex filio q̃ produci. Quod ergo ſymbolo appoſitũ eſſe dicitur; id non additio, ſed potiùs quædam ſymboli expoſitio ac explicatio eſt. Nunc venio ad ſecundam partem, qua quidem probare promiſimus, quicquid ſit illud, ſiue acceſſio, vt vobis: ſiue declaratio, vt nobis videtur, id quo minùs fieri poſſet, nunquam fuiſſe prohibitum. Nanque ſi id eſſet augmentum, dubio procul foris veniſſet, & extraneũ eſſet. Cùm autem multas ſyllabas & dictiones vtrique teſtamento, nedum ſanctorũ patrum decretis ſynodorum q̃que definitionibus, appoſitas fuiſſe conſtet, deo fauente probabimus: ſequitur, nobis non interdictum fuiſſe nec eſſe, additiones eiuſmodi facere: quod ſanè ſi quis negauerit, is nullo pacto poterit effugere, quin ſemel concedat, maiores noſtros, qui ſymbolo ac maiorum ſuorum dictis addiderãt aliquid, ſub anathemate eſſe. Paulus Galat. 1. Præterea Paulus ait: Si quis vobis aliud, prẽterquam quod tradidi vobis, euangelizatus fuerit, anathema ſit: ad eius tamen ſcripta acceſſiones non paucæ factæ fuerant. Multa etiam Nicena ſynodus Apoſtolorum ſymbolo addidit, multa ſecunda Niceno, multa denique protulit Epheſina, de quibus neque prima, neque ſecunda mentionẽ fecerat. Vetitum igitur illis videtur fuiſſe, ſymbolo noui quicquam apponere: declarare autẽ, minimè. nam ipſi ferè omnes anathemate deuincti eſſemus. Prẽterea idẽ Apoſtolus ad corinthios inquit: Litera quidem 2. Cor. 3. b occidit, ſpiritus autem viuificat: quos quidẽ corinthios incuſabat, quòd accuratius ſcripturæ, quàm opus eſſet, inniterentur. Non ergo ea debemus inſpicere, quæ videantur occidere, in quo Iudæi vehementiſſimè peccant, quippe qui mentẽ à ſcriptura non efferunt, quod à noſtris doctoribus mirum in modum repræhenditur, quorũ primus beatus Greg. theologus inquit: De nominibus Gregorius Theologꝰ. non certabimus, ſi rem eandem ſignificent. Gregorius Palamas. Veſter item Gregorius cognomẽto doctor: Parum, inquit, curo de dictionibus: non emfolũ in verbis, verum etiã in rebus apud Gregorium theologum pietas conſiſtit. Porrò aũt oratio noſtra de dogmate ac de re ipſa fieri videtur, in qua quidẽ ſi conuenerimus, haudquaquã in dictionibus diſcrepabimꝰ. Siquidem igitur tantus doctor de dictionibus non curauit, nobis profectò multo minus de eiſdem eſſe curæ deberet: ſed ſuo loco diligenter tractabimus, an concilia prohibuerint, vt dictionum huiuſmodi nulla prorſus additio fieret. Satis emi nobis in prẽſentia fuerit, ſi conſtiterit, cur literarum ac ſyllabarum acceſſio refellenda non ſit. qua in re hoc manifeſto vtar exemplo: nam ipſi

ſymbolũ Latiuè proferimus, vos aũt Græcè, alij verò lingua ſua: ſed quoniã idẽ oẽs ſentimus, ideo nullũ ex eo incõueniens poteſt accidere. Verũ dialectico argumẽto agam⁹, quod etiã bonis literis mediocriter eruditis patet. Oẽs ſcientiæ ἀξιώματα ꝓpria, hoc eſt, pronunciata, vel (vt dialecticè loquar) principia vel dignitates habent, q̃ tametſi multa poteſtate cõtineant, ac in ſeipſis ſua facultate plures concluſiones includant, eas tamẽ doctores ſyllogiſmis, inductionibus, exemplis, quouis deniq; argumẽtorũ gñe demonſtrare ac explicare ſolẽt, propterea tamẽ nemo proferret ſcientiam eorum diuerſam eſſe. Teſtis eſt Ariſtoteles in ſuis poſterioribꝰ analyticis. Siquidem igitur & ipſi principia theologicasq̃, dignitates habemus, quibus in ratione diuina innitimur atq; credimus, ex his ꝓcul dubiò demõſtrare poterimꝰ, ſanctum ſpũm ex filioq; ꝓcedere. Id ergo quod Romana Eccleſia ꝓfitetur, patet additionẽ nõ eſſe. Ampliùs oſtendere poſſumus, additiones huiuſmodi poſſe fieri. NAM Paulus in quit: Vnus dñs, vna fides, vnũ baptiſma, vnꝰ Deus & pater omniũ. Ergo & vna Eccleſia. Vtrũ aũt & vna dignitas, an non? ſed de hoc aliàs. Eadem igitur Eccleſia diuerſis tẽporibus, ac vrgente neceſſitate, acceſſiones facere poterat. Quæ quidem facultas nunq̃ poterit auferri. Noſter eñ Seruator inquit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Quæ quidem oratio nequaquã ſignificat, vt Deus nobiſcum ſimpliciter ſit, ac nos ſimpliciter regat. Sic enim lapidibus & plantis, ac omnibꝰ animantibus ſemp ineſt, ac ſimpliciter ipſa gubernat. verũ ſemper nobiſcũ credit eſſe, nos ſua gratia vnaq̃ue religione ac fide coniungendo, quod proculdubio in ijs mẽbris videre nõ eſt, quæ diuerſa fide ſeiũcta ſunt. libera igitur Eccleſia videtur eſſe. Prætereà ſi veſtra opinio vera eſſet, magnũ diſcrimen incurrerent Chriſtiani, ac magnum incommodum ipſis accidere facilè poſſet. Nam ſi aliquando emerſerit hæreſis, Eccleſia ſeſe nõ poſſet ei opponere. Secundum tamen concilium acceſſionem facere cœpit, hanc excuſationem afferendo, vt, ſi fieri poſſet, firmam & illæſam Eccleſiam ſemper eſſe, ſanè nulla eſſet opus additione. Sed quoniã quandoq; videtur periclitari, idcirco neceſſe erat acceſſionem ad Nicenum ſymbolum facere, vt ipſi quoque aſſerimus Romanæ Eccleſiæ cõtigiſſe. At ei fuerat interdictũ. Hoc equidem oſtendatis velim, cùm à maioribus noſtris nil aliud prohibitum fuiſſe conſtet, quàm vt nemini liceret diuerſam fidem proferre, aut componere, literísve mandare, vt in Epheſini concilij actis (vt benè noſtis) videtur, quòd cæteræ quoque ſynodi conſectantes, ſimili modo prohibuere, ſanctiq̃ue doctores, qui de ſyllabis & dictionibus priuatim fecerant mentionem, ad illud idem concilium ſe retulerãt. Poſteriores denique omnes ipſius tertij concilij prohibitionem eadem ratione ſuſceperãt, ne cui diuino ſymbolo diuerſas dictiones aliam fidem ſignificantes, liceret apponere. Neceſſe eſt igitur, verba omnia ad eundem ſenſum referri, eosq̃ue, qui ſyllabarum & dictionũ meminerant, idem intellexiſſe, vt hæ dictiones eſſent fugiendæ, quæ diuerſam fidem ſignificarẽt. Quemadmodum enim diuerſus à noſtra religione ſenſus, vehementer eſt reijciẽdus: ita etiam verba fidem aliam ſignificantia, refellenda ſunt. Patet igitur, prohibitionem ipſam neutiquam cõtra nos facere, quodq̃ue vos additionem, nos verò declarationem appellamus, id rem vnã eandemq̃; fidem ſignificare, & ad eãdem ſpectare. vndè liquet, nos nequaquam eſſe ſub anathemate. Alia quoq;, præſtantiſſimi patres, ad hanc rem plurimùm pertinẽtia dicere poſſemus, quæ ex quarti concilij actis collegimus. verùm opportunum eſt vt ſurgamus. Tum ſynodus decreuit, vt ad diem proximi ſabbati ſeſſio prorogaretur.

Ephe. 4.a

Matth. 28.c

¶ Die ſabbati XXV. Octobris.
ſeptima ſeſſio Ferrariæ.

ANDR. TVA venia & gratia, pater beatiſſime, necnon mitiſſimi Imperatoris ac ſanctiſſimi patriarchæ iuſſu, orationem noſtrã, quam proxima ſeſſione habuimus, proſequemur. Qua quidem oratione duo credimus oſtendiſſe, ſpiritum ex filioq̃ue procedere, quemadmodùm Romana Eccleſia profitetur, additionem non eſſe: ac nunquam interdictum fuiſſe, quo minùs acceſſiones huiuſmodi ab Eccleſia fierent. Reliquũ aũt nobis erat, duo altera demonſtrare, quæ tũc probare promiſimus, additiõem ipſam valdè conuenientem, nedum veram eſſe, ac plurimum oportere, vt à Chriſtianis omnibus excolatur: etſi ſanctiſſimus ac ſummus pontifex, ac hi præſtantiſſimi patres, vnum tantum ſufficere crederent, vt demõſtraremus acceſſionem ipſam veram & congruam eſſe. Veritas enim perpendenda eſt. quandoquidem ipſa cognita, eius cõtraria facilimè diſſoluuntur, vt Ariſtoteles noſter teſtatur: qa omnia vero cõſonant, falſo aũt (inquit) citò diſſonat verũ. conueniens igitur eſſet ipſius argumenti veritatem oſtendere, ꝙ eo modo faciliùs vobis ſuaderetis, id Romanæ eccleſiæ dubio procul facere licuiſſe: ad quod quidem probandum cùm publicis & priuatis orationibus, tum certis libellis nos ſæpenumerò prouocaſtis, ea præſertim oratione qua pater Epheſius ex nobis quæſiuit, cur Romana Eccleſia acceſſionem ad ſymbolũ fecerit. His ergo patribus gratiſſimũ fieret, ſi veritas hæc eluceſceret. Nanq; cùm in dubiũ vocari nõ poſſit, declarationẽ ipſã à maioribꝰ noſtris fuiſſe factã: & ne fortè quiſpiã ambigeret, an tali eſſet opꝰ declaratione, idcirco nobis (vt ſuprà dictũ eſt) videbaꝫ opere-

præprecium, eiuſce rei veritatem oſtẽdere & aggredi, ex quo etiã crederetis, ipſam à Romana Eccleſia conuenienter, maxima præſertim vrgẽte neceſſitate, additam ſymbolo fuiſſe. Veſtra autem argumenta, quæ priuatim inter vos ferebantur, vt nunc nobis relatũ eſt, facilè poſſent refelli, quibus oſtẽdere credebatis, nos à ratione propoſita diuertiſſe, ac nulla reſponſiõe ad veſtram orationem facta, ad valdè impertinentia veniſſe. Quorum neutrum, patres ampliſſ. credimus commiſiſſe. Si nanque vos (vt libuit) peroraſtis, à ratione non fuerat abſonum, ſi ipſi quoque ad libitum noſtrum reſpondiſſemus, cùm præſertim oratio noſtra nequaquam inepta videretur: ſed neque (pace veſtra dixerim) impertinens fuerat. Nam etiã is, qui cauſam dicit in foro, aut in academia ſibi propoſitis argumẽtis reſpondet, quandoque ſolet diuertere, & aliquam concluſionem probare: cuius deinde veritate percepta, ad propoſitum reuerti: ita tamẽ, vt de iuribus petentis neutiquã minuatur. Sed ideo vobis videtur, nos nequaquã ad propoſitum reſpondiſſe, quòd nondum ad tertiam partem venimus. Quærentibus enim vobis, an nobis licuerit diuino ſymbolo quam addere, aut verbum eius aliquod declarare, necne, id nos proculdubiò facere poſſe profeſſi fuimus. Sed cùm aliam huius rationẽ afferre nõ poſſemus, idcirco noſtrã ipſam declarationem, veram ac neceſſariam eſſe volebamus oſtẽdere: Quod planè caput orationis noſtræ tertium futurũ fuerat. De quo quidem non eſſet ab re (vt paulò antè dictum eſt) accuratiùs diſputare. Sed quoniã id grauiter ferre videmini, ac nobis enũciaſtis vos ad id minimè reſpõſuros eſſe, idcirco vt hac etiam in re vobis gratiſſimum faciamus, parte illa poſtpoſita, nõnulla alia proferemus, quibus & habita noſtra oratio explanabitur, quæq̃; ad ea, quæ ſuo loco ꝓbauimus, neceſſaria fuerint: ita vt omnes intelligant, nos ad propoſitum reſpondere, & an iuſtã in nos inuehendi cauſam habeatis. Vt autem noſtra oratio plana & intelligibilis ſit, ex his ipſis noſtrũ ſumemus exordiũ, quæ modò vos recitaſtis. Initio Nicenũ ſymbolum protuliſtis: quod cur feceritis, non ipſi videmus, quãdoquidem id videt nulla nobis ratione obſtare, neq, noſtræ ſententiæ cõtrarium eſſe. Noſtra eñ controuerſia eſt, an ſanctus ſpũs quemadmodũ ex patre, ita etiã ex filio procedat: & an Romanæ Eccleſiæ hoc declarare licuerit. Symbolum autẽ ipſum tametſi ſanctiſſimum ſit, ad propoſitum tamẽ neutiquam ſpectare videtur. Nũ illud ipſi non credimus? Num à nobis non ſuſcipitur? non approbatur, non excolitur, non celebratur? Num deniq; nobis idem & vobis commune non eſt? At pater Epheſius dixerat, ſecundũ & tertiũ conciliũ definiſſe, ſymbolũ illud immutabile manere debere. Hoc etiam ipſi fatemur, non ita tamẽ, vt idẽ clarius ac lucidius reddi, ſi opus eſſet, non poſſet, ſed quæ ad eius veritatem ſpectarẽt, ea ſemper immota manerent. NAM quemadmodùm ſcientiarũ principia, omnia ſua poſteriora potentia continent, ac in ſeipſis includunt: ita etiam Nicenum ſymbolũ, Chriſtianorum doctrinam & fidem in ſeipſo implicitam continere, includereq̃; cenſetur. Illud enim, IN FILIVM EX PATRE NATVM, in Arrium hereticum celebratum fuerat. Sanctum autem ſpiritum Deum eſſe, in Macedonium & Eunomium. Filium verò fuiſſe incarnatum & genitum, aduerſus Neſtorium. Immò ſi quis omnia diligẽter perpenderit, nullam prorſus præteritam inueniet hæreſim, vel futuram excogitabit, quæ non eiuſdem Niceni ſymboli facultate diruta fuerit, vel quæ deſtrui non poſſit. Siquidem igitur ſymbolum hoc pro noſtræ fidei fundamento celebratum fuerat, neceſſe eſt immutabile maneat, principiorum cæterarum ſcientiarum inſtar: quibus datis atque conceſſis, immotis ſq̃ue permanentibus, multas concluſiones doctores probare ſolent. Patet ergo, cur Romanam eccleſiam ex ipſo ſymbolo neutiquã accuſare poteſtis, quod vnà cum tertij Concilij definitione velim iterum recitetur. Audiſtis, ampliſſimi patres interdictum ipſius Concilij vtraque lingua perlectum: quo planè nil aliud prohibetur, niſi vt diuerſa fides componi, vel literis mãdari, aut ab aliquo proferri non poſſit, quorum nihil ipſi benignitate Dei commiſim⁹: quandoquidem pauloantè probauimus, vnius ac eiuſdem eſſe religionis, profiteri ſanctum ſpiritum ex filio, quemadmodùm ex patre, procedere: quòd expoſitio, explanatio, declaratio, dilucidatio, id deniq; genus alia, additiones nõ ſunt, cùm diuerſam fidem nequaquam ſignificẽt. Conſtat ergo clariſſimè, interdictum illud minimè cõtra nos facere. Sed ad Cyrilli literas veniamus, quas ad Ioannem Antiochenum præſulem ſcripſerat: quę (ſi placet) iterum recitentur. Ipſi⁹ tertij Cõcilij authores, Patres ampliſſimi, præſertim idẽ ipſe Cyrillus, qui eidẽ præfuerat, ad eius definitionem ac interdictũ ſe referentes, priuatim cõſcripſerant. Siquidẽ igitur patres hi de fide tantùm diuerſa, non autem de verbis curabant, in dubium vocari nõ debet, *quia literæ quoque Cyrilli nõ *quin eundem habeant ſenſum, vt ſingulas earundem literarum particulas accuratè conſiderãti patet. Nullã (inquit) vel nobis vel mortalibus alijs facultatem concedimus, vt aliquã ſymboli dictionem mutare, aut vnam ſyllabam præterire valeant, quorum neutrum in ſanctum ſymbolum nobis commiſiſſe videmur. Hæ ergo literæ in aliquo nobis non obſtant. Præterea ſcitu dignum eſſe exiſtimo, cunctas eiuſcemodi definitiones & decreta, præſertim illud, de quo paulo ſupe-

riùs dicebamus: poſt eõciliorũ decreta ſcriptum fuiſſe. Ergo quemadmodùm cogente neceſſitate, his non obſtantibus interdictis, licebat Eccleſię declarare, diuinaq; dogmata illuſtriora reddere, ac ipſa chriſtianos docere, ita etiam ſi quædam ſymboli particula à Romana eccleſia fuerat explanata, id vitio vertendum non eſt: neque quicquam cõtra definitiones & prohibitionem ipſam commiſſum fuiſſe videtur. Ampliùs, pater Epheſius vocauit in cõtrouerſiam, cur tertia ſynodus de prima tantùm fecerat mentionem, de ſecũda verò minimè: qui deinde ſibijpſi rectè ſubtiliterque viſus eſt reſpondiſſe, q vtrunque earundem ſynodorum ſymbolũ pro vno ſolo dijudicabatur, quòd ſenſum vnum habebant, etſi quibuſdam in verbis differre plurimùm viderẽtur. Quam quidẽ reſponſionem ipſi ſuſcipimus, ac ei noſtra in controuerſia innitimur: pariq; ratione credimus hoc noſtrum ſymbolum diuerſis vocabulis vnam eandemq; fidem ſignificare. Hoc igitur tertij cõcilij interdictũ haud cõtra nos facere videtur. Sed Chalcedonẽſe quoque legatur decretum.

IVL. Cardinalis. In Chalcedonenſi concilio, patres optimi, Nicenum primò, deinde cõſtantinopolitanum ſymbolum fuit recitatũ. poſteà verò concilium ipſum decreuit, hoc ſymbolũ ad perfectam noſtræ fidei notionẽ ſufficere: vltimò autem inſtar tertij concilij interdixit, vt aliam fidem proferret nemo.

ANDR. Etſi huiuſmodi definitio, & interdictum, præſtantiſſimi patres, nequaquã contra nos facit, tamen vt id omnes clariùs intelligant, nonnullas afferam rationes. Nam illuſtriſſima ſynodus illa decreuerat, Cõſtantinopolitanum ſymbolum ad incarnationis Dei filij dilucidatiõem, ac noſtram fidem ſufficere: quia tamẽ verbis clariſſimis non conſtabat, idcirco nõnulla ei verba addiderat, nõnulla etiã ab ipſo (vt patet) abſtulerat: propterea tamẽ fidem ipſam mutaſſe, aut prorſus aliam feciſſe nõ creditur. Interdicta igitur ipſa facta fuiſſe cenſemus, ne cui ſenſum ipſi⁹ ſymboli mutare liceret: nõ aũt, quo minus Eccleſia ſymbolũ ipſum in poſterũ exponere, dilucidareq; poſſet. Sed velim à vobis amp. patres doceri, an ſacratiſſimũ euãgelium perfectiſſimã noſtræ religionis doctrinam præ ſe ferat. Equidem vos aliud nil puto, p veſtra ſumma pietate reſponſuros, q cõſummatiſſimã fidei noſtræ ſciẽtiã in ipſo cõcluſam eſſe, licèt q plurimi Græcorum ac Latinorũ doctores, illud, necnõ apoſtolorũ ſymbolũ explanauerãt ac declarauerãt. Hęc igit patris Epheſij ſentẽtia vera videtur eſſe, totã ſacrã ſcripturã ita noſtris à maioribus fuiſſe probatã & obſignatã, vt addere vel ab ea quicquã auferre fas nemini ſit. Propterea q dicebat, idem quoque nobis de ſymbolo credendum eſſe. Euangeliſtas autẽ noluiſſe, quin aliquis eorum ſcriptis adderẽ poſſet: ſed ipſorum fuiſſe ſententiæ, vt talis inhibẽdi facultas ſuis poſterioribus deferretur: necnon ſecundum concilium ipſorum euangeliſtarum veſtigia ſequutum, nequaquã interdicere voluiſſe. Hęc (pace veſtra dixerim) in pagina ſacra nõ extant. Immò Paulus ad Gal. inquit: Si quis vobis euã- Galat.1.c
gelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Et Ioannes in Apocaly. Si quis ap Apoc. 22.d
poſuerit ad hęc, apponet Deus ſuper Illũ plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Omnes ergo doctores ſancti potuerant interdicere, ne cui liceret acceſſionem ad eorum ſcripta facere: poſteriores tamen ſcripturam ſanctam clariorem neceſſariò reddidere. Nam quoniam Arrius profitebatur Dei filium creaturam, alteriusq; ſubſtantiæ à patris ſubſtantia eſſe, ſcilicet his verbis ſeruatoris innitens, Pater maior me eſt: ideo doctores Ioan.14.d
hac adducti neceſſitate, quanam ratione patre filius minor eſſet, declarauere: vt in poſterum accidere poterit. Sanctum enim ſpiritum, Deum ac dominum & viuificantem profitemur, & qui cum patre & filio ſimul adoratur & cõglorificatur: ipſum tamẽ cæli & terræ factorem eſſe, neutiquam in ſymbolo celebramus. Ergo ſi noua hæreſi quæreretur, cur ſanctus ſpiritus, inſtar patris & filij, factor cæli terræq; non celebretur, nõne tum nobis neceſſe fuerit, vt conuocata Eccleſia quæſtionem huiuſmodi diſſoluamus, ac veritatem ipſam prędicemus, ſanctum videlicet ſpiritũ ita cęli & terræ factorem eſſe, quemadmodum pater & filius? Eccleſia igitur neque à tertia, neque à quarta, neq; cæteris à ſynodis ita præſcriptis legibus interdicta videtur eſſe, vt cogẽte neceſſitate ambigua declarare non valeat. Sed quartę ſynodi definitio iterũ (ſi lubet) recitetur. Eccè, patres ampliſſimi, q̃ clariſſimè patet, quidnam in hac quæſtione dicendum ſit. Synodus enim quarta decreuerat, ne cui liceret in poſterum aliam fidem aut diuerſum ſymbolum cõponere vel proferre, quorũ neutrum ipſi gratia Dei commiſimus. Sed verbum illud, ſi ſuffeciſſet, diligẽtiùs rogo perpendite. Non enim ſynodus dixerat, ſufficit: ita vt oratio ipſa ſic intelligi debeat, ſi nulla hæreſis emerſiſſet, Nicenum ſymbolũ dubio procul ſatisfeciſſet. Sed quoniã plurima inſurrexerat hæreſis, ideo neceſſe fuerat vt diuerſis temporibus, fide tamen ſymboloque non mutato, diuerſę fierent expoſitiones. Symbolum autem fuiſſe perfectũ, quemadmodùm pater Epheſius protulit, ob idq; nulla indiguiſſe additione, ratione duplici poteſt intelligi: vel quantum ad veritatem & fidem, vel quantum ad notionem pertineat. Ea igitur ratione ita ſymbolum

lum fuiſſe perfectum, vt ei non eſſet opus acceſſione, fatemur: ob plurimam tamẽ hæreſim ortam, neceſſe fuerat, vt accuratiori expoſitione perfectioriq; explanatiõe ſymbolum ipſum dilucidaretur. Rerum profectò neceſſitatem ac varios temporum curſus patres ampliſſimi, conſiderare debetis. Homines enim mortales cùm ſint, omniaq; futura neutiquàm perſpicere poſſint, neceſſe eſt, eadem ſemper Eccleſia maneat, eademq; dignitate prędita ſit: vt vſque ad ſeculi finem contradicentibus ſe opponat, ipſosq; redarguat, & refellat. His igitur fortiſſimis patet argumẽtis, nullũ obſtare decretum, quo minùs eccleſia valeat dubia & obſcura exponere ac dilucidare. Prætereà poſt ſymbolum & decreta ſancita, definitiones traditæ fuerant: quòd ſi valdè eſſet ignotum, quid pro religione ac bonis moribus eſſet in poſterum declarandum: Propterea q̃ ſæpiſſimè aliæ atque aliæ definitiones poſteritati traduntur. Sanctorum igitur patrum decreta ita præfinita videntur eſſe, vt quemadmodùm diuerſa denuò definitio traditur, ita etiam explanatio ipſi conueniens poſſit fieri. Porrò autem ipſi quoque concedimus, quod pater Epheſius protulit, nulli fas eſſe aliud ſymbolum tradere: ea tamen ratione, qua præſul ipſe dicebat, Conſtantinopolitanum à Niceno neutiquàm diſcrepare, etſi plures illud ſyllabas ac dictiones habeat, huic verò multa vel addita, vel ab eodem ablata fuerint.

IVL. Cardinalis. ¶Seſſione proxima, patres optimi, verbum, SI SVFFECISSET, ac totam ipſam orationẽ non accuratè expoſuiſtis. Verùm, quod quæſtionem noſtram facilè ſoluerit, prætermiſiſtis. Nam Chalcedonenſe concilium inquit, nil addentes vel auferentes, ſed ſanctum ſpiritum eſſe dominum declarantes, & reliqua. Qui quidem ſermo erat in eos, qui ſacræ paginæ innitentes, contra ſanctum ſpiritum diſſerebant. Ex his itaque verbis quæ vos ſilentio prætеriſtis, luce clarius patet, ipſam noſtram declarationem, EX FILIOQVE, talem non eſſe acceſſionẽ, qualem conciliorum decretis prohiberi cẽſemus, quemadmodum beatus Thomas in lib. contra Græcos hanc eandem quæſtionem diſſoluit. Sed ex quinti Concilij actis, Ioannis Conſtantinopolitani præſulis ſermo recitetur.

ANDR. ¶Orationem noſtram, patres ampliſs. ex quinti Concilij ſententia, veram eſſe probabimus: vt Chriſtifideles (inquit ipſe Ioannes) ab ineptis verbis abſtineant, mentem autem ſuam diuino ſymbolo, quo baptizati ſumus, adhibeant, quod quidem Nicena ſynodus ſanctiſpiritus gratia memorię prodidit, & reliqua. A cæteris tamen concilijs magna verborum mutatio eidem ſymbolo facta fuiſſe videtur, quam tamen ipſi declarationem eſſe dicemus: quandoquidẽ eorũ, quæ ad fidem pertineant, nulla prorſus in eo apparet mutatio. Non ergo Romañ Eccleſia diuino ſymbolo quicquam addiderat, neque in poſterum addet. Sed Vigilij literæ iterum legantur. Summus is põtifex, patres ampliſſimi, declarãs, quid de religione ſentiret, id quod ipſi quoque credimus ac profitemur, memoriæ prodidit, vt aliam doctrinam & fidem aut diuerſum ſymbolum nemo profiteri deberet, ſed tantùm illud, quod Nicena ſynodus piè tradidit, Conſtantinopolitana verò ampliauit, ac Epheſina illuſtrauit. Idem igitur cum Vigilio volumus, idemq; ſentimus, qui nil prorſus decreuiſſe videtur, quod non ipſi quoque profiteamur, ſummoq; ſtudio proſequamur.

¶Harum literarum vna particula, patres optimi, noſtram quæſtionẽ diſſoluet. Epheſinam (inquit) ſuſcipimus ſynodũ, quę maiores ſuos ſequuta, Neſtorium impium ac eius ſceleſtiſſima dogmata ſectamq; damnauerat. Siquidem igitur ea ratione Neſtorius fuerat damnatus, ſequitur, vt hi, qui ea omnia quæ in ſymbolo ſunt incluſa, profiteãtur, nequaquàm debeant condemnari: verùm hi tantùm, qui à ſymbolo diuerſa ſentiant: quandoquidem diuerſitas dogmatũ ſolummodò prohibetur. Sed ſextæ ſynodi decretum iterum recitetur. Nicenum eccè ſymbolum in primis ſuſceperat, dein Epheſinum, poſteà verò decreuerat, poſtremò autem interdixerat. Vndè veſtra ex ſententia ſequeretur, eos, qui ipſius ſynodi decretis, nedũ qui ſymbolo addiderint, prophanos eſſe. IVL. Card.

MAR.

¶Breuitati ſtudẽs ipſi, definitiones huiuſmodi recitare noluimus. IVL. Card.

¶At plurimùm ad nos ſpectare videntur. Nemo enim crederet eos ſub anathemate eſſe, qui eiuſcemodi definitionum fuerant authores, quę non in ſymbolo celebrantur. Sed magna inter hos libros diſcrepãtia eſſe videtur. Nam in Conſtantinopolitano ſymbolo, quod ab Epheſina & Chalcedonenſi ſynodo conſtat citatum fuiſſe, neque DEVM DE DEO, neque DE CAELIS, legitur in hoc libro. Operæprecium igitur eſt, hoc in vetuſtioribus libris inſpicere. Eſt ne ita reuerende pater, an non?

¶Ipſi ſanè ſymbolum celebramus, quod ſcripturæ relictũ fuerat. Si autem inter vos talis controuerſia eſt, vos videritis. MAR.

¶Hic uon eſt ſcriptũ, DE CAELIS. In margine autem ita legitur: Nota Græcos qui celebrant, DE CAELIS, IVL. Card.

RVTH.

¶Num vos, DE CAELIS non celebratis?

¶Id ipſi celebrare ſolemus. IVL. Card.

¶Ergo cõuenimus, quemadmodũ in noſtris libris eſt ſcriptum. Vndè autem veſtra hęc ambiguitas orta fuerit, ignoramus. Siquidem igitur ſic ab omnibus celebratur, quemadmodum in noſtris vetuſtiſſimis li- RVRH.

bris legitur, nullam ipsi tenemur reddere rationem, cur in libris vestris discrepantia sit.

IVL. Cardinalis. ¶ Hæc ideo protuli, vt ostenderem id addi symbolo potuisse, quod non esset alienũ à ratione: vt constat, post Ephesinũ interdictum, accessionem cógruam ad symbolum factam fuisse.

ANDR. ¶ Sed neque ex sextæ synodi inhibitióe, præstãtissimi patres, potestis nos meritò incusare: quãdoquidem ipsa synodus de alia tantùm fide, diuersóq; symbolo sentiebat. Ipsi verò (vt suprà multis ac fortissimis argumentis probauimus) non aliam fidem colimus, neque diuersum symbolum celebramus. Nunc ad Agathonis literas veniamus: quas iterum, obsecro, recitetis. Sententia nostra, patres amplissimi, literis his confirmatur. Huic vni summo studio (inquit) incumbentes, vt nil prorsus eorum minuatur aut mutetur, aut quicquam ipsis addatur, verùm omnia in verbis atque sententijs eadẽ permaneant. Et infrà: Constanti animo sumus, vt decreta à catholica & apostolica sede nobiscum pro fide tradita, seruemus atq; colamus. Satis est ergo, vt in sententijs, hoc est, in significatione & intelligentia, rata maneant, iuxta illud Apostoli: Corde creditur ad iustitiam. Fides autem non solùm in mẽte, verùm etiam in confessione cósistit, quæ quidem non nisi verbis fieri potest. Porrò quoniam apud Aristotelem, voces sunt earum, quæ sunt in anima, passionũ notæ, animorum videlicet affectus significãtes: idcirco quid quisque profiteatur, intelligi benè non poterit, nisi verba menti conueniant, vt exemplari exemplum. Benè ergo credimus non licere, verba rationi contraria, vel diuersam significãtia fidem, apponere symbolo. Paulò verò suprà probauimus, declarationes ad perfectam intelligẽtiam pertinentem, non esse vetitam. Agathon igitur summus pontifex, verba diuersam tantùm fidem significantia prohibuerat.

IVL. Card. ¶ In Agathonis symbolo, patres optimi, nonnulla sunt verba, quæ Constantinopolitano symbolo, multis alijs ablatis, is addiderat. Nam abstulit quidem hęc, & in vnum dominũ Iesum Christum, & ex patre natum ante omnia secula: nec non, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, nõ factum. Hæc autem addidit, quæ in cælo*& in terra. Quæ quidem verborũ accessio, declaratio potiùs quàm additio debet nuncupari: quæ declaratio (vt sæpè ac sæpiùs dictũ est) nullis præscriptis legibus prohibetur. Siquidem igitur Agathoni licuerat Constãtinopolitano symbolo non minùs addere, quàm ab eo verba plurima auferre, non tamen propterea ipsum accusatis, cur nos paruæ huius additionis, ex filio, quæ verum significat, tam vehementer arguitis?

for, *& quę

ANDR. Probitas ergo & innocentia nostra ex his quę diximus, explorata est, ac nos immeritò à vobis incusari. Nunc autem ad septimam synodum venimus, cuius in primis symbolum recitetur.

IVL. Card Maxima librorum nostrorum discrepantia videtur esse. Nam in nostro vetustissimo scriptum est, EX FILIOQVE, in vestro autem minimè. Sed de hoc aliâs.

AND. Symboli particulam, EX FILIOQVE, à septimo generali concilio constat celebratam fuisse: sed hoc aliâs accuratiùs perscrutabimur. Symbolum autem dixistis, à maioribus nostris ita probatum & obsignatũ fuisse, vt nulla ratiõe mutari liceat, quemadmodùm ex eo cognosci potest, quòd verbũ θεοτόκοσ, id est, Deipara, in symbolo neutiquàm celebratur. De qua cùm esset Nestorij temporibus vocatum in dubium, an mater DEI nominari deberet, nécne, habita diligenti consideratione, concilium definiuit, vt vera DEI mater appellaretur, quod tamen symbolo (vt dicitis) nolens addere, decreuit, vt in actis eius conscriberetur, posteritatiq; traderetur. Quæ omnia, patres amplissimi, concedimus, ac vera fatemur esse. Sed ideo necesse nequaquàm fuisse, vt verbum illud symbolo adderetur, quòd pluribus alijs symboli verbis cognoscitur, Mariam virginem Dei genitricem esse. Nam ex patre natum, & consubstantialem patri, (filius enim Deus est, quẽadmodùm etiàm pater) ampliùs & incarnatus, & homo factus: omnia hæc in symbolo celebrata, proculdubiò Deũ & hominem natum esse significant. Prætereà, tametsi definitiones & symbolum in aliquo differunt, in pluribus tamen conueniunt. Nam differre quidem videntur, quòd plura eorum, quæ ad fidem pertineant, à definitionibus, quàm à symbolo continẽntur, (de quibus in præsentia dicere non est opus. nam multa volumina decretis eiusmodi plena sunt) conueniunt autem, quòd simul ad nostram spectant religionem. Propterea nostri maiores ipsius symboli ac decretorum omnium authores, pro cunctis similiter interdixerant, vt symbolum pariter & decreta, vim eandem habere ostenderent. Vndè euenit, vt eorundem symboli ac decretorum præuaricatores, in quibusdam conuentibus anathemate fuerint deuincti, non tamen propterea Christifidelibus visum fuit, fidem in aliquo diminutam fuisse. Virginem autem DEI genitricem fuisse, tantundem est in definitionibus fuisse repositum, ac si in symbolo celebratum fuisset. Quod tamen si patres ij facere voluissent, his quas suprà duximus, rationibus procul dubio potuissent, quemadmodum posteriores synodi multa symbolo verba addiderunt, quæ non ita, vt verbum, DEI GENITRIX, necessaria fuisse videntur. Illis enim synodis exploratum fuerat, quæ de seruatore nostro in Niceno symbolo celebrantur, quàm

quàm maximè satisfacere.

IVL. car. In hoc valde dissentire videmur, si omnia post primum cõcilia generalia, verbum, deiparam, addere symbolo voluissent, vtrũ potuissent, an non. Et si Chalcedonense concilium, quod materiam hanc tractauerat, id fecisset, an prophanum fuisset. Respondeat ergo pater Ephesius, respondeat, inquam,

IMP. affirmet, vel deneget. ¶ Non necessarium esse videtur, vt ad hoc solũ respondeat, verũ tota intellecta oratione, vobis ad omnia respondebitur.

IVL. car. Videre videor mentem vestrã, patres amplissimi. Creditis enim sanctos Chalcedonensis concilij authores, fuisse prophanos, si verbum, deiparam, symbolo addidissent. At si synodorum dignitatis rationem habere volumus, eandem cunctis facultatem fuisse credemus. Sin autem ipsarum authorum numerum considerare velimus, in Ephesina sanè 200. in Chalcedonẽsi verò 600. & 30. patres fuisse constat, qua quidem ratiõe hęc illa dignior, maiorisq; potestatis fuisse videretur.

AND. Satis nobis videtur, patres amplissimi, vestris quęstionibus respondisse, ipsasq; dissoluisse. Nam symbola, & decreta, diuinaque dogmata, necnon sanctorum literæ, quas in medium protulistis, in hoc conuenire videntur, & cuncta significant, nemini Christifideli licere diuino symbolo fidem aliam addere, literísve mandare, aut quouis modo proferre, quandoquidem patres hi de verbis nihil curauerant. Ipsi autem demonstrauimus Romanam ecclesiam, neq; nominibꝰ neq; verbis, neque aliqua ratione diuersam fidem posteritati prodidisse. Patet etiam illud, EX FILIOQ;, quod ipsa Romana ecclesia solet in symbolo celebrare, nequaquàm fuisse vetitum. Sequitur caput vltimum, explicare, ac multis argumentis probare, Romanæ ecclesiæ licuisse particulam ipsam dilucidare prædicareq;, cùm præsertim sanctorũ patrum sententia mota, magnorum principum authoritate adducta, magna denique necessitate coacta fuerit. Propterea quę maiores nostri huic sententiæ facilimè acquieuerant, quemadmodùm vos, qui proborũ parentũ, ibi filij esse cẽsemini, facere ac sentire nobiscum deberetis. Sed nunc sanctorum doctorum authoritates in medium afferamus, ac in primis Augustini illustrissimi Latinorum doctoris, quem quinta synodus consecrauit, quippe qui multis in locis, præsertim in libro de Trinitate, sanctum spiritũ ex patre filioq; procedere, scriptũ reliquerat. Idem etiam clarissimus doctor Ambrosius literis mãdauerat. Idem Gregorius noster testatur. Hilarius etiam (quem magnum appellare soletis) eandem sententiam in libro de Trinitate reliquerat. Quorum omnium doctorum sententiam si diligenter perpenderitis, proculdubiò cognoscetis Romanam ecclesiam nil absoni, nil incongrui, nil denique quod cum sanctorum patrum dogmatibus pugnet, profiteri. Sed vt veritas meliùs illustretur, nonnullos etiam vestrorum Doctorum testemur. Nam magnus Basilius in epistola ad canonicas, naturalem patris & filij, sanctiq; spiritus ordinem descripsit: Sanctus spiritus (inquit) patri quidem & filio connumeratur, cùm supra omnem creaturã sit, ordine verò tertius est, vt Euãgelista nos docet, domino dicente: Euntes in vniuersum mundum, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui autem eum præponit filio, aut superiorem patre dicit, hic contradicit DEI traditioni, & alienus à sana fide est, quã accepit, *laudationis formã non seruãs. Et post pauca: Quare si quis hunc ordinem peruertit, ipsam personarum existentiam & totam fidem inficiatur. Beatus item Gregorius magni Basilij frater, ac in dignitate & doctrina ipso nequaquàm inferior, inquit, filium immediatè ex patre esse, idq; ipsius filij proprium esse. Athanasius etiã: Qualem ordinem (inquit) & naturam filius habet ad patrem, talem ordinem & naturam spiritus habet ad filium. Sed ad eundem Basilium redeamus, qui Zachariæ illud, aurea lampas, exponens: Quẽ admodùm (inquit) pater naturaliter ac essentialiter sanctũ spiritũ habet, ità etiam filius eundem sanctũ spiritum habet. Beatus quoq; Ioannes Chrysostomus super Ioannę Euangelista: Omnia (inquit) filius est, quæ & pater, hoc & excepto, quòd ille quidem est genitor, hic autem natus. Sunt etiam alij Orientales doctores, qui hanc sententiam memoriæ prodidere, de quibus suo loco dicemus. Nunc autem quandoquidẽ tota nostra difficultas videtur esse in verbi, procedere, vi percipienda, idcirco nonnullos vestros doctores in medium producemus, cõplures verò alios ad aliud tempus seruabimus, qui omnes professi fuerant, sanctũ spiritum ex filioque procedere. In primis igitur Simeon Metaphrastes vestris in ecclesijs celeberrimus accedat, qui in B. Dionysij vita inquit: Terminum corporeæ peregrinationis accipit, & quæ spiritus sunt, spiritualia q; exercet, ac in cęlos Christi meus assẽdit, ad paternam q; sedem reuertitur, & spiritum qui ex ipso procedit, discipulis suis demittit, vt ipsi gentem infidam regant. Ex huius sancti sententia, præstantissimi patres, apparet, spiritum ex filioque procedere, quemadmodùm Romana Ecclesia profitetur, verum esse. Quam enim apud Græcos genitiuus casus vim habet, eãdem apud Latinos ablatiuus sibi vendicare videtur. Anastasius etiam de monte Sina veniat, qui in sermone de nostris veris dogmatibus inquit: Ex corporis proprietate ac membrorum analogia similitudineque capientes exemplum, diuinarum personarum

Marc. 16. Matth. 28.

*baptizatis onis

Zach. 4.

Simeon Metaphrastes.

Anastasius de monte Sina.

relationem, mutuamq; dependentiam cõprehendimus. Sic enim spiritus oris eius, hoc est, Dei, sanctus spiritus nominatur, cùm os vnigeniti sit. Rursus: Spiritus qui ex ipso procedit, & mittitur, non solùm ex patre, verumetiam ex filio. Legatur & Theodoriti dictum, ac ad ipsum Cyrilli respõsio. Sed accedat magnus ille vester doctor Epiphanius, qui super his dictis, Ille me glorificabit, quia de medio accipiet, & annunciabit vobis, dicit ità: Si ergo à Patre procedit, & de meo accipiet, dicit DOMINUS, quemadmodùm nemo patrẽ nouit nisi filius, & nemo filium nisi pater: ita equidem proferre audeo, vt spiritum nemo nouerit, nisi pater & filius, à quo procedit & accipit. Hæc sunt doctorum vestrorum sententiæ, pluribus alijs omissis, de quibus in præsentia mentionem facere nolumus, quibus Romana Ecclesia innixa, non putat quicquam aliud celebrare, quàm quod sancti conciliorum generalium authores, ac eorundem posteriores, nobis tradiderant, maior pars quorum, vt Anastasius & MAXIMUS testantur, in ipsis concilijs fuerat: ergo verum est, EX FILIOQ;, proferre, idq; necessariò additum, quemadmodùm Orientalis ecclesiæ patres hæreticorum importunitate coacti, multas symbolo particulas declarauerant. Nanq; Nestoriana secta in Orientali Ecclesia prædicabat, sanctum spiritum, neq; ex filio esse, neq; ab eo esse accipere, vt ex Nestorij symbolo patet. Theodoritus quoq; ab eo ipsius Nestorij conscius, illud Pauli: Spiritus filij, declarans, dicebat ibidèm sanctum spiritum non accipere esse à filio. Propterea Cyrillus literis mãdauit, sanctum spiritum esse per filiũ, ac filij esse, & ab ipso profluere: quam profectò sententiam non dixisset, nisi coactus fuisset hæreticorũ ipsorum opinionẽ euertere, quemadmodùm etiàm Romanę Ecclesiæ contigit. Nam maximo in Gallia & in Hispanijs schismate imminente, cùm iam ex filioq;, passim celebraretur, Romano põtifici fuit necesse, in multorum Occidentalium amplæ dignitatis magniq; consilij patrum conuentu, addito ex filioque, symbolum magìs illustrare, nequaq; sanè putanti quicquam indigni committere, quippe qui non fuerat nescius, conuentus multos ante primam Nicenam synodum celebratos fuisse, initio Antiochiæ contra Paulum Samosatenum, deinde Ancyræ aduersus eos, qui reuertentes ad fidem, à qua tormentorũ metu defecerant, recipere recusarent. Posteà verò Neocæsareæ, quos tamen conuentus omnes synodus ipsa Nicena comprobauit, nonnullis eiusdem Neocæsareæ conuentus de septem diaconibus actis exceptis, quæ cùm probanda non essent, refellit. Conuentum etiam Sardensem, Occidẽtalem posteà nuncupatum, Constantini temporibus celebratum, synodus secunda suscepit: ad quẽ cùm 70. patres Orientalis Ecclesiæ conuenissent, in ipsum intrare noluerant, quòd patres Occidentales Paulum & Athanasium excludere noluerunt, qui quidem patres, Nicenæ tum synodi gesta ab omnibus Christianis suscipi ac excoli debere, decreuerunt. Quod quidem decretum secunda deinde synodus sine vlla controuersia cõfirmauit. Sed rem altiùs repetamus. Imperãte Constantino, magni Constãtini filio, Cõstantius frater eius cum Arrianis hæreticis conspirabat, maximo sanè desiderio affectus, ipsius Nicenæ synodi acta rescindere, ipsamq; piam doctrinã funditùs euertere: q̃ summus pontifex ægrè ferens, Imperatori scripsit. is autem Constantio fratri suo minatus est, se ei bellum acerrimum illaturum, nisi à tali proposito recessisset. Propterea Sardense ipsum particulare concilium fuit celebratum, quod in tertio secundæ synodi canone, Occidentale (vt suprà dictum est) nuncupatur. In quo sancitum fuit, trecentorum decem & octo patrum fidem in prima synodo truditam, veram & sanctam fuisse atq; ab omnibus Christifidelibus complectendam & excolendam. Quam deinde sanctionem ipsa secunda synodus approbauit, vt in hoc Græco de Ecclesiastica historia volumine legitur.

Gal, 4.

Ioann, 16. b

Matt, 11. d

Quisnam est author huius voluminis? IMP.

¶Hermeus. ¶Est ne ratiõi congruũ, vt in synodo historiæ innitamur? AND. IM.

Ad cognoscendum res gestas, sereniſſime Imperator, historia vti debemus. Nam & euangelium, ac vetus sacra scriptura, instar historiæ, posteritati tradita fuerat. AND.

Historiam illam in nostra religiõe debemus suscipere, quam maiores nostri probauerunt, aliam verò minimè. IMP.

De Romanorum, aut Græcorum, aut regum bello historia, mitissime Imperator, in synodo nequaquàm vti debemus. Sed cùm historia hæc Ecclesiastica mera sit, in qua cuncta omnium synodorum acta, & patrum sanctorum definitiones & canones explicantur, cur ei credendum non est, cùm præsertim in vestro Græco, nedum in nostro volumine, res eædem narrentur? Sed (vt lubet) humanissime Imperator, omissis his, vndè digressi sumus, reuertamur. Vt nostræ fidei veritas, patres amplissimi, dicebamus, magìs illucesceret, magna præsertim vrgente necessitate, Romanam ecclesiam hac vera particula ex filioque superaddita, symbolum declarasse ac dilucidasse. Sed si qs quæret, cur ad id cæteras Ecclesias conuocare noluerit, ingenuè respondebimus, incertũ nobis esse, an non fuerint conuocatæ. Deinde Romanam Ecclesiam ad conuocandas ipsas, nequaquàm obstrictam fuisse. Nobis nanque notissimum est, veteres illas synodos diuerso patrum numero fuisse celebratas. Primam videlicet trecentorum decem & octo, alteram 100. & 50. tertiam 200. quartam verò 630. & quæ q̃que pauciores patres decreuerant, ea sinè controuersia à cunctis susceptа fuisse, vt septimæ synodo contigisse constat. Cui posteaquã Constantinus Imperator se literis excusauerat, cur plures præsules non conuenerint, nec ipse adesse potuerit, ꝙ magnis negocijs fuerat impeditus, eam magna veneratiõe susceпit, ac eius acta probauit. Siquidem igitur tot Occidentales antistites pſente summo pontifice, cui ad celebrandum concilium summa facultas fuit, & est, vt vestri quoque doctores testantur, concilio celebrato symbolum declarauerant, nihil referre videtur, si nonnulli præsules abfuerunt. Accedat autẽ Stephanus doctor vester, ac testetur iniussu summi pontificis synodum celebrari non posse. Qui cùm vidisset quosdam Constantinopoli congregatos, magno affectos concilij conuocandi desiderio, eos vehementissimè increpauerat, dicẽs: Quonam pacto iniussu summi pontificis, ac eius absentę vicario, concilium conuocare celebrareq; potestis? Veniat & B. Cyrillus, qui Cælestini vicarius (vt prædictum est) Ephesinæ synodo præfuit, ad quam cùm Ioãnes Antiochenus præsul seriùs veniſſet, Cyrillum increpauit, ꝙ se suisq; socijs absentibus, eam iam cœperit celebrare, propteraque volebat ei acta rescindere. Cui Cyrillus respõdit, satìs ei fore consultum, si in synodum introduceretur, ipsi autem nõ licere acta synodi reprobare, ita vt quæ ante ipsius Ioannis aduentum acta fuerant, firma validaq; permansissent. Ergo nec vobis conuenit, patres amplissimi, Romanam Ecclesiam incusare, ꝙ inconsultis vobis symbolum declarauerat. Prætereà cur à Romana Ecclesia conuocari deberetis, si non inscij quemadmodũ iam diu symbolum celebraret ac prædicaret, non solùm ei contradicere noluistis, verumetiam longum tempus cum ipsa coniũcti fuistis? Ex quo quidem facimus cõiecturam, vos ob eiusce modi symboli declarationem haud in nos commotos fuisse, neque à nobis seiunctos. Propterea S. Maximus dicere solebat, Romanam Ecclesiam ab Orientali immeritò accusari. Cuius literæ ad Marinum scriptæ legãtur. Quibus quidem Græcè recitatis, atq; à Colossensi præsule Latinè expositis, Nicolaus Græcorum interpres, habita dicendi facultate, dixit ità:

Synodus iniussu Ro. pontificis non celebranda.

NIC. Non bene pater reuerende interpretatus hoc dictum es, dicens, sanctum Maximum literis mandasse, Græcos vnicum sanctiſpiritus principium cognouisse. Non enim ex his literis hic sensus elicitur, verùm Græcos filium sancti spiritus causam neutiquàm facere, quòd vnicam filij sanctique spiritus causam patrem nouerant.

AND. Tum præsul Colossensis: De his, inquit, suo loco dicemus, quando etiam demõstra-

bimus sanctum ipsum hanc intelligentiam habuisse. Porrò autem sit satìs nobis, probasse, beatum Maximum putasse Romanam Ecclesiam iniustè incusari. Sed videamus & aliud dictum eius.

Tum Nicolaus: Noueritis, inquit, patres amplissimi, dictum hoc non fuisse Maximi, sed ab alio scriptum post schisma fuisse. NIC.

Tum Colossensis: De his inquit, aliàs accuratiùs agemus. Nunc autem ex his hãc habemus conclusionem, summũ illum pontificem sextæ synodi tempore fuisse, vt eis scriptis cognoscitur, quandò etiam symbolum cum particula, ex filioq;, non ignorantibus vobis, Romana Ecclesia celebrabat. Nequaquàm ergo ꝓferre debetis, id inscientibus vobis additũ fuisse. Ampliùs ex septimę synodi actis apparet, particulam ipsam tunc ꝓbatam, susceptamq; fuisse. Constat nanque synodum ipsam nullam de Niceno Constãtinopolitanoque symbolo mentionem fecisse, quemadmodùm fecerant priores: propterea quia cunctis iam fidelibus notum fuerat, vtrunq; simul pro vnico suscipiendum, ac nullam de symbolo controuersiam esse. Prætereà ex Tharasij Constantinopolitani præsulis literis, in tertia eiusdem synodi sessione scriptis, apparet, sanctum spiritum ex patre per filium procedere, quod idem esse ꝓbabimus, ex filioq;. Siquidem igitur soli Tharasio id egisse licuerat, cur nõ Romano pontifici cum tot Occidentalium patrum concilio licebit? Prætereà vetustissimum septimæ synodi librum habemus, in quo planè sanctum spiritum ex filioq; ꝓcedere scriptum est, vt multis etiam alijs annalibus cõstat, argumentisq; plurimis ipsi demonstrare possemus. Sed quoniam sessiõe proxima octaui concilij, meministis, ideo quædã nobis ad ea priùs dicenda sunt, quæ nobis tũc obiecistis. Photius nanq; Romanæ Ecclesię inimicus acerrimus, nullam de symboli additione faciens mentionem, in Nicolaum ac Adrianum summos pontifices literis inuectus est plurimùm. Qui cùm in eos meliorẽ inuehendi materiam habere non potuisset, q̃ ipsos ꝓuaricatores legis, anathemateque notatos esse probare, id tamen nequaquàm fecisset: argumento maximo est, Romanam Ecclesiã à vobis immeritò accusari. Ampliùs Romana Ecclesia, summusq; pontifex ab eodem ipso concilio, sciente quonam modo symbolũ celebrarẽt, & ꝓdicarẽt, summoperè laudantur, ac Photius ipse pro Ignatio cõdemnatur. Hormisda ꝓtereà summus põtifex, qui ante quintum conciliũ Iustiniani Imperatoris tempore fuerat, quasdã literas scripsit, quas Ioannes Constantinopolitan' præsul, ac cæteri Orientales eiusdem temporis prę̃sules, ęquo animo susceperе, quanuis in eis clarissimè scriptum fuisset, sanctũ Spiritum ex filioque procedere. Cur igitur Patres amplissimi, additionem ipsam,

AND.

De. 8. Synodo generali.

disiunctionis ac dissidij nostri causam fuisse asseueratis, nolentes, ea manente, nobiscum iungi? Sed neque verum, rationiq; consonũ esse videtur, octauum illud concilium antiquatum fuisse, cùm neq; Romanus põtifex, neque vicarius eius in illo vltimo conuentu, quòd pauloantè octauum conciliũ nuncupastis, adfuerit. Si enim adfuisset, in eius annalibus procul dubio scriptũ fuisset, quãdoquidem omnia Romanorum põtificum gesta, etiam non nimis necessaria, memoriæ diligentissimè tradi solent. Prætereà, si conuentus ipse Ioannem summo pontificatu priuauerat, ac simul interdixerat, vt hæc symboli particula nó ampliùs celebraretur, cur Romanus tum pontifex non idem in sua ecclesia statuit? Cur deinde vobis cũ prophanis anathemateq; deuinctis consuetudo fuit? Cur denique tot summis pontificibus in hoc etiam, quemadmodùm pluribus alijs in rebus feciſtis, nequaquam cõtradixistis? Ex quibus sequitur, vt vel ipse cõuentus celebratus nó fuerit, vel hac de re nullam prius fecerit memoriam. Hæc ergo particula, EX FILIOQVE, patres optimi, neq; additio est, neque vnquam prohibita fuerat, sed explanatio, ac non aliena à ratiõe dilucidatio est, vtpotè q̃ à nostræ fidei veritate, ac ipsius rei necessitate, necnõ Romani pontificis facultate, multorum deniq; pſulum authoritate causam habuisset. Quam cùm vos tolerando, ac tot annos tacendo, minimeq; contradicendo confirmasse videamini, cur nunc contra nos commouemini? Si alia ratione adducti, nostram amicitiam fugitis, eam nõbis obsecro patefacite. Nanque qui sanctum spiritum ex solo patre procedere diceret, is planè sanctorũ patrũ sententiæ ac verę fidei contradiceret. Duorum enim alterum incommodum necesse esset incurrat, vt vel in diuinis personis non naturalem ordinem esse credat, aut filium sanctumq; spiritũ, patris creaturas esse. In quem quidé errorem Arrius & *Eutychius ac Macedoni⁹ inciderunt. Quem cùm Romana Ecclesia clarè vidisset, Occidentalium patrum cõsilio, summaq; sapientia diuinum symbolum declarauerat. Vt autem vobis pateat, solam hãc Petri sedem nostræ fidei declarandæ facultatẽ habere, contra quam portæ inferi, hoc est, hæreſes, neutiq̃ pualebunt, quemadmodùm hucusq; minimè præualere potuerunt, hæc sola Græca legatur authoritas, quæ inscribitur epistola super sermone de fide, tametsi plures alias Græcas authoritates ad hãc rem pertinentes habeamus, præsertim beati Cyrilli thesauros, in quibus Romani pontificis facultas & dignitas plurimùm resplẽdet. Sed hæc hactenùs in præsentia. Silentio autẽ præterire nolim, Romanam Ecclesiam, cuius humeris incumbit veritatem reddere clariorem, hanc quoq; veritatem, EX FILIOQ́, necessariò susceпisse. Quæ quidem si nó implicitè vel explicitè susceptа fuerit, seruari poterit nemo. Si quidem igitur, patres optimi, orationi nostræ velitis (vt par est) acquiescere, non alia re opus fuerit, nisi vt clausis ac postpositis libris, omnes VERITATEM amplectamur, ac in DEI Ecclesia coniungamur. ¶Quoniam, reuerendi patres, AGATHONIS literis vehementer initi videmini, idcirco nõnulla proferre velim, quæ Colossensis responsionem confirment, ac ipsam clariorem reddant. Sed priùs hæ literæ perlegantur. Si veritatem (inquit) silentio præteribo, quam verbis his, Pasce oues meas, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, iussus sum præstare volentibus: quando nobis necesse est Christianos ea docere, quæ ad veram fidem pertinent. & infrà, tota catholica Christianorum, generaliaq; concilia, eius, hoc est, Romani pontificis doctrinam fideliter amplexata, necnon sancti omnes doctores ipsius Ecclesiæ lumina, eiusdẽ doctrinam sequentes, & reliqua. Cùm ergo quippiam agitur de fide, necesse est Romano pontifici ambigua declarare, eademq; prædicare: synodis verò tõtiq; Ecclesiæ doctrinam eius suscipere: quẽadmodùm ex his ipsis Agathonis literis habemus, quas sexta synodus suscepisse videtur. Sed hæc hactenùs. Et si lubet, surgamus, cumq; vobis visum fuerit, sessionem aliã celebremus. Tum sancta synodus iussit, vt ad primam diem mensis Nouẽbris sessio fieret.

IVL. car. AGATHÕ.

Ioan. 21.c
Luc. 22.d

Matt. 16.c

DIE SABBATI, PRIMA MENSIS Nouembris, octaua sessio Ferrariæ.

ORationem vestram, patres amplissimi, æquo animo audiuimus, cui modò nos responsuros, oportet etiam vos mutua beneuolentia auscultetis, ita vt dictio nostra mutuo habeatur amore: nosterq; sensus sic explicetur, vt ad sanctam ecclesiarũ vnionem omnes adspicere videamur, agẽtes ea, quæ oporteat agere: refellẽtes verò, quæ ad ipsum nostrum finem pertinere non videantur, vt non ipsis magis indulgere, quàm vniuersalis Ecclesiæ commodo velle consulere censeamur. Ipsi quidem vobis promittimus non vllum verbum proferre, vel patienter auscultare, quod inhonestum esset, vel simultatem inter nos aliquam posset parere, credentes idem vos velle, idemq; sentire. Sed dum hæc agimus, attẽdite obsecro. Sermonem nostrũ, patres amplissimi, partes in quatuor diuisistis, ac nonnullas rationes ꝓ parte qualibet attulistis, quibus creditis nos innixos, eiusmodi sententiam habuisse. Vndè posteà euenit, vt nobis contradicere cupientes, ea demonstrare aggressi fueritis, quæ neutiquàm ad rem attinere viderentur. Initio nanq; conclusiones quatuor ostendere promisistis. Primò, EX FILIOQ́, particulam, nó additionem, verùm declarationem, ac

BESSAR.

ac symbolì dilucidationem esse. Secundò, Romanam Ecclesiam facultatem habere declarationes eiusmodi faciendi. Tertiò, particulam ipsam ex Ecclesiæ doctorum sententia veram esse. Postremò, cognita huiusmodi veritate, Christicolas omnes ipsam suscipere, prorsusq; consectari debere. Porrò autem longa oratione de duabus primis partibus per vos habita, de alijs duabus sessiõe prꝫterita verba facere promisistis. Rursus ad secundam redeuntes partem, de ea dixistis plurimùm, quinimò vestra tota ferè oratio in ipsa versata fuerat, vt scilicet probaretis, Romanæ ecclesiæ licere obscura declarare, ac eiusmodi declarationem diuino symbolo addere, quæ cùm modestissimè ageretis, à nemine nostrũ interpellati fuistis. Ad extremum autem protulistis, & si valdè conueniens esset, reliquas duas partes ostendere: nobis tamen volentes facere gratum, nolle quicquam de eis proferre, pro quo quidem vestro in nos officio vobis magnas agimus gratias, licèt in eo non minùs vobisipsis, q̃ nobis satisfeceritis, quòd de omnibus partibus latè differuistis. Nos autem non omem vestram orationem forsan ad rem pertinere, breuibus amiceque vobis demonstrare promittimus, ab extrema parte sermonis vestri sumentes exordiũ, de qua profectò plurimum dixistis, tametsi pauloantè de ea nihil proferre promittebatis. Porrò etiam ipsi concedimus veritatem, commune bonum atque omnibus mortalibus conducibile esse, ità vt qui mentis sit compos, cõtra ipsam quicquã agere proferréve minimè debeat, sed modis omnibus eam inuestigare, ac inuentam sectari, præque oculis semper habere. Non ergò nos laborare oportet, vt q̃ oḿibus sunt notissima, ea tractemus ac demonstremus. Veritas enim simplex existit, ac nó multis indiget argumentis. parte igitur ipsa postposita, ad primam simul & tertiam veniamus. De quibus profectò multa dixistis, etsi de tertia parte (vt pauloantè dictum est) nil velle dicere videbamini. Sed neque de ipsis nunc agere nobis opus esse videtur: verùm cùm ipsius dogmatis veritatem, de qua præcipuè agimus, velimus inquirere, an sanctus spiritus ex filioque procedat, tunc de eisdem duabus partibus diffusiùs disserem⁹. Reliquum igitur est, vt ad secundam tãtummodò partem in præsentia respõdeamus, an Romanæ Ecclesiæ liceat declarare, ac eiusmodi declarationes in symbolo celebrare. Nequaquam eḿ posse fieri credimus, simul de omnibus his partibus disputare, ac simul in omnibus conuenire: verùm ab vna in aliã venire, ac sic de omnibus, agere, necesse nobis videtur. Oportet autem ab ea parte incipere, quæ prior cæteris secundum naturam existit. Nam nisi probare poteritis, Romanã ecclesiam addendi facultatem habere, quid obsecro vobis proderit demõstrasse, sanctũ spiritum ex filioque procedere, veram declarationem esse? nil prorsus, propterea q̃ licèt id clarissimè ostendatis, ipsi tamen vobis respondebimus, tametsi verum sit, symbolo tamen apponi nefas esse, quãdò etiam multa alia vera sunt, quorum nullam factam ad symbolum fuisse videmus accessionem. Tota igitur nostra controuersia, in secunda parte consistit: propterea de ipsa nostrã orationem præcipuè habebimus: in primis leuiter perstringentes, quæ fuerant à vobis ꝓlata, vt his quę perperàm dicta fuerint, in aliud tempus dilatis, de eis tantùm in præsentia disseramus, quæ nobis videantur ad propositum pertinere. Dignum autem admiratione non fuerit, si ad vestram prolixam orationem longa vtamur responsione, in hoc præsertim initio: nam in posterum erit necesse breuibus agamus, interrogando mutuoque respondendo, quousque ad conclusionem aliquam peruenerimus. Pro viribus tamen in præsentia quoque breuitati studebimus. Sat esset profectò (vt pauloantè dictum est) de secunda tantùm quæstione disserere, de qua præcipuè agitur. verùm vt nostra oratio vberior habeatur, omissis superfluis, de prima etiam nonnulla perstringemus, quæ non aliena à proposito videantur. Magno igitur vos affecti desiderio, particulam EX FILIOQ́; demonstrare diuini symboli declarationem esse, quod quidem sermonis vestri primum caput fuisse diximus, quodam syllogismo fuistis vsi: de cuius secunda propositionè, argumentisque vestris eam (vt creditis) confirmantibus, nobis in præsentia disputandum non est. Rationib⁹ verò, quas ad primam eiusdem syllogismi propositionem probãdam attulistis, quòd ad rem spectare videntur, breuibus respondebimus. Quam quidem propositionem in primis quodam syllogismo confirmasse putatis, deinde cæterorum generalium conciliorum exemplo, quippe quæ nonnulla obscura symboli verba explanauerant ac declarauerant: postremò, ex quodã patris Ephesij sermone. Ad syllogismum igitur ipsum veniamus, cui dum respondeo, rogo attendite. Oḿis additio è rebus, dicitis, extraneis fit, declaratio verò ab intimis: ex quibus nullam declarationem, additionem esse infertis. Quæ quidem prima propositio simpliciter concedatur, licèt eam, quo ad nostrã materiam spectet, inficiari verè possiuus. Secundam verò communiter veram esse negamus: fieri nanq; potest, vt aliqua declaratio ab intrinsecis ac intimis fiat, omnis auminimè. Immò declaratio forsan quęque, præsertim hæc de qua agimus, quæ theologica est, ad extraneum quadam ratione refertur, ac ab ipso dependet, quod primę maiorisque propositionis rationem habet, ità vt maior ipsa vestri syllogismi propositio ab illa contineatur, ac ab ea secundum

locum obtineat, quæq; potiùs contineri, q̃ continere credatur. Exempli cauſa, ſanctum ſpiritum ex patre procedere communiter ꝓferre ſolemus: quæ quidem oratio ex verbis intrinſecas res ſignificantibus conſtat. volẽtes autem eundem probare ſpiritum ex filioq́ue procedere, hanc orationem extraneã ſumitis, patris omnia, filij eſſe: ex qua deinde hanc infertis concluſiõem, ſpiritũ ipſum ex filioq́ue procedere: quam, declarationem appellare ſoletis. Cuius quidem conclũſiõis ſecunda propoſitio extrinſecùs à ſua priori depẽdet: quæ (vt pauloantè protulimus) ab extraneo vim habere videtur. Nõ igitur verum communiter eſt, quanuis declarationem ex verbis res intimas ſignificantibus, ſemper fieri. Nam etſi nonnulla pars declarationis ab intrinſecis ſit, maiori tamen ex parte ab extrinſecis conſtituitur: quod ab axiomate, hoc eſt, pronunciato, vel (vt dialectici dicunt) dignitate, aut ſaltem ab aliqua extranea dictione dependet. Qui ergo ſanctum ſpiritum ex filioq́ue procedere dicit, is ſymbolum forſan declarat, eidem nihilominùs quicquam dubio procul videtur apponere. Talis igitur declaratio, additio eſt. Præterea verbum, EX FILIOQ́, augmento vel rei auctæ diuerſa ratione ſimile eſt. Nam augmentatio (vt Ariſtoteles inquit) ita fit ab extraneo, vt id ſimile eſſe oporteat. Nam vt veſtro vtar exemplo, tametſi nutrimentum extraneum ſit, id tamẽ ſimile eſſe neceſſe eſt. Quoduis enim, quod alitur, à ſuo ſimili nutritur. Ergo cùm additio duas habeat in ſeſe rationes, alteram quidem vt ab extrinſecis, alteram verò vt ex ſimilibus fiat: additio, EX FILIOQ́, vtranq; rationem habere videtur. Intrinſeca nanque ſimilisq́; iuxta vos eſt, ꝙ rem eandem ſignificat. Extrinſeca verò atq; diſſimilis, tum ꝙ dictio extranea atq; diſſimilis eſt: tum etiam ꝙ extrinſecùs & dignitate quadam probatur, ac ab ipſa (vt eſt ſuprà dictũ) dependet. Cùm igitur, EX FILIOQ́, additio ſit, & additiones fieri, conſtet vetitũ eſſe: ſequitur, particulam ipſam, prohibitam eſſe, quãuis forſan declaratio ſit. Sed de ſyllogiſmo hactenùs. Porrò autem reliquis argumentis, quibus eandem ipſam primam ꝓpoſitionem confirmaſtis, perpetua oratiõe reſponderemus, niſi eiſdem ipſis ad ſecundã partem probandam vſi fueritis. Ne igitur eadem bìs repetamus, ad eam nunc veniamus, ſimulq́; veſtras ipſas rationes ſoluamus. QUÃ quidem ſecundam partem, ſcilicet fas eſſe, ſymbolo declarationes apponere, quatuor rationibus probaſſe videmini. Primò, cunctarum ſynodorum exemplo, quæ noſtram fidem declarauerant, quibuſdam deinde ꝓnunciationibus à ſymbolo differentibus. Tertiò, principiorum ſciẽtiarum exemplo, quæ quidem principia videntur in ſeſe ea omnia poteſtate includere, quæ in eiſdem tractantur ſcientijs. Poſtremò, ꝙ quoniam vna eademq́; dignitate ſemper Eccleſiã fulgere neceſſe eſt, idcirco eandem facultatem eccleſiã ipſam ſemper habere oporteat. Hęc vos. Ipſi autem credimus, patres ampliſſimi, nunquàm licuiſſe, neq; fore vt liceat, vt diuerſum dogma intrinſecis veriſq́; rationib⁹ declaretur. Quæ verò à noſtræ fidei principijs continentur, ea ſolùm lucidiora reddere, nobis fas eſſe. Nam maioribus noſtris nõ ſolùm declarandi, verumetiam declaratiões ſuas diuino ſymbolo addendi, ſumma facultas fuiſſe creditur. Quæ deinde vetita fuerant, ne cui ſymbolo quicquã addere liceret: declarandi tñ poteſtas in Dei Eccleſia pmanſerat, ſemperq́; manebit. Nam duo illa prima generalia concilia, maxima dignitate facultateq́ue prædita fuerant. Poſteà verò, quoniam nonnulli impij ſymbolum ſæpè mutando, peruerſaq́ue dogmata non ſine maxima Chriſticolarum pernicie ingerendo, ea facultate abutebantur: idcircò tertia ſynodus videns facultatem eiuſmodi perniciei potius, quàm commodo mortalibus eſſe foreq́;, ita ſymbolũ obſignauit, vt nemo ei quicquã addere poſſet, ꝙ ex eo nullũ ꝓrſus incommodum Chriſtianis accideret. Quonam, obſecro, pacto id ipſis contingere poterit, cùm eadem ipſa profiteantur, q̃ diui patres docuerãt? Aut quis Chriſtianus, qui compos mentis fuerit, ipſorum patrum decreta imperfectionis incuſauerit? Contrà ex facultate mutãdi ſymboli, pernicies magna profectò conſequeretur, data quãdoq; mutandorum verborum occaſione. An autem tertia ſynodus interdixerit, literis multis, præſertim B. Cyrilli ad Acacium Melitineñ pſulem ſcriptis, apparet. Sancta (inquit) ſynodus Epheſi celebrata, neceſſariò prouidit, vt alia fidei expoſitio Dei eccleſijs neutiquàm ingereretur: ꝓter eam, quam beatiſſimi patres noſtri ſancto afflati ſpiritu definierant. In quibus quidem literis multa notatu digna videntur. Sed tria tantùm (ſi lubet) perpendamus. Primum, tertiam ſynodũ primam inhibuiſſe, quod verbum, PROVIDIT, ſignificat. Deinde verbũ, NECESSARIÒ. Poſtremum, aliam fidei expoſitionem fuiſſe vetitam. Præterea memoria dignum eſt, ab vniuerſali Eccleſia interdictum fuiſſe, quod hæc verba ſignificant, vt Dei eccleſijs non ingereretur. Quæ oñia, patres ampliſſimi, conſideremus oportet, præſertim quod ex primo ſequi videtur. Conſtat enim, tertiam ſynodum primùm quippiã vetuiſſe, duas verò priores iampridem interdixiſſe, ne qs cõtraria dogmata proderet. Ergo ſequitur, ſynodum ipſam aliud ab eo, quod iam vetitum fuerat, prohibuiſſe. Quod ipſi credimus eſſe, ne verborum mutatio vel additio ſymbolo fieret. Quod quidem decretum ab vniuerſali eccleſia (vt ſuprà dictum eſt) factum fuerat: quippe quę, nõ quid hic vel ille profiteretur, ſed ne, quod cõmuniter in eccle-

eleſijs celebraret, & in quo baptizaremur, mutaretur, curauit. Et nõ ſolùm alijs, verũ etiam ſibijpſi interdixit. Quod planè patet ex eo, ꝙ verbum, Deiparam, diuino ſymbolo noluerit addere. Nam etſi in ipſo includeretur, ac valde neceſſarium eſſet, vt eidẽ apponeretur, tñ poſterioribus exemplo ſe voluit eſſe, ſuum decretum re ipſa confirmando: quanuis (vt prædictum eſt) propter impij Neſtorij dogmata, magna neceſſitas vrgeret, vt ſymbolo nomen illud apponeret, cùm præſertim ab eo potentia contineretur. Nam hæc, filium eſſe conſubſtantialem patri, ac ipſum de cælis deſcẽdiſſe, & incarnatum de ſpiritu ſancto ex Maria virgine fuiſſe, Deum ipſum ex ſancta virgine natũ eſſe ſignificant. Ergo nomẽ hoc, DEI GENITRIX, etſi ſymboli declaratio eſſe poterat, haud tñ additum fuerat. Sed quiſpiam forſan diceret, id ideo additum non fuiſſe, ꝙ à ſymbolo clarè contineretur. At alia quoque cõplura fuerant, quę quanuis à ſymbolo non tam clarè continerentur, ea tamen poſteaquàm declarata fuerant, ſynodi ſymbolo neutiq̃ addiderunt. Nam neq; filij Dei cum aſſumpta natura noſtra ſecundum hypoſtaſin vnionem, de qua tertium generale concilium, neque dominum noſtrum Ieſum Chriſtum duas poſt ipſam vnionem naturas inconfuſas ſeruaſſe, de quo quartũ: neque duas voluntates operationesq́ue duas habuiſſe, de quo ſextũ tractauerat, diuino ſymbolo addidẽre, quanuis ea omnia diuinæ ſcripturę pluribus in locis non clarè ſcripta fuerint. Neque igitur, quæ non à ſymbolo manifeſtè continentur, eidem addita fuiſſe videntur, neque quæ clariora eſſent, tertia ſynod⁹ ipſi ſymbolo appoſuerat. Nulla ergo ratiõe quicquam licet apponere ſymbolo, quod quidem cætera poſt tertium concilia generalia ſumma cum veneratione ſeruauerunt. Si qua tamen vobis ambiguitas in ſeptimi concilij libro videtur eſſe, eam ſuo loco diffuſiùs declarabimus, & ipſum concilium cętera fuiſſe ſequutũ probabimus. Quod tantùm abfuit vt ſymbolo quicquam apponeret, vt cùm cætera concilia declarationes ſuas, cum his quæ declarabant, conuenienter ſolerent conſcribere, eaq́; ſimul cum declarationibus memoriæ tradere, ipſi ſoli conuenientius viſum fuerit, intacta primitiua ſcriptura, ſuas eiuſmodi declarationes literis ſeparatim mandare. Licèt nonnulli doctores, ꝑſertim hi, quibus ante tertium concilium declarandi facultas fuerat, quadã adducti neceſſitate, diuerſa ratione ſuis declarationibus vſi fuerint, cùm præſertim nondum fuerit interdictum, Hoc autem Pauli
Gal.1.b dictum, Si quis vobis aliud prætereq̃ quod tradidi vobis, euãgelizatus fuerit, anathema ſit, neq; contra maiores noſtros, neque ꝓrſus in nos facere videtur, quãdoquidẽ Paulus aliam fidem tradi vetuerat, maiores verò noſtri fidem diuerſam nequaq̃ docuerant. Qui quidem Pauli ſermo in omnes, qui declarandi facultatem habent, vel in poſterum habere crediderint, verus eſt. Propoſitũ aũt noſtrum partim ſimile, partim diſſimile videtur eſſe, pro ea interdicendi neceſſitate, quam tum fuiſſe probauimus. Quòd autem dicitis, beatũ Gregoriũ ſanctorũ primi generalis concilij patrum fidei, nil voluiſſe vel potuiſſe præferre, non nil tñ de ſancto ſpiritu declaraſſe, quod ſibi dictum obſcurè fuiſſe videretur, vobis reſpondemus, eum nõ aliam fidem expoſuiſſe, quanuis declarandi facultatẽ haberet, ꝙ in ea ſynodo eſſet, quã conſtat ante ꝓhibitionem fuiſſe. His igitur authoritatibus, quæ ante tertiam ſynodum proditæ fuerant, nequaquam poteſtis inniti. Si qua verò ſynodus poſt ipſam, ſymbolo dictionem vel ſyllabam aliquam addiderat, id obſecro nobis oſtendite. Quod ſi ꝓfectò nobis probabitis, abſq; vlla cõtrouerſia in veſtram ſentẽtiam ibimus. Sed id certè nunquàm probare poteritis. Cuncta em̃ ipſarum ſynodorum acta, meridiana luce ſunt clariora: poſteriorumq́ue patrum ſententię, actis ipſis quammaximè conſonæ videntur: quippe qui quanuis abſtrnſa quamplurima dicta neceſſariò declarauerint, nil tamen prorſus diuino ſymbolo appoſuerãt, ſed rectam ratiõem inuenerant, qua q̃ opus eſſent, benè conficerent, ſimulq́; maiorũ ſuorum religionẽ intacto ſacro ſymbolo, ſed verba tãtùm eius ambigua exponẽtes, ſumma cum veneratione ſeruarent. Ex quo quidem nullum vnquam Chriſtianis incõmodum accidere poterit, quod ipſi valdè timere videmini. Vna igitur ac eadem ratiõe maiores noſtri fidem dilucidãtes, magno Chriſtianis commodo fuerunt, & ſymbolum nõ tangẽtes, maiorum ſuorum terminos minimè tranſgreſſi videntur eſſe. Quod antem idem magnus in theologia Gregorius literis mãdauit, nullam ſyllabarũ dictionúm ve rationem habere, id planè nihil ad propoſitum pertinet. Ipſe enim de dictionibus illis loquutus eſt, quæ rem vnam ſignificent, q̃q; de vno eodemq́; ſubiecto ꝓdicentur, quem admodùm ſunt hypoſtaſes, perſonæ, proprietates, de quibus is loquebatur, quæ quidẽ rem vnã ita ſignificant, vt bis duo, ſunt quatuor: necnon vt veſtis, pallium & indumentum: quod à noſtro propoſito alienum eſſe videtur. Alia eſt enim patris perſona, alia verò filij: ita vt ſpiritũ ex patre procedere, aut ex patre filioq́;, diuerſa prorſus ſignificent: vt ſuo loco diffuſiùs diſputabimus, cùm interrogando mutuoq́ue reſpondendo, breuibus agemus. Nũc ad aliud argumentũ veſtrum veniemus, quod ex ſymbolo diuerſis Chriſtianorum linguis, idem tamen ſignificantibus prolato, ſumitis: aſſerẽtes, nobis de dictionibus illis curæ nõ eſſe debere, q̃ rem vnam ſignificent. De quo quidem argumẽ-

to, etsi paulò antè, cùm de prima parte ageremus, mentionem aliquam fecimus, nunc tamen pleniùs dicimus illud, ſanctum ſpiritum ex patre filioq́ue procedere, non ſolùm dictiones diuerſas eſſe, verumetiam res diuerſas ſignificare. Nam vnaquæque oratio vnum habet ſignificatũ. Spiritum autem ex patre procedere, oratio vna eſt: ex patre verò, filioq́ue, duæ: quæ licèt vna tantùm dicatur coniunctione, duas tamen orationes negatiuè contrarias continet: alteram quidẽ veſtra noſtraq́; ſententia falſam, alteram verò (vt noſtra fert opinio) veram. Vocibus ergo diuerſis eandem vel diuerſas res ſignificare, non eſt idem. Si nanque nos Græco, vos autem Latino ſermone protulerimus, bona dies, ob id profectò nequaquam diſſentiremus: rem enim vnam ſignificaremus: propterea q́; cóiuncti eſſemus, quemadmodùm ante additionem huiuſmodi fuimus. Nunc verò nõ ſolùm à vobis Romanis differamus neceſſe eſt, verumetiam ab ipſis noſtris hominibus longè diſſentiremus, ſi tale peccatum committerent. Sed ponamus orationem ipſam rem vnam ſignificare, haud tamen propterea non interdicto tenemini, quo quidem omnis additio vetita eſt. Præterea cuiuſuis ſcientiæ, dicitis, principia, ea omnia continent, quæ in ipſis ſcientijs tractantur. Et quoniã fides noſtra, ſcientia theologica eſt, eius idcirco principijs dogma veſtrũ verũ eſſe probare poteſtis: Quod quidẽ nobis ſi probaueritis, gratias vobis agemus, ipſum tamen propterea fidei noſtræ principijs forſan nequaquam addiderim, cùm inconueniens ſit quicquam principijs addere, noſtris præſertim, propter tertij concilij interdictum. Principium enim, & ea, quæ poſt principium ſunt, in multis, immò forſan in omnibus, inter ſe differunt: quandoquidem illud commune eſt, hæc verò particularia: necnon ex illo ſolent fieri demonſtratiões, hæc autem demonſtrantur: Illud denique prima ſyllogiſmi propoſitio eſt, hæc verò concluſiones. Quonam igitur pacto commune fiet particulare? vel demonſtrationis principium, concluſio demonſtratumq́ue fiet? Neceſſe eſt igitur poſteriora à principijs ſuis contineantur, non autem ipſis addantur, præſertim ſi, quod interdictum, vt in re, de qua agimus, interceſſerit: tunc enim nulla prorſus fieri poſſet additio. Vndè euenit, vt tametſi complura vera ſint in theologia, eius tamẽ principijs ea nequaquam addita fuerint. Cuncta nanq; diuina dogmata ex ſacræ ſcripturæ fonte hauriuntur, quę fidei noſtræ principium ac magnum fundamentum exiſtit: cui quidem nil hucuſque prorſus eſt additum, neque vnquàm à nobis dum liberi erimus, neque ab alijs Chriſtianis, vt credimus, addetur. Siquidem igitur diuiuum ſymbolũ in Dei Eccleſia principium eſſe cenſemus, nil ei prorſus addendum eſt. Ipſam autẽ Eccleſiã, vnã eandemq́; ſemper eſſe, ac vna eademq́; facultate præditam eſſe debere concedimus: ita tamen, vt ſanctorum patrum decreta ſeruet, ipſaq́; p diuinis vocibus reputet. Synodi nanq; diuerſę, rationibus diuerſis adductæ, varijs tẽporibus celebratæ fuere: quæ quidẽ ad vnũ eundemq́; finem, hoc eſt, ad hominum ſalutem tendentes, diuerſas res pro temporum conditione tractârunt, ac de diſſimilibus rebus leges diſſimiles promulgârunt. Leges igit ipſas poſteriores ſynodi ſeruare, quę q́; ab illis neceſſariò definita fuerant, neutiquã præterire debent. Sic enim magìs vnam ac eandem facultatem Eccleſia ſemper habebit: ſin minùs, ipſa ſeipſam deſtrueret, ſponteq́; ſua corrueret. Quod quidem igitur à maioribus noſtris prohibitum fuerit, id poſteriores cauere debent. Contrà, quia illi nõ interdixerant, ne cui liceret expoſitiões ſuas extra primitiuam ſcripturam reponere, id circo ſacram ſcripturam ita nos exponere poſſumus, quemadmodum ipſam Agathon, Cyrillus, Sophronius, multiq́; alij explanauerant: quippe qui, quæ ſibi clariora reddere licebat, priuatis ea commentarijs explicauerant. Porrò autem nobis curandum non eſt, quid quiſq; eorũ dixerit aut ſcripſerit, cùm præſertim ipſorum ſenſus perfectus fuiſſe credatur. Cuiuis ergo cómunia dogmata ſeruanti, licet ſuam, vt ſentit, fidem exponere: de communi autẽ dogmate, diuinóve ſymbolo ferre legem, fas eſſe nemini credimus. Qua quidem ratione B. Agathon multiq́ue præſules, ac alij minore dignitate præditi doctores, populos fidem docuerunt, quod minimè nobis videt obſtare. Sed hęc hactenùs. Quemadmodùm autem vos, patres ampliſſimi, de eiſdem rebus bis diſſeruiſtis, & ſi de ipſis ab initio luculentam orationem habueritis: ita nos etiã de quibus multa modò fecimus verba, ea paucis repetere volumus, tum quòd in ſuperiore ſermone noſtro potentia concluduntur, tum etiam quòd tempus anguſtũ eſt. Tota veſtra oratio, Patres ampliſſimi, in decem vel plures partes diſtribui poteſt: quas ipſi repetentes, ac ea prætereuntes ſilentio, quæ ad propoſitum nequaq̃ ſpectare videtur, tantùm decem ipſis partibus quambreuiſſimè reſpondebimus. Initiò admirati fuiſtis, q̃ ſymbolũ Nicenum recitauerimus. Ipſi verò vobis iterum reſpondemus, id ideo recitatum à nobis fuiſſe, vt vobis oſtenderemus, pro duarũ illarum primarũ ſynodorũ amplitudine, in tertia ſynodo in primis citatum, ac ipſarum duarum ſynodorum ſymbola pro vno tantum ſuſcepta fuiſſe, ipſamq́; tertiam ſynodũ ſimul interdixiſſe, ne cui liceret in poſterum ei quicquam apponere.

¶ Creditísne, primæ ſecundæq́ue ſynodi IVL. card. ſymbola, in tertia recitata fuiſſe?

¶ Secundũ ſymbolum lectum fuiſſe non MAR. dixi.

diximus, ſed ipſum à primo potentia contineri, vt fortiſſimis argumentis ſuprà probauimus.

BESS. ¶ Deinde prohibitionẽ ad fidem tãtùm, non autem ad dictiones vel ſyllabas referri debere dixiſtis: ad quod quidem, omnium ſynodorum decretis ac definitiõibus innitentes, orationẽ longa reſpondere poſſem⁹, in quibus planè decretis, de ſymbolo ac interdicto particularis mentio fit. Verùm res ipſa nobis ipſarum ſynodorum ſenſum clariſſimè patefacit, quippe quæ, quanùs ſæpiſſimè aliqua cogerentur neceſſitate, nil tamen prorſus diuino ſymbolo voluerãt addere. Sed hactenùs de ſecunda parte. Nam in tertia de ſcientiarum principijs mentionem feciſtis, quibus etiam ipſi reſpondemus, id duplici ratione verum nõ eſſe, quod ex ipſis principijs oſtendere volebatis. Altera quidem, quòd omnibus principijs à natura conceſſum eſt, vt quatenùs alicuius ſciẽtiæ principia ſunt, in eadem fieri concluſiones non poſſint. Altera verò, q̃ vſu euenit, vt ipſis theologiæ principijs, in quibus verſamur, nullus poſt tertiã ſynodum doctor quicquã addiderit: quanuis ea, quę declarauerãt, ab eiſdem continerentur principijs.

AND. Bene eſſet, Patres ampliſſimi, vt noſtras orationes ſcriptas haberẽtis. Sic enim ſeruato earũ ordine, meliùs ipſis reſpõderetis.

BESS. Nos ordinem veſtrarum orationum ſeruare putamus, ea tamen diſponendarũ orationis partiũ facultate, qua vos in differẽdo vſi fuiſtis.

ANDR. Id ſanè fieri poteſt: at tertium vel quartũ nominare locum, longè aliter quàm à nobis prolatum fuerat, non licet.

BES. Nullum equidem orationis veſtræ locum priuatim citaui, ſed tertiò vel quartò ſimpliciter protuli. Sic eſto.

AND. Vndè ergò digreſſi fuimus, redeamus.

BES Concluſiones non paucas à ſanctis patrib⁹ ex fidei noſtræ principijs demonſtratas fuiſſe, dicebamus: quas hi principijs ipſis, aut ſacræ ſcripturæ noluerant addere. Nã illud, CONSVBSTANTIALEM PATRI, AC IN SPIRITVM SANCTVM DOMIMVM ET VIVIFICANTEM, multaq́ue alia, quæ quanuis paruæ ſint dictiones, atque à ſacra ſcriptura contentæ, principijs tamen nequaquàm appoſitæ fuerant. Aut igitur hæc etiam ſcripturæ ſacræ ſunt apponenda, aut ſymbolo prorſus addendum. Quod quidem ipſorum ſanctorũ patrum ſententia, eadem præditum eſt authoritate, qua ſacra fulget ſcriptura. Omniũ autem ſynodorum acta poſt tertiã, ad ipſam tertiam, vt rectam normam, referri debere, non imus infieias: non ita tamen, quemadmodùm dicitis, vt ipſius acta, cæterarũ ſint expoſitiones. Nanque quo pacto fieri poſſet, vt poſteriora prioribus explanentur, cũ eius oppoſitum verum ſit? Siquidem igitur poſteriores doctores, p̃ſertim B. Cyrillus, q̃ Romani pontificis vicarius tertiæ ſynodo pfuit, necnon poſt ipſum B. Agathon, eius ſynodi acta poſteritati clariora reddiderãt, ſequitur, vt ij, eorũdem actorum expoſitores meritò appellandi ſint. Quid enim ipſorum literis clarius? Scitu præterea dignũ eſt, vt non ſolùm poſteriorũ DOCTORUM verba, ad eiuſdem tertiæ ſynodi dicta, verumetiam eorundem ſenſum ad ipſius intelligentiam referri oporteat, ità vt qua mente ipſa ſynodus interdixerat, eadem etiam cæteræ prohibuiſſe putentur. Mens autem ipſi fuerat, ſyllabarum etiam acceſſionem vetare, vt is B. Cyrillus ſuis literis declarauit. Neceſſariò (inquit) ſynodus interdictum hoc fecerat, ergo cæteras etiam ſynodos ad eundem finem adſpicientes interdixiſſe credẽdum, vt re ipſa demonſtraſſe videntur: quipe quæ quicquam addere ſymbolo noluiſſent, ac ſimul interdixiſſent, ne cui liceret, cùm non ſine magna Chriſtianorũ pernicie fieri poſſet; alia componere ſymbola. Quòd autem creditis, hoc ſancti Cyrilli dictum, NON TOLERABIMVS VT AB ALIQVO FIDES MVTETVR, & reliqua, nequaq̃ ſignificare, ne cui liceret ſymbolo quicquam apponere, ſeſſione ſequenti vobis reſpondebimus, in qua etiam perorabimus: ad illud enim noſtra feſtinat oratio, vt breuibus interrogationibus ac reſponſiõibus agere incipiamus. Mihi autem eſt, vt conuenimus, cum vno ex his ampliſſimis patribus differẽdum. Sed hæc hactenùs. Ad ſequentem verò ſeſſionem, fauẽte DEO, accingamur. Tum ſancta ſynodus iuſſit, vt ad diem ſequentis martis ſeſſio prorogaretur. quo decreto, ſeſſio dimiſſa fuit.

Die Martis 4. Nouembris, nona ſeſſio Ferrariæ.

MAiori ex parte, præſtantiſſimi patres, orationi veſtræ pro viribus reſpondiſſe credimus. Ob temporis autem breuitatem, nonnulla penitùs prætermiſimus, nonnulla verò paucis tetigimus, quibus nunc breuì reſpondere intendimus. Quæ quidem ſunt hæc, ſi benè memoria tenemus. Primũ, fidem mutare, vt B. Cyrillus inquit, aliud quoddam ſignificare, quàm quippiã declarare. Alterum, interdictum poſt decreta factum fuiſſe. Tertium, beatum Agathonem eas dictiones prohibuiſſe, quæres à fide diuerſas ſignificarent. Quartum, eundẽ ipſum diuinum hominem, dum ſuam fidem exponeret, ſymbolo quædam addidiſſe, quædam verò ab eodem abſtuliſſe. Quintum, minimè fuiſſe neceſſarium, vt verbũ, DEIPARA, ipſi ſymbolo adderetur. Poſtremò, ſanctam ROMANAM eccleſiam ſanctorum vocibus motam, magnaq́; neceſſitate coactam, additionem eiuſmodi ſuo iure feciſſe. Ad quæ quidem (quemadmodùm diximus) paucis reſpondebimus, ne tempus fruſtrà cõteram⁹: quemadmodùm ſeſſiõibus ſuperioribus nobis accidit, cùm præſertim longas orationes

habere, neque conueniens sit, neq; (vt mihi videtur) ad propositum pertinens. Hoc em̃ pacto nunquàm ad conclusionem poterim⁹ peruenire: breuibus igitur (vt lubet) agam⁹. Partem primã, patres amplissimi, falsam esse censemus. Is enim Cyrillus inquit, Nequaquàm tolerabimus & reliqua: quod deinde re ipsa declarasse videtur, quippe qui nil ꝓrsus apponens symbolo, eiusdem verba non pauca explanauerit. De interdictis autem post definitiones editis, quæ quidem pars altera fuerat, is ipse Cyrillus inquit: Neque quicquam definitiõibus licet addere, si sint declarationes, q̃ ad declarationem nulla fieri debet accessio. Id igitur nobis non obstat: nanq; tertiæ synodi patres oratione ꝓpetua de singulis symboli partibus mentionem fecere. Sed hæc & alia ad propositũ pertinentia, suo loco forsan diffusiùs perscrutabimur. Nũc ad tertiam partem veniamus, in qua beati Agathonis fuisse sententiã dicebatis, vt fides verbis, nedum intelligentia seruari deberet, cùm ipsi firmiter teneamus, quoduis genus additionis ab ipso fuisse vetitum, vt ex verbis eius ꝓcipitur. Sũmo studio (inquit) incumbentes, vt nil prorsus eorum, hoc est, decretorum, minuatur aut mutetur, aut quicquã ipsis addatur, verùm omnia in verbis atque intelligentia eadem permaneant. Si quidem igitur sanctus is iudicauerat, à verborum additione, sensusq; maiorũ nostrorum mutatione cauendum esse, patet quod nos sentimus, id eius sententiæ magis conuenire. Et si (quemadmodùm suprà diximus) nihil ad propositum attinet, si in exponenda sua religione symbolo quicquam addiderit, vel ab eodẽ ademerit: propriam enim expositionem cuiusq; nunq̃ Ecclesia vetuit, neq; vetabit, ne quisq; videlicet doctor, quid sentiat de fide, proferre, literísve mãdare valeat: communem verò doctrinam tradi, vel iam traditæ syllabam aliquam à quoquam mutari posse, prohibuit: propterea q̃; sanctus ipse doctor verbo, MVTATVR, vsus fuerat. Cuiuis igitur communia dogmata colenti, sua licet, vt nouit, exponere. Sed de tertia simul & quarta parte hactenùs. Porrò autem cur quintã protuleritis partẽ, ipsi non videmus. Si nanq; verbum DEIPARA, necessarium non fuisset, nullam prorsus de eo mẽtionem fieri, ac in actis synodi scribi oportuisset: sin autem conueniens (vt creditur) ac dignum fuerat declaratione, cùm symbolo non fuerit additum, patet argumentum nostrum verum esse. An antem Romana Ecclesia sanctorũ vocibus mota fuerit, nécne, in posterum Deo fauente, considerabimus. An verò vrgẽte necessitate symbolo potuerit addere, credimus, ipsam quauis necessitate cogente id minimè facere debuisse. Nõ enim necessitas vos excusat, cùm in decretis ipsis scriptum non sit, vrgẽte necessitate id fieri posse. Sed de huiusmodi necessitate suo loco forsan agemus. De potestate verò Romanæ Ecclesię plurimùm diceremus, nisi aliud ageremus. Non enim inscij sumus, q̃ sit ipsius facultas ac prærogatiua. Sciatis tamen, velimus, addendi symbolo facultatem non solùm Romanæ, verumetiam vniuersali Ecclesię, generaliq; synodo interdictam fuisse. Si quidem igitur Romana Ecclesia quauis facultate prędita sit, vniuersali tamen Ecclesia, quam generalis synodus præ se fert, inferior est: si eiuscemodi facultatem ab vniuersali Ecclesia tollimus, multò magis ipsam à Romana Ecclesia tollendam putamus: tollimus inquam, non nostra authoritate, verùm maiorum nostrorũ decretis. Sed hæc hactenùs. Quæ quidẽ nó idcirco protulimus, q̃ nobis omnia viderentur ad propositum attinere, verùm vt vestrę orationi omni ex parte responderemus. Si lubet ergò, ad rem ipsam paucis veniamus, q̃dq́; maiores nostri hac in re senserint, exactè cõsideremus. Nos em̃ credimus, in vniuersum ipsos interdixisse; ità vt ne syllabam quidẽ vnã symbolo liceat addere, vt ex eorundẽ actis (quẽadmodùm sæpissimè dictũ est) clarissimè constat. Vt igitur breuib⁹ agamus, ex vobis q̃rimus, an sanctorũ patrũ interdictũ ad symbolum, vel ad aliud referat. Hæc Bessarion vir præstantissimus.

Vide infrà decretum huius synodi de potestate sedis Apostolicæ &c.

Andreas autem Colossensis præsul volés respondere, longum de spiritus sancti processione sermonem habuit. Cui cùm ad ꝓpositum Græcis spectare non videretur, aures ꝓbere, nedum ipsum literis mandare, noluerant, quemadmodùm de multis alijs superuacaneis verbis facere solebant. Sancta verò synodus iussit, vt sessio solueretur, & ad diem proximi sabbati conueniret.

AND.

Die sabbati octaua Nouembris, decima sessio Ferrariæ.

IOAN.

BEatissimi patris iussu, patres amplissimi, vestris orationibus respondebimus, ab his tribus exordientes, quæ in procemij speciem protulistis. Non est nobis (dicitis) disputandũ, vt videamur vicisse, verùm vt veritatẽ inueniamus, ac ipsam in lucem ꝓferamus. Quam quidem vestrã opinionẽ probamus atq; suscipimus, ac vt veritatẽ ipsam assequamur, vehementer incumbimus, beati Hieronymi sententiæ innitentes: Nũquàm errat, inquit, q̃ sequitur veritatem, ꝑsertim fidei nostræ, q̃ mortales locorũ distantia & lingua moribusq; plurimùm inter se differentes, componit & cõgregat, vt simul conueniant: vt magnus etiã Dionysius in de diuinis nominibus lib. testatur: Hæc ratio (inq̃t) est simplex, & existens existentis veritas, circa quã, sicut mundã & non erroneã totorum cognitionẽ, diuina fides est, q̃ est manẽs credentiũ collocatio, q̃ istos collocat in veritate, & reliqua. Si quidẽ igitur eo desiderio sumus affecti, vt sanctã Dei Ecclesiam coniungamus, in hoc vehementer debemus incumbere. Quod quidẽ vt assequamur, maxima cura & diligentia summoque studio nobis opus esse videtur. Nobis deinde conuenire dixistis, vt quantùm subiecta materia patitur, humanitatem seruemus, vt omni ex parte mutua beneuolentia videamur esse affecti. Qua de re magna equidem afficior lætitia, q̃ vnà cũ propheta dicere possum: Dedisti lætitiam in corde meo. Nam (vt beatus Paulus inquit) seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docilem, & reliqua. Postremò, id (quod valdè videre cupio) nunciastis, vt interrogationes respõsiones q̃; nostrę breues habeãtur: quod quidem non alienum à ratione videtur esse, q̃ sermo breuis faciliùs intelligitur, memoriæq́; mandatur. Non tamen propterea breuitati studendum est ita, vt nostra oratio sit obscura. Rogo igitur vos patres amplissimi, ne duo à me repugnantia simul cõtendatis, vt breui oratione, id quod fieri benè non potest, ad vestram prolixam respondeam. Porrò autem vobis promitto, seruato vestri sermonis ordine, ad quamlibet eius partem q̃ potero breuissimè respondere, partim concedendo, partim autem denegando, nostræ tamen eiusmodi denegationis congruas rationes reddendo: partim etiam declarando, quædam verò leuiter tangendo, ita vt ad omnes orationis vestræ partes per capita respondendo, vobis satisfacere sperem. Ad rẽ igitur ipsam, Iesu Christo dño nostro fauẽte, veniamus. Initio, ꝑst. Patres, verum protulistis, vestras nobis aures benignè semper præstitisse, non igitur ad hoc respondebim⁹. Deinde particulam, EX FILIOq̃;, additionem extraneam esse, propterea q̃; non sine ratiõe prohibitã. Prætereà, quãuis huiusmodi dogma verum esset, id tamen diuino symbolo neutiquàm addi debuisse: cùm etiam multæ aliæ symboli declarationes factæ fuerint, quarum nulla videtur eidem apposita, propterea quia id fieri non liceret. Ampliùs, nonnullis rationibus probasse putatis, omne genus additionis fuisse vetitum: ex quo etiam sequebatur, particulam ipsam fuisse prohibitam. Quæ cùm ageretis, Colossensis syllogismum subtiliter repetentes, his quæ vobis ad propositum viderentur spectare, respondistis, de reliquis verò suo loco differere ꝓmisistis. Qui quidem syllogismus talis fuerat: Omis additio ex rebus extraneis fit, declaratio verò tali modo non fit, ergo declaratio non est additio. Cuius profectò syllogismi veritatem, quoniam grauissimus subtilissimusq́; theologus Colossen̄ ꝓsul optimè demonstrauit, idcirco eo postposito, ad explicandũ id veniamus, de quo suprà diximus, vos vehementer ambigere, an videlicet illud, ex filioque, sit additio vetita. Quam quidem particulam, sanctorum authoritatibus innitẽtes, ac fortissimis argumentis adducti, censemus additionẽ non esse, nec vlla ratione ꝓhibitã. Quòd autẽ simpliciter non sit additio, patet, cùm ex nouo testamento, quod à veteri potestate continebatur: tum etiã ex nostrę fidei articulorũ declaratiõe, q̃ varijs temporibus facta fuerat, de quo quidem in nouo testamento B. Augustinus in Faustum inquit: Christus non venit soluere legem, sed adimplere: non ita, vt q̃ legi deerant, ipsa eidem adderẽtur, verùm vt fierẽt, q̃ scripta erant, quẽadmodùm ipsius Christi verba testantur: Quippe qui non dixit, Iota vnum aut vnus apex non ꝑteribit à lege, donec addantur quæ deerant: sed, donec oẽia fiant. Item in lib. de catechizandis rudibus inquit: In testamento veteri est occultatio noui, in testamẽto nouo est manifestatio veteris. In quæstionibus autem veteris ac noui testamenti, sensus enim legis ad salutem (inquit) hominis pertinet, iuxta illud: Oculum pro oculo. & infrà, Ego autẽ dico vobis, nõ resistere malo. Vndè Ezechiel ait, quasi sit rota in medio rotæ. Quod dictum à Gregorio sic exponitur: Vetus testamentum in nouo. qui etiam alio loco: Quod lex (inquit) iubet, & prophetæ seruant & Euangeliũ, id etiam Apostoli in vniuerso ꝓdicant mundo. Prætereà ex huius dicti expositione, Non veni soluere legem, apparet, euãgelium legis veteris esse declarationem. Sequitur ergo, declarationem, non esse simpliciter ac propriè secundum sensum additiõem. Si enim apud Augustinũ tot noui testamenti mysteria, idcirco secundum intelligentiam additiones non appellantur, q̃ à veteri lege continerẽtur: nil mirum, si qua etiam ipsorũ mysteriorum declaratio ac illustratio nõ sit simpliciter, & quo ad eorundẽ significata, verè additio, sed potiùs implicatæ rei explicatio. Quod etiam patet (vt paulo antè dictum est) ex multa fidei articulorũ declaratiõe. Propterea idem ipse beatus Augustinus inquit: Tempora ꝓtereunt, non autem fides. Eadẽ enim ꝓteritorum, posteriorum q̃; patrũ fides exiſtit. Nam & ꝓteriti patres, ac ipsorũ posteriores dicebant: Benedictus, qui venit in nomine Dñi. facta tamẽ fuit articulorum multiplicatio, necnon implicatorũ verborũ explicatio, ac infinita decreta. Vndè apparẽt, Patres amp. pro nostra fide & salute post Abrahæ tempora maiorem ambiguorum declarationem factam fuisse, q̃ ipsius temporibus, cui quidẽ fuerat ab angelo nunciatũ: Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Esaias prætereà hanc ꝓtulit declarationem: Eccè virgo concipiet. sed angelus multo quidem maiorem, qui virginis conceptionis suę modum quærenti, respondit: Spiritus sanctus superueniet in te. Eadem igitur ratione articulus de sancto spiritu diuersis temporibus fuerat illustratus. Apostoli nanq; sic ipsum celebrârunt, Credo in spiritum sanctũ. Cõcilia verò generalia, QVI EX PATRE PROCEDIT, addiderant: non tamen propterea no-

Psalm. 4.
2. Tim. 2. d
Matt. 5. b
Matt. 5. f
Ezech. 1. d
Matt. 5. b
Matth. 21. b
Gen. 22. d
Esa. 7. c
Luc 1. d.

uus articulus posteritati proditus credebatur fuisse, verùm is, qui iam fuerat, magis declaratus dilucidatusque redditus putabatur. Pari ratione, qui particulam, ex filioque, addiderant, non nouum articulum celebrasse, sed eundem ipsum clariorem reddi-
*putantur. disse *putârunt. Quod quidem additionis genus censemus non esse vetitũ. Apud nanq; Bonauenturam in Theologia clarissimum, triplex genus additionis literis traditũ est. Vnum, cùm id quod additur, ei, cui apponitur, oppositum est. Alterum, quod non oppositum, sed tantùm diuersum ab illo cui apponitur, fuerit. Tertium, cùm vtrunque congruum sit. Quorum quidem primum genus hæreticum, ac prorsus alienum existit à fide, vt si quis Deum patrem protulerit genitum. filium verò ingenitum, sanctũ autem spiritum à nullo procedentem. Altero verò genere inepti homines vti solẽt. Nam summæ ineptitudinis est, insolita verba & à sacris literis aliena proferre, vt si quispiã Deum patrem appellauerit geometram, filium astronomum, sanctum autem spiritum arithmeticum, quæ licet à veritate non discrepent, quandoquidem quæuis diuina psona cuncta cognoscit ac potest, tamẽ quoniam eiusmodi sermo, neq; in sacris literis, neque in sanctorum scripturis legitur, ideo ineptis hominibus adscribi solet. Tertium autem genus, quo Deum patrem omnipotentem æternum, filium verò consubstantialem, sanctum autem spiritum, spiratum ꝓcedentemq; dicimus esse, pium & catholicũ est, nostræq; religionis doctrinam declarãs: idcirco duo illa additionum genera, pœna grauissima prohibentur, iuxta illud Apoca-
Apo. 22,d lypsis: Si quis apposuerit ad hæc, apponet illi dominus plagas scriptas in libro isto. Genus verò tertium tãtùm abest ab interdicto, vt qui eo vtantur, à seruatore nostro præmijs afficiantur amplissimis, vt Sentẽtiarum magister in procœmio suo testatur. Siquidẽ igitur additio, de qua agimus, non ex oppositis diuersisve cõstat, sequitur ipsam nõ esse vetitam, cùm præsertim illa, ex filioque, particula, valdè conueniens ac congrua sit. Apostoli nanque sancti cùm sanctum spiritum celebrarent, non ipsum ex patre procedere proferebant: quod cùm ab ipso Apostolorum symbolo potestate contineretur, eiq; quammaximè conueniret, sancti posteriores patres ad euertendos impios hæreticorum errores, id ipsi symbolo apposuerũt, ac ipsum spiritum ex patre procedere declarauerũt. Quod cùm adhuc modo quodam ambiguum esse videretur, idcirco, ex filioq;, particulam alij posteriores patres addidere, ipsumq; symbolum clarissimum reddidere, ꝓferentes, sanctũ spiritũ ex patre filioq; ꝓcedere. Sed dum in hac materia plurimùm insisto, demonstrans particulam ipsam, consonã veramq; symboli declarationẽ esse, vobis forsan videor extra propositum agere. Cùm igitur vobis libuerit, prolixiùs ac subtiliùs hanc q̃stionem tractabimus. ita volẽti veritatem agnoscere palàm fiet, declarationem eiusmodi nequaquàm fuisse prohibitam. Nũc autem ad illam veniamus partem, quæ caput quæstionis nostræ videtur esse, & de qua vehementer ambigitis, an ne syllabã quidem symbolo liceat addere. Nam quatuor illa repetere nolumus, quæ vos breuissimè protulistis, quandoquidem nobis videtur magis operæprecium esse, ipsam controuersiæ nostræ radicem discutere, pro qua quatuor ipsa dixistis. Nã primò interdicti causam declarastis. Deinde vno vsi fuistis argumento. Tertiò quandã beati Cyrilli sententiam vsurpastis. Postremò, à conuenientibus innixi loco, rationem hãc protulistis, valdè conueniens ac dignum memoria fuisse, facultatem ipsam addendi symbolo, vtpotè non modò Christianis inutilem, verũ etiam pernicioſam, ab Ecclesia prorsus abstuliſſe. Nam maiores nostri nascentis fidei nostræ temporibus summam (vt dicitis) facultatem habebant, vt quæ à sacra scriptura obscurè continerentur, ea declararent, ac symbolo vel alij scripturæ, excepta solummodò sacra, apponerent, & ipsis arbitratu suo vterentur: quæ deinde facultas à posterioribꝰ ex parte fuit diminuta, ita vt possent tantũ ambigua declarare, dilucidioraq; reddere, diuino tamẽ symbolo nil addere posse. Quod ipsi (pace vestra dixerimus) falsum credimus esse, primis illis patribus absque generali Cõcilio licuisse communi symbolo quicquam addere. Nam sanctus Thomas testatur, nunquàm symbolum extra synodũ declaratum fuisse, de eo symbolo loquens, quod vulgò in Ecclesia celebratur. Hoc igitur iacto fundamento, quatuor illa capita leuiter perstringamꝰ, quibus vestrum propositum probare conati fuistis. Primùm enim dixistis, maiores nostros vsque ad secũdam synodum addẽdi symbolo potestatẽ habuisse: sed cum ipsa facultate nonnulli non sine sua pernicie abuti inceperint, symbolũ trãsformantes, ac impia dogmata docentes & prædicantes, tertium idcirco generale concilium videns facultatem ipsam damno magno potiùs, quàm cõmodo, Christicolis fore, eam penitùs abstuliſſe. Nos autem ad hoc respondemus, falsum esse, cuiuis ante tertiũ concilium licuisse symbolo quicquam apponere, nisi ea fortassis licentia, quam quidã hæretici sibi vendicassent, quam quidem solam ab ipso concilio, verbis his, ne cui liceret symbolo quippiã addere, circũscriptam interdictamq; credimus esse. Deinde protulistis, addẽdi facultate ablata, nullũ Chrianis incõmodum accidere posse, ac nullũ compotem mentis, ob decretũ eiusmodi meritò dicere posse religiõem nram imperfectã esse: cõtrà, fieri facilè posse, vt pro eadem facul-

cultate cuiuis cõcessa, catholica ecclesia aliquo afficiat incõmodo: Ipsi verò (pace vestra dixerimus) argumentum hoc claudicare censemus, vt suo loco probabimus. Immò etiam cæteris duabus postpositis partibus, ad fundamẽtum ipsum veniamus, quo quidem euerso, cætera facilè ruent. Omissis ergo corticibus, medullam ipsam tangamus. Quod quidem speramus consequi, si legislatoris verba non nimìs curantes, mentem eius accuratè considerabimus. Id autẽ fuerat tertium generale concilium, quod id tantùm vetuisse putatur, quod fidem cõtrariam pareret, vt Bonauentura testatur: qui prima patrum, inquit, interdicti sententia nequaquàm ad alios attinet, nisi ad fidei nostræ oppugnatores, & eos, qui symboli dictiones mutando, vel ei quicquam addẽdo, Ecclesiam studeant euertere. Addendi verò facultate nunquàm Ecclesiæ fuerat interdictum, neq; interdicetur in posterum, dummodò legitimè imperio, præsenteque principe, qui facultatem vniuersalis Ecclesiæ habeat, ad euertendos hæreticorum errores, cõueniat. quis, obsecro, tum vocaret in controuersiam, an Ecclesia, cogente necessitate, ne Christifideles, circa diuina mysteria in aliquam hæresim caderent, partem aliquam symboli fidei congruam declarare possit, nécne? Nemo profectò. Qua igitur ratione illud, CONFITEOR VNVM BAPTISMA, ipsi symbolo fuerat additum, eadem etiam ratione, id est, pro animarũ salute, EX FILIOQVE particulam, nostri maiores addiderant. Et quẽadmodùm illud, ET INCARNATVS EST DE SPIRITV SANCTO EX MARIA VIRGINE, addidere: ita etiam, ipsam Dei genitricem fuisse, ipsis, si voluissent, symbolo licebat apponere. Verùm facultatem eiusmodi non vnam tantùm personam vel particularem ecclesiã, habere concedimus. Interdictum igitur illud tantùm ad priuatos homines, ac contra fidem loquẽtes, refertur. Propterea (inquit ipse Bonauentura) patres illi non sic interdixerant, vt viam Ecclesiæ in futurũ præcluderẽt, quo minus ei liceret eadem vti facultate, si Dei benignitate meliora ꝓuiderit. Et infrà: Eorum (inquit) sentẽtia fugienda est, qui credũt patres illos opinionis huius fuisse. Vt autẽ credatis, patres amp. nos benè cũ illis sentire, nõnulla synodorũ acta, præsertim tertiæ, necnõ quasdam patrum sanctorum literas tẽpestatibus illis scriptas, afferemus. Quæ dũ facimus, rogamus vos, diligẽter attendite. Frequẽti tertia synodo, patres amplissimi, conuocatus Nestorius, accedere recusauit: tunc ipsa Nicenum symbolum (vt moris erat) recitauit, vt quæ verba fidei cõuenirent, probarentur, dissona verò eijcerẽtur. Vndè patet, synodum ipsam voluisse, non fidem maiorum suorum religioni congruam prohibendam esse, verùm verba discrepãtia, & ab ipsa fide diuersa, quemadmodùm hæc eiusdem synodi verba significare videntur, NEMINI LICEAT ALIAM A NICENA FIDEM PROFERRE. Niceno autem symbolo recitato, Cyrilli literæ ad ipsum Nestorium scriptę, in mediũ prolatę fuere, quibus idem Cyrillus quædã ipsius symboli verba repetens, demonstrabat, Christum Deum & hominẽ vna tantùm hypostasi ex Maria virgine natum, ipsamq; veram Dei genitricem esse, dicens se sacræ innitendo scripturæ ita sentire. Quibꝰ quidem literis recitatis, quæ ita incipiebant, Nõ vereor me verę fidei Niceníve symboli præuaricatorẽ esse, Cyrillus ipse synodum interrogauit, an quæ de symbolo Niceno literis mandauerit, vera essent. Cui synodus ipsa respondit: Nil vani aut superuacanei, verùm cuncta congruè Cyrillus edidit: quęq; Nicena synodus paucis decreuerat, is suis literis explanauit ac illustrauit. Quę quidẽ literę plurimũ luminis prębẽt, ita vt edicta Nicena ex his clarissimè possint intelligi. Synodus igitur ipsa professa fuit, Cyrilli literas eadem ipsa significare, quæ à symbolo Niceno cõtinerentur. Post hæc literæ quoque Nestorij ad Cyrillum scriptæ, perlectæ fuerunt, quibus sacram vsurpando scripturam, Mariam virginem nõ Dei genitricem esse, significabat. His igitur literis Nestorij recitatis, iterum Cyrillus synodum ipsam interrogauit, quid de ipsis sentiret, an Nicenorum patrum religioni conuenirent. Synodus autem sic respondit: Nequaquàm consonæ sunt, sed veram fidem oppugnant, quandoquidem Cyrilli & Nicenorum patrũ fidei quàm maximè cõtrariæ sunt. Idcirco vera fides Nestorium anathemate notat, quippe qui impia dogmata nefariamq; communiõem posteritati conatur tradere. Quibus patet, Patres ampliſſ. quanam mente tertia synodus interdixerit, ne cui liceret eam fidem proferre, quæ contra Nicenam, hoc est, à vera fide aliena, esset: ita vt interdictum eiusmodi, veræ fidei discrepantiam & contrarietatem, non autem declarationem ipsi fidei consonantem, significet atque vetet. Quod quidẽ Cyrillus ipse testatur, qui Nicenum symbolũ candidius reddidit. Testes sunt & ipsius tertij cõcilij literæ ad Imperatores pro fide scriptę, quibus acta recolendo sua, inter cætera memoratu digna declarat, Cyrilli se literas, sanctorum patrum dogmati consonantes, ac nulla ex parte ab Apostolorum & ipsorum patrũ fide alienas comperisse, Nestorij verò dogmata eiusdem fidei contraria deprehendisse. Posteà Cælestini literæ, quas ad ipsum Nestoriũ scripserat, recitatæ fuere, quæ sic incipiebant, Quibusdã diebus citra. & infrà: Quis vnquã, inquit, nõ fuerit anathemate dignꝰ, q̃ symbolo quicquam addiderit, aut ademerit, cũ fides nobis ab Apostolis tradita, neq; additione, neq; imminutiõe indigeat? Vestris em in libris legimus eũ, quãmaxima pœna affi-

ci debere, qui vel addiderit, vel quicquam abstulerit. &reliqua. Scitu preterea dignum est, ante synodum Ephesinam addendi quippiam Apostolorum symbolo, vel ab ipso facultatem auferendi, graui pœna vetitam fuisse, vt in extrema earundem literarum parte legere est. Eidem tamen symbolo apposita multa fuere, atque ab eo ablata. Interdictum igitur illud, cui vos mirum in modũ innitimini, contra nos minimè facere videtur. Ampliùs, Cælestinus Nestorium repræhenderat, quòd à symbolo verbum, DEI PARAM, auferendum censuerit. Qui quidem Cælestinus Apostolorum symbolum intelligebat, quorum omnium vnica ratio fuit: quòd neque Nicena, neque prima Cõstantinopolitana, neque cæteræ synodi contra rationem fideique veritatem symbolo quicquã addiderant, aut ab eo deduxerant, Nestorius autem contrà. Ergo tum quisque vel addere, vel auferre meritò vetatur, cùm contra rationem ac veram religionem id faciat: vndè tota nostra controuersia facilè soluitur. Nam Romana Ecclesia, non vt Constantinopolitanũ symbolum & fidem ipsam euerteret, EX FILIOQVE, particulã addidit. Verùm vt nostri maiores idcirco Nicenum Constantinopolitanumque symbolum idem esse, idemque significare decreuerant, quòd altero audito, statim alterum intelligebatur, licèt in verbis differrent: ita etiam Romana Ecclesia profitetur, vtrunq; symbolum nostrum rem eandem significare, sibique propterea licuisse ipsum declarare, quòd ea particula nequaquàm aliena videretur à fide, cùm ipsi valdè conueniat, ac ad eundem sensum pertineat, necnon ipsius identitatem significet & declaret, licèt in voce differant. Præterea, vt alia multa memoria digna, hæc etiam ipso Cælestino literis tradita fuerant. Catholica (inquit) Ecclesia contradicit, quo minùs ab Apostolorum symbolo auferatur, beatam Mariam Dei genitricem fuisse, quod nostram salutẽ annũciat, ac ab ipso, symbolo potẽtia cõtinetur. Patet igitur, neutiquàm licuisse, ab Apostolorum symbolo quicquam dimouere: tamẽ illud, DESCENDIT AD INFEROS, ablatũ esse videmus, licèt Christum ad inferos descendisse, verum sit, atque à maioribus nostris concessum. Quoniam autem Nestorius (vt suprà dictum est) cõtendebat, virginem Deum non genuisse: idcirco Cælestinus ipse literis eisdem mandauerat, vt nisi decẽ dierum spatio Nestorius à tali se reuocauerit hæresi, Ecclesiæque catholicæ dogma prædicauerit, non ignoraret se ab eadem Ecclesia excludendum esse. Sunt & aliæ rationes, patres amplissimi, ad propositum attinentes. Verùm nostra festinat oratio ad probãdum, quod suprà diximus, argumentum vestrum claudicare. Vndè multùm forsan vagauit oratio, haud tamen extra propositum. Sed hactenus in præsentia. Quibus dictis, synodus sancta decreuit, vt sessio ipsa solueretur, & ad diem sequentem martis congregaretur.

¶ Die XI. Nouembris, sessio XI. Ferrariæ.

VTraque ex parte, patres amplissimi, copiosè, scitè ac subtiliter dictum est, vestras tamẽ orationes forsan non nisi summi theologi, virique doctissimi percipere poterant. Idcirco eam equidem orationem ad propositum pertinentem habebo, quam docti pariter & mediocriter eruditi sine ambiguitate intelligent, quaque (ni fallor) controuersiam nostram ad exitum perducemus. Attendite igitur, obsecro. Nanque posthac per capita breuibusque nos agere oportebit. Si sic ergo fieri vobis videtur, rem ipsam aggrediar: sin minus, voluntati vestræ acquiescam. IVL. Card.

¶ Dicat Cardinalis. ¶ Attingam quidem patres amplissimi, quæstionis nostræ radicem. Nam tota nostra controuersia in Ephesinæ synodi interdicto consistit, in his videlicet verbis: Nemini liceat proferre, conscribere, componere, & reliquis. Quæ quidem verba nos credimus hoc solùm significare, vt fas sit nulli, Nicenorum patrum fidei contrarium proferre. Vos autem longè aliter sentire videmini, vt nõ solùm ad aliam, oppositamque fidem, verumetiam ad quãuis declarationem, ac cuiusuis generis additiõem, interdictum ipsum debeat referri, propterea nullam prorsus symboli dilucidationem fieri debuisse. Dicere autem solent legisperiti, fieri non posse, vt quisquam benè legem intelligat, nisi totam perspexerit. Necesse est igitur, ea quoque diligenter cõsideremus, quę interdictũ ipsum præcesserant. Legitur in actis tertiæ synodi, quosdam Anastasium & Photium Nestorianos hæreticos, nescio quem Iacobum ad suam hæresim mortalibus prædicandã misisse: qui quidem aliud fidei symbolum, vel (vt quidã Charisius in ipsa synodo præsens dicebat) impietatis symbolum prędicans, ac eundem ipsum Charisium impietatis incusans, quamplurimos Christianos deceperat. Propterea Charisius, vt se orthodoxon, id est, rectè se de fide sentientem probaret, in primis symbolum suum, deinde Nestorianũ in eadẽ synodo recitauit, quod quidẽ Charisij symbolum, neque Nicenum, neq; Constantinopolitanum fuisse constabat. Postremo vehementer conquestus, quòd à Nestorianis communione sibi fuerat interdictum, Credo (inquit) in vnum DEVM, & reliqua. Quod autem nonnulli profitentur, ipse inficior, CHRISTVM videlicet quandoque non fuisse. Posuerat tamen in suo symbolo, spiritum esse consubstãtialem patri & filio, quod in neutro duorum illorum IMRERA. IVL. Card. Ex actis Synodi Ephesinæ 1

illorum symbolorum scriptum fuerat. Quibus quidem Charisij & Nestorianorũ symbolis recitatis, sancta synodus ipsa decreuit, ne cui liceret fidẽ aliam proferre aut docere, simulque confictum illud Nestorianorũ symbolũ, nulla prorsus de ipsius Charisij symbolo mentione facta, damnauit. Siquidem igitur mentis eiusdem Concilij fuisset, quamcunque aliam à Nicena professionem vetare, ita vt non aliud nisi tantùm Nicenum symbolum, verbis eisdem celebraretur, dubio procul Charisij etiam expositionem ac symbolum antiquasset, reprobassetque. Sed quoniam verum ac pium fuerat, idcirco synodus ipsum noluit antiquare. Quæ omnia profectò nobis argumento maximo sunt, decretum illud, ad fidem religioni Nicenorum patrum oppositam, referri debere, ita vt ipsius decreti vis, ex his (vt mihi videtur) clarissimè pateat. Ampliùs, eadem ipsa synod⁹, P. amp. quę, ne cui quicquam liceret proferre, aut literis mandare, prohibuerat, simul quoq; decreuit, vt nulla alia præter Nicenorum patrum fidem teneretur. Siquidẽ igitur à me requisiti, an Deum, æternũ esse credatis, mihi respondebitis ita: quæro, an sub anathemate fueritis, ꝙ verba illa à symbolo Niceno minimè continentur. Infinita sunt vera, patres amp. quæ credimus & profitemur, ab ipso tamen symbolo nõ contenta. Sed hæc hactenùs. Porrò autem certis personis (vt dicitis) licere ambigua declarare, catholicę verò Ecclesiæ minimè, longè mihi alienum à ratione, ac ipsi interdicto contrarium esse videtur. Nam in eius principio legitur, ne cui liceret, & reliqua. In fine verò episcopis & clericis, ac secularibus in vniuersum interdicitur. De quibus secularibus ideo facta mẽtio fuit, quòd Græcis mos fuerat, vt nõ nisi clerici symbolum in ecclesijs cantarẽt. Patet igitur interdictum ipsum neminẽ excludere, omnesq; ferè Christiãos anathemate notatos esse, si synod⁹ ipsa quoduis expositionis genus (vt creditis) prohibuerat. Ampliùs notatu dignũ est, Agathonis literas quas (vt suprà dictũ est) ad synodum miserat, non ab ipso solo, sed ab Occidẽtali Ecclesia scriptas fuisse. Ipse nanq; literis eisdem testatur, eas *se vnà cum cẽtum ac 25. Occidentalis Ecclesiæ præsulibus conscripsisse, subsignasseq;. Præterea præstantissimus Nicenus, volẽs ad id respondere, quod Colossensis præsul attulerat, vtgente videlicet necessitate Romanã Ecclesiam declarasse, nullam necessitatem protulit interdicto fuisse exceptam, neq; vllam prorsus mẽtionem de ea factam. Quam quidem responsionem in vos retorquentes dicimus, quoniam in prohibitione illa nullius personæ ratio haberi videtur: idcirco ipsam vna ratiõe de cunctis hominibus debere intelligi, ita vt nulla ratione cuiquam symbolum exponere liceat: quod tamẽ cõ- fiat à multis expositum fuisse. Ampliùs, eadem ipsa tertia synodus nullam de Constãtinopolitano symbolo mentionem fecisse videtur. Aut igitur, quia tantùm Nicenum symbolum à posterioribus in Ecclesia celebrari voluerat, & sic ipsi delinquimus, qui potiùs illud quàm Nicenum celebrare solemus: aut eius quoque symboli fuerat recordata, sed tanquàm alterius symboli contrarium, ob idque non dignum celebritate ipsum postposuerat, quod quidẽ nequaquã credendum est: aut vtrunque pro vno eodemque putauerat, quòd eandem veritatẽ & fidem vtrunq; significabat, quanuis multis in verbis differrent. Siquidem igitur verum est, Constantinopolitanum (vt dicitis) symbolum à Niceno potentia contineri: ac altero intellecto, statim alterum subintelligi: ac ideo illud nequaquàm fuisse vetitum, quòd eandem veritatem declarabat, magis sanè cõuenit, vt credamus interdictũ ipsum ad fidẽ diuersam, & à veritate dissonã referri debere. Item luce clarius est, cũcta synodorum decreta sancti spiritus gratia fieri, ac ipsum pariter in omnibus esse. Cùm autem sextum etiam generale concilium edixisset, ne cui fas esset sanctiones eius euertere, ac aliã sapere fidem, & reliqua: palàm est, idem concilium, vel spiritum sanctum pro eo, interpretatum fuisse, declarasseque quonam modo decretum tertiæ synodi deberet intelligi, ne cui liceret aliam fidẽ proferre, hoc est, quæ veram religionem euerteret: ideoq; nequaquàm prohibuit, quo minùs ad veritatis intelligentiam expositiones fieri deberent. Præterea cùm de quibusdam alicuius legis verbis dubitam⁹, ipsius legislatoris sẽsum inspicere, accurateque debemus perpẽdere, qui quidem vel ex eiusdem legis exordio, vel verbis alijs cõsequentibus haberi solet. Porrò tertiæ synodi procœmium hoc constat fuisse, cùm patres cõuenissent, symbolum perlegerant, vt sermones extraneos cum eo cõferrent, quique ipsi symbolo consonarent, eos susciperent, oppositos autem reijcerent. Mens igitur ipsius legislatoris, hoc est, Ephesinę synodi, quę non ad verba, sed ad scripturæ sacræ significationem inspiciebat, nulla alia fuerat, quàm vt fidem aliam, vel expositionem fidem veram destruentem, vetaret: vt ex Cyrilli literis apparet, qui Niceno symbolo recitato, protulit: Nos patrum confessionem, ac ipsorum intelligentiam sectantes, veram fidem exponimus. Septima quoque synodus, Verami, inquit, rationem diligentissimè sequentes: & infrà, Veram fidem, quæ non facit errare sectantes, Nicenæ fidei nihil addimus, & reliqua. Ipsa nihilominùs synodus decretum pro imaginibus addidit. Apparet igitur legislatorem ipsum voluisse, vt veritas semper ꝓdicaret, ac nulla ratiõe taceret. Vnũ postremò mihi venit in mentem, quod cõtrouer- siæ

siæ nostræ similimũ esse videtur. Sed anteaquàm veniam ad ipsum, vnum aliud in medium proferam, quo quidem faciliùs primũ illud intelligemus. Attẽdite igitur, obsecro: Chalcedonense concilium ita protulit, Leo pontifex à quibusdam grauiter incusatur symbolum aliud fecisse, ac aliter fidem exposuisse, quàm per Nicenos patres liceret. Ne autem in posterum quisquam talem in eum afferat accusationem, ac ipsum reprehendat, synodus hæc in eos, qui contra veritatem insurgerent, respondet atq; declarat, Leonem ipsum in exponẽda, declarandaq; fide nil contra prohibitionẽ cõmisisse: quãdoquidem nascentibus nouis erroribus, noua diuersaq; medicamina sanctis à patribus exhiberi debẽt. Nã etsi fides à patribus prodita satisfaciat, quia tamẽ plurimi verã eius significationem conantur euertere, idcirco conuenit fidem ipsam exponere, magisque declarare. Nam si, prout est, pariter ab omnibus coleretur, nulla re alia opꝰ esset, nisi tãtùm Nicenorum patrũ fidem excolere. Sed cùm à recta via quamplurimi deerrent, ac p anfractus, id est, per viam falsitatis ac erroris vadant, ideò nobis necesse est, veritatis viã ostendere &c. Plura etiam id genus alia, Patres amp. synodus ipsa protulerat, quæ ad propositum attinent. Verùm ad id nostra festinat oratio, quod pauloantè postremũ mihi dicendũ esse promisi. Quidam eñ Flauianus (vt nostis in Cõstãtinopolitana synodo Eutychen condemnauit: deinde synodo Ephesi secundò conuocata, quã postèà constat reprobatã fuisse, quòd quidã Dioscorus legatus ei tyrannicè præfuit, is Eutyches ibì præsens, magno affectus desiderio excusandi se atq; vlciscendi, Nicenum symbolum de verbo ad verbum professus fuit, ac ita protulit: Hæc est patrum fides, in qua viuere moriq; volo. Quam quidem prima synodus Ephesina probauerat, simulq; decreuerat, vt aliam nemo proferre, vel ei quicquam apponere, vel ab eadem auferre posset. Eã itaq; fidẽ, dicebat ipse, profiteor, Flauianũ autẽ peccare denũcio, quippe qui, pfiteretur Christum ex duabus ac in duabꝰ simul naturis esse, quod à Niceno symbolo neutiquã continetur. Veritatẽ igitur ipsam, quo minùs declararetur, ac Niceno symbolo adderetur, Eutyches prohibere volebat, ita vt verborum etiam additionem non admittere videretur. Quidam autem Eusebius exclamauit, Mentiris Eutyches, dicens. nam hoc quod dicis, nulla lex, phibet. Dioscorus verò respõdit: Cur ita dicis Eusebi, cùm hîc duo Ephesinę synodi volumina habeamus, in quibus legitur nemini licere, Niceno symbolo quicquam addere? Tacebat autẽ ipsa synodus, Eusebijque sententiam tacitè videbatur suscipere. At tyrannus Dioscorus Eusebium ipsum ac Flauianum, vt Ephesinę legis præuaricatores, damnare, ac * eorum episcopatibus priuare cõtendit, dicens synodum Ephesinam decreuisse, vt qui fidem aliam proferret, vel adderet, vel auferret, si præsul fuerit, episcopatu priuaretur. Patres autem ipsius concilij, &si præsente Dioscoro, voluntati eius acquiescere viderẽtur, postèà tamen absoluto Flauiano & Eusebio à Chalcedonensi concilio, magno gaudio affecti fuere. Porrò autem Dioscoro prę̃sente, protulerant, Flauianum & Eusebium meritò cõdemnari debere, ac ipsos pontificali dignitate indignos esse, vtpotè qui contra Ephesinum interdictum ausi fuerint symbolo quicquã apponere, quod Nicena synodus prodidit, Ephesina verò probauit, atq; suscepit, simulque prohibuit, ne cui liceret ipsi quippiam addere, vel ab eodem auferre, decernens, vt si quisquam præsul tale cõmiserit facinus, episcopatu priuaretur. Cùm autem hæc in Chalcedonensi synodo recitata fuerint, decretum ab ipsa synodo est, Dioscorum anathemate notatũ esse, vtpotè qui contra Flauianum ac Eusebium malè iudicauerit, ac eos iniquè dãnauerit. Propterea quoque sententiam eius antiquandam esse, quòd Flauianus nil prorsus cõtra Nicenam vel Ephesinam synodum commiserit. Nam &si Christum duas habere naturas in Niceno symbolo neutiquam legitur, ab ipso tamen symbolo potentia cõtinetur. Vndè nõ sequitur, addentem quippiam, aut declarãtem, condemnari debere, dummodò vera, catholicaq; fidei cõsona proferat. Videtur mihi. P. amp. exemplum melius proferri nõ posse, quod ad propositũ attineat, q̃ quod de Flauiano protulimꝰ, ita vt eo facilè adducar, vt credã interdictũ illud, ne cui liceret, & reliqua, ad eos tm̃ referri, qui fidẽ aliam à vera tenerẽt, quiq; scripturam sacrã aut Nicenum symbolũ immutarẽt. Quibus equidẽ argumẽtis puto cõtrouersiã nostrã solutam esse: sin minùs, vellẽ à vobis doceri, cur ita credendũ non sit. Si quidẽ igitur Romana Ecclesia profitetur, neq; ad sacram scripturam, neq; ad Nicenũ symbolũ, neque ad alicuiꝰ synodi defensionẽ, falsam aliquã accessionem fieri posse, ita vt in hoc vobiscum conueniat, operæprecium est, huiusce modi quæstione postposita, nos ad eã venire, vtrũ sanctus spũs ex filioq;, pcedat, nécne. Nam si nobis, pbabitis ipsum ex filio nequaq̃ procedere, tũ additionẽ symbolo factã esse fatebimur, ipsamq; Romanæ Ecclesię minimè facere licuisse: sin minùs, tũc vos oportebit cõcedere, fas ipsi fuisse, symbolũ dilucidasse clariusq; reddidisse: quo quidẽ pacto pax inter nos facilimè fieret. Hæc beatissimi patris dominiq; nostri, necnon sereniss̃imi Imperatoris, ac horum omnium præstantissimorum patrum iussu, pro viribus dixi.

Quanquàm orationes vtraque ex parte habitæ, tua pſertim amplissime cardinalis, mihiq; q̃ maximè colende, luculentissima fuerit, BESS.

fuerit, ac ad propositum pertinens, rem eñ ipsam dictu mirabile tetigisti, nihilq; eorũ quę opꝰ essent, pteristi: mutua tamen beneuolentia nunc, si commodè fieri posset, vobis respõderemus, ac probaremus, plura eorum, quæ protulisti, pro nostra causa facere. Verùm opportunum esse videtur, vt sessio dimittatur. Nam non nisi vestris orationibus priùs memoria diligentissimè repetitis, vobis benè respondere poterimus. Si libet ergo, Dei benignitate surgamus. Quod quidem sanctæ synodo placuit, iubẽti, vt ad proximum sabbatum sessio prorogaretur.

¶ Die sabbati decimaquinta Nouẽbris, sessio duodecima Ferrariæ.

MAR. NON altercandi, neque sermonũ nostrorum vicissim refellendorum causa, patres ampliss. huc frequentes conuenimus. Sic eñ hi solent agere, qui potiùs ostẽtationis & iactantię, quàm inquirendę veritatis gratia contendunt. Verùm vt de quibꝰ ambigeremꝰ, ea diligentissimè ac cum summa pace, mutuaque beneuolentia simul ita tractaremus & considera remus, vt pari studio conclusionem veram consequeremur: breui ergo, & non luculenta oratione, sed his solùm innixi, quæ vos cõcedere videbamini, primùm præstãtissimo cardinali, deinde reuerẽdo Ioanni benignitate Dei respõdebimus. Cuius quidem cardinalis oratio, vt ad propositum spectans, ac non inepta, ita etiam plana, clara & elegans fuerat. Propterea q̃; ipsi hunc honorem habebimus, vt nil eorum, quæ per capita dixerat, indiscussum prætereamus. Nam si omni eius orationis parti respondere velimus, sermoni profectò nostro non hodiè modus dabitur. Porrò autem ipsum obsecro, vt si fortè fuerit à me requisitus, mihi statim respondeat, ac velit vel mecum sentire, vel mihi paucis cõtradicere. Nam ego cum eo, non autẽ in ipsum, eius argumenta perpendere velim: quippe q̃, cùm veritas patefiet, (noui equidẽ ipsius naturam & ingenium) maiorem capiet voluptatem, quàm si eius argumenta suscĩperentur. Vnde sanè poterit euenire, vt si vir ipse sapientissimus pro veritate fuerit redarguitus, maiori me beneuolentia prosequatur, Prouer. 9.b iuxta illius sapientis sententiam: Argue sapientem, & diliget te. Porrò ei quoque suo iure conceditur, me interpellare: nam ęquo animo feram, si ab eo fuero requisitus, cuiusuis dicti mei reddere rationẽ, necnõ si me corripiet & corriget, cùm sibi videbitur q̃quam me falsi protulisse. Nam si non contradicentibus vobis quicquam protulero, id verum esse, nullaque demonstratione in posterum indigere censebimus: quam quidem conditionem posthac seruare debemꝰ. Primum autem eiusdem præstantissimi cardinalis argumẽtũ hoc fuerat: Quidã Charisius libello, quem contra Nestorianos tertię synodo dederat, suæ fidei declarationẽ man dauit, multum quidem diuersam ab ea, quæ à Nicenis patribus tradita fuerat, quæ tamẽ Charisij expositio ab ipsa synodo antiquata non fuit. Ergo non omnem fidem in vniuersum, verùm tantùm contrariam, vetitam fuisse credendum est. Ita dixisti, an non?

¶ Oratio tua, pater reuerẽde, me magno IVL. Cardi. gaudio affecit, de cuius exordio nil equidẽ proferam: sed beãti Petri doctrinam sequẽs, ad omnem tuam petitionem libentissimè pro viribus respondebo. Velim autem aliquem ex his doctissimis viris interroges, qui tibi meliùs responderet. Verùm si mecũ agere mauis, tibi libenter obtemperabo. Et quoniam (vt sæpius dictum est) ad inquirẽdam veritatem huc conuenimus, non equidem erubescam, si quisquam vestrũ errores meos notauerit, ac correxerit: quinimmò, p tali eius erga me beneficio, deo optimo maximo gratias habebo. Hac tibi tamẽ conditione, reuerende pater, tecum agam, vt si nõ benè tuis argumentis respondero, patres hi tibi satisfaciant: & si falsi quicquã protulero, soli mihi ascribatur. Mihi præterea perplacet, te mihi libenti animo responsurum, quotiès fueris à me requisitus. Porrò autem mihi videtur nũcopus nõ esse, vt ex me q̃quã requiras, quando planè clareq̃; dixerã, ac oratio mea literis tradita est. Verùm si tibi fuerit gratum, tuis petitionibus respondebo. Sed priùs velim mihi, pferas, an satìs dixerim. Nam si tibi videtur, satis me non fecisse, dicam ampliùs.

¶ Non alia indigemus responsione, præstãtissime pater, nisi vt proferas, vtrum orationem tuam benè memoriterque percęperim, nécne: id quod profectò breuibus facere poteris. MAR.

¶ Amplissimo cardinali patres hi molesti videntur esse. Siquidem igitur vobis placet, alij pro eo respondeant. Sin minùs, fiat vt lubet. IMP.

¶ Velimus patres amplissimi, quẽadmodum ipsi paucis interrogabimus, ita vos etiã breuibus respondeatis. MAR.

¶ Nil aliud equidem ex te, pater reuerẽde, requiro, quàm vt intelligam, an tibi placeat, omissis interrogationibus, lecta tantũ oratione mea, contra eam argumentari. Nã si hoc non lubet, tibi libẽter obtemperabo. Quæ autem de Charisio sessione proxima protuli, breuibus repetam. Charisius catholicam suæ fidei declarationem literis traditam, tertiæ synodo dedit: Deinde Nestorianum symbolum recitatum, ipsa synodus reprobauit, Charisij verò declarationem minimè. Quam itẽ dubio procul antiquasset, si is Charisius declarandi facultatem non habuisset, vtpotè quæ cum symbolo Niceno in verbis paucis cõueniret. Ita memini me dixisse, nisi aliter tibi videtur. IVL. Cardinalis.

¶ Fateor, amplissime pater, expositionem MAR.

Chariſij ſecundum ſenſum fuiſſe catholicã, ſecundùm autem verba minimè. Multùm enim fuerat à Niceni ſymboli verbis diuerſa. Propterea credendum eſt, expoſitionem ipſam non vt catholicam, verùm tanquàm à fide catholica dependentem, Chariſio priuatim ac ſigillatim ab ipſa ſynodo probatã fuiſſe: Itáne res ſe habet, an non?

IVL. Cardi. ¶ Tibi quidem pater reuerende, concedo, ipſam Chariſij declarationem ſecundũ intelligentiam fuiſſe catholicam, vel à fide catholica (vt aſſeris) dependentem, licèt in verbis à ſymbolo Niceno plurimùm differret. Eam autem ipſe catholicam fidem appello, quæ vera ſit. Sed quoniam in hoc cõuenimus, ipſius videlicet Chariſij declarationem catholicę fidei congruam fuiſſe, necnõ ab ipſa dependentem, idcircò vlteriùs ex te quæro, vtrùm eiuſmodi declaratio ab eadẽ ſynodo ſuſcepta fuerit, nécne.

MAR. ¶ Vt propriam & particularem, Chariſij expoſitionem ſuſceptam fuiſſe concedimus: non autem, vt ea in vniuerſum celebraretur.

IVL. Cardinalis. ¶ Immò quoniã vera declaratio fuerat, idcirco eam ſynodus ipſa ſuſcepit.

MAR. Satis de interrogationibus, amp. patres, & ad argumentum ipſum veniamus. Chariſius tribus de cauſis Neſtorianos in ſynodo incuſauerat. Prima, quòd hi ſuum hæreticũ ſymbolum, veluti communem ac veram doctrinam, hæreticos ad veram religionem reuertentes docebant. Quod quidem facinus ad Nicenæ ſynodi ac eius ſymboli iniuriam committebãt. Altera, quòd falſa multa impiaque dogmata prædicabant, ob idq; fidẽ ipſorum Chariſius infidelitatem potiùs, q̃ fidem, appellandam cẽſebat. Poſtrema, quia videbat ſeipſum ab his tanquam hæreticum odio haberi ac perſequi, fidemq; ſuam impiam reputari, propterea operæprecium eſſe ſibi putauit, quid de fide ſentiret, exponere, vt oſtenderet ſeſe cum Nicenis patribus idẽ ſapere. Qui quidem benè feciſſe videtur, vt ab hęreticis prouocatus, in eorum impia dogmata inueheretur, cùm præſertim non fuerit interdictũ, ne cuiuis liceret ſuam fidem exponere, ac vt viſum ſibi fuerit declarare, non ita tamen, vt cõmuniter à cunctis Chriſtianis celebraretur: verùm, vt quid quiſque de fide ſentiret. oſtẽderet. Cuiuis igitur (vt prædictum eſt) ſuam fidem licebat exponere, præſertim Chariſio, cùm interdictũ illud nondum fuerit editum. Ideoq; plurimi Eccleſiarum antiſtites varijs temporibus ſuam declarãtes fidem, diuerſis vocabulis vſi fuere. Quemadmodùm, vt tu pater ampliſſ. protuliſti, beatus Agathon fecit. Qui cùm fidem ſuam vnà cum ſuis præſulibus expoſuiſſet, eã ad ſextam ſynodum miſit. Beatus item Sophronius ante ipſum Agathonem ad Hieroſolymitanum patriarchatum promotus, quid de fide ſentiret, ad Conſtantinopoliranũ antiſtitẽ ſcripſerat: cuius deinde literæ ih eadẽ ſexta ſynodo recitatæ fuêre. Vndè vſu venit, vt omnes communiter præſules fuæ profeſſionis expoſitionem literis tradentes, quas ſynodicas appellare ſolebant, eas inter ſe darent. Vt nunc vſque patriarchæ tres faciunt, qui ad patriarchatum promoti, ſtatim ſuis literis Conſtantinopolitanum certiorem reddere ſolent, quid quiſq; ipſorum de noſtra religione ſentiat, ita vt, quod ab illis fidei naſcentis temporibus cœperat, nunc vſque vigeat. Ipſius ergo Chariſij expoſitio non fuit à ſynodo antiquata, quòd non ita literis mandata fuerit, vt à poſterioribus pro ſymbolo in vniuerſum celebraretur, verùm (vt ſæpiſſimè dictum eſt) vt ex ipſa pia fides Chariſij patefieret: quod quidem declarandi genus nequaquam vetitum fuiſſe cõcedimus, niſi aliter ipſi creditis. Cur autem non ita ſit, ex vobis ſcire deſidero. Huic igitur quæſtioni (ſi lubet) reſpondeas. ¶ Tribus de cauſis inquis, reuerende pater, ab ipſa ſynodo Neſtorianorum ſymbolum, non autem Chariſij, antiquatũ fuiſſe. Prima, quòd ipſum inſtar Niceni ſymboli celebrandũ ediderint. Altera, quòd in eo multa falſa dogmata ſcripta fuerint. Tertia, quòd ipſum chariſium odio non mediocri proſequerentur, quòd ab eorum dogmate, vehementiſſimè abhorreret, At ego priuſquam vobis reſpondeam, nonnulla in medium proferam, quæ literis mandata fuêre. Cùm quidam homines (inquit ipſa ſynodns) conſpiraſſent vt ſpreto Niceno ſymbolo, vulgum deciperẽt, falſum ſymbolum tradidere. & reliqua. Non ergo alia de cauſa ſynodus Neſtorianum ſymbolum antiquaſſe videtur, niſi quòd nefanda dogmata in eo continebantur. Siquidem igit pium fuiſſet, ipſum ſynodus ſuſcepiſſet. Prima igitur cauſa, quam profertis, cur ſymbolum illud reprobatum fuerit, falſa videtur. Alteram verò rationem cõcedimus: ſed tertia inconueniens nobis apparet, ita vt primam & tertiam, falſam eſſe putemus: Adduci enim ad credendum non poſſum, Neſtorianũ ſymbolum ex eo reprobatum fuiſſe, quòd Neſtoriani Chariſium inſectabantur, acſi ſcilicet id ſynodus valdè curaſſet: ſed potiùs putare debemus, ſynodum ipſam plurimùm curaſſe, ne falſa dogmata in verò ſymbolo ſcriberentur. Hîc autem, pater reuerendè, dixiſti, ſynodum ipſam nunquam prohibuiſſe, ne cui liceret priuatas expoſitiones literis dare, dummodò à vera fide aliena non ſint, quemadmodùm Agathon, Sophronius que fecere, qui quid de fide ſentirent, impunè literis tradidere. Ipſe verò quęro ex te, an is Agathon & Sophronius in explanãda fide ſua, quicquam in interdictum ipſum commiſerint.

IVL. Cardi.

MAR. Minimè. Non enim addiderant ſymbolo, Et quoniam de religione ſua priuatim conſcripſerant, idcircò interdicto Epheſino nõ ſubiacent. Diximus enim ſuprà, neminem vetitum eſſe ne fidem explicet ſuam: quandoquidem tantùm fuerat interdictũ, vt nemo propriam expoſitionem pro ſymbolo celebrari velit, aut ſymbolo quippiã addat.

IVL. CARD. Gaudeo te credere, reuerẽde pater, Agathonem & Sophroniũ ac Chariſium in ſua fide dilucidanda interdictum ipſum neutiquàm fuiſſe preuaricatos: nunc ad id, quod ex me quæſiuiſti, libenter reſpondeo, Chariſium ſuum ſymbolum, quod verum ac catholicæ fidei congruum fuiſſe creditur, non ita tradidiſſe poſteritati, vt id Eccleſia communiter celebraret, (Non enim ad eum ſpectabat populum docere, aut cõmunis fidei normã prodere) verùm vt ſuũ tãtùm dogma manifeſtaret. Mihi autẽ ſatis eſt, fuiſſe probatum, Chariſium ipſum nil in interdictum illud commiſiſſe. Vnde ſequitur, neque catholicæ Eccleſiæ, neque rectori eius, docendi populi facultatem habenti, ab vniuerſali Eccleſia fuiſſe vetitum, ne ſibi liceat ſymbolo quippiam addere.

MAR. Ex tua oratione, pater amp. id tantùm habetur, idcirco Chariſium condemnatum à ſynodo nõ fuiſſe, quòd nil digni pœna cõmiſerit: nequaquàm tamen ex eo conſequi, Epheſinum cõcilium mutandi ſymboli facultatem volentibus permiſiſſe, quòd Chariſij ſymbolum neutiquàm antiquauerat. Tuum igitur argumentum deſtructum eſſe videtur. Vtrùm autem Eccleſia catholica ea ſit prædita facultate, vt commune ſymbolum immutare, transformareq; valeat, nécne, in poſterum ſuo loco (fauente Deo) conſiderabimus. Nunc autem ex te ſcire velim, an quod Chariſio facere non licuerit, id Neſtorianis, ſi de fide benè ſenſiſſent, facere licuiſſet. Nam paulò ſuprà mihi viſus es protuliſſe, ſi hi fuiſſent catholici, ipſis etiam fas fuiſſe, Niceno poſtpoſito ſymbolo, aliud eius loco in baptiſmate tradere.

IVL. Cardinalis. Duo mihi dixiſſe videris, pater reuerende, quorum primum prætermittendum nõ eſt, immutandi ſymboli facultatem Epheſino interdicto cuiuis hominum fuiſſe vetitam: eodem tamen interdicto nequaquàm fuiſſe prohibitum, ne cui liceret profeſſionem ſuam literis tradere.

MAR. Dummodò vera ſit, communeq; ſymbolum non tranſmutet.

IVL. CARD. ¶ Sufficit nobis, probatum eſſe, ſynodum Epheſinam nequaquàm interdixiſſe, ne cui ſuam fidem verbis à ſymbolo diuerſis declarare liceret. ſed anteà quàm ad reſpõdendũ his veniamus, hæc ipſius ſynodi verba accuratiùs perpendamus. Nemini fidem (inquit) aliã proferre aut cõſcribere liceat, & reliqua. Quæ quidem ita videris exponere, vt verbis alijs quiſquam ſymbolum explanare nõ valeat, etiam ſi laicus, nedum ſi clericus, fuerit. Vndè profectò maxima dictorum ruorum inter ſe repugnantia ſequitur. Nam ex vna parte concedis, quenuis ſuã fidem quibuſuis verbis exponere poſſe: ex alia verò videtur interdictum illud ad laicos vſq; protendi. Quòd ideo tibi quidẽ incõmodum accidit, quòd ipſa verba ponis ad aliã ſimpliciter fidem referri. Quæ ſi credideris (vt ego expoſui) fidem tantùm religiõis noſtrę cõtrariam ſignificare, nullum prorſus incommodum incurriſſes. Præterea non ita ſynodus iuſſit, vt liceat nemini vel publicè, vel priuatim, vel ſimul, vel diſiunctim addere, ſeu proferre: verùm ſimpliciter ac in vniuerſum interdixit, vt nemini liceat, & reliqua. Patet etiam ex eiuſdẽ ſynodi proœmio, interdictum illud non niſi ad oppoſitam fidẽ referri. Cùm patres (inquit) conueniſſent, ſymbolum Nicenum perlegerunt, vt ſermones extraneos cum eo conferrent, quiq; ipſi ſymbolo cõſonarent, eos ſuſciperent, oppoſitos verò reijcerent. Decretum igitur ſynodi verbis his reſpondere debet, vt verba, quæ fidei noſtræ cõuenirent, ea tantũ ſuſciperentur, cõtraria verò reijcerentur. Per aliã ergo fidem, tantùm contrariã pugnantemq; ipſa ſynodus intellexerat. De his ergo me, velim, interroges, an ipſa poſſim oſtendere. Verum ne videar tuis quęſtionibus reſpondere nolle, ipſis modò libẽtiſſimè reſpõdebo. Chariſium (inquis) idcirco fuiſſe laude affectum à ſynodo, quòd non habens facultatem aliud ſymbolum cõponendi, nequaquàm aliud cõpoſuerat. Qua quidẽ ratione meum argumentum credis fuiſſe deſtructũ, dicẽs Neſtorianos propterea fuiſſe damnatos, quòd aliud ſymbolum celebrandũ ediderint. Nam ſi verũ ipſum quoq; fuiſſet, hi nunquã à ſynodo fuiſſent damnati. Cui eqdem ſentẽtiæ acquieſco, vt ſi Neſtorianum ſymbolum fuiſſet catholicum, ipſum etiam inſtar Chariſij, Agathonis, atq; Sophronij ſymbolorum, ſuſceptũ fuiſſet. Sed quoniã contraria dogmata continebat, ideo fuit antiquatum.

MAR. Neſtorianum ſymbolũ, pater amp. longè alia ratione fuerat editum, quàm Chariſij, Agathonis, atq; Sophronij ſymbola. Illud nanq; his, qui ab hęreſi ad fidẽ reuertebanr, pro Niceno ſymbolo tanquàm communis doctrina, traditum fuerat: hęc verò non ita, vt per ipſa baptiſma celebraretur, poſteritati fuere prodita. Vndè non ſequitur, vt vna omnium eademq; ratio ſit. Nam illud, etiã ſi catholicum fuiſſet, meritò tamẽ ſynodus adhuc ipſum antiquaſſet: hęc autẽ cùm non pro ſymbolis cõmuniter celebrãdis, verùm vt expoſitiones atq; ſententię propriæ, ſcripturæ relictæ fuerint, idcirco reprobata nõ ſunt. Patet igitur falſum eſſe, quod profiteris, Neſtorianos (ſcilicet) immutãdi ſymboli facultatẽ habuiſſe, ſi rectè de fide ſenſiſſent, necnon Chariſium, ac cęteros Nicenũ ſymbolum neutiquàm tetigiſſe.

IVL.CARD. Sanè mihi videris,R.P.oppoſitum veritatis proferre. Nam ipſe Chariſius in ſuę fidei expoſitione vel ſymbolo, Nicenũ ſimul & Conſtantinopolitanũ mutauerat,dicens: Et in Spiritum ſanctum paracletum, ſpiritũ veritatis,cõſubſtantialem patri & filio:quæ quidẽ verba in ipſis ſymbolis nõ leguntur. Porrò quoniã in tui ſermonis exordio protuliſti,argumentum illud conceſſum nobis putatum iri,cui non fuiſſet reſpõſum: ideo non ſimul omnibus, verùm ſingulis repetitis,ad omnia reſpondebo.Dico igitur, idq; profiteor,quòd nulla inter Neſtorianorum atq; Chariſij,ac Sophronij,Tharaſijq; ſymbola differentia fuiſſet, ſi Neſtorianum veritatem in ſe contineret. Tu autem pater reuerende,non deberes legem ipſam exponere aliter quàm poſſet intelligi.Nam(vt ſępiſſimè dictum eſt)idcirco ſynodus Neſtorianum ſymbolum antiquauerat, quòd in ſe multa dogmata nefanda concluderet.Hanc ergo perpende ſententiam.Nam equidẽ interdictum fuiſſe puto,ne cui homini priuato liceret,Eccleſiæ catholicæ celebrandum quippiam tradere,quod aliã(hoc eſt,oppoſitam)fidem ſignificaret.Ne autem eidẽ Eccleſiæ ab homine priuato verum ſymbolũ ita traderetur,vt ipſo cũcti Chriſticolę vterentur, nõ ipſo eodẽ interdicto, verùm alia ratione,fuiſſe vetitum cenſeo.Quandoquidem minimè conueniret,vt Eccleſia mortalibus obediret, qui nullã ab ea facultatẽ haberẽt,cùm pſertim oĩbus in reb⁹ diuinis,particulares Eccleſiæ cõmunem ſectari debeãt.

MAR. Eadem ipſa mihi videris repetere,atq; in eiſdem amp.P. verſari,ſcilicet catholicã Eccleſiam ea facultate prædità eſſe, vt ſymbolum immutare,ac ipſum particularibus Eccleſijs celebrandum tradere valeat. Ad hoc autem nondum clariùs reſpondiſti,vtrũm ſi Neſtoriani benè de fide ſenſiſſent, ſuũ ſymbolum iure ſuo prodere potuiſſent, nécne. Huic ergo quæſtioni (ſi lubet) apertiùs reſpondeas, vt tandem ipſam concludamus.

IVL.CARD. Satìs mihi videt ad propoſitũ reſpõdiſſe.

MAR. Ex te requiro pater amp.vtrũ Neſtorianis licuerit ſuum ſymbolũ ita tradere celebrandum, vt homines ipſo in ſacro baptiſmate vterentur,an non?Nam Chariſij ac cęterorũ fidei expoſitiones,non ſanè fuerant ſymbola, neq; ſymbola nuncupata, neq; denique pro ſymbolis à ſynodo ita ſuſcepta, vt per ipſa baptiſma fieret.

IVL. Cardinalis. Fateor equidẽ nemiui licere propriũ ſymbolum ita proferre, vt cõmuniter in Eccleſia celebretur. Neſtorianos autẽ ipſos potuiſſe ſymbolũ verũ exponere,ac ipſo vti, idemq; proferre ac ſapere,nõ eo inficias. Sin autem protuli,etiã ſi ſymbolũ ipſorũ,Nicenũ ſymbolũ oppugnaret, me falſum dixiſſe cõfiteor. Teneo tñ memoria me tantũmodò ꝓtuliſſe,fas ipſis fuiſſe ſymbolũ verũ ꝓferre.

MAR. Neſtoriani ſuum ſymbolum cõmuniter celebrandum tradiderãt,volentes,vt quí ad fidem reuerterentur ab hęreſi,Niceno poſtpoſito ſymbolo, illo tantùm baptizarẽtur. Num igitur ipſis id agere licuiſſet,ſi ſymbolum ipſum fuiſſet catholicum?

IVL.CARD. Etſi prolixè clareq́; mihi videor reſpondiſſe,tamen vt tibi pro viribus ſatisfaciam, repeto,Neſtorianos proculdubiò potuiſſe ſymbolum ſuum proferre, dummodò verũ fuiſſet:eodem tamen cõmuniter in Eccleſijs vti,nequaquàm ipſis licuiſſe. Id eſt, pater amp.quod equidem volebam concludere, non alia videlicet de cauſa Neſtorianos fuiſſe damnatos, quàm quòd ſuum ſymbolũ pro cõmuni doctrina Niceni ſymboli loco celebrandum tradiderint: quod tamẽ quoniam videbantur ſuo iure facere potuiſſe,ꝙ nondum interdictum illud editum fuerat, idcirco ſynodus Epheſina legem (vt ſuprà dictum eſt)promulgauit, vt in futurũ neq; Neſtoriani,neq; quiſquam cæterorum mortalium facultatem,vel(vt meliùs dicã)licentiam ipſam haberet.Quam quidem conſtat plurimorum falſorum dogmatum cauſam fuiſſe, ita vt auſim dicere, vt ſynodus ipſa nunquàm interdictum eiuſmodi edidiſſet, ſi Neſtoriani licentiã ipſam non habuiſſent, qua quidem nefanda dogmata ſeminarent. Sed prudentiſſima ſynodus incõmoda futura proſpiciẽs,in vniuerſum prohibuit, ne cui liceret,aliam à Nicenorum patrum fide docere,nõ inſcia(vt ſæpenumerò dictũ eſt) immutandi ſymboli licentiam, falſorũ dogmatum cauſam fuiſſe, foreq́;. Patet etiam ex ipſius ſynodi ſumma facultate, qua prædita fuerat,ſuæ mentis fuiſſe, vt aliam fidei expoſitionem ac ſymbolum nemo auderet componere. Quam quidem concluſionem tuis ex dictis,vt quoddam conſequens, vel (vt ita dixerim) corollarium expreſſimus, niſi aliter tibi videtur,quod velim ex te cognoſcere. Tibíne magìs,R.P.an Epheſinę diffinitioni credendum eſt?

MAR. Nos ſanè ſynodo tribuimus plurimùm, cumq́; quicquam vocamus in dubium, decretis ac expoſitoribus eius magìs concedimus,q̃ nobiſipſis indulgeam⁹. Porrò aũt B. Cyrill⁹ ad Ioannẽ & Acaciũ Melitinẽñ ſcribẽs,definitionẽ ipſam explanat,lucidioręq́; reddit.Eiuſdẽ ergo Cyrilli expoſitionẽ diligenter cõſideremus,ac ipſum in omnibus imitemur:quo quidem melior interpres inueniri poterit nemo,niſi tu * ita ſentias. for.*ita nõ

IVL.CARD. Idcirco equidẽ ex te P.R.quęſiui,cui nos magìs oporteat credere,ꝙ ipſa tertia ſynodus decreti ſui reddidit rationẽ,dicẽs:quoniam Neſtorianum ſymbolum peruerſa cõtraria q́ue dogmata continebat.

MAR. Nequaquam res ſic ſeſe habuit,vt cauſa ex illa ſymbolum ipſum fuerit antiquatum.

IVL.CARD. Sancta tertia ſynodus P.amp.Neſtorij expoſitionem,hoc eſt, dogmata nefanda damnauit:quod item ex verbis Chariſij appa-

ret,qui cùm incuſaret Neſtorianos, ita protulit:Hi Niceno ſymbolo ſpreto,infidelitatis ſymbolum protulerunt.Prætereà Cyrillus Neſtoriano ſymbolo ac literis in ſynodo recitatis,eam interrogauit,an ipſi vera viderentur ea quæ in his ſcripta eſſent.Quam q̃dem ſynodum reſpondiſſe conſtat, ea oĩa falſa eſſe, ipſaq́; propterea ſtatìm reprobauit. Quòd autẽ Cyrillo R.P.idcirco magìs credendum exiſtimes, quòd ſummi pontificis vicarius & legatus in eadẽ ſynodo fuerat,tibi ipſe aſſentior. Cuius quidem literæ non ſolùm meam ſententiã non impugnãt, verumetiam ipſam mirum in modum confirmare videntur:quarũ ſenſum ſi benè perpenderis,ſatìs tibi fuerit exploratum,ipſum per aliam fidem cõtrariam tantùm intellexiſſe. Cuius quidem rei ex eo quoq; potes capere rationem.nam is Cyrillus, literis ad Ioannem Antiochenum miſſis,quibus cuidam epiſtolæ Neſtorij reſpondebat, multa reliquerat,quę in Niceno ſymbolo non expreſsè leguntur. Quæ quidem tamen,quandoquidem à veritate non fuerant aliena,idcirco dixiſſe creditur,NIL ADDIMVS NEQVE AVFERIMVS. Ergo quo minùs ex ipſis literis nequaquàm percipere poſſim⁹,hoc eſſe puto,vt cùm ſymboli vera ſeruatur intelligentia,tum neq; additio,neq; ablatio fieri cenſeatur.Literæ autem ipſius Cyrilli ad Acacium ſcriptæ, nõ ſolùm nõ contra nos ſunt, ſed etiam à nobis eſſe videntur: quãdoquidem ex his patet,quonã modo intelligi debeat illud,addere non licere:ita vt qui quicquam exponit atque declarat,non noui q̃quam apponere,verùm idem ipſum dilucidare,clariusq́; reddere cenſeatur.

MAR. Num Cyrillus non prohibuerat,ne verbis extraneis declarationes eiuſmodi fierẽt?

IVL.CARD. Qui expoſitionem eiuſcemodi fecerit,is nil ſanè noui protulerit,neq; propterea cenſeretur diuinũ ſymbolũ immutaſſe, verùm quę clara fuiſſent,illuſtriora magisq́; perceptibilia reddidiſſe. Quod aliud argumentũ hoc, obſecro, fortius poterit excogitari? Quod cùm proximè,loquente Niceno prę-ſule, quærens inuenire nequaquam potuerim,id deinde mihi,ne me falſum eſſe putaretis, diligenter inueſtiganti occurrit: quo proculdubiò noſtra controuerſia ſoluitur. Nam Cyrillus ipſe literis ad quendam Neſtorij auditorem ſcriptis, quæ quidẽ ſic incipiebant,Res quidem:declarationem hãc, de qua agimus,additionẽ non eſſe demonſtrat.Quibus quidem literis in ſynodo recitatis,Cyrillus ipſam interrogauit. De q̃bus(obſecro)Cyrilli literis mẽtionẽ facis?

IVL.CARD. De his, quas cõtra Neſtorium ſcripſerat. Synodum(inquam) Cyrillus interrogauit, an Nicenæ ſynodo conſonantes eſſent.Frequens autem ſynodus reſpondit,eas quammaximè congruas eſſe,quòd his veritas magìs pateat,quodq́;à ſymbolo Niceno pau-cis ac obſcurè cõtineretur, id prolixius atq; clarius redditum ſit.Vndè ſynodus ipſa cõcluſit, Cyrillum ipſum eadem cum ſynodo Nicena ſentire,ac eundem nil prorſus innouaſſe.Si quidẽ igitur Cyrilli verba fidẽ aliã, hoc eſt,Niceni ſymboli contrariam,ſignificaſſent,is proculdubiò legis tranſgreſſor ꝑuaricatorq́; fuiſſet. Sed quoniã authoritati Cyrilli vehemẽter innítimur,idcirco expoſitionem eius in medium proferamus, quã de ſymbolo fecerat, qua quidẽ cognoſcere poſſumus,quid illa ſynod⁹ cum interdicto ſuo voluerit.Sancta ſynod⁹(inquit)Epheſi (Deo annuente)celebrata, ſanctã in Neſtorium ac eos,qui vana cum ipſo ſentirent,vel in futurum ſenſerint, & in eos qui vanitates eiuſmodi proferre aut literis mandare fuerint auſi,ſententiam promulgauit,pariterq́; damnauit.Ex literis his ampliſ.P.clariſſimè patet,cur Neſtorius ac eius ſecta cõdemnata fuerit:& illud,fidem aliam,contrariã fidẽ ſignificare, quemadmodùm Neſtorij fides fuerat:& ideo Neſtorianum ſymbolũ antiquatum fuiſſe,quòd talia dogmata cõtineret,qualia Neſtorius ipſe videbatur ſentire. Quam quidem ſententiam, licèt tuæ cõtraria ſit, tu tamen vir prudentia & ſapientia prædituſ,ex literis ipſis percipies,ſi eas diligenter inſpexeris:ex quibus quidem tibi fieret notum,Epheſinam ſynodum nil aliud, quàm fidem fidei veræ cõtrariam, vetuiſſe. Rogo igitur te atq; obſecro,pater reuerẽde, ne tot ac tãtos authores ſermonibus ita friuolis,vt vel à pueris poſſint refelli,detineas. Verùm ſi vobis etiam,quẽadmodùm nobis videtur conducere,omiſſa huiuſmodi controuerſia,ad principem illam veniamus, de qua quidem longam orationem, non tamẽ alienam à ratione,ſperamus habere: ſin aũt in hac eadem quæſtione adhuc malitis perſiſtere,per mẽſem,nedum per diem,tibi paratus ſum reſpondere:quãuis animi dolore afficiar,quòd tempus vanè conteritur.

MAR. Sermones noſtros neq; inutiles,neq; de paruis reb⁹ habitos, neq; deniq; tales, vt vel à pueris (vt dicis pater amp.) poſſint diſſolui,verùm valdè cõuenientes, ac ad propoſitum pertinẽtes fuiſſe putamus:quandoquidem diuorum patrũ ſentẽtias expoſuimus, credẽtes, tametſi veſtrum eiuſmodi dogma verum forſitan fuerit, ipſum tamen diuino ſymbolo nequaquàm addendum eſſe.Conueniẽtius ergo,maioriq́; veneratiõe dignũ, ac ipſius rei naturã cõſequens eſſe videtur, vt omiſſa illa, de qua velles agere quæſtiõe, hanc priùs concludamus.Scias igitur velim, nos veritatis huius inueſtigationẽ nolle priùs relinquere, quàm communi ſententia ad cõcluſionem aliquã peruenerimus: quãdoquidẽ(vt ſuprà dictum eſt)nos aſſerimus,& ita ſentimus(prout oſtẽdere facilè poſſum⁹) dogma illud(de quo ſuo loco conſiderabimus)quãuis fuerit cognitũ verum eſſe,alibì

tamen q̃ in ſymbolo ſcribendum eſſe, quẽ admodũm cõcilia generalia feciſſe conſtat. Ab ipſo igit̃ ſymbolo dimouendũ eſſe cenſemus, vt cunctorum Chriſtianorum coniunctio fiat, qui ex ea cauſa iam diu diſſidẽt.

IVL. CARD. Rebus omnibus pater reuerende, quibus humanum genus fruatur, tempus expetibilius eſt. Propterea q̃; ſereniſſimus Imperator ſæpiſſimè protulit, id conterendum fruſtrà non eſſe. Quandoquidem ergo ſermonibus & ſcripturis ſatis de hac re egimus, vosq̃ue, qui ſapiẽtes ac magno ingenio præditi eſtis, iam agnouiſſe cenſemini, rei huiuſmodi veritatem & rationem nõ ampliùs in dubium vocari debere, idcirco ad aliam cõtrouerſiã veniamus. Cur autem eiuſmodi queſtionẽ in mediũ, pater reuerende, protuleris, haud quaquã intelligo: niſi forſan id feceris, quod oratores egregij faciũt, quippe qui, cùm aliquam cauſam volũt agere, à facilioribus incipere ſoleant. Qua quidẽ ratione tu quoq; forſan adductus, ac nõ inſcius te magno certamine certaturum eſſe, priùs armatura leui nobiſcum agere voluiſti. At quoniã huiuſce cauſæ veritatem perdiu inueſtigauimus, ita vt in p̃ſentia luce clariùs pateat, tametſi ſemper vobis fuerit nota, veruntamen vt vobis fieret exploratum, quonã pacto Latini homines reſpondere ſcirent, ideo de nobis periculũ facere voluiſtis) idcirco vos rogo, vt tandem ad maiorem illam quæſtionem veniamus. Nam ſi nobis (vt ſuprà diximus) demonſtrabitis, ſanctum ſpiritum ex filio nequaquã procedere, vobis ilico cõcedemus, id nulla ratione à Romana Eccleſia apponi ſymbolo potuiſſe. Sin autem illud non poteritis aſſequi, ſed eius oppoſitũ vobis probabitur, nullã ampliùs inter nos controuerſiam fore cenſeo. Porrò autem per me nunquàm ſtabit, quo minùs quæſtionem illam, quoad vobis libuerit, proſequamur: dummodò diſputationis huiuſmodi auditores non tædeat. Nam equidem ad omnes quas propoſueris quæſtiones, libentiſſimè reſpõdebo: ſed magìs forſitan expediret, vt ſtatis diebus de principe illa queſtione verba facturi cõueniremus. Interea vero extraordinariè congregati, hanc etiam queſtionẽ tractaremꝰ, niſi tu pater reuerẽde, mâlis in hac eadem materia verſando, ex me quicquam aliud quærere, qua in re tibi libentiſſimè reſpondebo: quandoquidẽ tecum veluti cum patre meo magna cum *declaratiõe diſſero. Sed antequàm de aliqua re me interroges, ad id quod ſæpenumerò repetiſti, interdictum videlicet nullum ante tertiam ſynodũ fuiſſe, reſpondebo. De quo equidem longè aliter ſentio: ideo non abs re eſſet, vt vos, patres amp. hanc etiã ambiguitatem audiretis, de qua in ſermone, quem literis tradidi, nullam prorſus fecerã mentionẽ. Argumentũ, cui mirũ in modũ inniti videmini, cur ſymbolo quicquã addi non liceat, ex Cyrilli literis ſumitis, cuius tũ verba ſi iuxta mẽtem eius accuratiùs perpẽderitis, nõ de verborũ additione, verùm de alia fide Cyrillũ ipſum intellexiſſe videbitis. Porrò licèt concedamus vobis, eum noluiſſe ſymbolo quippiã apponi poſſe, id tamen nobis nequaq̃ videtur obſtare: quandoquidẽ ſcripturæ ſacræ fuerat innixus, in qua legitur ita: Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, vtpotè qui nõ ex ſeſe, verùm Dei patris ſpiritu afflati, loquerentur. Quoniam ergo non ſancti patres, verùm ſanctus ſpiritus loquebatur, ideo Cyrillo videbatur, nihil addendum aut auferendum eſſe. Quæ quidem verba longè ante Chriſti aduentũ, nedum ante tertiam ſynodum, fuerãt prolata. Propterea B. Cęleſtinus hęc literis tradidit, Quis vnq̃ nõ dignus anathemate fuerit iudicatus, qui fidei catholicę quicquam addiderit, vel ab eadẽ ademerit? Credere aũt nõ debemus, literis Apoſtolicis quippiã additum, vel ab ipſis ablatũ fuiſſe, quandoquidẽ noſtris ex legibus graui pœna mulctãtur, q̃ literas eiuſmodi trãsformauerint. Quas quidem literas Cæleſtini, ante tertiam ſynodũ fuiſſe cõſtat, quibus tamẽ ipſe prohibuit, ne fidei catholicæ quippiam adderetur, vel ab ipſa auferretur. Duos igitur teſtes cõtra tuã ſententiã attuli: ſed quoniã in ore duorũ vel trium ſtat omne verbũ, idcirco tertiũ quoq; producã. Septima nanq; ſynodꝰ inquit: Eccleſię catholicę traditiones neq; diminutionem, neq; vllã acceſſionẽ ſuſcipere poſſunt. Magna igitur afficiẽdi ſunt pœna, q̃ quicquã abſtulerint, vel addiderint: ac execrãdus eſt ille, qui negligit veritatẽ agnoſcere, ac antiquos patrum ſuorũ terminos trãſgreditur. Synodꝰ ipſa eiſdẽ ſacræ ſcripturę verbis innitens, inquit: Qui terminos antiquos, & reliqua: quod quidẽ his ſolet accidere, qui veritatẽ nõ curãt cognoſcere. Vnde ſequitur, eum terminorũ eſſe trãſgreſſorem, qui fidẽ à ſuis patribꝰ traditã, neutiquàm amplexaẽ. Ergo qui eam declarat, ſuorũ patrũ fines nequaq̃ egreditur, neq; quicquã ei vel addit, vel aufert, quãdoquidẽ apud Cyrillũ interdictũ illud, tantùm in eos qui cõtra maiorũ ſuorum decreta loquerẽtur, editũ fuerat, q̃ ſanctus ſpiritus veritatis eſt ſpiritus: & qui eam profiteẽ, ipſam etiã excolere creditur, ac intra terminos eſt. Contrà, qui vanus & mẽdax eſt, is proculdubiò ſancti ſpiritus fines trãſgreditur, & patrum fidei quippiam addere, vel ab eadẽ auferre putatur. Igitur ex ſacra ſcriptura clariſſimè patet, vt qui veritatẽ agnoſcere nolit, is addere quicquam vel auferre credatur. Porrò, quoniã ſępiſſimè protuliſtis, prohibitionẽ ipſam à tertia ſynodo vel per eam à ſancto ſpiritu promulgatã fuiſſe, idcirco reuerẽde pater, ex te q̃ro, vtrùm nobis credendũ ſit, Nicenam ſynodũ maiorũ ſuorũ terminos tranſgreſſam fuiſſe, an nõ. Planè ſi credimus mutationẽ verborum,

Deut. 19.d
Matth. 18.b

rum, nedum intellĩgentiæ, fuiſſe prohibitã, neceſſe eſt vt credamus, Nicenã quoq; ſynodum anathemate deuinctã eſſe, vtpotè quæ nonnulla verba (quemadmodũ ſuperiùs dictum eſt) ab Apoſtolorum ſymbolo abſtulerit: necnon ſecũdam ſynodũ anathemate ſubiacere, q̃ poſt illam teſtamẽti veteris prohibitionem, Niceno ſymbolo verba multa addiderit. Sed qm̃ patres ij veritatẽ protulerant, idcirco eadem, non autẽ aliena vel cõtraria, cum maioribus ſuis ſenſiſſe creditur. Falſũ eſt ergo, p̃ferre poſteriores ſynodos vetitas fuiſſe, ne ſymbolo quicquam addere poſſent. Ampliùs in hoc Græco volumine, quod nobis Conſtantinopoli miſſum fuit, Nicenum & Conſtantinopolitanũ ſymbolũ (prout vulgò celebratur) deſcripta ſunt: in alio verò libro, qui quingentorum annorũ & vltra creditur eſſe, abſq;, DE CAELIS, AC SECVNDVM SCRIPTVRAS, Conſtantinopolitanũ ſymbolum legitur, licèt in alio libro, qui Longobardorum literis ſcriptus eſſe videtur, ſymbolum idem cum eiſdem verbis legatur. Volumen aũt veſtrũ, in quo quarti generalis concilij acta ſcripta ſunt, non niſi trecentorũ annorum creditur eſſe. Vt igitur pater Epheſie, neutiquã in nos *inuehemini, licèt DEVM DE DEO, in noſtro volumine ſcriptũ ſit, cùm in veſtro nõ extet: ita quoq; nos incuſare nõ deberetis, quòd verbũ vnũ addidimus ſymbolo. Ad omnia quę pauloante dixiſti P. amp. reſpondendi tẽpus nõ eſt, quandoquidem longa indigent reſponſione. Quædã enim ex nobis quæſiuiſti, ſimulq; cõtendiſti, vt ea vobis cõcederemus: quod planè noſtræ non eſſet exiſtimatiõis, quando poſſumus ad omnia reſpondere ac veritatem ipſam attingere. De his igitur, ac de hoc veſtro volumine ſuo loco dicemus. Quòd aũt ad Romanã Eccleſiã ſumnumq; pontificẽ adſpiciens protuliſti, catholicam Eccleſiam ac eius principẽ cõmune ſymbolum reformare poſſe, idcirco totiès hæc à te repetita, præterire nõ poſſumus indiſcuſſa. De hac igitur quæſtione ſequẽti ſeſſione, ſi vobis videbitur, diſputabimus, argumẽtaq̃; plurima & fortiſſima pro noſtra cauſa afferemus. Sed quoniã vehemẽter ambigimus, ne ſermones huiuſmodi aures veſtras offendant: ideo, ſi vnbis videbitur, protuli.

MAR.

loc⁹ obſcurus

IVL. Cardinalis.

Inter alia capita, P. amp. in quibus Græci Latiniq̃; differunt, eſt id, quod de Romanæ Eccleſiæ facultate in dubium Græci vocant: quoniam tamen nũc agimus, an ſanctus ſpiritus ex filioq̃; procedat, qui quidẽ fidei articulus eſt; idcirco nõ cõuenit has queſtiões cõfundere. Propterea q̃; in oratione, quam ſcripturæ traditam vobis dedi, me de facultate Romanæ Eccleſiæ tunc nil eſſe dicturũ protuli, putans fuiſſe cõueniens, vt in aliud tẽpus differaꝝ. Suo igit̃ loco P. R. in eiuſcemodi cõtrouerſia, vt decet liberũ hominẽ, quicqd volueris, in mediũ proferes, in quo ſanctiſſ. dño noſtro põtifici maximo nulla profectò fiet iniuria: quippe qui nõ alia de cauſa præſens eſt, niſi vt veritas illuſtretur. Cuius quidẽ ſummi põtificis, Eccleſię q̃; Romanæ facultas, tum ex Euãgelio, tum etiam ex ſanctis Cõcilijs generalibus benignitate Dei patet clariſſimè. Si quidẽ igitur queſtio, vtrum liceat addere ſymbolo, nécne, ab illa queſtione longè aliena videtur eſſe, ſanè nõ cõuenit ambas has cõtemplatiões ſimul (vt ſuprà dixi) cõfundere. Rogo igitur vos, atq; obſecro, vt ad queſtionem de ſancti ſpiritus proceſſione veniamus, quandoquidem ſi hac in re conuenerimus, mihi equidem perſuadeo fore facile, vt in cęteris quoq; cõueniamus. His dictis, ſeſſio fuit dimiſſa, & ad aliũ diẽ dilata. Elapſis verò nõnullis diebus, ſummus põtifex iuſſit, vt ad diẽ vigeſimũ ſeptimum menſis eiuſdẽ iterum cõueniret.

Die Iouis vigeſima ſeptima Nouembris,
Seſſio decimatertia Ferrariæ.

FRequenti ſynodo ducis Burgũdię oratores in ſeſſionẽ hanc introducti fuere, ex quibus quatuor pręſules, & vnꝰ diaconꝰ, & duo equites fuerũt, qui ſalutato de more ſummo pontifice, Imperatore verò nequaquã, (nã patriarcha valetudine aduerſa detentus nõ aderat) cõſedere, ſummoq̃; põtifici literas dedere. Quibus quidẽ Latinè recitatis, & à Græcis non intellectis, ſeſſio fuit dimiſſa. At Imperator ęgrè tulit vehemẽtiſſimè, q̃ nõ fuerit ſalutatus, aſſerẽs ſe magna iniuria fuiſſe affectũ: & niſi ſequẽti ſeſſione ab oratoribus ipſis pro ſua dignitate ſalutaretur, ſe nunquàm ampliùs in ſeſſionẽ venturũ, quinimmò fore, vt ſynodꝰ dimitteret. Patriarcha verò tametſi plurimũ ægrotaret, tñ per nũcios egit, vt ſummi põtificis nũcij Imperatorẽ rogarẽt, vt à ſynodi celebratiõe nequaquàm deſiſteret, promittẽtes ei, vt ab oratoribꝰ ipſis ſeſſione ſequẽti imperatorio more ſalutaretur. Quapropter ipſo cõſentiente, ſummus põtifex iuſſit, vt ad diẽ quartam menſis Decembris ſeſſio cõuocaretur.

Die Iouis quarta menſis Decembris,
ſeſſio decimaquarta Ferrariæ.

HAc frequẽti ſeſſione, abſente tñ patriarcha, Imperatorẽ ipſi legati ſalutauere, non ita vt ipſum deceret. Id tñ æquo animo tulit, ac iuſſit, vt diſſertores electi negociũ proſequerẽtur. Epheſius aũt volẽtes cardinali reſpõdere, dixit ſe velle breuibus, ac per Sic & Nõ, diſputare: quandoquidẽ Latini videbãtur ei prolixis orationibus vti, vt eloquẽtiſſimi viderentꝰ. Deinde de Chariſio protulit, exemplũ illud ad Latinos non pertinere. Quibus & alijs ab Epheſio dictis, Julianus cardinalis vir ſummo ingenio memoriaq̃; profunda p̃ditus, ita prolixè reſpõdit, vt dicẽdo dies ipſum defecerit: & ſeſſio fuit dimiſſa, decreto, vt triduo pòſt conueniret.

Die Lunæ decima octaua menſis Decembris, ſeſſio 15. Ferrariæ.

EPhesius Imperatoris iussu lõgam orationem habuit, volens ostẽdere, ne syllabam quidem addere symbolo licere. Quæ quidem oratio ita vagata est, vt omnes sibi facilè suaderent, ei neminem respõsurum esse. At Iulianus eloquẽtissimus, qui loquẽte Ephesio, ne verbum quidem protulerat, orationẽ eius ordine summo memoriterq; repetit, ac in duas de triginta partes distribuit, volens partim philosophãdo, partim sacram scripturam citando, ac dialecticis argumentorum locis vtẽdo probare, Latinos minimè peccauisse, quãuis addiderint symbolo. Contrà Ephesius magno affectus desiderio, quæstionem eiusmodi ad extremũ tandem perducere, ac clariùs demonstrare, nullam verborum accessionem ad symbolũ fieri licuisse, Iuliani sermonem in octo partes diuisit. Et in prima quidẽ probauit, Charisij symbolum haudquaquàm fuisse commune, in altera verò de Nestorij symbolo mentionẽ nullã fieri debuisse: nam in tertia pœnarum vim in interdicto contentarum ostendit, in quarta verò pœnas ipsas singulariter, non autem cõmuniter in delinquentes editas fuisse demonstrauit. Nam in tribus sequentibus partibus Cyrilli literas & Agathonis exposuit, ac probauit, quidnam ipsi docuerint. In extrema deniq; parte additionẽ ipsam absq; synodo nequaq̃ fieri potuisse docuit, in hũc postremò modũ porauit:

MAR. Symbolum illud, præstantissimi patres, quod vt optimum depositum à patribus nostris in nostra Imperatrice ciuitate suscepistis, à vobis tale repetimus, quale vobis fuerat traditum. Nónne quisq; depositum sibi creditũ reddere tenetur? Patrium igitur depositum nobis (vt dictũ est) restituite. quod quia perfectum est, idcirco diminutione vel additione non indiget. Qui quidem patres nostri eos reprobauere proculdubiò, q̃ contra symbolũ ipsum quicquam innouassent: alios verò pœna grauissima affecere, q̃ aliud symbolum fecissent. Quòd si vnius solę dictionis additio parum refert, ac parua de ea ratio debet haberi: ablata igitur, parum vel nihil prorsus nocebit, immo certè plurimũ prodesset: nam ea ratione cũcti Christicolæ dubio procul coniungerentur. Contrà magnum ac indignum facinus esset, si talis additio tolleretur, ob idq; magna ratio de hac re debet haberi? Non igitur ipsi peccamus, q̃ rem hanc plurimi facimus. Ampliùs, si talis additio imprudẽter fuerat facta, nũc quoq; prudentiùs nobis consuleretur, si ipsam auferretis: sic enim amicos vobis cõiunctissimos faceretis, qui vestrã mutuam amicitiã magnifacerẽt & excolerẽt. Vos igitur, ô patres & fratres ac reuerendi dñi nostri, vt sæpenumerò fecimus, ita etiam nũc per viscera Domini nostri Iesu Christi, qui nos peccatores ac perditos mortales dilexit, & animam suam pro nobis dedit, rogamus ac obsecramus, vt pacem optimã & summam inter nos, sanctosq; patres nostros coniunctionem faciamus, qua quidẽ tum fuimus coniuncti, cùm idem omnes volebamus ac sentiebamus, & nullum inter nos dissidiũ erat. Coniungamur obsecro tanquã fratres. Veneremur maiores nostros, definitiõibus ac decretis ipsorum honorem plurimum habeamus, eorundem minas & pœnas vereamur. Ipsorum deniq; traditiones seruemus, custodiam⁹, excolam⁹, vt vno corde ac ore, patris & filij sanctiq; spiritus nomẽ dignissimum celebremus, & glorificemus nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

IVL. CARD. Iulianus autem cardinalis amplissimus, à disputatione nolẽs desistere, sententiam suã vehementissimè defendẽs, post multa protulit, ꝓ singulis decem argumẽtis, quę sibi fuissent proposita, se decem millia redditurum. Deficiente autem die, sessio fuit dimissa. Tum Græci tam præsules, quàm cæteri omnes tædio affecti, de suo in patriam reditu, infecta re, cogitare cœperunt, dicẽtes: In vanum tempus conterimus, quandoquidẽ nec à Latinis nos, nec à nobis ipsi suaderi possent. At Imperator magnanimus animos ipsorum cunctando restituit. Porrò volentibus Græcis disputationi facere modum, Latini mirum in modum incumbebant, vt in sessionibus de ipso dogmate ageretur, asserentes de quæstione prima iam satìs dictũ fuisse, ac se nolle ampliùs quærere, cur illud, EX FILIOQVE, symbolo fuerit additum. Nam cùm fieri non possit, vt quod iam factum probatumq; fuerit, priùs tollat̃, quàm ostendatur à Græcis impium esse: operę precium esse dicebant, vt in posterũ de ipso dogmate ageret: quod quidem si impium esse cõstaret, illico tolleretur: sin autem receptũ esset, minimè se esse incusandos. Hęc Iulianus doctissimus. Cõtrà verò dicebat Ephesius: Tollatur à symbolo, proprioq; termino circunscribatur, quẽadmodùm de multis verbis constat factum fuisse. At Iulianus vehementiùs instãs, dicebat: Inquiratur (pater) veritas, inquiratur, & si verbum illud impium esse dignosceretur, neque in symbolo stabit, neq; in alio loco (vt dicis) circunscribetur: impia enim nulla ratione proferri debent. pia verò quouis in loco, nedũ in symbolo, stare possunt. Interea Imperator ęgrotauit, simulq; patriarcha aduersa valetudine iam pridèm domi tenebat̃. Post aũt dies 16. vix potuit Imperatoris domũ lectica venire, quo biduo pòst Greci quoq; pſules conuenere. AD quos Imperator fuit ita loquut⁹:

IMP. Nostra relicta patria, patres optimi, pro Ecclesiarum coniunctione non sine magno periculo huc frequentes cõuenimus: & vos quidem antistites pro vestrarum Ecclesiarũ securitate, Laici verò tum pro vestra pia religione, tum etiam pro posteris vestris soliciti estis, ob idq; onus hoc libẽter subijstis. Ego

Ego autem solùm, vt à Deo gratiam consequar, id quod etiam ad vos pertinet, vehemẽter laboro, quippe qui filios vel hæredes non habens, nec dignitate maiore affici cupiens, pro generis nostri salute plura quàm cæteri (vt videtis) onera sustineo. Operæpreciũ igitur est multis de causis, præsertim vt cum Latinis coniuncti, nostram in patriam, magno affecti honore, potiùs quàm dedecore, hinc discẽdi proficiscamur: operę precium (inquam) est, vt summo studio in vnionem Ecclesiarum incumbamus.

¶Quo quidem sermone audito, Græci quanam ratione de dogmate ipso agẽdum esset, inter ipsos locuti sunt. Tandem visum est ipsis, vt duodecim prędules ex suis seligerent, qui cum totidem Latinis de sancti spiritus, processione priuatim differerẽt: quod̃q; benignitate Dei ab ipsis probatum esset, id omnes susciperent. Nolebant enim cum Latinis oratione perpetua publicè cõtendere.

Dum autem hęc agerẽtur, à summo pontifice Græcis fuit nunciatum, ob pestem synodum esse Florentiam transferẽdam. Quod etsi quammaximè Græcorum conuentum turbasset, post multas tamen altercationes, quas quidem silentio prętęrij, quòd ad rem neutiquàm pertinerent, videntes Imperatori ac patriarchę non nimiũ displicere synodum ipsam transferri, summi pontificis voluntati his conditionibus acquieuerunt, vt summus pontifex mẽsium octo subsidium Constãtinopolim mitteret: ipsis autẽ Græcis, & quinque mensium victum, & cõmeatum Florentiam vsque tribueret, ac pto his omnibus (vt vulgò dicitur) bãcum ibidèm assignaret, necnon vltra Florentiam nequaquàm proficiscerentur, verùm ibidèm synodus quatuor mensium spatio terminaret̃, ac Græcis omnibus esset facultas illinc, cùm sibi visum fuerit, discedendi. Quibus quidẽ conditionibus à summo pontifice pro eius pietate acceptis, in cathedrali ecclesia extrema sessio Ferrarię celebrata fuit. In qua quidem nil aliud factũ est, nisi vt summi pontificis decretum de transferenda Florentiam synodo recitatũ fuerit. Non autem constat, in quo die talis sessio celebrata fuerit, cùm tantùm reperiatur, die vndecima mensis Ianuarij Græcos pecunias pro eorum cõmeatu, necnon nouendecim millia ducatorum pro Constãtinopolitano subsidio à summo pontifice accepisse, die verò 16. summũ pontificem Ferraria discessisse.

Decretum summi pontificis de synodo trãsferẽda.

¶Sessio 16. vltima Ferrariæ.

FRequenti sessione, patriarcha tantùm ob valetudinẽ eius absente, Neapolitanus antistes Missam solenniter celebrauit. Qua quidẽ finita, litanijsq; decantatis, Gradensis præsul Latinè, Mityleneñ aũt Grecè, consentiente Imperatore, summi pontificis decretum oñibus cardinalibus & pſulibus põtificaliter (vt moris est) indutis, ex fugestu recitauit. Cuius tenor hic fuit: Eugenius episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Generale cõcilium Ferrariæ conuocatum fuerat. Quod quidem etsi nostræ sententiæ fuerit ibidèm conficere, terminareque, tamẽ ferueſcente peste, præsertim in hyeme, ex quo credẽdum esset in vere quoque futuram esse, illud iuxta leges nostras Ferraria Florentiam transferre volumus. Quæ quidẽ ciuitas libera & pacifica & aere saluberrimo est. Post autẽ dies paucos summus pontifex, vnà cum cardinalib⁹ prędulibusq; Latinis, primus Florentiã proficiscitur, qui cùm equo insidens egrederetur, Nicolaus Ferrariæ marchio, equi summi pontificis lora tenens, pedester vnà cum suo filio Ferraria exiuit. Postridiè aũt patriarcha cum antistitibus Græcis secutus fuit. Cui Florentiam appropinquanti, cardinales duo ac triginta prędules obuiàm venere, honoreq̃; magno in ciuitatem ipsam introduxere. Triduo verò pòst Imperator etiam venit, qui à Florentinis pompa magna honorificentissimeque, vt Imperatorem deceret, susceptus fuit. Nã Florẽtiæ rectores & domini, nobilissimo ac honorato quoque comitẽ se præbẽte, pedestres ipsum ad portam ciuitatis in conspectu cardinaliũ & prędulum omnium exceperunt, ac domum deduxerunt. Tempus autem carnispriuij erat, in quo multa variaque spectacula, ppe domum eius Florentina respublica honorificentissimè celebrauit. Primo verò quadragesimæ die Græci præsules ipsius Imperatoris iussu in domo eius congregati, ac interrogati, quidnam vellent agere, dixerunt se ad celebrãdas sessiones paratos esse, tametsi magìs expediret, vt per selectos doctores priuatim, ne tumultus fieret, ageretur. Quod cùm summus pontifex intellexisset, iussit vt ad diem vigesimumsextum Februarij mẽsis in suo palatio sessio fieret, vbi frequenti sessione ac ordine de more seruato, Iulianus cardinalis primus omniũ sermonẽ hunc habuit:

¶Anno Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo trigesimonono, die Iouis vigesimasexta mensis Februarij sessio prima, ordine verò decimaseptima Florẽtiæ celebrata fuit.

QVoniam Imperator mitissime ac vos amplissimi & pietissimi patres, de numero sum illorum, qui ad differendum vobiscum electi fuerãt, idcirco mihi beatiſ. ac summus pontifex iussit, vt hæc vobis pauca verba faciã. Breui ergo ac nuda vtar oratione, quandoquidem diuina res, de qua agit̃, opere magìs quàm verbis indigere videtur. Quamplurimi profectò sermones vtraq; ex parte sunt habiti, in quibus tẽporis multùm contriuimus: nunc autem res in cardine est. nam sereniſ. Imperator sanctissimo domino IVL. card.

nostro nuperrimè nũciauit, operęprecium sibi videri, vt paucis ac priuatim agamus. Ergo in nomine nostri Iesu Christi nomine rẽ ipsam aggrediamur. Porrò autem quoniam cùm de transferenda synodo Ferrariæ tractaremus, sereniſſimus Imperator, necnon sanctiſ. patriarcha magno affecti desiderio videbantur esse, vt inter nos coniunctio fieret, quod planè summo pontifici perplacebat: (valdè enim interest sua, vt huiusmodi controuersia ad finem celerrimè perducatur: quod quidem fieri commodè non posset, niſi seſſiones sæpiſſimè celebrentur) idcirco sanctiſſimus ipse pontifex vellet, (si lubet) vt vel singulis quibuscũque diebus, vel saltem singula quaq; hebdomada seſſiones ipsas frequentes celebremus, & quæuis seſſio non minùs tribus horis continuis habeatur, etiam si sereniſſimus Imperator ac patriarcha sanctiſſimus absentes à seſſionibus ob valetudinem fuerint.

IMP. ¶Magìs ampliſ. pater expediret, vt anteaquàm ad differendum conueniremus, aliquot ex nostris ac vestris doctoribꝰ seligeremus, qui priuatim agerent, ac nostrę coniunctionis modum inuenirẽt. Et si nil proficerẽt, tum communiter in seſſionibus diſputaremus, quemadmodùm probi viri aliqua de re contendentes facere solent, q̃ consultis priùs amicis communibus, si suas controuersias componere nequeant, ad iudices deueniunt. Non aliter igitur nobis faciendum esse putamus. Cui quidem sententiæ summus pontifex acquieſcere videbatur, vt modꝰ cõiunctionis priuatim inueniretur. Iulianus autem cardinalis ita reſpondit:

IVL. Cardinalis. ¶Cùm patres ampliſſimi sereniſ. Imperator primus sententiam hîc & Ferrariæ dixerit, vt priuatim rem ageremus, idcirco summus pontifex adductus spe sereniſſimum ipsum Imperatorem vnionis eiusmodi modum posse faciliùs excogitare, credit ipsi q̃ maximè conuenire, vt is modũ ipsum inueniat, nobisq; patefaciat, vt ipsi quoq; de eo pauliſper cõſideremus. Credo equidẽ assequutum fuisse id, quod vobis promiseram, me, quemadmodùm beatiſſimus pater noster iusserat mihi, breui ac nuda oratione dixiſſe.

IMP. ¶Quod iam præſtãtiſſimo cardinali, si me nõ interpellaſſet, dicere volebam, id modò proferam, dein cius orationi reſpondebo. Ipsi quidem plurimùm diſseruimus, plurimęque orationes vltrò citroque sunt habitæ, quæ ad quæſtionẽ de additione ipsa spectare viderentur, & quanuis alia plura fortioraque argumenta proferre potuiſsemus, cùm tamẽ cardinalis ipse multique probatiſſimi pręsules conuenientius esse dixiſsẽt, quod sanctiſſimus pater à me priuatim contenderat, vt omiſsa illa quæſtione, ad aliam venirem, tum etiã quòd ipsi breuitati vehementiſſimè ſtudemus, idcirco nũc volumus ad aliam quæſtionem venire, ita tamẽ vt cùm ad primam regredi voluerimus, nobis liceat. Quod quidẽ vobis p̃dicimus, ne vnquam forsan diceretis, ab illa causa nos prsus cecidiſse. Fateor aũt me primũ omium protuliſse, priuatim priùs nobis agendũ esse: verùm nil nunc nobis venit in mẽtem, quod ad componẽdam pacem proponeremus. Nobis ergo pater ampliſ. gratiſſimum faceretis, si quicquam in medium afferretis, quod ad concordiam huiusmodi pertineret. Videmur enim videre, vos aliquid tale dicturos esse. Dicãt igitur alij quicquid velint, nos etenim hæc dixiſse voluimus. Cardinales autem antiſtitesque Latini ad summum pontificem acceſsere, simulque collocuti fuere, deinde Iulianus cardinalis ita IVL. Cardi. reſpondit: ¶Sereniſſime Imperator, sanctiſſimi domini nostri iuſsu, ac horum pręſtantiſſimorum patrum conſilio elegantiſſimæ tuæ orationi paucis reſpõdebo, quam profectò benè percepimus. Nam satìs dictũ fuiſse dixiſti, an liceret symbolo quicquam apponere. Prætereà licèt argumenta vestra fortiſſima, & à ratione minimè aliena fuerint, vos tamen multo plura fortioraque afferre potuiſse, niſi ego à vobis sæpiſſimè contendiſsem, vt eiusmodi quæſtione poſtpoſita, ad alteram, an sanctus spiritus ex filioque procedat, veniremus, quẽadmodùm etiam patri beatiſſimo conueniens esse videbatur. Vt igitur nobis gratiſſimum faceres, nobis concedere videbare, vt hac de re diſſererem, hac tamẽ cõditione, vt vobis, cùm viſum fuerit, liceret ad quæſtiõem primam redire, quãdoquidem ab ipsa nequaquàm penitùs diſceſſiſtis. Ad quę pater ampliſ. breuiter à me repetita, breuiſſimè q̃ potero, reſpondebimus. Porrò autem ipſi videre nõ possumus, quidnam vestris in cordibus habeatis, quasq; alias rationes afferre potuiſſetis: quandoquidem nobis videtur, quæſtionem illam ita explicaſse, vt ampliùs ambigendum de ea non ſit, id quod vos etiam tenetis, vt credimus. Fieri enim non potest, vt vos qui ſummo ingenio, maximaque rerum ſcientia prædiți estis, argumenta nostra firmiſſima & inuicta esse, nequaquàm intellexeritis. Sed neque non inſcij estis, vos ſemper facultatem reſpondendi nostris rationibus habuiſse, ità vt ſi quicquam aliud in nos afferre potuiſſetis id p̃culdubiò tanto decurſo tempore, ex quo vestra refellimus argumenta, potuiſſetis. Siquidem igitur rationes nostras ſilentio præterijſtis, credimus vos ipsas refellere neutiquàm potuiſse, neque alias rationes ad quæſtionem ipsam ſpectantes (vt dicitis) habuiſse. Quid enim vobis fuit impedimento, quo minùs nobis reſponderetis, niſi quòd argumenta nostra vobis firmiſſima viſa fuerint? Propterea quę beatiſſ. pater noſter dicebat valdè conducere, vt ad alteram

alteram quæſtiõem veniremus, cui cùm videretur nostrã cauſam ita illuſtratam fuiſse, vt nulla prorſus alia indigeret conſideratione, idcirco ferebat ægrè, videre tempus in caſſum produci, quãdoquidem diſputationes de rebus tantùm ambiguis debent fieri. Hac igitur de cauſa, pater ampliſſime, patrum horum ſententia ex vobis ipſe cõtendi, vt ad aliam cõtroverſiam veniremus, videntes clariſſimè quæſtionem primã Apoſtolorum authoritate, ſynodorum decretis, ſanctorum doctorum ſententia perfectiſſimè ſolutã fuiſſe. Si quidem igitur, nè beatiſſimi quidem patris rogatu ab ipſa cauſa decedere voluiſtis, priuſquàm multæ fierent diſputatiões: idcirco nequaquã conuenit, vt ſine concluſione, infectaq; re ad aliam veniamus. Sed melius eſſe videtur, vt ſi quid argumentorum adhuc vobis reliquum ſit, id etiam in medium afferatis: quãdoquidem omnia pater beatiſſimus, necnõ hi preſtantiſſimi patres attenti auſcultabũt, ſpe adducti, ea quoque benignitate Dei facilè poſſe diſſoluere. Quòd autem tibi, ſereniſſime Imperator, in mentem nõ venit, neque prorſus excogitaſti, quonam pacto cõueniremus, ob idque dicis cõducere, vt ipſi modum ipſum inueniamus, ac in medium proferamus: reſpondeo, iam ſatìs de hoc dictum eſſe, cùm ipſe dicenti tibi fore cõmodius, vt priuatim ageremus, contradixerim, quòd magìs expediret per ſeſſiones ac publicè agere. Si autem hæc noſtra ſententia tibi non placet, putanti priuatam collocutionem magis expedire, idque veſtri pontifices volunt: ſanè non alienũ eſſet à ratione, ſi primi quoque noſtræ coniunctionis modum in medium afferretis, quemadmodum ipſi proculdubiò faceremus, ſi ſententiam illam primi dixiſſemus.

IMP. ¶Ad ea, quę de omittenda prima quęſtione, ac altera capiẽda dixeram, vos minimè reſponſuros putabam: quandoquidem iam inter nos cõuenit, vt ad aliã veniremus. Miror aũt vehemẽter, cur nos quæſtionẽ illam prorſus reliqſſe credatis, cùm nõdum ipſam (vt noſtis) terminauerimus. Nanq; ſi nobis id contigiſſet, ſatìs iam dictũ eſſe protuliſſemus, & nulla alia opus eſſe diſputatione. Ad alterã igitur quæſtionẽ, vt inter nos conuenit, veniamus, hac tamẽ (vt dixi) cõditione, vt ad primã, cùm viſum fuerit, liceat nobis reuerti, à qua quidẽ nunquã ipſi diſceſſimꝰ, neq; p̃rſus diſcedendũ putamꝰ. Sed neq; vnquã conueniẽs eſſe p̃tuli, vt ipſi ſoli noſtræ coniũctionis modũ inueſtigemus, ac nulla neceſſitate coacti, ſoli in eam rem incumbamus, ſed vobiſcũ ſimul de ea conſiderandũ putaui. Siquidẽ igit quicquã aliqs in p̃ſentia teneat, quod ad propoſitũ ſpectet, id in mediũ p̃ferat. Si minùs, poſteaq̃ quiſq; priuatim, ac per ſeſe de hac re meliùs cogitauerit, in ſeſſiõe ſuã ſententiã dicat, quo quidẽ modo ſperandũ nobis eſſet, noſtrę controuerſiæ finem, vt mihi videtur, faciliùs poſſe facere, ita tamen, vt, ſi hac non ſucceſſerit, p̃ ſeſſiones agere poſſimus.

¶Ne de me, sereniſſime Imperator, in poſterum admirere, nonnulla paucis repetam. Non equidem protuli quæſtionẽ illam communi ſententia terminatã fuiſſe, ſed inconueniens eſſe, ad eandẽ reuerti, de qua cõſtat ſatìs dictum fuiſſe, ac vos ad argumenta noſtra fortiſſima Ferrariæ reſpondere minimè potuiſſe. Dixi quoque, vt veſtri proferrent, vt lubet: nam ipſi benignitate Dei ad reſpõdendum parati fuimus. Magìs enim conducere videbatur de quæſtione illa diſſerere, quouſq; communi ſentẽtia finiretur, quàm poſteaquàm de altera cœperimꝰ diſputare, omiſſa ipſa, ad primam redire. Ad te autẽ, sereniſſime ac prudentiſſime Imperator, præcipuè ſpectare videtur, quemadmodũ iuſſu ſanctiſſimi patris ac horũ ampliſſimorũ patrũ ſuperiùs protuli, vt diligenti conſideratiõe cõiunctionis eiuſmodi modũ, quod q̃; magìs expediens ſit, ſolus excogites, quemadmodũ etiã, vt priuatim agere deberemus, ſolus ipſe propoſuiſti. Porrò qm̃ in extremũ expoſtulaſti, vt ipſi etiã hanc ipſam rem pẽſitemus ac examinemus, q̃ tu, quidnã agẽdum eſſet, nondũ excogitaſti: idcirco patri beatiſſ. cũctisque nobis videtur operæprecium eſſe, vt hoc negociũ in ſeſſionẽ ſequẽtem differatur, vt tunc accincti meliusq̃; parati conueniatis, & quid agẽdum ſit proferatis. Quod quidem iure veſtro debetis facere. Nanque volentibus nobis per ſeſſiões ac publicè diſputare, te autem ſereniſſ. Imperator contendente, priuatim nobiſcum agere, ad te ſpectare videtur, vnionis etiam modum excogitare. IVL. card.

¶Si ad totam tuam orationem reſpondere vellemus, noſtra profectò diſputatio fieret infinita. Vt igitur dictioni noſtrę modum faciamus, id quod ſæpiſſimè diximus, paucis repetamus, neceſſe videlicet eſſe, vt, quod inter nos cõuenit, ad quæſtionem alteram veniamus, hac tamen conditione, vt ad primam, ſi nobis placuerit, redire valeamus. Interea verò ſi vobis ita videt, vt vnionis modum communiter inquiramus, nobis etiam placet. ¶Vos de tali modo videritis: ipſi verò ad ea, q̃ opus fuerint, reſpondebimus. ¶Quibus peractis, ſeſſio fuit dimiſſa. Græcis autem, qua ratione cõiunctionis eiuſmodi viam inuenirent, non mediocre negocium videbatur. Domum igitur patriarchę frequentes conuenerũt, vt quidnam ſequenti ſeſſione de vnione proferrẽt in medium, inter eos conſulerent. Cùm aũt quid agerent aut proferrent, neſcirent, Imperatorem rogârunt, vt à ſummo pontifice impetraret, vt hi, quos ex ſuis ſeligerẽt, cum totidem Latinis priuatim agerent, ea ratiõe adducti, fore vt modum ipſum benignita- IMP. IVL. Cardi.

te Dei excogitarent. Cui quidem sententiæ Imperator acquiescés, voluit, vt statim disputatores ipsos seligerent, qui cum Latinis disputarent. Selectis autem trium patriarcharũ vicarijs, videlicet Antonio Heracliẽ, Gregorio confessore, Marco Ephesio, Isidoro Rhuteno, Dositheo Monenbasiẽ, Bessariõe Niceno, ac Dorotheo Mitylenẽ, hisq; summo põtifici nunciatis, ipse se velle respondit, vt per sessiones ac per electos (vt moris esset) ageretur, quandoquidem coniunctionis modum (vt Græci promiserant) neutiquàm inuenere. Cõuocata igitur sessione, absentibus ob valetudinem Imperatore ac patriarchã, Ioannes ille in philosophia & dialectica præclarissimus, pro Latinis ita dixit:

¶DIE LVNAE SECVNDA mensis Martij, sessio xviij. Florentiæ.

IOAN. BEatissimi patris iussu, patres amp. de sancti spiritus processione verba facturus sum, quę quidem plurimùm ad fidem spectare videtur, & de quibus (vt in primo de trinitate capite Augustinus inquit) maxima cum veneratione loqui debemus. Rogo igitur vos atq; obsecro, me attentè audiatis. Velim autem, si quid ambigui aut alieni à ratione imprudẽs protulero, in primis ab eodem ipso patre sanctissimo, qui beatissimi Petri sedem tenens, piam religionem excolit atque defendit, deinde à vobis in theologia clarissimis, corrigi ac emẽdari. Porrò autẽ non debemus de verbis differere, atq; in ipsis versari, sed veram dictorum intelligentiam ac veritatem ipsam exactè perpendere: spe adducti, vt quemadmodùm Dei filius nobis veritatẽ promiserat, ita etiam is, à quo mens mortalium illustratur, sua benignitate faciet, vt veritatẽ ipsam percipiamus, ac rebus in omnibus proficiamus. Deus enim ipse, q̃ voluit, vt in hoc generali concilio de sancti spiritus processione agamus, nobis per eundem sanctum spiritũ dubio procul præstabit, vt mutua inter nos beneuolentia, & feruato ecclesiarũ decore, quæstionis eiusmodi veritas demonstretur & declaretur, ita vt tali veritate sine controuersia cognita, quẽadmodùm vnus est Dominꝰ ac vna fides, vt Paulus inquit, ita nos multi vnum in fide ac in Christo simus. In primis autẽ nobis memoria repetendum est id, quod sereniss imi Impatoris arbitratu inter nos Ferrarię conuenit, ne longas oratiões habeamus, verùm per argumenta & authoritates paucis agamus, spe adducti, ea ratione conclusionem aliquam faciliùs assequi posse. Cui quidem sententię cùm oẽs acquieueritis, sanctissimus dominus noster, vt ipsi sereniss imo Imperatori & vobis faceret gratum, ipsam suscepit, operæprecium esse putans, eiusmodi disputandi ratione in posterum vti. Quoniam autem beatus Augustinus in primo libro de ciuitate DEI, Quis, inquit, disceptandi finis erit, & loquendi modus, si respondendum esse respõdentibus existimemus? ideirco, patres amp. conueniens esset, vt sanctorum patrum scripturis atque sententijs, quas sancta complectitur Ecclesia, inniteremur, ac ipsis veluti decretis ac legibus vteremur: ita vt nemini nostrũm liceret eas inficiari, quemadmodùm à maioribus nostris nobis traditũ est, præsertim ab Agathone summo pontifice, qui ad Constantinopolitanum Imperatorem & sextam synodum ita scripsit: Quorundam sanctorum patrum authoritates, quas sancta & Apostolica Ecclesia susceperat, ipsas cũ libris, legatis nostris dedimus, vt ipsis solis innitentes, sereniss imorũ ac Christianiss. Imperatorũ auxilio, quæ opus essent conficerent. Chalcedonense quoq; concilium in sermone ad Martianũ Imperatorẽ scripto, qui sic incipiebat, Id tuã Imperatoriã maiestatẽ deceret, plurimùm: (sermo enim erat de Leonis epistola ad Flauianum scripta) non oportet, inquit, de Romanæ Ecclesiæ p̃sidentibus admirari, ac epistolã illam impietatis accusare, priusquàm inueniatis, eam cum sacris scripturis neutiquã cõuenire, ac à patrũ sententia alienam esse. Et infrà, Vt nullam ampliùs excusationem afferre valeant, qui homini Apostolico detrahũt, ac ipsum iniuria afficiunt, & reliqua. Ex his ergo, patres amp. q̃ pauca ex multis excerpsimꝰ, quod suprà dixi, probatum est, nos sanctorum patrũ sententijs inniti debere: quo quidem anticipato & posito, ad rem veniamus. Porrò quoniã in quauis quæstione nomen rei, de qua agitur, prænosci debet, ac nostra quęstio est de sancti spũs processione, idcirco quærendum in primis ex vobis est, quidnã p̃cessio significet: & an in diuinis personis, prout in rebus humanis, intelligi debeat. Iuxta nanque diuini Dionysij doctrinã, in de diuinis nominibus libro, Deũ ipsum à rebus creatis appellare solemus: verbũ autẽ peocessio, in sacra scriptura nõ solùm de spiritu, verumetiam de filio dicitur, ac ambobus adscribitur: quẽadmodùm Ioannes Euangelista testatur, de filio dicẽs: Exiui à patre: de sancto autem spiritu, Qui ex patre procedit. Hæc volui dixisse, nõ inscius, opus esse vt hęc nobis sint nota, & in oẽibus sessionibus mentionem de his faciamus.

Ioan.16.c

Ephe.4.a

Ioan.16.b

Ioan.15.d

¶Omissis superuacaneis, Patres amp. quæ reuerẽdus hic pater in sui sermõis exordio protulit, quãdoquidem in his non differimus, ad eius interrogationem solummodò respõdebo. Verbum processio, aliter quidẽ in rebus humanis, aliter verò in diuinis p̃sonis significat. Et quanuis duabus diuinis p̃sonis cõueniat, iuxta tamen scripturam sacram ac oẽs sanctos doctores, & exactam rationẽ theologiæ, sancti spiritus processionem

MAR.

onem præcipuè creditur significare: cuius quidem sancti spiritus essentialis processio, à filij processione eodem ipso verbo differre videtur, ob idq; processio filij, generatio nũcupatur: spiritus verò, præcipuè magisq; propriè processio nominatur. Multa nãque nomina sunt, quæ res alias propriè, alias verò communiter significant. Propterea non est admiratione dignum, si verbum processio, apud scripturam sacrã filio etiam asscribatur. Exiui autem à patre, nõ idem est cum verbo, p̃cedere, sed aliud significare videtur. Ideoque spiritus sancti processio, ineffabilis & carens nomine, à theologis nominatur: quòd filij processionem, hoc est, generationem, minùs obscurè quàm spiritus processionem percipimus. Propterea beatus Ioãnes Damascenus de spiritus processione ita scriptum reliquit: Alia ratio essentię huius est ineffabilis quidem, ac innominabilis, alia inquã à filij generatiõe. Hactenùs ad tuam interrogationem.

Ioan.16.d

IOAN. ¶Ex tua respõsione P. reueren. capita tria collegimus. Primum, processiõem filio spirituique communem esse, quatenùs ex patre procedãt: alterum, processionem ipsam magìs propriè ad spiritum, quàm ad filium pertinere, ob idque verbi processionem, id est, generationẽ magìs q̃ spũs processionem, nobis notã esse: postremũ, eandẽ ipsam processionem, essentialem & substantialem esse. Nunc de tertio capite ex te quæro: Cùm in diuinis personis nil aliud sit, nisi essentia & proprietas atque relatio, quidnam hæc verba significent: Processio est essentia in diuina persona, num essentiam significat vel p̃prietatẽ ab altero accipere? Processio nanq; videtur esse via ab vno in aliud, & essentialis existit, quæ quidẽ à patre accipitur. Et quoniam ipsi credimus accipere essentiam, & ex filio esse, idem significare, idcirco velim ex te scire, an vos etiam ita sentiatis.

MAR. ¶Eam intelligo processionem esse, qua sanctus spiritus à patre accipit esse, ac illud totum, quo est quoque, propriè sanctus spiritus nuncupatur.

IOAN. ¶Magno equidem gaudio afficior, quòd hanc ex te cõclusionem habuerim, sanctum spiritum ex patre accipere esse, ac, ex ipso procedere, idem significare. Nam si sanctus spiritus à quo esse accipit, ex eodem quoq; procedit: accipit autem esse ex filioque, ergo ex filioque necessariò procedit, iuxta p̃cipuam ac propriam processionis significantiam, quam ipsi paulò antè concessisse videmini. Possumus autem quàm plurimis testibus demonstrare, sanctum spiritum à filio esse accipere.

MAR. ¶Vndè obsecro id habetis? Nos enim hoc non concedimus.

IOAN. ¶Videor videre, P. amp. quod quęro, facilè posse concludere. Nam sanctum spiritũ ex filio esse, ac ab ipso esse accipere, ex sancti Epiphanij dictis ostenditur: quippe qui in sermone *angyroto nuncupato, è Græco in Latinũ ab Ambrosio verso, loquens de Deo patre, inquit: Ita Filium dico eum, q̃ ex ipso est: sanctum autem spiritum, qui ex vtroq; est. Si quidem igitur sanctus spũs apud Epiphanium ex vtroque est, sequitur ipsum ex vtroque habere esse. Ampliùs idem Epiphanius in eodem sermõe inquit: Quemadmodùm nemo nouit patrem nisi filius, nec filiũ nisi pater: ita dicere audeo, nec sanctum spiritum nisi pater & filius, à quo accipit, & p̃cedit, neque patrẽ & filium nisi spiritus sanctus, qui verè glorificat, docens omnia, qui quidem est à patre & filio. Ex his igitur Epiphanij dictis appáret, ex patre & filio spũm accipere esse, & ex patre filioque accipere, idẽ significare: vndè sequitur, sanctũ spũm à patre & filio accipere esse.

for. *Ancorato

Matth.11.d

¶Id nõ probasti, P. reuerende, quod nobis fuisti pollicitus, scilicet sanctum spiritũ à filio accipere esse, quandoquidem nullam sanctorum authoritatem ad ostendendum illud attulisti, neque sancti Epiphanij verba videtur illud concludere. Non enim sequitur necessariò, si sanctus spiritus ex patre filioq; est, vt ab ipsis etiam habeat esse, quãdoquidem quicquã ex alio esse, multis modis accipit, ita vt minimè necesse sit, vt oẽ quod ex alio sit, ab ipso etiã esse habeat. Epiphanij ergo dictum, non solùm non ad tuã sentẽtiam pertinere, verumetiã tibi plurimùm obstare videtur. Non enim inquit, sanctus spiritꝰ à filio esse accipit: verùm simpliciter, accipit. Quam quidem sententiam ex hoc euãgelio habuit, De meo accipiet, & annũciabit vobis. Porrò aũt si sanctus Epiphanius sensisset, vt vos ipsum interpretamini, ita p̃fectò dixisset: Nemo nouit patrẽ & filium, nisi spiritus sanctus à quibus procedit, & à quibus accipit: quo quidem locutiõis modo verbum PROCEDIT, ad illud ACCIPIT retulisset: sed cùm duo illa verba pronomine simul ac prępositione seiunxerit, dicens, à quo p̃cedit, & à quo accipit, dubio procul sensisse videtur, verba ipsa res diuersas significare: illud quidem essentiam sancti spiritus, quam ex patre creditur habere, hoc autem eiusdem sancti spiritus cum patre filioque conuenientiam atque coniunctionem, qua spiritus ipse discipulis ea enũciat, quæ quidem ipsos à filio edisc ere oportet. Quam mihi sentẽtiam à Cyrillo atque Ioãne Chrysostomo sumpsi. Nam hic illud, DE MEO ACCIPIET, declarãs: De mea, inquit, intelligẽtia, qua dictis meis cõuenientia nunciabit. Ille autem in Thesauris inquit: Non enim filius suam patrisque differentiam declarare volens, dixit: De meo accipiet, & annunciabit vobis: verùm quòd sanctus spiritus verbis eius vteretur, qui quidem quoniam eiusdem naturæ ac substantiæ cum filio est, idcirco ęquè àc ipse filius operatur ac loquitur.

Ioan.16.b

MAR.

quitur. Si quidem igitur illud, De meo accipiet, & annunciabit vobis, iuxta ſanctos ipſos, tãtùm ad verba filij refertur: ſequitur ex eo, nos minimè credere debere, ſanctum
IOAN. ſpiritum à filio accipere eſſe. ¶Orationem tuam P. R. benè percepimus, qua quidem probare volebas, longè me aliter Epiphanij dictum expoſuiſſe, quàm ipſe ſenſiſſet: ego autem in eadem opinione perſiſtẽs, eodem ipſo dicto probabo, ſanctum ſpiritum à patre & filio accipere eſſe. Fieri enim non poteſt, neque mente concipi, vt vna res ab alia ſit, niſi ab eadem accipiat eſſe, qualecunque fuerit illud eſſe. Quoniã autem res creatæ, apud Dionyſium in DE diuinis nominibus libro, à Deo ſunt, vt ipſi quoque fatemur: quæro ex te, vtrùm intelligendum ſit ita, vt
MAR. à Deo eſſe accipiant, nécne. ¶Ita prorſus, ſed communiter verum nõ eſt, vt cùm quicquam ab alio eſſe dicatur, neceſſe ſit intelligere, ab eodem etiã accipiat eſſe. ¶Credís
IOAN. MAR. ne res creatas à Deo habere eſſe? ¶Credo equidem. Ideo enim creatæ res nuncupantur, quòd earum Deus çauſa eſt. Quoniam autem res creatę, à Deo differenter accipiunt eſſe, idcirco etiã differenter à DEI ſubſtantia appellãtur. Verùm Epiphanius ſimpliciter inquit, Spiritꝰ à filio eſt: quod quidem verbum EST, quia infert eſſe: quid aliud, obſecro, poteſt ex eo inferri? Si quidem igitur credendum non eſt, eſſe ſpiritus, ab eſſe filij differre: neceſſe eſt vt credamus, ſanctum ſpiritũ illud idem eſſe habere à filio.
MAR. quod à patre habere creditur, vt verbũ Epiphanij, EST, manifeſtè ſignificat. ¶Legatur (ſi lubet) idem Epiphanij dictum, tametſi patres ampliſſ. authoritas hæc corrupta videtur eſſe, vobis nihilominùs eadem ipſa ſatisfacere poſſumus, dicentes verbum EST, ſcriptum in ea non eſſe. Sanctum enim ſpiritũ (inquit) qui ex vtroq;, abſq; verbo, EST.
IOAN. ¶Ita dicere audeo, (inquit Epiphanius) nec ſanctum ſpiritum nouit aliquis niſi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Verbum ergo, PROCEDIT, ad patrẽ refertur: illud autem, ACCIPIT, ad filium. Deinde declarans, quidnam illa duo verba ſignificent, inquit: Neque patrem & filiũ, niſi ſpiritus ſanctus, qui verè glorificat, docẽs oĩa, qui quidem eſt à patre & filio. Infert igitur Epiphanius, ſanctum ſpiritum à filio eſſe. Porrò aũt in diuinis, EST & ESSE, ſunt idem: ac ESSE, ſignificatur per EST: vndè planè ſequitur, ſpiritum à filio habere eſſe, quẽadmodùm à patre. Nanque ſi ſanctus Epiphanius non ita ſenſiſſet, ita profectò dixiſſet: ſanctus ſpiritus rerum creatarũ inſtar, à patre & filio habet eſſe. Præterea in eodẽ ſermone inquit: Sanctus ſpiritꝰ ingenitus, non factus, non frater, non auus, à patris filijque ſubſtãtia. Credere ergo neceſſe eſt, ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe.
MAR. ¶Dicere mihi videris, P. R. quoniam ſanctus ſpiritus ex patre filioq; ſimpliciter dicitur, idcirco etiam ipſum ex eiſdem habere eſſe: ergo neceſſe eſt ita ſentias, vt ſpiritus ex patre, hoc eſt, ex hypoſtaſi vel perſona patris ſit, ſimiliter etiam ex filio, id eſt, ex perſona filij: vndè euenit, vt ſanctus ſpũs ex duabus perſonis ſit, niſi tu aliter ſentias.
IOAN. ¶Sanctum ſpiritum nos dicentes ex patre procedere, patrem ipſum percipimus, ac ipſum conſideramus, quatenùs vna diuina perſona eſt: non ſecùs, ex filio proferentes, ex ipſius perſona procedere, mente concipimus. Cùm autem ex vtroq; ſpũm ipſum procedere dicimus, proceſſionem eiuſmodi ab vno ſolo principio fieri credimus, quandoquidem ex patre filioque communiter fit.
MAR. ¶Si, cùm ſpiritus ſanctus ex patre procedere dicitur, patris perſonã intelligis, ſimiliter filij perſonam cùm ex filio: cùm autem ex vtroq; dicatur, quid aliud (obſecro) poteris intelligere, quàm ex vtriuſque perſona? Ponamus autem id verum ac neceſſariũ eſſe, vt cùm ſpiritus ex patre procedere dicatur, ex eius perſona intelligatur, vt videamus (ſi lubet) an idem quoq; de filio, ac de vtroque credendum ſit: cùm ſpiritum ex filio dicimus, aut ex patre & filio, ex filij, vel patris ſimul & filij pſonis nos oporteat credere, an alio modo.
IOAN. ¶Cùm ex patre, dicimus, ex ipſius perſona intelligimus: ſimiliter etiã cùm ex filio, quandoquidẽ patris & filij eadem ſubſtantia creditur eſſe. Emittere autem, ita patris & filij eſt, vt ab vno principio ſpiritus ſanctus credatur procedere.
MAR. ¶Meliùs (obſecro) perpendamus, vtrùm ſi ſanctus ſpiritus ex patre filioq; credatur procedere, ex ipſorum perſonis neceſſe ſit intelligere, nécne.
IOAN. ¶Non opus eſt in præſentia diſputare, an ſanctus ſpiritꝰ ex patre, aut ex filio, aut ex vtroq; procedat: ſed nobis priùs diligenter conſiderandum eſt, an ſi, cùm aliquid ab aliquo eſſe dicatur, neceſſe ſit intelligere, idem eius quoq; ſubſtantiã habere.
MAR. ¶Dediſti nobis, P. reuerende, ſanctũ ſpũm ex pſona patris pcedere, q̃quidem ex patre dicitur eſſe. Porrò, q̃d ex hoc ſequatur, accuratè conſideremus. Magnus Baſilius in Eunomiũ, de ſancti ſpũs pceſſione loquens, inquit: Generat Deus, non vt homo, generat aũt verè: & natum ex ſe ſpiritum emittit p os, nõ quale eſt hominum: quandoquidem Dei os, nõ eſt corporeum: ex ipſo autem ſpũs, & non aliundè. Si quidẽ igitur ſpiritum ex ipſo, id eſt, ex patre dicentes eſſe, ex eius perſona intelligamꝰ neceſſe eſt, Baſilius autem inquit ex ipſo eſſe, & nõ aliundè, ſequitur, ſanctum ſpiritum ex ſola
IOAN. Patris perſona eſſe. ¶Magnus Baſiliꝰ in tertio contra Eunomium libro, ſcriptum reliquit, ſanctum ſpiritũ ex filio eſſe, quod quidem eſt huiꝰ oppoſitum, quod modò protuliſti,

tuliſti, ſpiritum non eſſe aliundè. Illud aũt, emittit ſpiritum per os, & reliqua, ſimilitudine quadam ab eo dictum fuiſſe concedimus. Apud eũ ſacrã ſcripturam, verbũ Dei os dicitur, & verbo Dñi cæli firmati ſunt, &
Pſalm. 32. ſpiritu oris eius. Talis ergo loquendi modꝰ, in ſcriptura ſacra videtur, ad quam nos ſemper debemꝰ adſpicere, nõ q̃ illa in Deo corporea ſint. Verba ergo ſcripturæ ſacræ, nec non ipſius Baſilij, ad propoſitum facere videntur. Tum Coloſſenſis antiſtes, Baſilij ac
MAR. Epiphanij dictũ recitauit. ¶His in poſterum reſpondebimus, nunc aũt ad propoſitum redeuntes, quæro ex te pater reuerẽde, quidnã illud Baſilij ſignificet, Generat pater: & paulò infrà, Ex ipſo ſpiritus, & nõ aliundè: vtrùm eius pſona ſit generãs, an ipſiꝰ ſubſtãtia: & vtrùm ex perſona ſua, an ex ſua ſubſtãtia ſpũm ſanctũ emittat. Rogo te, pater reuerende, vt his quęſtionibus reſpõdeas.
IOAN. ¶Nondũ pater reuerende, ad propoſitum reſpondiſti. In hoc eñ erat controuerſia noſtra, vtrùm dicẽtes ſpiritum à filio eſſe, vt Epiphanius inqt, neceſſe ſit intelligere eundem ſpiritum à filio habere eſſe, nécne. Huic ergo quæſtioni priùs reſpõdeas, deinde nos ad veſtras libentiſſimè reſpondebimus. Nanq; ſeipſum magnus Baſilius expoſuerat, dicens: Spũs à filio habet & accipit, de quibus ſuo loco diffuſiùs dicemus. quonam igitur modo EPIPHANIJ dictum intelligi debeat, nobis (rogo) declares, deinde ad
MAR. alia veniemus. ¶Tametſi, P. reuerende, ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe, ſancti Epiphanij authoritate valdè fuiſti conatꝰ oſtendere, patet tamen te nihil probaſſe. Non eñ Epiphanius ipſe protulit ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe, verùm ſimpliciter ac ſine verbo, EST, ab vtroque, hoc eſt, à patre & filio, vt ipſe aſſeris: propterea quęſiui ex te, an cùm ſpũm ex patre, pcedere dicimus, ex eiꝰ perſona neceſſe nobis ſit intelligere: Tu verò affirmans ita credi debere, ſanctum Epiphaniũ fuiſti teſtatus. Poſteà mutata oratione ad magnum Baſiliũ venimus, vbi equidem ex te quęſiui, an illud, Ex ipſo, ex pſona patris deberet intelligi, vt ex ſimilibꝰ ſimilia fierent clariora. Idcirco, vt quæſtionẽ huiuſmodi concludamus, quæ ſupradiximꝰ repetentes, iterum quęrimus, an dicẽtes ſpiritum ex patre procedere, patris parſonam intelligant. Huic ergo quæſtioni priùs reſpondeas, deinde verò, ſi aliam contrariam authoritatem in mediũ adferre poteris, aliãs de ea conſiderabimus.
IOANs ¶Ita credimus, quemadmodum ſuprà diximus, illud, EX IPSO, perſonã patris ſignificare.
MAR. ¶Magnus autẽ Baſilius dixit, ſanctum ſpiritum ex ipſo, hoc eſt, ex patre, vel (vt dicitis) ex perſona patris: deinde addidit, non aũt aliundè, id eſt, non ex alia perſona, niſi ex perſona patris, procedere: ergo ſequitur, ſanctũ ſpiritum ex ſolo patre eſſe.

¶Magnus Baſilius, reuerẽde P. in Eunomium profitentem, ſanctum ſpiritum creaturam eſſe, ideo dixit ex ipſo, & non aliundè, vt declararet ipſum ſpiritum ex patris eſſe ſubſtantia & natura, non autem aliundè, hoc eſt, non alterius eſſe ſubſtantiæ vel naturæ. Nunc ergo ad Epiphanium redeamus, teſtantem ſanctum ſpiritum à filio eſſe: & quæro ex te, an accipere à patre, & ex patre eſſe, idem ſignificẽt. Fieri autem non poteſt, vt non idẽ ſignificent. Porrò ſpiritũ ex patre filioque accipere eſſe, duabus authoritatibus pauloantè probauimus: quarum prima Epiphanij fuerat, proferentis ſanctum ſpiritum ingenitum, non factum, non fratrem, non auum, à patris filijque ſubſtantia. A patre autem eſſe, & patris eſſentiam accipere, idem ſunt, vt paulò ſuprà probauimus: altera verò MAGNI Baſilij, aſſerentis clariſſimè, ſanctum ſpiritum accipere eſſe à filio.
MAR. ¶Sumis, vt à nobis cõceſſum, P. reueren. ſanctum ſpiritum accipere eſſe à filio, quod quidem neq; Epiphanius dixerat, neq; ipſi conceſſimus, nec à vobis oſtenſum eſt, immò MAGNI Baſilij authoritate oppoſitũ huius probauimus, ad quem iterum (ſi lubet) veniamus: Nanque cuius contrarium paulò antè dixiſti, id modò ſentire videris. Magnꝰ (inquis) Baſilius inuectus in EUNOMIÜ, aſſerentem ſanctum ſpiritum creaturã eſſe, ſcriptũ reliquit, ipſum ex patre, hoc eſt, ex ſubſtantia naturaq; patris, non aũt aliundè, hoc eſt, nõ alia ex ſubſtantia & natura, creaturarum inſtar, eſſe: itáne, P. R. ſentis, an vt ſuperiùs protuliſti?
BES. ¶Illud EX IPSO, paternam perſonam ſignificare, paulò antè, P. R. dicebas: modò autẽ protuliſti, per idem EX IPSO, patris eſſentiam & naturam debere nos intelligere.
IOAN. ¶Eſſe & eſſentia patris, idem ſunt: idcirco P. R. qui ex patre dicit, patris etiam eſſentiam intelligere debet. Præpoſitio autem ex, proceſſionem à principio cõſubſtantiali ſignificat: ſpũs verò non ex ſeipſo, ſed ex alio eſt. Et cùm dicimꝰ ſpiritũ à filio eſſe, ab alio eſſe ſentimus: ſiquidem igitur nõ ex ſeipſo ſpiritus eſt, ſed ex alio, à quonam ſit, perpẽdamus. Quod quidem MAGNUS Baſilius explanat atq; declarat, cuius ſententiam debemus ſuſcipere. Spiritus (inquit) ex ipſo eſt. Epiphanius aũtẽ ſcriptũ reliquit, ſpiritũ ex patris filijque ſubſtantia eſſe. Siquidem igitur ſpiritus à patre & filio habet eſſe, neceſſe eſt vt ab ipſis accipiat. Quam quidẽ ſententiam hi ſancti doctores ex hoc euangelico dicto, De meo accipiet, habuere. ſed hęc accuratiùs in futurum conſiderabimus. Ioan. 16. b
MAR. ¶Vt illud MAGNI Baſilij dictum magìs dilucidetur, quæro ex te, P. R. an diuina ſubſtantia & perſona ſint idem, ac verbũ ex patre, patrisq;, ſimul ſubſtantiã ſignificent, vel ſecundum doctores inter ſe differant.

IOAN. ¶Diuina ſubſtantia & perſona, P. R. re quidem ſunt idem, ſecundum autem modũ intellectionis noſtræ differre videtur: Nam perſona ex ſubſtantia proprietatibus q; cõſiſtit, quæ tametſi ratione ac ſecundum noſtram intelligentiam (vt ſuprà dictũ eſt) differant, ipſa tamen ſubſtantia cum perſonis communicat, proprietates verò nequaquã communicabiles ſunt. quod quidem ex relatiõis vi creditur euenire, quemadmodùm etiam doctores veſtri, pſertim ſanctus Gregorius theologꝰ in Epiphaniæ ſermone tenet. Nam ſi proprietas cõmunicabilis eſſet, proprietas non eſſet proprietas. Vt igit perſonæ differant inter ſe, neceſſe eſt vt hypoſtaticæ perſonales q; proprietates incõmũnicabiles ſint. Propterea doctores inquiũt, nil niſi principij habitudo eſt. In qua quidẽ hæc duo cõſiderantur, à quo aliquid, & ad quod aliquid, ob idq́ue pater & filius ſunt, quòd pater principium eſt, filius autem ex principio, in quo quidem nequaquã communicant, cùm cæteris in rebus inter ſe dubio procul communicẽt, vt Epiphanius de tali principij vel principali habitudine, qua ſubſtant perſonæ, ſenſiſſe creditur, cui quidem non aliud, quàm à quo aliquid, & ad quod aliquid cõuenit. Siquidem igitur diuina omnia, proprietatibus perſonarum exceptis, inter ſe cõmunicabilia ſunt: ſequit, cùm quippiam ex aliquo credimus eſſe, neceſſe eſſe intelligamus, ipſum ab eodẽ etiam accipere eſſe. Patet igit id, de quo ambigere videbamini. Reliquum autem eſt, vt ipſi quoque Baſilij dictũ exponatis: quod, vos obſecro, faciatis.

MAR. ¶Quemadmodùm diuina ſubſtantia & perſona differant inter ſe, nõ opus eſt in p̃ſentia dicere, cùm pręſertim in hoc minimè forſan differamus. Conſtat em, ipſas differre ſimpliciter, vt commune differt à proprio, vt magnus Baſilius ad ſuum fratrẽ Gregorium ſcribit, & quemadmodùm (vt vtar exẽplo vulgari) humana ſubſtantia à pſona ſua differre videtur, vt vos quoq; ſentire cẽſeo. Sed ad dictum Baſilij redeamꝰ: Generat (inquit) Deus, nõ vt homo, generat autem verè: & natum ex ipſo ſpiritum, emittit per os. Velim, mihi declares P. R. quid hæc verba ſignificent, vtrùm pater ex ſua ſubſtantia, an ex ſua perſona generet.

IOAN. ¶Dixi equidem, pater reuerende, filium ex patre, ac ex patris ſubſtãtia generari, idẽ ſignificare: ita tamen, vt perſona ſit producens & generans: principiũ autem, quo ipſa pſona generet, ſit id, quod ſolum cõmunicabile eſt. Pater ergo generatiuũ principiũ eſt, & ſuppoſitum quoddã ſignificat: diuina verò ſubſtãtia, quæ cum patre realiter idem ſunt, non quidem generat, ſed eſt principiũ, quo generatio ſit, quandoquidem ſuppoſitum nullum ſignificat. Porrò autem actiones, iuxta omnẽ philoſophorũ ſcholam, ſuppoſitorum eſſe videtur, vt in hominum genere fieri videmus. Quãuis enim hic homo (hoc eſt, perſona vel ſuppoſitum) generet, eius tamen ſubſtantia, generationis eiuſmodi principium eſt, quandoquidẽ actiones ſuppoſitorum (vt diximus) ſunt: quæ quidẽ ſubſtãtia vel eſſentia in homine, cùm ſit humanitas, humanæ generatiõis principium exiſtit, quo generat homo. Vndè euenit, vt homo cum filio nõ cõmunicet, quòd filius quatenùs filiꝰ eſt, neutiquàm generat, verùm ipſa natura cum filio in eadẽ ſpecie cõmunicare videtur. Natura igit humana, cõmunicabilis eſt: perſona verò vel homo, hic, operatur. Nõ aliter profectò de diuinis pſonis intelligere poſſumus. Nam patris pſona, ſuppoſitum eſt atque generãs: diuina verò natura, generatiuũ principiũ, quo pater filium generat: qui quidem pater ſuam perſonam filio nequaquam communicat, cum tantùm eius ſubſtantia & natura (vt ſuprà dictum eſt) communicabilis ſit. Quæ cũ vna numero ſit, idcirco nõ ea ratione communis dicit eſſe, qua eſt humanitas, ſed rationem tantùm habet cõmunis, quatenùs cõmunicabilis eſt, quæ quidem cauſa eſt, cur filius à patre, vt à principio naſci credatur, quòd à diuina patris ſubſtantia naſcitur, in vnaquaque tamen perſona identitate reali manente. Sola nanque relatio, quam principalẽ habitudinẽ ſupiùs nominauimꝰ, apud oẽs tam Græcos q; Latinos doctores, diuina proceſſione perſonas multiplicat: cui etiam duo illa, à quo, & ad quod, de quibus eſt ſuprà dictum, cõueniunt. Siquidem igitur relationes huiuſmodi pſonas multiplicãt, ita vt nõ vlla alia ratiõe, quàm vi relationis, pater à filio, ac vna perſona ab alia differant, quem quidẽ in modum, ſpũs etiam ab alio eſt: neceſſe eſt, iuxta omnes ſupradictos doctores, ſic intelligere, vt idcirco pſona hæc, id eſt ſpiritꝰ, dicatur accipere atq; eſſe, q ab alio eſt. Propterea Magnꝰ Baſiliꝰ ac Epiphanius aſſerũt, ſanctum ſpiritum accipere eſſe à filio, ac procedere, idem eſſe. Conſtat igitur principalis ratio, Pater reuerẽde, cur ab alio ſpiritꝰ eſſe dicatur. Nũc ad illud Magni Baſilij dictũ veniamus, quod vos in mediũ protuliſtis. Cui cùm vehemẽter inniti videamini, idcirco totum perlegamus, vt ipſum ſecundũ Latinorũ doctrinam, ac ipſius Baſilij mẽtem, interpretemur ac exponamus: quippe qui, vt ſanctum ſpũm ex patre, non aũt aliundè, hoc eſt, non ex alia ſubſtantia, demõſtraret eſſe, in Eunomium ſcribit ita: Sed tu tanq; infidelis blaſphemas, q cũ ſpirituſſanti proceſſio ex deo generatio nuncupata non fuerit, idcirco nec oris Dei ſpiritũ eſſe credis, ſed opus manuum Dei, ita vt humanis vtẽs exẽplis, diuina dogmata, q̃ ſe ipſis cõſtant, & ab alio non depẽdent, euertas, cùm ſacram ſcripturam veneratiõe atq; religione audire, ac eius dicta ſumma pieta-

te deberes ſuſcipere. Generat Deus non vt homo, generat autẽ verè: ad genitum ex ſe, enunciat verbum non humanũ, emittit autem verbum ex ſe verè. Emittit ſpiritũ per os, non humanitùs: quãdoquidem Dei os, humanum non eſt: ex ipſo autem ſpiritus, & non aliundè. Cùm pater amp. ſpiritũ eſſe creatum hæretici profiterentur, idcirco Magnus Baſilius ipſum ex Dei ſubſtantia, non autem aliundè, protulit eſſe. Deinde ſubiũgit: Operatur Deus non humanis manibus. Operatur autem, non ex ſe res creatas producens, ſed agẽdo, eas facit ſubſiſtere: quẽadmodùm etiam homo ſuis manibus operando, opus ex ſe nõ producit. Non dimoueas diuinorum ratiões. Spiritus nec filius eſt, nec creatura. Non de filio quæras, curnã ſpiritus non dicatur: nequé de ſpiritu, curnam filius non ſit, non denique ſpũm creaturam eſſe blaſphemes. Filius Dei fructus, ſanctus ex ſancto, æternus ex æterno, ſancti ſpiritꝰ dator, ad ſubſtantiã formationem q; creaturæ. Ex his patet, præſtantiſſ. patres, illud, non aliundè, nec alia ex ſubſtantia, ſignificare, ſanctum q; ſpiritum, ſanctum fructum ex ſancto, ac æternum ex æterno eſſe. Vndè ſequitur, ſi ſancti ſpiritus dator eſt filius, neceſſe eſſe, vt etiam ex filio idem ſpiritus ſit. Propterea ſanctus Athanaſius in tertio libro in Arrianos, de filio ſcribens, inqt: Ipſe ſpũm dat, & quæcũque ſpiritus habet, à verbo habet. Luce igitur clarius eſt, ſanctũ ſpiritum à filio habere eſſe. Si enim quæcunque ſpiritus habet, à filio eſſe dicuntur: ſequit, vt eſſe quoq; à filio habeat, vt Athanaſius inquit, ipſe ſpũm dat, ac ſpiritꝰ dator exiſtit. Siquidem igitur ex his patet, ſanctũ ſpũm ex filio eſſe, palàm ſequit, vt ex filio q; procedat, de quo tota noſtra q̃ſtio eſt. Non equidem auderem vos, patres amp. tot tantosque doctores aſpicere, niſi eſſe ita, firmiter crederem.

¶Hæc cùm Ioannes dixiſſet, Coloſſenſis pręſul ſancti Epiphanij expoſitiõem ſuper
Ioan. 16. b hoc euãgelio dicto, Ille me glorificabit, qa de meo accipiet, & annunciabit vobis, recitauit.

MAR. ¶Inſpicite diligenter, patres amp. Epiphanij authoritatem, in qua verbũ, eſt, quod hic pater reuerendus pronunciat, dicens, ſpiritus ex patre ac filio eſt, ſcriptũ nõ eſſe videtur. Iuxta ergo ſanctorum patrum theologiã, intelligere poſſumus ac debemꝰ, ſpiritum ex patre procedere, hoc eſt, eſſentiã p̃ris habere: à filio aũt dari, ac ab his ſuſcipi, q credũt in ipſum. Qua q̃dem expoſitiõe nobis dictũ illud non obſtat, neq; quicquã ex ipſo in nos poſſetis concludere.

IOAN. ¶Vſu venit, pater amp. vt doctores, nominibus poſitis, quandoque verbũ omittant, cũ neceſſariò ſubintelligatur, vt in hoc dicto, à quo aliq̃d, & ad quod aliquid, feciſſe videntur, vbi verbum, eſt, non expreſſerant. Quemadmodùm etiam Epiphanius ipſe in eodem ſermone paulò ſuprà inquit: Filium dico, qui ex ipſo eſt: ſanctum autem ſpiritũ, qui ex vtroq;. In qua quidem oratione verbum, eſt, dubio procul ſubintelligitur. Verbum igitur, eſt, in hac quoque oratiõe, ſpiritꝰ à patre & filio, ſubintelligi debet, quod etiam hac ratione probabo: In ipſis duabus orationibus, vel (vt dialecticè loquar) propoſitionibus verbum, EST, neceſſariò ſubintelligitur. Nam propoſitiones eiuſmodi proprietatem à principio inferunt. Et quẽadmodùm nõ eſt proceſſio reſpectu termini à quo, ita & in propoſitionibus ipſis. Et quoniam habitudo terminũ à quo, infert: ideo terminũ etiam ad quem, neceſſe eſt inferat. Modus autem proceſſionis ſancti ſpiritus eſt, vt ſubiectum per ipſam proceſſionem accipiat eſſe.

¶Tametſi vobis, præſtantiſſimi patres, MAR.
forſan concederemus, vt in hac, quã tractamus, theologia verbum, EST, ſubintelligaſ, quãuis expreſſum non ſit, (poteſt enim hic locus aliter etiã, vt ſuprà diximus, explanari) non eſt tamen neceſſe, vt illud EX PATRE, vel EX PATRE FILIOq;, paternam perſonam, aut perſonas duas ſignificet: quandoquidẽ ex ipſo ſermone non aliquam diſiunctionẽ vel differentiam, qua filius ex patre, vel ſanctus ſpiritus ex patre filioq; habeat eſſe, intelligere poſſumus: verùm potiùs coniunctionem, qua patri filius, ac ſpiritus patri & filio conſubſtantialis exiſtit. (vt à doctoribus traditum eſt) ſpiritum ſanctum ex patre filioq;, id eſt, ex ipſorũ ſubſtãtia eſſe: quandoquidem eiuſdẽ naturæ cum patre filioq; piè creditur eſſe, propterea q; ſanctꝰ Cyrillꝰ inquit: Sanctus ſpiritus ex patris filioq; ſubſtantia eſt. Sed redeamꝰ vndè ſumꝰ digreſſi, ne Magni Baſilij authoritatem indiſcuſſam trãſeamus, quam benè nondum explicaſti, neq; ad ipſam dilucidè reſpondiſti. Ex ipſo, inquit, hoc eſt, ex patre, ſpiritus eſt, & non aliundè. Si quidem igitur illud EX PATRE, ex patris perſona, vt inquis, ſignificat: neceſſe eſt, illud quoque, non aliundè, non ex alia perſona, ſignificet. Sin autem vtrunque ad ſubſtantiam debeat referri, ita vt illud EX PATRE, ex ſubſtantia patris: non autem aliundè, non alia ex ſubſtantia, ſignificet: quãdoquidem ipſa ſubſtantia perſonis tribus communis eſt, ac ſanctus ſpiritus patri & filio conſubſtantialis ac connaturalis exiſtit: ſequitur, vt tam illud, EX PATRE PROCEDERE, (quod paſſim legitur in ſcriptura ſacra) quàm illud Epiphanij, EX VTROQVE, ad patris filiique ſubſtantiam referri debeat. Non igitur eſt credẽdum, quod ipſe modò dicebas, vt in diuinis, quod ex ſubſtantia dicitur eſſe, idem ſit ex perſonis. Ideo ergo ſanctus ſpiritus ex patre filioque dicitur eſſe, quòd ipſis conſubſtãtialis (vt eſt ſuprà dictum) exiſtit. ¶Ex tua oratione, pater IOAN.
reuerende, duas habui cõcluſiones: vt tam-

etsi nobis concederetis verbum, est, subintelligi, minimè tamen ex eo cõsequatur, vt esse spiritus, ex persona sit: cuius tamen oppositũ, reuerẽde pater, innitẽs magni Basilij authoritati, paulò antè dixisti. Qui quidẽ Magnꝰ Basilius, si sic sensisset, vt à vobis exponitur, sibi ipsi nequaq̃ constaret, sed valdè cõtrarius esset, ac duo simul opposita literis mandasset: quandoquidem modò inquit, ex patre, & non aliundè: modò autem, spiritum sanctum ex filio esse. Propositam igitur ipsius Basilij authoritatem, in primis diligenter debemus perpendere: id deinde, quod ex ipsa cõsequi videatur. His dictis, sessio missa fuit, sancta synodo decernente, vt ad diem Iouis proximam conueniret.

DIE IOVIS V. MENSIS MARtij, sessio 19. Florentiæ.

IOAN. SVperiore sessiõe, patres amplissimi, magni Basilij authoritatem, quam in medium protulistis, proferentibus vobis illud, NON ALIVNDÈ, nõ alia ex persona, significare: nobis autem, non alia, quàm ex diuina substantia, implicatam & indiscussam reliquimus. Porrò autem Magnus ipse Basilius in Eunomium scribẽs, sanctum spiritum ex filio habere esse, si per illud NON ALIVNDÈ, non ex alia persona, vt dicitis, intellexisset, duo simul cõtraria literis proculdubiò mandauisset: quod de tanto doctore absurdum esse asserere, quandoquidem tales doctores maximum nostrum fidei fundamentum existunt. Cuius Magni Basilij vetustissimum librum vnà cum duabus expositionibus vidimus, ac vnum eius dictum ad propositum valdè pertinens fideliter in Latinum conuerti curauimus. * Talem ergo ac tantum testem, & antiquissimum doctorem, coram tot doctissimis patribus Latinè priùs, vel (si vobis magìs expedit) græcè recitetur: Præterquàm quòd, inquit, spiritꝰ non appellatur filius, quonam pacto humana exempla, & reliqua? Ex quibus patet, magnum Basilium credidisse, sanctum spiritũ ex filio habere esse. In sequenti verò capite, quod incipit ita: Nisi quis dicat spiritum ex Deo, eandem ipsam infert cõclusionem, quod quidem caput, quoniam rationi plurimùm consonat, ac ad propositum pertinet, idcirco puto te illud accuratè vidisse, totum igitur recitetur. ¶Hæc, pater reuerẽde, ad propositum minimè spectant, quandoquidem verba confundis, cùm vnumquodq; separatim proferre deberes. Quod cùm in exponẽdo Epiphanio nequaquàm feceris, eius sententiam confudisti, obscuramque reddidisti. Quę igitur protulisti, ea repetentes, accuratiùs contemplemur. Illud (inquis) Basilij, EX IPSO, ET NON ALIVNDÈ, non quidem ex patris persona, & nõ ex alia, verùm ex patris, ac non ex alterius substantia & natura, significare: ita vt ipsum, NON ALIVNDÈ, ad non aliam substantiam referri debeat, quòd sanctꝰ spiritus esset creatura, vt Eunomius asserebat. Quam quidem nos expositionem suscipientes, illud etiam, spiritum ex patre vel filio, vel ex vtroque, non ex patris vel filij, vel ex amborum personis, verùm ex ipsorum substantia esse, significare sentimus: ita vt illa verba significent, sanctum spũm patri & filio cõsubstantialẽ esse, nõ autem ex alia natura, vt creatura. Quam quidem expositionem theologi ratiocinãtes benè demõstrasse videntur, cùm si (quẽadmodùm ipsi creditis) illa verba voluissẽt exponere, non tam profectò vehementer in demonstrando elaborassent.

¶Videor mihi, P. Reuer. duas ex sermõe tuo habuisse cõclusiones: alteram, minimè me ex Basilij mente dicere debuisse, sanctũ spiritum ex patre ac filio esse, cùm id ex dictis eius neutiquam possit haberi: alteram verò, Basilium ipsum huius fuisse sententię, vt sanctus spiritus non nisi ex patris filijque substantia sit, ita vt ex ipsa substantia sanctꝰ spiritus intelligatur produci. ¶Item velim nonnihil, P. reuerẽd. proferre, deinde tu respondere. Magno nanque Basilio, intendenti hæreticorum euertere dogma, credentium, spiritum sanctum non ex patris filijq; substantia esse, nõ opus erat probare, à quonam sanctus spiritꝰ haberet esse, cùm etiam ipsi crederent Deum spũs causam esse, quandoquidem mortales omnes à Deo cuncta fatentur esse, neque spiritus idem ex cuiusnam sit persona: quoniam ex Euangelio patet, ipsum ex patre procedere. Verùm Magnus ipse Basilius, ad ostẽdendum sanctum spiritum ita esse ex Dei substantia, quemadmodum etiam filium, protulit ipsum ex patre, non autem aliundè, esse.

¶Volebat (inquis) primùm, P. Reue. Magnus Basilius aduersus hæreticos demonstrare, sanctum spiritum patri filio que consubstantialem esse: deinde non erat ipsi necesse probare, an pater vel filius causa sancti spiritus sit: in extremum autem protulisti, eundem ipsum Magnum Basilium ostẽdisse, sanctum spiritum ex patris, & nõ ex alia, substantia esse: ego autem primam partem affirmans, in qua quidem conuenimus, secundæ nequaquàm assentior: quandoquidem eius, quod ipsa sessione dixisti, contraria videtur esse. Tunc enim illud, NON ALIVNDE, pro NON ALIA EX PERSONA, fuisse positum asserebas: nunc autẽ ALIVNDE, ad Dei substantiam & naturam debere referri, immemor ipsius Basilij in eodem loco dicti, SPIRITVM EMITTIT PER OS. Idcirco quæro ex te, pater reuerende, vtrùm hæc verba significẽt spiritum sanctum ex patre, an ex filio mitti. Nanque quod cũque dederis, sancti spiritus causam proculdubiò assignabis. Sanctum autem spiritum ex patris substantia esse, id quod in parte tertia protulisti, ipsi etiam profitemur: quãdoquidem patris filijque

for. * Talis ergo ac tantus testis, & antiquissimꝰ doctor, coram

MAR.

IOAN.

IOAN.

filijque substãtia, vna eademque numero est: sanctus verò spiritus, creatura phãtasmáve minimè creditur esse, ita vt ex patre, non autem ex filio sit. Ergo quemadmodùm spiritus à Deo accipit quicquid sit Dei, hoc est, substãtiam eius: ita quoq; necesse est, à filio accipiat, quicquid filij sit, id est, substãtiam eiꝰ. Omissa igitur prima parte, in qua (vt dictum est) conuenimus, quidnam de duabus alijs sentias, obsecro, nobis declares.

MAR. ¶Tuam equidem expositionem, reuerende pater, vt nostræ sententiæ consonam, eadem sessione suscipiens, te coram tot amplissimis patribus in contraria incidisse probaui. nãque requisitus, an illud EX PATRE, ex patris persona, significaret, ita esse dixisti. Deinde magnum Basilium attuli, asserentem spiritum ex patre, ac non aliundè esse, teque ipsi sententiæ innitentem fateri coegi, hæc etiam verba ad patris solam psonam referri, ita vt in exponendis ipsis duobus dictis tibi constare viderere. Posteà verò, mutata oratione, ipsam secundam Basilij authoritatẽ ita exposuisti, vt illud EX PATRE, NON AVTEM ALIVNDE, ex patris substãtia, non autem ex alia, significaret: quam quidem expositionem suscipiẽtes, neutiquàm simul pugnãtia, vt asseritis, protulimus. Verùm quidnam ex ipsa sequeretur, patefecimus. Nanque clarissimè sequebatur, vt illud etiam Epiphanij, SANCTVM AVTEM SPIRITVM, QVI EX VTROQVE, nõ necessariò ad patris filijque personas, verùm ad ipsorũ substantiam & naturam referri: quãdoquidem sanctus spiritus patri & filio consubstantialis creditur esse, quemadmodum etiam ipse ob vnitatem, & (vt ita dicam) identitatem nostræ substantiæ non ex eisdem personis, verùm ex vna substantia cõsistere dicimur, vt apud sacram scripturam, Iudas de Ioseph

Gen. 37. f loquens, inquit: Caro enim & frater noster est. Patet autem, fratres non eandem personam habere, verùm eiusdem esse substantię ac naturæ. ¶Quæ sessione proxima protuli, pater reuerende, quanam videlicet ratione spiritus ex patris substantia & persona sit, hi præstãtissimi patres optimè percepisse videtur: quibus etiam exploratum est, sanctum spiritum non ex alia persona esse. Ad propositũ ergo veniamus. sic enim forsan nos spiritus sanctus coniunget. Porrò licet tibi ex nostris expositionibus eam suscipere, quæ tibi magìs placuerit. Nanq; quancunque nobis dederis, ipsam sine controuersia defendemus: quandoquidem extrema tua oratio vera fuit. Ergo ponatur id, quod tibi magìs placere videt, vt illud, NON ALIVNDE, nõ alia ex substantia, significet: in quo quidem qm̃ Dei benignitate conuenimus, idcirco ad tertiam partem veniamus.

MAR. ¶Cùm altera de parte ageremus, ipsum, NON ALIVNDE, non alia quàm ex patris substantia, significare volebas. Est ne ita?

¶Ita prorsus. IOAN.

¶Præterea si quidem (inquis) sanctꝰ spiritus ex patris substantia dicitur esse, necesse est, credere ipsum ex filij quoque substantia esse: quandoquidem patris filijque substantia, vna eademque numero est, ita vt videaris profiteri, patris filijque substãtiam, sancti spiritus causam esse. MAR.

¶Non ita dico. Hæc igitur repetamus. IOAN.

¶Quando spiritum ex patre dicimus esse, patris filijque substantiam debemus percipere, ex qua sanctus ipse spiritus esse habeat. Itáne credis? ¶Non ita planè sentimus. MAR.

¶Quando spiritum ex patris filijq; substantia esse audimus, eiusdem spiritus causam necessariò intelligimus. An non ita vobis videtur? ¶Proferentes P. R. sanctum spiritum ex patris filijque substantia esse, ipsum ex causa esse necessariò intelligimus, quam quidem doctores nostri principium appellare solent. Porrò autem quoniam Basilius loquens de sancti spiritus causa, inqt: Spũs ex ore est: idcirco quæsiui ex te, vtrùm ex patris, an ex ore filij intellexerit, quãdoquidem quod proferimus, id etiam nos sentire oportet. Ex euãgelio autem latè patet, spiritum sanctum ex patre, hoc est, ex eius substãtia procedere. Siquidem igitur ex patre procedit, ex ipso etiam accipit, vt suprà probatum est. Et quemadmodùm spiritus à patre substantiam accipit, quod est idem à filio esse, ita etiam à filio accipit, cùm patris filijque substãtia vna sit. Exemplum autem de Ioseph, ad propositum spectat minimè. IOAN.

¶Magnum Basilium, ac Euangelium simul missum in præsentia faciamus: tu verò pater reuerende, clariùs lucidiusque mihi respondeas, an profitentes sanctum spiritũ ex patris filijque substantia esse, ex ipsorum quoque personis eundem spiritum esse, credere debeamus. ¶Quòd queris, pater reuerende, id est quod sessione proxima demonstraui, videlicet iuxta omnem philosophorum scholam, actiones esse suppositorum. Nónne ita tibi videtur? ¶An ita sit, pater reuerende, nolo in præsentia respondere: tu autem mihi, velim, respondeas: deinde verò libenti animo tibi ad omnia respondebitur. ¶Iacob in hoc mundo, pater reuerende, suppositum vnum est. Superiùs autem diximus, diuinam substantiam non generare, neque spirare: quãdoquidem eiusmodi generatio atque spiratio ad personas solummodò: vndè sequitur, vt patris psona, non autem substãtia, generationis spiratiõisque causa sit. Porrò autem quoniam ipsa patris persona in generando filio substantiam ei communicat, idcirco iuxta doctores filius ex patris, spiritus autem ex patris filijque substantia dicitur esse, vt personarum seruetur disiunctio: in quibus oppugnantia relatiua non est, qua sunt vnum re cum substantia. Quanam igitur ratione spi-

MAR.

IOAN.

MAR.

IOAN.

IOAN.

ritus ex patris filijq; ſubſtantia eſſe habeat,
MAR. ex his patet. ¶Tua equidem verba, pater reuerende, componere, rimariq́ue nequeo, vtpotè quæ mihi videantur plurimùm inter ſe oppugnantia. Nam quandoque profers ſpiritum ex patris filijq; ſubſtantia eſſe, quæ vna eademque numero creditur eſſe: quandoq; verò, mutata ſententia, dicis ſubſtãtiam ipſam per ſe apud doctores, perſonarum nõ
AND. eſſe cauſam. ¶Benè ſciteque pater hic reuerendus loquutus eſt, tuque pater præſtantiſſime acutiſſimè reſpondiſti. At in generũ æquiuocatiõe ac ambiguitate verſari videmini. Nam in communi tum Græcorũ, tum Latinorum doctorum theologia multùm differt, ſimpliciter proferre diuinã ſubſtantiam, vel patris filijq; ſubſtãtiam: haud quaquam tamen ex eo putare debetis, vt re differant, quandoquidem ſola ratione ac intelligentia differre creduntur. Doctores igitur ipſi diuinam ſubſtãtiam ſimpliciter proferentes, patris & filij ſanctique ſpiritus commune quoddam intelligunt: ſubſtantiam vero patris dicentes, patris perſonam mẽte
MAR. concipiunt. ¶Id, pater reuerende, quandoque, nõ autem ſemper ac neceſſariò con-
IMP. tingere creditur. ¶Duobus ſimul præſertim inter ſe contradicentibus, noſtri doctores reſpondere non poſſunt. ¶Vt exem-
IOAN. plum Iacob, pater reuerende, fiat clarius, licèt mihi de eo ſatis dixiſſe videar, verba tamen nonnulla ad idem ſpectantia proferã. Nam Iacob humanum ſuppoſitum eſt, cuius quidem ſubſtantia & natura, hoc eſt, humanitas, communicabilis eſt, non tamen generãs, ſed qua Ioſeph à Iacob generaſ, quæq́ue Ioſeph ipſi communicatur. Quanam igitur ratione oratio hæc intelligi debeat, Ioſeph eſt à natura Iacob, ex his patet. Ioſeph enim à Iacob ſuppoſito, peripſi⁹ Iacob naturam vt per principium, quod quidem communicabile eſt, generatur, quandoquidẽ actiones ſunt ſuppoſitorum, vt ſæpenumerò dictum eſt. Fieri autem nõ poteſt, vt ipſius Iacob ſubſtantia, à Ioſeph ſubſtantia diſiuncta non ſit. EXEMPLI tamen cauſa eadem eſſe ponatur. Porrò antem quoniam diuina generatio, infinita & imperceptibilis eſt, idcirco dicimus patrem perſona ſubſiſtere, quæ quidem eſt ſuppoſitum generans: generatio autem actio eſt, q̃ ſuppoſito ſolùm cognoſcitur: patris verò ſubſtãtia principium eſt, per quod generat pater, quodq́ue per generationem filio tradit atque communicat, & ab eo ſuſcipitur & cõmunicatur, quemadmodùm Iacob humanitati & naturæ contigit, quam Ioſeph à generante ſuppoſito ſuſcepit. Verùm diuina ſubſtantia omniũ ſubſtantiarum excellentiſſima eſt, quæ cùm ſit vna eademq́ue numero in patre ſimul & filio ac ſancto ſpiritu, ita vt in nullo alio differant, niſi quòd pater eſt pater, & filius eſt filius: ſapientiam quoque Dei, necnon benignitatem & potentiam eius, communicabilem eſſe credimus, quandoquidem idem ſunt. Quoniam autem diuina ſubſtãtia nomẽ abſtractum exiſtit, idcirco generatio ei non poteſt aſſcribi. Nanq; cùm vna numero ſit, ſi quidem generare poſſet, proculdubiò in diuinis eſſet diſiunctio: quandoquidem non ſe ipſam, verùm quicquam aliud generaret, propterea cõmuni doctorũ ſententia diuina ſubſtantia nequaquàm generat. Vndè ſequitur verum eſſe, id quod ſæpiſſimè protuli, vt cùm ſpũm ex patris ſubſtãtia eſſe audiam⁹, neceſſe ſit, ex ſuppoſito intelligamus, ſimiliter etiã cùm ex filio. Vt veritatẽ igitur aſſequamur, ad illud dictũ Baſilij redeamus, quandoquidem nil aliud agimus, niſi vt veritatem inueſtigemus. ¶Ex ſer- MAR.
mone tuo, P.reue. vt puto, concluditur, patris filijq́ue ſubſtantiã, quæ vna eademque numero eſt, ſancti ſpiritus principium eſſe, (quo ſanè nomine videris vti ſæpiſſimè) q̃ pater & filius ſua cõmuni ſubſtãtia & natura, ſpũm ſanctũ producũt. Siquidem igitur ex patris ac filij ſubſtantia, vt ex cauſa, ſpũm eſſe credis, num etiam neceſſe eſt, vt intelligamus patris filijq; ſubſtantiã, principium & cauſam eſſe? ¶Principium equidem bi- IOAN.
partitus fui. ¶Credís ne modo quodam, MAR.
patris filijq́ue ſubſtantiam principiũ & cauſam eſſe? ¶Quid ni? ¶Ergo ſequit̃, ſub- IO. MAR.
ſtantiam ſancti ſpiritus, ex communi patri filioq́ue principio, cauſatã eſſe. ¶Ex cõ- IOAN.
muni quidẽ principio, à patre filioq́ue ſpiritui ſancto. ¶Si quidem communẽ patri MAR.
filioq́ue ſubſtantiam, ſancti ſpiritus cauſam vel principium quo, dicis eſſe: quid obſtat, obſecro, cur ſancti ſpũs ſubſtãtia cauſata nõ ſit? ¶Non planè ſequit̃. ¶Cur obſecro? IO. MAR.
¶Cur? quia id quod fit in humanis, tãtùm IOAN.
ab agente ſuppoſito fit, ita vt falſum ſit, pferre hoc humanum ſuppoſitum ab humana natura productum eſſe, quandoquidem apud noſtros theologos humanitas abſtractum nomen eſt, ac ſuppoſitũ nullũ ſignificat. Iacob ergo vel homo, ſuppoſitum hoc quod ſubſtat, ſignificans, humanitate ſua ſuppoſitũ aliud producit. Itáne etiã de di- MAR.
uinis poſſumus proferre? Quid ni? IOAN.
Ex eo tamẽ non ſequitur P.reuer. vt ſanctus ſpũs ex ſubſtantia ſit, & ſpiretur, vel ex MAR.
patris ſubſtantia generetur, vel ex ſubſtantia filij ſpiretur, vel procedat. Memini me IOAN.
P.reue. dixiſſe, ſanctis patribus in generalibus ſynodis morem fuiſſe, vt anteà quàm quicquam de fide ſancirent, maiorum ſuorum ſententias viderẽt, ac ipſis ſummoperè inniterẽtur: quem quidem vſum me ſeruare volentem, ac dicta ſanctorum in mediũ pferre incipientem, interpellaſtis, ac Magnũ Baſilium attuliſtis, de quo ſatis, quãdoquidem orationes noſtras omnes hi P. videntur intelleXiſſe: ad alias ergo ſanctorum ſententias veniamus.

At

MAR. At nondũ quicquã ex illis concluſimus.
IOAN. Vt equidem tibi P. reuerende gratum facerem, animo libenti cõceſſi, vt tot verba in hac materia haberentur. Non eſt igitur alienum à ratione, vt ipſe quoq; cõcedas, vt alias patrũ ſanctorũ ſententias videamus. nam ſic ad concluſionem faciliùs perueniemus.
MAR. De his paulopòſt. Nanq; nondum videmus, P.R. quænam concluſio tuis ex verbis haberi poſſit. In humano genere ſuppoſitũ hoc (inquis) ab alio ſuppoſito, id eſt, hic homo per naturam cõmunem ab alio fit: & falſum eſſet proferri, hominem ab humanitate fieri: ſiquidẽ igitur ita quoq; de diuinis perſonis credendum eſt, vt falſum ſit dicere, diuinam perſonam à communi diuina ſubſtãtia eſſe, quandoquidem ipſa ſubſtantia, ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens nequaquàm ſignificat, à quo aliud ſuppoſitũ fieri dicatur: ſequitur, nos nullã cauſam intelligere poſſe, quãdo ſpiritũ ex patre filioq́; dicimus eſſe, quandoquidem diuinæ ſubſtantiæ non eſt (vt inquis) generare aut producere, quẽadmodùm de natura humana dici ſolet.
IOAN. Volo equidem tibi R.P. oſtendere, dicẽtibus quicquam ab aliquo eſſe, neceſſe eſſe, intelligere illud ex perſona eſſe. Magnus nanq; Baſilius in 3. contra Eunomium libro inquit: Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, natura quoque ipſum tertium eſſe? Dignitate nanq; ipſum ſecundũ à filio, cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & oñino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit. Siquidem igitur ad Baſilium, cui doctores omnes plurimùm tribuũt, ſpiritus à filio habet eſſe, ac ab ipſo eſt vt à cauſa, nobisq; ſuprà conceſſum fuerat, ACCIPERE, ac ESSE, idẽ iuxta doctores ſignificare: neceſſariò ſequitur, vt idem ſpiritus à filio quoq; procedat. Porrò quantæ authoritatis ac exiſtimationis in ſancti ſpiritus materia Baſilius fuerit, Chalcedonẽſi ſynodus ad Martianum ſcribens, teſtatur: Hic magnus (inquit) Baſilius miniſter gratiæ. Et infrà, Hic doctrinam de ſancto ſpiritu illuſtrauit. Siquidẽ igitur ſancti patres tantum in ſancti ſpiritus materia Baſilio tribuêre, ipſe verò in ea clariſſimè ſcripſit, neceſſe mihi videtur, vt ipſi, totaq́; Eccleſia, patres ipſos ſequentes, eũdem magnum Baſiliũ ſuſcipiamus ac amplexemur, eiusq́; ſcriptis acquieſcamus: cuius quidem vetuſtiſſimus liber hic eſt, quem (ſi lubet) legatis.
MAR. Hoc magni Baſilij dictum, P.R. ſuo loco conſiderabimus. Nunc autẽ concludamus, quidnã ex illo tuo ſermone ſequatur.
IOAN. Quinimmò R.P. huic authoritati primò reſpondeas, quæ quidem ſola controuerſiã noſtrã diſſoluet. Communẽ patri filioq́;
MAR. ſubſtãtiam P.R. quæ vna eademq́; numero creditur eſſe, ſancti ſpiritus cauſam & principium eſſe dicis, quo planè ſpiritus ex patre procedit: vndè ſequitur manifeſtè, ſubſtantiam ſancti ſpiritus cauſatã eſſe, ac duas ſubſtantias inter ſe, ſecũdum cauſam & cauſatum oppoſitas, in ſacratiſſima Trinitate exiſtere, quod quidem à Chriſtiana theologia longè alienum, & à nullo vnquàm doctore memoriæ proditũ eſt: quippe qui diuinam ſubſtãtiam neq; generare, neq; producere, neq; patrem vel filium per communem ſibi ſubſtantiã, vt vos dicitis, verùm p ſubſtantiam vel hypoſtaticam proprietatẽ, generare vel producere profitẽtur. Hoc igit̃ inconueniens ex tuis verbis ſequi videtur, q̃ (ſi lubet) diligentiùs cõtemplemur, vel his in aliud tempus dilatis, nũc ad Baſilium veniamus. Quoniam non me benè videris IOAN.
intelleXiſſe, R.P. idcirco quæ pauloantè pſtuli, ea clariora reddam. ergo diligenter attende. Subſtantia duobus modis à doctoribus ſolet intelligi: vno quidem, pro rei ratione, quæ diffinitionem, quod quid eſt̃ rei ſignificantẽ, vel alio nomine, entitatem atq; naturã rei ſignificat: altero verò modo ſubſtantia pro ſuppoſito capitur, quemadmodùm Ariſtoteles in 5. Metaphyſicę libro, iuxta oñium doctorum expoſitionem, dicere videtur: quod quidem ſuppoſitũ, in prædicamentali ſubſtantiæ linea, ſpeciebus atq; generibus apud Porphyrium ſubſtat, vt Socrates atque Plato: quę alio quoq; nomine, hypoſtaſis vel exiſtentia, vel res naturę ſolet appellari. In genere autem humano eadem ſubſtantia perſonã ſignificat, quandoquidẽ perſona dicitur eſſe natura ratiõis capax, in- perſona qđ.
communicabilis exiſtẽtia, ita vt in rationali ſpecie ſubſtãtia pro ſuppoſito accepta, exiſtentiã atq; perſonam apud omnes illos doctores ſignificet, qui in Arrium ac Macedonium cõſcripſerunt, quorum ille filium creaturam, non autem ex patris ſubſtantia, hic verò ſpiritũ neq; ex patris, neq; ex filij ſubſtãtia dicebat eſſe. Pater ergo, cùm ſit rationalis naturę ſubſtantia, ſuppoſitum vel exiſtentia vel perſona dubio procul appellari debet. Porrò, quoniã generare ſic verè conuenit perſonæ patris, quẽadmodùm eſt, verum proferre, ſubſtantiã hanc huic ſubſtantiæ conuenire: ſequitur, vt ipſa ſubſtãtia eadem ſit patri ac paternitati, nullaq́; ratione communicabilis. Vndè euenit, vt quoniam proprietates incõmunicabiles ſunt, idcirco doctores noſtri SVBSTANTIA non pro patris perſona, ſed pro natura patris vtãtur, quemadmodùm in hominis diffinitiõe ſubſtãtia capitur, ita vt in hac oratione, ſpiritus ex patris ſubſtantia eſt, ſubſtantiã, id eſt, entitatẽ ipſam inſitã patri, doctores intelligãt. Subſtantia ergo cùm vna ratione ſuppoſitũ, vel (vt ſuprà dictum eſt) in diuinis hypoſtaſim, vel perſonam ſignificet, cùm ſpiritus ex patris ſubſtantĩa dicitur eſſe: ſubſtantia planè talis nunq̃ à doctoribus noſtris pro ſuppoſito vel exiſtẽtia ſuppoſiti accipitur, quandoquidem ea ratione incommunicabilis eſt.

Verùm altera capitur ratione, quemadmodum diffinitio ſubſtantiã rei ſignificat, quæ natura vel entitas (vt ſuprà dictũ eſt) appellatur. Cùm ergo doctores noſtri pronũciãt, ſanctum ſpiritum ex patris filijq; ſubſtantia eſſe, per ſubſtantiam ipſam non exiſtentiam patris, verùm naturam eius intelligunt, quæ quidem eſt in patre, ac in ſeipſa, quemadmodum & pater. Patris verò nomen ſubſtantiã habitudinemq; ſignificat, per quã hęc exiſtentia vel hoc ſuppoſitum, ab alio differat. Hæc ergo cómunis ſubſtantia, quam in patre protulimus eſſe, cauſa eſt & principium, quod per generationẽ cómunicatur. Porrò pater generat, filiumq; producit, ſubſtantia tamen hæc filio nequaquàm cómunicatur, in quo quidẽ ſolent homines ſæpiſſimè decipi. Cùm enim dicimus patris ſubſtantiam filio communicari, non id aſſerimus verum eſſe, quatenùs pater filium generet, quãdoquidem filius etiam generaret. Propterea q; dicere ſolemus, nec ipſum ESSE cómunicari, quia filius quoq; neceſſariò (vt paulò antè dictum eſt) generaret. Hęc autem ſubſtantia (vt ita dixerim) abſolutè ſimpliciterq; conſiderata, quę generãdi poteſtas eſt, principiũ eſt quo vel per quod, quod quidem à patre filio communicatur & traditur, non tamen ſecundum abſolutam eius conſiderationẽ. In generatione autem filij, omnia patris cómunicantur: quandoquidem principiũ eſſe communicabile, filiationi ſe non opponit. Pater ergo cùm generet, per eandem ipſam ſubſtãtiam, quæ principium eſt quo vel per quod, id etiam cum filio communicat, vt is etiam ſancti ſpiritus principiũ ſit, quandoquidem ſpiritus ſancti principium in patre eſſe, habitudini proprietatiue filij nequaq; opponitur: propterea tamen non ſequitur, vt hęc ſubſtantia ſecundum ſuum eſſe commune ac abſolutum, principiũ ſit per quod. Secundum igitur eiuſmodi conſiderationem, potentia producens vocatur, filioque cómunicatur, qua quidem ratione non ſequitur, vt eadẽ ſubſtantia, cauſa ſit atq; cauſata. HANC nobis doctrinam, pater reuerẽde, doctores omnes tradiderant, orationes has exponentes, Filius eſt ex ſubſtantia patris, & ſanctus ſpiritus ex patris filijq; ſubſtantia. Quam quidem doctrinam ſi etiàm ipſi ſequemini, profectò nunquàm errabitis. Sed hactenùs. Seſſione verò ſequenti, de his diffuſiùs dicam, tu autem (ſi lubet) reſpondeas.

IVL.CARD. MAR. Quæſtionem tuam pater Epheſie, prouincialis pater ſcitè diſſoluiſſe videtur. Nos iuxta primæ ſynodi theologiã ac eius ſymbolum reuer. P. illud EX PATRE, id eſt, ex patris ſubſtãtia natum, nil aliud ſignificare putamus, quàm EX PATRIS PERSONA, hoc eſt, ex patris ſubſtantia, eiusq; proprietatibus. Nónne tibi quoq; videtur ita, vt pſona ſubſtantia nominet? an quicquã aliud, pter hoc?

IOAN. Nónne dixi P.R. duo eſſe ſubſtantiarum genera: alterũ, quatenùs tribus perſonis natura cómunis exiſtit: alterum verò, cùm vnà cum exiſtẽtibus proprietatib⁹ cõſideratur, qua quidem ratione hypoſtaſis & perſona nũcupatur? Illud ergo quod in Niceno ſymbolo celebratur, EX PATRE, id eſt, ex patris ſubſtantia natum: neceſſe eſt EX HYPOSTASI PATRIS ſignificet: quod aliud quoq; genus ſubſtantiæ, præter illa duo, videtur eſſe, doctores tñ ſubſtantiæ nomine, duobus tantùm modis vtuntur. NAM primũ illud, quod ſuprà protuli, nõ aliter à Latinis quàm pro hypoſtaſi capitur, ita vt meritò nemo nos poſſit accuſare, tria ſubſtantiæ genera profiteri: quandoquidem filium eſſe conſubſtantialem patri, id quod prima Nicena ſynodus declarauerat, ipſamq; ſubſtantiam, per quã filius patri cõſubſtãtialis exiſtit, tribus perſonis communem eſſe: ac illud EX PATRIS SVBSTANTIA, principium quo vel per quod, non autẽ GENERANS ſignificare, firmiter tenemus.

MAR. Subſtantia, per quam (inquis) pater & filius eſt, tribus perſonis cómunis exiſtit: num ergo verũ eſt dicere, ſanctum ſpiritum ex trium perſonarum ſubſtantia hypoſtaticè procedere? quandoquidẽ pauloantè viſus es protuliſſe, ſanctum ſpiritum ex cómuni patri filioq; ſubſtantia dependere.

IOAN. Num, cùm EX PATRE profertis, præpoſitio EX, differentiam vel diſiunctionem inter ſubſtantias aliquam apud vos ſignificat?

MAR. IO. Ita profectò. Realémne, an ſecundum rationem?

MAR. Perſonarum diſiunctio, pater reuerende ſecundum noſtram intelligẽtiam conſideratur, non autem inter ſe, verùm hypoſtaſis quæq; realiter.

BES. Tametſi P. reuer. ſecundum noſtram intelligentiam inter ſe diuinæ perſonæ differunt, ſuis tamen proprietatibus re ſubſtant.

IOAN. Hîc quæro ex te, P. reuerem. an proprietates cum perſona ſint idem.

BES. Secundum quidem rem & ſubiectum idem eſſe creduntur, ratione verò differre.

IOAN. In patre quidem, P. reuer. paternitas eſt ac ſubſtantia, tribus diuinis perſonis cómunis: patris verò perſona, non niſi ratione ab ipſa paternitate ſubſtantiaq; differt, cùm ab alijs duabus perſonis re quoq; differat. Siquidem igitur in patre paternitas ac ſubſtantia eſt, quanam (obſecro) ratione pater generat? Et vtrum ſuppoſitum eſt? paternitásne, an ſubſtantia? an vtrunque?

MAR. Subſtantia eſt, P. R. id quod patri communicatur, per ipſam tamen nequaquàm filio pater communicatur, verùm per ſuã proprietatem, quæ quidem paternitas eſt, ad filiumque refertur, atque principium eſt, nõ tamen tribus perſonis commune.

IOAN. Immò ſubſtantia eſt, P. R. id quod filio communicatur, quandoquidem in patris perſona (vt pauloantè dictũ eſt) nil aliud quàm ſubſtantia & paternitas eſt. Ergo ſuppoſitum, nõ vt proprietas, cómunicabile eſt. Nam cùm ſuppoſitum & ſubſtantia vnum ſint, neceſſe eſt vt

vt non alia ratione, quàm per ipſam cómunem ſubſtantiam, pater ipſe cómunicabilis ſit.

MAR. Quòd P. R. protuli, ita debet intelligi, vt cómunis ſubſtantia per quam pater cum filio cómunicatur, queq; vna eademq; numero creditur eſſe, in patrem & filiũ ac ſanctum ſpiritum ſecundũ noſtram intelligentiam diſtribuatur. Propterea q; diſiunctim proferre ſolemus patris ſubſtantiã, filij ſubſtantiã, ſancti ſpiritus ſubſtantiã, intelligentes propriã vni⁹ cuiuſuis hypoſtaſim. Quid aũt ex his cõcludere velles, q̃ citò proferas.

IOAN. Ex tuo ſermone P. R. cõtrariũ eius, quod ſuperiùs protuliſti, cõcluditur. Cùm nanq; ſubſtantia in tribus perſonis exiſtit, ex tua planè ſententia ſequeretur, vt patris ſubſtãtia, quæ filio ſanctoq; ſpiritui cómunicabilis eſt, ratione tantùm, nõ aũt re, cómunicet: quod in noſtra religione quàm maximũ incõueniens eſſe videtur, quandoquidẽ ipſam tribus diuinis perſonis re ipſa cómunicari, nobis eſt profitẽdum. Nam ſi ſingula queq; perſona depẽdet à cauſa, ſequeretur vt perſonæ ratione ſolũmodò differãt: quod impium eſſet credere.

MAR. Non equidẽ protuli, P. R. diuinas perſonas ratiõe tantũ differre, ſed quoniã vnaquęq; perſona vnà cum ſubſtantia intelligiẽ, idcirco ſeparãtes hęc, ſubſtantiam ipſam mente concipimus. Quo q̃dem modo hypoſtaſim filij ex patris hypoſtaſi demõſtramus, ac diuinas perſonas percipimus, nequaquàm ſanè credentes, ipſa

IOAN. ratione tantùm differre. Id neque nos

MAR. profitemur. Quæro ergo ex te, P. R. quanam ratione patris & filij ſanctique ſpiritus

IOAN. ſubſtantiã intelligas. Nónne dixi vobis, patres amp. quemadmodũ doctores noſtri ratione triplici ſubſtantiã diuinã intelligãt, videlicet pro ſubſtãtia & entitate ac exiſtentia? Quanuis aũt tres ſunt hypoſtaſes & perſonæ re inuicẽ differentes, eas tamen vnicũ Deum & opificẽ vniuerſi credimus eſſe, perſonam verò ex diuina ſubſtantia proprietateq; cõſtare, ita vt perſona nil aliud niſi ſubſtantia & proprietas ſit: quę quidẽ ſubſtãtia & proprietas, licèt vnum re ipſa ſint, & per ſuas proprietates re inter ſe differãt, quãdoquidẽ ad aliquid ſunt, ipſas tamen ſecundũ

IVL.CARD. ſubſtantiam Deum vnũ eſſe fatemur. Iam quatuor horarũ ſpatiũ elapſum eſt, ſit igitur in præſentia ſatis. Tum ſynodus ſancta decreuit, vt poſtridiè conuenirent.

DIE SABBATI VII. MENSIS Martij, ſeſſio 20. Florentiæ.

MAR. VT queſtionem propoſitã, patres amp. tãdem cõcluderemus, eam accuratiùs contemplari volebamus: ſed quoniam cuiuſdam Magni Baſilij dicti bis aut ter meminiſtis, ipſi plurimùm innitentes, acſi ad veſtram ſententiam pertineret, idcirco queſtione illa in aliud tempus dilata, ad ipſum Baſilium veniamus, qui (ſi lubet) iterum recitetur. Cur enim (inquit) neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpirit⁹, natura quoq; ipſum tertium eſſe? Dignitate nanq; ipſum ſecundum à filio, cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omino ab illa dependeat cauſa, pietatis ratio tradit. Hic locus, patres amp. mẽdoſus ac corruptus eſſe videtur. Quinq; enim vel ſex tantùm libri Conſtantinopoli extant, quos in hoc loco mendoſos credimus eſſe, cùm qui ſani ſint, plùs quàm mille habeãtur: quibus ipſi propter eorum vetuſtatẽ & copiã magìs credimus, cùm præſertim ad ipſius doctoris mentem, vt ex cõſequentibus eiuſdem verbis apparet, hi noſtri libri facere videantur. Quemadmodum igitur diuinum ſymbolũ additionem paſſum conſtat fuiſſe, ita quoque credendum eſt, libros hos in hoc loco ab aliquo, qui dogma veſtrum ſectaretur, corruptos fuiſſe. Quod vobis quoque patebit, ſi noſtrum vetuſtiſſimum librum diligentiùs inſpexeritis, verba ſequentia cum antecedentibus cõferentes, ac omnia ſimul ad ſenſum Baſilij applicantes: in quo quidẽ noſtro libro, non ita, vt in veſtro, legere eſt.

IOAN. Duo mihi, P. R. dixiſſe videris, te ſermone perpetuo quæſtionem illam, de qua nuper multa fecimus verba, libentiſſimè concludere voluiſſe. Verùm vt nobis facias gratũ, te ipſam in aliud tẽpus transferentẽ, ad magnum Baſilium à nobis iam requiſitum venire velle: id quod profectò nobis gratiſſimum eſt: quandoquidem operæpreciũ eſt, ac plurimùm cõuenit, vt à patrum ſanctorũ teſtimonio, noſtræ diſputationis ſumamus exordium: quorũ authoritas apud nos non mediocris eſſe debet, ac ipſos vt noſtros duces ſectari, ac in omnibus imitari debemus. Deinde dixiſti, noſtrum hũc librum in hoc loco corruptum eſſe, quemadmodùm etiã accidit ſymbolo: cui certam additionem factam fuiſſe videm⁹. Ad quæ tibi P. R. reſpõdeo, ita clarè ac copioſè in illa materia hinc inde fuiſſe dictum, vt mihi ipſi ſuadeam nil planius, apertius, fortiusq; noſtris argumẽtis fieri potuiſſe: nil deniq; fuiſſe omiſſum, quod ad ipſam quæſtionem ſpectaret. Verùm ſi adhuc ambigis, putans non ſatìs dictum fuiſſe, hac (de qua modò agimus) queſtione in extremum priùs adducta, ad illam (ſi tibi videbitur) reuertemur. Nam de hoc Baſilij libro, quem in hoc loco mendoſum & corruptũ eſſe dixiſti, reſpondemus ipſum à Nicolao Secundino Cretenſi viro optimo doctiſſimoque nuper huc Conſtantinopoli allatum fuiſſe. Qui quidem liber conſtat ex membrana, & ſexcentorum annorum videtur eſſe, cùm diſſidium & controuerſia noſtra nondum fuerat orta. Prætereà locus & litera hæc talibus punctis & lineis diſpoſita eſt, vt nulla prorſus ex ordine talis corruptionis ſuſpicio poſſit haberi. Hic igitur liber corruptus non eſt, præſertim à Romanis, à quibus nunquàm antehàc viſus fuerat:

rat:quandoquidem non obliteratio,nō macula,nō deniq; diuersa manus in hoc libro deprehenditur. Prætereà ex vetustissimarū vestrarum synodorū actis apparet,corrumpendorum librorum vitium & malignitatē (pace vestra dixerim)apud vos à nostræ religionis hostibus ortam fuisse, vt Cyrillus literis ad Ioannem Antiochenum antistitem missis,quę sic incipiūt,Gaudeāt cęli:quasq; Chalcedonen synodus suscepit,testatur. Si qs,inqt,legislatorū verba vera euertit,mea quoque dicta,vt sibi placet, transmutat &c. Tua ergo pietas nō miretur, quandoquidē (vt optimè nouit)generis cuiusuis hæretici ex à Deo spirata scriptura,erroris sui causam capientes,quæ per sanctum spiritū benè ꝓlata sunt,malignitate sua corrumpūt, & reliqua.In quibus quidē literis Athanasij dedit exemplum,ostendens eius epistolam,ad Epictetum datam, corruptā fuisse.Prętereà Cyrillus idem ad Acacium scripsit, cuius qdem literæ fuerūt inscriptæ,Mutua locutio: Si quę literis(inquit)mandaueram,sicà nōnullis in medium proferuntur,vt credāt me eorū,quę in Ephesina synodo celebrauim⁹, pœnituisse,id etiam derideatur: Dei nanq; benignitate sanæ mētis sumus,acà recta ratione neutiquam aberrauimus. Ex quibus meridiana luce clariùs apparet,sanctum Cyrillum in Ephesina synodo, ac semper aliās vnius sententiæ fuisse.Prætereà in eisdem literis de quodā Mesenensi pręsule facit mentionem,à quo quidem interrogatus,an ipse quoque sentiret idem quod Athanasius ad Epictetum scripserat, respondit, si sanas & nō mēdosas Athanasij literas haberes, ipsis equidem acquiescerē,ac eadem cum Athanasio sentirem. Visis deinde ipsius Athanasij literis,quas Cyrillus sanas habebat, satis apparuit,omnes alias eiusdem exempli literas,quæ toto ferè in Oriente fuerāt,mendosas fuisse: idcircò Mesenus ipse pontifex veras ipsas Athanasij literas statim exscripsit, ac ad Ioannem Antiochenum antistitē misit. Ergo rationi congruum est,& ita credimus hūc Basilij librum fuisse, antequàm de spiritussancti processione quæstio inter nos oriretur. Qua deinde exorta, (quanuis ab ipso ferè religiōis nostræ principio hæc cōtrouersia fuerit)authores nostri schismatis, in corrumpendum hunc locum incubuisse: verùm spiritussancti benignitate librū hūc Constantinopoli fuisse seruatum,ne ab impijs ipsis corrumperetur: qua quidem ratione adducimur,vt credamus hāc Magni Basilij authoritatē nequaquàm mēdosam esse. Siquidē igitur ad veritatem inuestigādam, ac pro communi bono mutua beneuolētia huc frequentes cōuenimus, operęprecium est, vt libros nostros, q vetustiores fuerint, conferamus, (de re profectò non mediocri agitur)vt ex sequentium ad prędecedentia cōnexu, quidnam ipse Basilius senserit,facilius cognoscam⁹. Sed pro euitādo ōdio hactenùs. Nōnullos libros, P.amp. cum hac MAR. additione Constantinopoli extare, paulò antè protulim⁹: nil mirum igitur, si vnus ex ipsis huc fuerit allatus. Quos quidem libros ipsi simplicitate nostra vtentes, ac veritate confisi,extare sinimus: quāuis eos facilimè, quòd perpauci fuerint,delere prorsus potuissemus: ex quibus hunc vestrum librum ab aliquo,qui in illa regione vobiscū sentiret, exscriptum fuisse credimus. Quod quidem admiratione dignum nō est, cùm hīc etiam quāplurimi vestri sint homines, qui maiorum nostrorum sequentes vestigia, piū dogma nostrorum sectentur: non autem imus inficias,codices multos in terris nostris ab hæreticis, qui vana dogmata in Dei Ecclesia introducere voluissent,sæpissimè corruptos fuisse:idcirco authoritatibus,quas modò citasti,æquo animo assentimur. Verùm ea vos non ignorare existimo, quæ Zosimi summi pontificis tempore acta fuerant.qui cùm ad Carthaginense cōcilium scripsisset, Nicenæq; synodi decretum misisset,Romanum pōtificem œcumenicum appellandū, cōcilium illud respondit,se priùs velle ipsius synodi acta,quę vel Alexādrię apud Cyrillum, vel Constantinopoli apud Proclum essent,diligenter inspicere:quandoquidem apud acta ipsius Niceni concilij decretum eiusmodi non extabat: quibus deinde Niceni concilij gestis ab Alexandria missis,diligenter inspectis, ipsoque decreto nequaq̄ inuento,idem Carthaginense conciliū Zosimo respondit,se tale nomen ipsi nolle tribuere,quod à generali synodo decretū minimè fuerit.Nōnne vides,P.R.summū pontificem,decretum falsum, & non in synodo promulgatum,ad tantum concilium pro re tam magna misisse?Non igitur tam vehemēter debetis mirari,si quidā etiam ex nostris hominibus vel nouum dogma volentes defendere, vel ꝙ ita sibi temerè visum fuerat, aliquos libros corruperint.Cùm igitur nostrorum librorū vetustas & copia, tum etiā id ipsum,quòd nos huiusmodi libros mendosos extare permisimus, cùm ipsos (vt suprà dictum est) facilè delere potuissemus, nobis victoriam dat,ac nos corrumpendorum voluminum authores non esse demonstrat: veritati nanque confisi, ac multis alijs ipsius Magni Basilij authoritatibus innixi, additionē ipsam verbis Basilij factam paruifecimus.Non ergo nobis proprium est,vt inquis, libros corrumpere. sed Basilij sententia in nostro libro legatur: Qui verò (inquit)illi sancti sint, & in quibus sermonib⁹ doctrinam fecerunt,non potest dicere: Fuerítne vnquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouatiōes induceret? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus,natura quoq; ipsum tertium esse?dignitate nanq; ipsum secundum

à filio

à filio,pietatis ratio forsan tradit. Magnus Basilius,præstantiss.patres,Eunomiū accusans,quòd temerè dogma nouum instrueret,disputationis causa concedit, sanctum spiritū ordine ac dignitate tertium à filio esse: deinde cōcludit, non tamen propterèa necesse esse,spiritum natura quoq; tertium esse:dignitate nanq; ipsum secūdum à filio pietatis ratio forsan tradit. Sic in nostro q̄ vetustissimo libro scriptum est,vt videtis,& sic præcedentibus consequentia consonāt. Non enim Basilius suscipit spiritumsanctū ordine ac dignitate tertium esse,neq; id aliquos doctores literis mādasse fatetur:quinimmo etiam si sic sit,negat tamē prorsus ex eo cōsequi, spiritum natura quoq; tertium esse.Cur igitur magnus ipse Basilius rationē hanc reddidisset, dignitate ipsum secūdum à filio,cùm ab ipso esse habeat,& ab ipso accipiat,& annunciet nobis, & omino ab illa dependeat causa?Et cur eas causas reddidisset,quas anteà nō susceperat?Additio igitur ipsa neq; precedenti sermoni cōuenit, neq; magni Basilij menti consonat.Contrà vt in nostro scriptum est libro,sequentia prioribus conuenientiùs connectuntur.Nam verbum illud FORSAN,Basilius protulit,quòd ipsam orationem disputationis causa(vt suprà dictum est)concedebat:propterèa inferiùs inquit,quorsum hæc oratio?quòd non omnino,si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est,id & naturam tertiā habet.Nam quemadmodùm angelorum alius princeps,alius subditus, & tamē omnes angeli natura sunt,& in dignitate quædam diuersitas,in natura verò communitas est, & reliqua.sic in nostro libro legere est: immò etiam in vestro quadā cum hęsitatione scriptum esse videtur,Si dignitate(inquit)ac ordine tertius est spiritus:cur igitur magn⁹ Basilius illud subiunxisset,cùm ab ipso esse habeat:si disputationis causa(vt sæpenumerò dictum est)sanctum spiritū tertiū esse, secūdum verò à filio dederit, id putans alienum à sanctorum esse doctrina? Porrò autem,vt meliùs intelligatis ipsum Basilium non huius fuisse sententiæ,sanctum spiritum ex filio procedere,ac ab ipso esse habere, idem ipse Basilius afferatur,qui quidem suis literis ad fratrem suum Gregorium de substantię hypostasisq; differentia scriptis, quidnam de sanctispiritus processione senserit, luce clariùs explicauit: Sanctus (inquit) spiritus, à quo cuncta bona in mundū emanant,quiq; filio adaptatur,& simul cum ipso percipiī,à causa verò paterna habet esse dependens,& procedit, id notionis per proprietatis hypostasim habet,vt post filiū & cum ipso noscatur,ac ex patre substet:filius autē, qui ex patre procedētem spiritū, per ipsum & cum ipso cognoscit,ac solus vnigenitus ex ingenito lumine resplendet, nullam secundum propriam notionem, cōmunionem habet cum patre,aut cum sanctospiritu, verùm sū pradictis signis cognoscitur. His verbis P. amp. magnus Basili⁹ sentire videtur, sanctū spiritū ex solo patre habere esse.Sanctus (inquit)spiritus filio adaptatur,hoc est,post filium ordinatur atq; disponitur. Cui⁹ deinde causam volens reddere, nō sanè dixit; ꝙ ex ipso procedit,vel ꝙ ex ipso esse habet, vt in authoritate,cui vos innitimini, habetur: verùm subiunxit,ꝙ simul cum ipso percipitur, videlicet à patre.Posteà sermonē figurā distingues,inquit:A causa verò paterna habet esse dependens,vndè quoq; procedit. Videsne P.R.quēadmodùm patri, veluti causæ,magnus Basilius tribuit, vt sanctus spiritus ex ipso dependeat? Non aūt credere debemus, eundē Basiliū sibijpsi cōtradixisse. Orationis nanq; partitio nō patitur, vt idē filio quoq; tribuatur, quandoquidem hoc notionis eius dedit signū,vt simul cum ipso percipiatur. Deindè subiungit: Filius autē, qui ex patre procedētem spiritū per ipsum, & cum ipso cognoscit. Non autē dicit,mittit,sed cognoscit spiritū ex patre procedentem,hoc est,secum ipsum manifestat.Postremò dicens,ac solus vnigenitus ex ingenito patre resplendet,nullam secundum propriā notionem cōmunionem habet cum patre, & reliqua,declarat filium nullā habere communionem cum patre,vt sanctum spiritum mittat: quandoquidem id patri soli adscribitur,quēadmodùm & filio soli tribuitur, vt his solis signis noscatur,ꝙ solus vnigenitus ex ingenito lumine resplendet, quodq; per ipsum & cum ipso spiritum sanctum cognoscat.Siquidem igitur filius his, non aūt alijs,signis cognoscitur: palàm sequitur, vt in mittendo spiritu,cum patre nequaquam communicet,verùm ipsi patri proprium sit, vt sanctum spiritum mittat.

Longam orationem habuisti,P.R.cùm IOAN. breuis forsan fieri potuisset.Volentibus enī veritatem attingere, quæ quidem vel parua indiget illustratione,non nisi sanctorū sententijs ac authoritatibus opus est. Ad duo ergo,quæ contra Magni Basilij authoritatē ex nostri codicis lectione dixisti, paucis respondebo.Credendum est,inquis,aliquem eorum,qui quondam nobiscum sentirent, locum hunc corrupisse.Quod quidē falsum esse dep̄hēdimus,quòd cùm hic liber exscriberetur, nulla prorsus inter Græcos & Latinos cōtrouersia fuerit-Nunq̄ autē affirmarē,patres qui sunt,aut qui fuerāt,tale facinus cōmisisse: quandoquidē firmiter credimus,à primis nostri dissidij author⁹,vestros libros fuisse corruptos,siue Greci,siue Latini fuerint illi,quippe qui dogma vestrū sequētes, non ipsum defendere potuissent, nisi veros Basilij libros corrupissent, quos cōtra se facere viderēt.Nunc venio ad Zosimum summū pontificē,in quem nullū vnq̄ testem fide dignū possetis producere, cùm

equi-

for. religionis

equidem contra vos binas Cyrilli literas ꝓtulerim, ex quib⁹ vnas Chalcedonen̄ ſynodus ſuſcepit. Aut ergo tales teſtes contra tantum pontificem debebas producere, aut in ipſum ſine teſtibus neutiquàm inuehi: quādoquidem minimè conuenit ex te crimina talia contra eum proferre, ſed vetuſtiſſimas ac humaniſſimas Iulij Liberijq́; ſummorū pontificū literas, P.R. benè memoria tenere deberes, quas Iulianus præſtantiſſimus ſanctæ Sabinæ cardinalis vobis oſtēdit, quibus patet, B. Athanaſium (cùm ab Antiocheno cōcilio damnatus fuerit, ac eundem concilium ipſum vehementer perſequeretur) ad Felicem, Marcum, Iulium, Liberiumq́;, qui ſequentibus temporibus Romani pōtifices fuere, ſcripſiſſe, ac eoſdem *obſecratū fuiſſe, vt acta Nicenæ ſynodi, quæ perfecta & non mendoſa Romæ in bibliotheca extarent, ad ipſum mitterent: quando quidē omnia, quę in Oriētali eccleſia extarēt, ab Arrianis corrupta fuerant. Cui quidem Athanaſio, ſummi pontifices ipſi reſpōdêre, ſe acta illa, quæ Græcè Latineq́; ſcripta, ipſorumq́; met Nicenorū patrū manibus ſubſcripta, & eorundem ſigillis obſignata à ſummis pōtificibus ſumma veneratione ſeruarentur, nolle mittere: ſe tamen ipſi Athanaſio nonnullos exſcriptos canones daturos, qui ad rem eius facere viderētur. Deindè cùm Athanaſius ab ipſo Antiocheno concilio ad Romanā ſedē prouocaſſet, hæreticis eiſdem obijciētibus, id non iure fieri potuiſſe, Liberius ipſe ad Athanaſium, Nicenum decretū de prouocando ad Romanam Eccleſiam exſcriptum miſit: quo deinde is Athanaſius acerrimè ſe contra hæreticos defendit. Iulius aūt ipſius Antiocheni concilij authores literis acriter repræhendit, quòd abſq; ſedis Apoſtolicæ authoritate conuocare ſynodū auſi fuerint, oſtendens illis ex Nicenæ ſynodi decreto, nullam vnquàm ſynodū ſine Romani pontificis authoritate celebrandā eſſe. Cur ergo P.R. Zoſimum accuſas immeritò, ipſum ad Carthaginenſe conciliū, falſum Nicenę ſynodi canonem miſiſſe, cùm illud idem cōcilium, quos ex oriēte canones acceperat, oīnes corruptos ac falſos eſſe cognouerit? vt multis ſanctorum authoritatibus, quorū vetuſtiſſimos libros habemus, patet. Nil mirum autem, P.R. ſi in exponendis magni Baſilij verbis in multa incommoda incurriſti: quādoquidem (vt philoſophi dicunt) paruus error in principio, magnus in extremum efficitur, quod quidem accidiſſe tibi videtur, ꝙ malè Baſilium ipſum expoſuiſti. Ad veritatem igitur cognoſcendam operæpreciū eſt, tantùm de duobus diſſerere, quæ modò viſus es protuliſſe, an pater ſolus ſanctiſpiritus cauſa ſit, tametſi ſpiritus filio adaptari dicatur: & an ſpiritus eundem ordinem & naturam ad filium non habeat, quem quidem filius ad patrem habere creditur. Porrò autē vt hæc diſſoluamus, neceſſe mihi videtur, vt ex te quæram, quænam differentia ſit, inter aliquid alicui adaptari, & aliquid ab aliquo eſſe habere vel dependere: quandoquidem nobis videtur, vt quod ab aliquo perfectibile eſt, idem poſt illud diſponatur: quodque huiuſmodi eſt, idem ab aliqua cauſa dependeat, nō tamen propterea profitemur diuinas perſonas perfectibiles eſſe: id nanq; noſtri doctores minimè dixere. Filium autem credimus principium ex principio, ac Deū de deo eſſe, quandoquidem pater principiū eſt. Magnum etiam ipſum Baſilium non ſolum in hoc, verumetiam multis alijs in locis oſtendiſſe, ſanctum ſpiritum eodem ad filiū ordine ſe habere, quo filius ad patrē diſponitur, ac ſe habet. Qualis autem eiuſmodi diſpoſitio ac ordo ſit, velim ad mentem Baſilij exponas.

Athanaſius cōdēnatus.

for. *obſecraſſe, vt

MAR. Nullam equidem de Zoſimo mentionem feciſſem, P. R. niſi meum de eo ſermonem verum eſſe, poſſem oſtendere. Sed quoniam noſtros libros ad hanc rem pertinentes Cōſtantinopoli reliquimus, nō inſcij, vnum ex illis apud vos eſſe, ex quo vobis ipſius Zoſimi acta nota credimus eſſe, idcirco de his hactenùs.

IOAN. Quem librum inquis?

MAR. De omnium conciliorum actis.

IOAN. Apud nos, P.R. nullum librum inuenies, quo quidē pateat, Zoſimum ipſum ad Carthaginenſe conciliū pro ſe falſum ſcripſiſſe. Sed miſſa hęc faciamus, quādoquidem alia indigent conſideratione.

MAR. Placet nobis ad aliud venire, quandoquidem in prętentia de Zoſimo non opus eſt diſputare.

IOAN. Igitur ad exponendum Baſilium, ſi lubet, redeas.

MAR. Magnus ipſe Baſilius, P.amp. illud, FILIO SPIRITVS ADAPTATVR, exponens, inquit: QUI poſt filium & cum ipſo percipitur. Quę nanq; connumerantur, nō poſſunt vno verbo proferri atq; diſponi: verùm neceſſe eſt, vt alterum poſt alterū proferatur ac numeretur. Siquidem igitur ſpiritus adaptari filio dicitur, fieri profectò non poteſt, vt aliter intelligatur, quàm quòd poſt filium diſponatur, non ita tamen, vt ab eo tāquam à cauſa eſſe habeat, ac dependeat. Propterea Baſilius ipſe ſubiunxit, qui poſt filiū & cum ipſo percipitur. Tu aūt P.R. vndè habes, vt quod alicui adaptetur, ac poſt ipſum diſponatur, id etiam ſit neceſſe, vt ab eodē eſſe habeat, & dependeat? Nobis ſanè non alia opus eſt expoſitione, quandoquidem is Baſilius ſeipſum expoſuiſſe videtur, qui verbi, adaptatur, cauſam ilico reddit, dicens, quòd ſimul cum ipſo percipitur.

IOAN. Siquidem igitur P.R. illud, filio ſpiritus adaptatur, à te ſic exponitur, vt ſpiritus ad filiū diſponatur ac ordinetur, quæro ex te, an ipſa diſpoſitio, ſanctiq́ue ſpiritus ad filium

lium ordo, ſit cauſa extrinſeca, an principium à quo.

MAR. ¶ Non equidem protuli, ſpiritum ad filium, verùm poſt filiū, diſponi. Neceſſe eſt enim, vt in diuinis ordo numerandi ſeruetur: ita vt filius poſt patrē, ſpiritus verò poſt filium numeretur.

IOAN. ¶ Talem igitur enumerationis ordinē, tātùm vocalem eſſe putas, ita vt re ipſa nullus in diuinis ſit ordo?

MAR. ¶ Neceſſe eſt, P. R. vt diuinæ perſonæ quoquo mōdo diſpoſitę ſint. Nam enumerari nō poſſent, niſi quidam inter ipſas ordo ſeruaretur, qui quidem modo quodam realis eſt, vt idem Magnus Baſilius demonſtrat: dum dicit, ſoluſ vnigenitus ex ingenito lumine reſplendet, vbi filij ad patrem diſpoſitionem ac ordinem oſtendit. Vndè ſanè neceſſariò euenit, vt ſanctus ſpiritus tertius in ordine numeretur, ne ad filium ordinatus, vel filio (vt ſuprà dictum eſt) adaptatus, ad patrem verò immediatè relatus, ipſe quoq; filius eſſe videretur. Quoniam igitur ſanctus ſpiritus poſt patrē cum filio continuò numeratur, idcircò tertius à patre diſponitur atq; collocatur, quod quidē ſolum diſpoſitionis & ordinis genus in diuinis creditur eſſe, cùm aliud apud theologos nequaquàm inueniatur.

IOAN. ¶ Ex Magni Baſilij ſententia, P.R. profiteris inter filium ac ſanctum ſpiritum ordinē eſſe naturæ. Vtrùm igitur inter patrem & filium idem eſt ordo, an aliud diſpoſitionis ordiniſve genus inter ipſos exiſtit? quandoquidem mihi ſentire videris, illud ADAPTARI, atq; DISPONI, cauſam nō ſignificare. Porrò quoniam inter patrem & filiū ordo naturæ re ipſa dicitur eſſe, certam ſignificans dependentiam, idcirco neceſſe eſt ſentiamus, filium à patre, vt à cauſa, re dependere. Vndè euenit, vt quoniam inter filium & ſanctum ſpiritum idem ordo naturæ creditur eſſe, ideo neceſſe ſit, filium ſanctiſpiritus cauſam eſſe, quēadmodùm Magnus Baſilius in eodem contra Eunomium lib. teſtatur: vbi probat ſpiritum eiuſdē eſſe naturæ cum patre & filio, quāuis ordine ac dignitate ſecundus à filio ſit, quēadmodùm (inquit) filius ordine quidem à patre ſecundus eſt, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo & cauſa exiſtendi pater ipſi eſt: & quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deum patrē, natura verò nullo modo ſecundus, quòd in vtroq; vna Deitas eſt, ita etiam ſanctus ſpiritus, etſi dignitate ac ordine ſecundus à filio eſt, nō tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ, indè cōſequitur. Quibus verbis probatum eſt, ſanctum ſpiritum eundem ordinem ad filium habere, quem filius ad patrem habere creditur. Quod angelorū exemplo idem Baſilius oſtendit continuò. Angeli omnes (inquit) vt appellationis vnius, ſic eiuſdē ſunt naturę inter ſe: attamen alij ipſorum gentibus præpoſiti ſunt, alij verò fideliū ſingulos conſequuntur. Quanto autē gens vni viro preponenda eſt, tanto maiorem neceſſe eſt angeli, qui gentis principatū habeat, eſſe dignitatem, dignitate eorum, quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Et infrà: Quorſum hæc oratio? quòd non omnino, inquit, ſi quod ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt, id & naturam alteram habet. Nam quemadmodùm angelorum alius princeps, alius ſubditus, & tamē oēs angeli natura ſunt, & in dignitate quædam diuerſitas, in natura verò communitas eſt, etenim ſtella ſtellæ præſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna: & manſiones multę apud patrem, id eſt, dignitatū diuerſitates, glorificatorum verò vna natura: ſic profectò & ſpiritus ſanctus dignitate quidē & ordine ſecundus eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cùm ipſe dns in traditione ſalutaris baptiſmatis, ordinem tradiderit, his verbis: Euntes, baptizate in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: in natura autem, tertium à filio ac patre deiectum ſpiritum, nullibi audiuimus. Hæc Magnus Baſilius. Qui quidē nil aliud in ipſo tertio in Eunomiū libro concludere voluit, quàm ſanctū ſpiritum eiuſdem eſſe naturæ cum patre ac filio, quāuis in ordine ac dignitate tertius ſit, quod quidem angelorum exemplo, multisque rationibus clarè probaſſe videtur.

1. Cor. 15. f
Ioan. 14. a

Matt. 28.

MAR. ¶ Inter patrem & filium, P. amp. quatenùs ex patre filius habet eſſe, ac ad ipſum immediatè refertur, naturalis eſt ordo. QUÆ quidem ſola cauſa eſt, cur ſanctus ſpiritus neceſſariò tertius numeretur: ob idq́; Magnus Baſilius de patre filioq́; loquēdo, verbo adaptatur, vel diſponitur, nequaquàm vtitur, neq; filium patri adaptari, vel poſt ipſum diſponi dicit: Verùm ipſum ſecundum eſſe à patre, quòd ab ipſo eſſe habeat: ſanctum autem ſpiritū filio dicit adaptari, hoc eſt, poſt ipſum (vt dictum eſt ſuprà) diſponi: quod quidem ideo euenit, vt ſanctus ſpiritus tertius collocetur, quòd filius neceſſariò pręcognoſcitur, quoniam ad patrē immediatè refertur. Quòd ſi Magnus Baſilius credidiſſet, eundem ordinem inter filium ac ſpiritum ſanctum eſſe, quem inter patrem & filium eſſe nouerat, ita vt ſi ea ratione ſpiritum ſecundum à filio, qua filiū ſecundū à patre percepiſſet, nequaq̄ profectò Eunomiū inſequut⁹ fuiſſet, neq; ipſum dixiſſet ſanctorum doctrinam falsò citaſſe, cùm diceret ſanctum ſpiritū ordine ac dignitate tertium eſſe. EX quo quidem patet, ipſum Baſilium non ſuſcipere ſanctum ſpiritum dignitate ſecundū à filio eſſe, verùm illud ex hypotheſi diſputationisque gratia (vt ſuprà dictum eſt) dare.

IOAN. ¶ In ambiguo verſamur, P. amp. ꝓptereà

diffinitionibus vti debemus. Nam inter filium ſanctumq; ſpiritum ordo naturę dicitur eſſe, ac illud verbum, diſponitur, ordinem naturæ ſignificat. Idcirco nos diligẽter debemus diſpicere, quonam pacto ordinem ipſum naturæ percipiamus: quãdoquidẽ ex veſtro libro probauimus, ſanctũ ſpiritum eũdem ordinem ad filium habere, quo quidẽ filius à patre diſponitur. Sed vt nos ſereniſſimus Imperator meliùs intelligat, hanc rem altiùs repetam. Nam oẽs theologi philoſophos imitantes, diffinitionibus in earũ propria ſignificatiõe vtuntur. Quòd ſi qua ambiguitas eſſet in eis, oĩs ipſorum Doctorum ſcientia rueret. Propterea veſter Ariſtoteles (quem equidem inuitus teſtor) in v. Metaphyſicæ lib. in capitulo de natura, quotnam modis natura poſſit intelligi, demonſtrans: Natura verò, inquit, dicitur vno quidem modo naſcentium generatio: altero verò, ex quo generatur primò quod naſcitur, qui quidem ſecundus modus ordinem generationis ſignificat, vt ea quæ generantur, ab ipſa ſubſtantia fiãt: quo ſanè generatiõis ſignificato, Baſilius, Athanaſius, Auguſtinus, ac oẽs. alij doctores, tam Græci q̃ Latini fuerunt vſi, tenentes generationis ordinem vnius perſonæ ab alia, ordinem eſſe naturæ: ita vt neq; Baſilius, neq; cæteri doctores in ambiguo fuerint verſati, credentes proceſſionis ordinem nil aliud eſſe, quàm vnius perſonæ ab alia proceſſiõem, quemadmodum Ariſtoteles naturam altero modo (vt ſuprà dictum eſt) diffiniuit. Siquidem igitur ordo naturæ ſancti ſpiritus ad filium eſt, neceſſe eſt, vt ſanctus ſpiritus à filio eſſe habeat, id quod Baſilius ſenſiſſe videt: qua quidem in re, tota noſtra controuerſia eſt.

MAR. Anteaquàm de tali ordine, R.P. agamus, illa Baſilij ſententia nobis diligentiſſimè conſideranda eſt. Dic ergo mihi, credísne Magnum Baſilium huius fuiſſe ſententiæ, ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe nec ne?

IOAN. Ita prorſus, quemadmodùm filius ſecũdus à patre dicitur.

MAR. At idem etiam Eunomius aſſerebat.

IOAN. Cùm hanc ſententiam Eunomius, R.P. ex ſacra pagina ſuſcepiſſet, ex ea concludere volebat, ſanctumſpiritum natura quoq; tertium eſſe. Non igitur Eunomium Magnus Baſilius repræhendebat, quòd illius eſſet ſententię, cùm dubio procul in ea cõuenirent: verùm quòd ex ipſa volebat inferre, ſanctumſpiritũ natura quoq; tertiũ eſſe: id quod (vt dicit Baſilius) nequaquàm indè conſequitur.

MAR. Veritatem igitur Eunomius aſſerebat, ſanctumſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe?

IOAN. Cur non?

MAR. Siquidẽ igitur ea in re cum Baſilio ſentiebat, quænam eius ſententia fuerit, accuratè diſpiciamus. Nónne in veſtro prędicto libro ſcriptum eſt ita: Eunomius ſanctorũ ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos qui ipſam tradiderant?

IOAN. Simulat (inquit) ſanctorum ſeruare doctrinam, qui quidem (vt dicit Baſilius) credebant ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. Ex quo Eunomius inferebat, eũdem ſpiritum natura quoque tertium eſſe. A ſanctis enim (ait) didiciſſe, ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiritum: à ſe autem ipſo credidiſſe, natura quoque tertium eſſe.

MAR. Non ita, P.R. Baſilius dicit, ſed Eunomius ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare, qui ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe dicebant. Qui verò illi ſancti ſint, & quibus ſermonibus doctrinam fecerint, non poteſt dicere.

IOAN. Illud verbum, SIMVLAT, P. R. ad Eunomij concluſionem refertur, quam ex ſanctorũ doctrina diſſimulabat inferre. Nam ſancti dicẽtes, ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, nequaquàm credebant ipſum quoq; tertium eſſe, quod tamẽ ex ipſorum poſitione Eunomius ſimulabat inferri poſſe. quæ quidem Eunomij verba, quoniam clara ſunt, idcirco nulla indigent expoſitione. Nam ſi Baſilio viſum fuiſſet, falſum eſſe, ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe: huic etiam ſententiæ clarè contradixiſſet, quemadmodùm argumentis fortiſſimis ac angelorum exemplo, ſpiritum natura tertium eſſe oppugnauit.

MAR. Si ſanctorum ac Magni Baſilij, reueren. P. hæc fuiſſet opinio, ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, nequaquàm profectò protuliſſet, Eunomi⁹ ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare: ſed potiùs clarè teſtatus fuiſſet, in hoc Eunomium benè ſenſiſſe. Porro quoniam is Magnus Baſilius non credebat ſententiã illam veram, & aliquorum ſanctorũ eſſe, idcirco dixit, ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare. Et paulò infrà Eunomium reprehendit, quòd quinã illi doctores fuerint, non expreſſerit. Et paulo inferiùs: Fuerítne vnquàm homo ſic audax, inquit, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? Authorem nouorum dogmatum, ac audacem, P. ampl. Baſilius Eunomiũ nominat, quòd ea proferebat, quę nemo vnquàm ſanctorum dixerit, quandoquidem Baſilio nõ conſtabat, quinam ſancti huius ſententiæ fuerint, ſanctũ ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. Tuæ igitur partes ſunt, P. reueren. probare ſanctos aliquos hanc ſententiam habuiſſe: nam ipſi credimus demonſtraſſe, Magnum Baſiliũ in ea opinione cum Eunomio neutiquam conuenire, ſed potiùs ipſam oppugnaſſe. Num in veſtro quoque libro nõ ita legitur?

IOAN. Quoniam inficiaris, P. reuerẽ, Magnum Baſilium credidiſſe ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, idcirco de hoc accuratiùs contemplemur, ac Athanaſium authorem digniſſimum videamus, cuius fidem Cyrillus profitebatur excolere. Qui quidem Athanaſius in dialogo, quẽ in ſynodo Nicena in Arrium habuit, ac quibuſdã ſuis literis ita dicit: Si quidẽ ſpiritus ex patris filijq; ſubſtantia nõ eſt, cur filius cùm ſanctũ baptiſma ſuis diſcipulis traderet, de
Matt. 28.b eo fecit mentionem, dicens: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti? Præterea, quoniam in ſacro ſymbolo de tribus perſonis mẽtio fit, idcirco Athanaſius ipſe ad Serapionem ſcribens, ſpiritum ex patris filijq; ſubſtantia dicit eſſe. Spiritus (inquit)
Ioan. 16.b à filio accipit iuxta DOMINI vocem, DE meo accipiet, & annunciabit vobis. De filio aũt,
Ioã. 5. g In nomine patris veni. De paracleto verò,
Ioan. 14.d Spirituſſanctus, quẽ mittet pater in meo nomine. Si quidem igitur (inquit Athanaſius) talem ordinem & naturã ſpiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem, quonã pacto is, qui ſpiritum creaturam eſſe credit, idem quoque de filio non neceſſariò crederet? Athanaſij ergo ſententia clara eſt, qualem ordinẽ filius habet ad patrem, talẽ ſpiritum habere ad filium: ita vt ex prima eius authoritate appareat, ſpiritum perſonam tertiam eſſe: ac ex altera, ſpiritus ad filium ordo: ex vtraq; verò, ſpiritũ à filio accipere. Quonam autem ordine ſpiritus à filio eſſe accipiat, veſtrum eſt declarare, quãdoquidem non oportet magno Athanaſio obijcere. Sed de his in præſentia ſatis. Sequenti verò ſeſſione ex ipſo magno Baſilio eandem ſententiam luce clariùs demonſtrabimus. Quibus dictis, ſeſſio fuit dimiſſa, & ad diem martis prorogata.

Die martis 10. menſis MARTIJ ſeſſio 21. Florentiæ.

MAR. SEſſione proxima, P. amp. Magni Baſilij ſententiam accuratè conſiderãtes, ac ipſius librorum diſcrepãtiam inſpiciẽtes, ex vobis quæſiuimus, an Baſilius ipſe crediderit ſanctum ſpiritũ ordine ac dignitate tertium eſſe. Quod quidem affirmantibus vobis, ſtatim aliam propoſuimus quæſtionem, in dubiumq; vocauimus, vtrùm opinio Eunomij ex doctrina ſanctorum fuerit, néc ne. Quod cùm etiam nobis dederitis, Magnum Baſilium contra vos manifeſtè citauimus. Sãctorum, inquit, ſimulat conſeruare doctrinam, nõ autem, inquit, conſeruat. Deinde reprehendens Eunomium, dicit: Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicere. Fuerítne vnquam homo ſic audax, qui diuinorum dogmatũ innouationes induceret? Quanuis igitur filius ordine ac dignitate ſecundus à patre eſt, quòd ab ipſo eſt: non tamen * & Magni Baſilij dictis concluditur, ſanctum etiã ſpiritum ordine dignitateque ſecundũ à filio eſſe, ac ab ipſo veluti à cauſa eſſe habere, quandoquidem ipſe Baſilius hanc ſententiam nequaquã ſuſcepiſſe videtur. Vos ergo verborum diſcrepantiam benè conſiderantes, deprehendentesq; *notham acceſſionem ad ſermonem Baſilij fuiſſe factam, quippe qui cum Eunomio neutiquàm ſentiens, ſanctumſpiritum ſecũdum à filio eſſe, cur ſit ſecundus, nullam reddiderit cauſam: verborum, inquam, diſcrepantiã benè conſiderantes, omiſſo Baſilio, ad magnum Athanaſium confugiſtis, ad oſtendendum ſanctumſpiritum ordine dignitateq; tertiũ eſſe. Cuius quidem Athanaſij duas authoritates citaſtis, quarum prima fuerat hęc: Sãctus ſpiritus ordine tertius, abſque verbo, EST: altera verò, ſanctumſpiritum eundem ordinem & naturam ad filiũ habere, qualẽ filius ad patrem habere creditur. Quibus verbis probaſſe putatis, ſanctumſpiritũ dignitate quoq; tertium eſſe. Nos aũtẽ, præſtantiſſimi patres, profitemur ſanctumſpiritum in Trinitate tertium eſſe, vt ſeruator noſter baptiſma tradens pronunciauit: dignitate verò tertium eſſe, nequaquàm aſſerimus, de vobis mirum in modum admirãtes, qui quod à ſanctis doctoribus ne ſcriptum quidem fuerit, id vt datum ac à nobis cõceſſum ſumitis, quemadmodùm aliâs feciſtis ſæpiſſimè. Nã huic orationi, SPIRITVS A PATRE ET FILIO, à qua quidẽ verbum, EST, abeſt, ipſum apponitis: huic verò, ſpiritus à filio accipit, accipere eſſe, additis, ita vt quæ adhuc vocãtur in dubium, & ſub iudice ſunt, ea pro claris atq; probatis, ſumatis: quod quidem demonſtrandi genus deterrimum & inutiliſſimum eſſe cõſtat, quodq; principij petitio à dialecticis nuncupatur. Nunc venio ad alteram Athanaſij authoritatem, in qua nobis accuratè conſiderandũ eſt, cur & ad quos homines ſermonẽ ipſum Athanaſius magnus habuerit. Eum enim oportet, vt Cyrillus in tertia ſynodo protulit, qui ſermonibus in diuinis verſatur, perſonarum & temporum ac omnium cauſarum rationem habere, & cur quęq; verba prolata fuerint, quo quidem pacto quiſque cuiuſq; verbi, ſanctiſpiritus bonitate, rationem congruã facilè reddere poterit. Nam glorioſiſſimus Athanaſi⁹ in acerrimos ſanctiſpiritus inimicos, qui filium eiuſdem dignitatis atq; ſubſtantiæ cum patre profitẽtes eſſe, ſanctumſpiritum minorem eis, ac poſt ipſos dicerent, quòd ipſum inter creaturas cõnumerarent, ad oſtendendũ ipſum quoque conſubſtantialem, eiuſdemq; dignitatis cũ patre ac filio eſſe, eo quo cæteri doctores argumento fortiſſimo fuit vſus, ſanctum videlicet ſpiritum eiuſdem ordinis & volũtatis ac operationis cum patre &

for. * ex

*nouã, vel adulterinam.

filio esse, quemadmodùm ad Serapionem episcopum scribens: Filius quidem, inquit,
Ioan.3.b à patre mittitur: sic enim Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret. Fi-
Ioan.16.a lius autem mittit spiritum: si enim (inquit)
ego abiero, mittam eum ad vos. Et filius
Ioan.17.a quidem patrem clarificat, Ego (inquit) te
clarificaui. Spiritus autem clarificat fili-
Ioan.16.b um. Ille enim (inquit) me clarificabit. Am-
Ioan.8.c pliùs filius quidem dicit, quæ audiui à pa-
tre, hæc loquor in mundo. Spiritus verò ex
Ioan.16.b filio accipit: De meo (inquit) accipiet, & an-
Ioan.5.g nunciabit vobis. Et filius in patris nomine
Ioan.14.d venit. De spiritu autem dicit, quem mittet
pater in nomine meo. Siquidé igitur talem ordinem & naturam spiritus habet ad filiũ, qualem filius ad patrem: quonam pacto is, qui spiritum dicit creaturã esse, idé quoq; de filio non necessariò credet? Quib⁹ verbis, P. amp. doctor ipse nõ personarum distinctionem, neq; vndè existendi causam haberet, sed earundem potiùs vnitatem & cõiunctionem ac cõsubstantialitatẽ probasse videtur, ex eo quòd analogia proportioneq; quadam eiusdem sunt voluntatis ac operationis. Non enim inquit filium à patre habere esse, spiritũ autem à filio: neq; patrem generare filium, spiritũ verò à filio mitti. Nanque si sic Athanasius protulisset, talis profectò sermo ad vestram sentẽtiam faceret. Verùm bonitatem patris ex operibus filij, & bonitatem eius ex operibus sanctispiritus, proportione quadam (vt suprà dictum est) demonstrauit. Ex eo enim, quòd filius à patre, & spiritus à filio mittitur, patris bonitas (vt inquit Gregorius) comprehenditur, ita vt ipsa missio sit bonitas patris, & sanctispiritus missio, bonitas filij sit putanda. Illud autem, filius quidem patrem, filium verò spiritus glorificat, operationum proportionem, & voluntatis eorum idẽtitatem significat. Etenim quoniã filius iamdiu cognito patre, mundo apparuit, deindè verò sanctusspiritus palàm se fecit: idcirco ne ἀντίθεοι, hoc est, aduersus
Ioan.8.c deum esse viderentur, filius quidem patrẽ, spiritus autem filium clarificare dicitur, & quæ tacuerat, fili⁹ discipulis reuelauit. Quæ
Ioan.16.b audiui à patre, hæc (inquit) loquor in mũdo. Spiritus verò à filio accipit, quẽadmodùm scripturæ relictum est, De meo accipiet, & annunciabit vobis. Ex quibus quidem verbis credere debemus, sanctumspiritum à filio sermonem accipere, ac ipsum
Ioan.5.g discipulis nunciare. Spiritus ergo nõ acci-
Ioan.14.d pit esse à filio, vt tu P. R. sentire videris. Deinde filius de se loquens inquit: In patris nomine veni. De spiritu verò dicit, Quem mittet pater in meo nomine, vt voluntatis idẽtitatem, & operationum suarum analogiam (vt sæpè sæpiùs dictũ est) declararet. Propterea q; magnus Athanasius illud protulit, talem ordinem & naturam spiritum ad filium habere, qualem filius ad patrem: hoc est, ita spiritus cum filio disponitur, & ei consubstantialis existit, quemadmodùm filius patri. Quonam igitur (inquit) pacto is, qui spiritum creaturã dicit, idem quoq; de filio non necessariò credet? stante videlicet ipsorum voluntatis substantiæq; vnitate, necnon eorundem operationum analogia. Sic magnus Athanasius, P. amp. debet exponi, quippe qui non personarũ distinctionem, verùm ipsarum coniunctionẽ ac earundem substantiæ vnitatem (vt suprà diximus) ostendere voluit. Hæc igit Athanasij authoritas, P. R. longè aliter, quàm sperares, exposita est: atq; ita, vt ad dogma vestrum nequaquàm facere videatur. An autem de sanctispiritus processione, ita vt ipsi creditis, senserit, & an filius sanctispiritus causa sit, nécne, alia eiusdem Athanasij authoritatem posset intelligi, quippe qui in sermone de filij ac spiritus æterna essentia, diuinarum personarum disiunctionẽ edocens, solum patrem, diuinitatis fontem ac ingenitum nominauit. Acsi solum ipsum dixisset genitorem ac mittentem esse: non igitur sentiebat filiũ, sanctumspiritus causam esse, si diuinitatis fontem, patrem solũ esse credebat. Disiungitur (inquit) & ab ijs, qui Iudæos secuti, cùm Deum de Deo negant, Christianorum fidem euertẽtes, vnũ Deum vt Iudæi profitentur, non quòd solus ingenitus & sol⁹ fons diuinitatis est pater, idcirco Deum ipsum pronunciant, sed quòd non genitor filij & absq; fructu viui verbi. Si quidem igitur solus fons diuinitatis, ac solus ingenitus, pater est: sequitur, vt solus filij genitor, ac solus spiritum mittens existat. Non igitur apud Athanasium filius sancti spiritus causa est, & ab ipso spiritus esse habet. Hæc nunc ad tuam orationem. ¶ Hæc via, P. R. qua quidem ad ve- IOAN.
ritatem illustrandam progrederis, tenebras potiùs obducit, quàm (quod omnes summoperè cupimus) lucem afferat. Nec id sanè principio nostræ disputationis inter nos conuenit, vt tam longis orationibus vteremur. Verùm vt breuibus vltrò citroq; habitis argumentis atq; responsionibus, paucis rẽ ipsam concluderemus: te tamen longam habentem orationem, verbaq́ue duo per horam exponentem, hi præstantissimi patres audiẽdo iam fessi sunt, & vt mihi videtur, nil aliud de tuo sermone intellexerunt, quàm id, in quo me valdè repræhendisti, quòd verbum, EST, Athanasij verbis addiderim, vt sæpenumerò facere soleo. nam alterum ipsius Athanasij authoritatẽ, sanctum videlicet spiritum, talem ordinem & naturam ad filium habere, qualem is ad patrem habere creditur, malè explanasti: qui autem sermonẽ aliquem exponit malè, is nunquàm benè respondere potest: deinde ad materiam de temporali personarũ pro-

processione venisti, in qua necessariò concludere possumus, spiritumsanctum ex filio etiam ab æterno procedere, ex eo ꝙ ab eodẽ temporaliter procedere creditur. In qua quidem materia tibi paucis respondebo, quanuis de ea nullam modò mentionẽ facere debebas, quandoquidem ad propositum neutiquam spectare videtur. Sed anteaquàm aliud proferam, ex te P. R. scire velim, an ita protuleris, cùm filius patrẽ dicitur audire, verba eius audit, quandoquidem auditus ad verba refertur, & ita dictũ
Ioan.16.b euangelij, De meo accipiet & annunciabit vobis, vt inquis, debet intelligi: ex quo quidem, sanctumspiritum à filio habere esse, minimè sequitur. itáne sentis, an non?

MAR. Quid ni? nam & magn⁹ Athanasius euãgelium ipsum sic exponit.

IOAN. Ex hoc, P. R. secũdum vestros & nostros sanctos doctores, DEO fauente, probabimus, sanctumspiritum à filio æternum esse suscipere. Sed anteaquàm ad demonstrandum hoc veniamus, orationi tuæ breuibus respondebo. Nam sessione proxima ex me quæsiuisti, an ex Magni Basilij sentẽtia sentirem, sanctum spiritũ ordine dignitateq; tertium esse: deinde me, hãc eius fuisse sententiã, asserẽtem interrogasti, an alij quoq; sancti doctores fuerint idem sentiẽtes: me verò respondente, multos sanctos huius fuisse sententiæ, cõtinuò ad ostendendum oppositum, magni Basilij authoritatem exposuisti, quemadmodùm etiam modò fecisti, ita dicés in summa: Eunomius sanctorum simulabat conseruare doctrinam, sanctumspiritum ordine ac dignitate tertium esse: qui verò illi sancti sint, & in quib⁹ sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere: idcirco Magnus Basilius, vtpotè qui non sentiret aliquos sanctos eiusce fuisse sententiæ, inquit: Fuerítne vnquã homo sic audax, & reliqua? Credis igitur ex mente Basilij, neminem sanctum eius opinionis fuisse, quòd Eunomius ipsos citare nesciuerit. Hanc expositionem tuam, P. R. volui repetisse, vt hi P. amp. solutionem eius, quã afferam, faciliùs intelligant. Nos magni Basilij librum habemus, quem nõ mẽdosum, sed fide dignum esse putamus: cuius quidẽ rei ex eo facimus coniecturam, quòd cum Mityleneñ presulis vetustissimo libro, quẽadmodùm ij testari possunt, qui vtrũq; diligenter perlegerant, in omnibus cõuenit: qui quidẽ liber, si lubet, in mediũ afferatur.

MAR. Hi libri eadem manu exscripti videntur esse.

IOAN. Tria vobis P. amp. demonstrare volo. Primum, alia Basilij authoritate sanctumspiritum à filio accipere esse: alterum, quãto dedecori Basilio Magno futurum fuisset, si *scripturæ reliquisset, ita vt in vestro legitur libro, & quemadmodùm talem tantumq; virum, ac in Dei Ecclesia, vt Chalce-

*scriptum

doneñ synodus testatur, maximæ authoritatis, exponitis: vltimò, ex præcedẽtibus ac consequentibus verbis eius ostendã, ipsum nõ aliter sensisse, quàm in nostro libro scriptum videtur. In explicandis autem his tribus capitibus, P. amp. non ero multus, neq; mea vagabit oratio, spe adducꝰ, sanctispiritus (de quo agitur) bonitate, vos nó mediocrem per nos ab ipso gratiam consecuturos, quo quidẽ Magnus Basilius plenus, non potuisset in tanta materia, de qua agimus, diuersis in locis diuersa conscribere: quãdoquidem sancti doctores in his, quæ ad fidem spectarent, sibijpsis constare, nullibiq; contraria scripsisse creduntur. Nuper ergo cùm essem in amplissimi sanctæ Sabinæ cardinalis domo, Ambrosio eius fratre præsente, egregio literarum Græcarum interprete, Leonardus Aretinus literarũ græcarum professor eruditissimus, ac huius ciuitatis illustrissimus Scriba, vel (vt vulgò dicitur) cancellarius, vetustissimum quoddam volumen Græcũ nobis attulit, in quo quidem quærentibus nobis quandam epistolam, fortè fortuna sermo quidam Basilij de sancto spiritu occurrit: quẽ ego sperans tum videre *miraculum, (credebam etenim, id quod fuerat, Magnum Basilium sanctispiritus plenum, in ipso sermone claram aliquam & manifestam sententiam reliquisse) eiusdem amplissimi cardinalis iussu perlegi: quo quidem perlecto, maximas ipsi sanctospiritui gratias egimꝰ, quòd nobis euenit ex sententia, vt quod à Christianis in hac materia celebrari debeat, id ex eodem ipso sermone cognouimus. Vnum quidem patrem, inquit, vnum filium, vnum spiritumsanctum, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis est: non autẽ duos patres, neq; duos filios, quandoquidem spiritus neque filius est, neq; nuncupatur: nõ enim à spiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio spiritus: sed eo ad nos veniente, nosq́ue sanctificãte, diuinitatis hæreditatem susc ipimus, necnon hæreditatis æternæ præmium, ac æternorum bonorum primitias. Hæc sunt, quæ nos à spiritu accipimus, quæq́ue nobis creata fuere, atque à sanctospiritu causata. Siquidem igitur P. amp. iuxta Basilium, nõ ita nos à spiritu accipimus, quemadmodùm à filio spiritus: nõ autem à spiritu creaturas accipimus, sequitur, vt quod is à filio accipit, diuinum sit: quandoquidem quæque res, vel diuina vel creata creditur esse. Quæ autem sint illa, quæ nos à spiritu suscipimus, Basilius ipse declarat, videlicet diuinitatis hæreditatem, ac hæreditatis æternæ premium. Scriptum est enim: Ego dixi, dij estis. Nam facti filij Psalm. 81.
cohæredes, dij possumus appellari, & hæreditatis æternæ ac æternorum bonorũ participes efficimur. Qua quidem ratione Basilius ipse sentẽtiam improborum euertit,

quòd illud esse,quod spiritus accipit, creatorum bonorum causa est. Nunc venio ad secundũ,& luce clariùs demonstrabo,Magno Basilio nó mediocri dedecori fore, si sic intelligatur, quemadmodùm à patre Ephesio exponitur:quod quidem,vtranq; nostram expositionem diligentissimè conferentibus,palàm fiet. Id igitur (vt lubet) agamus. Nam in nostro libro scriptum est ita: Cur eñ necesse est, si ordine ac dignitate tertius est spiritus,natura quoq; ipsum tertium esse?in vestro autem ita: Cur enim necesse est,si ordine ac dignitate secundus est sanctusspiritus,natura quoq; ipsum secundum esse?In nostro ergo libro tertius, in vestro autem secundus, sanctusspiritus ponitur.

MAR. IOAN. Immò in nostro quoq; lib. tertius legit. Deinde in nostro hæc verba sequuntur: Dignitate nanque ipsum secundum à filio, cùm ab ipso esse habeat,& ab ipso accipiat, & annunciet nobis,& omnino ab illa causa dependeat,pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, nec à diuinis scripturis docti sumus,nec à dictis potest consequẽter ratiocinari.In vestro autem libro legitur ita: Dignitate nanque ipsum secundum à filio, tradit forsan ratio pietatis: vbi verbũ FORSAN,ambiguam reddit orationem, & magnum illum Basiliũ dubitasse demonstrat. Deinde in vestro libro sic legitur: Natura verò tertia vti,nec à diuinis scripturis docti sumus,nec à dictis potest consequenter ratiocinari.vbi nónulla verba deesse videtur. Deinde Basilius prædictorum reddit rationem,vt in vtroq; libro legere est.nam inquit: Quemadmodùm filius ordine quidem à patre secundus est; quoniam ab illo: & dignitate,quoniam origo atq; causa existendi pater ipsi est,& quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem: natura verò,nullo modo secundus,quoniam in vtroque vna est Deitas.Posteà in nostro libro hæc verba sequuntur, quæ in vestro nentiquàm extant:Ita videlicet sanctusspiritus &si dignitate & ordine secundus à filio est,non tamẽ verisimiliter alienę ipsum esse naturæ indè consequitur. In his ergo, quæ de filio Basilius loquitur, benè cõuenimus:vbi verò de spiritu mentionẽ facit, liber vester deficere, ac mendosus esse videtur. Quis enim ambigit, *an verbũ illud FORSAN,non sit Basilij, ac contra tanti viri existimationem positum? Nam id semper potiùs esse debet, ex quo quippiam demõstratur:quãdoquidem (vt dialectici dicũt) ex ambiguis & abstrusis nil prorsus potest dilucidari,cùm à notioribus ad minùs nota procedere, natura nobis insitum sit, qui quidem demonstrandi modus à sapiẽtibus approbatur. Nam Eunomius ita ratiocinabatur:Quoniam spiritus dignitate tertius est, vt ex scripturis sacris habetur: idcirco sequitur,ipsum natura quoque tertium esse. Cuius quidem argumenti illationem & consequentiam Basilius volens euertere, pluribus exemplis scripturæ sacræ demonstrat,dicens angelorum alios primos, alios secundos, alios ordine dignitateque tertios esse:non tamen ex eo consequi, natura quoque tertios esse. Siquidem igitur ipse Basilius verbo FORSAN, fuisset vsus, argumẽtum eius in Eunomium, quod clarum esse debebat,valdè fuisset ambiguum. At inconueniens esse videtur, tali tantoq; viro tantam inurere notam, de quo Chalcedonen synodus testatur,ipsum exactissimam accuratissimamque tradidisse doctrinam. Porrò quàm exactissimam de sancto spiritu nobis scientiam tradidisset,si verbo FORSAN,vsus fuisset? Illud ergo FORSAN, quod Magni Basilij sensum corrumpit, ex libris eius deleri penitùs debet. Præterea is Magnus Basilius in eodem sermone clarissimè dicit,sanctumspiritum à filio accipere. Quod autem accipit, id profectò non creaturam, vt nos, verùm (vt suprà dictum est) diuinum esse necesse est. Etenim quidnam aliud,obsecro, sanctusspiritus in ipsa Trinitate à filio accipit? quandoquidem, quod accepit,vel accipit,vel in futurum accipiet,id æternaliter habet. Et filij auditus à patre,ac eius notio,idem sunt.Et diuinorum intelligentia,& esse ipsorum,idem esse creduntur.Necnon illud,à patre audire,nil aliud apud Latinos & Græcos est, (vt probabo) quàm,ex patre substantiam capere. Quod ergo spiritus à filio accipit, id notio & esse,diuinaque substantia est. Cur igitur est censendum,Magnum Basilium in sermone de sancto spiritu, quem in eius celeberrimo die habuit,absque aliqua hęsitatione dixisse, spiritum à filio accipere: alio verò loco,eundem ipsum Basilium de eodem spiritu,quo plenus fuisse creditur, illud FORSAN,tam inconstanti sententia protulisse? Veræ nanque sententiæ ab hominibus sanctis, sacris literis traditæ fuerant: quibus inniteus Basilius, in Eunomium vehementer inuehebatur. Sed venio ad tertium illud,quod ab initio vobis probare promiseram,vt ex præcedentium & consequẽtium verborum Basilij nexu cognoscatis, cuiusnam sententiæ fuerit. Nam clarissimè patet,verbis his, Forsan pietatis ratio tradit:orationem hanc, quæ subsequitur,Ita videlicet & sanctusspiritus etsi dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen verisimiliter alienæ ipsum esse naturæ,indè consequitur,oppositam esse: quãdoquidem simpliciter ac sine ambiguitate à Basilio fuerat prolata, etsi quidã fallaces homines ex eius sententia inferebant, spiritumsanctum natura quoq; tertium esse. Ex his igitur Basilij verbis,Nó enim à spiritu accipimus aliqua,quemadmodùm à filio spiri-

for. *quin
*quod

spiritus, cùm nil aliud præter diuinã naturam possit accipere.necnó ex alia eiusdem Basilij authoritate palàm fit, verbum illud FORSAN, ipsius Basilij neutiquàm esse,quãdoquidẽ sibijpsi cõstare nõ videret, quod ei magno dedecori esset. siquidem igitur accipere esse,ac procedere,idem significãt, & spiritus à filio accipit, vt probatũ est, spiritus ergo ex filioq; procedit.Sed vt magni Basilij sententia fiat clarior, verba eius in tertio cõtra Eunomium libro altiùs repetam:Vix tandẽ (inquit)blasphemijs in vnigenitũ saturatus,ad spiritum sanctũ trãsijt, totiq; suæ consentanea voluntati de ipso etiam disserit, sic scribens: Cùm verò hæc nobis de vnigenito sufficiant, reliquũ est vt de paracleto quoque dicamus: nec opiniones inexquisitas multorum sequemur, sed sanctorum in omnibus doctrinam cõseruabimus: à quibus cùm dignitate ac ordine tertium ipsum didicerimus, tertium quoq; natura esse credidimus. Hæc Eunomius arrogans & superbus, qui (vt Basilius consequenter dicit)quòd non putat oportere in simplici & syncera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdam cauillatorijs rationibus ad id,quod sibi videtur,veritatem rursus commutare, satis verbis suis ostendit. Cùm enim cõtemnat opinionem multorum, qui spiritum sanctum glorificant, sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos qui sibi ipsam tradiderunt.Nam ex eorum scripturis cognoscceremus, an hæc illatio & (vt ita dixerim) consequentia, ex ipsorum sententia fuerit, si ordine ac dignitate tertius est spiritus, ipsum natura quoq; tertium esse. Magnus ergo Basilius in Eunomiũ inuehitur,quòd ipsorum sanctorum libros non citasset, ex quorum sententia inferebat sanctumspiritum natura quoq; tertium esse,quorũ quidem sanctorum authoritatem Basilius approbabat,sanctumspiritũ (vt suprà dicitur) tertium esse: verùm ipsam Eunomij consequẽtiam reprobabat, spiritũ natura quoq; tertiũ esse. Propterea q; paulo inferiùs angelorũ exemplũ dat, dicẽs, alium principẽ, alium subditũ,omnes tamen vnius esse naturæ. Deinde de spiritu inquit: Sic profectò & spiritussanctus dignitate quidem & ordine secũdus est. Accepimus enim ipsum tertiũ à patre & filio numeratum, cùm ipse Dominus in traditione salutaris baptismatis,ordinem tradiderit his verbis: Euntes baptizate in nomine patris & filij & spiritꝰ sancti. in natura autẽ tertia à filio ac patre deiectũ spiritum,nullibì audiuimus. Posteà suam sententiam argumento cõfirmat, dicens: Cùm enim duæ res dicantur,deitas & creatura, dominatus ac seruitus, sanctificans & quę sanctificatur,qua in parte spiritum ordinabimus? in his,quæ sanctificantur?at ipsemet sanctificatio est.Et infrà:Nõ ergo ipsum principalem natura spiritũ, fas est nobis conseruum dicere, nec creaturis connumerare eum, qui in diuina & beata Trinitate connumeratur.Vndè patet,P.A. sanctumspiritũ non creaturis,sed ipsi diuinitati connumerandũ esse: quãdoquidem quæq; res, vel diuina vel creatura creditur esse.In qua quidem diuinitate,magnus Basilius spiritum sanctum ordine ac dignitate tertium esse crediderat, quippe qui paulo antè protulerat, filium à patre secundũ ordinẽ quidẽ,quoniam ab illo: dignitate verò, quoniã origo & causa essendi,pater est: sanctum autem spiritum, à filio secundum: hîc verò extra creaturas,ipsum connumerat,quæ quidem (inquit)à cõmunicatione, quam cum illo habent, qui natura sanctus est, sanctificationẽ habent: spiritus aũt natura sanctitas est, illis verò participatione inest. Siquidem igitur sanctus spiritus tertius est,necesse est filium,causam & principium eius esse per diuinæ naturæ participationem. Quandoquidẽ (vt quàm sæpissimè ptuli) inter diuinas personas ordo,ab vno in aliud esse creditur,quo quidem vna persona ex alia substantiam & esse ac ordinem accipit. Vndè euenit,vt quoniã nobis concessum est,ACCIPERE & ESSE idem significare:spiritꝰ,qui à filio habet esse,ab ipso quoque procedat. Alias quoq; Basilij authoritates,P.A.possem afferre,ad ostendendum, sanctum spiritũ à filio esse atq; procedere, necnó ad easdem duas eiusdem Basilij authoritates luce clarius explanandas:verùm maius operæprecium mihi videtur, vt ad Athanasium veniamus: quem quidẽ si benè, P. R. exposuisses, intellexisses meliùs ipsum,qui in apologia sua in Arrium dicit: Si sanctusspiritus ex pátris filijq; substantia non est, cur Dei filius in symbolo sanctificationis ipsum connumerasset,dicens: Euntes,docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritusãcti? Igitur ex Athanasio patet,si sanctusspiritus ex patris filijq; substantia non esset, nulla prorsus ratione in sanctificationis symbolo connumeraretur. Porrò vos Græci domini nostis, quod à vobis symbolum dicitur, id à Latinis cõpositionem vel signum nuncupari, iuxta B. Clementem, qui post S. Petrum ad B. Iacobum scribens, inquit: Apostoli congregati symbolũ fecere, quod quidnam significet, exponens dicit: quod quidem ideò compositio ac signum dicitur, quòd ij quandam compositionem cõfecerant, ex qua quod creditur, demonstratur. Propterea, patres optimi,sanctificationis symbolum ab Athanasio nominatur, quòd baptismatis charactere ac signo, Christianus à non Christicola differre creditur.Ergo pauloantè vobis ,pbaui clarissimè, ita sanctumspiritum ex filij substantia habere esse, quemadmodùm filius ex

Matt. 28.c

Matt. 28.c

patris. Nunc aũt Athanasius inquit, Si sanctus spiritus à filio nõ haberet esse, cũ ipso non connumerarẽ. Porrò aũt, P.R. quoniã sessione proxima respondens mihi dixisti, me hinc inde sumere authoritates neutiq̃ ad rem pertinentes, quẽadmodùm in beati Epiphanij authoritatib⁹ fecerã, quib⁹ quidem ab re verbũ EST, apponebam, idcirco ad Epiphanium ipsum venire volo. Et quoniam cõplures interpretes docti ac in philosophia præclari, præsertim sereniſſimus Imperator hîc adsunt: ideò nõ alijs testibus opus est ad probandum, an verbum EST, in ipsis Epiphanij dictis subintelligi debeat. quod nõ equidem primus, verùm Ambrosius apposuerat, dicẽs ita: Filium Epiphani⁹ dicit, qui ex ipso: sanctum aũtẽ spiritũ, qui ex vtroq;, quæ quidẽ Epiphanij authoritas prima fuerat. De qua iterũ ex vobis quæro, an hæ duæ prepositiones EX, verbũ EST, necessariò includant? Nam ipse multis in Ambrosij expositionibus talem modũ loquendi cõperio, vt mos est Græcis, qui, cũ verbũ necessariò intelligitur, illud non exprimũt: quemadmodùm etiam Basilius fecerat, qui dicens spiritum ordine dignitateq̃; tertium, verbũ omiserat, quod necessariò intelligitur. Altera verò Epiphanij authoritas fuit hæc: Neque filium nouit quis, nisi spiritus sanctus, qui verè clarificat & docet omnia, qui ex patre filioq̃;: vbi verbum EST, deest, ipsum tamẽ subintelligitur. Rogo igitur te, P.R. ne in posterum oratione morali, vel verbis quandoq; mores significantibus, vti velis, quandoquidẽ ex ipsis nil firmi poterimus assequi. Et ne me in eo amplius reprehendas, quòd quę verba necessariò subintelligantur, ea exprimo. Ad secũdam aũt Athanasij authoritatem breuibus respõdeo, ex ea nobis credendũ, si diligenter ipsam perpenderimus, sanctum spiritũ ordine ac dignitate tertium esse. Talẽ (inquit) ordinem & naturã sanctus spiritus habet ad filium, qualẽ filius ad patrẽ. Quonã igitur pacto, qui spiritũ dicit creaturã esse, idem quoq; de filio non necessariò credet? Hoc est, ob ipsorum ordinis similitudinẽ. Ordine nanq; naturæ, iuxta philosophos & theologos, vt aliàs demonstraui, quippiã ex aliquo generatur, ac ex vna persona producitur altera. Porrò aũt non debemus in theologia rerum diffinitionibus aliter vti, quàm ipsæ significent, q̃q̃ue à doctoribus accipi soleant. Siquidẽ igitur ordo naturæ, processionis est ordo, per quam vna res ab alia naturam accipit, quæ quidem natura, principium est quo vel per quod, vt Damascenus etiam inquit: sequitur, generationẽ esse ordinem naturę, non velut generantis, verùm quo generans generat, quod quidẽ principium communicabile est.

MAR. Ne mutes dictiones, Pater Reuerende. Aliud enim est dicere, ordinem & naturam: aliud verò, ordinis naturam.

IOAN. Ordo secundum naturam, R.P. & ordo naturæ, idẽ significant, quemadmodùm de persona, ex qua fit aliud, dici potest, si relationẽ principij habeat, quod quidem secũdum naturã cõmunicatur. Vndè sequitur, sanctum spiritũ ordine ac natura secũdum post filium esse, & ab eodem esse accipere, ac cõsequenter ab ipso procedere. Sed hęc hactenùs. Nam de tẽporanea sancti spiritus processione suo loco dicemus, quãdoquidem alterius est considerationis.

IMP. Operæprecium esse nostis, P.A. vt breuibus disputetis: vos autem tam longam habuistis orationem, vt anteà dies defecturus videatur, quàm nostri respõdere sufficiãt. Quibus dictis, sessio missa fuit, & ad diem sabbati dilata.

Die sabbati 14. mensis Martij,
sessio 22. Florentiæ.

MAR. SI ad omnes orationis tuę partes oratione perpetua respondere velim, hic dies mihi P.R. ad dicendum nequaq̃ sufficeret. Quoniam igitur sermones plixi, nobis inutiles sæpissimè visi fuerunt: idcirco singulam quanq; orationis tuę partem memoria (vt potero) repetendo, ad ipsas sigillatim paucis respondebo, te interrogando, ac exte rationes quærendo, & tibi cùm fuerit opus, reddendo. Quoniam autem Pater R. dixisti, nos primã Athanasij authoritatem non benè intellexisse, quandoquidẽ ipsam malè exposuimus, ideo nostrę responsionis exordium ab ea sumemus.

IOAN. Vt disputatio nostra, P. R. iuxta prioris nostri sermonis ordinem habeatur, à Magno Basilio debes incipere, deinde ad Athanasium venire.

MAR. Quoniam sessione proxima, P.R. magni Athanasij authoritas recitata & exposita fuit à te, idcirco mihi videt, vt eandẽ priùs explanemus, clariorẽq̃; reddamus, posteà verò ad magnum Basilium veniamus.

IOAN. Vt ordine bono P.R. hac in re procedamus, agendum est nobis, vt dixi: sin minùs, inter nos confusio poterit exoriri. Nam in superiore sessione primò ex me quæsiuisti, an credere magnum Basilium huius fuisse sententiæ, ac vnà cum sanctis suis maioribus sensisse, sanctũ spiritum ordine dignitateq̃; tertium esse, deinde verbis eius à te explanatis, continuò ad Athanasium venisti. Ego verò, vt eodem ordine tibi responderem, eandem Basilij authoritatem priùs exposui, ac eius aliã simul attuli, & ex præcedentium cum cõsequentibus eiusdẽ Basilij verborum nexu, mentem ipsius diluciduai, necnon ex tua expositione magnum ipsum Basilium incõueniens sequi, demõstraui: in extremũ aũt, ad magnũ Athanasiũ veni. Ne igitur orationes nostræ confundantur, idem nobis ordo seruandus est, cùm præsertim beatissimus dominus noster

ster sereniſſimo Imperatori, ac nobis omnibus id cõtendentibus benignè cõcesserit, vt singulis argumentis atq; orationis partibus respõdentes, eousq; disputationẽ nostrã trahamus, quousq; cõtrouersiæ nostræ modũ inueniamus. Ad primã igitur magni Basilij authoritatẽ, priùs respõdere debes.

MAR. Volebam equidem R.P. eodem ordine quo proximè sum loquutus, adhuc in præsentia tecum agere, ac in primis ostendere magni Athanasij authoritatem ad nostram magìs sententiam, quàm ad vestram, facere. Verùm quando tibi videtur, vt tui sermonis ordinem sequar, in hoc etiam morem gerã tibi, & à Basilij authoritate incipiam. Primò, tribus argumentis probare conatus es, librum vestrum mendosum nõ esse, quẽ ipsi dubio procul corruptũ esse putamus. Quorum quidem argumentorum primum fuit, quòd idem Basilius alio etiam in loco testatur, sanctum spiritum à filio esse habere: alterum, quòd cõtra eius esset existimationem, (qui doctor egregius, admirationeq̃; valdè dignus existit) si de diuinis dogmatibus hæsitãs, verbo FORSAN, vsus fuisset, ac non sine ambiguitate suam sententiam literis mandasset. Postremò, ex nexu verborũ ipsius Basilij iudicatis, vestrum librum incorruptum, nostrum autem mendosum esse, sanctumq̃; spiritum ordine dignitateq̃; tertium esse. Sed anteaquã vobis respõdeamus, hæc Basilij authoritas recitetur: Vnum (inquit) patrẽ, vnum filium, vnũ spiritum sanctum esse, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis est, nõ autem duos patres, neq; duos filios: quãdoquidẽ sanctus spiritus filius nõ est, neq; nominatur. Et reliqua. In quibus verbis, P.AM. non legitur, neque ex ipsis necessariò potest inferri, sanctum spiritum à filio esse accipere. nam illud, Nõ enim à spiritu accipimus aliqua, quẽadmodùm à filio spiritus: sic debet exponi, nos non à spiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio accipimus spiritũ. Nam spiritus apud Græcos neutri generis est. Et illud, quẽadmodùm à filio spiritus, quod vos pro nominatiuo casu accipitis, nos accusatiuum credimus esse: quæ quidẽ expositio, nostræ sententiæ ac verbis ipsius Basilij, necnõ eiusdem menti quàm maximè conuenire videtur, vt statim monstrabimus. nam sancti spiritus inimici, hac disiuncta oratione vtentes, contra Christifideles sic argumentari solebant: Si spiritus ex patre genitus est, eccè duo filij: sin autẽ ex filio, eccè duo patres, hoc est, pater & filius. Aduersus quos hæreticos magnus Basilius inquit: Vnum patrẽ, vnum filium, vnũ spiritum sanctũ, iuxta diuinam traditionẽ, profitendũ nobis est. Nã sanctus spiritus quãuis ex patre procedat, non tamen filius est, neq; ex ipso, vt filius, natus. Propterea inqt: Non aũt duos patres, neq; duos filios, quãdoquidẽ sanctus spiritus filius non est, neque nominatur. Porrò aũt patet, nos à filio spiritum sanctum accipere, id est, adoptionis spiritum. nam filij secundum sui naturã proprium est, nos per spiritum adoptare, vt Paulus ad Galatas scribit: Quoniam aũtem estis filij Dei, misit DEus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem abba pater. Siquidem igitur spiritum adoptionis à filio accipientes, à patre dicimur adoptari, à spiritu verò nil aliud prẽter spiritum ipsum accipimus, quẽadmodùm à filio spiritũ ipsum, qui ab ipso alius est: sequitur, sanctũ spiritũ nõ esse filium, propterea nec à sacris literis filius nominatur. Hoc ergo sensu magnus Basilius protulit, spiritum non esse filium, quòd à spiritu nõ accipimus aliqua, ab ipso videlicet aliena, & per se subsistẽtia, quẽadmodùm filij spiritum accipimus, alium ab ipso secundum eius personã, sed ipsum spiritum ad nos venientẽ, & nos sanctificãtem, ac nobis sua charismata donaq̃; largiẽtem suscipimus, vt Apostolus inquit: Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ipse verò vndè habeas pater reuerende, spiritum à filio esse accipere, non video, cùm ex his, quæ lóga oratione recitauimus, Basilij verbis neutiquàm inferri videatur. Gala.4.a 1.Co.12.b

IOAN. Quanuis longam orationem, reuerende pater, in exponendo Basilio habuisti, rem tamen ipsam neutiquàm tetigisti, præterquàm quòd in fine ex me quæsiuisti, vndè illam expositionem habuerim. Ego autem tibi respondeo, verba hæc, Vnum patrem, vnum filium, & reliqua, non absolutè, sed definitè ac determinatè prolata fuisse. Propterea, paulo inferiùs inquit: Non enim à spiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio spiritus, quæ quidem comparatio est.

MAR. At non ita nobis videtur.

IOAN. Vt si quis (verbi gratia) dixerit, nemo de sereniſſimi Imperatoris subditis, ab eo quicquam accipiet, quemadmodùm eorũ aliquis, quos in consilium summus pontifex adhibet, ab ipso accipiet. In qua quidem oratione, QVEMADMODVM non potest intelligi, vt illud, eorũ aliquis quos in consilium adhibet, sit casus accusatiui: ita quoq; necesse est, vt illud, à FILIO SPIRITVS, nominatiui sit casus.

MAR. Res ita, vt dicis, Pater reuerende, se haberet, si sic scriptum esset, quemadmodùm à filio spiritus accipit. Verùm cùm spiritus (vt sæpè sæpiùs dictum est) accusatiui sit casus, ea, quam ipse dicis comparationem, à mente Basilij aliena videtur esse, quemadmodùm ipsum exponis, nos scilicet à spiritu non accipere aliqua, quemadmodùm à filio spiritus. Nam ipse volens ostendere spiritum non esse filium, verbis his vsus fuit. Quæ quidem si ad mentem ipsius Basilij conferas, nos ipsum meliùs

melius explanare cognoſces. Idcirco magnus Baſilius inquit, ſanctus ſpiritus nó eſt filius, neq; nominatur, quòd ipſum à filio non accipimus, qui ab eo perſonaliter differt; à ſpiritu autem non accipimus aliqua, quæ ab ipſo differrent, quemadmodùm is ſpiritus alius à filio eſt. Deinde ſequitur, ſed ipſum ſpiritum ad nos venientẽ, ac nos ſanctificãtem, & nobis ſua chariſmata largientem, videlicet communionem diuinitatis, filijq; cohæreditatẽ, & reliqua id genus dona ſuſcipimus. Sic ergo magnus Baſilius debet exponi. Nam expoſitio hæc, eius ſententiæ melius conuenit.

IOAN. Non accipimus (inquis) à ſpiritu aliqua, quæ ab ipſo differant.

MAR. Non ea differre intelligo, quemadmodùm ſpiritus à filio alius exiſtit.

IOAN. Velim equidem huic veſtræ ſententiæ obijcere, vtpotè ſacræ ſcripturæ, ac ipſi veritati contrariæ.

MAR. Cur obſecro, cùm is doctor id ſentiat?

IOAN. Quæro ex te P.R. an ſancti ſpiritus dona, ſint ab eis donis diuerſa, quę nobis tribuit?

MAR. Non ea ratione ſunt alia, vt per ſeſe proprijsque perſonis ſubſiſtant, quemadmodùm filius ac ſanctus ſpiritus per ſeſe ſubſiſtere creditur.

IOAN. Non equidem quæro, an ſancti ſpiritus dona, eo modo ſint eadem vel diuerſa.

MAR. Sunt ſanè diuerſa, non tamen per ſeſe

BES. ſubſiſtentia. ¶Quanuis ſpiritus dona ſuſcipiamus, ea tamen per ſe non ſubſiſtunt.

IOAN. At pauloantè proferebatis, ipſa diuerſa eſſe à ſpiritu, quemadmodùm ipſe diuerſus à filio creditur eſſe.

MAR. Eandem ipſam ſentẽtiam illa Baſilij authoritate confirmare poſſumus.

IOAN. Quæro ex te, R. P. vtrùm ſpiritus à filio datus, creator ſit, an creatura. Nam quæuis res, creator creditur eſſe vel creatura. Porrò autem ipſi credimus ſanctum ſpiritum creatorẽ eſſe, opera verò eius creata. vtrùm (inquam) is ſanctus ſpiritus, quem DEVS per Ieſum Chriſtum in nos infundit abundè, ſit creatura nécne. Obmutuit pater Epheſius. Iterum peto, P.R. an ſancti ſpiritus gratiæ, vnà cum ipſo ac eius perſona, Chriſticolis largiantur nécne: & an ſint eędem cum his, quę ab hominibus ſuſcipiuntur. Videns autem Imperator Epheſium reſpondere nolle, ac timens, ne ſermo ad aliam quæſtionem tranſiret, Græciq́ue cogerentur de creatore ac creatura differere, iuſſit ne ampliùs de quæſtione huiuſmodi verba facerent. Latinis autem eadem repetentibus, ita reſpondit:

IMP. Hæc ad propoſitum, P. amp. nequaquàm ſpectare videntur, neque ab huiuſcemodi quæſtione noſtrum dependet negocium: de quo ſolo, non autem alia de re, quæ forſan cauſa futuræ nobis controuerſiæ fuerit, inter nos agere conuenit.

At operæprecium eſſet, ſereniſſime Imperator, vt hæc etiã quæſtio diſſolueretur. IOAN.

Illa Baſilij authoritas, P.A. longè aliter à nobis, quàm à vobis exponitur. Siquidem igitur ex ambiguis ac obſcuris, nil neceſſariò poteſt concludi, ſequitur vos nihil ex ipſis oſtendere poſſe. Quanuis autem authoritas ipſa ſic etiã poſſet exponi, quemadmodùm vobis videtur, à ſpiritu non accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus accipit, licèt talis expoſitio prioribus verbis Baſilij nequaquàm conueniat, quia tamen ex eo non infertur, filium ſpiritus cauſam eſſe, idcircò ipſa omiſſa, ad aliã veniamus. MAR.

¶Ex beati Cyrilli literis, P. A. quæ ſic incipiunt, Seruatore noſtro clarè loquente, docemur, nos nó ſolùm accuratè verba perpendere, verumetiam doctoris mentem diligẽter inſpicere debere. Siquidem igitur authoritates ſanctorum in medium proferentes, ipſarum ſenſum exactè non explicare, diſpicereq́; vellemus, cótra ſanè Cyrilli canonem ageremus. At ipſi, qui profitemur ipſam Cyrilli ſententiam & legem ſeruare, illam Baſilij authoritatem meridiana luce clariorem eſſe tenemus, de qua tantum hi meritò poſſunt ambigere, qui eam exponũt malè, vt vobis credimus contigiſſe. Qui cùm ipſam non benè intelligatis, in multa inciditis incommoda, ac facitis eandem ipſam authoritatem, oppoſita ſimul includere, proferentes, quemadmodùm à ſpiritu accipimus aliaqua, ita etiã à filio ſpiritus, quod contra omnes doctores videtur eſſe: quandoquidem ſpiritum accipientes à filio, ſpiritus etiam dona ſuſcipimus, necnó eadem dona ſuſcipientes, ſpiritum etiam ipſum vnà cum eius donis accipimus. Quemadmodùm Paulus Apoſtolus inquit: Charitas autem Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Siquidem igitur accipientes à filio ſpiritum, ſpiritus etiam dona (vt eſt ſuprà dictũ) accipimus, & ipſa dona ſuſcipientes, ſpiritum etiam ipſum ſuſcipimus. Et magnus Baſilius inquit: A ſpiritu non accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus: vbi profectò, quia quandam accipiendi diuerſitatem is doctor intelexiſſe videtur, neceſſe eſt, vt ſpiritus nominatiui, non autem accuſatiui, ſit caſus. Latinorum itaq; patrũ expoſitio, vera & clara eſt, vt non accipiamus à ſpiritu aliqua, quẽadmodùm à filio ſpiritus accipit. nam ipſa dona (vt ipſi etiam paulò antè dixiſtis) à ſpiritu ſunt ſeiuncta, & quod ſpiritus à filio accipit, diuinum idemq́ue cum ipſo ſpiritu creditur eſſe, quandoquidem creatura non eſt: ſua verò dona, quæ nobis largitur, proculdubiò creaturæ ſunt. Neceſſe eſt ergo, hanc magni Baſilij authoritatem exponi ſic & intelligi. IOAN. Rom. 5.a

Nos non inficiamur, P.A. hanc veſtram expo- MAR.

expoſitionẽ poſſe ſtare ac veram eſſe, cùm omnes in hoc conueniamus, fieri nó poſſe, vt abſque ſpiritu nos eius dona acceperimus, quandoquidem ſingula eorum cum eodem ſpiritu ſuſcipimus, quòd totus ſpiritus in ſuis ſingulis donis exiſtit. Quę quidem verba tametſi vera ſint, adhuc tamen expoſitio noſtra, vera poteſt eſſe: quandoquidem à ſpiritu non aliqua per ſeſe ſubſiſtentia ſuſcipimus, quemadmodùm à filio ſpiritum accipimus. Quæ quidẽ expoſitio præcedentibus Baſilij verbis conſona magis videtur. Quæ omnia, P.A. quanuis veriſimilia ſint, nequaquam tamen ex ipſis cõſequitur, ſanctum ſpiritum à filio eſſe accipere, ſed nos ab ipſo ſpiritu creaturas ſuſcipere. Hæc ergo P. R. meliùs demonſtrato, de quibus inter nos controuerſia eſt.

IMP. Vt tibi pater Epheſius morẽ gereret, huic quæſtioni P.R. reſpõdit. Verùm in poſterũ ne verbum quidẽ de ea faciet, quandoquidem non tot de cauſis huc conuenimus.

IOAN. Hæc expoſitio, P. A. vera eſt, vt ſpiritus nominatiui ſit caſus. Nã hæc oratio, à filio ſpiritum accipimus, nos ſpiritũ vnà cũ eius donis accipere ſignificat, vt ait Apoſtolus:

Rom. 5.b Dilectio Dei poſita eſt in cordibus noſtris, hoc eſt, ideo, quòd filius dat nobis ſpiritũ, Accipere igitur à filio ſpiritum, nil aliud ſignificare videtur, quàm (vt pauloantè dictum eſt) ſpiritũ cum eius donis accipere: quæ quidem donorum acceptio nil aliud eſt, quàm, quod idem Baſilius in eodẽ loco declarat, videlicet diuinitatis communicatio, & bonorum participatio, ac pignus hæreditatis æternę, quæ omnia (vt Baſilius inquit) à ſpiritu accipimus. Quæ igitur à ſpiritu accipere credimus, his eadẽ donis ipſis eſſe videntur, quæ nobis filius elargitur per ſpiritum. At magnus Baſilius, nó enim (inquit) à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus: quæ quidem, ſi SPIRITVS, caſus eſſet accuſatiui, eſſent eadem. Verùm maxima differẽtia debet eſſe inter ea, quæ ſpiritus à filio accipit, quæq́; ipſi à ſpiritu accipimus: quandoquidem principium in theologia notiſſimum eſt, id quod ipſe Baſilius in eodem loco citat, duo tantùm genera rerum exiſtere, id eſt, creatorẽ & creaturam: porrò dona, quæ ſpiritus nobis largitur, creaturæ ſunt & ſeiuncta: ſpiritus verò ſanctus, creator. Vndè ſequitur, ſi nó à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus, vt id, quod ſpiritus à filio accipit, diuinitas ſit. Tua igitur expoſitio nulla ratione menti Baſilij conuenit. Hęc Ioãnes. Nolente aũt Epheſio q́quã de hoc ampliùs proferre, Imperator ſic dixit:

IMP. Depoſita quęſtione, neceſſe eſt, in præſentia diſputetis, de hac verò forſan aliàs.

IOAN. Equidem te, ſereniſſime Imperator, ſapiẽtiſſimũ ac ingenioſiſſimũ eſſe puto, mihiq́; perſuadeo, te veritatẽ huiuſce rei cognoſcere, ac ipſum Baſiliũ aliter exponi nõ poſſe. Siquidẽ igitur tibi lubet, vt finem his ponamus, ſatìs tibi libentiſſimè faciemus.

Si qua dubitatio eſt, Pater reuerende, viderint auditores. IVL. Card.

Ita quoque nobis videtur. IMP.

Dominus prouincialis, Patres ampliſſimi, Baſilij authoritatem quàm optimè declarauit, ita vt aliter exponi nõ poſſit, vt vobis omnibus exploratum eſt: idcirco (ſi vobis placet) ad alia veniamus. IVL. Card.

De hac quæſtione ſuo loco conſiderabimus. IMP.

Quoniam de his ſatìs eſt dictum, ideo ſi beatiſſimo ſummo pontifici & ſereniſſimo Imperatori videtur, orationem noſtram ad alia transferemus. IOAN.

Quoniam authoritas ipſa videtur ambigua, & vtraque ex parte variè intellecta. idcircò ad alterum orationis tuæ caput, ſi lubet, veniamus. MAR.

¶Nos aũt profitemur ipſam ſatìs ſupq́; expoſuiſſe, ac dilucidaſſe. IOAN.

Fieri non poteſt, Patres amp. vt ſpiritum in loco tertio diſponamus & numeremus. nam in diuinis perſonis non ſunt, primum, ſecundum, tertium: neque vnum, duo, tria, verùm vnum & vnum & vnum, & vna ſubſtantia. Siquidem igitur generare producereq́;, non naturalia & propria, ſed hypoſtatica ſunt: ſequitur, ſi ſanctus ſpiritus ex patre filioq́; producitur, vt ex duabus perſonis producatur, quæ duæ cauſæ ac duo principia eſſent. MAR.

Nequaquàm, pater reuerẽde, nequaquã. Non enim duo principia, duásve cauſas in diuinis, verùm vnicum tantùm principium & cauſam profitemur. Nam pater vt pater, ad filium refertur: filij enim eſt pater. Similiter filius vt filius, ad patrem: patris nanq; filius eſt, quo quidem non exiſtente, pater eſſe non poterit: quandoquidem relatiua ſunt. At ſanctus ſpiritus neque ad patrem, neq; ad filiũ, quatenùs pater & filius ſunt, per ſe poteſt referri. Eſt ne ita, an non? IOAN.

Quid ni? MAR.

Porrò ſpiritus vt ſpiritus, ad ſpirantem refertur. Spirantes verò ſunt, pater ſimul & filius, cùm ſine vlla cõtrouerſia ſpiritus patris filijq́; dicatur eſſe: qui quidem vna eademq́; ſpiratione, facultateq́; productiua, ſpiritum ſanctum ſpirant atq; producunt. Quæ quidem potentia facultasq́ue productiua, cùm vna eademq́; numero ſit, patris præcipuè creditur eſſe, à quo etiam filius accipit ipſam. Qua ratione P. ampl. dicere ſolemus patrem & filium, vnicum ſpiritus ſancti principium & cauſam eſſe. IOAN.

Fierí ne poteſt, pater reuerende, vt * duę perſonæ vna ſit cauſa? Nimirùm perſonæ coniungi non poſſunt, alioquin verum eſſet Sabellij dogma. MAR. *duarum perſonarũ

Si me patienter & ęquo animo auſcultaueris, me P. reuerende facilè intelliges. Nã vnicam IOAN.

vnicam cauſam, vnicúmve principium, patrem in diuinis eſſe profitemur, filij quidē per generationem, ſpiritus autem per proceſſionem. Porrò, quoniam pater in generando filio ſine tempore ſpiritum ſimul producit, idcirco filius ex patre accipit eſſe, ac ſimul ſpiritum ſanctum producere, nòn ex ſeſe, ſed ab illo, à quo etiā habet eſſe. Qua quidem ratione (vt ſuprà diximus) pater præcipuè ſimpliciterq; ſancti ſpiritus cauſa eſt. Non igitur in diuinis duo principia ſunt, propterea quia quæcunque filius habet, ad patrem referuntur.

MAR. De his hactenùs. Nunc ad ſecundā partem veniamus. Liber (inquis) veſter incorruptus eſt, noſtri verò ex eo mendoſi creduntur eſſe, quòd non conuenit credere magnum Baſilium in ſancti ſpiritus theologia dubitaſſe, ac verbo FORSAN, vſum fuiſſe, dicétem, Forſan pietatis ratio tradit. Ipſi autem tibi reſpondemus, hanc magnā Baſilij ſententiam non fuiſſe, neq; aliquos ſanctos id literis mandaſſe, quod Eunomius proferebat, ſanctum videlicet ſpiritū ordine dignitateq; tertiū eſſe, vt ex ipſius Baſilij verbis apparet: Sanctorum, inquit, ſimulat conſeruare doctrinam. Et infrà: Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicere: Fuerítne vnquam homo ſic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? nullos profectò ſanctos Eunomius poterat citare, qui talem ſententiam habuiſſent. Nam magnum Athanaſium nequaquam ſanctum eſſe credebat, & ante ipſum neminèm ſanctum doctorem fuiſſe conſtat, qui illam ſententiam habuiſſet. Neque igitur Eunomius oſtendere poterat, eam fuiſſe ſanctorum doctrinam, neq; ipſam Baſilius ſuſcepiſſe videtur. Porrò quoniā Eunomius ſcripturæ ſacræ potuiſ-
Matt. 28. c ſet inniti, in qua Seruator noſter inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti: ex quibus verbis quiſquam forſan credere poſſet, ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertiū eſſe, idcirco Magnus Baſilius id diſputationis cauſa ſuſcipiens, ac ex hypotheſi ſumens, inquit, ſanctum ſpiritum dignitate ſecundum eſſe à filio, forſan pietatis ratio tradit: pietatis quidem rationem appellans eam, quam ex ſancto Euangelio habemus, ita vt hoc modo Magnum Baſilium exponētes, credere debeamus ipſum in hoc hęſitaſſe, an ratione pietatis, hoc eſt, ex ſacra ſcriptura haberetur, ſanctum ſpiritum dignitate quoq; tertium eſſe: propterea inquit, cur enim neceſſe eſt, & ſi dignitate & ordine tertius eſt, natura quoq; ipſum tertium eſſe? ita & illud FORSAN, ad id debeat referri, quod ex ſacra ſcriptura non clarè patet, ſanctum videlicet ſpiritum dignitate tertium eſſe. Ne aūt quiſquam crederet, ſanctum ſpiritū ex eo dignitate tertium eſſe, quòd ordine tertius eſt, ideo Magnus idem Baſilius (vt in noſtro libro benè ſcriptum eſt) poſt angelorum exēplum inquit: Sic profectò & ſpiritūſſanctus dignitate quidē & ordine ſecundus eſt, vt aiunt: accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, & reliqua. Cui ſoli Euangelicæ authoritati, patres ampliſſimi, Eunomius innitebatur, quandoquidem ſanctorum aliam non habebat, qua ſuam ſententiam tueretur. Quod quidē Euangelicū dictum Baſilius (vt ſæpenumerò dictū eſt) dans Eunomio eo modo interpretandum, verbo FORSAN vſus fuit, acſi ſic dicere voluiſſet: Eunomius Euangelio forſan innititur, quod forſan dicit ſanctum ſpiritum dignitate tertium eſſe: non tamen indè conſequitur, ipſum natura quoq; tertium eſſe. Qui quidem Baſilius, cùm vocaret in dubium, an ſanctuſſpiritus dignitate tertius ſit, idcirco in eodē ipſo ſermone ſic inquit: NON tamen alienæ ipſum eſſe naturæ indè conſequitur, quanquàm concedendū non ſit. Quæ quidem particula, QVANQVAM CONCEDENDVM NON SIT, in veſtro libro nequaquam habetur. Non igitur magno Baſilio dedecori vel turpitudini creditur eſſe, ſi in eo ſermone, quem non affirmans, ſed ex hypotheſi ſumens, verbo FORSAN, protulerit. Sic ergo Baſilium, noſtris libris, qui quamplurimi ſunt, acquieſcentes, exponimus ac intelligimus.

Vt veritas libri noſtri, ac ſimul veſtrorū IOAN.
falſitas appareat, P. ampliſ. fieriq; nō poſſe, vt aliqua ratione ex veſtris huiuſmodi libris veritas habeatur, tres omnes Baſilij in Eunomium libros, ſecūdum Ambroſij expoſitionem, diligenter examinaui: ex quo quidem benè cognoui, in quibúsnam differamus. Quæ dum explico, attendite, obſecro. In noſtro quidem lib. ſcriptū eſt ita: Dignitate nanq; ipſum ſecūdum à filio, cū ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, & reliqua. In veſtro aūt ita: Dignitate nāq; ipſum ſecundū eſſe à filio, forſan pietatis ratio tradit, natura verò tertia vti, & cætera, vbi multorum verborū defectus patet clariſſimè. Præterea Baſilius volens probare, ſpiritum ita ſeſe habere ad filium, quemadmodùm filius ad patrē, his verbis vtitur: Nam quemadmodùm filius, ordine quidē à patre ſecundus eſt, quoniā ab illo: & dignitate, quoniā origo atq; cauſa eſſendi pater ipſi eſt, & quoniā per ipſum acceſſus & deductio ad Deū patrē: natura verò nullo modo ſecundus, quoniam in vtroq; vna eſt deitas: ita videlicet & ſanctuſſpiritꝰ, & ſi dignitate & ordine ſecūdus à filio eſt, nō tamē veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ indè conſequitur. Hæc in noſtro volumine.

lumine. In quibus quidem verbis nulla eſt ambiguitas vel cōditio, ſed ſimplex ac mera cōparatio vel ſimilitudo. Vos tamen his verbis hoc additis, QVANQVAM CONCEDENDVM NON EST: & facitis, vt argumentum & ratio tanti viri, ſit ambigua & cōditionalis. Sed eſt alia quoq; magna noſtrorum codicum diſſonantia. Nā magnus ipſe Baſilius, poſt angelorum ac ſiderum exem-
for. * tandem plum, * eandem veram, ſimplicem, ac ſine ambiguitate aliquáve cōditione, certā cōcluſionem infert, ſanctū ſpiritum dignitate & ordine tertium eſſe, quā quidem pietatis ratiōe, cui inniti maximè videtur, demonſtrat. Accepimus em̄ (inquit) tertium à patre & filio numeratū, cùm ipſe Dñs in traditione ſalutaris baptiſmatis ordinē tradi-
Matt. 28. c derit his verbis: Euntes, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quæ ſanè verba Baſilius pietatis vocat rationē. Quibus verbis opinionem ſuam (vt dictū eſt ſuprà) fulciens, ſanctū ſpiritum dignitate & ordine tertiū eſſe oſtendit, quæ omnia ſequentium cum præcedētibus nexu valdè cōſonant. Nā angelorū exēplum pro vero ac abſoluto ſuſcipiens, ſic ex eo argumentatur: Quemadmodùm angelorū alius princeps, alius ſubditus, & tamen oēs angeli natura ſunt, & in dignitate quædā diuerſitas, in natura verò cōmunitas eſt, ſic ꝓfectò & ſpiritus ſanctꝰ, &c. In quo quidē argumento, quod in prima ꝓpoſitione videē accipere, id ſimplex, abſolutū, definitū, ac ſine aliqua cōditione aut hæſitatione videē eſſe: ergo neceſſe eſt, vt id quod ex eo cōſequitur, certum & nō ambiguum ſit, quēadmodùm ex noſtri codicis lectione habetur. At in veſtro verbum hoc, VT AIVNT, additū eſt, ita vt magnus Baſilius non ex certa ſcientia, verùm dubitanter eam ſententiā habuiſſe videaē. Videre videor, P. A. verba Baſilij, vt in veſtro noſtroq; codice ſcripta ſunt, memoriter repetiſſe. Verùm, ſi qua in parte defecerim, eam tu reuerende pater explana, quandoquidem mihi videtur, nō alijs in Baſilij verbis nos differre. Vt autem veritas magìs pateat, in exponendis ipſis patienter conſtanterq; perſiſtamus. Nam in ipſis vertitur cardo, cùm eiſdem, iactis pro fundamētis, magnus Baſilius in Eunomiū diſputat, quæ quidē verba ſi eſſent ambigua, nil prorſus oſtendere poſſent. Quæro igitur ex te, reuerende pater, id quod ſeſſione proxima ex me petiiſti, vtrùm ex hac Baſilij authoritate ſentias, magnum Baſilium credidiſſe aliquos ſanctos fuiſſe, qui credidiſſent, literisque mandaſſent, ſanctum ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe, nécne?

MAR. Equidem pater reuerende, neq; Baſiliū id ſenſiſſe, neq; ipſum credidiſſe, hāc fuiſſe ſanctorum ſententiam, neq; deniq; aſſenſum fuiſſe Eunomio, proferenti ſentētiam ipſam à ſanctis ſibi fuiſſe traditam, cenſeo, vt ex ipſius Baſilij verbis apparet.

Vt magnum Baſilium, pater reuerende, IOAN.
hoc ſacrum cōcilium intelligat optimè, ab initio tertij in Eunomiū libri, vſq; ad eam partem, CVR ENIM NECESSE EST: omnia verba Baſilij repetens, ipſum explanabo, quandoquidem ipſe non pauca prēterijſti. Vix tandē (inquit) blaſphemijs in vnigenitum ſaturatus, ad ſpiritum ſanctū tranſijt, totiq́ue ſuæ conſentanea voluntati de ipſo etiā diſſerit: id eſt, cùm nil à ſanctis habuiſſet. Deinde verba Eunomij repetit. Cùm verò (inquit) hæc nobis de vnigenito ſufficiant, reliquum eſt, vt de paracleto quoq; dicamus. Nec opiniones nō exquiſitas multorum ſequemur, ſed ſanctorū in omnibus doctrinam conſeruabimus, à quibus cùm dignitate ac ordine tertium ipſum didicerimus, tertium quoque natura eſſe credidimus. Hæc Eunomius. In quo quidem ſermone magnus Baſilius tria verba in primis notare videtur. Primum illud, nec opiniones non exquiſitas multorum ſequemur. Secundum illud, ſed ſanctorū in omnibus doctrinam cōſeruabimus. Poſtremū illud, à quibus cùm dignitate ac ordine, & reliqua. Quibus omnibus eodem ordine contradicit, ita dicens: Quod igitur non putat oportere in ſimplici ac ſyncera fide multorum permanere, ſed artificioſis quibuſdam ac cauillatorijs rationibus ad id, quod ſibi videtur, veritatem rurſus commutare. Eunomium igitur repræhendit, quòd multorum fidem deſpicere videbatur, qua ſpiritum ſanctum glorificarent. Ex quibus quidem verbis apparet, Eunomium benè nouiſſe, quinam hi fuerint, qui eam de ſpiritu ſancto opinionem habuerint: quos tamen Eunomius nihili faciens, ſanctorum ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos, (inquit Baſilius) quemadmodùm in ſermonibus ſuis de filio fecerat. Et infrà: Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus. Et paulò infrà: Cur em̄ neceſſe eſt, & reliqua. Quæro igitur ex te, reuerende pater, an ipſe magnus Baſilius multorum illorū ſententiam nouerit, quos Eunomius ſectari noluerat? & an artificioſa & cauillatoria Eunomij ſciuerit argumenta, quibus veritatē euertere cupiebat? Credo equidem, Patres ampliſſimi, Baſilio hæc omnia explorata fuiſſe, necnon quinā hi ſancti fuerint, quos Eunomius proferre non poterat.

Eunomius, pater reuerende, multorum MAR.
opinionem de ſancto ſpiritu eam eſſe intelligebat, quam multitudo Chriſtianorum ex traditione baptiſmatis ſalutaris conceperat. Ex eo enim quòd ſanctus ſpiritus cū patre & filio diſponitur atque numeratur, piè quoq; Chriſtiani crediderant, ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe naturæ.

Benè igit̄ Athanaſius, ac cęteri ſentiebāt? IOAN.

MAR. Ipſi etiam credebant cum pluribus.

IOAN. Eunomij autem artificioſos ac ſophiſticos ſermones, quos putas fuiſſe?

MAR. Quia multorum ſpernebat opinionem, quodq; ſanctorum doctrinā ſimulabat ſeruare, quos nequaquam proferre, nominareq; potuiſſet, (nullos enim tales fuiſſe credendum) quòd deniq; ſanctum ſpiritū ordine dignitateq; tertium eſſe concedens, ipſum natura quoq; tertium eſſe, artificioſè cauillatorieque ratiocinabatur. Quam quidem concluſionē Baſilius volens euertere, dat, non tamen concedit Eunomio, ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe, probans, non tamen ex eo neceſſe eſſe, vt natura quoq; tertius ſit. Patet ergo, Eunomij rationes artificioſas fuiſſe, quibus concludere oſtendereq; nitebatur, id quod ex ipſis neceſſariò non potuiſſet inferre.

IOAN. Eunomius, P. A. ſanctū ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, à ſanctis accepiſſe profitebatur, ratus, ex eo ſimpliciter ac ſine cōtrouerſia cōcludere poſſe, ipſum natura tertium eſſe. Neceſſe enim fuerat ei ad cōcluſionē ipſam probandā, argumento ſaltē ſophiſtico, apparēterq; vero vti, quod quidem fuiſſe creditur, iam quod à ſanctis accepiſſe dicebat. Idcirco Baſilius inquit, Sanctorum ſimulat cōſeruare doctrinā: nō aūt dicit, artificioſas & cauillatorias rationes accepit. Patet igitur, Eunomium ex præcedenti vero, cōcluſionem ſuā oſtendere voluiſſe, ac ipſam verā eſſe putaſſe. Quod quidem Eunomij argumentū ſi benè perceperitis, dubio procul vobis patebit, ipſum cōcluſionē eam inferre voluiſſe. Cum ſanctis autem illis, qui ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe proferrent, ipſe Baſilius ſentiebat, quorum ſententia Eunomio nequaquā opitulabatur, vt ex ea cōcluſionem ſuam poſſet inferre, ſanctum videlicet ſpiritum natura quoq; tertium eſſe. Quandoquidē ſancti, tametſi noti fuerint, quoniam tamen eorum ſententia ad Eunomij rem neutiquam facere videretur, idcirco is Eunomius ipſos (vt inquit Baſilius) nominare non audebat, quos multos eſſe dicēs, opiniones eorū non exquiſitas appellabat, qui ſancti ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe profitebātur, quos tamen Eunomius paruifaciebat, & nulli alij ſancti fuerant, quos verè poſſet citare. Propterea Baſilius inquit: Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinā fecerunt, non poteſt dicere. Quibus quidem Baſilij verbis, pater Epheſie, falsò videris adduci, vt credas ipſum Baſilium neutiquā credidiſſe, ſanctum ſpiritū ordine ac dignitate tertium eſſe, nec illos vnquam ſanctos huiuſmodi ſententiam habuiſſe, cùm ſi qui fuiſſent, eos (inquis) Eunomius citauiſſet. At ipſi dicim⁹, nōullos ſanctos noſtros ante ipſum fuiſſe, qui cùm eius opinionis fuerint, ſpiritus ſancti quoque proceſſionem credebant: Eunomium autem Arrianorū ſecta inuolutum, cum ipſis ſanctis ſentire noluiſſe. Nunc redeo ad proximum meum ſermonem, ad quem etiam reſpondiſti. In quo quidē Eunomij verba repetij, vt vos, patres ampliſſimi, rem noſtram meliùs intelligeretis. Magnum dicebā Baſilium volentem Eunomio cōtradicere, ſuam primò cōcluſionem ſimpliciter poſuiſſe, ac ipſam deinde (vt ex noſtri codicis lectione videtur) duabus rationibus demōſtraſſe: altera, quòd quemadmodùm filius ſe habet ad patrem, ita etiam ſpiritus ad filium: altera verò, angelorum exemplo, quippe qui verus ratiocinandi modus exiſtit, vt ex propoſitionibus veris, ſimplicibus ac abſolutis, veræ, ſimplices & abſolutæ, concluſiones inferantur: quandoquidem canon certus ac nō fallax in dialectica eſt, vt ex propoſitionibus veris, falſum inferri non poſſit. Cùm igitur vera & nō ambigua magnus Baſilius propoſuerit, concluſionē etiam veram neceſſariò intulit. Differt autem nihil, ſiue illa fuerint argumenta, ſiue authoritates: ſacra nanq; ſcriptura & authoritates ſanctorum, verorum argumētorum vim habent. Ex veſtri verò libri lectione duo nō parua incommoda ſequi videntur. nam ex propoſitionibus veris falſa cōcluſio ſequitur, & ex ambigua Baſilij propoſitione, vera, non autem ambigua, concluſio habetur. Quod dubio procul fieri non poteſt: nam neceſſaria cōcluſio, ex dubia propoſitione nequaquàm conſequitur. Diſpice igitur obſecro, pater reuerende, quibus in tenebris verſere, in hac iſta tua perſiſtens ſententia. Nam ex his duabus rationibus patet, librum veſtrum in hac parte mendoſum & corruptum eſſe.

MAR. Non equidem arbitror, patres ampliſſimi, neceſsarium eſse, vt ex ſimplici ac abſoluta oratione concluſio ſimplex & abſoluta ſemper ſequatur: quinimmò fieri poſſe exiſtimo, vt quippiam verū ſimpliciter ſit, id tamen quod ex eo infertur, non verum ſimpliciter, ſed ex hypotheſi ac alicuius poſitione verum exiſtat. Quēadmodùm magnus Baſilius ratiocinari videtur, qui angelorum exemplis, quæ vera ſimpliciter ſunt, non neceſsarium eſſe, diuerſam ipſos naturam habere, demonſtrat, & ſi alius quidem princeps, alius verò ſubditus (vt inquit Baſilius) ſit: quippe qui poſitis angelorum exemplis, datoque ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, quod Eunomius ab Euangelio haberē profitebatur, non tamen neceſsarium eſse demōſtrat, ſpiritum natura quoque tertium eſse. Non igitur verum eſt, vt ex ſimpliciter abſoluteq; veris, id, quod concluditur, tale ſit.

IOAN. Vt me meliùs intelligas, reuerende pater, hoc exemplum do tibi: Homo currit, ergo

ergo mouetur. In quo quidem argumento neceſſe eſt intelligere, non ſolùm hominē ſimpliciter currere, verùm etiam ex conditione, vt ſi homo currit, moueatur.

MAR. Non ita ſe habet. His dictis ſeſſio fuit dimiſſa, ſancta iubente ſynodo, vt die Martis frequens iterum conueniret.

DIE MARTIS XVII. MENSIS Martij, ſeſſio 23. Florentiæ.

MAR. NOſtra quidem religio, patres ampliſſimi, non ab hominibus, neq; per homines initium habuit, confirmataque fuit, verùm ab ipſo DOMINO Ieſu Chriſto, quem diſcipulis ſuis clarè & apertè locutum fuiſſe credimus: idcirco verbis ambiguis & obſcuris poſtpoſitis, (licèt ea etiam accuratè conſiderata, à nobis magis, quàm cōtra nos faciant) eò noſtram transferamus orationem, vndè rerum omnium canonem nos habere oportet. Porrò autem credendum eſt, magnum Baſilium nec cōtra Chriſtum Dominum & eius diſcipulos, nec ipſorum poſteriores, nec ſibijpſi diſſona ſcripſiſſe, memoriæq; prodidiſſe, vt pluribus eiuſdē Baſilij verbis vobis probauimus, ac DEI benignitate, à quo dicendi facultatem habemus, probabimus. Age igitur laudemus diſcipulum à præceptore, ac ſeruum à domino, & eundē ipſum Baſilium in ſuis ſermonibus, nō à Domino diſcrepaſſe, verùm ipſum ſecutum fuiſſe, probemus. In primis quidem Deus & verbum, ac primus theologus & theologorū omnium doctor, cùm extremo ſermone diſcipulis ſuis illa theologiæ ſecreta proderet, dixit: Cùm autem Ioan. 15. d venerit paracletus, quem ego mittā vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. In quo quidem ſermone, cùm de tribus perſonis mentio fit, tribus etiam verbis vtitur, ſingulis videlicet ad perſonam ſingulā referendis. Nam de ſpiritu ſancto protulit illud: Cùm aūt venerit paracletus: de ſeipſo patreque, Quem ego mittam vobis à patre: de ſolo autem patre, Qui à patre procedit. Inſpice igitur, obſecro, P. reuerende, quàm exactiſſimā theologiam nobis tradiderit. Per illud enim, Cùm venerit, maximam ſpiritus libertatem ac facultatem oſtēdit: per illud verò, Quem ego mittam vobis à patre, ſuam & patris beneuolentiam erga ſpiritus ſancti præſentiam, apparitionemque demonſtrauit: per illud autem, Qui à patre procedit, patrem ſpiritus cauſam eſſe patefecit. Pro quarum duabus primis partibus Gregorius theologus in ſermone de ſancto ſpiritu, quem in feſto Pentecoſtes habuit, inquit: Venientem quidem vt liberū, miſſum verò non vt ἀντίθεον, hoc eſt, contra Deum. Quoniam enim pater iam diu præcognitus fuerat, ac deinde filius, poſtremò verò ſpiritus ſanctus apparuit: ne quiſquam impius crederet, ipſum alterius exiſtentem naturæ ac voluntatis, aduerſus Deum veniſſe, idcirco à patre & filio mitti dicitur, ita vt illa miſſio, ipſorū beneuolentiam (vt eſt ſuprà dictū) ſignificet. Item in alio de ſancto ſpiritu ſermone theologus idē inquit: Mittitur quidem œconomicè, venit autem ſua ſponte: ſancti ſpiritus apparitionem, ob generis humani commodum, œconomiam appellans. Ergo quemadmodū verbū mittere, ad patrem ſimul & filium refertur: venire verò, ad ſpiritum: (ſolus enim ſpiritus venit, minimeq; neceſſe eſt intelligere, perſonam aliam cum ipſo veniſſe vel venire) ita quoq; credendū eſt, verbū PROCEDERE, ad patrem ita referri, vt ex ipſo ſolo, nō aūt ex filio, proceſſio fieri intelligatur. Cur etem de ſancto ſpiritu loquens DNS, eum ex ſe & patre mitti protulit? de proceſſione verò faciens mentionem, non à nobis dixit, vel ex me patreq; procedere, verùm, qui à patre procedit? Quoniā igitur ſpiritus ſancti proceſſio, patris propria eſt: idcirco neceſſe nō eſt, vt filius in ea intelligatur, cuius quidem rei teſtis eſt ſæpè nominat⁹ Gregorius, qui de diuinarum perſonarum proprietatibus loquens, inquit: Propterea noſtris in terminis ſtantes, ingenitum & genitum, & quòd ex patre procedit, proferimus, vt ipſe Deus & verbum dicit. Siquidē igitur ſancti ſpiritus proprium eſt, non quidem ſimpliciter, ſed ex patre procedere: proprium verò cum eo, cuius eſt proprium, neceſſariò conuertibile eſt, ac eidem æquale: neceſſe eſt, has enunciationes veras eſſe: Quod ſanctus ſpiritus eſt, id ex patre procedit: & quod ex patre procedit, id ſanctus ſpiritus eſt: ita vt ſi quid aliud eſſet, quod ex alio quoque procederet, id ſpiritus ſanctus nō ſit: quod palàm eſt ſecundum veram rationem conuerſionis. Fieri ergo nō poteſt, cùm ſanctus ſpiritus ex patre procedere dicitur, vt ex filioq; ſubintelligatur procedere, quam quidem firmiſſimam rationē, ex noſtri ſeruatoris verbis, necnō ex noſtro theologo habuimus. Nūc ad ipſius noſtri ſeruatoris diſcipulum, & arcanorum eius participem, & cæleſtem hominem, ac vas electionis Paulum veniamus: quidq; ipſe de ſancto ſpiritu ac eius eſſentia ſcripſerit ad Corinthios, accuratè cōſideremus. Nos autem (inquit) 1. Cor. 2. c non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex * Deo. Ne autem quiſpiam crederet Paulum ex filio quoq; ſubintellexiſſe, perbeati Ioānis theologi doctrinam inſpiciat, eandē ipſam Pauli theologiam dilucidantem, ea videlicet ex parte, qua, ſemper virgine D E I genitrice Maria fauente, magno ac admiratiōe digno Gregorio arcana theologiæ aperuit, vt beatus Gregorius Nyſſenus in eius vita teſtatur. qui quidem ſanctus Ioannes inquit: Vnus ſpiritus ſanctus ex DEO eſſentiam habens, ac per filium manifeſtatus hominibus, & reliqua. * for. Deo eſt.

Vndè clarum esse videtur, fieri non posse, verbum, EX FILIOQVE, subintelligi: nã huic orationi, EX DEO ESSENTIAM HABENS, nó illud statim subiunxisset, AC PER FILIVM MANIFESTATVS HOMINIBVS: qua quidem particula demõstrauit, soli patri proprium esse, vt ex ipso sanctus spiritus esse habeat: filio autem, vt per ipsum mortalibus appareat. Audientes ergo spiritum ex Deo esse, non est necesse, quinimmò fieri nó potest, vt EX FILIOQVE subintelligant: quãdoquidem hæ duæ orationes, sanctum spiritũ ex Deo essentiam habere, ac per filium manifestari, diuersa significant. Hoc enim filio, illud verò patri, dubio procul asscribitur. Quæ omnia ex literis sacris habentur. Porrò autem Dionysius Pauli discipulus, ac eiusdem secretorum & mysteriorum particeps, quidnam in hoc sentiat, videamus: quippe qui in capitulo, quod inscribitur, Quæ sit vnitio & discretio in diuinis, inqt: Est autem discretio in supersubstãtialibus theologijs, non quam dixi tantùm, quòd secũdum ipsam vnitionem immixtè & incõfusè collocatur vnaquæq; principalium personarum, sed quòd ea, quæ sunt supersubstãtialis deiformitatis, non conuertuntur ad se inuicèm. Solus autem fons supersubstantialis deitatis est pater. Siquidem igitur solus fons supersubstãtialis deitatis est pater, qua quidem ratione à filio & spiritu seiungitur: (loquitur autem de perfecta diuinarum personarum disiunctione) sequitur, vt neque filius neq; spiritus cum patre, quatenùs fons est, cõmunicet: alioquin in personis ipsis confusio, non autem seiunctio esset. Propterea (inquit) neq; cõiuncta destruere, neq; subiuncta confundere licet. Fontis autem ratio nullo pacto refertur ad filium, ob idque sancti spiritus causa filius esse nõ potest: nam à supersubstãtiali diuinitatis fonte spiritus sanctus scaturit. Siquidẽ igitur solus pater diuinitatis fons est, quo quidẽ à filio sanctoq; spiritu segregatur, sequitur, vt solus etiam mittens spiritum sit. Vndè sequitur, vt vestrum dogma ex talis tantiq; doctoris sententia, nõ solùm nequaq̃ probetur, verùm etiã clarissimè refellatur ac reprobetur. Quam quidẽ sententiã magnus etiam Athanasius in sermone, qui de æterna filij sanctiq; spiritus essentia inscribitur, ita testat: Disiungimur (inquit) ab ijs, qui Iudæos secuti, cùm Deũ de Deo negant, vt Christianorũ fidẽ euertant, Deum vnũ vt Iudæi profitentur: non quòd solus ingenitus ac solus diuinitatis *est pater, verùm & sine filio, ac sine fructu viuentis verbi existit. Vbi doctor etiã ipse, patrem solum ingenitũ, ac solũ fontẽ diuinitatis testat. Vt aũt fieri non potest, vt esse ingenitũ, alicui personarum cõmunicetur: ita etiã fieri non potest, vt fons diuinitatis cum filio cõmunicetur. Vndè sequitur, vt filius non sit fons, neq; cõsequenter sancti spiritus causa. Eccè P. A. q̃ clarè sancti doctores in hac veritate conueniant. Sed vniuersalium quoq; conciliorum sententias, eandẽ ipsam veritatẽ testantes, in medium proferã. Nam primũ Nicenum ad hæsitantem quendam philosophum pro Leontio Cæsareen præsule scripsit ita: Suscipe vnã patris diuinitatẽ, filium ineffabiliter generantis, necnon filij ex eo geniti, sanctique spiritus, qui ex ipso patre procedit, quique filij proprius est, secundum Paulũ Apostolum, qui, si quis spiritum, inquit, Christi nõ habet, is nõ est eius. Quæ quidẽ verba P. A. perpendenda sunt, ac ipsius sacræ synodi mens accuratè cõsideranda, quę de spiritus sancti theologia loquens, videlicet vndè procedat, & diuinitatis causam habeat, EX PATRE protulit: ne quis forsan putaret, ꝓcessionẽ ad filium debere referri, de quo paulò antè fecerat mentionem.

Statutum ordinẽ mihi, pater reuerende, IOAN. prꝛterire videris: quandoquidem inter nos cõuenit, vt de parte in partem, & de argumento in argumentum progrediamur.

Non equidem ordinem statutum, P. re- MAR. uerende, peruerto, dum studeo fortissimis argumentis ostendere, nostrum magni Basilij librum non esse mendosum, neq; Basilium ipsum sibijpsi contradixisse.

Superiori sessiõe, patres amplissimi, beatissimi patris nostri, necnõ Imperatoris serenissimi iussu conuenimus, vt de parte in partem, ac de argumento in argumentum ꝓgrederemur: idcirco à Magni Basilij sermone, quem pro Penteçostes celebritate literis mandauit, proximę nostrę orationis exordiũ sumpsimus, in qua tametsi forsan multus visus fuerim, nunquam tamen à ꝓposito sermo noster defluxit, sed in veritatem inuestigandam vehementer incubuit, quam deinde assecutus, statim ad alteram ipsius Basilij authoritatem in tertio contra Eunomium libro veni: in qua quidem exponenda, lóga etiam vsus fui oratione, nihilominuùs à proposito nunquam sermonem meum diuerti. Volenti nanque mihi eam sentẽtiã patefacere, necesse fuit, ipsam clarè exponere, fideliterq; interpretari, nũquam tamen (vt suprà dixi) ab eius verbis discessi, qua in re mihi videor assecutus fuisse, vt ex præcedentium verborum Basilij expositione, sequentia reddita fuerint clariora. Post hæc argumenta duo validissima protuli, quibus mihi videor probasse, verbum illud FORSAN, neutiquam stare posse, in qua quidem disputatione pro magnitudine rei breuior esse non potui. Siquidem igitur reue. P. ordinẽ eundem seruare voluisses, profectò contra meã eiusmodi expositionem & argumenta primò dixisses. At puto cõtigisse, vt argumẽta mea ita tibi valida visa fuerint, vt ipsa nõ potẽs destruere,

ere, ad aliam materiam veneris: quod mihi profectò vehementer placeret, si etiam tu idẽ affirmares. Porrò si ea fugere declinareq́; cupiebas, saltem ad Athanasij authoritatem venire debebas, quam post Basilium attuli, quæ quidem nó minùs, ac ipsius Basilij authoritas, ad rem nostram spectare videtur, P. R. postpositis his, ac nullo (vt dictum est) ordine seruato, alias de sanctispiritus ꝓcessione quæris authoritates, perindè ac illę, de quibus agimus, in sancto Euãgelio fundatæ nõ sint. Num illa Basilij sententia ex his Euangelij verbis, De meo accipiet, & annunciabit vobis, nõ dependet? num in ratione pietatis ac veritatis, quã in traditione baptismatis seruator noster ꝓtulerat, benè fundata non existit? Immò si diligenter P. R. prospexeris, quod in XV. Ioannis Euangeliorum capite dicitur, qui à patre procedit, id in subsequenti capite, quonam pacto intelligi debeat, ab eodem Ioanne expõsitum clarè reperies, vbi dicit: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Siquidem igitur & authoritates ipsæ, quas citaui, & argumẽta nostra ex sacra scriptura sunt, magnum profectò incõueniens esset, & huic sacro cõcilio nõ mediocri dedecori, si postpositis ipsis, ac nulla per vos ad argumenta nostra responsione habita, ad eas veniremus authoritates, quas modò protulisti. At longè aliter mihi mens est. Nam sis in dicendo multus, vt lubet: quandoquidem nõ ego, sed serenissimus Imperator tibi legem imponere potest: ego tamẽ disputationis normam & ordinem semper seruabo, ita vt nunquam huic tuæ orationi respondeam, nisi tu P. R. seruato nostræ disputationis ordine, (vt suprà dictum est) nobis priùs responderis. Quod quidem agẽdum est tibi, si nolis tẽpus vanè conterere. A te igitur vehemẽter contendo, vt ad argumenta nostra respondeas, ex quibus magni Basilj mentẽ dubio ꝓcul percipies, nisi aliter sanctissimus dñs noster iusserit. Sed tertię synodi authoritatem, quam etiam S. Cyrillus citauit, quãq́; memini aliâs ad propositum protulisse, iterum repetam. Sanctorum (inquit) patrum professionem rebus in omnibus cõsectantes, quam in ipsis, spiritu sancto loquente, habuerant, necnon mentem ipsorum diligenter inuestigantes, veritatem ꝓferimus. Qui quidem canon, P. A. nobis debet seruari, ac ita sanctorum authoritates citare debemus, vt constanter ac diligenter ipsarum veritatem inuestigemus.

MAR. Disputationis ordinem, P. A. vt inter nos conuenit, dubio procul seruauimus. Porrò, quoniam in exponendis nonnullis magni Basilij verbis proximam superioremq́; sessionem (vt nostis) frustrà cõtriuimus, ideo ne in ipsis verbis semper versando, ac dicẽdo & respondendo, disputatio nostra fiat infinita, maius operæprecium nobis est visum, non obscuris, ambiguis, & mendosis libris, verùm sancta scriptura, & sanctorum sententijs ab omnibus Christianis cõcessis atque receptis, nostram causam agere. Nam eadem semper repetentes, nil vnquam ꝓfecerimus, cùm præsertim illud verbũ FORSAN, non nostris libris additum fuisse, clarissimè probauerimus. Ne autem (vt paulò antè dictum est) in eis cõtinuò versaremur, alias authoritates, quàm maximè Basilio consonantes, in medium proferre voluimus, vt etiam ex ipsis appareat, nostros libros nõ esse mendosos: quibus deinde repetitis, dialecticè ac suo loco, fauente Deo, respondere poteritis.

Si patris Ephesij perorationem, præst. P. IMP. audire expectauissetis, vestris etiam argumentis respondisset: sed quoniam vos semper dicere vultis, nobis verò nunquàm opportunitas daꝛ dicendi, idcirco pater Ephesius data occasione, rationes suas nunc intendit afferre.

Ergo redeamus vndè sumus digressi. Pri- MAR. mam sanctã generalem synodum, P. A. dicebamus, pro Leontio Cæsareen antistite ad quendã hæsitantẽ philosophum ita scripsisse: Suscipe vnam patris diuinitatem, & reliqua. Vbi scitu dignum est, sanctũ ipsum concilium illud EX PATRE protulisse, ne quisquam crederet, verbum EX IPSO, ad filium quoq; referri: quandoquidem de eo quoq; fecerat mentionẽ, ac si sic ꝓtulisset, non ex filio, sed ex patre spiritum sanctum ꝓcedere. Quã etiã ob causam illud quoq; subiunxerat, QVIQVE FILII PROPRIVS EST: perinde ac si dixisset, tametsi spiritus ex filio nõ proçedat, non tamen est alienus ab ipso, quãdoquidẽ cõsubstãtiales existunt. Ad quã quidẽ intelligentiã Paulus dixisse creditur, si quis spiritũ Christi nõ habet, is Rom.8.b non est eius, vt B. etiã Cyrillus Theodorito respõdens, à quo quidẽ incusabatur, se credere spiritum sanctũ ex filioq́; procedere, inquit: Quanuìs S. spiritus ex Deo & patre procedat, nõ tamen alienus à filio est. Sed de his aliâs, si dabit opportunitas, accuratius cõsiderabimus. Quibus quidẽ cum sanctis patribus ac sancta synodo magnus etiã Basilius cõuenit, quippe q. 18. ca. ad Amphilochium inquit: Spiritus Christi dicitur, vt eius ꝓprius secundũ naturã, hoc est, vt cõsubstãtialis: quem si Basilius credidisset ex filio accipere esse, nõ ipsum, vt eius ꝓprium secundum naturã, verùm vt procedentem, & ex ipso habentẽ esse, ac annunciantem, dixisset, quæ sanè verba magìs cõsequi viderentur. Qui etiã magnus Basilius in sermone contra Sabelliũ & Eunomiũ inquit: Eq̃dẽ spm̃ cũ patre, nõ aũt ipsum patrẽ esse noui: necnõ ipsum cum filio accipi, nõ autẽ filiũ nuncupatũ: & ꝓprietatẽ eius ad patrẽ

intelligo,quando quidē ex patre ꝓcedit: ad filium verò, qñquidē illud audio, si quis spi-
Rom. 8. b ritū Christi nō habet, is nō est eius. Inspicite, obsecro, P. A. hæc verba, q̄ eius ac aliorū sanctorū patrū dictis cōsona sint. ad patrē, inquit, quādoquidē ex patre ꝓcedit: ad fi-
Ibidem. lium verò, quoniā Apost. dicit: Si quis spiritum Christi nō habet, is nō est eius, i. simpliciter, quia secundū eius naturā proprius est, (vt paulò suprà dictū fuit) nō autē quia ex ipso ꝓcedit. Quid clarius, quid dilucidius hac tanti viri sententia poterit esse? Dispicite, obsecro, P. A. prò canone sola veritate vtentes, an ei fuisset conueniens, talia verba memoriæ tradere, si S. spiritū credidisset ex filioq; ꝓcedere. Hęc ex prima sancta generali synodo habemus: quibus profectò consona magnus idē Basilius sensisse videt, quæ q̄dē synod⁹ in suo symbolo seruatoris verbis innitens, q̄b⁹ in baptismatis traditione fuerat vsus, S. spiritū ita cū patre filioq; disposuit, vt post patris filijq; theologiā, sermonē suū ad illū trāstulerit. Cuius deinde spiritus sācti theologiā altera generalis synodus exponere, quaq; ratione cōtra S. spiritus inimicos cū patre filioq; disponeret, dilucidare volens, protulit. Et in S. sanctum dñm & viuificantē, qui ex patre procedit, qui cū patre & filio simul adorat, & cōglorificatur. Vbi sanctorū illorum intelligentia nobis diligētissimè perpendenda est, vtpotè qui primā illā S. spiritus theologiam, necnō eiusdē cum patre filioq; dispositionē declarauerint, ac eiusdem diuersam erga patrē & filiū proprietatē docuerint, ac si sic dixissent: Et in spiritum sanctū, qui ita cū patre filioq; disponitur, vt ab illo ꝓcedere, simul verò cū filio adorari ac cōglorificari credat, quādoquidē cōsubstantialis eiusdēq; dignitatis cū eis existit. Nam si sancta synodus ipsa, S. spiritū credidisset ex patre filioq; ꝓcedere: cur, cùm de vtroque simul fecerat mentionē, nō ita protulisset, Qui ex patre filioq; ꝓcedit, quiq; cū ipsis simul adorat & cōglorificatur? Nā cū quippiā ad duo refertur, pśertim si ab eis vt à causis dependeat, id ita in oratione solemus disponere, vt vtrāq; causam primo ꝓferamus, deinde cōmuni ambobus vtamur verbo, quēadmodū hæc duo verba, SIMVL ADORATVR ET CONGLORIFICATVR, causam vtrāq; significāt. Siquidē igitur S. synodus ad declarādam S. spiritus causam, nullā de filio mentionē fecerat, volens aūt consubstantialitatē eius ostendere, filij quoq; meminerat: sequit̄, ipsam synodū nō credidisse, spiritū sanctū ex filioq; ꝓcedere, quādoquidē filiū neutiq̄ tacuisset, cū idcirco ea ꝓtulerit oīa, vt Nicenum symbolū clarius redderet. An aūt talis Niceni symboli declaratio absolutissima sit, non autē (vt dicitis) imperfecta, ita vt synodus illa causam vnā tacuerit, ex eo facere possumus cōiecturā, quòd nulli posteriori synodo declarationē ipsam magis illustrare, vel illud EX FILIOQ;, symbolo apponere visum fuerit, sed potiùs posteriores synodi ꝓhibuerint, ne cui liceret ipsi symbolo quippiā addere, acsi vestrū hoc dogma tūc vobis futurū esse, diuinassent. Cuius quidē fecundæ synodi defensor, & acerrimus propugnator, necnō eiusdem symboli, quo nos vtimur (vt fertur) compositor & cōscriptor magnus Gregorius, qui posteà ob eius theologiam, in qua ꝑclarissimus fuerat, theologus fuit cognominatus, in sermone, qui inscribitur, de nauigatione ex Aegypto, dicit: Omnia, quæ pater habet, sunt etiā filij, excepta causalitate. Vbi patrem à filio causalitate seiungit, quēadmodùm Dionysius * fonte. Siquidē igitur filius in hoc differt à patre, q̄ nō est causa: luce clariùs sequitur, vt neq; mittēs, neq; spiritus sancti causa sit. Hæc ille clariss. doctor palàm ꝓfessus fuit. Sed tertia quoq; synodus eandē ipsam sententiā habuit, ac re ipsa firmauit: q̄ppē quę Nestoriano symbolo recitato, per quēdam Charisiū sacerdotem allato, in quo quidem cōtinebatur, spiritum sanctū nō esse filium, neq; per filiū essentiā habere, theologiā ipsam suscepe-
* origine. rit, inueniens eam sanctis patribus cōuenire, ac sacræ scripturæ cōsonā esse, ita vt neq; opinionē ipsam antiquauerit, neq; Nestorium pro eo damnauerit, tametsi Nestorianum symbolum simpliciter reprobauerit, decernens ita: Si qui symbolum illud crediderint vel docuerint, quod Charisius in medium ꝓtulit ac recitauit, in quo de vnigeniti filij Dei incarnatione, hoc est, de turpibus & obscœnis Nestorianis dogmatib⁹, mentio fit, huius sanctę & œcumenicę synodi sententiæ subiaceant, vbi patet, P. Am. synodum ipsam Nestorianum de Dei filij incarnatione dogma, non autē Nestorij de spiritu sancto theologiā, dānasse. Vndè fieri potest facilior coniectura, tunc tēporis cōmunem opinionē fuisse, spiritum sanctū ex filio nequaq̄ procedere, quam quidē sententiā prima Nicena synodus habuit, ipsam deinde tertia suscepit & approbauit. Porrò autē Cyrillus cōtra Nestorium pro S. spiritus ꝓcessione literis mirum in modum inuehens, nōnullis aliquā dedit ansam, vt ab eis incusaretur, quòd sanctum spiritum crederet à filio essentiā habere. Vndè euenit, vt Theodoritus cōtra Cyrillum inuectus, ex Orientalium patrum sentētia scripserit ita: Siquidē sanctum spiritum idcirco proprium filij nouerant, quòd vnius naturæ sunt, ac ex patre procedit: id etiam ipsi profitemur, ac vt piam vocem suscipimus. Sin autem, quòd ex filio vel per filium procedit, illum tanquam blasphemum impiumq; refellimus, credentes Domino, qui dixit Ioan. 15. d
spiritum veritatis, qui ex patre procedit, 1. Cor. 2. c
necnon Apostolo proferenti, vos autē non

spiritum mūdi accepistis, sed spiritum qui ex Deo & patre. Cui deinde inuectiuę Cyrillus, literis ad quēdam Euoptium antistitem scriptis, respondit, dicēs se à Theodorito incusari, sibiq; pro ipsius Theodoriti odio in se, ac eiusdem erga Nestoriū beneuolentia, plurimùm detrahi. Decretum (inquit) accepi, quo de tua pietate certus sum factus, quod quidē dicitur factum esse cōtra eos, qui Theodoritum Cyri, quem τὸ λύχνιον appellari dicebat, anathemate notant. Quod cū accepissem, Deo gratias egi,
Psal. 119. ac psalmum illū decantaui: Dñe, libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa: qñquidem mihi videor vbiq; detrahi, ac multis de causis incusari, eius præsertim opinionis, pro qua me blasphemū appellat. Cyrillus ergo nō eius sententiæ fuerat, de qua Theodoritus ipsum incusabat, verùm ipsam tenebat opinionē, cui quoq; Theodoritus assentiebat, dicens ipsam vt piā vocem suscipere, sanctum videlicet spiritū filij proprium esse, i. eius connaturalē, ex patre verò procedentē, quemadmodùm Cyrillus ipse accusationi suæ respōdens, affirmat. Quāuis (inquit) spiritus sanctus ex patre procedat, nō tn alienus à filio est, vtpotè qui patris habeat omnia. Vndè patet, P. amp. Cyrillum ipsum ea in parte cū Theodorito cōuenire, quā ipse Theodoritus dicebat, vt piam vocē suscipere. Facta deinde Cyrilli cū patribus Orientalibus pace, Cyrillus ipse ad Ioannē Antiochenum presulem eadem de re scripsit, vbi etiā de spiritus sancti processione, necnon de symbolo nō mutando mentiōem fecit, dicens: Nequaq̄ tolerabim⁹, vt definita ꝑscriptaq; fides, aut Nicenū symbolū ab aliquo immutet̄, nullā nobis vel alijs mortalibus facultatem concedentes, vt aliquā eius dictiōem mutare, vel vnam syllabam præterire valeāt. Huius
Prou. 22. d enim sententiæ recordamur, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, vtpotè qui non ex seipso, verū Dei
* afflati patris spiritu * affecti, loquerētur, qui ex eo procedit, non aūt alienus à filio secundum substantiæ rationē existit. Ex quibus etiam patet, in quonā Cyrillus cùm Theodorito
for. * eius conueniret: nam orationē * tuam bipartitā
aut * suam fuisse videtur. In prima nanq; protulit parte, qui ex patre procedit: in altera verò, non aūt alienus à filio secundum substantiæ rationē existit, quemadmodùm etiam Theodoritus ipse (vt est suprà dictum) profitebatur, quas deinde Cyrilli literas Theodoritus vnà cū Orientalibus patrib⁹ suscepit, ac tandē agnoscēs Cyrilli de sancto spū theologiā, opinioni suæ scripturęq;, sacræ cōsonā esse, ad eundē Ioannem scripsit ita: Quæ modò nobis Cyrillus scripsit, euangelica honestate fulta sunt. Deū enim perfectum & hominē, dñm nostrum Iesum Christum appellat, sanctum aūt spiritum nō ex filio, vel per filiū essentiā habere, verùm ex patre procedere, dicēs ipsum filij proprium esse. Qua quidē veritate perspecta, quā Cyrillus ipse suis literis tradidit, balbutientium linguarum medicū, ac dissonantium vocū ad harmoniā moderatorē laudauimus. Videte, obsecro, P. amp. quibus in rebus Theodoritus cum Orientalibus patribus cōueniebat, asserens spiritum sanctū haud ex filio vel per filiū essentiam habere, verùm ex patre procedere, ac filij propriū, i. consubstantialē exīstere. An aūt ij patres sic senserint, Cyrillis ipse testatur, qui eadē de re ad eundē ipsum Ioannē scripsit ita: Vestris vocibus intellectis, cognitoq;, vos vnū Dñm, vnam fidē, vnum deniq; baptisma credere, Deum oīm seruatorem glorificauimus, magno gaudio affecti, q̄ à Deo spiratis literis, necnon sanctorum patrum decretis, nostra simul & vestra Ecclesia consonā fidem habeat. In sua verò expositiōe super Lucā, sic inquit: quemadmodùm dignus, à manu nō separatus existens, ab ipsa dependet, ac ei inhęret natura: ita quoq; spiritus sanctus filio cōsubstantialiter cōiungi credit̄, quanuis ex Deo patre procedat. Acsi sic dicere voluisset: Spūs quāuis ex filio nō procedat, nec ab ipso essentiam habeat, sed ex patre, vnius tn naturæ sunt, & cum ipso in eadem natura disponit̄. Quibus quidē fortissimis argumentis, patres præst. probatum est, nos neq; à sacra scriptura, neq; à sanctorum patrum & doctorū nostrorum traditionibus aliena sentire, neq; vllum nostrorū dogmatum nobis diuinitùs traditorū mutasse, vel coinquinasse, neq; quicquam eis addidisse, vel ab ipsis abstulisse. Quapropter rogamus vos, pro mutua nostra beneuolentia velitis nobiscum, necnō cum sanctis patribus cōuenire, nō permittentes, vt hoc dogma vestrum ab Ecclesijs suscipiatur, cùm ea quæ celebramus, satisfaciant, vt omnes eadem credentes ac profitentes, vnanimes & concordes, patrem & filium ac sanctum spiritū glorificem⁹, cui cōuenit oīs honor & gloria in secula seculorū, Amen. ¶ Cōueni- SVM. PON.
ens est, vt ad extremā quoq; ꝓuincialis oratione respōdeas: qñquidem, quicquid tibi libuit, protulisti. ¶ Illud Basilij, FORSAN, MAR.
quod in nostro libro scriptū est, pater sanctiss. absq; aliqua ipsius Basilij nota, modo quo demōstrauimus, cōueniens esse videt̄, vestris friuolis argumentis nequaq̄ acquiescentes, quibus nostrum librum mendosum, vestrum aūt incorruptum ac verū esse, conati fuistis ostēdere: ad quæ quidē argumenta, si semper eadē repetentes, respōdere vellemus, oratio nostra (vt suprà dixim⁹) infinita fieret. Omissis igitur his, nil amplius habemus, nec volumus proferre, q̄ quod sæpissimè diximus, librum nostrum nō esse mēdosum, quēadmodū vetustas ei⁹, & magna similiū librorū copia, necnō sequentiū

verborum cum præcedẽtibus nexus (vt eſt ſupradictum) teſtatur. Et de his hactenùs.

IOAN. Quoniam pater Epheſie, extremũ meũ ſermonem nõ benè memoria tenere videris, idcirco vt ſereniſſimo Imperatori, qui tibi iuſſit, vt meis omnibus argumentis reſpondeas, ſatisfacere valeas, partem tãtùm vnam ipſarum repetam, ſimulq; tuã reſpõſionem ea tantum in parte, q̃ aliqua indiget conſideratione, diſſoluã: quin etiam ſi corã Imperatore mitiſſimo nobis promiſeris veritati, quam tibi probauero, acquieſcere, quæcũq; modò in mediũ protuliſti, maiori ſtudio euertã. Nam initio dixiſti, nos omiſſis iſtiuſmodi libris, qui nobis ambigui videtur eſſe, ad fundamentũ (hoc eſt, ad ſcripturam ſacrã) venire debere mihi aũt, P.R. eiuſmodi differendi modus inutilis eſſe videtur, ac à doctoribus improbatus, qui mẽtem authoris inſpicientes, ac conſequentia cum p̃cedentibus verbis eius conferentes, verũ à falſo ſolent diſcernere: quos quidẽ doctores & ſapientes, ipſi etiam in hoc negocio imitari debem⁹ plurimùm. In primis igitur hoc tibi repetam argumentum: dixi equidẽ, ſtante illo FORSAN, quod eſt verbũ ambiguum, duo maxima ſequi incõmoda: primũ, vt ex illo angelorum exemplo, q̃ vera neceſſariaq́; propoſitio eſt, neceſſitatẽ ex ſacra ſcriptura ſumens, ambigua concluſio ſequereť: quod quidem magnum inconueniens eſſet. Hoc enim Magnus Baſilius vtitur argumento: Si angelorũ alij ſecũdi, alij verò ordine dignitateq́; tertij ſunt, eos tñ natura quoq; tertios eſſe non eſt neceſſe: idem etiam de diuinis perſonis, i. de ſancto ſpiritu, (de eo nanq; loquitur) affirmamus. Ex quo quidẽ exemplo ſimpliciter, ac ſine hypotheſi ſumpto, concluſionẽ verã & ſine aliqua dubitatione infert, ſanctum videlicet ſpiritũ, & ſi ordine ac dignitate tertius ſit, natura tñ tertium non eſſe. Ad quam illationem & cõſequentiã veram eſſe ꝓbandam, hoc tibi exẽplo ſeſſione proxima vſus ſum: Si homo currit, ergo mouet. Sed aliud etiam exemplũ magìs ad propoſitũ ſpectãs afferam, quo B. Auguſt. xv. lib. de Triñ. magnum Baſilium imitatus, vſus fuit, dicens: A quo autẽ habet filius vt ſit Deus, ab illo habet vtiq;, vt de illo procedat ſpiritus ſanctus. Quod quidem argumentũ hypotheticũ eſt, *in quo nil prorſus ponit eſſe*, neq; quicquam ex eo conſequitur vel cõcludit, niſi alia propoſitio ex ſacra ſcriptura ſumatur, q̃ dubio procul ſubintelligitur, hoc eſt, filium habere à patre, quæcunq; pater habeat. Ex qua profectò propoſitione ab euangelio ſumpta, neceſſariò hæc infertur cõcluſio, filium ex patre habere, vt etiam ex ſe ſpiritum mittat. Quo quidẽ argumentandi genere (vt paulò antè dictum eſt) Auguſtinus vtiť, ita vt argumentũ, quod hypotheticum fuerat, euangelica propoſitiõe ſumpta, nõ ampliùs hypotheticum, ſed neceſſarium factum ſit. Quomodò Baſilius etiam ratiocinatur: Ita ſe habent (inquit) diuinæ perſonæ, ſicut angeli. Siquidẽ quãuis alij ſecũdi, alij aũt ordine ac dignitate tertij ſint, non tñ neceſſe ſit, vt natura quoq; tertij exiſtant: quod argumentum hypotheticũ eſſe videtur. Deinde verò ponens angelos ita neceſſariò ſe habere, ſine vlla conditione concludit, idem quoq; de diuinis perſonis credendũ eſſe: alioquin indoctiſſimus oĩm Baſilius Magnus fuiſſet, ſi ex p̃cedentibus concludere voluiſſet id, quod ex ſacra ſcriptura neceſſariò pateat: Vt ergo de angelis, ita quoq; de ſpiritu ſancto credendũ eſt.

Non equidem protuli, P.R. neque huius ſententiæ ſum, libros noſtros ambiguos eſſe, verùm ne in hoc ſemper verſaremur, id cõtendentibus vobis conceſſi, tametſi certus ſim libros veſtros mẽdoſos eſſe, nec ad Baſilij mentẽ ſpectantes, ex eo faciens cõiecturã, ꝙ huic noſtro libro mille alij ſunt ſimilimi, qui Conſtantinopoli extãt: quod equidem probare recipio tibi, ſi cæteris in controuerſijs noſtris cõuenerimus. Porrò vltimæ veſtræ orationi reſpondeo, nil mirũ eſſe, ſi Magnus ille Baſili⁹ ex aliquo ꝓ vero dato, licèt ambiguum fuerit, quicquã probauerit, vt noſipſi Ferrariæ fecimus, proferentes, tametſi veſtrũ dogma forſan ſit verum, haud tñ neceſſe eſſe, ipſum apponere ſymbolo. Sic ergo Baſilius ratiocinabatur: Poſito, non tñ conceſſo, (huic enim opinioni, vt multis argumentis probauimus, cõtradixit) ſanctũ ſpiritũ ordine ac dignitate tertium eſſe, minimè tñ neceſſe eſt, ipſum natura quoq; tertium eſſe: q̃ quidem figura ἀντιπαράσασιν ab oratoribus appellatur. angelorũ (inquit) alius princeps, alius ſubditus, & tñ omnes angeli natura ſunt, & ſtella ſtellæ præſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna, & manſiones multæ apud patrem, i. dignitatũ diuerſitates, glorificatorũ verò natura vna. Non igitur ex propoſitionibus veris, ambiguam (vt inquis) infert concluſionẽ, ſed ex ambiguo, ſumpto tamẽ pro vero, neceſſariũ quoddã cõcludit. Miror autẽ, P. R. te virum doctiſſimũ latuiſſe, nos ex nõnullis ex hypotheſi ꝓ veris ſumptis veritatẽ neceſſariò demonſtrare poſſe.

MAR.

1. Cor. 15. f
Ioan. 14. a

Quamplurima, pater Epheſie, non autẽ ad propoſitum pertinentia, mihi protuliſſe videris. Nam ſeſſione proxima neceſſariam & admirabilem quæſtionem in mediũ protulimus: tu verò, infecta re, ad alias quæſtiunculas veniſti. Aut igitur ad propoſitum redeamus, & quæſtionem illam ad exitum perducamus, quẽadmodùm Imperator mitiſſimus iuſſit, vt vna priùs habita cõcluſione, ad aliã veniamus. Aut nobis da manus, faſſus nil ampliùs in hac cauſa habere quod proferas. Quod quidẽ ſi feceris, gratias tibi magnas habebimus. Vt ergo magìs veritas

IOAN.

tas eluceſcat, ad propoſitum redeas. Nam prolixam orationem, quam modò corã tot ampliſſimis auditoribus habuiſti, (ſpiritu ſancto fauente) facilè diſſoluere poſſum, necnon ſimul oſtẽdere, authoritates, quas attuliſti, magis ad noſtram, q̃ ad veſtrã rem facere. Sed velim, vt ipſe priùs reſpõdeas ad propoſitum. ¶ Non equidem cuncta, quæ dicta ſunt, benè memoria teneo. Satìs tamen mihi dictum eſſe videtur.

MAR.

IOAN. Ea tibi, P.R. libentiſſimè repetam, quorũ non recordaris. Noſtra quidem oratio ad Magnum Baſilium fluxit, qui cõtra Eunomium 3. libro demõſtrauit, vt quemadmodùm inter angelos & ſtellas ac mãſiones in domo patris, ordo quidam dignitatis abſq; tamen ipſorum naturæ diſcretione creditur eſſe, ita etiam in diuinis perſonis ſit.

1. Cor. 15. f
Ioan. 14. a

MAR. Ergo ex rebus creatis, ac rerum creatarũ exemplis, res diuinas oſtendere vis?

IOAN. Quid ni? Exempla nanque creata res increatas declarant, quandoquidem incomprehenſibiles ſunt, ita vt vix intelligi poſſint, & non niſi rebus humanis, ac aliarum rerum exemplis figurantur.

MAR. At magnus Baſilius nõ ita ſenſiſſe videtur. Cur enim (inquit) neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, ipſum natura quoque tertium eſſe? id eſt, poſito, non tamen conceſſo, ſanctum ſpiritum dignitate ac ordine tertium eſſe, non tamen ex eo ſequitur, ipſum natura quoq; tertiũ eſſe: vt ipſi quoq; Ferrariæ dicebamus, poſito, dogma veſtrũ verum ac pium eſſe, non tamen licere, ipſum ſymbolo addi. Magnus ergo Baſilius neutiquam profitetur ſanctũ ſpiritum ex filio eſſe habere, vel ordine ac dignitate tertium eſſe, quandoquidem ex his Eunomius inferebat ſpiritum ſanctum natura quoque tertium eſſe.

IOAN. Credi non poteſt, Pater ampliſſime, magnum illum doctorẽ contra dialectices artem ſcriptitaſſe. Nónne hoc argumentum à dialecticis eſt acceptum: Quicunq; currit, mouetur: ergo mouetur, ſi currit? quo quidem argumẽtandi modo Baſilius (vt ſuprà dictum eſt) vtitur. Porrò quoniam, pater Epheſie, ampliſſimos hos auditores magnã theologiã docere voluiſti, idcirco, ne fortè ignores, quidnam ipſi de conſubſtantiali Trinitate ſentiamus, de hoc tibi pauca dicam. Nos quidem, qui Apoſtolicam ſedem ſectamur, patrem vnicam filij ſanctiq́; Spiritus cauſam ꝓfitemur eſſe, quæ planè noſtra fides atque religio, ab illo primo Apoſtolorũ præconio hucuſq; meridiana luce clarior eſt, & ſermo dñi ad Apoſtolorum principem habitus non præterijt, nec vllo vnq̃ tẽpore prẽteribit, nec portæ inferi aduerſus noſtram ipſam fidẽ prẽualebũt. Vndè meritò euenit, vt cæterę Chriſtianorum Eccleſię huic Romanæ, vt maximo fundamẽto baſiq́; fulciantur, qñquidem pia eſt, ac hereticorũ linguam, ne malũ loquatur, comprimit, credẽs firmiſſimè nõ duas cauſas vel principia, verùm principiũ vel cauſam vnicam in diuinis ꝓnis eſſe: ac ſimul anathemate notans eos, q̃ duas cauſas, duó ve principia in ipſis ꝓnis diuinis eſſe crediderint. Quibus ita pactis, ſeſſio fuit dimiſſa, & hic ſermo Græcis perplacuit, ita vt nõ mediocri gaudio fuerint affecti, ꝙ Latini patrẽ vnicam eſſe filij ſanctiq́; Spiritus cauſam, nõ aũt duas, fuerint profeſſi. Paucos verò poſt dies, antiſtites Græci patriarchę domũ frequẽtantes cõuenerunt, vbi ſereniſſimus Imperator orationẽ hãc habuit:

IMP. Nõ equidem patres ſancti noſtræ profectionis ad Italiã ſolus author fui, neq; primus ego, ſed Imperator pater meus negociũ hoc priùs fuit aggreſſus: quippe, qui cũ eſſet in Iſthmo Eudomono, Ioannẽ huiuſce rei cauſa ad Italiã miſerit. Cuius quidẽ mei patris Imperatoris ingeniũ, prudentiã & conſiliũ noſtis, vtpotè qui non ſolùm in philoſophia ꝓclarus, verumetiam in exponendis Eccleſiæ dogmatibus ſubtiliſſimus fuerit: apud quẽ ille etiã Euthymius patriarcha & magnus theologus, ac oñi virtute ꝓditus fuit. Qui duo tanti, talesq́; viri, non ſolùm primi rem hanc excogitãrunt, verũetiam, vt ipſa conficeretur, vehementer conati fuere. At temporũ anguſtijs impediti, totum negociũ conficiendũ mihi reliquerunt: quod dubio ꝓcul melius ipſe tractaui. Nam vt hęc ſynod⁹ ſancta celebraretur, nõ imprudẽtibus vobis, ac magno ſumptu meo, triremes ad exorandum ſummũ pontificem ad Italiã miſi. Quo deinde vos, meo ſanctiq́; patriarchæ iuſſu, frequentes æquo aĩo conueniſtis, nil tñ poſt longum tempus profecimus. Recordamini, patres, recordamini, quanto in impiorũ diſcrimine noſtrã domũ dereliquerimus, cui quidem ſi quid acciderit incõmodi, proh dolor videre videor, maioré fore noſtri ꝓſequutionem & calamitatem, illa q̃ Diocletiani & Maximiani temporib⁹ facta fuerit, quã cõſtat acerrimam fuiſſe. Operæprecium igitur eſt, vt omiſſa diſputatiõe ac cõtentione, pacis remediũ excogitem⁹, quod equidẽ exiſtimo per vos ſtare. Doctor nanq; Ioãnes in ſynodo palàm ꝓtulit, Latinos firmiter credere, Deum patrẽ, vnicam filij ſanctiq́; Spiritus cauſam eſſe, duo verò principia, duásve cauſas in cõſubſtantiali Trinitate profitentes execrari: quã Latinorũ ſententiã literis traditã habui, vt his diligenter ꝓſpectis, noſtræ cõiunctionis modum inueniatis. Hæc Imperator. Græcis aũt, quidnam agendum eſſet, inter ſe cõſulentibus, de ſancti Maximi literis ad Mariniũ presbyterũ Cyprium ſcriptis, mẽtio facta fuit in hac forma: Ex ſynodalib⁹ ꝓſentis ſanctiſſimi ſummi põtificis actib⁹, duo tãtùm ex tot capitibus hi, q̃ erãt in baſilea, ſuſcepant: in quorũ altero habetur,

betur, ſanctum Spiritum ex filioq; procedere, in altero verò, Chriſtum Dñm abſq; originali peccato, hominem natum fuiſſe. Et ad primum illud caput probandũ, Romanorum patrum ſententias, necnon Cyrilli ſuper Ioannem expoſitionem attulerant, non ad demonſtrandum filiũ ſpiritus cauſam, quandoquidem ipſi quoq; patrem ſolum filij ſanctiq; ſpiritus cauſam eſſe cognouerant, illius quidem ſecundum generationẽ, huius autem ſecundum proceſſionem: verùm vt per eum quoq; ſpiritũ ſanctum procedere declararent, ac ea ratione conſubſtantialitatem & immutabilitatem ipſorum oſtenderent. Quibus literis lectis, ac Latinorum ſcripturis poſtpoſitis, animũ ſuum ad cõtemplandas ipſas Græci cõuerterunt, oẽs vnanimes, proferẽdum fore, vt cum Latinis cõiungerẽtur, ſi literæ ipſæ ab eis quoq; ſuſciperentur. Tum Imperator, toto Græcorum cõuentu ipſoq; patriarcha volente, nũcios ad ſummũ pontificẽ miſit, vt ipſum interrogarent, an is quoq; cũ Latinorũ cõuentu ſancti maximi literas ſuſcipere, ac ipſis acquieſcere vellet. Cui pontifex ſummus reſpõdit, græcos ſeſſione proxima plurimũ dixiſſe, nobisq; ꝓmiſiſſe, altera ſeſſione ſe ſuas aures ꝓſtaturos. Aliter ergo fieri nõ poſſe, niſi priùs ſeſſioẽ vocata, Latini reſpõdeant, quæ cùm Imperator audiſſet, iuſſit vt iterũ ſeſſio haberet. Qua quidẽ cõuocata, abſente Marco Epheſio & Heraclieñ antiſtitib⁹, Ioãnes fuit ita loquutus:

¶Die Sabbati 21. menſis Martij, ſeſſio 24. Florentiæ.

IOAN. VElim, P. amp. patrẽ Epheſium hîc adeſſe, vt ſuorũ argumẽtorum diſſolutionem audiat. At quoniam (vt creditur) victus abeſt, ideo ad vos meã orationẽ habebo. Ergo vos, obſecro, me attẽtè audiatis. IMP. ¶Nil in ꝓſentia dicturi ſumus, quandoquidẽ non ad diſputandũ, verùm vt vobis gratũ faceremus, & ne ſeſſiones negligere videremur, conuenimus. propterea q; pater Epheſius nobiſcum noluit conuenire. Vobis ergo neutiquam reſpondebitur.

IOAN. Ex duabus propoſitis quæſtionibus, P. amp. neutram ad cõcluſionẽ perduximus, tametſi Magni Baſilij authoritates clariſſimæ ſint, quibus patet, Spiritum ſanctum à filio, quẽadmodum etiam à patre, habere eſſe: necnon ipſi profeſſi fuerimus, patrem vnicam filij ſanctiq; Spiritus cauſam eſſe, ita tñ, vt filius ſanctum ipſum ſpiritũ à patre ꝓcipuè mittat. Quibus quidẽ Baſilij authoritatibus quoniam pater Epheſius reſpondere noluerit, idcirco poſtpoſitis his, eius tantùm extremo ſermoni reſpõdebo, ab ipſo ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto ſumẽs exordiũ, quẽadmodum is pater Epheſius fecit. nam ſeruator noſter inquit: Cùm venerit paracletus, quem ego mittã vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit: vbi verbum MITTAM, quid aliud, obſecro, ſignificat, q̃ quod ex aliquo mittitur? qui verò quippiam mittit, is ſuũ mittere videtur, & id quod mittitur, ex ipſo dicitur eſſe, vt ſi ꝓfectus ꝓuinciæ quicquã fecerit, is non ex ſe, verùm Imperatoris iuſſu id feciſſe videtur. Ita etiam filius, qui cùm in generatione à conſubſtantiali patre ſpiritum ſanctum accepiſſet, eãdem & paternam facultatem ac naturam habens, eũdem ſpiritum mittere creditur, non tñ, vt pater, præcipuè: quãdoquidẽ pater ipſe, radix & fons diuinitatis exiſtit, qui cùm ſumma ſubſtãtia, nedũ indiuiſibilis ſit, à ſubſtantia & hypoſtaſi indiſtinctè percipitur, propterea q; nõ re, ſed ſola ratione, paterna hypoſtaſis à ſubſtantia ſua ſeiungitur: pater igitur ſubſtantialis hypoſtaſis eſt, filiumq; ſubſtantialiter generat, & ipſe ſubſtantialis hypoſtaſis generatur, ita tñ, vt duæ hypoſtaſes vnus Deus ac vnica ſit natura, cum qua ſanctus Spiritus ſimul & indiſtinctè cognoſcitur. Qui cùm neq; pater, neq; filius, neq; relatiuorum aliquid ſit, tñ vt ſpiritus, ad ſpirantẽ refertur. Porrò quoniam apud ſacram ſcripturam ſpiritus patris ac filij eſt, ſequitur, vt ambo ſimul ſpiritum ſpirent. Præterea filius ſecũdum diuinitatem ad patrẽ reſpiciens, dixit: Ego & pater vnum ſumus: &, Ego in patre, & pater in me eſt: &, Qui vidit me, vidit & patrem meum. Duabus igitur perſonis vnica poteſtas ſpirãs & mittẽs exiſtit, q̃ q̃uis vnica miſſio & cauſa ſit, à patre tñ (vt dictum eſt ſuprà) ꝓcipuè creditur eſſe, à quo filius eandem ipſam facultatẽ habens, vnà cum patre principium vnicũ eſt, non tñ perſonarum confuſione. Pater em̃, pater ac ingenitus eſt: filius verò, filius atq; genitus, ita vt inter eos, ſecundũ cauſam & cauſatũ ordo quidã exiſtat: ſanctus aũt Spiritus ad patrẽ filiumq; diſponitur, ne quædã indiſpoſitio vel confuſio in diuinis perſonis exiſtat. Siquidẽ igitur, cùm pater filiũ generet, cum ipſo ſubſtantiã ſuam cõmunicat, quatenùs ei cõmunicabilis ſit, & filius ſic acceptã, Spirituiſancto cõmunicat, quatenùs ipſi quoq; communicari poſſit, vnica ſemp ipſa ſubſtantia exiſtẽte, qua quidẽ ille generet, hic verò ꝓcedat: ſequit̃, patrem vnicũ principiũ & cauſam eſſe, ſanctumq; ſpiritũ ex vtroq; ꝓcedere. Præterea dictum à ſanctis patribus eſt, ſanctum ſpm̃ per filium naturaliter ꝓcedere: vndè ſequit̃, Spm̃ ipſum ex patre filioq; procedere, qñquidem PER ꝓpoſitio, vt EX ꝓpoſitio, hac in re ſignificare videt̃, vt Leonis, Gregorij papæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorũ multorũ doctorum authoritatibus clariſſimè patet. Quas cùm Ioannes in mediũ protuliſſet, & perlegiſſet, ſeſſio fuit dimiſſa decreto ipſius ſynodi, vt ad diẽ Martis ꝓximũ cõueniret.

Ioan. 10. f

Ioan. 14. f

Ioan. 15. d

Die Martis 24. menſis Martij, ſeſſio 25. Florentiæ.

Neſcio

IOAN. NEſcio equidem, Pa. amp. cur pater Epheſius in ſeſſionem venire noluerit, quẽ profectò vellẽ adeſſe, vt noſtram ad argumẽta ſua reſponſionem audiret. Porrò quoniam abeſt, vos obſecro, me, dum Orientalium ſanctorũ ſententias affero, attentè (vt hucuſq; feciſtis) audiatis. Magnus ille Baſilius inquit: Quemadmodùm filius ordine quidẽ à patre ſecũdus eſt, pater enim in baptiſmatis traditione primus diſponitur, dicẽte dño: Baptizantes in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti: necnõ filius dignitate ſecundus eſt, vtpotè qui ſit ex patre, nõ aũt pater ex filio, licèt in natura æquales eſſe credantur, ego enim & pater (inquit Dñs) vnum ſumus: ita quoq; ſpiritus ſanctus ordine quidẽ ſecundus à filio, in eadẽ baptiſmatis traditione diſponitur: item etiã dignitate, nam Spiritus filij dicitur, quãdoq; à filio mittitur. Scriptũ eſt enim: Miſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra. Non aũté filius ſancti ſpiritus dicitur, natura verò patri & filio æqualis exiſtit. Quorum em̃ vna eſt operatio, ipſorũ etiã vna eſt natura. Hęc Baſilius. Sed magnus etiam Epiphanius in medium veniat. Siquidẽ (inquit) creditur Chriſtus ex Deo eſſe, vt Deus de Deo, ſic etiã ſanctus ſpũs ex ambobus eſſe *credendũ eſt. Quẽadmodũ em̃ nemo nouit patrẽ niſi filius, ita dicere audeo, nemo filiũ niſi ſpiritus, qui ex ambobus procedit. Magnus aũt Cyrillus inquit: Spiritus ex filio ita ꝓfluit, quẽadmodũ etiam ex patre. Didymus verò ſapientiſſimus & magnus Athanaſius, ita dicũt: Siquidẽ ſpũs ex patre procedit, & de meo accipiet, & annunciabit vobis, ſequit̃, vt ex patre filioq; ſit. Has & plures alias ſanctorũ ſentẽtias Ioannes in mediũ ꝓtulit, ꝑſertim binas Cyrilli literas, quarum alteræ incipiũt, Gaudeant cęli: alteræ verò, Dño ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto. necnõ quaſdã Nicenæ ſynodi authoritates, clariſſimè demonſtrãtes ſanctũ ſpiritũ ex filioq; ꝓcedere. Rhutenus aũt ꝑſul ꝓ græcis dixit ita: RHV. ¶Qui ſolus vel in ſtadio currit, vel aliud ſubit certamen, victor dubio procul euadit. Non aliter, P. R. qui nemine cõtradicente ſermocinatur & diſputat, facilimè vincit, vt tibi euenit. Qui cùm plurima theologia fueris vſus, ac ſubtiliſſimam orationem habueris, ſi tibi nõ reſponderimus, viciſſe videbere. Sed quoniã iam adueſperaſcit, ſequenti ſeſſione tibi non minùs ſubtiliter, clareq; reſpondebitur.

Galat. 4. a

*credẽdus

Matt. 11.

IMP. Hos libros nobis mutuò date, vt horum ſanctorum dictis diligenter conſideratis, vobis benè reſpondere poſſimus.

IVL. Cardinalis. Quæcunq; diximus ſereniſſime Imperator, à noſtris ſcribis literis tradita ſunt. Aut igitur ab eis exſcripta inter vos cõtemplemini, aut ſi vobis cõmodius fuerit, ad diui Franciſci templũ, prope quod habitas, nos ſelecti priuatim cõueniamus, vt ibi noſtris oĩbus ſcripturis & libris collatis, veriùs ac clariùs reſpondere valeatis. Cui quidẽ ſententię oẽs acquieuere, ſeſſioq; dimiſſa fuit.

Poſtridiè aũté in illo templo viſis hinc indè ſcripturis & libris, concordiam & pacem benignitate Dei facilè fieri poſſe Græci cognouerant.

Summus deinde pontifex patriarchę rogatu ſeſſiones æquo animo diſtulit, vt inter ſe Græci priuatim conſulerent. PAPA.

Facto autem in patriarchæ domo Græcorum cõuentu, Rhutenus verba plurima fecit, operæprecium eſſe demonſtrans, æquo animo cum Latinis coniungi, paceq; inita domum redire, potiùs q̃ infecta re, ac abſq; ratione turpiter à ſynodo diſcedere. RHVT.

Tum Beſſarion Rhuteni ſermonem excipiens, ſubtiliſſimè ac magna dicendi arte ſententiam eius confirmauit. BES.

Cõtrà Doſitheus Monembaſieñ: Num, inquit, dogma noſtrum debemus prodere? Malo equidem mortem obire, quàm cùm Latinis ſentire. DOSITH.

Cui Rhutenus: Nec ipſi, inquit, Latini fieri volumus. Verùm ſi patet ſpiritũ ex filio procedere, quemadmodùm Græci doctores ac Latini ſimul teſtantur, cur non eſt pium, vt ſanctos noſtros ſequentes, cũ Romana Eccleſia coniungamur? RHVT.

Tum Heraclieñ: Nũ, inquit, occidẽtales doctores ſanctis noſtris doctorib⁹, ac ſynodorũ patribus plures ſunt? qui quidẽ ſancti noſtri, Spiritũ ſanctũ ex patre, non aũté ex filio procedere, literis mandauerunt. HERAC.

Quem ſermonẽ Epheſius excipiẽs, prolixam habuit orationem. in peroratiõe aũt protulit Latinos hæreticos, nedũ ſchiſmaticos, eſſe, idq; Orientalem Eccleſiam toleraſſe, quòd genus ipſorũ maius ac fortius eſſet, propterea q; Græcos tot annos ab eis diſiunctos eſſe, quòd hæretici ſunt. Dicebat igitur, ſe cum Latinis neutiquam debere coniungi, priùs quàm additionem illam à ſymbolo prorſus auferant. EPHE.

Tum Beſſarion: Proferentes igitur, inquit, ſanctum ſpiritum ex filioque procedere, hæretici ſunt? BES.

Epheſio verò, Quid ni, reſpondente: RPHE.

Beſſarion exclamauit, dicẽs: Deus miſereatur: ergo ſancti, qui hanc ſententiã tradidere, hæretici fuerant? Muta fiant labia doloſa, quæ loquũtur aduerſus iuſtum iniquitatem. Nónne clarè vidiſtis, Occidẽtales ac Orientales doctores ſanctos in hoc neutiquam diſcrepare? quãdoquidẽ idem ſanctus ſpiritus omnibus ſanctis æqualiter fuerat loquutus. Conferamus ipſorũ ſcripta, vt maximam eorundem conueniẽtiam clariùs videamus. BES. Pſalm. 30.

Epheſio deinde proferenti, Quis nouit an libri eorum mendoſi ſint, reſpondit: RPHE.

Quis, obſecro, tam temerè dicere audebit, BES.

audebit,tot Latinorum ſermones,tot euãgeliorum expoſitiones, abſolutam deniq; de ſpiritu ſancto theologiam, ſimul oẽm mendoſam & corruptam eſſe?quam quidẽ ſi veluti mendoſam è libris velimus tollere,tãtùm papyrus alba in tot voluminibus remanebit. Tum Græcorum conuentus in duas partes diuiſus fuit.nam altera pacem cum Latinis vehemẽter deſiderabat, altera verò diſſidij authoribus fauens, ab ea mirum in modum abhorrebat. Cui quoq; parti,Græcorum nobilium & laicorũ plurimi vehementer fauebant.ſingulis tamen diebus frequentes abſq; Latinis cõueniebant,vt quidnam agerent,Latiníſve reſpõderent,inter ſe conſulerent.

patriarcha Feria verò quarta maioris hebdomadæ, iterum congregati,à patriarcha fuerunt interrogati,an aliud dicere vellent.

Herac. Reſpondente autem Heraclienſi, ſe diuinorum agendorum cauſa conueniſſe:

Mityl. Mityleneñ præſul dixit: Quinimmo, domine, aut ſanctos ipſos ipſi ſequentes cum Latinis pacem conficiamus, aut infecta re,diſcedamus. Sed ſcire velim, an magnum Maximum velitis ſuſcipere. Quibus omnibus annuentibus,protulit magni Maximi fuiſſe ſententiam, ſanctum ſpiritum ſubſtantialiter quidem ex patre,ineffabiliter verò per filium procedere.

Beſſa. Tum Beſſarion ipſam Maximi ſententiã quàm plurimis ſanctorum authoritatibus, præſertim Magni Tharaſij, longa illuſtrauit oratione.

patriarcha Patriarcha verò illas ipſas ſanctorũ ſentẽtias exſcribi iuſſit,vt accuratiùs viſis, cõuentu ſequenti communi omnium ſentẽtia,concluſio fieret.Poſtridiè autem Rhu-

Nũcij Græcorum. tenum & Nicenum, necnon duos cruceſignatos,& magnum bibliothecariũ, ac magnum Eccleſiaſten, nuncios ad ſummum pontificem Græci miſerunt,qui ei nunciarent,ſe nolle ampliùs cum Latinis diſſerere: quãdoquidem diſputatio nil aliud præter contentionem maximam parit,necnon ipſi Latini in reſpondendo nunquàm déficiũt,ita vt infinita fieret diſputatio, ſi cum ipſis vellent contendere. In infinito verò verſari,magnum incommodum eſſe:idcirco ſe modum aliũ coniunctionis vehemẽter deſiderare,quam quidẽ vellẽt à Latinis

for. *ſe,p cognoſcere,quandoquidẽ Græci*pro viribus dixiſſe,necnon paterno dogmati ſuo à ſeptem ſynodis tradito,acquieſcere dicũt.

PAPA. Quibus quidem nuncijs pontifex ſummus reſpõdit, putare ſe Græcos nõ inſcios eſſe, quonam ſtudio, quo labore, quanto deniq; ſumptu,hoc in negocium incubuerit,& adhuc incumbat, eos tamen ſemper negligentes fuiſſe,quodq; peiùs eſſe videtur,ad diſputãdum nobiſcum, vt inter nos conuenit,ipſis curæ nõ eſſe:idcirco ſe velle,vt ſereniſſ.Imp.fraterq; ſuus patriarcha,

totaq; oriẽtalis Eccleſia, vnam ex his quatuor conditionibus eligant, vt vel Latinorum ex literis ſacris demonſtratiõibus habitis acquieſcant,ita vt profiteantur in põſterum,Spiritum ex patre filioq; procedere:quod quanuìs luce clariùs demonſtratum ſit,ſe*tum velle,ſi adhuc Græci dubitant,magìs patefacere,vt ipſis meliùs ſatiſfiat:vel hi,ſi quas alias authoritates habeãt, quibus poſſint inniti,eas in medium proferãt:vel ſi fortioribus argumẽtis probare poſſunt,dogma ſuũ magìs pium eſſe,in certamen deſcendant:vel deniq; ſeſſione vocata,ſolenniq; Miſſa celebrata,quiſq; Græcorum ſimul & Latinorum iuratus, liberis ſuffragijs ſuam ſententiam dicat,ita vt,quę ſententia pluribus conſtaret ſuffragijs, ea ſuſcipiatur: nam iuſiurandum inter Chriſtianos non mediocriter valet. for.*tamẽ

GRAECI Quæ cùm Græcorum conuentui allata per nuncios ipſos fuiſſent, oẽs obmutuerunt,cùm quid ad tam iuſtas conditiones reſpondere poſſent,non haberent.Nã ſanctorum plurimos eſſe dicebant, qui ſanctũ ſpiritum ex filioque procedere teſtentur; alios autem ſe citare non poſſe,qui contrarium literis mandauerint, minimeque credendum eſſe,ſanctos inter ſe contraria ꝓtuliſſe,& alijs argumentis ſe probare non poſſe,ſuum dogma magìs pium eſſe: quandoquidẽ tametſi pium eſſe credatur, quod à maioribus ſuis traditũ fuerit, non minùs tamen pium Latinorum dogma videri, vtpotè quod multorũ ſanctorum patrũ ſententia comprobatum fuerit.In ſacratiſſimi verò Chriſti corpore ac ſanguine iuſiurandum, quanuìs ſit fugiendum, quòd nulla vnquàm alia ſynodus eo fuerit vſa, ipſum tamen honeſtè ſe fugere neutiquàm poſſe. Hæc inter ſe Græci.

*Cùm Mityleneñ antiſtes ad eos*dixe- for.*Tum *dixit:
rit:Quid inter vos,P.R.contenditis,ac valdè ambigitis?An non videtis (tametſi noſtrum dogma pium) Latinorum tamen additionem pro maiori ſymboli declaratiõe inuentam,piam,& à ſanctis patribus traditam eſſe?& quemadmodùm diuinum ſymbolum ex ſcriptura ſacra depromptũ fuiſſe, ita etiam illud, EX FILIOQVE, ex eadẽ ipſa ſacra ſcriptura à Latinis expreſſum eſſe,ita vt vtrunq; dogma pijſſimum ſit, quãdoquidem vnam fidem,vnam religionem, vnum Deũ in tribus perſonis, & nos & ipſi firmiter colimus. Non ampliùs ergo, pater ampliſſ.tempus perperàm conteramus, verùm cum Dei Eccleſia,duce veritate iungamur,non plura inueſtigemus, hoc tandem reſponſum pbeato ſummo põtifici demus. MITY.

Cui quidem præſuli cùm nemo contradixiſſet,Imperator reſpondit,Hoc non eſſe IMP. quod quæritur,ſed quidnã ad illa quatuor ſummi pontificis quæſita reſpondendũ ſit, id nobis diligenter perueſtigandum.

Cui

GREG. Cui Gregor.ſic reſpondit: Quid,obſecro ſereniſſime Imperator,ſummo pontifici reſpondere poſſumus? Dicere nanq; hæc eſſe falſa,illa verò mẽdoſa, & hæc nos ignorare, illa verò prorſus inficiari,nobis indignũ videtur. IMP. Tum Imperator rogatu Græcorum omnium,eoſdem nuncios ad ſummum põtificem remiſit,vt ei reſponderet,Græcis videri quatuor illa quæſita tãtùm ab vno dependere,vel ad vnũ ſolum ſpectare,ſcilicet, vt diſputationibus agatur, quandoquidam vt ambigua dilucidentur,& ſcripturæ exponantur,vt deniq; iuſiurandum fiat, iudicio opus eſt,quod abſq; diſputatiõe fieri benè non poſſet, à qua Græcos mirum in modũ abhorrere,quãdoquidem ex ea nil cõmodi conſequi ſperant.Nam ipſi maiorum ſuorũ authoritati acquieſcẽtes,ſymbolo à ſanctis patribus ac à ſeptẽ œcumenicis ſynodis tradito, nulla vnquam ratione quicquã apponerent:contrà,multorum ſanctorum authoritatibus Latinos clariſſimè demonſtrâſſe, additionem illam verã eſſe, fieriq; nõ poſſe, vt à ſymbolo dimoueretur, etiam ſi Græci vehementiſſimè cupiant. Operæpreciũ igitur eſſe,vt contentione ſanctorum authoritatibus,diſputatione,denique iureiurando poſtpoſito, beatiſſimus pater, vtraq; parte in ſuo dogmate permanente, cõiunctionis modũ excogitet:ſin minùs, infecta re, Grę-

SVM.PON. cos à ſynodo diſceſſuros. Quibus ſummo pontifici nunciatis,reſpondit ſe nonnullos cardinales ad Græcorum conuentũ miſſurum,vt eis coram Imperatore reſpondeant.

BESSA. Intereà Beſſarion luculentiſſimam orationem pro pace in conuentu Græcorum habuit,ac literis ipſam mandauit.quam in extremo huius libri interpreti mihi diſponere viſum fuit,quoniam ab eodem ipſo Beſſarione poſt nõnullos annos Latinitate dotata fuerit. Triduo aũt pòſt cardinales tres,necnon antiſtites decem,ac nonnulli monachi præclari theologi,ſummi põtificis iuſſu, ad Græcorũ cõuentum domi patriarchæ, præſente Imperatore celebratũ, conuenere,vbi Iulianus ille facundiſſimus cardinàlis hanc

IVL.CARD. habuit orationem: Non inſcius ſum,P. amp.huc mecum præclaros doctores veniſſe,qui ſanctiſſimi dñi noſtri mandata meliùs q̃ ego referre poſſent. Veruntamen quoniam ego ſuperioribus etiã ſeſſionibus fuerim locutus,idcirco præſtantiſſimorum horum patrũ conſenſu,nũc etiam pro viribus pauca proferã,hac tamen cõditione,vt ipſi, quæ imprudens omiſero,ſuppleant.Notum eſt vobis,P.amp.nos Ferrariæ conueniſſe,vt in qualibet hebdomada duas ad minùs ſeſſiones celebraremus, quãdoquidem viſum eſt nobis operæprecium eſſe, vt noſtra dogmata diſputationibus clara lucidaq; reddantur. Cur aũt hanc noſtram cõditionem ſeruare nolitis,ipſi penitùs ignoramus,cùm nõ ſine magno veſtro noſtroq;ſumptu huc,

vt veritatẽ inueſtigemus,cõuenerimus: quã quidem nõ alia via,q̃ diſputãdo, poterimus conſequi.Porrò quatuordecim menſiũ ſpatio ideo nihil profecimus, ꝙ in eo longiſſimo tẽpore,non niſi vigintiquinq; ſeſſiones celebrauimus,cùm nõ minùs quatuor quolibet menſe celebrare cõmodiſſimè potuiſſemus. Vndè patet, negligentia veſtra nos multũ tẽporis contriuiſſe,de quo quidẽ vehementer dolemus animo. Quapropter rogamus vos,præſtantiſſ.P. velitis ad ſeſſiones venire,quandoquidẽ hac ſola via facilè cõiungi poterimus: quinimmo fieri non poteſt, vt ſine diſputatione negociũ noſtrum confici poſſit. Satìs ſuperq; præſtantiſſ.P. IMP. dixiſſe videmur.Non enim inter nos cõuenit,vt in infinitum diſputemus. Reliquum igitur eſt,vt noſtræ coniunctionis modum inueſtigemus. Nam vt æger, cùm prævalet ægritudo,non autem poſtea q̃ conualuerit, vti ſolet diæta:(nõ enim ſemper prodeſt abſtinere à cibo)ita etiã nobis diſputatio quõdam profuit,nunc verò neutiquã conuenit. Verùm nos alium modum,quo pacem poſſimus conficere,excogitare oportet.

At nondum nobis ſereniſſime Imp.ſatiſ- IVL.CARD. factum fuiſſe videtur,quandoquidẽ à diſputatione priùs deſiſtere nõ debemus,q̃ nobis veritas pateat, cùm præſertim ipſi multorũ ſanctorum attulerimus authoritates, quib⁹ dogma noſtrum pium eſſe probauimus,ac eum nõ eſſe Chriſtianũ, qui ſpiritum ſanctũ non crederet ex filioq; procedere. Vos autẽ cum neq; nobiſcũ ſentire velitis,neq; argumenta noſtra refellatis,ſed à diſputatione vehementer abhorrere videamini, tantummodò proferẽtes,ſatìs iam dictũ eſſe, quod ſanè nobis inconueniens eſſe videtur. Vos igitur oportet oſtendere, vel nos non benè ſentire,vel ſine aliqua excuſatione ad ſentẽtiam noſtram venire,ac nobiſcum cõiungi, vel ad diſputationis certamen deſcendere, quouſq; veritatem ipſam aſſequamur. Nam exemplũ tuum ſereniſſ. Imp. à nobis potius eſſe videtur,quandoquidem vt ægroti ſolẽt vti diæta,ita nos etiam ob ſchiſma noſtrum, quod magnam ęgritudinẽ eſſe duco,eouſq; diſputare debemus,quouſq; pacẽ ineamus: p̃ſertim cùm fieri nõ poſſit,vt alia cõiunctionis via inueniat. Pace verò cõiunctioneq; noſtra(fauẽte Deo)cõfecta,vt ęgroti diẽta, ita nos diſputatione nequaquã egebimus.

Dico equidẽ,P.amp.nos amplius vobiſcũ IMP. diſputare nolle,quandoquidẽ verbis abundatis,ac vſu dialectices vobis venit,vt nunq̃ ſuaderi velitis,verũ ſemper diſſerere, ad extremum aũt vehementiſſimè perorare, ſtatimq; cõſurgere,ac ſeſſionem dimittere, vt animos auditorũ ad veſtrã orationẽ flectatis. Omiſſo igitur multiloquio, viã qua Dei benignitate cõiungi poſſimus, excogitem⁹.

Ipſi profectò ſereniſſ.Imp.nõ multi pro- IVL.CARD. lixíve fuim⁹, ſed dialectici nõ obmuteſcere,

nec in ſermone deficere ſolent, quandoquidem argumẽtis rationibusq; ſemper abundãt. Qui autem propoſitam queſtionẽ veris rationibus ſuſtinere nõ potens, tacet, diſputationẽq; fugit, is dare manus deberet, atq; à cauſa palàm diſcedere, vt pater Epheſius feciſſe debuerat, quippe qui nõ habes quid ampliùs diceret, victus diſceſſit, nolens ampliùs diſputare, ac ſe victum ingenuè fateri, cui vos quoq; aſſentiri videmini. At non ita conuenimus, verùm vt eousq; diſſereremus, quouſq; quæſtionem noſtram ad verã concluſionẽ perduceremus. Cui quidẽ ſermoni ſereniſſ. Imp. acquieſcere nolens, ac à diſputatione vehementer abhorrens, iuſſit vtraq; ex parte decem viri ſeligerentur, qui tantùm octiès cõuenirent, & viã cõiunctionis inueſtigarent: qua non inuenta, ſynodo dimiſſa diſcederent. Poſtridiè verò ad ſummum pontificem iuit, ac ei ſuam ſententiam dixit: quã cum ſummus pontifex approbaſſet, Latini cardinales duos, & duos antiſtites, ac duos doctiſſimos monachos, ac duos alios clericos, Græci autẽ decẽ præſules elegere, qui cùm ſimul cõueniſſent, Græci priùs à Latinis quæſiuerunt, an ſancti Maximi literas ſuſcipere vellẽt, quibus clariſſimè patet, filium ſpiritus ſancti non eſſe cauſam.

GRAECI

LATINI

Quibus Latini reſponderunt, ſe minimè credere, filiũ principẽ ſancti ſpiritus cauſam eſſe, ſed patrem vnicam filij ſanctiq; ſpiritus cauſam profiteri, illius ſecundum generationem, huius verò ſecundum proceſſionem. Vt autẽ pateat, vnam eãdemq; ſubſtantiam ipſorum eſſe, ſanctum ſpiritum per filiũ procedere, Latinos dicere, qui etiã indiuiſibilitatem eorũ ſubſtãtiæ ab hypoſtaſibus, profitentur: nam filius ſubſtãtialiter patris filius eſt, ſanctus verò ſpiritus ſubſtantialiter patris & filij. Dicebant ergo Latini: Si ſpiritus ſubſtantialiter patris & filij eſt, ſubſtãtia verò ab hypoſtaſi ſeiungi nõ poteſt, neceſſe eſſe, vt ſanctus ſpiritus ex filij etiã hypoſtaſi procedat. Authoritates autẽ, quas Maximus citare videtur, ab Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorum ſanctorum doctorum Occidentaliũ authoritatibus neutiquàm eſſe diuerſas, quorum quidem volumina plena ſunt, ſanctum ſpiritum ex patre filioq; procedere. Quibus omnibus intellectis, conuentus ipſe dimiſſus fuit. Poſtridiè autem ijdem patres conuenere, Græciq; ſancti Tharaſij patriarchæ Conſtantinopolitani authoritates a[illegible]ulere, tenentis ſanctũ ſpiritum ex patre per filiũ procedere, cupiẽtes eo modo ſymbolum celebrantes, cum Latinis cõiungi. At illi præpoſitionem PER, longè meliùs quàm Græci, expoſuere. Contendentibus enim Græcis, PER & EX prępoſitiones diuerſa ſignificare, Latini ſubtiliter reſpondebãt dicẽtes: Si quidẽ diuerſa ſignificant, neceſſe eſſe, vt in diuinis duæ ſint operationes: altera quidẽ patris, quæ per EX: altera verò filij, quę per præpoſitionẽ PER, ſignificẽ, quod q̃ maximũ inconueniens eſt. Nolebãt ergo Latini ppoſitionẽ PER, ſuſcipere, ne, ppter ambiguitatẽ vocabuli, quiſquã impius crederet, prępoſitionẽ PER, organũ quoddã ſignificare, inſtar ſcilicet aquæductus, cùm ipſi profiterẽtur ſanctũ ſpiritũ ex patre filioq;, vt ab vno ſolũ principio vnica operatiõe procedere. Quibus dictis, diſceſſerunt. Et quanuis Græci nollent ampliùs cõuenire, (quid enim dicerẽt, nõ habebãt) tamẽ à Latinis coacti, ter * itẽ cõuenerunt. Et factum fuit poſt multa, vt Latini cõtendentibus Græcis, ſententiã ſuam literis mãdauerint in hac forma:

*iterùm

LATINI

Quoniam Græci ſuſpicãtur nos duo principia, duásve cauſas in ſancta cõſubſtantialiq; Trinitate profiteri, idcirco hanc habentes ſententiã vel talia profitentes, anathemate notamus: quandoquidem ipſi credimus, patris & filij operationem poteſtatemq; mittendi, vnicã ſpiritus ſancti cauſam eſſe, ita vt filius non ſit diuerſum à patre principium, ex quo qudem ſpiritus ſanctus procedat, ac eſſe habeat. Nã patrem vnicã cauſam, & radicem, ac fontem diuinitatis profitemur eſſe: non ita tamẽ, vt patris & filij ex eo cõfundamus perſonas, q̃ operationem ipſorũ vnã eſſe credimus, (id enim eſſet impium credere) verũ duas patris filijq; perſonas exiſtere, vnã autem operationem, ac eorundem vnicã poteſtatẽ mittendi: vnũ deniq; eſſe, quod ex ipſorũ ſubſtantia & hypoſtaſi mittitur, profitemur. Idcirco autem diuinum ſymbolum, declaratũ ac dilucidatum à maioribus noſtris fuiſſe dicimus, ne quiſquam ambigens, an filius ſpiritus ſancti cauſa ſit, in aliquam incideret hæreſim. Nam credẽtes ſanctum ſpiritum ex filio nequaquàm procedere, neceſſe eſt vt intelligant, ſpiritũ ex ſolo patre procedere, ac cõſequenter nõ eſſe filium. Qui autẽ proferunt ſpiritum ex ſola patris perſona procedere, hi proculdubiò ſubſtantiam ab hypoſtaſi ſeparãt, & partitionẽ imaginãtur diuinæ ſubſtãtiæ, quod à ratiõe fideq; valdè alienum, piè creditur eſſe.

GRAECI

Quibus quidẽ literis à Græcis perlectis, eas vario ſenſu intelexerunt. Nam alij dicebãt, Latinos, filium ſpiritus ſancti cauſam eſſe, clariſſimè credere, & cum Græcis neutiquàm cõuenire: alij verò, Latinos ipſos duo principia, duásve cauſas Trinitati aſſcribere: alij deniq;, q̃ ingenioſiores haberentur, mirum in modum cõtendebant, vt ipſæ literæ diligentiùs inſpicerentur. Latini autem, audita tanta Græcorum inter ſe controuerſia, alias ad eos literas miſerunt in hoc tenore:

LATINI

Quoniam Græci nos calumniantur, ac nobis obijciũt, duo principia vel duas cauſas in ſancta & cõſubſtantiali Trinitate ponere, idcirco profeſſionem noſtrã his literis mãdamus: Credimus in vnum Deum patrẽ, & in vnũ filiũ vnigenitum & ex patre natum, & in vnũ ſpiritum

ritum ſanctum, ex patre quidem habentem eſſentiam, quẽadmodùm etiam filius: verùm ex filioq; procedentem, quandoquidem patrem vnicam filij ſanctiq; ſpiritus cauſam profitemur, illius quidem per generationẽ, huius verò per proceſſionem. Porrò autem, ne identitatem coniunctionemq; diuinæ ſubſtantiæ diſtribuere, ac ipſam eandem ſubſtãtiam re, non autem ſola ratione, ab hypoſtaſibus & perſonis differre, credere videamur: necnon ne quiſpiam credendo ſanctum ſpiritum ex ſolo patre procedere, tres in partes vnicam illam diuinã ſubſtantiam diuidi mẽte concipiat, idcirco verbum, EX FILIOQVE, neceſſarium in ſymbolo duximus eſſe, profitentes ſanctum ſpiritum ex patre filioq;, tanquàm ab vnico principio, procedere. Quas quidem literas cùm Græci biduum diligentiſſimè contemplati fuiſſent, nolẽtes vlla ratione cõcedere filium ſancti ſpiritus cauſam eſſe, vix ipſi quoq; ſententiã ſuam literis hac forma traditam ad Latinos requiſiti miſere.

GRAECI

Cùm Latini profiteantur, patrem vnicam filij ſanctiq; ſpiritus cauſam eſſe, ac à nobis contendant, vt noſtram ſententiam, quidq; in hac re ſentiamus, noſtris literis declarem⁹, idcirco patrem filij ſanctiq; ſpiritus fontem & radicem, filium verò & ſanctum ſpiritum, ſecundum primam œcumenicam ſynodum, & magnum Baſilium & Cyrillũ, diuina germina profitemur eſſe, necnõ ſpiritum à filio ſcaturire, hauriri, prodi, emitti, ac profundi.

Quas quidem literas ad Latinos hac conditione Græci miſerunt, vt ipſas cùm voluiſſent, exponere poſſent. At Latini literis ipſis nequaquàm acquieuere, proferentes ſe verborum ipſorum expoſitionem vehementer deſiderare: quandoquidem verbum SCATVRIRE, in actis ipſius primæ ſynodi, HAVRIRI verò & PROFVNDI, in nonnullorũ ſanctorum commentarijs legitur. quid autẽ talia verba ſignificent, (vt pauloantè dictum eſt) ſe ſcire cupere: quia vulgò ferebantur eiuſmodi verba, ſecũdam ac temporalem miſſionẽ ſignificare: ſe autẽ credere, ſanctos patres de vna tantùm ſancti ſpiritus miſſione literis mandaſſe, ac ipſam ſpiritus à filio effuſionem, ſecundam non eſſe. Et quanuis temporalis etiã ſancti ſpiritus miſſio ad homines ſit, ſe tamẽ primam illam inueſtigare, qua quidem filius ſancti ſpiritus cauſa creditur eſſe. Nam qua ratione ſanctꝰ & hypoſtaticus ſpiritus à filio ſcaturiret, niſi ab ipſo haberet eſſe? vel quonam modo apud Cyrillum, ab eodẽ filio, vt à Deo patre proflueret, ſi non ab ipſo penderet? Dicebãt ergo Latini ſe cum Græcis in hoc ſentire: verùm vt omnis ambiguitas tolleretur, & ne quiſquã in poſterum opinetur, miſſionem ipſam, de qua agitur, in ſimpliciſſima diuinitate ſecũdam eſſe, idcirco declarationem, quã ſuprà dixerant, à Græcis ipſis deſiderare.

GRAECI

Quæ cùm Græci audiuiſſent, magno animi dolore affecti, quòd ea ratione modum rei facere non poſſent, proferebant magnum ſe facinus contra trium legatorum patriarcharum, videlicet Heracleen, Epheſij, & Monẽbaſien, necnon ex alijs antiſtitibus Anchialen, ac ex clericis magni bibliothecarij, ac * Protecdici ſententiam commiſiſſe, q̃ literas ipſas ad Latinos ſcripſiſſent, ſeque nil aliud poſſe facere, quandoquidẽ Latini ſanctorum authoritatibus acquieſcere nolunt, ideoq; operæprecium eſſe ad patriã, infecta re, remeare.

locus obſcurus for. * Doſithei

IMP.

Quæ cùm ſereniſſ. Imper. intellexiſſet, eorũ ſecordiam exprobrauit, ob quam ſibi videbatur ipſis malè actum fuiſſe, ac ſtatìm ad ſummum pontificem iuit, ipſiq; ſignificauit, quę inter ſuos antiſtites proferentur.

PAPA

Cui pontifex ſummus ita reſpondit: Nos, Imperator fili, ſæpè ſæpiùs à vobis contendimus, vt diſputando veritatem inueſtigaremus: deinde inquirentibus vobis, qdnam de ſumma Trinitate ſentiremus, bis ad vos ſcripſimus. Quod cùm vobis nequaquã placuerit, quaſdam nobis ſanctorum authoritates miſiſtis: quæ quoniã nobis ambiguæ viderentur, vos enixè rogauimus, vt ipſas clariores redderetis. Vobis autem id facere recuſantibus, quid ampliùs poterimus facere?

IMP.

Non equidem, pater beatiſſime, Græcorũ conuentui dominor, neq; vellem ipſum tyrannicè cogere, vt vobiſcum pacem componat. Qui cùm clariſſimas ſuæ profeſſionis literas ad vos libenti animo miſerit, neſcio cur alia opus ſit expoſitione. Nam SCATVRIRE, PROFVNDI, HAVRIRI, & reliqua illa vocabula, filiũ cauſam eſſe ſignificant, tametſi noſter conuentus, ne tumultus ob ignorantiã vulgi fieret, ea clariùs explicare non audeat. Siquidem igitur vobis credentibus filium ſancti ſpiritus cauſam eſſe, non ſolùm non contradicimus, verumetiam cum verbis illis conũgi volumus: quidnam aliud, obſecro, à nobis deſideratis?

IVL. Carſime, cõuentus veſter videtur credere, verba dinalis.

Quoniam Imperator ſereniſſ. SCATVRIRE, HAVRIRI, atq; PROFVNDI, ſecundam quandam & temporalem miſſionem ſignificare, idcirco vehementer deſideramus, vt veſtram ſententiã literis veſtris clariùs exponatis: quandoquidem ipſi ſentimus Cyrillum his verbis oſtẽdere voluiſſe, ſpiritum ſanctum ex patre filioque eſſentialiter eſſe, necnon ex filio, ſicut ex patre, procedere.

Quæ omnia ſereniſſ. Imp. conuentui ſuo retulit.

IMP.

GRAECI

Qui equidẽ ea grauiter ferens, poſt aliquot dies eoſdem illos nũcios ad ſummũ põtificem remiſit, eum obſecraturos, vt huius rei tandem faceret finem.

PAPA

Qui ſummus pontifex ſtatim eoſdem ipſos tres cardinales ad conuentum Græcorum miſit, ipſum rogaturos, vt ſuas exponeret literas, præſertim quonam modo illam prępoſitionem PER, intelligeret, cùm apud Latinos quatuor res videatur ſignificare, videlicet inſtrumentum vt ferram, & materiam vt domum, & tranſitum vt aquæductum, ac naturaliter ſubſtantialiterq;

tialiterque, quemadmodùm Spiritus sanctus per filium mitti creditur. Quæ cùm Græcis nunciata fuerũt, Imperator cardinalibus
IMP. ipsis respõdit, suos antistites aliud nolle cõscribere vel proferre, se tamen maximo desiderio affici, necnon paratos esse cum Latinis coniungi: sin minùs, propediem à synodo discessuros. Hæc & alia verba similia Imperator proxima quoque die cardinalibus ipsis, eandem expositionem enixè petẽtibus, protulit. Deinde verò ad summum pontificem accersitus iuit. Cui summus pontifex
PAPA ita dixit: Cùm tuum ad coniungendas Ecclesias magnum studium, Imperator fili, viderẽ, magno equidẽ gaudio afficiebar, ita vt æquo animo labores ac non mediocres sumptus ferrem: nunc autem contrà videns tuorum hominum in tali tantaq; re secordiam & pigritiam, animi dolore afficior, ac simul vehemẽter admiror, vndenam hæc tam subita, tantaq; rerum mutatio sit, cùm mihi profectò videantur absq; consona ratione ab Ecclesiarum coniunctione mirum in modum abhorrere, ita vt videar operam & oleum (vt vulgò dicitur) perdere. Porrò autem scire velim, quod vnquàm fuerit opus, in quo vobis non satisfecerimus? vel quid à vobis contenderimus, quod fieri non possit? Aut igitur nostram piam professionem suscipite, ac excolite: aut vestras literas, quas nuper ad nos misistis, nobis reddite clariores, quo quidem pacto facilimè coniungemur. an quicquam prohibet, quo neutrum horum possit fieri?
IMP. Iusta petis, P. sanct. vt nostras literas exponamus, clarioresq; reddamus. Verùm nõnulli præsules nostri, Latinorum petitionẽ credentes congruam rationi non esse, nolunt ei acquiescere: difficileque eis videtur, dogma maiorum suorum tam subitò dimittere, cùm semper crediderint, Latinorum fuisse sententiam, Spiritum sanctum duas substantiales causas habere, propterea q; noluerint illud, EX FILIOQVE suscipientes, vobiscum pacem componere. Nobis ergo necesse est, vt patrias leges moresq; seruemus. Ego vero qui conuentui nostro (vt pauloantè dixi) nõ impero, ipsum tyrannicè cogere nolo, vt quicquam præter eius voluntatem dicat vel agat, ita vt in hoc quod à me, pater beatissime, petis, minimè tibi satisfacere valeam.
PAPA Vester ergo conuentus veniat, vt mihi respõdeat, vt mihi & tibi Imperatori plurimùm
IMP. conuenit. Tum iussu Imperatoris, absente tamen ipso ac patriarcha, Græci omnes antistites ad summum pontificem venere. Quem cum cardinalibus nouem ac pluribus præsulibus offendêre. Vbi considentibus omnibus, is summus pontifex orationem hanc ha-
PAPA buit: Nequaquàm, fratres prudentissimi Orientalis Ecclesiæ consiliarij, terrenarum & caducarum rerum, aut nostri cõmodi causa, verùm spiritu sancto afflati, vt Dei Ecclesias coniungamus, nõ sine magno labore diuinum hoc opus libẽter aggressi sumus. Qua quidem in re quãtum laboris susceperimus, ac indiès suscipiamus, vobis notissimum esse putamus. Quod profectò æquo animo ferebamus, dum crederemus, vos etiam in hanc rem vehementer incumbere, videntes multa vos terra mariq; passos, ad cõiungẽdas ipsas Dei Ecclesias festinantes huc cõuenisse. Nũc autem taciti nobiscum considerantes, vos ipsos negligẽtes & hac in re pigros factos esse, vehementer miramur, ac vestri plurimùm miseremur, etiam non inscij vos & patria, & necessarijs, ac vestris commodis carere, necnon Ecclesias vestras non mediocriter pati, magno animi dolore afficimur, pʃertim benè, pʃpicientes, si nostras Ecclesias, ob negligentiam & contumaciam vestram neutiquã coniunxerimus, quanta mala futura sint. Vt autem (fratres) dogma nostrũ pium esse demonstraretur, frequẽtes fieri sessiones, ac inter nos disputationes ab initio studio summo curauimus. At vos ita rem semper voluistis differre, vt dum essemus Ferrariæ, nõ amplius quàm sedecim sessiões fuerint celebratæ. Quod quidem licèt ægrè ferremus, tamen ad sanctã pacem prospicientes, rebus in omnibus, quas à nobis petijstis, vobis libentissimè satisfecimus. Communi deinde sentẽtia synodum huc transtulimus, vbi sanè nunquàm destitimus, quin ex mutuis conditionibus, quas Ferrariæ accepimus, vos ad disputandũ hortaremur, ac huius rei causa, quandoq; increparemus. Nam ibi cõuenimus, vt tres singula quaq; hebdomada sessiones celebraremus, etiam si summus pontifex, vel Imperator, vel patriarcha, vel quisquam ex electis disputatoribus detentus valetudine, à sessione abesset: & si festum, aliúdve impedimentũ contingeret, proxima die sessio haberetur, vt nulla ratione vlla vnquam sessio posset impediri. At vos vix nouem alijs sessionibus hîc Florentiæ celebratis, vt priuati conuentus fierent contendistis, sperãtes eo modo nostrę coniunctionis viam inuenire. Qua etiam in re tametsi vobis indulserimus, nihil tamẽ ob secordiam vestram profecimus, quandoquidem contendentibus vobis cognoscere, qdnam de spiritus sancti processione sentirem⁹, binas literas scripsimus, quod forsan pro Romanæ Ecclesiæ dignitate fieri non debebat. Quanto enim honore ac obseruantia Orientalis Ecclesia Romanam semper fuerit prosecuta, vos scire credimus. Deinde nobis quoque volentibus intelligere, quidnam ipsi de eadẽ processiõe sentiretis, literas nobis multùm ambiguas & obscuras scripsistis. Postremò, plurimùm requisiti atque rogati, vt eas exponeretis, clarioresque redderetis, nobis satisfacere noluistis, ita vt ipsas intelligere nõ possimus. Quid igitur faciamus, nescimus. Videmur autem videre, non sine omnium nostrum incõmodo & dedecore, nos (quod absit) semper disiunctos fore, quod quidem

quo animo creditis Occidentales principes audituros esse? ac nos quanto animi dolore afficiendos? Vos verò quãta mœstitia vestrã ad patriam redituros: Contrà, pièconiunctis Ecclesijs, & principes ipsi nobiscũ vehementissimè gaudebunt, & oẽs vobis auxilio erũt, ita vt non solùm Christiani, qui sub Imperij vestri ditione sunt, verumetiam illi, qui sub impio tyranno & Christi nominis hoste degunt, animo leuentur. Rogamus itaque vos fratres, per nomini nostri Iesu Christi præceptum, ne velitis Dei Ecclesias disiunctas semper manere, verùm ipsis coniunctis Deum simul glorificemus: quandoquidem Ecclesiarum coniunctio animabus nostris saluti, nobis verò non mediocri fuerit honori, ac eam dubio procul corporei ac incorporei acerrimi nostri hostes, nobiscum angelis gaudentibus, vehementer timebunt, ita vt nõ minùs in cælo quàm in terra non mediocre gaudiũ
RHV. sit futurum. Oratio tua, pater sanctissime, vera nobis videtur esse: sed quoniam magnæ res magna indigent cõsideratione, idcirco in hoc longissimo tempore, in primis serenissimus Imperator consilio & prudentia, deinde nos tum publicis, tum priuatis disputationibus, diligentissimaq; perquisitione, in Ecclesiarum cõiunctionem mirum in modum incubuim⁹, ita vt totos hos quatuor annos, ex quo negocium hoc tractare cœpimus, plurimùm laborauerimus. nil mirum autem est, si pro magnitudine rei nihil ferè confeceri-
GRAECI mus: quãdoquidem (vt pauloante diximus) longa opus est contẽplatione. Quibus dictis, Græci ad patriarcham venere, ac ei oẽia
PATRIAR. retulere. Ipse verò, sic cõtendentibus pluribus, Rhutenum & Nicenum & Lacedæmonien ac Mitylenen antistites ad Imperatorẽ misit, vt ei nunciarent, cõuentum Græcorũ, patriarcha duce, cum Latinis coniungi velle: ideoq; rogarent ipsum vt pacem conficeret: sin minùs, inuito eo, antistites suos eam con-
IMP. fecturos. Quæ cùm Imperator audisset, timens, ne sui homines in ipsum conspirarent, cogitare cœpit, quonã pacto pacem cum Latinis iniret. Die verò sequenti in Græcorum conuentu domi patriarchę facto, hęc habuit verba: Non alia de causa, pontifices optimi, ad hanc venimus regionem, nisi vt Ecclesias coniungamus, & non pro alia re tot labores pertulimus, quàm nostræ Ecclesię dignitatis ac amplitudinis causa. Sed eccè iam mensis 15. agitur, ex quo patria & commodis nostris priuati, in Italia sumus, & nihil profecimus. Porrò mihi videtur disiunctio ac nostrum à Latinis dissidium, pernicio sissimum esse: cõiunctio verò atque pia concordia, nobis valdè conducere posse. Ideo duo nobis opposita, vtpotè mala damniferaq;, fugienda sunt: alterum, ne sine ratione cum Latinis iungamur: alterum autem, nè impiè ab eisdem dissideamus. Ergo diligenter debetis considerare, quidnam nobis magis conducere possit, ac in primis, quantum calamitatis talis discordia nobis afferre posset. Mementote ergo, patres optimi, vt patrię nostræ Cõstantinopolitanæ auxilio sitis, quæ quidem sola Christianorũ refugium, spes ac seruatrix in Oriente relicta est. Consulite, obsecro, incolumitati ac saluti eius: dicite sententias neq; animabus, neq; corporibus pernicioſas: Pia quidem & non absque ratione Ecclesiarum coniunctio, nobis valdè cõducet: earundem verò disiunctio, contrà: sed animarũ nostrarum salute omnia debent metiri. Cauendum igitur, ne, si talis coniunctio pia est, eam sine ratione fugiatis, ita vt tanto taliq; carcamus bono, quandoquidem Ecclesiarum disiunctio horribilis est & dicitur. Si quis autem impedit, quo minùs pia Ecclesiarum pax fieri possit, is cum Iuda damnetur. Tum an- GRAECI
tistites omnes vna voce clamârunt: Si quis Ecclesiarum coniunctionem non desiderat, sit anathema. Credo equidem, fratres, vos RHV.
non ignorare dissidium & controuersiã nostram cum Latinis, multorũ malorũ causam fuisse. Occidentalium ergo ac Orientaliũ sanctorum doctorum sententias accuratè cõsideremus: quippe qui videntur inter se quàm maximè cõuenire, quandoquidẽ nobis credendum est, ipsos à spirita sancto æqualiter afflatos fuisse: ipsis ergo debemus æqualiter credere, nisi aliter vobis videtur. Annuen- BESSA.
tibus autem his omnibus põtificibus, Nicenus prolixiorem habuit orationẽ, dicens: Si creditis, P. amp. sanctos esse cõcordes, cur etiam cum ipsis non creditis sanctum spiritum ex patre filioq; procedere? deinde multas attulit authoritates, pręsertim Cyrilli super Ioannẽ, & ex eius thesauris, & ex Epiphanij angyroto: quorum aliæ testabantur sanctũ spiritũ ex patre filioq; procedere, alię ex vtroq;, aliæ ipsum spiritũ à filio habere esse, alię verò ab eodem profundi & mitti. Quibus quidem Orientalium doctorum sententijs intel MITY.
lectis, Mitylenen etiam præsul sanctos Occidentales doctores citauit, proferentes patrẽ & filium vnicam sancti spiritus causam esse, patrem tamen præcipuam esse causam, licèt spiritus ex consubstantiali quoque filio sit, ac ex vtroque procedat. Quibus omnibus GRAECI
sanctorum sententijs visis, pontifices ipsi dixerunt, se nunquàm aliàs ipsas intellexisse, nunc autem eas æquo animo suscipere.

Tum Imperator dixit illis: Si ergo talibus IMP.
sententijs acquiescitis, vestras sententias dicite. Hi verò põtifices ac patriarcha simul GRAECI
responderunt, Occidentales sanctos sectari velle, ac ipsorum doctrinam suscipere, quam quidem necesse est veram esse, cùm ab vno eodemque sanctorum spiritu æqualiter oẽs afflati fuerint. Sequenti autem die Georgius Scholarius vir doctissimus, qui cùm sacris initiatus non esset, in synodum venire non poterat, ab Imperatore vocatus, vt quidnam in hac sentiret materia, proferret, hanc

orationem in conuentu Græcorum habuit.

GEORG. SCHOLARIVS. Quid equidem, Imperator optime, de facienda cum Latinis pace senserim, ac sentiã, ex sermone, quem nuper ad hos amp. P. scripsi, patet, quo quidem ipsos, vt cum Latinis coniungerentur, pacemq; componerent, & Reipublicæ Constantinopolitanæ auxilium ferrent, pro viribus hortatus fui. Nũc autem duas alias orationes, quas nuper exaraui, tibi consecro. In quarum altera continetur, quanam ratione pax huiusmodi fieri debeat, in altera verò non argumentis ac humanis probationibus, verùm ex ipsa sacra scriptura, & sanctorum doctorum sententijs demonstratur, sanctos omnes doctores inter se concordes ac consonos esse. Quas quidem duas orationes, sereniss. Imperator, tametsi neq; sapientia, neq; scientia, neq; ingenio ꝓditus sim, pro meo tamen munere ac gratijs, quas mihi pro illo primo meo sermone humanissimè reddidisti, quas equidem minimas simul & maximas esse censeo: illud, quòd aliâs maioribus me beneficijs affecisti: hoc autẽ, quòd indignus sum, vt tot ac tãtæ mihi gratiæ agãtur: pro meo (inquã) munere, ac horum præstantissimorum patrum in me mutua beneuolentia, summo studio ac lucubrationibus & longis vigilijs composui. Quibus planè patet, quidnam ego in hac re *sententiem, videlicet omnes probos & non cõtentiosos Christianos, firmiter credere debere, sanctos doctores (vt pauloantè dictum est), quammaximè concordes esse, quorum omnium rationem cuique volenti auscultare paratus sum reddere. Porrò quoniam tu Imperator diuine, ac omnes hi præstantiss. Patres mihi iubetis, vt ego quoque, quidnam de tali re sentiã, nunc in medium proferam, idcirco tametsi conuenientius esset mihi, paci per vos faciẽdæ acquiescere, quàm in ea sententiam dicere: quandoquidem talem proferre sententiam ad Ecclesiarum rectores pertinere videtur, tibi tamen imperanti mihi, non autem quòd authoritate mea in hac re opus sit, pro viribus satisfaciã. Sed vbi de fide veritatis q; professione agitur, propria vti authoritate ineptissimũ est. nam nec imprudentiũ quisquam aliquid crederet, quod nõ aliqua ratione constaret, licèt sola fidei veritate (vt nouimus) Christiani seruari, & diuinam gratiã consequi possunt. Sed hæc hactenùs. Primũ autem Deo optimo maximo, sereniss. Imp. gratias ago, qui vestrum omnium mentes, ad componendam pacem sibi gratissimam, direxisset, quiq; passus nequaquàm fuisset, vt sui fideles spe tanta fraudarentur, me deinde vestri sacri cõuentus, quinimmo huius œcumenicæ synodi sententiæ ac futuro decreto summitto, quod quidem summa veneratione, ac non mediocri gaudio suscipiam & amplectar, ipsiq; magnum honorem pro viribus tribuam, vtpotè quod non ab hominibus, sed à Deo esse prolatũ existimem. Hanc autem sententiam dico, non quia laicus sum, ob idq; mihi necesse est diuino tuo Imperio, & œcumenico patriarchæ nostro, & huic sancto conuentui, & multo magis generali synodo semper obedire: neque præterea, quòd in hac materia semper huius sententiæ fuerim, vt cum Latinis coniungeremini, verum & si contrariam sententiam priùs habuissem, & quauis dignitate in DEI Ecclesia præditus essem, sapientiaq; cæteros mortales præcellerem, adhuc tamen non aliam sententiam in præsentia dicerem. Demum magno affectus desiderio, veritatis confessione meam linguam expiare, sanctificareq; vt Christi Seruatoris nostri de me quoque confessionem in cælis expectem, quam quidem ipse, qui veritas est, his qui eum coram hominibus profiteantur, promittit, pia mente credo & profiteor sanctos doctores tam Orientales quàm Occidentales, quos inter se consonos esse necesse est, & quorum alij literis mandârunt, sanctum spiritum ex patre filioque, alij ex patre per filium procedere vel mitti, vel ex filio, vel ex patre per filium esse, alij vel ex filio profundi, quemadmodùm ex patre, vel substantialiter ex vtroque effundi, vel deniq; ex filio scaturire, ac alia id genus, sanctos (inquam) doctores ipsos, ad hanc vnam veritatem adspexisse, sanctum ipsum Spiritum à patre filioque accipere esse, ac ex patre filioque procedere, vt ab vnico principio, atque vno mittente, patremque simul & filium vnicum spiritus sancti principiũ esse, non autem ex eo propterea cõsequi, patrem & filium duas causas esse, neque ipsos inter se confundi, quanuis nonnulli suspicentur, huic sententiæ talia incommoda contingere. Quod ideo ipsis accidit, quòd sententiam ipsam non benè percipiunt. Ego autem credo, Spiritum sanctum ex patre filioque, vel ex patre per filium, vt ab vnico principio cau sáve procedere, veram sentẽtiam esse, ac sanctos omnes (quos suprà diximus) in hoc cõcordes fuisse, quinimmo nequaquàm fieri potuisse, vt in aliquo dissentirent. Propterea q; duas causas in diuinis esse credentes, aut patris filijque personas confundentes, execrandos, anathematéque notandos censeo. Dixit, ac statim è conuentu exiuit.

Marc. 8. d
Luc. 12. a
Matth. 10. d

Græci verò multis Orientalium doctorum sententijs repetitis, & accuratè consideratis, patefacta denique veritate, sententias suas hoc modo ac ordine dixerunt: Occidẽtalium ac Orientalium sanctorum doctorũ scripta diligenter auscultauimus, quorum alia sanctum spiritum ex patre filioque, alia verò ex patre per filium procedere testantur: quæ quidem omnia tametsi significant idem, nos tamen illud EX FILIOQVE, postponentes, sanctum spiritum ex patre per filium ab æterno substantialiterque, vt ab vnico principio vel vnica causa procedere profitemur, quandoquidem præpositio per, in

Græc. Ioſe. Patr. Cõſtã.

in sancti spiritus processione causam significat.

IMP. ¶Hanc equidem sanctam generalem synodum nequaquàm cæteris inferiorẽ esse censeo, quarum quædam etiamsi pro multitudine patrum, alię Gregorij & Cyrilli, alię verò aliorum clarissimorum doctorum authoritate fuerint illustres, hanc tamen non minùs ipsis piam & sanctam existimo, neque ipsam minori prosequor veneratione, quòd in ea diuinior & difficilior quæstio tractatur, & viri, qui tantam rem agunt, sancti veneratione q; plurima digni sunt, præsertim pontifex summus, ac patriarcha noster sanctissimus. Cùm igitur hæc synodus talis ac tanta sit, ego Dei gratia Imperator, eius futuræ sententiæ acquiescere, quod q; decretũ ipsa vel maior numerus patrum ediderit, more maiorum meorum, ac pro viribus sacri Imperij absque aliqua excusatione defendere promitto, tum causis antedictis, tum etiam q; mihijpsi suadeo, vbi de diuinis dogmatibus in œcumenica synodo agitur, sanctam Dei Ecclesiam communi patrum sententia nequaquàm errare posse. Fieri nanque potest, vt vnus, duo, tres vel plures homines per sese meditantes, ac rem aliquam contemplãtes aberent: communem autem Ecclesiam, de

Matth. 16. d

qua Dominus dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prevalebunt aduersus eam, errare non posse censeo. Alioquin & seruatoris nostri verba vana essent, & nostra religio pessundaretur. Quæ quia maxima incõmoda essent, credẽdum potiùs fieri non posse, vt Ecclesia Dei decipiatur. Necesse est ergo (vt pauloantè dictum est) Imperatoriam maiestatem Ecclesiæ decreta defendere. Sed velim, ne à Latinis cogamur, vt sacro symbolo nostro quicquam apponamus, vel cæremoniarum aliquid in Ecclesia nostra mutemus.

RHV. ¶Sanctorum Occidentalium scripta nobis susci piẽda censeo, sanctum q; Spiritum ex filio habere esse, necnon patrem & filium vnicam spiritus causam esse, credo & profiteor, ac coram Deo & vobis palàm dico.

BESSA. ¶Pòst autem Bessarion eandem sententiã dixit. Verumenimuerò rem altius repetens, plurimis ac fortissimis argumẽtis ostendit, eum Christianum seruari non posse, qui sanctum spiritum ex patre filioque procedere,

MITY. crederet minimè. ¶Ego ab incunte ætate literis & sermõe cum Latinis certabam acerrimè, ipsis semper cõtradicendo, quòd mihi duas in sacratissima Trinitate causas ponere viderentur, dicentes filium sanctiq; Spiritus causam esse. Nunc autem in synodo, dogmate ipsorũ accuratè dilucidato, eos longè aliter & non à ratione aliena sentire cognoui: quãdoquidem profitentur patrem, vt pater est, filij patrẽ esse: ac filium, quatenùs filius est, patris filium esse, cùm relatiua & adaliquid sint: sanctum aũt Spũm per sese neq; ad patrem, neque ad filium referri, quatenùs pater & filius sunt, quòd spũs per se relatiuum non est: ratione verò, qua spũs est, ad spirantem referri: neminem q; proferre debere, patrem & filiũ spirantes nõ esse, cùm passim legatur spũm patris & filij esse, ac in Euangelio scriptũ sit, Ego in patre, & pater in me est. Et, Qui videt me, videt & patrem meum: Ergo pater & filius vnica spirandi, mittendíve facultate (vt benè Latini dicũt) sanctũ Spũm spirant. Quæ cùm à sanctis doctoribus memoriæ tradita diligẽter vidissem, omes valdè consonos & concordes esse percepi, quanuis Occidẽtales magis quàm Orientales expresè clare q; literis ea tradiderint. Nam Orientales his verbis, PROFVNDI, EMITTI, SCATVRIRE, HAVRIRI, ac alijs id genus vocabulis vsi fuerunt, sanctum q; Spiritum per filium procedere protulerunt: Occidẽtales verò sanctum Spiritum ex patre filioque, tanquàm ab vnico principio ꝓcedere, literis clarissimè mandauere. Quorum item ego volens sequi vestigia, sanctum spiritum ex patre filioque, vt ab vnico principio, nõ autem à duabus causis procedere, profiteor: quandoquidem nõ patrem, vnam: filium, alteram Spiritus sancti causam esse: sed patrem vnicam filij ac spiritus causam ab ipsis Latinis ꝓdidici, patrem q; simul & filium vnicum ipsius spiritus principium esse, ita vt cùm sanctum spiritũ ex patre filioque ꝓcedere celebretur, tanquã ab vnico principio intelligi debeat: quod ita esse corã Deo & hominibus credo & profiteor.

Græci.

¶Tum nonnulli alij patres eandem sententiam dixere.

¶Post autem aliquot dies facto iterum in patriarchæ domo conuentu, Imperator hæc verba fecit.

IMP. ¶Proximis diebus, pontifices opt. multorum ex vobis sententias intellexi, & coram vobis & patriarcha meam dixi, & iam mihi notissimum est, maiorem dignioremq; partem vestrum cum Latinis sentire, credereq; proculdubiò præpositiones PER & EX, idem significare, necnon Occidentalium doctorũ authoritates suscipiendas, quibus patet clarissimè, sanctum Spiritum ex patre filioque procedere. Operæprecium igitur est, vt qui proximo conuentu non dixit suam sententiam, eam in præsentia dicat, vt hoc tandem negocium concludamus. Respondentibus autem omnibus valdè conueniens esse, vt patriarcha primus suam sententiam dicat, ita is protulit.

Patriarcha Constantin.

¶Ego nostrum paternum dogma non derelinquam, neque mutabo, sed in eo quousque vixero, permanebo. Sed quoniam Latini non temerè, nec ex sententia propria, verùm sanctorum authoritatibus adducti, sanctum Spiritum ex patre filioque ꝓcedere credunt, idcirco eis assentior, & cum ipsis coniungor, ac præpositionem PER, filiũ Spũs sancti causam significare concedo.

Græci. ¶Tum patres frequentes, præsertim Cyziceñ & Trapezundeñ, ac Monembasieñ, & Heracleeñ, qui anteà vehementissimè repugnabant, eandem sententiam dixerunt, excepto solo Ephesio, qui in eadem permansit perfidia, sanctum Spiritum ex filioq; nequaquàm procedere. Conuentus ergo Græcorum, in hanc sententiam iuit, sanctum Spiritum ex patre filioque, vt ab vno principio ac vnica substantia, vnica spiratione, processioneque procedere: per filium verò, tanquam à consubstantiali eiusdemque naturę. Postridiè autem Græci iterum congregati, eãdem ipsam sententiam dixerunt, ac tribus literis tradiderunt, quarum vnas summo pontifici, alteras Imperatori, tertias verò patriarchæ dedere. Quas cùm summus pontifex vidisset, magno gaudio affectus, cõuocatis extraordinariè tam Græcis quam Latinis pontificibus omnibus, Imperatore tantùm & patriarcha absentibus, literas ipsas Græco Latinoque sermone recitari iussit. Quibus quidem perlectis, omnes amplexati, ac inter se obosculati fuere. Tum summus pontifex, Creteñ archiepiscopum, & Coroneñ episcopum, ac (nescio quem) Thomam doctorem ad imperatorem misit, vt ei pacem eiusmodi non mediocri omnium gaudio confectam esse, nunciarent.

¶Sequenti verò die Græci à summo pontifice requisiti, vt de suis præsulib⁹ quosdam ad eum mitterẽt, Rhutenum & Bessarionem & Trapezundeñ ac Mityleneñ ad ipsum miserunt. PAPA. quibus ita loquutus fuit: Nos spiritus sancti gratia coniuncti sumus, ac in precipua quæstione, de qua vehementer ambigebamus, ita conuenimus, vt nil amplius de ea dicere debeamus. Porrò autem operæprecium est, vt & de purgatorio igne, & de summi põtificis principatu, & de azymo & fermentato pane, de diuina denique panis transmutatione agamus, vt omni ex parte coniunctio nostra sit absoluta, ita vt nulla inter nos cõtrouersia in posterum relinquatur.

Græci. ¶Cui summo Pontifici statim hi præsules responderunt: Nos, pater sanctissime, nullam ad hæc respondendi facultatem habemus, tamen ex nobis ipsis proferimus iustorum animas perfectam laureolam in cælo iam cõsequutas esse, ac impiorum perpetuas pœnas luere, medias verò in Purgatorio esse: quod quidem siue ignis, siue obscuritas, siue turbo, siue id genus aliud sit, non referre. Summum verò pontificem priuilegia sua meritò habere debere, quæ ante nostrum dissidium habuisset. Nam de pane, siue azymus, siue fermentatus fuerit, Græci non curant, dummodò ex tritico constet, & sacerdos, qui Christi sacratissimum corpus conficit, legitimis sit sacris initiatus, & vbi Missa celebratur, sacer locus sit. De panis autem transmutatione Latinis quærentibus, cur Græci post hęc DOminica verba, Accipite & manducate: ac infrà, Bibite ex hoc omnes, quibus profectò verbis sacramentum cõfici creditur: hac etiam vtuntur oratione: Et fac panem quidem hunc, honorabile corpus Christi tui: quod autem in calice isto est, honorabilem sanguinem Christi tui, ea sancto tuo spiritu transmutante: Responderunt, se firmiter credere, verbis illis DOminicis sacramentum fieri, sed quemadmodùm Latini, confecto sacramento, hac solent vti oratione: Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, ita quoque Græcos illa verba proferre solere, vt sanctissimum Christi corpus & sanguis, peccatorum nostrorum remissioni ac nostris animabus saluti fiat.

¶Quibus quidem quatuor quæstionibus dissolutis, summus pontifex petijt, vt de diuina panis transmutatione, quæ quidẽ quarta quæstio fuit, in synodo ageretur. PAPA

¶At Græci dixerunt, se sine totius Orientalis Ecclesiæ authoritate quæstionem aliam tractare non posse, cùm pro illa tantùm de Spiritussancti processione synodus conuocata fuerit, se tamen velle Imperatori referre. Græci.

¶Dum autem hæc agerentur, inclinante iam die, increbuit, patriarcham nostrũ mortem subitam obijsse. Accurrimus, ac ipsum mortuum vidimus. Et nobis causam tam subitæ mortis quærentibus, eius famuli responderunt, ipsum postquàm cœnasset, in penetrale domus scribendi causa (vt sui moris erat) intrasse: dum verò scriberet, tremore ac animi languore affectum, statim occubuisse. Cupientes autem ipsi videre, quidnam tum literis mandaret, has literas iamiam scriptas offendimus. Mors subita pfiarchæ,

¶Ioseph miseratione diuina Constantinopolis & nouæ Romæ archiepiscop⁹, ac œcumenicus patriarcha. Literæ patriarchæ.

¶Quoniam ad extremum vitæ meæ peruenì, idcirco pro meo munere dilectis filijs benignitate Dei meam sententiam his literis palàm facio. Nam quæ Domini Iesu Christi catholica & Apostolica Ecclesia Romæ veteris sentiat ac celebret, omnia me quoque sentire, credereque profiteor, ac ipsis plurimùm acquiesco. Beatissimum autem patrum patrem, ac summum pontificem, Romęque veteris papam, Domini nostri Iesu Christi vicarium esse concedere, atque animarum Purgatorium esse non inficior. Eugenij 4. & successorũ eius primatus haud paruũ testimonium.

Datum Florentiæ die octaua mensis Iunij, millesimo quadringentesimo trigesimonono.

¶Mane autem magna cardinalium & pontificum Florentinorumque pompa, ipsum in sanctæ Mariæ nouæ templo, sepulchro cõdidimus.

¶Postridiè verò summus pontifex, conuocatis ad se Rhuteno & Niceno ac Mityleneñ, sic fuit loquutus:

¶Magno animi dolore afficimur, tum ob vestri patriarchæ mortem, tum etiam ipsius nostræ PAPA

nostræ coniunctionis causa, de qua ipse benè sentire, ac in eam vehementer incumbere (id quod ipsi planè non agitis) videbatur. Operæprecium autem est, quandoquidem præcipuam illam, & ad fidem quàm maximè pertinentem quæstionem concluſimus, vt de his etiam alijs quæstiunculis per sessiones agamus, vt nostra coniunctio firma, stabilis, & absque aliqua controuersia in posterum sit, videlicet de azymo & fermentato pane, de Purgatorio, de summi pontificis potestate, necnon de diuina panis transmutatione, an denique Græci particulam ipsam, EX FILIOQVE, symbolo debeant addere.

Græci. ¶Quæ cùm ipsi pontifices intellexissent, ad quatuor ipsas primas quæstiunculas, vt pridiè, responderunt: ad vltimam verò dixerunt ita: Nos, pater sanctissime, illud EX FILIOQVE, verum esse concedimus, ac ipsum in Occidentali ecclesia celebrandum permittimus, quandoquidem nobis constitit, vrgente necessitate ad declarandum diuinum symbolum à vobis additum fuisse, cùm non diuersam fidem significet, necnon vtraque symbola vnum esse: ipsam tamen particulam symbolo nostro apponere nolumus, sed hac cõditione vobiscum coniungimur.

IMP. ¶Hæc Græci, nolentes tamen, consentiente Imperatore, vt de alia quæstione præter illam de spiritussancti processione, in vnionis literis vlla mentio fieret: contendente verò summo põtifice, vt etiam de reliquis ageretur, excepta illa de panis transmutatione, vt perfectissima fieret vnio: cùm præsertim Ferrariæ de Purgatorio benè fuerit dictum: post plurimam inter Latinos & Græcos contentionem Imperator iussit Latinis, vt dicerent, quidnam de summi pontificis potestate, necnon de azymo & fermentato pane sentirent. Tum summi pontificis iussu Ioannes ille, ac (nescio quis) frater Ambrosi⁹ in Græcorum conuentu multa de quæstiõibus ipsis verba fecerunt. Post autem aliquot dies frequenti Græcorum conuentu, in domo Imperatoris Latinis absentibus facto, post plurimam inter Græcos disputationem lectis Græcorum doctorum de summi pontificis potestate sententijs, definitum fuit, non solùm Romanam Ecclesiam de spiritussancti processione piè sentire, verumetiam ipsi necessitate vrgente, iure suo particulam illam, ex filioque, symbolo apponere licuisse: necnon Romanum põtificem primatum in vniuersum orbem tenere, beatique Petri principis apostolorum successorem ac verum vicarium, & totius Ecclesiæ caput, ac omnium Chſianorum patrem & doctorẽ esse: ipsi que ad pascendam, regendam, & gubernandam vniuersam Ecclesiam, plenam à DOmino nostro Iesu Christo potestatem fuisse traditam. Præterea Purgatorium esse: & siue in azymo siue in fermentato pane sacramentum fieret, minimè referre. Quæ cùm Latinis mirum in modum placuissent, sex præstantissimi viri vtraque ex parte selecti fuere: qui consultis cæteris patribus, sanctæ coniunctionis literas componerent atque conscriberent.

Romani põtificis potestas.

Sentẽtia de purgatorio, & de azymo & fermentato.

Dum autem hęc agerẽtur, sereniſſimus Imperator Heracleeñ & Ephesium, & Rhutenum ac Nicenum ad se conuocari iussit, eo scilicet animo, vt Ephesium hortaretur, vt is etiam in cæterorum patrum sententiam iret, & cum Latinis coniungeretur. At ille ne verbum quidem voluit audire. Duodecim autem illi selecti, in componendis literis ipsis in hoc discordes fuerunt. Nam Græci volebant, vt vel de summi pontificis nomine nulla prorsus in eis mentio fieret: vel hæc verba in eisdem literis scriberentur, consentiente ad infrascripta Imperatore, necnon patriarcharum loca tenentibus, & cæteris Orientalem Ecclesiam repræsentantibus. Quibus quidem Græcis summus pontifex in hoc etiam humanissimè satisfecit, vt de Imperatore ac patriarchis, vt vellent, fieret mentio. Demum duodecim illi doctores concordes literas conscripserunt, quas cùm summus pontifex & Imperator accuratè vidissent, iusserunt, vt Græcis & Latinis literis in vno eodemque folio describerentur, ita vt à parte dextera Latinè cùm Occidentalium patrum subscriptionibus, ac summi pontificis sigillo, ab altera verò parte Græcè cum Græcorum item subscriptionibus, necnon ipsius Imperatoris sigillo scriptæ essent. Quibus quidem omnibus ritè diligenterque peractis, communi partium ambarum consensu, summus pontifex Imperatore præsente, omnibusque tam Græcis quàm Latinis præsulibus vestibus sacris indutis, in templo sanctæ Mariæ liberatæ, die Lunæ sexta mensis Iulij Missam solenniter celebrauit. Qua quidem celebrata, ipsæ eædem literæ à Iuliano Cæsarino sanctæ Sabinæ cardinali Latinè, à Bessarione verò Græcè, D E I gratia lectæ, promulgatęque fuere in hac forma.

¶Sanctæ vnionis literæ.

EVgenius episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam, consentiente ad infrascripta charissimo filio nostro Ioanne Palęologo Romeorũ Imperatore illustri, & loca tenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum, & cæteris Orientalem Ecclesiam repræsentantibus.

Lætentur cæli & exultet terra: sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem Orientalemque diuidebat Ecclesiam, & pax atque concordia redijt, illo angulari lapide Christo, qui fecit vtraque vnum, vinculo fortissimo charitatis & pacis, vnumque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis fœdere copulante ac continente, postque longam mœroris nebulam & dissidij diuturni atram ingratamque caliginem, serenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat & mater Ec-

ter Ecclesia, q̃ filios suos hactenùs inuicèm dissidentes, iam videt in vnitatem pacemq́ue redijsse: & quæ antèà in eorum separatione amarissimè flebat, ex ipsorũ modò mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Christiano censentur nomine, matri catholicæ Ecclesię collætentur. Eccè enim Occidentales Orientalesq́ue patres, post longissimum dissensionis atque discordię tempus, se maris ac terræ periculis exponẽtes, omnibusq́ue superatis laboribus, ad hoc sacrum œcumenicum concilium desiderio sacratissimæ vnionis & antiquæ charitatis reintegrandę gratia, lęti alacresq́ue conuenerunt, & intentione sua nequaquàm frustrati sunt. Post lõgam enim laborioſamq́ue indaginẽ, tandem spiritus sancti clementia, ipsam optatissimam sanctissimamq́ue vnionem consecuti sunt. Quis igit̃ dignas omnipotentis Dei beneficijs gratias referre sufficiat? Quis autem diuinæ miserationis diuitias non obstupescat? cuiúsve ferreum pectus tanta supernę pietatis magnitudo nõ molliat? Sunt ista prorsus diuina opa, non humanæ fragilitatis inuenta, atque ideo eximia cum veneratiõe suscipienda, & diuinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Christe fons misericordiarum, qui tantum boni sponsæ tuæ catholicæ Ecclesiæ contulisti, atque in generatiõe nostra tuę pietatis miracula demonstrasti, vt enarrarẽt omnes mirabilia tua. Magnũ siquidem diuinumq́ue munus nobis Deus largitus est, oculisq́ue nostris vidimus, quod ante nos multi, cùm valdè cupierint, adspicere nequiuerint. Cõuenientes enim Latini & Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio inuicèm vsi sunt, vt inter alia, etiã articulus ille de diuina spiritussancti processione summa cum diligẽtia & assidua inquisitiõe discuteretur. Prolatis verò testimonijs ex diuinis scripturis, plurimisq́ue authoritatibus sanctorum doctorum Orientalium & Occidẽtalium, aliquibus quidem ex patre & filio, quibusdam verò ex patre per filium procedere dicẽtibus spiritum sanctum, & ad eandem intelligentiam adspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, Græci quidem asseruerunt, quòd id, quod dicunt spiritumsanctum ex patre procedere, non hac mente proferrent, vt excludant filium, sed qa eis videbatur (vt aiunt) Latinos asserere spiritumsanctum ex patre filioq́ue procedere, tanquàm ex duobus principijs & duabus spirationibus, ideo abstinuerunt à dicendo q̃ spiritus sanctus ex patre procedat & filio. Latini verò affirmauerunt, non se hac mente dicere spiritumsanctum ex filioq́ue procedere, vt excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filij scilicet & spiritussancti, aut quòd id, quòd spiritussanctus procedit ex filio, filius à patre non habeat, siue quòd duo ponant esse principia, seu duas spirationes, sed vt vnum tantùm asserant esse principium, vnicamq́ue spiratiõem spiritussancti, prout hactenùs asseruerunt: & cùm ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu, eademq́; mente vnionem, vnanimiter concordârunt & consenserunt. In nomine igitur sanctæ Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino concilio diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicq́; omnes profiteantur, quia spiritus sanctus ex patre & filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq́ue esse subsistens habet ex patre simul & filio, & ex vtroque æternaliter tanquàm ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarantes quòd id, quòd sancti doctores & patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritumsanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur, filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò principium subsistentiæ spiritussancti, sicut & patrem. Et quoniam omnia, quæ patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, præter esse patrem, hoc ipsum quòd spiritussanctus procedit ex filio, ipse filius à patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est. Diffinimus insupèr explicationem verborum illorum FILIOQVE, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licitè ac rationabiliter symbolo fuisse appositum. Item, in azymo siue fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotesq́ue in altero ipsum Dominicorpus conficere debere, vnumquenque scilicet iuxta suæ ecclesiæ siue Occidentalis siue Orientalis consuetudinem. Item, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari, & vt à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ institutа: illorumq́ue animas, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quę post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdẽ exutæ corporibus, (prout superiùs dictũ est) sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum, sicuti est, meritorum tamẽ diuersitate alium alio perfectiùs: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniẽdas. Item, diffinimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum pontificẽ, in vniuersum orbẽ tenere primatum, & ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusq́ue Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernãdi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodũ etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Renouantes insupèr ordinem traditum in canonibus, cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Constantinopolitanus secũdus sit post sanctissimum Romanũ pontificem, tertius verò Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, saluis videlicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum. Datum Florentię in sessione publica synodali, solenniter in ecclesia maiori celebrata, anno incarnationis dñicę 1439. pridie Nonas Iulij, pontificatus nostri anno 9.

Decreta Synodi Florentinæ.

Materia de azymo & fermentato pane.

De Purgatorio.

De primatu summi pon,

¶SVBSCRIPTIONES IMPERAtoris ac Orientalium patrum, qui in synodo aderant.

Ego Ioãnes Palæologus, fidelis in Christo rex & Imperator Romeorũ, subscripsi. Ego Antonius humilis metropolita Heracleeñ, & * cõsiliarius Edessenorũ, totius Thraciæ & Macedoniæ põtifex, & Philothei sanctissimi patriarchæ, & sedis Apostolicæ Alexãdrinæ locum tenens, subscripsi. Ego Gregorius * Protosingelus cõfessor spiritualis, ac sedis Apostolicæ Alexandriæ & eius domini patriarchæ locum tenens, subsc. Ego Isidorus metropolita * Syriæ & totius Rhosi, ac domini Dorothei patriarchæ Antiocheni, & eius sedis Apostolicæ locum tenẽs, subsc. Ego Dositheus humilis metropolita Mopsuestiæ, & * Ioachini sanctissimi patriarchę Hierosolymitani, ac eius apostolicæ sedis locum tenẽs, subsc. Ego Metrophanes humilis metropolita Cyzici, ac locum tenẽs Ancyrensis, subsc. Ego Dorotheus humilis metropolita Trapezũdeñ, ac locũ tenens Cæsareẽsis antistitis, subscripsi.

Ego Bessarion diuina miseratione atchiepiscopus Nicenus, ac locum tenens Sardensis præsulis, subsc. Ego Macarius humilis metropolita Nicomediæ, subsc. Ego Ignatius humilis metropolita Toronę, ac locum tenẽs * Nicomedieñ antistitis, me subscripsi.

Ego Dorotheus humilis metropolita Mityleneñ, ac locũ tenens Sidensis pontificis, me subsc. Ego Damianus humilis metropolita Moldoblachiensis, ac locum tenens Sebastiensis præsulis, subsc. Ego Ioseph humilis metropolita Amasiensis, subscripsi.

Ego * Nathanael humilis metropolita * Colossensis ac insularum Cycladũ, subscripsi.

Ego Calistus humilis metropolita Dristẽsis, subscripsi. Ego Gennadius humilis metropolita Gannensis, subscripsi. Ego Matheus humilis metropolita Melitenẽsis, subscripsi. Ego Dositheus humilis metropolita Dramensis, subscripsi. Ego Sophronius humilis metropolita Anchialensis, subscr.

Ego Bessarion archiepus Nicenus, mandato ac nomine Emmanuelis diaconi ac magni * sachelarij, Chrysocuchi vulgò nuncupati, q̃ eadẽ nobiscũ sensit, subsc. Ego Theodorus Zanthopulus, diaconus & magnus * sacrista, subsc. Ego Michael Balsamorum archidiaconus, & magnus bibliothecarius, subscripsi. Ego Siluester Syropulus, diaconus * ecclesiarches, ac iuris seruator, subscr.

Ego Gregorius ptecdicus diaconus Cappadocus, subscripsi. Ego Cõstantinus Archipresbyter, ac locum tenens Moldoblachiẽsis præsulis, subscripsi. * Ego Ecclesiarches venerandæ mansionis, & sanctę basilicę magnę laurę mõtis sancti, ac ipsius mãsionis locum tenens, subscripsi. Ego Athanasius olim abbas * Circunspectæ, subscripsi.

Ego Gerontius abbas sanctæ mansionis Omnipotentis, subscripsi. Ego Germanus olim abbas sancti Blasij, subsc. Ego Pachùmius confessor ac abbas sancti Pauli, subsc.

¶Subscriptiones Latinorum patrum.

Ego Antonius episcop' Ostien, cardinalis Bononien, supradictas diffinitiões veras & catholicas esse affirmo, & illis me subscripsi.

Ego Berrãda episcopus Portuen, card. Placentinus, me subscripsi. Ego Nicolaus tituti sanctę Crucis presbyter cardina. me subscripsi. Ego Frãciscus tituli sancti Clemẽtis presbyter card. me subscripsi. Ego * Verigloriot' tituli sancti Marci presbyter car. me subsc. Ego Iulianus tituli sanctæ Sabinæ presbyter card. me subscripsi. Ego Prosper sancti Georgij ad velum aureum diaconus card. me subscripsi. Ego Dominicus sanctæ Mariæ in via lata diaconus card. me subscripsi. Ego * Basilius patriarcha Hierosolymitanus, me subscripsi. Ego Marc' patriarcha Gradeñ, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Morineñ, illustrissimi domini Ducis Burgũdiæ & Brabantiæ orator, me subsc. Ego Ioãnes episcopus Niuerneñ, eiusdem dñi ducis orator, me subscr. Ego Bartholomæus Spalateñ, me subsc. Ego Fãtinus archiepus Creteñ, me subsc. Ego Iulianus archieps Pisanus, me subsc. Ego Andreas archieps Colossen, me subsc. Ego Nicolaus archieps Capuan', me subsc. Ego Ludouicus archieps Florẽtinus, me subsc. Ego Latinus de Vrsinis, archiepus Troianus, me subsc. Ego Benedictus archieps * Cõsanus, me subsc. Ego Iacobus episcopus Adrien, me subsc. Ego Petrus eps Paduanus, me sub. Ego Daniel episcopus Concordiensis, me subscr. Ego Antonius Portugalensis episcopus, me subscripsi. Ego Bartholomęus episcopus Valuẽsis, me subsc. Ego Thomas episcop' Farẽsis, me subsc. Ego Christophorus eps Ariminensis, me subscr. Ego * Amicus

* præsidens Ypertinarũ, & primus totius Macedoniæ

* Protosyncellus

* Gebieñ ac totius Russiæ

* Ioachimi

* Nemeceñ

* Bathanoel * Rhodi

* facellarij

* scenophylax

* magnus ecclesiarcha & Diceophylax

* Moyses

* monasterij Circunspecti,

* Angelotus

* Blasius

* Constanus

cus episcopus Aquilẽsis, me subscripsi. Ego Petrus episcopus Dignien sis, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Ferrarien, me subscripsi. Ego Valẽtinus episcopus Ortanus, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Arbensis, me subscripsi. Ego Bernotius epi-
*Phęsulan⁹ scopus *Esculanus, me subscripsi. Ego Carolus Senensis episcopus me subscripsi. Ego Andreas episcopus Megarensis, me subscripsi.

Ego Carolus episcopus olim Mutinensis, me subscripsi. Ego Nicolaus episcop⁹ Ty-
*Artholus burtinus, me subsc. Ego *Antonius episcopus Grassen, me subscripsi. Ego Angelus episcopus Bareñ, me subscripsi. Ego Petr⁹ episcop⁹ Ansaren, me subscripsi. Ego Matthæus episcopus Zapatensis, me subscripsi.

Ego Angelus de Grassis episcopus Arrianen, me subscripsi. Ego Petrus episcopus Messanus, me subscripsi. Ego Petrus episcopus Caualliceñ, me subscripsi. Ego Antonius episcopus Cæsenaten, me subscripsi.

Ego Donatus episcop⁹ Pistorien, me subscripsi. Ego Scipio episcopus Mutinen, me subscripsi. Ego Christophorus episcopus Cortonen, me subsc. Ego Andreas episcopus Conseranen, me subscripsi. Ego Alexius episcopus Clusinus, me subscripsi. Ego Garsias episcopus Tuden, me subscripsi.

Ego Gregorius episcopus Granatẽsis, me subscripsi. Ego Aimericus episcopus Mõtis regalis, me subscripsi. Ego Baptista electus & cõfirmatus Teatinus, me subscripsi.

Ego Nicolaus Tricaricẽsis, me subscripsi.

Ego Ioannes electus & confirmatus Aganensis, me subscripsi. Ego Guilielmus electus & cõfirmatus Leonensis, me subscripsi.

*Rossu-
mensis Ego Andreas episcop⁹ *Roffensis, me subscripsi. Ego Matthæus episcopus Cortonien sis, me subscripsi. Ego Iulianus electus & confirmatus Citridensis, me subscripsi.

Ego Ioãnes episcopus Canapẽsis, me sub-
*Acesnaten scripsi. Ego Thadæus episcopus *Acestiaten, me subscripsi. Ego Petrus archidiaconus Trecensis, ambasiator Illustrissimi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, me subscripsi.

Ego Zanonus episcopus Baiocensis, me subscripsi. Ego Laurentius episc. Acherõtinus, me subscripsi. Ego Ludouicus episcopus Teruisinus, me subscripsi. Ego Ioannes de Mella electus & cõfirmatus Legionẽsis, me subscripsi. Ego Guilielmus electus & confirmatus Andegauensis, me subscripsi. Ego Ambrosius generalis ordinis Camaldulensium, me subscripsi. Ego frater Guilielmus generalis Minorum, me subsc.

Ego Girardus frater generalis Augustinẽsium, me subscripsi. Ego Placidus generalis Vallis Vmbrosæ, me subscripsi. Ego Co-
*Varicensis merius abbas Florentinus, me subscripsi.

Ego Ioannes de Vrsinis abbas *Forsensis, me subscripsi. Ego Antonius abbas sancti Caprasij, me subscripsi. Ego Fracisc⁹ abbas sancti Leonardi, me subsc. Ego Fredericus abbas de Borto, me subscr. Ego Georgius abbas Deserensis, me subscripsi. Ego Antonius abbas de Alphyllo, me subscripsi.

Ego Bartholomæus abbas Campasilonis, me subscripsi. Ego Sepulchrus abbas vrbis, me subscr. Ego Angelus abbas de *Seyto, *Sexto
me subscripsi. Ego Paschasius abbas sancti sepulchri, me subsc. Ego Benedictus abbas de Coner, me subscripsi. Ego Iacobus abbas sancti Salmi, me subscripsi. Ego Aloysius abbas sancti Pauli, me subscripsi. Ego Ioannes abbas de Tyro, me subscripsi. Ego Daniel abbas de Tarralino, me subscripsi.

Ego Benedictus abbas sancti Pancratij, me subsc. Ego Franciscus abbas sanctæ Marię de *Pariano, me subscripsi. Ego Ioannes *Pancriano
*Gratianus abbas de *Rupolis, me subscripsi. Ego Angelus abbas S. Mariæ de Pistorio, me subscripsi. Ego Nicolaus abbas sancti Modesti *Receñ, me subscripsi. Ego Ia-
*Ginauant.
cobus sancti * Saluacis de Frame abbas, me *Saluatoris
subsc. Ego Bertacius abbas Montis plani de Feuzor
Pistorien *, me subscripsi. Ego Petrus abbas *diœcesis,
S. Felicis de Florentia, me subscripsi. Ego Nicolaus abbas S. Mariæ de Diciano, me subsc. Ego Bartholomęus abbas de Vibona, me subscripsi. Ego Laurẽtius abbas *de *del Culres
Culoros, me subscripsi. Ego Fredericus abbas S. Pantaleonis, me subscripsi. Ego Lucas abbas Stuant. in Alpibus, me subscripsi.

Ego Lucas abbas Facũdus, me subscripsi.

Ego Iacobus abbas monasterij S. Petri de Massa, me subscripsi. Ego Franciscus abbas sanctorum martyrum Cordubien, me subsc.

Ego Guilielmus abbas S. Saluatoris Burdegalen, me subscripsi. *Ego Georgius abbas S. Petri de Eugubio, me subscripsi. Ego Antonius abbas sanctorũ Saluatoris & Vigilij de Stũ, me subscripsi. Ego Gabriel abbas sancti Iacobi de Pontada, me subscripsi.

Ego Bernardus abbas S. Mariæ de Marona, me subscripsi. Ego Hieronymus abbas S. Gundæ, me subscripsi. Ego Dionysius abbas S. Mariæ de Sandisagien, me subscripsi. Ego Maphæus abbas sancti *Firmidæ de Verona, me subscripsi. Ego Timotheus abbas sancti Andreæ de Mãtua, me subscripsi.

¶Nemo autem mirari debet, cur plures patrũ subscriptiones non sint. nam vltima sessione celebrata, multi priusquàm huiusmodi subscriptio fieret, discesserunt: cùm præsertim mos in Concilijs minimè fuerit, vt in prioratus ordine constituti, vel fratres magistri, vel iurisperiti, in decretis ipsorum Conciliorum subscriberent.

¶Quibus quidem literis Græcè Latineq; (vt suprà dictum est) recitatis, genu simul & dexteram summi pontificis, necnon Græci cum Latinis inter se, summa lætitia osculati sunt.

Post autem dies aliquot pontifex summus, conuocatis Græcis, ab eis quęsiuit, cur partẽ sacratissimi panis in calice cum sacratissimo

tissimo sanguine misceant. Et in magna exodo, quando videlicet panis in patena, & vinum in calice de vno in aliud altare vidente populo fertur à sacerdote, capita sua reuerenter inclinent, cùm panis ipse vinumque nondum sint cõsecrati: Et aquam feruentem, non autem frigidam, in calicem fundant: Et cur ante consecrationem his
Ioan. 19. f verbis vtantur, Vnus autem de militibus lancea latus eius aperuit, & statim sanguis & aqua exiuit. Et paulopòst, Eccè stella venit, & stetit super pueri caput. Et cur presbyteri, non autem pontifices, sacro chrismate vtantur, cùm soli pontifices eo vti deberent. Et mortuos vngant oleo. Et neque pontifices, neque presbyteri celebraturi,
Matth. 26, c peccata sua confiteri soleant. Et post hæc
Mar. 14. c Dominica verba, Accipite & manducate,
Lucæ 22, b hoc est enim corpus meum, & reliqua, quibus proculdubiò sacratissimi CHRISTI corpus & sanguis conficitur, his quoque verbis vtantur: Et fac quidem panem hunc, honorabile corpus CHRISTI tui: quod autem in calice isto est, honorabilem sanguinem CHRISTI tui, ea sancto tuo spiritu transmutante: Amen, Amen, Amen.

Matth. 19. a Et cur matrimonia separent, cùm Domi-
Mar. 10. a nus noster præceperit, eos disiungendos non esse, quos DEVS coniunxerit. Cur denique suum patriarcham ibidèm non eligant, sed absque eo discedere patiantur. Quas quidem quæstiunculas præsul Mitylenen dissoluisse facilè visus est, vltimis duabus exceptis, in quibus cum summo pontifici neutiquam satisfecerit, summus pontifex Imperatorem rogauit, vt doctiores de põtificibus suis ad ipsum mitteret, quippe qui duas ipsas ambiguitates meliùs explicare scirent. Imperator autem nolens de talibus quæstionibus agere, indoctiores ad summum pontificem misit, à quibus cùm eadem ipse summus pontifex repetijsset, hi responderunt se nullam habere ad ea respondendi facultatem, Imperatori tamen ipsa omnia relaturos. Porrò autem ad diem decimumquartum mẽsis eiusdem,
PAPA. pontifex summus Græcis præsulibus ad se conuocatis, hæc verba fecit: Cùm fratres Dei gratia coniuncti simus, eademque gratia caput ego vestrorum membrorum existam, propterea quę conueniat, vt quæ ad nostram piam religionem atque Ecclesiam pertineant, ea vobis patefaciam, ac vos ad ipsa seruanda exhorter: idcirco vos, & fratres nostros, & ecclesiarum rectores scire velim, quemadmodùm à Romana Ecclesia mirum in modum accusemini, quòd matrimonia separetis, quodque præsul Ephesius rationem non reddat, cur nostræ communi sententiæ neutiquam acquiescens, à nobis disiungatur, atque dissideat. ac si sapientissimus omnium esset. Nam de patriarcha vestro videtur nobis magis operæprecium esse, vt hîcà vobis, præsentibus nobis de more vestro eligatur, quãdoquidem Ecclesia vestra patriarcha indiget, ex qua quidem electione non aurum, non argentum, non denique rem aliam lucrari cupimus, cùm ipsi parati simus, vt vobis pecunias (si opus fuerit) liberaliter erogemus, ac patriarcham quem suffeceritis, confirmemus: & quem ipsi nostri dissidij tempore elegerimus, altero per vos suffecto, statim deponamus, ita vt in posterum vnicus patriarcha Constantinopolitanus omnia sua priuilegia tenens exiitat, quandoquidem ECCLESIAM vestram multis bonis afficere volumus. Hîc vester Imperator adest, & œcumenica synodus est, cui summus pontifex præest, hîc Orientales dignioresque præsules adsunt, ex quibus patriarcham vestrum sine vllo impedimento (vt par est) potestis eligere. Nam inconueniens ac indecens est, vt hinc absque capite discedatis: fierique iure non potest, vt nisi patriarcham vestrum hîc eligeretis, electum à *nobis in posterum deponam⁹. Hæc summus põtifex. Græci autem responderunt, Græci.
se non sine legitima causa matrimonia separare, ac præsulem Ephesium causam suam dicturum esse. Patriarcham verò nostrum extra Constantinopolim nostro iure neutiquam eligi posse, cùm Græcis semper mos fuerit, in sua ecclesia patriarcham sufficere, simulque cõsecrare, quarum quidem cæremoniarum & consuetudinis Imperator noster non inscius, nequaquam nobis permittet, vt hîc electionem huiusmodi PAPA.
faciamus. Quæ cùm summus pontifex ægrè audiuisset, se verbis humanissimis excusauit, & ipsos dimisit. Die autem vigesimoprimo selecti omnes Imperatoris in domo congregati, quinque vnionis eiusmodi literas patrum omnium subscriptionibus, summique pontificis ac Imperatoris sigillis munitas, Græcè Latineque exscripsere, quarum vnas Latinis, alteras Græcis, tres verò alias trium patriarcharum legatis dedere. Quo quidem pacto finis octaui generalis concilij factus est. Dum autem hæc gerebantur, Armeniorum patriarchæ legati, viri sanè virtute plurima præditi, ad synodum ipsam venerunt, & summum põtificem venerati fuerunt, necnon Imperatorem salutauerunt, dicentes se suamque Ecclesiam cum catholica cõiungi, ac ipsum synodi decretum piè seruare velle, qui quidem benignissimè susceptis vehementissimeque laudati, ac magno honore affecti, vnà cum Græcis Florentia discesserunt.

¶Finis generalis octauæ synodi Florentinæ.

MAGNI BASILII

contra Eunomium, de ſpiritu ſancto liber tertius, interprete Georgio Trapezuntio Cretenſi.

VIX tãdem blaſphemijs in vnigenitum ſaturatus, ad ſpiritum ſanctum trãſijt, totique ſuæ conſentanea volũtati de ipſo etiam dixit, ſic ſcribẽs: Cùm verò hæc nobis de vnigenito ſufficiãt, reliquum eſt, vt de paracleto quoque dicamus: nec opiniones nõ exquiſitas multorum ſequemur, ſed ſanctorũ in oĩbus doctrinam conſeruabimus, à quibus cùm dignitate ac ordine tertium ipſum dicerimus, tertium quoque natura eſſe credidimus. Quòd igitur nõ putat, oportere in ſimplici ac ſyncera fide multorũ permanere, ſed artificioſis quibuſdam ac cauillatorijs rationibus ad id, quod ſibi videtur, veritatem rurſus cõmutare, ſatis verbis ſuis oſtendit. cùm enim contemnat opinionem multorum, qua ſpiritum ſanctum glorificant, ſanctorum ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos, qui ſibi ipſam tradiderũt, nunc etiam ea ipſa faciens, quæ, cùm de vnigenito haberet orationem, facere demonſtratus eſt. Deinde ait, à ſanctis didiciſſe, ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiritum, à ſe autem ipſo credidiſſe, natura quoque tertium eſſe: qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerũt, non poteſt dicere. fuítne vnquàm homo ſic audax, qui diuinorum dogmatum innouatiões induceret? Cur em̃ neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpũs, natura quoque ipſum tertium eſſe? dignitate nãque ipſum ſecundum à filio, cũ ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa depẽdeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, nec à diuinis ſcripturis docti ſumus, nec à dictis poſſibile eſt cõſequenter ratiocinari. Nam quemadmodùm filius ordine quidẽ à patre ſecundus eſt, qm̃ ab illo: & dignitate, qm̃ origo atq; cauſa eſſendi, pater ipſi eſt, & qm̃ p ipſum acceſſus & adductio ad ꝺeũ patrem, natura verò nullo modo ſecũdus, qm̃ in vtroq; vna eſt ꝺeitas: ita videlicet & ſpũſanctus, etſi dignitate & ordine ſecũdus à filio eſt, nõ tã veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturę, indè conſequetur. Quod indè patet: angeli oẽs vt appellatiõis vni⁹, ſic eiuſdẽ etiã ſunt naturæ inter ſe: attñ alij ipſorum gentibus prępoſiti ſunt, alij verò fidelium ſingulos conſequuntur: quãto autem gens vni viro præponenda eſt, tanto maiorem neceſſe eſt angeli, qui gentis principatum habeat, eſſe dignitatem dignitate eorum, quibus ſingulorum tutela cõmiſſa eſt. Quòd verò ſingulis fideliũ adeſt angelus, vt pædagogus quidam & paſtor ad vitã dirigendam, nemo contradicet, qui verbo- Matth. 18.b
rum Domini recordatur, dicentis: Ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico em̃ vobis, qm̃ angeli eorũ in cælis ſemper vident faciẽ patris mei, qui in cælis eſt. Et pſalmiſta Pſalm. 33.
dicit: Immittet angelos in circuitu timẽtiũ eum. &, Angelus, q̃ eruit me à iuuẽtute mea. & quæcunq; talia. Quòd verò rurſus ſunt quidã angeli vniuerſarũ gentiũ ꝓpoſiti, Moſes nos p canticũ docuit: Quãdo diuidebat altiſſim⁹ gẽtes, quãdo ſeparabat filios Adã, conſtituit terminos populorũ iuxta numerum angelorum ſuorum. Et ſapiens Daniel Deut. 32.b
in viſione angeli audiuit eum dicentem, q̃ princeps regni Perſarum reſtitit mihi 21. diebus, & eccè Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Et poſt pauca idem dicit: Et princeps Græcorũ veniebat. Verumetiam princeps exercitus, Imperator copiarum ꝺomini dicitur, qui Ieſu Naue in Iordane manifeſtatus eſt. Et rurſus Dani. 10. b
legiones quædam angelorum dicũtur, ꝺomino diſcipulis dicente: An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legiões angelorum? Princeps igitur exercitus angelorum, q̃ in legionibus ordinati ſunt, palàm, quòd aliorũ princeps eſt. quorſum hæc oratio? q̃ non omnino ſi quid ordine ac dignitate ſecundũ aut tertiũ eſt, id & naturam alterã habet. nam quemadmodùm angelorum alius princeps, alius ſubditus, & tamen oẽs angeli natura ſunt, & in dignitate quędã diuerſitas, in natura verò communitas eſt: (etenim ſtella ſtellę prẽſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna: & mãſiones multæ apud patrẽ, i. dignitatum diuerſitates: glorificatorum vero natura vna) ſic profectò & ſpirituſſanctus dignitate quidẽ * & ordine ſecundus eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cùm ipſe ꝺominus in traditione ſalutaris baptiſmi ordinẽ tradiderit his verbis: Eũtes, baptizate in nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti. In natura autem tertium à filio ac patre deiectũ ſpũm, nullibì audiuim⁹. Cùm enim duæ res dicantur ꝺeitas & creatura, dominatus ac ſeruitus, ſanctificans & q̃ ſanctificatur: quæ natura virtutem poſſidet, & quæ per electionem operatur, qua in parte ſpũm ordinabimus? In his quæ ſanctificãtur? at ipſemet ſanctificatio eſt. Sed in his quæ magnis rebus geſtis virtutem adepta ſunt? At bonus natura eſt. Sed in ſeruientibus? at alij ſunt *adminiſtrantes ſpiritus, qui ad miniſterĩ mittuntur. Nõ ergo ipſum principalem naturam ſpiritum, fas eſt nobis conſeruũ dicere, nec creaturis connumerare eum, qui in diuina & beata Trinitate connumeratur: Principatus enim & poteſtates, & omnis creatura talis, * cùm exattẽtione ac diligentia ſanctificatæ ſint, non iure natura ſanctæ dicerentur. Matth. 18.b
1. Cor. 15.f
Ioan. 14.a
*ordinis tertius
*adminiſtratorij
*quę ad obtemperandum & diligenter quiæ commiſſa ſunt curandum, ſanctificatæ ſunt,

rentur. Appetentes enim bonum, ſecundum amoris, quem ad Deum habent, proportionem, ſanctitatis menſura participant. Et ſicuti ferrum, quod in medio igni iacet, ferri naturam non amiſit, vehementi tamen ignis actione ignitum, cùm vniuerſam ignis naturam in ſemetipſum acceperit, & colore & calore & actione ad ignem tranſit: ſic ſanctæ virtutes ex communicatione, quam cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, per totam ſuam ſubſiſtentiam receptam, iam quaſi innatam ſanctificationem habent. Diuerſitas verò ipſis à ſpirituſancto hæc eſt, quòd ſpiritus natura ſanctitas eſt, illis verò participatione ineſt ſanctificatio. Quibus autem conſtructũ & aliundè bonum præbetur, hęc naturę ſunt tranſmutabilis. Nec enim aliter Lucifer decidiſſet, qui manè *oritur: nec in terra cõtritus eſſet, ſi rei peioris natura non eſſet ſuſceptibilis. Quomodo igitur pium creaturis ſpiritum coordinare, qui tam magno interuallo à creaturis diſſeparatus eſt? Creatura em̃ nata eſt in virtutis & diuinæ dilectionis prẽmium ſanctificationem habere, quoniam natura vtitur libera, vt ad vtrumlibet poſſit inclinari, ad electionem ſcilicet boni & peioris: ſpiritus autem ſanctus, fons eſt ſanctificationis: & vt natura ſanctus eſt pater, & natura ſanctus eſt filius, ſic natura ſanctus ſpiritus quoq; veritatis. Quapropter præcipua quoque appropriata ſancti appellatione dignus eſt. Quòd ſi ſanctitas ei natura eſt, ſicuti patri etiam & filio, quo pacto tertiæ atque alienæ naturæ eſt? Propter hæc (vt arbitror) & apud Eſaiam Seraphim tertiò ſanctus exclamare conſcripta ſunt, quoniam in tribus hypoſtaſibus naturalis ſanctitas perſpicitur. nõ eſt autem hoc nomen ſolùm ſanctitatis, cum patre ac filio ſibi cõmune, ſed ipſa etiam ſpiritus appellatio. Spiritus nanque eſt Deus, & adorantes eum, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Et propheta inquit: Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus ꝺominus, cui diximus, in vmbra alarum tuarum viuemus. Et Apoſtolus appellationem ſpiritus in Dominum refert, cùm dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Ex his omnibus patet, non naturæ alienationem, ſed cõiunctionem ad patrem & filium, per communicationem nominum oſtendi. Bonus, Deus & dicitur & eſt: bonus & ſpirituſanctus, non adſtructam habens bonitatem, ſed natura ſibi innatã. Vel omĩum abſurdiſſimum eſſet, natura ſanctum dicere, quod bonitatem natura nõ habeat, ſed poſteriùs natam, & deforis ſibi allatam. In quo autẽ dixit Dñs, quòd ego rogabo patrẽ, & alium paracletum dabit vobis, & ipſe paracletus noſter eſſe oſtenditur. Quare paracleti quoque appellatio, non parùm ad demonſtrationem maieſtatis ſpirituſancti cõfert: Ac nomina quidem talia, magnitudinẽ naturæ oſtendentia, operationes verò ſpirituſancti quales? Verbo (inquit) Domini cę-
Eſa. 14. c
Eſa. 6. a
Ioan. 14. c
Ioan. 4. c
Thre. 4. d
2. Cor. 3. d
Ioan. 14 b
li firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vt ergo Deus verbum, creator cę lorum eſt: ſic ſpirituſanctus firmam ac ſtabilem virtutem cæleſtibus præbet poteſtatib⁹. Et rurſus Iob: Spiritus Domini qui fecit me, non de creatione, (vt arbitror) ſed de humanæ virtutis perfectione, dicens. Eſaias verò cùm ex perſona Domini loquitur, id eſt, ſecundum humanitatem eius. ꝺominus (inqt) miſit me & ſpiritus eius. Et Pſalmiſta rurſus, per vniuerſa pertranſire ſpiritus virtutem ꝓbans: Quò ibo (inquit) à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab ipſo ad nos peruenientes, quales & quantæ ſunt? Sicut ipſe Dominus dedit poteſtatem ſuſcipientibus eum, filios Dei fieri, ſic & ſpirituſanctus ſpiritus adoptionis eſt. Et ſicut magiſter verus ꝺominus noſter, ſecũdum quod dicitur: Vos autem nolite vocare magiſtrum veſtrum in terra, vnus enim magiſter veſter eſt Chriſtus: ſic & ſpiritus ſanctus omnes docet, qui in nomine ꝺomini crediderint, vt ab ipſo Domino teſtimonium perhibetur, dicente: Paracletus autem ſpirituſanctus, quẽ mittet pater meus, ille vos docebit omnia. Et quemadmodùm diuidere operatiões dignis ſuſceptione operationum pater dicitur, & diuidere miniſtrationes filius in dignitatibus miniſterij, ſic & ſpirituſanctus diuidere gratias dignis eas ſuſcipere perhibetur. ꝺiuiſiones enim gratiarum ſunt, idem autẽ ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idẽ autem ꝺominus: & diuiſiones operationum ſunt, & idem ꝺeus eſt, qui operatur omnia in oĩbus. Vide quomodò hîc quoq; ſpirituſancti operatio, operationi patris ac filij coordinata eſt. Deinde ex eo etiã quod ſequitur, magìs diuinitas naturæ ſanctiſpirit⁹ aperitur. Quod enim ait, Hæc autem oĩa operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult, nihil aliud quàm authoris & Domini poteſtatem ipſi atteſtatur. Quapropter in nouo teſtamento prophetæ clamant: Hæc dicit ſpirituſanctus. Inueſtigatio autem profunditatum Dei, vndè ſpiritui adeſt? Sicut (inquit) nemo ſcit hominũ ea, quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo: ſic & ea, quę ſunt Dei, null⁹ cognouit niſi ſpiritus Dei. Nam quẽadmodùm nullus alienus ac peregrinus intrinſecas poteſt animæ cogitatiões inſpicere, eodem ſcilicet modo, ſi quis cum Deo communiter eius ſecreta p-ſpicit, non alienus nec peregrinus ab eo, profunditates iudiciorum ipſius inueſtigare poteſt. Prætereà & vita nobis à ꝺeo per Chriſtũ in ſancto ſpiritu præbetur. Viuificat em̃ ꝺe⁹, vt ait Paulus: Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia. Vitam autem præſtat Chriſtus: Oues enim (inquit) meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Viuificamur autem & per ſpiritum, vt inquit Paulus: Qui excitauit Chriſtum è mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora veſtra,
Pſalm. 32.
Eſa. 48. d
Pſal. 138.
Ioan. 1. b
Matth. 23. a
Ioan. 14. d
1. Cor. 12. a
Ibidem.
Act. 21. b
1. Cor. 2. c
1. Tim. 6. c
Ioan. 10. c
Rom. 8.

propter inhabitantem ſpiritumſanctum in vobis. Verùm hic, qui audet omnia, qui periculum, quod impendet audẽtibus verbum aliquod blaſphemum in ſpiritumſanctum emittere, nó expaueſcit, expertẽ ipſum Deitatis cẽſet, ſic de eo ſcribẽs: Tertio & natura & ordine, patris impio, operatione verò filij factus, tertio loco honoratus, vt primus & maior omnibus, & ſolus talis vnigeniti factura, Deitate ac creatiua potentia carens. Qui hoc dicit, nec Deitatem in nobis eſſe credidiſſe videtur, cùm de Deo Ioannes dicat: Ex hoc ſcimus, quòd in nobis eſt, ex ſpiritu quẽ dedit nobis. Et Apoſtolus: Neſcitis, quòd templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Et rurſus: In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum DEI in ſpirituſancto. Si ergo in nobis DEVS habitare dicitur per ſpiritum, quomodo nó eſt aperta impietas, expertem Deitatis ipſum ſpiritum dicere? Et ſi deos nominamus eos, qui per virtutẽ perfecti ſunt, perfectio autem eſt per ſpiritum, quomodò qui alios efficit deos, derelictus ipſe à Deitate eſt? Non eſt igitur pium, vt in hominibus, ſic & in ſpiritu per participatiõem & honorem, ac non natura eſſe Deitatem putare. qui enim gratia diuinus efficitur, ¦mutabilis eſt naturæ, nonnunquàm per negligentiam ex bonitate excidentis. Id autem baptiſmi ſalutaris traditioni apertè repugnat. Euntes, inquit, baptizate in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Baptiſmus enim eſt ſigillum fidei, fides verò Deitatis confeſſio. Nam credere priùs oportet, ac poſteà baptiſmate deſignari. Baptiſmus verò noſter eſt ſecundum traditionem Domini in nomine patris & filij & ſpirituſſancti, nulla creatura, nullo ſeruiente, cum patre ac filio connumerato, vt Deitas in Trinitate compleatur. Quod autem extra hanc eſt, totum conſeruum eſt, etiam ſi maximè dignitatum exceſſibus alia alijs in honorem præponantur. Nec mihi rurſus hæc dicta incutias: Si creatura non eſt, ergo genitura vel ingenitus: ſed non ingenitus, vnus enim abſque principio Deus eſt ingenitus: nec genitura: reſtat ergo, creaturam ac facturam ipſum nominari. Verùm ego, ſi cuncta putarem noſtra cognitione poſſe cõprehendi, vererer fortè ignorantiam confiteri: ſed quoniam infinita, non ex his ſolùm, quæ in futuro ſeculo præparata ſunt, nec eorum quæ nunc in cælis ſunt, abdita eſſe, verumetiam eorũ quæ corpori noſtro inſunt, non eſſe veram ac abſque contradictione comprehenſionem, haud ſum neſcius: vtputà de viſu, vtrùm imagines rerum viſibilium ſuſcipientes, ſic obiecta comprehendamus: & quomodo maximorum montium, atque inexpleti ac infiniti maris, & ad hęc cęli ipſius imago, breui menſura pupillæ noſtræ cõtineatur: an à nobis aliquid emittatur, quo viſibilibus appropinquante, ſic ſenſum de ipſis capiamus: & quid id ſit, & quantum, vt terræ ac mari ſufficiat explicatum: & ſpatium, quod inter terram ac cælum eſt, pertrãſeat, & ad ipſum cælum perueniat, tanta celeritate motum, vt æquali tempore circũadiacens corpus & ſtellæ, quæ in cælo ſunt, cognoſcantur. & quid oportet reliqua dicere? ipſas mentis motiones, vtrùm creare vel generare nata ſit anima, quis cum certitudine dicat? Cùm igitur hæc ita ſe habeant, cur mirum de ſpiritu quoque ſancto abſque rubore nos ignorantiam confiteri? Reddere tamen oportet ei glorificationem, quæ ſine contradictione per teſtimonium ſibi debetur. Quòd enim ſuper creaturam eſt, ſatìs nobis ea, quæ per ſcripturam tradita ſunt, demonſtrant Verùm quia impoſſibile eſt, ſanctificans cum ſanctificatis, docens cum doctis, reuelans & quę reuelatione indigent, eiuſdem eſſe naturæ: ac nullus ſic omnino imprudens eſt, vt audeat alium, præter Deum omnium, ingenitum appellare: nec tamen etiam filium, cùm vnus ſit vnigenitus, quid ipſum dicere oportet? ſpiritum ſanctũ, ſpũm Dei, ſpũm veritatis, miſſum à Deo, p filium præbitum, non ſeruum, ſed ſanctum, bonum, principalem, viuificantem, ſpiritum adoptionis, ſpiritum omnia ſcientem quæ Dei ſunt. Sic enim etiam in Trinitate vnitatis ratio conſeruabitur, cùm vnum patrem profiteamur, & vnum filium, & vnum ſpiritumſanctum. Afferunt verò demonſtrationes, quòd creatura dictus ſit ſpirituſſanctus, vnam ex propheta dicente: Qui formans eſt tonitruum, & creans ſpiritum: alteram ex euãgelio, quòd omnia per ipſum facta ſunt. Nos autem propheticum dictum, non in ſpiritumſanctum, ſed in communem hunc flatum, aeris ſcilicet ſpiritum, credimus fieri. Quod indè patet. Non enim dixit, Qui creauit ſpiritum, ſed, creans ſpiritum. Nam ſicut tonitruum non in ſubſiſtentia quadam corporali ſemel creatum eſt, ſed ſemper per voluntatem DEI ad timorem hominum productum, fieri & diſſolui natum eſt: ſic & ſpiritus nunc quidem fit, cùm aer tanquàm fluuius fluat: rurſus verò ceſſat, cùm quod priùs mouebatur, quieſcit, ſecundum voluntatem eius qui omnia ad ſalutem & conſtructionem totius diſpenſat, vt per omnem creaturam & tonitruis & ventis, ac reliquis operibus DEI creator annuncietur. Quapropter poſteaquàm dixit, qui formans eſt tonitruum, & creans ſpiritum, inquit, & annuncians hominibus CHRISTVM eius. Sicut enim cæli enarrant gloriam Dei ijs, qui poſſunt ex ipſis de creatoris arte cogitare: ſic & ſoni tonitruum, & ſpirituum motus, creatorem prædicant ſuum. Et fortè hæc prophetia eſt ad humanitatem Domini ducens, cùm vox è cælo facta, tonitruum his, qui audierunt, viſa eſt: quã Deus & pater idcirco emiſit, vt

Eunomius

Baſilius

1.Ioan.3.d

1.Cor.3.c

Ephe.2.d

Pſal.81.

Matth.28.

De adultis intelligẽdũ

Amos.4.d

Ioan.1.a

Amos.4.d

Pſalm.18.

Ioan.12.d

ſit, vt per ipſam Chriſtum hominibus annũciaret. Spiritus aũt moti, q̃ mare cõturbârũt, deinde ceſſârunt iuſſu Domini, liquidò etiam ipſi hominibus Chriſtum Dei annunciârunt. At verò, omia per ipſum facta ſunt, nequaquàm creatum eſſe ſpiritumſanctum nobis oſtendit, quaſi omibus ſpũs cõnumereẽt. Nam ſi vnus eſt ſpirituſſanctus, & ſolus: quomodò q̃ vnicę naturæ eſt, vnà cum omnibus concipi poteſt? Et nemo putet contemptum eſſe ſubſiſtentiæ, ſi quis neget, q̃ ſpũs creatura ſit. Nam piæ mẽtis eſt, quę à ſcripturis ſanctis reticentur, non ea temerè de ſpirituſancto dicere: credere autem, peritiam & veram compræhenſionem, in futuris ſeculis nobis futuram, cùm pertranſierimus hunc per ſpeculum & ænigma veritatis viſum, & ×viſiõis, quę ad faciem eſt, dignabimur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, quo cum patri gloria & ſpirituiſancto nunc & in ſecula.

Matth.8.c

for, ×viſiõe

FINIS.

¶Beſſarionis patriarchę Conſtantinopolitani, epiſcopi Tuſculani, ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinalis, tunc archiepiſcopi Niceni, oratio in ſynodo Florẽtina ad grę cos dũtaxat habita, poſt plurimas publicas q̃ cum Latinis habitas diſputatiões, cùm patriarcha & Imperator Græcorũ vota ſeorſum à Latinis peterent: quæ inſcribitur Dogmatica, vel de coniunctione, quam idem ipſe Beſſarion è Græca in Latinam poſteà conuertit.

SAcram Eccleſiarũ Dei pacem atque cõcordiam nemo eſt, viri præſtantiſſimi, qui non maximi æſtimet, & loco ſummæ felicitatis eſſe ducat. Ob eam quippe Saluatoris noſtri oratio ad patrem porrigitur, qui cùm pro diſcipulis, & ijs, qui nomine eius vocati ſunt, precaretur: Fac (inquit) pater, vt vnum ſint, quemadmodùm & nos vnum ſumus. Per hanc diuinus amor, quod ſignũ diſcipulorum Chriſti eſt, in nos influit: tollunturq̃ à nobis inimicitiæ ac diſſenſiones mutuæ, quæ ab hominibus, præſertim Chriſtianis, alieniſſimæ eſſe debẽt: tolluntur & deriſiones & opprobria, quibus à Chriſti crucis hoſtibus continuè afficimur, qui nos irrident, cõtemnunt, ac pro nihilo habẽt, vt Chriſtianos quidem nominatos, & eundem habentes Dominũ, veruntamen ita inter nos diuiſos & dogmatibus fidei diſſidẽtes, vt alij alios pro inimicis atq; hoſtibus habeamus. His igitur rationibus alijsq̃ permoti, pacem quidem amamus omnes atque optamus, & cõcordiam atque vnitatem Chriſtianorum maximi omnes facimus. Quo autem modo à Deo prę clarum bonum conſequi poſſimus, & quæ ratio habenda ſit ad ſanctiſſimum opus perficiendum, hîc diuerſis opinionibus ſumus, varijsq̃ inter nos ſententijs diſcrepamus. Quapropter de hoc à nobis in præſentia cõſiderandum, & quantum ingenioli noſtri vires ſufficient, differendum exiſtimauimus.

Ioan.17.b

¶De cauſis ſchiſmatis, & quòd tametſi ante generale cõcilium aliqua nobis de noſtra à Latinis diuiſione excuſatio erat, nũc tamen iam celebrato concilio œcumenico, non poſſumus abſque ſcelere diuidi ab eis, niſi eos à veritate deuiare probauerimus.

CAPVT PRIMVM.

FVit aliquando tempus, quo immaculata DEI ſponſa Eccleſia ſancta, ſumma concordia, tranq̃lliſſima pace, & intemerata veritate fruebatur, cùm ſcilicet ſimplicitatẽ ac puritatem euangelicæ doctrinæ maximi omnes faciebamus, ſolis ſacris eloquijs contenti, his inhęrentes, his acquieſcẽtes, in vnum ab his collecti ouile, ſub vno paſtore omnes agentes, eandem vnius audientes vocem: & aut nihil prę ter ea quæ nobis tradita erant, cogitantes, nulla vrgente neceſſitate: aut neceſſitate coacti, & hæreſibus vndique ſcatentibus, vnum in locum vniuerſa Eccleſia congregata, ambiguitates reſcindentes, & declarationes neceſſarias facientes. Poſtquàm autem hæreſi quadam, vt Latinos ſępenumerò dicentes audiuimus, in Occidentali regione vigente, Romanorum prę ſul pontifex maximus ſua vnius authoritate fretus, aduocata ſynodo generali, particulam illam communi ſymbolo fidei, nõ cum cõmuni conſenſu aſſcripſit, in multas partes (heu rem miſeram atque acerbam) Chriſti ſacratiſſimum corpus diuiſum eſt: membraq̃ eius, hoc eſt, Chriſtiani homines, aduerſus ſe inuicèm arma ceperunt, minimè intelligentes, ſe ſibijpſis hoſtes eſſe, & contra ſeipſos armari, dum ſe à fratribus diuidunt, haud intelligentes quidem, cùm multi ſint iuter nos doctrina ac ſapientia prę ſtantes, quos latére minimè poteſt, quantæ iacturæ cauſa, hæc diſſenſio extiterit, ſed (neſcio quomodò) diuiſi inuicem atq; alienati, & præſertim nos à Latinis. Oportere maiores noſtri dixerunt, qui ea tempeſtate fuere, qua oriri hæc diſſenſio cœpit, in rebus fidei dum nulla neceſſitas vrgeat, his acquieſcere, quæ nobis ſacris literis tradita ſunt, in quibus omnis fidei veritas aut planè explicata eſt, aut latens erui haud difficulter poteſt. Quotiès verò neceſſitas ingruat, & ſi aliqua oritur hæreſis, quod imbecillitate humani ingenij ſæpenumerò inter mortales euenit, debere Eccleſiam DEI, vnum in locum congregatam, de rebus dubijs iudicare: ac ſecundum præcepta diuinæ legis & ſanctorum patrum, quos iam, vt ſacrarum literarum doctores, approbauit, communi omnium conſenſu ſententiam ferre, & per hunc

Ioan.10.d

modũ fidẽ Christianã augere, obuiàm eundo hæresibus, procul ab Ecclesia Dei eas fugando. Vbique tamen asseuerant ijdem maiores nostri, communiter hæc agi debere: & quæ communia sunt, communi consensu oportere terminari. Per hunc modum synodus prima generalis consubstantialitatem patris & filij prædicauit, Arrio de inæqualitate ipsorum (nescio quas) nugas & deliramenta proferente. Per hunc modum secunda spiritus diuinitatem confessa est, Macedonio illum creaturis annumerante. Per hunc modum subinde vnaquæque synodus, quæ posita in accipiti fuerunt, pronunciauit, instante duntaxat necessitate. Neque enim licere (inquiunt) pace ac tranquillitãte fidei vigente, nouas mouere quæstiones: neque ortis hæresibus aut tacere, aut solum vel cum paucis de his, quæ credi communiter ab omnibus debent, tractare, sed communi quidem consensu hoc fieri oportere, fieri verò duntaxat necessitate vrgente. Et quemadmodùm generali concilio congregato, opus esse aiunt, summo studio ac cogitatione omnia discutere: &, quod ratio tandem obtinuerit, accipere omnes atque amplecti: ita, si ante commune iudicium de aliqua re quispiam dubitauerit, mota quæstione, & ab aliquibus determinata, iure id facere, meritoq; queab his diuidi, qui absque communi consensu ausi sunt de rebus communibus iudicium ferre: quãdo quidem ipse communibus rebus & communiter traditis assentiatur, illi verò aliquid dicant, quod antequàm communiter discutiatur, non parùm in se habeat dubitationis. Quas ob res
for. * se haud
nostrum plerique asserunt, *haud sine iniuria à Latinorum consortio abhorrere: quòd non sit ferendum, vniri nos eis, antequàm iudicio vniuersalis Ecclesiæ quod recens per eos introductum fuit, subijciatur: atque his quidem duplici accusatione succensendum existimant. Primò, quòd ignaris & nequaquàm assentientibus nobis, quicquam in cõmunẽ Ecclesiam introduxerint: tum, quòd pati nollent generalem synodum & antiquis illis similem conuocari. Hæc nos quoque illis sæpenumerò coram obiecimus, palamq; in eos inuecti sumus. Quibus quid illi respõderint, quas excusationes in medium adduxerint, quibus rationibus obiecta purgauerint, latissimè omnes intelleximus. Itaque non est in præsentia repetendi locus, præsertim cùm nostra omnis quæstio minimè in hoc versetur, vtrùm per se soli, an nobiscum vnà, particulam illã addiderint: &, licuerítne addere, nécne: sed vtrùm verum falsúmve sit, quod additum est, hoc in primis considerãdum à nobis esse vniuersi iudicauimus. Verùm demus in præsentia, non rectè illos fecisse, quòd sine totius Ecclesiæ congregatione de rebus grauibus ad fidem Christianam pertinẽtibus tractarint, quousque quidem in hac sententia permansere, ne aliquod dogma in generali synodo propositum discuteretur, fortassis haud iniuria succẽsere illis videbamur, & nostræ aduersus illos accusationes, iure optimo defendi poterant. Nunc autem cùm huiusmodi culpa vacent, sponteque in generalem synodum conuenerint, ac omnia se facturos affirmârint quæ ratio persuaserit, & ipsi se omni accusatione prorsus immunes reddiderint: & nos oportet non mediocre studium cogitationemq; adhibere, vt quæ agenda à nobis sint, cautè prudenterque agamus: ne, quod ante hunc diem obijcere Latinis consueuimus, in nos recidat, denique ea accusatione iudicemur, cuius illos olim reos agebamus. Nam si (vt dicere ipsi consueuimus) nondum aduocata synodo generali accusandi erãt Latini, quòd suo duntaxat iudicio de re adeò graui credidissent: quid ni nos quoque, cùm id, quod quærebamus, factum sit, omnesque in vnum conuenerimus, magnum ingredi certamen, ingensque subire periculum necesse est, vt absque culpa hinc abire possimus? Siquidem illi quoque iam rationem reddiderunt eorum, quæ & dicunt & sentiunt: passim etiam singulis quibusque petentibus rationes de his, quæ Ecclesia credit, afferre: & nos ad aliqua quidem ex his, quæ dixerunt, quoàd fieri potuit, obuiàm iuimus: ad plura verò, opportunioraque, & illorum opinionem maximè confirmantia, nihil omnino loquuti sumus, neque fortassis dignum aliquod, quod loqui possimus, habemus. Hic igitur recto iudicio & exactissima cogitatione opus est. Neque enim satis erit dicere, nolle vnionem: neque hunc generalis concilij finem esse, existimandum est: sed diligenter considerandum, quæ dicta à Latinis sint, quæ nos proposuerimus: scrutandumque, quibus in rebus illi veritati consentanea dicant, quibus in rebus aberrent: quid nobis dicendum sit, quid illis audiendum: postremò, quomodò vniri possimus fratribus, quorum disiunctio meritò deploranda est & illis & nobis, ne voluntatem absque ratione sequentes, aut cum iactura nostra ab illis diuidamur, aut non sine nostro detrimento illis vniamur. Neque enim his, qui simpliciter & sine vlla ratione discedendum esse aiunt à Latinis, tanquàm longè à veritate aberrantibus, assentiendum arbitror: neque his etiam obtemperandum, qui nulla suadente ratione, incumbendum dicunt esse vnioni. Enimuerò assiduo studio, diligentiq; inuestigatione veritatis, & exactissimo iudicio doctores sacros tanq; duces sequi oportet: & per hãc viam, vtpotè quæ sola tuta sit, atq; omni periculo libera, finem iam diu optatum attingere. Hæc mea est de huiusmodi rebus sententia: hoc ego, viri clarissimi, sentio. Quomodò autem

tem, quibúsve medijs finem nobis propositum assequi possimus, subinde dicam, Deo fretus, quanquàm ingens profectò certamẽ & non mediocre onus subire me intelligo. Verùm ea est conditio præsentis rei, vt hominem efflagitet, qui libenter pro veritate periculum subeat: nihilq; magnum aut dici aut fieri potest, nisi quis, quæ sibi vera videãtur, forti animo dicat: paratusq; sit calumnias & pericula pati pro defensione veritatis. Hinc autem exordium sumam, Dei optimi maximi auxilio fretus.

Probatio, quòd necesse est sanctos doctores, tum Occidentales, tum Orientales, inuicèm esse concordes.

CAP. 2.

DOminus noster Iesus Christus, cùm discipulos suos ad prædicandũ inter gentes euangelium mitteret: multa, quę eis euentura erant, prædicens: & inter cætera, quòd
Matt. 10. b c
ante reges & præsides sua causa ducerentur: Nolite, inquit, cogitare quomodò aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. manifeste his verbis significãs,
Ioan. 16. c
quæcunque ab illis dicerentur, sua esse verba & spiritus sancti in illis loquentis: quem alibì superuenturum affirmauit, docturumq; eos omnem veritatem, vt etiam verba ipsorum, spiritu veritatis in eo loquẽte, veritas & vita essent. Atqui verba hæc, nemo est qui ambigat, non modò ad primos illos referri saluatoris discipulos, quibus datum est, vt præsentem eum intuerentur, sed etiam ad pastores ecclesiarũ & doctores cæteros, qui post apostolos euangelium prædicauere. Hoc enim
Marc. 13. d
& ipse saluator probat, cùm inquit: Quæ vobis dico, omnibus dico: &
* manifestissimè
res ipsæ * manifestissimæ ostẽdunt. Siquidem priores cuncti doctores ijsdem claruerũt operationibus & signis, quòd diuini verbi prædicatione diuinum verbum non minùs per eos, quàm per
Marc. 16. d
apostolos sequentibus signis confirmatum fuit: vt palàm omnibus sit, ipsos quoq; sanctos patres & doctores Christianæ fidei, per spiritum sanctum loquutos fuisse: verbaque ipsorũ, saluatoris nostri verba extitisse: cùm aduersus tyrannos & præsides & veritatis hostes certauere, scripsere, & palàm veritatem prædicauere. Quo fit, vt necesse sit, eos sibi inuicèm consentanea dicere: & ratio cogit fateri, nihil ab illis dictũ esse, quod inuicèm repugnet ne minimis quidem in rebus: aliter enim non veritatis magìs, quàm mendacij spiritus in illis loquutus fuisset. Mendacij nanque proprium est, nec hoc nec illud asserere: quemadmodùm sapientis signũ est, sibi assiduè constare, nullisque in rebus à cæteris sapientibus discrepare. Quanto igitur homines sapientes, sapiẽtiæ & veritatis spiritus antecellit: tanto magìs necesse est, eum sibijpsi consentaneũ esse. Et si quis fortè sit, qui sanctos patres & doctores nostros contraria inuicèm dixisse existimet, cum profectò cum infidelibus & crucis hostibus connumerari fas est: qui hinc arguere fidem nostram consueuerunt, contrarietates quasdam & contradictiones sacrarum literarum inter se fingentes: quas tamen nemo præter ipsos, tales existimat, cõtra quos vniuersi doctores certant: eosque calumniatores esse veritatis arguunt, cõsentaneam sibi esse vbique sacram scripturam asseuerantes. Prætereà cùm nos per hunc modum gentiles, & eos qui extra nostram Ecclesiam sunt, arguamus, ignòrantiamque eorum comprehendamus, philosophos scilicet, & fidei eorũ præcones, in quãplurimis sibi inuicèm contradicentes, ostendentes: quomodò etiam cõtra nosipsos hoc idem acceptabimꝰ, & nostros doctores eiusdem criminis reos esse arbitrabimur, nisi & nostram ipsi sponte nostra euertere velimus fidem? Sed absit hoc à Christi Ecclesia alumnisque eius. Videmus enim nunc vniuersalia cuncta concilia, patresq; in eis congregatos, de dogmatibus propositis non humanæ sapientiæ persuasionibus, non artificio verborum, non rationibus naturalibus, non denique syllogismis vsos fuisse, sed authoritate duntaxat: nudaq; ipsa verba superiorum doctorũ, qui eos tempore præuenerunt, tanquam rectam regulam, gloriam veritatis sequutos fuisse: & per ea quascunque de fide quæstiones terminasse, sanctorum patrum & vestigia sequẽdo: quare nescio quid de nostra fide sapere liceret, si quis concedat posse hoc incõueniens patribus imputari. Si enim fidei nostrę principes non eadem omnes, sed alij quidem inuicèm, alij verò etiam sibijpsis (ô rem absurdam) contradicant, fides autem nostra in illorum rationibus fundetur: ina
1. Cor. 15.
nis est ergo prędicatio nostra, inanis est fides nostra, ac magnæ stultitiæ est, cogitare etiam talia de illis spiritu plenis hominibus. Necesse est enim & propter prædicta & alia plura, consentanea & sibijpsis & inuicèm, nihilque omnino contrarium non dicere, non sapere. Dicit etiam de eis beatus Ioannes Syrus, ad
* etiam
Iordanem scribens: Sed * eia, quas producũt
* eas
authoritates cõsideremus: cùm paternæ sint, & eis nullo modo contradicendum sit. At verò concordes, neque contrarios inuicèm, & multò minùs sibijpsis oppugnantes, decet probare sanctos patres & doctores nostros: quorum de fide sententiam vnicam & indifferentem esse, fecit vna spiritus sancti virtus & illuminatio. Hinc apparet, quòd hæreticis calumniantibus sanctos patres, tanquam nõ eadem dicentes, aliquosq; eorum ad suã prauam opinionem probandam trahentibus: B. Ioannes, neque eos qui videntur hæreticos iuuare, negat: nec tamen eos intelligit, prout illi, sed acceptat quidem eos, conatur aũt & sibijpsis & inuicem cõuenientes, probare.

bare. Hoc enim doctoris, hoc eſt Chriſtiani officium. Septima item generalis ſynodus, per os ſancti Tharaſij in prima eius actione, in nullo ſanctos patres (inquit) inuenimus diſcordes: ſed cùm omnes eiuſdem ſententię ſint, idem quoque prædicant & docent. Et *eadem rurſus in eadem actione: Vbique etenim patres concordes inuicem ſunt, cõtrarietas verò nulla in eis eſt. Verùm contraria eos dicere putant, qui œconomias & intentionem eorum ignorant. Vide, quòd etiam ſeptimi concilij patres eadẽ hac de re ſentiunt, & cõcordes ſibijpſis & inuicèm eſſe ſanctos doctores dicentes, eandem etiam rationem aſſignant, quam B. Ioannes. Idem enim ſpiritus (aiunt) in omnibus loquutus eſt: quem ſibijpſi non conſentaneum eſſe, neq; cogitare fas eſt. Et longum quidem eſſet enumerare, quemadmodùm omnes doctores in tota ſancta ſcriptura hoc ſibi proponunt, apparentes in ea contrarietates concordare, concludere verò manifeſtè per prędicta, fidei noſtrę principes & doctores, quorum doctrinis & illuminati & edocti ſumus: neceſſe eſſe eadem & conſentanea non ſolùm ſibijpſis, ſed nõ minùs inuicèm dicere: tanquàm in idem cõcurreret hoc non eſſe, & totam fidem euerti: & qui non concederet hoc, nihil ab infidelibus differret. His igitur ita præſuppoſitis, habemus quidẽ ſanctos doctores eos, qui ex Oriente nobis veritatis fidei lumen illuxerunt, Athanaſium, Baſiliũ, Gregorios ambos, Cyrillum, Maximum, Tharaſium, cæteramq; cohortem eorum. Habemus item eos, qui ab Occidente extinxerũt errorum flammas ſana ſua clariſſimaq; doctrina, Hilarium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Damaſum, Gregorium, Leonem: qui rugitu ſuo hæreticos omnes deterruerũt, & cęterorum ſanctorum chorum, omnes cõmunes doctores, & patres, & fidei principes, qui multa quidem in hac vita pro veritate paſſi fuerunt, ꝓ eaq; mortui ſunt. Veruntamen viuunt, non ſolùm apud Deum in libro vitę deſcripti, verumetiam apud nos per ea, quæ reliquerunt nobis opera & doctrinas ſuas, quæ pro regulis fidei haberi debẽt à nobis, æquè ferè atq; ſancta ſcriptura veneratæ & creditæ. Faciemus igitur officium noſtrum, & quod à filijs gratis debetur, patribus omnibus quidẽ aures ęquas prębentes, omnibus verò propriũ animum ſubijcientes, & ſemina eorum acceptantes. Ad eundem enim finem nos ducent omnes, & eandem nobis fidem prędicabũt, atque confirmabunt, cùm ipſi primò idem inter ſe dicant, tãquam vno & eodem ſpiritu loquuti. Quod hoc modo conſiderandũ eſt.

¶ Quòd quanuis nulla omnino ſit in doctorum dictis contradictio, ſi tamen aliquid tale ſaltem apparenter eſſet, nos oporteret conari ea concordare, tanquam ſummè neceſſarium fidei noſtrę: & hoc adſtruitur per exempla.

CAP. 3.

EX patre, dicũt Orientales ſancti doctores, ſanctum procedere ſpiritum, & ex patre per filium. Ex patre & filio, Occidentales eundem procedere aiunt. Idem etiam nonnulli Orientalium aſſeuerant. Quid igitur dicemus? Contrarium hoc eſſe illi? Abſit. Neque enim contraria, neque contradictotia inuicèm ſunt, ex patre procedere, & ex patre & filio. Atquì etiam ſi contradictoriè ſermo proferretur, ita vt alios ex patre, non ex filio, alios ex patre & filio dixiſſe: nec tunc auderem dicere ſanctos inuicèm contradicere, ſed potiùs meipſum accuſarem, tanquã non percipientem illorum intellectum, ſecundum quod à Tharaſio dictum eſt in ſeptima ſynodo, quòd ſcilicet eis contrariantur, qui ignorant œconomias & intentionẽ eorum, quàm illis contradictionem aut contrarietatem imputarem. Multa habeo huius rei in ipſa canonica *ſcripta exempla. Pater meus (inquit) maior me eſt. Et rurſus: Ego & pater vnum ſumus. Hac quæ maior poſſit videri contradictio? Attamen contradicunt veritati, qui hoc contradictionem putant. Stephanus, cùm eſſet plenus ſpiritu ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, Luca in actibus teſte. At Paulus vnà cum Dauid, eum ad dexteram maieſtatis in excelſis ſedere ait. Sedere autem, & non ſedere, (ſtare enim, non ſedere eſt) manifeſta contradictio eſt. Eundem item Stephanum beatus introducit Lucas, Dei & patris vidiſſe gloriam & eius vnigenitum filium. At ſanctus Ioannes euangeliſta, Deum nemo vidit vnquam, ab ipſa veritate edoctus, aſſeuerat. Videre autem, & non videre Deum, neſcio, ſi cui non eſſe contradictoria videantur. Vnus euangeliſtarum ſexta hora Dominũ crucifixum fuiſſe ait, alter clamat, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Sexta verò, patet quòd *eſt tertia. Tertia verò, & non tertia, manifeſta contradictio eſt. DEVM patrem cauſam eſſe filij & ſpiritus ſancti, palàm prædicant & docent omnes Orientales patres & doctores. at beatus Cyrillus in eis, quæ ad Hermiam ſcribit, vnà cum Occidentalibus patribus non admittit quidem hoc nomen cauſæ in diuinis perſonis. Eundem autem dicere cauſam, & non cauſam, & præſertim ad idem, nullus eſt qui non concedat contradictoriè dictum fuiſſe. Et quis facilè recenſere poſſet, quot ſunt, quæ cùm contradictoria videantur, piè tamen à doctoribus intellecta ſunt, & ad vnũ & eundem ſenſum ab eis referuntur? Quod & nos imitati, etiam ſi de propoſita quæſtione accidiſſet, contraria contradictoriaque dixiſſe ſanctos doctores, nobiſipſis potiùs ignorantiæ culpam imputare debemus, quàm illos credere diſcordare: & eos conari reconciliare inter ſe, & quoàd poſſit, per

*ſcriptura Ioan.14.d

Ioan.10.f

Actor.6.c

Hebr.1.a Pſalm.109.

Actor.6.e

Ioan.1.c 1.Ioan.4.b

Ioan.19.c

Marc.15.c

*videtur deeſſe, non

per omnia concordes oſtendere. Nunc verò dicunt quidem nihil contrarium, conſentanea autem ſibijpſis & inuicèm aiunt. Et hoc experientia percipiemus, ſi modo debito eis & eorum doctrina vtamur. Modus autẽ qualis ſit, audite: & attẽdite, quàm verus quamq; iuſtus ſit.

Quòd ad intelligentiam illorum doctorum, qui obſcuriùs loquuti ſunt, vtendum eſt illis patribus, qui apertiùs & clariùs loquuntur.

CAP. 4.

OMnis fides & probatio habet quidem aliud, quod demonſtrare proponit: habet verò aliud, per quod probat, quod ſibi proponit. Neq; poteſt idẽ eſſe quod probat, & quod probatur. Ipſum quidem ſeipſum, aut ipſum aliquid per ſeipſum probare, impoſſibile eſt: ſed cùm ex aliquibus cõceſſis & omnibus notis, ad aliquod quæſitum procedere oporteat: per ea, quæ manifeſta ſunt, ad incognita & quæſita eundum eſt: & per notiora probãdum, quæ nobis ignotiora ſunt. Hoc verò ita eſt verum, & ab omnibus conceſſum, vt nõ indigeat pluribus verbis. Et in propoſito igitur, cùm proponãtur nobis authoritates Doctorum Orientalium, proponantur verò etiam Occidentalium, ſitq; neceſſarium, ſi Chriſtianiſmum velimus nobis ſeruare, conſentanea omnia omnibus eſſe ꝓbare: ſi æquè clara & aperta nobis eorum dicta ſint, neque aliquod dubium ineſt in eis, nõ eſt opus diſcuſſiõe ampliùs, inuẽto quod quæritur. Quòd ſi quid in eis dubij inſit, & aliqua non ita apertè dicta, indigent declaratione maiori, regula prædicta vtendum eſt: aliter em̃ impoſſibile eſt attingere finẽ quæſitum, & cõtrapoſitis vtriſq;, à clarioribus ad ea, quæ nõ ita clara ſunt, comparatis, per clariora etiam intellectum eorum inueſtigare, quæ obſcuriùs dicta ſunt: & hoc modo vna harmonia ex ambabus partibus compoſita, in concordem & conſonantem glorificationem Dei accedere. Et meo quidem iudicio, tum Orientales tum Occidentales patres clarè manifeſteq; loquuti ſunt, & veritatem fidei nobis tradiderũt. Et facilè quis poſſet alterius partis authoritatibus vſus, per eas dũtaxat propoſitam quæſtionem concludere. Et hoc paulopòſt (ſi Deus concedet) probabimus. Concedatur tamen, non ita clarè, nec ita expreſsè Oriẽtales loquutos fuiſſe de ſpiritus ſancti ex filio proceſſione, quemadmodùm Occidentales: quid igitur faciẽdum eſt? Nempe nil aliud, niſi cùm Occidentales patres apertiſſimè hanc prædicauerint fidem, Orientales quoq; putandum hoc idem dicere: nec oppugnare illis, qui idem de fide ſenſerũt. Qui enim in illis, idem & in his loquutus eſt ſpiritus: & quæ per illos ſubobſcurè, eadem per hos apertè docuit, ob eam, quam ille ſciuit, cauſam, & propter neceſſariam tũc fortaſſis diſpenſationem. At nobis probandum eſt, etiam abſque comparatione ad Occidentales patres, ipſos per ſeipſos Orientales doctores idem cum Occidentalibus de proceſſione ſpiritus ſancti concludentes, & idem, quod illi, ſentientes.

Proponit hanc concluſionem, ex dictis Orientalium doctorum duntaxat, probare dupliciter: videlicet per præpoſitionem PER, & per EX, & primò de vi ipſius prępoſitionis PER, diſputat, probans eam cauſam mediantem ſignificare.

CAP. 5.

PRæpoſitionem igitur PER, in omnibus, in quibus accipitur, cauſam ſignificare, nunquamque dici, niſi aliquam mediantem ſuboſtendat cauſam, nemo eſt qui ignoret. Semper enim & in omnibus, quibus hoc ab hoc per hoc, eſſe aut fieri dicitur, illud PER, quod tanquam communicans aut cooperans primo agenti, accipitur. Quemadmodùm ſi fabrum per ſerram fabricari dicamus, ſerram quoq; cooperari fabro ad ſecandum, intelligimus: & modo ei conuenienti, hoc eſt, inſtrumentaliter ipſam etiam ſecare, nec ſuperuacaneam eam accipi. Per locum etiam, aut per tempus aliquid fuiſſe vel tranſiuiſſe dicere, nil aliud dicere eſt, niſi locum etiam & tẽpus, aliquam cauſam illorum, quæ tranſiuerint, vel facta fuerint, eſſe. Et locus enim, motus cauſa eſt: ſiquidem omnis motus, in magnitudine & diſtantia eſt: tempus quoq; maximè confert motui. Omnis enim motus, in tempore: abſq; verò motu, nil omnino corporalium & ſenſibilium fieret. Sine quo autem nõ fieret aliquid, hoc ſui cauſam habet. In ſyllogiſſimis quoque dicere per medium extrema coniungi: patet, quòd per medium tanquam per cauſam, ſecundum motum aut diſcurſum intellectus accidit. Cuius ratio eſt, vt vniuerſaliter de hac præpoſitione tractemus. In omnibus loquutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hęc præpoſitio PER, deſignat in cauſali aliquam cauſam ſeu principiũ illius actus: ſed cùm actio ſit media inter faciens & factum, quandoq; illud cauſale, cui adiungitur hæc præpoſitio PER, eſt cauſa actionis, ſecundum quod exit ab agente: & tunc eſt cauſa agenti quòd agat, ſiue ſit cauſa finalis, ſiue formalis, ſiue effectiua, ſiue motiua. In materiali nanq; cauſa non eſt in vſu accipi: ſed pro ea, EX. Non enim per ligna & lapides, ſed ex his & his domum eſſe compoſitam dicimus. Cùm igitur propter lucri cupiditatem dicimus artificem operari, finalem ſignificamus cauſam: formalẽ verò, cùm dicimus, quòd operatur per artem ſuã: motiuam verò, ſi dicatur, quòd operatur per imperium alterius. Quandoque verò dictio cauſalis, cui adiungitur hæc prępoſitio PER, eſt cauſa actionis, ſecundum quod terminatur ad factum, vt cùm dicimus, artifex operatur per martellum. Non enim ſignificatur, quòd martellus ſit cauſa artifici quòd agat,

agat,ſed quòd ſit cauſa artificiato,vt ab artifice procedat,& quòd hoc ipſum habeat ab artifice. Quæ cùm ita ſe habeant: cõſiderandum,quid velit,ſanctos dicere, ex patre per filium procedere ſpiritum ſanctum. Nempe hîc etiam dicemus cauſam quandam ſignificare præpoſitionem per,at primarum quidem trium nullum. Nec enim filius patri cauſa eſt,vt ex eo ſpiritus ſanctꝰ procedat, quod vniuerſaliter primæ tres cauſæ poſſunt: ſed econuerſò eſt. Nec enim filius cauſa formalis,aut finalis,aut effectiua eſt ſpiritus ſancti: cùm effectiua quidem cauſa ad creaturam referatur,nec conueniat ſpiritui:ipſa verò tota beata Trinitas & bonitas eius, creaturarum finalis cauſa ſit,non autem vna perſona alterius:formalis autem,ipſa diuina eſſentia, ſecundum quam filius & ſpiritus ſanctus procedunt:quæ tribus eadem eſt.Reliquum igitur eſt,vt reliquo & quarto modo in re propoſita accipiamus & illum, quoad fieri poteſt.Hic enim,inquantùm terminatur in effectum, cùm ſit actionis cauſa, conuenit huic quæſtioni, cùm dicimus ex patre per filium procedere ſpiritum: inquantùm verò tanquam inſtrumentum intelligatur, valdè diſſimile habet ſignificatũ.Non enim vt per inſtrumentum, vel per locum, vel per tempus, aut aliquam cauſam imperfectã,dicimus ſpiritum ſanctum per filium procedere: longè etenim hæc ab illa eius ſumma perfectione, & ſumma ad patrẽ æqualitate & vnitate abſunt.Nec enim alia potentia numero producit ſpiritum,quàm pater & filius,vt tanquam ſecunda vel inſtrumentalis cauſa accipiatur: ſed cùm eadem & vna in patre & filio productiua potentia ſit,æqualiter ex vtroq; procedere dicitur.NAM & ſerra,& homo,eſſet quẽadmodùm ipſe faber & idem homo:ſicuti pater & filius,idem Deus eſt:ſecaret vtiq; etiam illa, prout ipſe faber: & quod diceretur per ſerram,nullam imperfectionem de ſerra notaret.Nec mirum,ſi in diuinis vtamur imbecillibus & imperfectis verbis & nominibus, cùm aliter non poſſumus. Diuinas enim res per nomina & intentiones quidem cõſuetas nobis, manifeſtare conamur.Aliter enim impoſſibile eſt nobis ſenſu viuentibus, de illis loqui. Quod verò prolationi verborum accidit,etiam ſignificatis rebus velle imputare, cauendũ ne ſit nefas:multæ enim hoc modo certeq; fidei veritates euaneſcerẽt.Etẽ vniuerſum quoq; ex patre per filium,creatũ eſſe dicimus.Nullus tamen eſt ita audax,vt inſtrumentalem & non eandem cum patre cauſam diceret filium,quippe qui eadem vnaq; potentia & actione cum patre mundum creauerit. Simili igitur modo etiã de ſpiritus per filium productione, inſtrumẽtalem quidem cauſam etiã ſolùm cogitare, blaſphemia eſt: cauſam autem,& hanc nõ imperfectam, hoc verò neceſſarium eſt. Imperfectionẽ etenim huius prępoſitionis PER,longè repellendam: quantum autem perfectionis & pietatis habet,hoc verò acceptandum.Ait enim in octauo ad Amphilochium beatus Baſilius: Patrẽ creare per filium,nec imperfectã patris creationem, nec imbecillem filij actionem ſignificat,ſed vnitatem voluntatis eorum manifeſtat:quare hæc VOX,PER FILIVM,non minuit effectiuam cauſam,ſed ad principaliorẽ cauſam nos refert.Palàm itaq; patet,prępoſitionem PER,cauſam ſignificare.Non enim imbecillem(ait)oſtẽdit filij actionem,ſed cauſam cum ordine. Ad principalem enim(inquit) cauſam nos refert.Semper etenim cùm aliq̃d ex aliquo per aliquem eſſe dicitur,ordo quidam ad illum ex quo, illius per quem, ſignificatur.Ex quo quidem,tanquàm principali cauſa: per quem verò, tanquam inſtrumentali accepta vel concauſa, quæ præſupponit ſibi illum,qui dicitur ex quo:hunc autem ordinem neceſſe,etiam inter patrem & filium, eſſe.Ex patre etenim omnia,quæ patris ſunt, accipit filius & habet:poſtq; patrem & ſimul cum eo,ſubitò & immediatè intelligitur filius.Cùm enim filium dicimus,ſubitò in patrem,cuius filius eſt,mẽte reducimur,& cùm patrem dicimus,filium ſtatim intelligimus. Hæc autem maximè prępoſitio PER, poteſt ad principalem cauſam (teſte B. Baſilio) nos reducere.Per filium enim dicentes ſpiritumſanctum procedere,patrẽ, ex quo filius hoc habet,concipimus: & quod ad alium refert, quæ ſua ſunt. Item Chryſoſtomus etiam illud euangelij exponens, Omnia per ipſum facta ſunt:Si enim hîc(ait)per eum,dictũ eſt, nulla alia de cauſa dictum eſt, niſi ne aliquis ſuſpicetur filium ingenitum eſſe. Quare ſecundum hunc etiam doctorem, prępoſitio PER,ad natiuitatem ex patre nos remittit: & vt intelligamus illinc ei potentiã datam,cùm vniuerſi creandi,tum ſpiritus ſancti producendi:& plùs alijs poteſt ſcilicet prępoſitio PER,ordinem filij ad patrem ſignificare: quæ maximè neceſſaria eſt in Trinitate.quemadmodùm enim ſumma in eis potentiæ æqualitas eſt, immò potiùs ſumma idẽtitas,ita nil minùs etiam ſummus eſt ordo, quẽ ipſa PER maximè poteſt(vt probatum eſt)ſignificare. Et de his quidem ſatìs. Ioan.1.

Authoritates ſanctorum doctorum, qui hac prępoſitione PER,vtuntur: & probatio, quòd cauſam ſignificat.

CAPVT 6.

DIcendum autem, quinam patres Orientales,& quibus in locis,de proceſſione ſpiritus ſancti vſi ſunt ipſa PER,in filio. Primùm itaq; diuinus Athanaſius in ſermone, qui inſcribitur Redargutio ſimultatis Melitij & Euſebij. Erat autẽ impoſſibile,inquit, ſpiritum inter Trinitatem cum gloria numerari,ſi non eſſet emanatus ex Deo per filium, ſed per modum creaturæ ex Deo factus, vt autumant. Animaduertẽdum igitur, quòd de perſona ſpiritus eſt hîc ratio, qui vnus in Trini-

Trinitate eſt:ſed non,vt aliqui dicerent, de quadã nõ ſubſiſtente gratia: quodq; ipſum ſpiritum, qui Trinitatẽ complet, eſſe ait ex Deo per filium.Eſſe etenim,exiſtere ſignificat clarè,& ipſum ſubſiſtere, & maximè eſſe emanatiuè.Et affirmare, ex Deo per filium eum eſſe emanatiuè, nil aliud eſt dicere, niſi ex Deo per filiũ ſubſiſtere eum & exiſtere. Dicens verò,ex Deo per filium, nõ ex patre per filium:vanã arguit aliquorum rationẽ, qui dicunt ideo eum dixiſſe per filium,quia patrẽ nominauit,quod relatiuũ eſt nomen, & ideo requirit filiũ.Haberet enim hoc aliquam rationem, &ſi non ſufficientem, ſi EX PATRE PER FILIVM dixiſſet. Nunc verò nõ hoc dicit,ſed EX DEO PER FILIVM.Deinde Baſilius,cùm quæreret,quare ſpiritus nõ dicatur filij filius: Non ideo,inquit,quia non eſt ex Deo per filium:ſed vt Trinitas non in multitudinem infinitam incidat,filios ex filijs, vt in hominibus fit,credita propagare. Primò itaq; ex ipſamet quæſtiõe,cùm quærat,cur ſpiritus ſanctus non dicatur filius filij:manifeſtè apparet,non fuiſſe beatum Baſilium huius opinionis, nihil videlicet filiũ cõferre,ad eſſe ſpiritus. Non enim talẽ quẽſtionẽ mouiſſet:quẽadmodùm nullus quẽreret,quare ſpiritus non ſit pater patris, vel genitor filij. Deinde ex ipſa ſolutione quẽſtionis apparet,q̃ putabat filiũ cauſam ſpiritus:& hoc per prępoſitionem PER,ſignificare.Cùm enim liceret ei dicere, q̃ ideo nõ eſt filius filij,quia nec ex eo,nec per eum eſt, nec eũ habet ſuijpſius cauſam, (quẽnã eſſet ſolutio cõuenientior?) hoc quidẽ nõ dixit, ſed aliam reddit rationem:Eſt enim,inquit, ex Deo per filium,& hoc negandum nõ eſt. Quòd ſi hoc cogat,& filium eum filij & eſſe & dici:diceretur(inquit)etiam hoc,niſi hoc inconueniens ſequeretur,q̃ Trinitas multitudo infinita putaretur.Quòd ſi hoc abſurdum nõ timeretur,diceretur etiam filius filij. At ſi filius filij diceretur, nullus dubitaret,q̃ filium etiã haberet ſui cauſam. Igitur etiam cùm dicatur per filium eſſe,filium habet cauſam,ipſe.etiã eſſe ait. Quod verbum potiſſimùm exiſtentiam & ſubſiſtentiam ſignificat, & eſſe ex Deo per filiũ, prout ſacer Athanaſius dixit: Nec igitur de gratijs non ſubſiſtentibus eſt ei propoſitum dicere,nec propter relationem per filium dictũ eſt,nec prępoſitio PER,idẽ poteſt,quod prępoſitio CVM.Quę enim ratio eſt,ideo aliquos ſuſpicari filium eum filij poſſe dici & eſſe,quia ex DEO cum filio eſt? Cùm igitur nullum de his tribus refugijs ad quæ ſe omẽs ſolent referre,his ſanctorũ doctorum teſtimonijs relinquatur,neq; conuenit: palàm patet,cauſam hîc ſignificare hanc prępoſitionem PER.Idẽ ex alia eiuſdem authoritate probatur, dicẽtis:Ideo quòd ex Deo quidẽ ſpiritus ſit,palàm prædicauit Apoſtolus, dicens: Spiritũ, qui ex Deo eſt,accepimus.Et quòd per filiũ manifeſtatus ſit,apertè oſtenditur, cùm illũ filij ſpiritum,quẽadmodùm etiam Dei nominauerit: Ideo emẽ dicitur filij ſpiritus,inquit,quia per eum manifeſtatus eſt. Cuncti etiam patres Occidentales cõmuni ſentẽtia, ideo dicunt filij ſpiritum & eſſe & dici,quia ex eo procedit.Idem igitur Occidẽtales doctores ſignificãt,cùm dicunt ex filio ſpiritũ procedere,quod S.Baſilius,cũ dicit,per filiũ eũ manifeſtari. At dicere, ex filio eũ procedere,nil aliud ſignificat, niſi q̃ filius etiã ſit cauſa ſpiritus. Igitur & per filiũ dicere eum manifeſtari,palam ſignificat,filium cauſam eſſe ſpiritus ſancti. Quòd ſi hoc,quod dicimus per filiũ eum manifeſtari, dicat aliquis ſignificare,ad ſenſibilem hunc mundũ eius manifeſtationem & temporalẽ miſſionem, non rectè dicet.Si enim ideo ſpiritus eſt filij ſpiritus,nec æternaliter nec natura,ſed accidentaliter & tẽporaliter illum habet,ex quo ſcilicet mundo illũ manifeſtauit: quod impium eſt etiã cogitare.Effectus enim vt prę-ſupponat cauſam,neceſſe eſt. Quòd aũt per filiũ ſpiritus manifeſtetur, hoc eſt cauſa, vt ſpiritus ſit ſpiritus filij.Si igitur effectus,videlicet q̃ ſpiritus ſit ſpiritꝰ filij, *ętternaliter etiã eſt: multo magìs vt cauſa, videlicet q̃ p eum manifeſtatus fuerit,ętterna & naturalis ſit neceſſe eſt. Aeternaliter aũt per eum manifeſtari,quid aliud,niſi q̃ ętternaliter ab eo procedit,ſignificat? Illud etiam quod additur,QVEMADMODÙM ET DEI, noſtrã expoſitionem corroborat. Ita enim (ait) dicitur ſpiritus filij,quemadmodùm & Dei.At Dei dicitur ſpiritus,tanquã ex eo procedẽs. Igit etiam filij dicitur ſpiritus,tanq̃ ex eo procedens,ſiue per eum manifeſtatus. Idem enim ambo ſignificare,probatum eſt. Hîc autem potiſſimùm apparet,nullo modo prępoſitionem PER,debere accipi pro CVM.Quòd emẽ ſit filij ſpiritus,ſignum eſt,inquit,quòd per eum manifeſtatus ſit.Si igitur,PER EVM MANIFESTARI,idem atq; CVM EO MANIFESTARI,ſignificaret, cùm nil minùs cum filio ſpiritus, q̃ cum ſpiritu filius, manifeſtatus ſit,oporteret vt etiã filius ſpiritus diceretur, in ſignum q̃ cum ſpiritu filius manifeſtatus ſit. At hoc non dicitur,igitur nec cum ſpiritu filius manifeſtatus eſt.Sed hoc mendaciũ & impiũ eſt dicere: manifeſtatus eſt etenim cum ſpiritu,nõ tamen per ſpiritum:quo fit, vt aliud ſit,p eũ manifeſtari: & aliud, quod cum eo manifeſtetur.Sed dicet aliquis:Ideo filius nõ dicitur ſpiritus,ne pater eius videatur eſſe ſpiritus ſanctus.Filius emẽ,cùm nomen ſit relatiuum,refertur ad patrẽ.Quare, ſi non timeretur hoc inconueniẽs,filius etiã ſpiritus diceretur, eo quòd cum ſpiritu, & ſimul cum ſpiritu,progrediatur ex patre.At, ô vir optime,ſpiritus quoq; relatiuũ nomen eſt,& ad ſpirantem refertur:& cuius dicitur ſpiritus,ab illo etiam ſpiratur. Quòd enim perſonalia nomina Trinitatis, relatiua ſint, nullus *æternalis

1.Cor.2.c

nullus ignorat. Personale verò nomẽ spiritus esse, quod sanctus spiritꝰ dicatur, nemo inficiatur, quẽadmodùm patris pater, & filij filius. Et necessariò relatiuum, quemadmodum & illa: siquidem essentia non sunt, nec aliud sit in diuinis præter essentiam & relationes. Quemadmodùm igitur filium, cùm sit nomẽ relatiuum, & referatur ad patrem, veremur filium spiritus dicere, ne spiritꝰ pater eius putaretur: ita & spiritus, cùm sit nomen relatiuum, & necessariò ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur, cuius dicitur spiritus esse. Vt verò nulla cuiquam excusatio relinquatur, & clariùs appareat præpositio PER, significãs causam, sanctus Maximus in medium adeat, qui exponens quid velit
Zach. 4. a illud Zachariæ prophetæ, Aurea lampas & quod supra eam, sic dicit: Spiritus enim sanctus, quemadmodùm natura secundũ essentiam Dei & patris est, ita & filij secundũ essentiam est, tanquam ex patre essentialiter per filium ineffabiliter natũ procedens. Filij eñ est (inquit) essentialiter spiritus, non aduentitius & deforis, nec temporaliter illum accipientis: sed ab æterno essentialiter illum habentis, quemadmodùm & pater. Cuius ratio est, quòd ex patre per eum essentialiter procedit. Et attẽde, quòd vnius & eiusdem rei rationem reddentes, tam beatus Basilius quàm sanctus Maximus, videlicet cur spiritus dicitur spiritus filij, eandem vterq; reddit. Quia eñ ex patre per eũ procedit, ideo spiritum eius esse & dici asseuerant. Et quod sanctus Maximus PER EVM PROCEDERE inquit, illud beatus Basilius PER EVM MANIFESTARI dixit: significans, idem posse manifestari atq; procedere. Quòd si per eum ꝓcedere, per eum esse, & existentiam habere, significat: igitur & per eum manifestari, per eum esse, & existentiam habere, significat. Et præpositio per, causam hîc necessariò significat, nec vllo modo aliter capi potest. At Nyssenus etiam Gregorius idem plerisq; in locis ait, non solùm cùm Trinitatem causa & causato distingui asseuerat, sed etiam in primo suorum contra Eunomium librorum, de distinctione diuinarum personarũ tractans: Spiritus (inquit) patri coniunctus, secundum quod vterq; increatus est: rursus ab eo distinguitur, eo ꝙ non est pater, prout
*filio ille est: *filij verò, & secundum quod vterq; increatus est, & secundum quod vterq; ex primo principio suam substantiam habet, coniunctus, distinguitur ab eo sua proprietate, quæ est, quòd nec vt vnigenitus ex patre productus est, & quòd per ipsum filium sit manifestatus. Et cùm creatura per filium sit producta, ne quis putet aliquid cõmune esse spiritui & creaturæ, propterea quòd dicitur per filiũ manifestatus, immutabilitate & immobilitate à creatura distinguitur. Hîc cùm manifestè de diuina vniõe & distinctione sanctus doctor loquereꝰ, proponit sibi spiritum sanctũ, quem ad patrem cõparans & filium, *inuenit quę cõmunia eis & vni- *innuit
entia, quę verò propria & distinguẽtia sunt. patri ita que (inquit) coniunctus, secundum quod vterq; increatus est: ac si diceret, per absoluta & essentialia, quæ per nomẽ increati significantur: rursus ab eo distinguitur, eo quòd non est pater vt ille est. Cùm filio verò commune habens, quòd vterq; increatus: & omnia eis absoluta communia sint, cùm vna eadem ꝙ; vtriusq; essentia sit, item quòd vterq; Deum & patrem sui principiũ habet, tamẽ ab eo his duobus distinguitur. Primo, quòd non per hæneration em vt filius, sed per processionem videlicet ex patre sit: ac si diceret, per diuersum subsistẽtię modum. Secundò, quòd per ipsum filium manifestatus sit. Si igitur PER EVM, idem significaret ac, CVM EO, prout aliqui somniant: mirum esset profectò, si ideo spiritus distinguatur à filio, quia cũ eo manifestatur. vnitur enim hoc modo, nõ distinguitur: & cõiungitur, non diuiditur. Nec etiam de diuisione charismatum hîc loquitur sanctus doctor, quinimmò de diuinarum personarum distinctione. Nec quisquã habet dicere, spiritus per filium in mundo manifestationẽ, per hęc verba significari. primò nanq; cum de distinctione personarum hic sermo haberetur, quonam modo temporalem hanc manifestationẽ æternæ rei causam ponereꝰ? æternaliter eñ filius & spiritus sanctus personalibus distinguunt proprietatibus. Neq; dici potest ꝙ antequàm manifestaretur mũdo spiritus, nõ erat ab inuicèm personaliter distincti. Hoc enim absurdissimũ etiam cogitare est. Deinde cùm opera in creaturam, cõmunia Trinitati sint, non magis per filiũ, quàm per seipsum spiritus sanctus manifestatus est: quinimmò ipsum etiam filiũ spiritus glorificauit & manifestauit, & nõ minùs patrem eũdem etiam filius. Quare cum hac ratione à seipso etiam spiritus distinguetur, cùm seipsum manifestauit: itẽ & à patre: filius quoque & à seipso, & à patre, ob eandem rationem. Sed nec de his vnquam hoc dictũ est, neq; de re nobis proposita, idem dicere cõuenit. Quod autem palàm arguit, has rationes vana refugia esse, illud est, ꝙ spiritũsanctũ volens à creatura diuinus iste doctor distinguere, cùm iam attribuisset spiritui, ꝓ filium manifestari: creaturæ, per filiũ creatã fuisse: timens, ne quis propter hoc, quòd spiritus & creatura per filium esse dicantur, eiusdem etiam essentiæ spiritũ cum creatura putaret: mutabili & immutabili hęc ab inuicèm distinguit, quòd spiritus quidẽ per filium manifestetur, creatura verò per filium subsistat: hoc commune & idem vtrisq; putans, distinctionis verò alium reperiẽs modum, videlicet ꝙ ille quidẽ immutabilis, illa verò mutabilis sit. At si, cùm dicitur, spiritũ per filium manifestari, non significaretur,

quòd

quòd filius, subsistentiæ spiritus esset causa, quemadmodùm cùm dicitur, mundum per filium esse factum, (hoc enim manifestè filium significat causam esse) facilis esset spiritus à creatura distinctio. Licuisset enim dicere, quòd & si vterq; sit per filium, creatura tamẽ est ex eo tanquàm causatum, spiritus verò non tanquàm causatum. Nũc autem hoc non dixit. Quod enim sciebat nõ esse verum, dicere non erat suum: sed alium distinctio nis modum inuenit, qui ei verus visus est, & qui solus inueniri potest. Igitur
*ipsum præpositio PER, idem potest, cùm dicitur, quod spiritus per filiũ manifestatur: quod cùm dicimus, creaturam per filium esse factam. Sed creaturæ causam dicimus & credimus filiũ, & hoc significat prepositio PER.
Ioan. 1. a Igitur etiam de spiritu *ipsa PER, significat filiũ causam esse. Præterea patet, ꝙ quia hæretici per filium fuisse factum spiritumsanctum blasphemabant, eo quòd Euangelista dicit, Omnia p ipsum facta sunt: malè & impiè spiritum etiam sanctum inter omia cõnumerantes: ideo sancti doctores eos oppugnantes, & cõtra eorum impietatem his vsi verbis, de spiritu sancto per filium eum procedere, & per filium esse & manifestari dixerũt. Sed hæretici per filium sanctum fuisse spiritumsanctum dicentes, duo hæc cõcludebant. Primò, ꝙ spiritum creaturã putabant. Secundò, ꝙ filius causa eius esset. & *ipsum hoc *ipsam PER, significare. Igitur si vtrũq; falsum esset, vtrunque doctores oppugnassent, quẽadmodùm & illum à creaturis eximunt: quare nec vnquàm reperies eos vsos de spiritu hoc vocabulo, FACTVS EST, tanq̃ creaturæ appropriato: ita nec præpositione PER, vsi fuissent vnquàm: si, cùm hæretici eã putarent causam significare, ipsis nõ solùm falsum, verùm impium hoc visum esset. ita per omnia veritas ipsa sibijpsi concordat, & manifestè causam significat PER, cũ de aliquibus accipiatur. Hoc idem ex eiusdẽ doctoris ad Ablabium oratiõe probatur. Etenim cùm illic etiam de diuinarum personarum distinctione tractaret, postquàm vniuersaliter causa & causato ab inuicèm eas distinxit, deinde filium à spiritu etiam præpositione PER, distinguit. Ille quidem est (inquiẽs) immediatè à primo, filiꝰ videlicet à patre: hic verò (de spiritu dicens) per eum, qui immediatè à patre est, hoc est, per filiũ: & eo distinguitur (inquit) spiritus à filio, quia per ipsum est. Quasi diceret, quòd cùm ambo à primo sint, non sufficienter distinguerentur, nisi alter per alterũ esset. Vt manifestè PER, distinctiõem hinc significaret, & distinctionem quæ ab æterno est, quæq̃; secundum causam & causatum est, cùm anteà dixerit, causa & causato tantùm ab inuicèm diuinas personas distingui. Quod eñ infert, aliam differentiam de filio & spiritu sancto intelligi, non rectè quis putaret aliã secundum speciem. contradiceret nanque sibijpsi, si cùm anteà causa & causato tãtùm dixerit personas diuinas distingui, deinde alium modum distinctionis specie differẽtem tradidisset. Aliam igitur differentiam secũdum numerum accipientes, & rectè cũ sancto doctore sentiemus, & præpositionẽ PER, cum causa intelligemus, ita vt nulli ratio relinquatur vel pro CVM, eam accipere, (CVM enim non distinguit) vel mundo per filium manifestationem spiritus, eum significare putare. Hæc enim non est ab æterno. Quòd si verbum hoc MANIFESTARI, aliquos scandalizat, verbũ PROCEDERE, tantùm spiritus subsistentię putantes debere attribui, MANIFESTARI verò ad temporalem processionẽ, & charismatum dationem, & ad mũdi manifestationem trahentes: eorundem etiam erit, filium mundo dari, vel temporaliter mitti dicere, cùm eum audiant à patre manifestari, quod ab omnibus cõmuniter doctoribus dicitur. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum episcopum: Cùm enim quẽadmodùm pater, (ait) ita & qui ex eo manifestatur, vnigenitus filius natura sanctꝰ sit. Et rursus idem: Proprius est filij spiritus sanctus, inquit, non solùm inquantùm verbum est ex patre manifestatum, sed etiã inquantùm intelligitur homo secundum nos factus. Quòd si in his, MANIFESTARI, esse & ęternam subsistentiam, & generationem filij significat, quare non idem & de spiritu sancto significaret? Quòd autem & nolẽtes cogeret concedere idẽ significare, illud est, & quòd etiam de spiritu, & eius æterna ꝓcessione hoc idem dicitur, dicente B. Basilio de spiritu sancto: Nil aduentitium in se habet, sed æternaliter omnia habet tãquàm spiritus Dei, & ex eo manifestatus: ita omis occasio tollitur malignari cupiẽtibus. Illud etenim, quod prædictus Gregorius Nyssenus in reuelatione Neocæsareensis Gregorij, qui miraculis coruscauit, de spiritu dicit, quòd per filium manifestatus sit, addẽs videlicet hominibus, nil contra nos facit: siquidem hoc, quòd per filium manifestatus sit, significat quidem vtrunq;, etiam quòd per filium sit hominibꝰ notificatus temporaliter, & quòd per filium ęternaliter ꝓducatur: sint verò vtraq; vera, in proprijs locis accepta. Omitto nanq; dicere in præsenti, quòd per filium temporaliter hominibus manifestari, præsupponit necessariò per filium æternaliter procedere: nec per eum temporaliter manifestaretur, nisi per eum æternaliter procederet. Alter etiã Gregorius, Nazianzenus videlicet, qui à Theologia per excellentiam Theologus cognominatus est, quærens, cur & spiritus nõ nominetur filius, & an ei aliquid deficiat, vt filius sit: non ei quicquam deficere, ait: diuinitati nanq; deficit nil. Manifestationis autẽ vel relationis ad inuicèm diuersitas, diuersa

quoque eis attribuit nomina. His verbis, MANIFESTATIONIS verbũ, æternam processionem significare probans, prout etiam ex verbis Nysseni Gregorij apparuit, & eandem filij & spiritussancti ab inuicèm distinctionem tradẽs, quam & Nyssenus Gregorius. quemadmodùm enim ille, eo ꝙ nec vt vnigenitus ex patre productus est, & ꝙ per ipsum filius sit manifestatus, Spiritum à filio distinguit: ita & Nazianzenus tum manifestationis, tum relationis adinuicèm diuersitate, distinctiõem eorum ponit. Quod ille dixit, nõ vt vnigenitum esse productũ, hic manifestationis diuersitatem, hoc est, diuersum subsistentiæ modum: Quod verò Nyssenus per filium (ait) manifestari, Nazianzenus diuersitatem relationis adinuicèm nominauit. Relationem verò adinuicèm filij & spiritussancti, nescio an aliâ quisquam reperiat, præter eam, quæ secundum causam & causatum sit, secundum quam, filius quidem ad spiritum vt causa sẽ habeat: Spiritus verò econuersò ad filium, vt causatum ad causam, & ideo diuersimodè. Aut ostendat mihi quispiam aliam inter filium & spiritumsanctum relationem, secundum quam alter ad alterum refertur. Sed profectò nunquàm reperiet. Etenim si quis nobis illã opponet, ꝙ spiritus dicatur spiritus filij, primò quidẽ ista relatio & secundum ipsum Nyssenum Gregorium, & alios oẽs doctores non conuertitur. Nec enim filius dicitur etiã spiritus, nec huic ad filium spiritus relatiõi, aliqua alia filij ad spiritum correspondet relatio, nec eadem, neq; diuersa secundum actionem & passionem. Deinde ꝙ dicatur filij spiritus, nihil aliud significat, nisi quòd per filium manifestatus sit, secũdum Magnum Basilium, siue ꝙ per filium procedat secundum maximum, siue ꝙ ex filio procedat secundum Occidentales doctores. Hæc enim quatuor (vt probatũ est) æquiualent, videlicet filij spiritum dici, per filium manifestari, per filium procedi, & ex filio procedi. Hæc autem relationem adinuicèm causæ & causati significant. Quã Nazianzenus Gregorius audacter asseuerat, & diuinitatis personarum filij & spiritus distinctiuam esse, & causam, vt diuersa nomina habeat, & vnus filius, alter spiritus dicatur. Hęc autem & ipsa ratio attestatur: Diuina enim & sancta Trinitas non magis vnũ, q̃ tria est: illud essentia, hoc personis siue proprietatibus. vniuntur etenim vnà cum distinctione, & distinguuntur vnà cum vnitate, vt beatus Dionysius ait: Et quia in quibuscunque pluribus, in quibus est aliquid commune, est etiam aliquid distinctiuũ, in hac etiam diuinarum personarum Trinitate, quæ sibi in vnitate essentiæ conueniunt, quærendum est illud, quodeas distinguit: & cùm id non sit essentia, (in hac enim summè conueniunt) in diuinis autem prẽter essentiam, & relatiões, atq; diuersum processuum modum, quem Latini originẽ nominant, nil aliud intelligere sit: relinquitur, vt vel origo, vel relatio, vel vtrunq; diuinas personas distinguat. Cùm verò relatio & origo & si secundum modum intelligendi differunt, (siquidẽ origo significatur per modum actus, vt generatio: relatio verò p mnd̃um formæ, vt paternitas) re tñ non differunt, ideo vtroq; quidem modo distinguũtur diuinæ personæ, priùs tamen & principaliter secundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam cõstituuntur diuinæ personæ: consequenter autem per diuersum processuum modum, siue per originem. Non enim generare & genitum esse, quod originis est, constituit principaliter personam: sed paternitas & filiatio, siue patrem & filium esse, quod relationis est. Sed quia relatio & origo idem sunt re, & relatio cõsequitur originem, ideo vtroq; quidem modo distinguuntur diuinæ personæ, sed principaliùs relatione siue proprietatibus. Quare nõ immeritò Theologi & doctores nostri filium à spiritu distinguentes, dupliciter eos distinguunt, ab imperfectiori modo ad perfectiorem procedẽtes distinctionẽ: quæ per diuersum processuum modum fit, diuersum manifestationis modum nominantes: illam verò quæ fit per relatiões, Nyssenus quidẽ Gregorius per filium manifestari, Nazianzenus verò diuersitatẽ relationum adinuicèm appellans. Patet ergo, ꝙ hæc relationum diuersitas, relationis distinctio est, & relatiuè filius ad spiritum, & ad filiũ spiritus refertur. Et cùm filius, prout filius, non refertur ad spiritum, (non enim dicitur filius spiritus) restat vt referatur ad spiritum tanq̃ spirans, cùm spiritus etiã referatur ad filium tanq̃ spiritus. Spiritus enim spiranti, & passiua spiratio actiuæ spirationi correspondet. Spiritus verò & spiritus filij, multis in locis sacræ scripturę dicitur, & spiratio eius. Hic enim spiritus, sacer Athanasius ait, spiratio est filij. Cùm igitur ad filiũ spiritus, & tanquàm spiratio, & tanq̃ spiritus referatur, filius quoq; tanquàm spirans referetur ad spiritum. At cùm longum sit omnes allegare doctores, qui per filium, ex patre spiritum spirari dixerũt, sufficiat vnũ & vltimum in medium adducere, &, quidnam de hac ille sentiat, considerare. Ioãnes igitur Damascenus de patre loquens, ipse quidem est (ait) intellectus verbi abyssus, verbi genitor, & per verbum manifestatiui spiritus spirator. Et rursus: Spiritus verò sanctus, manifestatiua occultæ diuinitatis potentia patris, ex patre per filium procedẽs est. Certè superuacaneum est, velle, quę apertè dicta sunt, declarare. Procedẽs enim est, (inquit) quod palàm ipsum esse & subsistentiam spiritus significat, magis quàm aliquod aliud nomen, præsertim secundum Rom. 5. b

nostros, qui hoc nomen solum subsistentię spiritus appropriant. Cùm igitur per filium eum procedere dicat, per filium eum subsistentiam habere significat: & per hoc excludit Theodoriti errorem, negantis per filiũ subsistere spiritũ sanctum, ita vt nullũ nobis indè relinquatur subsidium: si Theodorito hæc coram generali Ephesino Cõcilio dicente, sacrum concilium tacuerit, qui putamus pro nobis hoc facere, quasi conciliũ tacendo verbis Theodoriti consenserit. Nã cùm Theodoritus vtrunq; negasset, nec ex filio, nec per filium subsistere spiritum sanctum asserens, ex dictis tamen horum sanctorum, & si non ambo, alterum saltem, videlicet ꝙ p filium subsistat, palàm probatũ est, cùm omnes doctores, & non minùs, qui post Theodoritum fuerunt, ex patre per filium procedere spiritumsanctum, clara voce prædicerent. Tum Ioannes Damascenus & Maximus, viri vtì doctissimi, ita etiã sanctissimi, tota item generalis septima synodus per sanctum Tharasium patriarchã Cõstantinopolitanum, credere dicentẽ in spiritumsanctum, qui ex patre per filium procedit, De⁹ quoq; ipse esse cognoscitur. Alij verò ex Deo per filium esse, videlicet spiritum ex Deo per verbum, & ex patre per filium procedere, quæ oñia idem atq; spirari significant, & esse, & subsistentiam habere. Ex quibus patet, ꝙ Theodoritus errat, quo ad alteram partem ad minus, eam videlicet, qua negat spiritum subsistere per filiũ. Patres tamen concilij tacuerunt, eo etiã hanc partem negante, ita vt eorum silentium nõ debeat nobis testimonio esse, ꝙ nec ex filio, nec per filium spiritus habeat subsistentiam. Quòd enim per filium subsistat, testãtur, qui eum per filium procedere dixerũt. Siquidem procedere, etiam secundum nostros, ipsum subsistere significat. Cùm tamẽ lõgo post Theodoritum tempore fuerint, & audiuerint quidem eum hæc dicentem, sciuerint autem sacram synodũ ad hæc tacuisse, attamen non iudicârunt eum esse sequendum. Theodorito enim & ꝙ ex filio, & quòd per filium subsistat spiritus, negante, beatus Ioannes Damascenus, quòd ex filio, ipse quoque negat: qua verò ratione, paulo pòst explicabimus. Quòd autem per filium procedat, i. subsistat, hoc vt verũ ponit. Quòd si quis illud nobis opponat, Solus pater est causa, Ioanne Damasceno authore: item ꝙ Maximus in epistola ad Marinum de Romanis ait, ꝙ scilicet non ponant filium causam spiritus esse, quæ ad hæc Latini dicũt, ego non dicam, ꝙ scilicet nec illud Damasceni oñibus in eius libris inueniatur, quodq; epistola Maximi nõ est eius, cùm nec vbiq;, nec in antiquioribus codicib⁹, nec inter opera eius inueniaẽ, quodq; nonnulli nostrorum etiam eam nõ esse suã putant: hæc (inquam) non dicam, sed concedam hæc illorum esse doctorum & verba & sententias. Dixisse tamen eos hæc ego dicam, ne quis principalem causam spiritus putet filium, quasi non à patre cœperit, vt per eum spiritus sanctus procedat. Cõmunis enim linguæ Græcorum vsus, cùm per præpositionem EX, principalem significat causam, & Damascenũ coegit, non ex filio, sed per filium dicere procedere spiritũsanctum: & Maximum, quod à Romanis dicitur ex filio procedere, idem significare sentire, ac si dicerent, per filiũ procedere. Quãquàm enim (ait) ex filio spiritumsanctum prodire Romani asserant, præpositio autem EX, principalem significet causam, nõ tamẽ ideo quia dicunt vt talem causam significẽt filium esse. Damascenus etiam, Ex filio quidem spiritus (inquit) minimè est, per filium autem conceditur. Solus nanque pater est causa talis, videlicet qualem ipsa EX, significat. Quare talem quidem causam negant filium esse: præpositionem autem PER, attribuunt filio, per quam simul eum cum patre causam siue principium spiritussancti esse *significatur. Quia enim (inquit Maximus) per eũ prodit spiritussanctus, (id est, vt alibì dicit idem doctor, quia per eum procedit) ideo à Romanis ex filio ꝓdire dicitur: & Damascenus, Ex patre per filium procedit, quæ omnia apertè filium etiam significant causam siue principiũ esse, & tale principium, qualis est pater, cùm nil imperfectũ apud filium sit, quanquàm non principalẽ, nec propriam: ob hoc enim cauentes, negãt filium causam esse. Et quia oñia, quæcunq; filius habet, à patre habet, & ad eum omnia referũtur: quemadmodùm & sanctus Basilius in octauo ad Amphilochium capitulo ait, ideo inquit Dominus ad patrem: Mea omnia tua sunt, quia ad eum principiũ creaturarum refertur. Et Naziãzenus in sermone ad Aegyptios: Deus, inquit, trib⁹ in maximis consistit: causa, creatore, & perficiente: patre videlicet, filio, & spiritusancto. Hęc autem dicebat, non quia omnino negabat, filium & spiritumsanctum esse principium siue causam creaturarum, (hoc enim impiũ est dicere) sed quia patrem solùm simpliciter & principaliter causam esse sciebat, & ab eo filium & spiritum sanctum habere, quicquid habent. Quæ ergo responsio sufficisset contra quoscunq;, qui ex his verbis doctoris, non filium, nec spiritum, sed patrẽ ponentis causam creaturarum, malignè arguere volentes, totaliter negarent filium & spiritumsanctum causam esse creaturarum: ipsa eadem illis sufficiet, qui filium nõ esse causam spiritus ponũt. Eadem enim ratione & Damascenus, cùm diceret spiritũ non esse ex filio, addidit: Solus enim pater causa est. Et Maximus, dicens de Romanis, quòd ex filio assererent spiritum prodire: Non tamen eum causam ponunt, ait, cùm scirent Locus dubius. *significant. Ioan. 17. b

quidem qualem causam significet EX: talem autē filium esse, minimè concederēt: quippe qui omnia, quę habet, à patre accipit, qui solus prima & principalis causa est, qualem ipsa EX significat, cùm ipse quidem à seipso omnia habeat, filius verò à patre. Et ideo nō prima nec principalis causa est, est tamē causa, siue principium spiritus vnum & idē cum patre, nec quisquā hoc omnino negare poterit, per eum, audiens doctores dicētes, spiritum sanctū procedere. Si enim per filium procedere, prodire, & esse, ipsi quoq; aduersarij, non valentes apertè veritati cōtradicere, concedunt idem significare, acsi diceretur per filium habere subsistentiam: hoc autem dicentes doctores, nec manifestationem spiritus ad hunc sensibilē mundum significant, nec de gratijs & donis spiritus, sed de ipsa hypostasi spiritus & eius æterna manatione & existentia loquuntur: nec ista præpositio PER, idem quod prepositio CVM (vt probauimus) significat, ad quę refugere solent aduersarij: quid aliud relinquitur, nisi vt PER, significet causam siue principium? Cùm enim per filium dicāt doctores spiritum sanctum esse, & existentiam habere, cumque ipsa PER, non possit pro CVM intelligi: suam vim exprimit vtiq;, & causam significat, cùm iam probatum sit, causam semper significare, in quibus accipitur. Quòd autem ipsa PER, nullum trium prædictorum hîc significat, & ex epistola Maximi ad Marinum prædicta, & ex ipso Damasceno palàm probatur, qui ipsam EX, mutant in PER, & de ipsa persona spiritus & eius æterna existentia loquuntur. Quātùm igitur conueniunt EX & CVM, tantùm PER & CVM, conuenire possunt, quod & per Theodoritum maximè probatur. Cùm enim ille diceret, spiritum non habere existentiā per filiū, cum filióne intelligebat? Ergo palàm mentiebatur, nec decet nos niti concilij silentio. Etenim spiritus cum filio simul est, & ex patre simul emanant. An æquiuocam hanc dictionem PER, ille putans, vt aliquando idem quod CVM, aliquādo se *ipsam PER significaret, per filium negat spiritum esse? At oportuisset vel ipsum, vel conciliū hanc æquiuocationem distinguere, & docere, de quo significato diceret, prout omnes solēt doctores: sed nec idem PER, cum filio, ille putabat posse intelligi, cùm diceretur, per filium: & per filium negans spiritum habere existētiam, causam significare, hanc præpositionem putabat. Palàm itaq; his oībus patet, se *ipsam in productis authoritatib⁹ PER, significare, & quod suū est, per se causamq; manifestè significare, & hāc Theodoritum negare, hanc cæteros sanctos doctores audacter profiteri. Sed ne rursus ad illa consueta refugia te recipias, ideo dicens per filium prodire spiritum, dictum fuisse, vt cōiunctio, connexio, & identitas substantiæ eorum significetur. Primò nanque hîc prodire, pro procedere capitur. Ipse enim idem Maximus, qui in epistola ad Marinum, PRODIRE ait: in expositione ad Zachariam, PROCEDERE inquit. idem Damascenus, idem septima synodus ait: procedere verò, subsistentiam habere significat: & per filiū procedere, per filiū subsistentiam habere proculdubiò significat. hoc autem esse nō poterit, nisi & filius subsistentiæ spiritus principium sit. Deinde, non quia nos dicimus spiritum prodire per filium, ideo aut est, aut manifestatur substantiæ identitas, (non em̄ per nos, neque per nostrum dicendi modū, diuina essentia diuinis vnitur, aut identificatur personis) sed quia est essentiæ identitas, ideo prodire dicitur, & prodit per filiū spiritus. Hoc autem Latini etiam dicunt. Quia enim eadem est essentia patri & filio, aiunt: & oīa patris filius etiam habet, præterquam quòd non sit pater: ideo etiā hoc eum habere asseuerant, quòd ex eo, vel per eum spiritus procedat. Hoc idem quoque beatus Cyrillus in quinto ad Hermiā probat, dicens: Cuiusnam proprium esse spiritum dicimus? Vtrùm solius Dei & patris? an etiam filij, an & disiunctim vtriusque & simul amborum, tāquam vnum ex patre per filium propter idētitatem essentiæ? Ad quæ respondet Hermias: Ita mihi videtur. At doctor ad eum: Rectè quidē. Propter identitatem essentiæ (inquit) patris & filij, amborum spiritus est, & ex patre procedit per filium. Quod quid aliud vult, nisi quòd propter identitatem essentiæ filij & patris, & per filium spiritus procedit, & eius spiritus est, quemadmodùm & patris? Hoc autē Latini etiam concedunt. Preterea identitas essentiæ patris cum filio & spiritu, ac filij cū patre & spiritu, tū præcipuè probatur, cùm ad inuicèm vt principium, & id quod à principio, se habeat. Inquantùm enim tales, & maximè inuicèm communicarent, & maximè ad inuicèm distinguerentur. Qui modus cùm intelligi simul possit, meritò in diuinis omnibus alijs distinguendi vel vniēdi modis præponitur. Quēadmodùm enim in illis rebus diuinis, & vnà cum vnitate distinctio, & cum distinctione summa vnitas est: ita necesse est, nos etiam talem vnionis modum illic intelligere, qui non minùs etiam distinctiōem contineat, & talem distinctionem, quæ & vnionem in se habeat: talis verò sola principij, & eius quod à principio, relatio est. Quare si quos audiamus doctores dicentes, propter consubstantialitatem dictum fuisse, per filium spiritum procedere: propter principij, & eiꝰ quod à principio, relationem eos dixisse putemus, per filium dici procedere spiritum sanctum, & ob nullam aliam rationem, cùm istam consubstantialitatem potissimùm principij, & eius quod à principio, relatio habet. Cuius

*ipsum

*ipsum

vnà cum alijs Magnus quoque Basilius testis est, in epistola ad Canonicam hæc dicens: Cùm enim pater lumen sine principio est, filius quoque lumen, sed natum, lumen tamen vterque: meritò consubstantialem eum dicent, vt naturæ identitatem significent. Non enim, quæ germana sunt, cōsubstantialia dicuntur, vt quidam putant: sed cùm causa, & quod à causa subsistentiā habet, eiusdem naturæ sint, tunc consubstantialia dicuntur. Rursus idem in sermone contra Sabellium & Arrianos, de patre dicens & filio: Non enim eos (inquit) germanos dicimus, sed patrem profitemur & filiū: idētitas autem essentiæ in eis est, quia filius ex patre. Si igitur propter consubstantialitatem dictus est per filium spiritus, causa verò & causatum, cùm eiusdem naturę sint, consubstantialia sunt, vt ait Basilius: manifestè patet, propter relatiōem causæ & causati, siue principij & eius quod à principio est, per filium procedere spiritum dictum fuisse.

¶ Authoritates doctorum, in quibus spiritus sanctus ex filio, & ex ambobus dicitur esse, prodire, & profluere: quodque nō gratia spiritus nō subsistens, sed ipsa persona spiritus dicitur prodire, profluere, emanare &c. à filio.

CAPVT VII.

SEd iam per ipsa sola manifestissimè probatum est, Orientales doctores, filium principiū spiritus esse, palàm profiteri. Probandum autem, nonnullos eorum præpositione quoque EX, non minùs vsos fuisse de filio in subsistentia spiritus. Illos itaque, quorum testimonia calumniam patiuntur, tanquam nō eorum, vel nō ita per eos edita, sanctum videlicet Athanasium, Basiliū, Gregorium Nyssenū, omittendos duxi, nec illorum authoritatibus vtendum, qui plerisq; in locis ipsam PER, probant æquiualere ipsi EX, in Theologia: hi verò quasi oīes aut maior pars sanctorū doctorum est. Cyrillum autem duntaxat & Epiphaniū producēdum duxi, qui cæteris apertiùs & magis vbique operum suorum, præpositione EX, vsi sunt: quorum quanta qualisque authoritas in Ecclesia Dei sit, certamina que eorum cōtra infideles & hæreses, nemo est quem lateat. Producam verò non omnia eorum testimonia, (nec enim facile est) sed aliqua pauca, fugiens verborum prolixitatem. Beatus itaque Cyrillus in expositione prophetæ Iohelis, supra illam authoritatē, Effundam à spiritu meo, sic ait: Inquantùm etenim Deus ex Deo secundum naturam filius est, cùm natus sit ex Deo & patre, proprius eius & in eo & ex eo spiritus est, quēadmodùm & de ipso DEO & patre intelligitur: & ex eo est, inquit, & ita ex eo, quemadmodū de ipso Deo & patre intelligitur, omne dubium quærentibus causam tollēs. Idem rursus in sermone ad Theodosium Imperatorem: Baptizantem, inquit, Iesum in igne & spiritu sancto, nō alienum baptizātis effudisse spiritum seruiliter & instrumentaliter, sed tanquam Deum secundum naturam cum authoritate summa, qui ex eo & proprius eius est. Et iterum in Thesauris: Legem igitur cùm ferat Christus, ita condit eam, tāquam in eo & ex eo sit spiritus eius. Et rursus: Nullam igitur naturæ differentiā filij & spiritus sancti Paulus nouit, sed tanquam ex eo & in eo naturaliter sit, Dominico nomine eum vocat. Et animaduerte, q̄ ideo dicit Paulum appellasse spiritum Dominū, quod filij nomē est, quia ex filio est. Causarum enim nomina, causatis solemus imponere. Item in expositione noni anathematismi: Homo factus, inquit, vnigenitus Dei filius, non minùs permansit Deus, omnia habens quæcunque & pater, preterquàm quòd non sit pater, & proprium habens, qui ex eo, & in eo insitus est spiritus sanctus. Quòd si quis rursus opponat, quæ à Theodorito in hūc anathematismum dicta sunt, primò quidem sciat, quæcunque Theodoritus cōtra Cyrillum scripsit, oīa reprobata, & anathemati tradita ab oīnibus sequentibus sanctis cōcilijs fuisse, ita vt nō deceat ex maledictis & iam reprobatis arguere. Deindè satis iam de hoc per nos dictum est, quando etsi non in vtroque, in altero tamen eum mentitum fuisse probauimus, cùm ipse quidem, quòd per filium spiritus habeat subsistentiam, negaret: nos autem testimonijs doctorum probauerimus verum esse, ita vt nō debeamus silentio sacri concilij niti, & indè arguere, quòd Theodoritus scripsisset spiritum sanctum nec ex filio, nec per filium subsistentiam habere, & cōcilium his auditis tacuerit, nec eum redarguerit, ideo tacuit, quia eum vera dixisse sciebat. Eccè etenim probatū quidem est, spiritum sanctum per filium subsistentiam habere. Synodus verò non solùm de altero, videlicet quòd non ex filio habeat subsistentiā, tacuit, sed etiam de altera parte, hoc est, quòd nec per filium procedat, quod tamē palàm falsum est. Quemadmodùm enim hoc silentio præterierit, cùm tamen falsum sit, ita etiam reliquum, videlicet quòd nec ex filio subsistentiam habeat, cùm ipsum quoque falsum sit. Hæc igitur & in superioribus diximus, & nunc illius noni anathematismi, contra quem Theodoritus scribens illa dixit, ipsius Cyrilli expositionem induximus, se ipsum & suam mentem exponentis, & contra maledicta Theodoriti replicantis. Non decet igitur, omisso illo, alium quærere verborum Cyrilli expositorem, & præsertim acerrimum eius hostem. Quare autē Cyrillus spiritum dixerat proprium filij, in nono anathematismo, quod

Idem.

Idem.

Idem.

2. Cor. 3. d

Cyrillus.

Iohe. 2. g

Theodoritus carpsit, ipse exponés, quia dicit, ex eo est, conueniens in hoc Occidentalibus patribus. Et illi enim spiritum dicunt filij, & proprium filij, tanquàm ex eo procedẽtem. Prætereà ex responsione Cyrilli ad Theodoritum, idem probare possumus, si quis sine contentione audiat. Procedit quidem (inquit) spiritus sanctus ex Deo patre secundum verba saluatoris, non tamẽ est alienus à filio: omnia nanque cum patre habet. Et hoc ipsemet docuit, dicens
Ioan.17.b de spiritu sancto: Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: ideo dixi vobis, EX meo accipiet, & annunciabit vobis. Nam & si à patre (inquit) procedere spiritum sanctũ saluator dixit, non minùs tamen est etiam filij. Est autem filij, quemadmodùm & patris. Superiùs nanque dixit: Erat nanque & est spiritus eius, sicuti & patris: & nõ magis patris, minùs filij, sed similiter amborum. HOC verò nil aliud est, nisi quemadmodùm est spiritus patris, tanquam ex eo procedẽs, ita scilicet etiam filij est, tanquam ex eo & per eum procedẽs. Et hoc significat cùm in testimonium huius rei accipiat, quòd filius omnia habeat quæ & pater, & addat, quòd hoc de spiritu dixerat Dominus. Postremò idem probat per illam authoritatem, quòd ex eo, id est, filio accipiat spiritus. HOC enim & sanctus Epiphanius, (vt paulò pòst ostendetur) pro eo quòd ex eo procedat, accipit.
Cyrillus. Ipse quoque beatus Cyrillus in expositione super Ioannem, ipsam authoritatem exponens, sic inquit: Accipere enim spiritum dicimus ex patre & filio ea, quæ illorũ sunt, non tanquam aliquando quidem non habentem insitam in eis sapientiam & potentiam. Cùm autem intelligatur habere tunc vix habẽtem, semper etenim sapiens & potens est spiritus: immò verò ipsa sapientia & potentia est, nõ participatione, sed naturaliter. Si igitur id quod spiritus ex filio accipit, sapientia & potentia est, hęc verò non aliquando quidem habet, aliquando verò non: semper nanq; talis est, natura, nõ participatione, semperque à filio accipit, quæ cùm non habeat participatione, natura eius sunt: quod hinc colligitur, quis ignorat? Et meritò hæc beatꝰ dicit Cyrillus, qui in plerisque alijs locis manifestè ex filio, sicuti ex patre, procedere dicit spiritum sanctum. In epistola nanque ad Nestorium: Et si est, inquit, spiritus in propria hypostasi, prout spiritus est, non filius, non est tamen ab eo alienus, profluit autem ex eo, sicuti & ex Deo & patre. Ne quis autem hoc verbum PROFLVERE, de secunda & temporali processione putet hîc fuisse dictum: primò quidem sciat, quòd nõ est hîc sermo de distributione donorum & charismatum spiritus, sed de ipsa eius hypostasi: Deinde hoc PROFLVERE, semper reperies apud hunc doctorem pro PROCEDERE, accipi.

Etenim tum in expositione symboli, profluit quidem, inquit, hoc est, procedit: tum in sexto ad Hermiam, & spiritum quidem veritatis eum nominat, profluere autem ex ipso asserit patre: tum etiam plerisque alijs in locis idem dicit. Illud quoque quod dicit, sicuti ex Deo & patre, nõ superfluit. Nil enim ille superuacaneum, sed omnia cum magno pondere dicit. & ita vult, spiritum esse filij, prout est patris: & ita profluere, prodire, & emanare à filio, prout à patre, & nullo modo aliter. Ideo in sermone ad Theodosium Imperatorem, de hoc loquens, & volens probare ita esse filij spiritum, prout patris: & ita ex filio nobis emanare eũ, prout ex patre: Non ex mensura (inquit secun- Ioan.3.d
dum Ioannem) dat spiritum filius, sed ipse eum ex seipso emittit, quemadmodùm & ipse pater. Quare beatus Paulus, omi in hoc differentia postposita, nunc quidem Deo & patri illum attribuit, nunc rursus filio. Infert deinde Pauli verba, quibus æquè filij Rom. 8. b
esse spiritus, sicuti & patris, probatur. Nulla 2. Cor. 3. d
enim differentia est, filij spiritum, vel patris Galat. 4. a
dici. omnem enim in hoc differentiã Pau- Phil. 1. c
lus postponit. At patris dicitur spiritus, tanquàm ex eo procedens: ergo eodem modo filij quoque dicitur spiritus. Prætereà in superioribus satìs differuimus, quomodò dicitur spiritus filij secundum doctores. secũdum enim Basilium, tanquàm per filiũ manifestatus: secundum Maximum, tanq̃ ex filio procedens: secundum patres Occidẽtales, tanquàm ex filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixisset, spiritum filij esse & filij proprium, q̃ alij idem cum eo sapientes doctores dixerunt, tãquàm ex filio scilicet, siue per filium, procedentem. Nil enim interest, EX FILIO, vel PER FILIVM dicere. Etenim ipse quoque nunc ponit EX, nunc eam mutat in PER, tanquàm ambę verè dici possint. Vndè in eis, quæ ad Palladiũ in forma dialogi scribit: Mutabilis verò minimè, inquit, est spiritus. Nam si mutabilitati subiaceret, ipsi diuinæ naturæ iste defectus asscriberetur. Siquidem Dei & patris, necnõ & filij est, qui essentialiter ex vtroq;, scilicet ex patre per filium, profluit spiritus. Item in quinto ad Hermiam, reddens causam, cur spiritus, filij dicatur spiritus: Cuiusnam, inquit, proprium dicimus esse spiritũ Cyrillus.
sanctũ? Vtrùm solius Dei & patris? An etiã filij? An & disiunctim vtriusq; & simul amborum, tanquàm vnum ex patre per filium propter identitatẽ essentiæ? Proprium itaq; filij ipse quoque spiritum dicit, quia per filium est. Per filium autem est propter identitatem essentiæ, patris videlicet & filij. At propter eandem ipsam, omnia etiàm patris sunt filij, præterquàm quòd nõ sit pater. Ita sibijpsi per omnia consona dicit sanctus hic doctor. Vnum etenim & eundem spiritum ex patre per filium esse, vna & eadem spiratione

ratione siue processione: & ideo illum eorum proprium ait esse, quia ex patre per filium est, hoc autem propter identitatem essentiæ. Vt autẽ clariùs omnis eorum arguatur calumnia, qui cõtra sanam doctoris sententiam, autumant eum ex filio dixisse dona spiritus mitti, non ipsam eius hypostasim siue personam, ipse rursus adsit, hanc falsam eorum arguens opinionem, & seipsum exponens, quidnã sit, quod ait, per filium siue ex filio profluere, prodire, emanare, scaturire: & simpliciter quòd in sanctificationẽ in hunc mũdum ab eo mittitur. Ait etenim
Idem. in septimo ad Hermiam: Inhabitantem eũ sibi & insitum quis haberet eum, qui natura & verè Deus est, (de filio dicens) cùm spiritum accipiat, qui non alienus & essentia disiunctus ab eo est, sed qui ex eo, & in eo, & eius proprius est, & æquè atquè ille, Dominus est? Et post pauca: Misit autem nobis è cælo paracletum, per quem & in quo nobiscum est, & in nobis inhabitat: non alienum in nobis affluẽs, sed qui essentiæ suæ & patris sui proprius est spiritus. Quòd autem hæc de substantia spiritus, non charismatibus non subsistentibus, ait, omnibus patet.
Idem. Idem rursus in eodem: Qui verò nobis diuinam insculpsit imaginem, & similitudinẽ cuiusdam sigilli, supremam nobis pulchritudinem imponit, nónne spiritus est? Ita, inquit Hermias: Non tamen vt Deus, verùm vt diuinæ gratiæ minister. Et Cyrillus: Non igitur ipse spiritus nobis, sed eius per eum gratia nobis imprimitur. Hermias: Ita videIdem. tur. Cyrillus: Ergo necessarium esset, imaginem gratiæ, non Dei, vocatum fuisse hominem. Post hæc cõsequenter per omnia probans, quòd hypostasis siue persona spiritus, ipse scilicet vnus in TRINITATE, DEUS erat, qui diuinam nobis in prima hominis plasmatione impressit imaginem, non gratia non subsistens: secundam item plasmatis reparationem, per salutarẽ discipulis insufflationẽ factam, per eundem spiritum sanctum factam fuisse ponit. Dicebat etenim: Quo, anteaq̃ esset, modo factus fuerit homo, per sanctũ videlicet spiritum hypostaticum Deum, eodem rursus, deperdita sanctificatione, eum reparari. Si enim (inquit) gratia spiritus ab eius substantia disiuncta esset, cur beatus quidem Moses, homine ad esse producto, Gen. 2. b
non dixerat: Sufflauit creator omnium gratiam per spiritum vitę? Christus verò nobis: Ioan. 20.
Accipite gratiam per * mysterium spiritus? fo. * ministerium
Sed illic quidem dictũ est, spiritus vitæ (vita etenim, veræ diuinitatis natura est) hîc verò per saluatorem spiritus sanctus, ipsum proculdubiò spiritum credentium animabus emittentem. Hæc aperta sunt rei propositæ testimonia. Apertiùs tamen in sequentibus dirimit illã opinionẽ, qua quidam putant, non subsistẽtem nobis gratiam mitti, & per eam nos sanctificari. Ait etenim: Templa verò
Idem.

Dei, necnon dij, & vocamur & sumus. Quã de causa quæras ab aduersarijs: si gratia par- 1. Cor. 3.
ticipamus nuda & non subsistente? At non & 6. b
ita se veritas habet. Templa nanq; existẽtis Psal. 81.
& subsistẽtis spiritus sumus. Sed ex eis quidem, quę ad Hermiã scribit, cùm multa sunt, (quę qui volet, illinc sibi eliget) hęc sola sufficiant, cùm apertè probent illud, quod nobis propositũ erat. Ex plurimis autẽ, quæ in expositione super Ioannẽ idem doctor elegãtissimè dixit: illud nos adducemꝰ solùm, quod super illã authoritatẽ dicit: Qui nõ ex Ioan. 1. b
sanguinibus, &c. Ait enim: Si Deus ex Deo secundum naturã est spiritus: quo & per fidẽ in Christo participamus, dij nos etiam efficimur, tanquam iam in nobis ipsis habentes Deum, secundum illud: Inhabitabo & inam 2. Cor. 6. d
bulabo in eis. Quo nanq; modo tẽpla DEI essemus, nisi spiritus natura Deus esset? Sed beatissimus quidẽ Cyrillus hæc & his similia dicit. audiendũ autẽ etiam alios, quid de eadem re dicant. Magnus itaq; Basilius cõsona prædicto doctori dicens, tum spiritum homini à principio sufflatũ, tum à saluatore discipulis datum, ipsam hypostasim spiritus fuisse asserat contra Eunomium, in capitulo cui titulus, Quòd spiritus diuina natura est: Spiritus nanque, inquiens, viuenti verbo ad creandum adiunctus, viuens potentia diuina natura, ineffabilis ex ore ineffabili manifestata, ineffabiliter per sufflationem ad hominem missa, & secundum corporalem à Christo mõstratam figuram rursus ab eo per sufflationem reddita: conuenire nanque decet creationi nouam reparationem. Conuenientiam autem figurauit, sufflans, qui non est alius præter illum, quia à principio sufflauit, sed idem, per quẽ Deus sufflauit, tum quidem cum anima, nunc verò in animam. Ita hic quoque doctor ipsum eundem spiritum ait emisisse discipulis Iesum, qui ipsi & patri tanquam creator connumeratus & coniunctus est. Hoc autem patet, quòd ipsa hypostasis spiritus est. Igit ipsa hypostasis spiritus & primã plasmationem hominis per illam diuinam sufflationem creauit, & discipulis postea data est, & per eos credentibus. Et hæc est, quæ à patre per filium, & ex filio profluit & emanat, quemadmodùm etiam Nicena prima synodus in quodam loco de spiritu dicit, Quòd procedit quidem à patre, proprius autem filij est, & ex eo emanat. Ipsum enim eũdem, qui ex patre procedit, ex filio emanare aiunt for. * quid
ij patres. Et * quod dico, patres, ipse saluator dicta istorum omnium approbãs, illum dico fratres?
eundem pollicetur se discipulis missurum, qui à patre procedit, & non esse alium, qui à patre procedit, alium quem ipse mittet.

Cùm venerit (inquit) paracletus, quem Ioan. 15. d
ego mittam vobis, spiritus veritatis, qui à patre procedit. Hoc enim ipsi quoque Grammatici hoc modo construerent:

Cùm venerit ſpiritus, qui à patre procedit, quem ego mittam vobis: vt manifeſtum ſit, ipſum, id eſt, filium miſſurum, quod & à patre procedit. Si igitur perſona ſpiritus à patre procedit, eadem etiam à filio mittitur. Quòd ſi gratiam filius non ſubſiſtentē mittit, à patre etiam non perſona, ſed gratia procedit. Sed hoc cùm ſtultum, tum impium eſt dicere. Cùm enim de vno & eodem ſubiecto, videlicet ſpiritus, duo quædam prædicantur, procedere ſcilicet & mitti, eodem modo accipiendum ſubiectum de vtroque prædicato. Si igitur hypoſtaſim ſpiritus procedere intelligimus, eandem etiam mitti intelligere debemus. aliter enim dicere abſq; ratione, nullam probationem adducendo, & procedere quidem, hypoſtaſi ſpiritus attribuere: mitti verò, gratiæ non ſubſiſtenti, hoc ridiculū, irrationabile, & voluntarium eſt, & quod nullus concedet. mittitur igitur ex filio ipſa ſpiritus hypoſtaſis, quæ & à patre procedit, quemadmodùm ab ipſis Euāgelij verbis, & à doctoribus probatum eſt. Quare ſi mitti, ſi emanare, ſi prodire, ſi profluere, ſi ſcaturire, ſi oriri ſpiritum à filio audiamus, diuinam eius hypoſtaſim intelligere neceſſe eſt: diuinam autem ſpiritus hypoſtaſim ex filio profluere, vel emanare, & reliqua, quonam alio modo poſſibile eſt, niſi filius cauſa ſiue principium ipſius ſubſiſtentiæ ſpiritus ſit? Sed ea, quæ Cyrillus de proceſſione ipſius perſonæ ſpirituſſancti ex patre & filio dicit, hæc & his ſimilia ſunt.

Epiphanius. Cæterùm audiamus ſanctum Epiphanium, in eius angyroto ſermone ita dicentem: Spiritus ſanctus ex patre & filio, tertius nominatione. & rurſus: Vterque habitat in iuſto homine, Chriſtus & ſpiritus eius. Quòd ſi Chriſtus ex patre creditur Deus ex Deo,

Ioan. 16. b ſpiritus quoq; ex ipſo, vel ex vtroq;, quemadmodùm ait CHRISTVS, qui ex patre procedit, & hic ex meo accipiet. Et patet, quòd hic doctor non de diſtributione chariſmatum, de diuinis autem perſonis & ſubſiſtentia eorum loquitur. in teſtimonium verò & probationem, quòd ſpiritus ex filio quoque procedit, illam authoritatem adducit: Ex meo accipiet, docens, vt cùm audiamus in Euangelijs Dominum dicentem de ſpiritu, quòd ex eo accipiet, ita intelligamus, acſi diceret, ex eo procedere ſpiritum ſanctum. Idem in eiſdem: Sed dicet quiſpiam, Ergo duos filios eſſe dicimus? Et quo modo eſt vnigenitus? At quiſnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim filium nominat, qui ex patre eſt, ſpiritum verò ſanctum, qui ex vtroque, & cætera. Et iterum: Spiritus ſanctus, ſpiritus veritatis eſt, tertium lumen à patre & filio. Et rurſus: Quemadmodùm enim nemo nouit patrem niſi filius, nec fi-

Matt. 11. d lium niſi pater: ita dicere audeo, nec ſpiritum niſi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. (ſed aduerte, quòd in ſuperioribus accipere pro procedere poſuit) neque filium & patrem, niſi ſpiritus ſanctus, qui verè glorificat, qui omnia docet, qui ex patre & filio. Quid his apertiùs, quid clariùs dici poteſt? Nónne palàm iſti doctores filium quoque cauſam ſiue principium ſpiritus ponunt? Nónne docent ex eo quoq; ipſum procedere? Quid igitur? Claudemúsne aures noſtras his authoritatib⁹, & teſtimonijs ſanctorum tam multis, tam apertis, tam diuinis, tam conſonis inuicē & veritati, & obſtinato corde contra hæc cōtendemus? At hoc non ſapientum, nō bonorum hominū proprium eſt, & eorum, qui diſpenſatores verbi & myſteriorum Chriſti & eſſe, & videri velint.

Quòd etiam Occidentales doctores idem apertè dicunt, quod Orientales, prout ex eorum authoritatibus nobis per Latinos datis, clarè apparet intuentibus. Cap. VIII.

EGo quidem paucis, quoàd potui, multis omiſſis, quod pollicitus ſum, perfeciſſe puto. Probaui nanq; ſufficienter, nullo doctorum Occidentalium vſus, ipſos ſcilicet patres noſtros & doctores Orientales, filium quoque cauſam ſiue principium eſſe ſpiritus, ſenſiſſe, & per omnia inuicem conuenientes & concordes, & partim ex patre per filium, partim ex patre & filio procedere ſpiritum ſanctum, & ſapere & docere. Veſtrum autem eſt, vt eis doctoribus, & quidē rectis, Latinis & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię vniamini, cùm eadem, quę & patres & doctores noſtri, crediderint. Neque putetis aut ipſos, aut patres eorum & noſtros, Occidentales videlicet ſanctos, contraria Orientalibus patribus dixiſſe. Minimè, minimè ita eſt. Et appoſuiſſem vobis authoritates & teſtimonia etiam illorum ad perſuadendum vobis, & eorum cum Orientalibus concordiam probādam, niſi vos omnes ſcirem & ſciuiſſe, & audiuiſſe eas, cùm Latini produxerint. Ad hæc cùm oratio noſtra prolixior fuerit, nō ſunt alia addenda. Prætereà licebit cuiq;, cùm voluerit, eas & videre & legere, cùm ſint apud nos à Latinis datæ. Hoc autem ſolùm ad veſtram reducendum memoriam putaui, quòd omnes patres Occidentales, Hilarius, Hieronymus, Damaſus, Auguſtinus, Ambroſius, magnus Leo, Gregori⁹, & cæteri multi, quàm clarè, quàm apertè vna mente, vna voce vbique operum ſuorum, non vno aut duobus membris & articulis, ſed pluribus verbis, plixis ſermonibus & probationibus ex patre & filio procedere ſpiritum ſanctū affirmant, & ita ex filio, ſicut ex patre, & principium ſpiritus filiū eſſe, ſicut ipſe pater, & vnum & idē eius principium eſſe patrem & filium ſimul, non duo principia: quæ omnia mente voluentes, & Orientalium doctorum dictis cōparantes, qui ex patre per filium, & ex patre & filio proce-

procedere dicunt ſpiritum ſanctum, item ex filio & ex vtroque eſſe, neceſſariò eos concordes inuicem reperiemus, & eadē de eodem ſentientes in omnibus. Et ſuperiores enim rationes, quas de cōcordia & quidem neceſſaria doctorum adduximus, cogunt nos credere eos conſentientes inuicèm, & eadem de hac diuina proceſſione ſpirituſſancti ſentientes, quemadmodùm etiam de alijs dogmatibus fidei. Et nunc ipſi Orientales per ſeipſos eadem cum Occidentalibus dicere ſatìs probati ſunt, vt nemo negare poſſit ampliùs eorum ſummam concordiam. Atqui etſi nullo modo patres Orientales attribuerent filio, eſſe principium ſpiritus, cùm tamen nullibì aliquis neget expreſsè proceſſionem ſpiritus ex filio, nemo

f. 4 eſt qui * eſſe, qui auderet eos dicere Occidentalibus patribus dixiſſe contraria. Nunc verò cùm non ſolùm non negent, ſed apertiſſimè etiam dicant, per filium & ex filio procedere ſpiritum, audebimúsne dicere, non eos conuenire & concordare cum Occidentalibus? At nemo nos commendabit, immò verò nemo eſt, quin nos audaciæ, temeritatis, ſtultitiæ accuſet. Scire autem hoc etiam debetis, quòd aut nullo modo acceptanda ſunt, quæ reperiuntur opera ſanctorum doctorum Occidentalium: aut ſi hæc acceptabimus, vt faciendum eſt, oportet etiam, quæ de hoc articulo dicunt, & acceptare & credere. Tam enim multis in locis operum eorum, immò verò in omnibus ſparſa ſunt: tantaque & talis eſt continuatio & ſequentia præcedentium ad ea quæ ſequuntur, vt non poſſit aliquis de his aliquid ſuſpicari. Si quis enim hanc concluſionem, & rationes eam probantes, ex operibus eorum adimat, nil ampliùs reſtat, nec ſenſum aliquem reddunt, quæ remanent: ita connexa, ita cōglutinata & coniuncta cætera omnia cum hoc dogmate ſunt.

Epilogatio & repetitio prædictorum, & ſolutio friuolæ reſponſionis, qua quidam ad authoritates Occidentalium reſpondent, & exhortatio ad vnionem. Cap. IX.

SEd de dogmate quidem, quæ breuiter dicenda erāt, dicta ſunt, nec quicquam vlteriùs addendum eſt. Rogo autem, poſco, peto, & ſupplex oro vos omnes, patres optimi, ſacer conuentus, animarum paſtores, duces cæcorum, eruditores inſipientium, vt his omnibus conſideratis, & benè penſatis, illam feratis ſententiam, quæ tantæ rei conuenit, quæq; perpetuam vobis famam, gloriam & ſalutem pariat. Repetatis enim memoria primò, quòd non erit nobis decæterò excuſatio eadem, quæ priùs, cur à talibus fratribus diuidamur, & hoſtes velimus eſſe Latinis tam multis, tam ſapientibus, tam doctis omni virtute prędītis, nō ſolùm illa quę animum ornat, ſed etiam ea quæ ad corpus & temporales res attinet: quodq; quemadmodùm ante generale concilium congregatū facilior noſtra excuſatio erat, ita poſt hoc grauis noſtra excuſatio erit, ſi non habuerimus dicere cauſam tali diuiſione dignam. Deinde non fugiant vos, quæ de neceſſaria doctorum cōcordia dicta ſunt, nec aliter nos dicere poſſe, dum Chriſtiani eſſe, & principia fidei ſaluare velimus: quodque patres Occidentales apertiſſimè, ex patre & filio ſpiritum ſanctum procedere, aſſeuerant, & filium eſſe eius principium, prout patet: Orientales quoque hoc idem dicere, partim ex patre per filium, partim ex patre & filio, & ex vtroque procedere, & ex filio eſſe ipſum dicentes, cumque hæc dicant, Occidentalibus conuenire, & eadem non ſolùm ſententia, verumetiam verbis dicere, tanquam vno & eodem ſpiritu eos illuminante locuti. Demum, quam ſolam nobis ad ea quæ Latini dicunt, relictam reſpōſionem video, cùm ipſi quoque nullam eſſe iudicaueritis, immò verò rem puerilem & omnino ridiculam, conſulamus nobiſipſis, quæ vtilia ſunt, & vniri Latinis conemur, ſi ea quæ placita ſunt DEO, facere velimus. Aut enim non acceptandi ſunt ſancti doctores, nec dictis eorum acquieſcendum: aut acceptandi quidem, & acquieſcendum dictis eorum, non tamen omnibus, cùm ipſi quoque tanquam homines, in quibuſdam errare potuerint: aut quod reliquum & tertium eſt, nec in aliquem inciderunt errorē, & cunctis eorum verbis acquieſcendum. Hæc tum, quæ Latini produxerunt, tanquā illorum ſanctorum teſtimonia, non ex eorum mente procedunt, nec eorum ſentētiæ ſunt, ſed Latinorum horum fictiones, additiones, & appoſitiones, manu menteq; aliena libris ſanctorum inſcripta. At primorum duorum neutrum certè ſcio, nec vos approbatis, niſi quis omnia fidei noſtræ fundamenta, Eccleſię myſteria, omnem veritatem euertere velit: reliquū verò & tertium, manifeſta ſtultitia, apertiſſima ignauia eſt, ſi tot libros, tot eorum opera doctorum, tot eorum labores, tot volumina, præſertim antiquiſſima manu, nonnulla eorum cōſcripta, & per totum orbem terrārum ſparſa & multiplicata, per ipſum itē ſequentiū ad præcedentia cōnexum & cōuenientiam, ipſam veritatem luce clariùs oſtendentia, temerario auſu corrupta, mutata, & ſuperaddita eſſe dicemus, maximè cùm videmus ipſos quoq; noſtros etiā antiquiores, & qui in ipſis principijs huius acerrimi diſſidij fuerunt, faciētes quidē mentionē authoritatum doctorū Occidentalium, nil tamē contra eas habentes, quod dicerēt ratione dignū. Quo fit, vt nullo modo quis eas putare debeat corruptas fuiſſe, ſiquidē in ipſo etiā contentionis principio eodē modo inſcriptum libris erat

potiſſi-

potiſſimùm, cùm nec extent apud nos alia eorum doctorum antiqua volumina lingua Latina ſcripta, ad quæ, facta comparatione, poſſemus deprehendere eorum corruptionem. Quæ omnia cùm animaduertamus & mente repetamus, non eligamus quę peiora ſunt, nec cõtra noſipſos ſentẽtiam feramus, nolimus nec noſipſos, nec nationem noſtrã prodere, primò quidẽ auertentes à veritate, & oculos, ne videant lumẽ, claudẽtes: deinde ipſimet ꝓpria ſponte cõtra noſipſos oñe genus malorum accumulãtes, & multipliciter totã noſtram nationẽ offendentes. Quis enim ignorat, quę etiam temporalia mala ex hac diuiſione nos ſecutura ſunt? q̃ infortunia? quodq̃; cõmunẽ hoſtẽ & inimicum nobis Turcarũ principẽ robuſtioreẽ cõtra nos ipſos efficiemus? in periculoq̃; ſunt, vt oĩnò ferè pereant, quicunq; ritũ noſtrũ ſequũtur Chriſtiani, nomẽq̃; Chriſti illic totaliter deleatur. Et enumeraſſem, & deploraſſem oẽs particulariùs, quę futurę ſunt nationi noſtrę calamitates, quę cunctis noſtris hominibus, qui in inſulis, qui vbiq; terrarũ, qui Orientem, qui Septentrionẽ, qui Occidentẽ inhabitãt, nobiſcũq̃; in ritu cõueniunt, nõ dico ſolũ, quę ad corporalia, resq̃; tẽporales attinent, (nõ enim tanti eſſent extimãdæ) verumetiam quę ad animã & integritatẽ fidei pertinent, cũ oẽs ſimpliciter, aut maior eorũ pars, partim ſpõtè, partim vi, periclitent aberrare à fide, relinquere Deũ, & erroribꝰ infidelium conſentire. Narraſſem hæc (inquã) omnia, niſi vos alloquerer, qui oñia meliùs me noſtis. Quis eñ neſcit, ꝙ ſolũ nobis relictũ refugium erat Latinorũ amicitia & vnio cum eis futura, hac re ſperantibꝰ & noſipſos tueri poſſe, & hoſtes deuincere, quodq̃; hoc ſolũ hoſtẽ deterrebat, & eius cõtra nos furorẽ refrenabat? qua re ſi nunc priuabimur, quò fugiemus? qnã noſtræ calamitatis finis erit? quis malorũ exitus? ET ſi errare quidem Latinos, & à veritate auertere deprehendiſſemus, nec ipſe ꝓfectò vobis cõſuluiſſem, eis ita ſe habentibus vniri, tẽporaliũ amiſſione deterritos, & maioris p̃ſentia, q̃ futura, corporum, q̃ animarũ liberationẽ facere hortatus fuiſſem: immò verò & ipſe oĩa quæcũq; acerba potiùs ſuſtinuiſſem, & vobis, vt paſſi fuiſſetis, conſuluiſſem, q̃ cum eis vniri nõ rectè ſapientibus. Nunc verò timendũ eſt, & quidẽ vehemẽter, ne corporis quoq; exitiũ vnà cũ animi interitu etiã eligamus: ſi quidem quæ vera, quę pia ſunt, & nil erroneum Latinis ſapientibus, quemadmodùm patres eorum & noſtri, Occidentales videlicet doctores, ac Orientalibus cõmunibꝰ patribus eadem & cõſentanea dicentibꝰ, nos proprio noſtro malo abſq; vlla ratione ab eis diuidi vellemus. Quod eñ ipſi Occidẽtales patres ſequuntur, vos quoq; dicetis. Quòd aũt illi eadẽ cum Oriẽtalibꝰ ſapiant, hac in oratione breuiter & ſufficienter ꝓbatũ eſt, ita vt omnibus manifeſtum ſit, Latinos oẽs tum Occidentales, tum Orientales patres ſequi: communes vtriſq; doctores & patres ſunt. Qua igitur ratione à talibus viris diſſidebimus? Quam excuſationẽ afferre poterimus, cur eis cõuenire nolimus? Quæ nobis relinquetur apud Deum reſponſio, quare à fratribus diuiſi fuerimus, quos vt vniret, & ad vnum ouile redigeret, ipſe deſcendit de cælis, incarnatus, & crucifixus eſt? Quæ noſtra defenſio erit apud poſteros noſtros? immò verò apud præſentes hoĩes noſtros? Neſcio enim, an aliqua noſtra poſteritas erit de tam magna, tam graui calamitate, tot periculis, quę eis inferimus. Non patiamur hęc, patres optimi. Non habeamus hãc ſententiam, nõ ita malè nobis conſulamus & noſtris. Nolimus lupi pro paſtoribus illis fieri, qui ad nos reſpiciunt: Non eos prodamus hoſtibus, in animarum & corporum ſimul interitũ. Ego enim (& ſint mihi hæc verba in perpetuũ teſtimonium toti nationi, cunctisq̃; Chriſtianis) nunquã huius ſententiæ ero, nec vnquã prodã corpora, animas, fidem, ciuitates, patrum ſepulchra, libertatem, & omnia ſimul, quę omnia inuenio ſecutura ſchiſma, & noſtrã à Latinis abſq; aliqua ratione diuiſionẽ. Quænã digna cauſa eſt, ob quam tot & tam horrenda eligamus pericula? Oro autem & rogo, vt etiam vos vel omnes, vel maior pars veſtrum, eadẽ quæ ego, de his rebus ſentiat, & benè cõmuni vtilitati conſulat. Quod ſi noluerit is, ego quidem ſummum Deum, & vos omnes præſentes, & cunctos poſteros noſtros teſtor, quòd ſine paſſiõe & fraude, quę vera, quę iuſta, quę vtilia, quę cõducentia nobis & noſtræ ſaluti mihi viſa ſunt, à principio vſq; ad hunc diem nõ ceſſaui dicere, nõ omiſi conſulere, nec timore deterritus) ne quis me Latinis affectũ putet tacui, nec propriam ſecuritatem cõmuni vtilitati præpoſui: ſed me & mea omnia Deo cõmendans, & eius diuinæ volũtati ſubijciens, qui totam mihi vitam ab ineunte ætate meliùs, quàm optaſſem, direxit atq; rexit, commune bonum mihi, vt finem, propoſui: & ad hoc ſolùm reſpiciens, & feci & dixi, quæcũque vel feci vel dixi, ſimul & fidei veritatem, quoad potui, & corporalem ſalutem vt noſtri adipiſcantur, conatus. Vos verò, cùm libera ſit vobis voluntas, quodcunque agendum videatur, id agatis. Vincãt autem nutu diuino etiam apud vos, quę meliora & ſaniora ſunt. Quòd ſi (quod abſit) peior ſententia ſuperabit, hoc tamen omne genus humanum, omnis ætas, omnis ordo atq; cõditio ſciat, (proteſtandum enim rurſus eſt) ꝙ innocens ego ſum ab hoc malo, hoc acerbo ſchiſmate: nec huiꝰ vnq̃ ſentẽtiæ fui, nec ſum, præter omnẽ rationẽ à Latinis diuidi. Nec enim mihi perſuadeo, nõ rectè & verè de fide eos ſapere, & eadẽ, quæ ſanctos doctores, tum Orientales, tũ Occidentales, nõ credere

Beſſarionis excuſatio.

credere eos. Nec ignoro, quæ hinc nos & noſtram rempub. ſequentur periẽula, quæ calamitates, quæ excidia. Sed præuidi, prædixi, & ne fiant, quoad potui, prouidi. quod ſi proficere non potui, non *mei dicentis, ſed audientium culpa eſt.

for. *mea

Beſſarionis eiuſdem declaratio aliquorum, quæ in dicta oratione dogmatica continentur, quæ Græcis notiſſima, Latinis ignota ſunt.

NOtandum primò, quòd ſancti doctores Orientales etiam in diuinis vtuntur nomine CAVSAE & CAVSATI, largo modo. Non quidẽ, vt limitationẽ & dependentiam importat, ſed prout ꝓductionẽ & emanationẽ à principio, eiꝰ quod eſt à principio, ſignificat: & ideo me etiã ad Græcos loquẽtẽ, his noĩbus vſum fuiſſe. Cæterùm, quia ad quaſdam oppoſitiones Græcorũ reſpondeo breuiter, tamen non declaratis primò eorum oppoſitionibus, ſed ad tacitam quæſtionem reſpondens, eo quia ad Græcos loquebar, quibus illa nota erant: ſciendum, ꝙ cùm doctores dicãt ſpiritum ſanctum ex patre per filium procedere, vel ꝓfluere, & cætera ſimilia: & ex hoc appareat, filium quoq; ſpiritus principium eſſe, quod contra eos facit: his quatuor euaſionibus hanc veritatem euadere conantur. Primò nanque, cùm rariſſimè dicant doctores, ſpiritum ſanctum ex patre per filium procedere, ſæpiſſimè verò mitti, profluere, prodire, emanare, ſcaturire, oriri, & huiuſmodi: fecerunt ſibi hanc voluntariam diſtinctionem, quòd videlicet verbum PROCEDERE, duntaxat ſignificaret hypoſtaticam & perſonalem ſpirituſſancti emanationem: cætera verò vocabula, charismatum & donorum eiuſdem in nos diſtributionem, & temporalem in mundum eius miſſionem, quam etiam per filium fieri concedunt. Secundò dicunt, quòd ideo dicitur ex patre per filium, non quia filius eſt principium ſpirituſſancti, ſed quia pater & filius ſunt nomina relatiua: (alterum verò relatiuorum non poteſt dici, quin intelligatur alterum) ideo dicendo EX PATRE, neceſſe eſt, etiam filium nominare, propter vim ipſius relationis. Tertiò, conſubſtantialitatem patris & filij cauſam eſſe aiunt, vt ex patre per filium ſpiritus eſſe dicatur. Cùm eñ eiuſdem ſubſtãtiæ ſint pater & filius, neceſſariò, cùm dicitur, ex patre: oportet, quòd dicatur etiã, ex filio. Quartò, quia nonnunquàm, rariſſimè tamen & apud poetas, quibus ob anguſtiam metri licet metaphoricè & abuſiuè vocabulis vti, præpoſitionẽ PER, aliquandò repererunt idẽ ſignificare, quod præpoſitio CVM: dicunt, ſpiritum ſanctum ideo dici ex patre per filium ꝓcedere, quia ex patre cum filio ſimul procedit: & his modis omnes illas authoritates exponunt, ſiue peruertunt. Hæc nos ex ipſamet authoritatum ſententia, & rationibus veriſſimis confutauimus, probantes hæc non poſſe conſiſtere, nec opinionibus & verbis ſanctorum doctorum conuenire, prout ex ipſis verbis clariùs videtur. Præterea ſciendũ eſt, quòd in tertio œcumenico concilio ſanctus Cyrillus contra Neſtorium, & eius hæreſim inter alia multa, quæ ſapientiſſimè ſcripſit, duodecim etiam capitula edidit contra hæreticos Neſtorij articulos, quæ anathematiſmos appellauit, eo quòd in eis errores illius anathematizat, quorum in nono contra Neſtorij errorem, qui blaſphemabat filium Dei purum hominem eſſe, ſpirituſſancti gratia per participationem ſanctificatũ, idem ſanctus Cyrillus ſpiritum ſanctum, ſpiritum filij & proprium filij eſſe dicit. Poſt hæc quidam Theodoritus Cyri Epiſcopus, vir quidem literatiſſimus, humanæ tamen fragilitati ſubiectus, ſuperueniens in ſynodum ſerò cum patriarcha Antiocheno Ioãne, cùm reperiſſent iam Neſtorium condemnatum, & pro demeritis ſuis ſede patriarchali Conſtantinopolitana priuatum, indignati, quòd eis non expectatis concluſum fuerit, defenſionem Neſtorij ſuſceperunt. Theodoritus igitur, tanquam vir doctiſſimus, cõtra duodecim anathematiſmos Cyrilli alia duodecim capitula edidit, quorum in nono, vbi ſanctus Cyrillus ſpiritum ſanctum, filij & proprium filij dicit eſſe, his verbis ait: Quòd ſi Cyrillus ſpiritum ſanctum proprium filij dicit, tanquam conſubſtantialem ei, hoc verum acceptamus: quòd ſi tanquam ex filio, vel per filium eſſe, & exiſtentiam habentem, hoc vt blaſphemiam eijcimus. Ad hæc totum œcumenicum concilium tertium tacuit, nec increpauit Theoditum tanquam malè dicentem. Cyrillus tamen ad ea reſpondit, omniaque ſua capitula alijs duodecim nouis capitulis ita denuò exponit, vt ſententia eius etſi non nimis apertis verbis, clarè tamẽ pro nobis eſſe appareat. Hoc maximè Græcos oblectat, in hoc potiſſimùm confidunt, hoc pro maximo & inſolubili argumento putant, quòd Theodorito negante ſpiritum ex filio, vel per filium, habere eſſe & ſubſiſtentiam, cõcilium totum tacuerit, nec eum mendacij & erroris redarguerit, Cyrillus quoq; non ita apertè (vt putant) reſponderit, cùm tamen ſciant Theodoritum propterea condemnatum, & ab Eccleſia multis annis eiectum fuiſſe. Ad hæc igitur tanquam notiſſima Græcis, non ea latiùs explicando, vt in oratione videtur, reſpondetur. Sed nemo de Theodorito viro doctiſſimo doleat, ſuũ enim recognouit erroreẽ, & in quarto Chalcedonenſi generali cõcilio (ſuperuixit nanque ad illud vſq; tempus) palàm eum confeſſus, à ſancta ſynodo, tanquam honorabile membrum Eccleſiæ, ſuſceptus & reſtitutus fuit.

Reſtitutus etiam eſt idẽ Theodoritus à Leone I. pontifice maximo.

FINIS.

DECRE-

DECRETVM EVGENII PAPAE QVARTI.

EVgenius Episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Psal. 80. Exultate DEO adiutori nostro, iubilate Deo Iacob, oñes qui vbiq; nomine censemini Christiano. Eccè enim iterum recordatus Dominus misericordiæ suę, alium dissidij lapidem nongentis & amplius inueteratum annis, de Ecclesia sua auferre dignatus est: & qui facit concordiam in sublimibus, & per quem in terra pax est hominibus bonæ voluntatis, optatissimam Armenorum vnionem sua ineffabili miseratione concessit benedictus DEVS & pater

2. Cor. 1. a Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Intuens nanque pijssimus Dominus Ecclesiam suam, modò ab his qui foris sunt, modò ab his qui intrà, non paruis agitari turbinibus, vt inter ipsas respirare angustias, & ad resistendũ fortior assurgere valeat, multis eam quotidiè modis consolari & roborare dignatur. Nam & pridèm magnã illam Græcorum vnionem, multas longè lateq; continentium nationes & linguas, hodiè verò hanc ipsam Armenici populi, qui per septentrionem & Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei & charitatis vinculo cum sede Apostolica stabiliuit. Hęc profectò tam magna & mira sunt diuinæ pietatis beneficia, vt non solùm pro vtroque, sed ne quidem pro altero satis dignas suæ maiestati referre gratias possit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur, vno eodemq; tam breui tempore, duo sic præclara, & tot seculis desiderata opera, in hoc sacro cõcilio fuisse tam feliciter con

Psal. 117. summata? verè à Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Quomodò enim hominum prudentia vel industria, nisi gratia DEI & cœpisset & perfeciisset, has tantas & tales res explere potuisset? Laudemus iugiter & toto corde benedicam⁹ Dominũ, qui fecit mirabilia magna solus, ipsiq;

Psal. 135. psallamus spiritu, psallamus & mente, oreq; & opere, quantùm sinit humana fragilitas. Pro tantisque muneribus gratias agamus, orantes & obsecrantes, vt quemadmodùm ipsi Græci atque Armeni vnum cum Ecclesia Romana effecti sunt, ita fiant & cæteræ nationes, præsertim Christi charactere insignitæ, & totus denique populus Christianus, omnibus odijs bellisque extinctis, mutua inuicèm pace & fraterna charitate quiescat & gaudeat. Ipsos autem Armenos magnis laudum præconijs dignos esse, meritò censemus. Vt primùm enim à nobis ad synodum accersiti sunt, tanquam Ecclesiasticæ auidi vnitatis, spectabiles, deuotos, & doctos oratores suos cum sufficienti mandato, de suscipiendo videlicet quicquid spiritussanctus hanc sanctam synodum illustrauerit, ex remotissimis regionibus per multos labores, marisq; pericula ad nos & hoc sacrum Concilium destinârunt. Nos verò tota mente, vt nostrũ pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, sæpè cum ipsis oratoribus de hac sancta vnione cõtulimus: & ne vel parua *hinc sanctæ rei dilatio fieret, deputauimus de omni statu huius sacri Concilij viros, iuris diuini & humani doctissimos, qui cùm omi cura, studioq; & diligentia, rem istam cum istis pertractârunt oratoribus, ab eis accuratè inquirentes eorum fidem tam circa diuinæ vnitatem essentiæ & diuinarum personarum Trinitatem, quàm Domini nostri IESV Christi humanitatem, & septem Ecclesiæ Sacramenta, & alia ad fidem Orthodoxam & ritus vniuersalis Ecclesiæ pertinentia. Multis itaque adhibitis disputationib⁹, collocutionibus, & tractatibus, postq; non mediocrem testimoniorum inspectionem, quę ex sanctis Ecclesiæ patribus & doctoribus deducta sunt, & earum, de quibus agebatur, rerum discussionem, tandem expedire iudicauimus, ne vlla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hæsitatio esse valeat, atque idem per omnia sapiant cum sede Apostolica, vnioq; ipsa stabilis & perpetua sine vllo scrupulo perseueret, vt sub quodam breui compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam super præmissis Romana profitetur Ecclesia, per hoc decretum, sacro hoc approbante Florentino concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus, traderemus.

In primis ergo damus eis sanctum symbolum, à centum quinquaginta Episcopis in œcumenico Constantinopolitano Concilio editum, cum illa additione, FILIOQVE, ipsi symbolo declarandæ veritatis gratia, & vrgente necessitate, licitè & rationabiliter appositа, cuius talis est tenor: Credo in vnũ DEVM, &c. hoc autem sanctum symbolum, sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorum Ecclesias intra Missarum solennia, singulis saltem Dominicis diebus & maioribus festiuitatibus, decantari vel legi.

Secundò tradimus eis diffinitionẽ quarti vniuersalis Concilij Chalcedonensis, in quinto postea & sexto vniuersalibus Concilijs renouatam de duabus naturis in vna Christi persona, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem sapiens hoc & salutare diuinę gratiæ symbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis. De patre enim & filio & spiritu sancto perfectionem docet, & Domini humanitatem fideliter accipientibus repræsentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare prædicationem veritatis per proprias hęreses, nouas voces genuerunt,

runt, & hi quidem præsumentes corrumpere mysterium dispensationis Domini, quæ propter nos facta est: alij verò introducentes confusionem permixtionemq;, & stultè confingentes vnam esse naturam carnis & Deitatis, & portentosè dicentes passibilem vnigeniti diuinam naturam: ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, præsens nunc sancta & magna atque vniuersalis synodus, prædicationem hanc docens ab initio immobilem, decreuit ante omnia fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrum manere irrecusabilem: & posteriore tempore propter illos quidem qui pugnant aduersus spiritumsanctum, corroborat doctrinam de substantia spiritus traditam, à patribus centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt: non quasi inferentes, quòd aliquid minus esset in præcedentibus, sed eorum intellectum de spiritusancto scripturarum testimonijis declarantes, aduersus eos qui dominationem eius respuere tentauerunt.

Propter illos autem qui moliuntur corrumpere dispensationis mysterium, & impudenter delirant, dicentes purum hominem esse illum, qui ex sancta Maria virgine natus est, susscepit epistolas synodicas beati Cyrilli quondam præsulis Ecclesię Alexandrinæ ad Nestorium & ad Orientales, congruas existentes ad conuincendas Nestorij vesanias, & ad interpretationem eorum qui salutaris symboli mẽtem pio zelo nosse desiderant. Quibus etiam consequentissimè epistolam coaptauit magnę & senioris vrbis Romę præsulis beatissimi ac sanctissimi Leonis papæ, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Archiepiscopum Flauianum, ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, vtpotè congruentem illius magni Petri cõfessioni, & existentem nobis quandam columnam communem aduersus praua dogmata, & ad confirmationem rectorum dogmatum. His nanque qui in duos filios dispensationis Diuinæ mysterium discerpere nituntur, obsistit: & illos qui passibilẽ Deitatem vnigeniti ausi sunt dicere, à sacro cœtu expellit: & his qui in duab⁹ naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit: & eos qui dicunt, serui formam quam ex nobis assumpsit, cælestẽ esse aut alterius alicuius substantiæ, vt demen. tes abigit: & qui duas quidem ante vnitionem naturas Domini fabulantur, vnam verò post vnitionem confingunt, anathematizat. Sequẽtes igitur sanctos patres, vnum eundemque confiteri filium Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, DEVM verè & hominem verè, eundem ex anima rationali & corpore, cõsubstantialem patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis eundem secúdum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum secundum Deitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter salutem nostrã ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemq; Christum verum filium Dominũ vnigenitum in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquã sublata differentia naturarum propter vnitionem, magisq; salua proprietate vtriusq; naturæ, & in vnam personam atque subsistentiam concurrentem, non in duas personas partitum siue diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum Deum verum Dominum IESVM Christum, sicut antè prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus erudiuit, & sanctorum patrum nobis tradidit symbolum.

Tertiò, diffinitionem de duabus voluntatibus, duabusq; Christi operationibus in prædicto sexto cõcilio promulgatam, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem, & reliqua, quæ in ipsa diffinitione concilij Chalcedonẽ superiùs enarrata, sequuntur vsq; ad finem, post quem sequitur in hunc modum: Et duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiuisè, inconuertibiliter, inseparabiliter, incõfusè, secundum sanctorum patrum doctrinam adęquè prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, iuxta quod impij asseruerũt hæretici, sed sequentem humanam eius voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potiùs & subiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri, subijci verò voluntati Diuinæ, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro, Dei verbi dicitur & est: ita & naturalis carnis eius voluntas, propria DEI verbi dicitur & est, sicut ipse ait: Quia descendi de cælo, non vt Ioan. 6. d faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, patris: suam propriam dicens voluntatem, quę erat carnis eius. Nam & caro propria eius facta est. quemadmodùm enim sanctissima atque immaculata animata eius caro, deificata est, non est perempta, sed in proprio *sui statu & ratione permansit: ita & * suo humana eius voluntas deificata est, non est perempta: saluata est autem magis, secũdum Deiloquum Gregorium dicentẽ: Nam velle illius * qui in saluatore intelligitur, non est * quod contrarium Deo: deificatum est totũ. duas enim naturales operationes indiuisè, incõuertibiliter, incófusè, inseparabiliter in eodem Domino Iesu Christo vero Deo *modò glorificamus, hoc est, diuinam operationem & humanam operationem secundum diuinorum prædicatorem Leonem apertissimè asserentem: Agit enim vtraque forma

cum alterius communione quod proprium eſt, verbo ſcilicet operante quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis: nec enim in quoquã vnam dabimus naturalẽ operationem Dei & creaturæ, vt neq; quod creatum eſt, in diuinã educamus eſſentiam: neq; quod eximium eſt diuinæ naturæ, ad competentẽ creaturis locum deijciamus. Vnius enim & eiuſdem tam miracula, quamq; paſſiones cognoſcimus, ſecundũ aliud & aliud eorum ex quibus eſt naturis, & in quibus habet eſſe, ſicut admirabilis inquit Cyrillus. Vndiq; igitur inconfuſum atq; indiuiſum conſeruantes vnum ſanctæ Trinitatis, breui voce cuncta proferimus: & poſt incarnationem, dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum verum deum eſſe credentes, aſſerimus duas eius eſſe naturas, in vna eius radiante ſubſiſtentia, in qua tam miracula quamque paſſiones, per omnem ſui diſpenſationem conuerſatus, non per phantaſiam, ſed veraciter hęc demonſtrauit, ob naturalem differentiam in eadem vna ſubſiſtentia cognoſcendam, dum vtraque natura cum alterius communione indiuisè & inconfusè propria vellet atque operaretur: iuxta quam rationem, & duas naturales voluntates & operationes confitemur, ad ſalutem humanam conuenienter in eo concurrentes.

Quartò, quoniam hactenùs ipſi Armeni præter has tres, Nicenam, Conſtantinopolitanam & Epheſinam primam, ſynodos, nullas alias vniuerſales poſteà celebratas, nec ipſum beatiſſimum huius ſanctæ ſedis antiſtitem Leonem, cuius authoritate ipſa Chalcedonenſis ſynodus extitit congregata, ſuſceperunt, aſſerentes eiſdem fuiſſe ſuggeſtũ, tam ſynodum ipſam Chalcedoneñ, quàm memoratum Leonem, ſecundum damnatã Neſtorij hæreſim diffinitionem feciſſe: inſtruximus eos & declarauimus, huiuſmodi falſam fuiſſe ſuggeſtionem, ipſamq; ſynodũ Chalcedonenſem & beatiſſimum Leonem ſanctè & rectè veritatem de duabus in vna perſona Chriſti naturis ſuperiùs deſcriptam definiuiſſe, contra impia Neſtorij & Eutychis dogmata: iniunximusq;, vt ipſum beatiſſimum Leonem, qui veræ fidei columna fuit, & omni ſanctitate & doctrina refertus, tanquam ſanctum & in Catalogo ſanctorum meritò deſcriptum, decæterò reputent & venerentur, atque non ſolùm dictas tres ſynodos, ſed & omnes alias vniuerſales authoritate Romani pontificis legitimè celebratas, ſicut & cæteri fideles reuerenter ſuſcipiant.

Quintò, Eccleſia ſticorum ſacramentorum veritatem, pro ipſorum Armenorum tam præſentium quàm futurorum faciliori doctrina, ſub hac breuiſſima redigimus formula: Nouæ legis ſeptem ſunt Sacramenta, videlicet, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ multùm à ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandã eſſe figurabant: hęc verò noſtra & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima, ad ſpiritualem vniuſcuiuſq; hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima, ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationemq; ordinata ſunt. Per baptiſmũ enim ſpiritualiter renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, renati autem & roborati, nutrimur diuina euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ęgritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur, ſpiritualiter etiã & corporaliter (prout animæ expedit) per extremã vnctionem: per ordinem verò Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter, per matrimoniũ corporaliter augetur. Hęc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquã materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramentum. Inter hæc ſacramenta, tria ſunt, baptiſmus, confirmatio & ordo, quę characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum, à cæteris diſtinctiuum imprimunt in anima indelebile. Vndè in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem nõ imprimunt, & reiterationem admittunt.

Primum omnium ſacramẽtorum locum tenet ſanctum baptiſma, quod vitę ſpiritualis ianua eſt. per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſię. Et cùm per primum hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & ſpiritu renaſcimur, non poſſumus (vt inquit veritas) in regnum cælorum introire. Materia huius ſacramenti, eſt aqua vera & naturalis: nec refert, frigida ſit an calida. Forma autem eſt, Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Non tamen negamus, quin & per illa verba, Baptizetur talis ſeruus Chriſti in nomine patris & filij & ſpirituſſancti: Vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine patris & filij & ſpirituſſancti, verum perficiatur baptiſma: quoniam cùm principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas, inſtrumẽtalis autem ſit miniſter, qui tradit exterius ſacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur ſacramentũ. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis non ſolùm ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, immò etiam paganus & hæreticus, baptizare poteſt, dummodò formã ſeruet Eccleſiæ, & facere intendat quod facit Eccleſia. Huius ſacramenti effectus, eſt

Baptiſmus.

Ioan. 3.

7. Eccleſię Sacramẽta.

eſt remiſſio omnis culpę originalis & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio: ſed morientes, antequàm culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum cælorum & Dei viſionem perueniunt.

Cõfirmatio.

Secundum ſacramentum eſt cõfirmatio, cuius materia eſt, chriſma confectũ ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, qui odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedicto. Forma autẽ eſt, Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Ordinarius miniſter eſt Epiſcopus. Et cùm cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quòd per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum dabant, quemadmodùm Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. Cùm enim audiſſent (inquit) Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cùm veniſſent, orauerunt pro eis, vt acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tũc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen, aliquãdo per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & vrgente admodùm cauſa, ſimplicem ſacerdotem chriſmate per Epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. Effectus autem huius ſacramenti eſt, quia in eo datur ſpiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die pentecoſtes, vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoq; in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipuè crucem eius, qui Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtultitia, ſecundum Apoſtolum, propter quod ſigno crucis ſignatur.

Apoc. 17. d

De conſe. diſt. 2. Cũ omne crimen.

1. Cor. 1. d

Euchariſtia.

Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & vinũ de vite, cui ante cõſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur, quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum patrum ac doctorum Eccleſiæ pridèm in diſputatione exhibita, creditur, ipſum Dominum in vino aqua permixto hoc inſtituiſſe ſacramentũ. Deinde, quia hoc conuenit Dominicę paſſionis repræſentationi. Inquit enim beatus Alexander papa quintus à beato Petro: In ſacramentorum oblationibus, quæ intra Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, panis tantùm & vinum aqua permixtum, in ſacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunque permixtum: quia vtrunque, id eſt, ſanguis & aqua, ex latere Chriſti profluxiſſe legitur. Tum etiam, quòd conuenit ad ſignificandum huius ſacramenti effectum, qui eſt vnio populi Chriſtiani ad CHRISTVM. Aqua enim populum ſignificat, ſecundum illud Apocalypſis: Aquę multę populi multi. Et Iulius papa ſecundus poſt beatum Sylueſtrum, ait: Calix Dominicus iuxta canonum præceptum, vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cùm in calice vinum & aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & fidelium plebs ei in quem credit, copulatur & iungitur. Cùm ergo tam ſancta Romana Eccleſia à beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quàm reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Eccleſiæ, in quibus omnis ſanctitatis & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic ſeruauerint, & modò ſeruent, inconueniens admodùm videtur, vt alia quæuis regio ab hac vniuerſali & rationabili diſcrepet obſeruantia. Decernimus igitur, vt etiam ipſi Armeni ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano conforment, eorumq; ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ (prout dictum eſt) admiſceãt vino. Forma huius ſacramẽti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc cõficit ſacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus CHRISTI, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur: ita tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini cõſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Huius ſacramenti effectus, quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur: conſequens eſt, quòd per hoc ſacramentum in ſumentibus dignè gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus & potus, quoad vitam aguntcorporalem, ſuſtentando, augendo, reparãdo & delectando, ſacramentum hoc quo ad vitam operatur ſpiritualem, in quo (vt inquit Vrbanus papa) gratam ſaluatoris noſtri recenſemus memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.

Acto. 8.

In prima dec. epiſt. & de cõſecr. di. 2. In ſacramentorum.

Vrbanus 4. in Bulla inſtitutionis feſti corporis Chriſti.

Quartum ſacramentum, eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis cõtritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi decæterò. Secunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet, vt peccator

Pœnitentia.

tor omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secũdum arbitrium sacerdotis, quę quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium & eleemosynã. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert, cùm dicit: Ego te absoluo &c. Minister huius sacramenti est sacerdos, habens authoritatẽ absoluendi vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti, est absolutio à peccatis.

Extrema vnctio.

Quintum sacramentum est extrema vnctio, cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis vngendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel loquutionem, in manibus propter tactum, in pedibus ꝓpter gressum, in renibus propter delectationem ibidẽm vigentem. Forma huius sacramenti est hæc: Per istam vnctionẽ & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi DOMINVS, quicquid per visum &c. Et similiter in alijs membris. Minister huius sacramenti est sacerdos: Effectus verò est mentis sanatio, & inquantùm autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inquit beatus Iacobus Apostolus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, vt orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei.

Iacob. 5. c

Ordo.

Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem cõfertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenę cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationẽ, subdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua superpositа traditionem: & similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotij talis est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis & mortuis, In nomine patris & filij & spiritussancti. & sic de aliorum ordinũ formis, prout in pontificali Romano latè continetur. Ordinarius minister huius sacramenti, est Episcopus. Effectus, augmentum gratiæ, vt quis sit idoneus minister.

Matrimonium.

Septimum est sacramentum Matrimonij, quod est signum coniunctionis Christi & Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Causa efficiẽs matrimonij, regulariter est mutuus consensus, per verba de pręsenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonij. Primum est proles suscipienda & educanda ad cultum Dei. Secũdum est fides, quam vnus coniugum alteri seruare debet. Tertium indiuisibilitas matrimonij, ꝓpter hoc quod significat indiuisibilem coniunctionẽ Christi & Ecclesiæ. Quanuis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium cõtrahere fas est, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum sit.

Ephe. 5. d

Sextò, compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, ipsis præbemus oratoribus, cuius tenor talis est: Quicunque vult saluus esse &c.

Septimò, decretum vnionis cum Græcis consummatæ pridèm in hoc sacro œcumenico Florentino Concilio promulgatum, cuius tenor talis est: Eugenius &c. Lætentur cæli &c.

Armeni redeũt ad Ecclesiæ vnionem.

Octauò, cùm inter alia sit etiam cum ipsis Armenis disputatum, quibus diebus festiuitates Annunciationis beatæ Mariæ virginis, Natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, & consequenter Natiuitatis & Circuncisionis Domini nostri Iesu Christi, ac præsentationis eiusdem in templo, seu Purificationis beatæ virginis Mariæ celebrari debeant, satisq; dilucidè veritas patefacta fuerit, tam sanctorum patrum testimonijs, quàm consuetudine Ecclesiæ Romanæ, & omnium aliarum vniuersaliter apud Latinos & Græcos: ne igitur in tantis celebritatibus dispar sit Christianorum ritus, vndè perturbandæ charitatis occasio possit oriri, decernimus tanquam veritati & rationi consentaneum, & iuxta totius reliqui orbis obseruantiam, vt ipsi etiam Armeni festum Annunciationis beatę Mariæ, die vicesimaquinta Martij, Natiuitatis beati Ioannis Baptistę vicesimaquarta Iunij, Natiuitatis verò secundum carnem Saluatoris nostri, vigesimaquinta Decembris, Circuncisionis eiusdem primo Ianuarij, Epiphaniæ sexto eiusdem Ianuarij, Præsentationis Domini in templo, seu Purificationis Dei genitricis, secunda Februarij debeant solenniter celebrare. His omnibus explicatis, prædicti Armenorum oratores nomine suo & sui Patriarchæ & omnium Armenorum, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionib⁹, præceptis & statutis, omnemque doctrinam in ipsa descriptam, necnon quicquid tenet & docet sancta sedes Apostolica & Romana Ecclesia, cum omni deuotione & obedientia acceptant, suscipiunt, & amplectuntur. Illos quoq; doctores & sanctos patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipsi reuerenter suscipiunt: quascunq; verò personas & quicquid ipsa Romana Ecclesia damnat & reprobat, ipsi pro reprobatis & damnatis habent, profitentes, tanquam veri obedientiæ filij, nomine quo suprà, ipsius sedis Apostolicæ ordinationibus & iussionibus fideliter obtemperare. Datum Florentiæ in publica

blica sessione synodali solenniter in Ecclesia maiori celebrata, Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, decimo Calendas Decembris, pontificatus nostri Anno nono.

FINIS.

LITERA DOMINI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI ad papam Eugenium quartum.

SAnctissimo ac beatissimo domino nostro Eugenio papæ, beatitudinis vestræ filius Esaias episcopus Hierosolymitanus. Beatissime in Christo pater & sanctissime domine, post debitam, deuotam ac humilem recommẽdationem, ad deuota pedum oscula beatorum, Breuia duo sanctitatis vestræ humiliter susscepi circa materiam sanctissimæ vnionis Armeniorum generis cum Romana Ecclesia cõmuni omnium matre, cuius throno beatitudo vestra, annuente Domino, dedicata est. Quibus reuerenter respõdeo, quòd sicut anno præterito contuli cum venerabili viro Christophoro Garatono secretario & nuncio sanctitatis vestræ, nihil mihi dulcius esse posset, quàm diebus meis tam singularem Deoque gratissimam intueri posse, cùm ad salutem animarum, communeque bonum nostrum pertineat. Et ita etiam nunc præfato Christophoro in materia prædicta idẽ dixi, sicut ipse pedibus sanctitatis vestrę diffusiùs narrare poterit. Verùm vt ipse scit, literas beatitudinis vestræ directas reuerendissimo patri Catholico patriarchæ nostro per sufficientem nuncium misi, easq; de latino in Armenicum transferre feci, vt ipsi reuerendissimo patriarchæ clariùs, quæ anteà eidem scripseram, innotescere possint. Spero enim fauente Domino & omnibus sanctis eius, quòd celerem responsionem susscipiam, cum optima eius dispositione ad Dei tam singulare opus. Cùm verò cognoscã bonitate, clementia & munere S. V. erga genus nostrum, rem ipsam, quæ tanto tempore silentio deducta est, facilè ad optatum finem deduci posse: venit nunc huius Imperatoris * ordine ipse Christophorus ad cõspectum beatitudinis vestræ, cui nonnulla S. V. significanda imposui. Verùm (vt existimo) citò rediturus est pro apparatu vnionis sanctissimæ, quæ cum hoc Imperatore nouiter per eum, vestræ beatitudinis nomine, conclusa est. Cùm enim redierit, poterit versus reuerendissimum patriarcham nostrum, sicut ordo datus est, accedere. Et ego secum vnum ex presbyteris meis mittã, cum quo poterit omnia diligenter circa vnionis nostræ materiam tractare atq; perficere, secundum quod à beatitudine vestra habuerit in mandatis. Nosq; omnes semper & benè dispositi erimus, vt tam vtilissimum Dei opus finem sortiri valeat. Sanctitati vestræ me & meos humiliter cõmendo. Ex Constantinopoli die prima Nouembris, millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

for. * ordinatione

REFORMATIONES CLERI DIOECESIS LEODIENSIS PER R. P. D. IOANNEM EPISCOPVM LEODIENSEM FACTAE &c. ET PER Capitulum maius Leodiense sigillatæ &c.

VNiuersis præsentia statuta visuris seu audituris, Ioannes Dei gratia Episcopus Leodiensis, salutem in Domino synceram.

Quanuis bonæ memoriæ Adulphus episcopus Leodiensis prædecessor noster, ad extirpandum officiariorum curiæ nostræ, necnon curialium venerabilium virorum, præpositi, capituli, * archiepiscoporum nostrorũ Leodieñ ipsas curias sequentium abusus & excessus, quædam vtilia statuta condiderit, quædam scilicet anno Domini millesimo trecentesimo trigesimoseptimo, mẽsis Septembris die vigesimaoctaua, quędam autẽ anno eodem, sed mensis Octobris die septima: Alia quædam anno à Natiuitate eiusdẽ Domini millesimo trecentesimo quadragesimotertio, mensis Iulij die nona: & illa mandauerit sub certis pœnis in eisdem adiectis inuiolabiliter obseruari: Illa tamen vsquequaque obseruata non sunt, vndè grauamina sunt addita nostris subditis grauiora. Ideò eorundem subditorum incommodis obuiare volentes, illa statuta & alia synodalia per prædecessores nostros edita, ac per nos nouiter cum aliquibus additionib⁹ innouata, Saluis tamen infrascriptis statutis, de dicti nostri capituli consilio & consensu, innouamus & de nouo confirmamus, pręcipientes, authoritate nostra districtiùs & in virtute sanctæ obedientię & sub pœnis in illis expressis diligentiùs ab omnibus obseruari. Quædam autem consideratione venerabilium maioris & secundariarum Ecclesiarum nostrarũ Leodiensium, capitulorum ac cleri nostrarum ciuitatis & diœcesis Leodiensis de memorati nostri Capituli maioris consilio & consensu, statuentes.

Leg̃dum apparet, * archidiaconorum

In primis siquidem statuimus, quòd licentia testandi alicui presbytero seu beneficiato per literas sub sigillo officialitatis curiæ Leodiensis concessa, non expiret per cessum vel decessum illius Episcopi, cuius tempore concessa fuit, sed perpetuò sit firma & valida.

Item si contingit sigilliferum vel officia-

lem foraneum apponere manus ad bona mobilia alicuius presbyteri vel alterius beneficiati, ab intestato seu absque licentia testandi defuncti, cõficiatur de illis bonis statim & fideliter Inuentarium, & quod exequijs & debitis solutis supercreuerit, cedat dispositioni nostræ conuerten, prout nobis visum fuerit expedire.

Item quòd decæterò pro absentia infra festũ S. Aegidij petenda nó recipiatur vltra quàm vicesimus denarius valoris annui beneficiorũ, deductis realibus oneribus. Et vt de beneficij, de quo absentia petetur, vero valore notitia, rectore petẽte, certiùs habeatur: volumus notitiã eandem iuramento rectorũ & virorũ fidedignorũ corã illo à quo petẽt absentia, vel certo cõmissario in loco beneficij ad hoc dando, & nullatenùs dari denegãdo, docere posse & debere. Prouiso in hoc, ꝙ dicto ſemel officiali vel sigillifero Leodiensi modo ꝑmisso, seu archidiacono suóve vicario, nó arctetur talis docẽs, absq; legitima causa valorẽ eundẽ secundariò deducere vel docere. Sed vterq; ꝓlatorũ prædictorũ sit cõtentus documẽto corã altero ipsorũ fideliter facto, nisi fructus beneficij huiusmodi augmentenẽ vel diminuantur. Quodq; ℔ Placet, cuiuscũq; beneficij curati quãticũq; valoris, vltra vnũ scutũ vetus: Bñficij verò non curati, vltra quatuor grossos veteres, quales subscribunẽ, decęterò nó recipianẽ quouis modo. Volumꝰ tamẽ & mãdamus, ℔ Placet ipsorũ beneficiorũ, minus recipi secundum fructuum tenuitatem.

Item in absentia ℔ Placet etiã cõiunctim pro regiſtratiõibus tã per sigilliferũ nostrũ, q̃ archidiaconos Ecclesiæ nostræ Leodien, nõ recipianẽ amodò vltra q̃ duo grossi antiqui, quorũ duodecim valebũt florenũ Rhenensem & vnum dimidium stuferum bonũ. Quales etiã grossos solui volumus in absentia & regiſtrationibus, & quòd nihil quo ad absentes capiatur seu recipiatur abusiuè.

Itẽ, Quia diaconi seu vicedecani & capitula secundariarũ Ecclesiarũ nostrarũ Leodien, hactenùs plura onera, vexatiões & labores nobiscũ & cũ venerabili capitulo nr̃o Leodien, ℔ libertate Ecclesiastica seruãda & pro resistẽtia iniuriarũ, oppressionũ & grauaminũ, quæ (prohdolor) clero nostro tam infra ciuitatẽ q̃ extra, diuersimodè & pluriès retroactis tẽporibus obuenerunt, & indiès obueniunt, subire habuerũt & habent, dum talia vel similia occurrunt: idcirco ipsis dñis decanis seu vicedecanis & capitulis secundariarũ Ecclesiarũ nostrarũ Leodien ꝓtectarũ, gratiosè indulgẽtes, ordinamus & statuimus, vt inanteà nullus sigillifer noster ℔ tẽpore, aut aliꝙs archidiaconorũ siue vicarius eorundẽ, decanus seu vicedecanꝰ Christianitatũ seu cõciliorũ quorũcũq;, aut alius ꝓlatus quicũq; nostrarũ ciuitatis & diœcesis Leodien alicui canonico ꝓbẽdato nostrarũ Ecclesiarũ secũdariarũ Leodien ꝓtectarũ, & residenti in eisdẽ seu aliqua ipsarũ, & extra easdẽ beneficiũ vel officium, seu bñficia vel officia nr̃ę diœcesis, curatũ vel nõ curatum, aut curata vel nõ curata obtinenti, licẽtiam abessendi, fructusq; ad nos vel nostram dispositionẽ, & ad prælatos ꝓdictos seu aliquẽ ipsorũ ratiõe absentię huiusmodi spectãtes, leuandi & habẽdi ac faciendi illi vel illis laudabiliter in diuinis deseruire deneget. Sed cõcedere debeat vnicuiq; canonico residẽti, vt ꝓfertur, petẽti & cõpetentẽ taxã iuxta artic. siue punctũ ptactũ, de 20. denario singulis annis infra & ante festũ B. Lãberti martyris offerẽti: hortãtes oẽs & singulos decanos seu vicedecanos, & cap. oĩm & singularũ Ecclesiarũ nostrarũ collegiatarũ, extra ciuitatẽ Leodien & infra diœcesim nostrã cõsistentiũ, vt ipsi & eorũ singuli se fauorabiliter in ꝑmissis cũ canonicis residẽtes in aliqua secundariarũ Eccles. nostrarũ ptactarũ se cõformẽt. Et absentiã nulli ipsorũ prælatorũ & canonicorũ residentium illã petenti denegent: scituri, ꝙ si facere recusauerint, quod absit, nõ gaudebunt neq; fruenẽ nostris ꝑsentibꝰ ordinationibus siue statutis.

Itẽ inhibemus, ne decæterò fructꝰ bñficiorum in qbꝰ rectores eorũ psonaliter residẽt, sub ficto colore, quasi ipsi sint absentes, aliquatenùs arrestenẽ. Nec etiã eorũ rectoribꝰ qui absentes sunt cũ licentia suorũ ꝓlatorũ, huiusmodi licentiã dare debeñ, dũ bñficia huiusmodi aliâs laudabiliter officienẽ, ℔ debent. Quodq; si forsan scienter vel ignoranter secùs cõtigerit attẽtari, cõperta veritate, summariè index sine aliqua difficultate arrestũ tollat. Et si forsan cõtra talẽ rectorẽ vel eius ℔curatorẽ aut aliũ habentẽ causam ab eo, occasiõe huiusmodi arresti quõlibet fuerit pro cõtumacia vel aliâs processum ad excõmunicationẽ, suspensionẽ vel interdictũ, absolutio sine difficultate impendatur. Et pro reuocatione arresti atq; absolutione huiusmodi, & ℔ signo siue ℔ sigillo nihil recipiaẽ. Sed lr̃æ sup huiusmodi reuocatione seu absolutiõe cõfectę, gratis ꝑ notarios ad alia deputatos signenẽ, & ꝑ eos ad quos spectet sigillare, gratis sigillenẽ. Et insup si cõtingat collectorẽ fructuũ vel bñficiorũ absentis vel procuratorẽ negociorũ curię propter iniustũ arrestum vel iniustã censuram huiusmodi cõdemnari in expensis, præcipimus illas statim solui, vel in iudicio deponi ad opus illius, cui eædem expensæ sic adiudicatæ fuerint.

Item statuimus, vt nullus collector fructuum beneficiorũ, quorum rectores sine licentia sunt absentes, admittaẽ ad exercendum huiusmodi officiũ in iudicio vel extra, nisi priùs iurauerit, ꝙ nõ ℔curabit aliquos fructus aliquorum beneficiorũ, in qbus rectores eorũ psonaliter residẽt, sub ficto colore ꝑdicto aliquatenꝰ arrestari: nisi priꝰ illo rectore debitè in propria persona vel in loco beneficij vocato, iudex ad arrestatiõem huiusmodi ex aliqua rationabili causa, quã in huiusmodi decreto exprimi volumus, iudicialiter decreuerit, ꝓcedendũ. Et etiã nisi idẽ collector iurauerit, ꝙ beneficijs curatis & nõ curatis, quorũ fructꝰ colligere sibi cõmissũ est, seu cõmittet, debitè & laudabiliter faciat deseruiri. Et ꝙ soluet iura eorũ, & onera etiã realia supportabit. Et ꝙ si bona eorundẽ propter suũ defectũ diminuãtur, ipse damnũ plenariè resarciet absq; fraude.

Item statuimus, ꝙ si licentia abessendi præcedat arrestationem antedictam, collector fructuum prædictorũ pro arrestatione seu pro literis nihil percipiet. Si verò licẽtia huiusmodi arrestationẽ subsequaẽ, tunc per hoc volumus arrestũ esse sublatũ. Et collector si prẽsens sit, vel subcollector duos dũtaxat grossos percipiet: alioquin si absens fuerit, ad opꝰ eius, sigillifero vel vicario archidiaconi, qui arrestũ posuit, pro arrestatione seu pro literis nihil percipiet, dũmodò tantundem exposuit, & arrestũ nõ fuerit prẽmaturè positũ, in prompto solui præcipimus. Sed si propter loci distantiam plus meruerit, hoc sit in arbitrio iudicis.

Locus obscurus.

Item de synodo celebranda & de excessibus synodalibus ac examinatione & institutione procuratorum fiscalium, necnõ de salario & scripturis sentẽtiariorum, articulatorum, copiatorum, notariorum, procuratorum quorumcunq;, fiscalium & nõ fiscalium, curias nostras & aliorum prælatorum frequentantium, necnon de his qui cedere volũt bonis propter paupertatem, seruetur & fiat, prout in statutis synodalibus aut curiæ Leodien, necnon modificationibus tẽpore bonæ memoriæ dñi Adulphi quõdam epiſcopi Leodiẽsis factis, atq; prout in pace Tongren & aliũdè ordinatum est & prouisum, saluo ꝙ articulator nõ debeat contra vnam personã super diuersis excessibus facere diuersos siue plures ℔cessus, nisi iudex ex speciali causa decreuerit hoc esse faciendũ. Et stet cõtentus pro responsionibus & iuramẽto ad articulos, si in eisdẽ sit vnicus duntaxat excessus, salario, ℔ut illis ℔uisum est in statutis & alijs prætactis. Et si fuerint plures excessus in eisdẽ articulis, sit cõtentus recipere & habere, ℔ut iudex iuxta quãtitatẽ scripturarũ responsionũ ad eosdem decreuerit recipiendũ fore vel soluendum.

Itẽ si citatus ex officio ad curiam nostrã Leodiẽsem vel alicuius archidiaconorum, responsurus super excessu quocunq;, fuerit propter suam cõtumaciam excõmunicatus, statuimus vt huiusmodi contumax decæterò vltra summã seu valorem sex grossorum Turonensium: Si verò presbyter, 12. grossorum, pro sua cõtumacia non plectetur. Si verò quis ad cuiuscunq; instantiã per annũ & ampliùs excõmunicationis sentẽtiã aĩo sustinuerit indurato, Arbitrio iudicis plectẽt. Et eo mediãte, cuilibet tali sua absolutio gratis signeẽ, & pro duobus grossis, ℔ut de illis prouisum est, sigilletur. Et idẽ volumꝰ obseruari ꝑ quoscũq; iudices nostræ diœcesis, etiã authoritate apostolica fũgẽtes.

Itẽ statuimus, ꝙ pro sententia diffinitiua seu interlocutoria, negocio finẽ imponẽte, signanda & sigillanda non recipiaẽ vltra vigesimũ denariũ condemnationis vel absolutionis. Pro interlocutoria aũt signanda & sigillanda, quæ vim non habet diffinitiuæ sententiæ, non recipiãtur vltra duo grossi.

Item circa procuratores negociorũ statuimus, ꝙ decæterò non sint in curia nostri officialis, nisi quindecim procuratores negociorũ curiæ eiusdem, præter collectores. Et ꝙ in qualibet curiarũ præpositi & archidiaconorum, non sit nisi vnus. Et sint illi probi, discreti & fideles, Latinum congruè loqui scientes, non presbyteri, tabelliones publici, notariatus officium in aliqua curiarum prædictarum exercẽtes; infames, homicidæ, publici adulteri, manifesti vsurarij vel laici, & collectores fructuum beneficiorum vacantiũ vel absentium, sint presbyteri aut bonæ fidei homines.

Itẽ statuimus, ꝙ nullus eorũ sit sigillifer, archidiaconus vel notarius illius curię, cuius ipse est negociorũ ℔curator ordinatus, sed sint in singulis curijs singula officia distincta. Et sit vnusquisq; cõtẽtus suo officio.

Itẽ cùm in literis absentiæ ab aliquo beneficio per officialem nostrũ & archidiaconos cõcedendæ exprimitur persona illi deseruitura, cũ clausula, vnà cum alio vel alijs beneficijs, Nolumus ꝙ talis deseruitor pro licentia huiusmodi quicquã soluat, ex quo in hoc casu est ei licentia ad hoc concessa.

Item statuimus ꝙ nullus decæterò citeẽ ad curiam Leodien seu archidiaconorum, super suis excessibus responsurus, nisi cum citatorio mittantur etiam articuli cõtinentes excessus huiusmodi, vel saltẽ, nisi in ipso citatorio excessus sint taliter expressi, ꝙ citatus possit plenè instrui, super quibus ipse in iudicio conueniturꝝ.

Item inhibemꝰ, ne citatus aliquis authoritate ordinaria vel nostri conseruatoris Apostolici, ad ciuitatẽ Leodien pro sua causa agenda, vel defendenda, ac legitimè prosequenda veniens, vel indè recedens, aut in ea domicilium fouens, & iuri stare paratus, decæterò recipiaẽ, vel incarceretur, aut in carcere detineatur, nisi crimen in iure confessus, aut in crimine compræhensus fuerit, seu de eo conuictus. Et si contingat aliquẽ talem vel quemcunq; alium, in crimine nõ depræhensum, non conuictum detineri, illi dentur articuli celeriter & expeditè: quod nisi factũ fuerit, volumus & mandamus incõtinenti sub cautione, quã iudex decreuerit, emitti. Et ℔hibemus ne aliqꝙ in diœcesi

Leodieñ beneficiatus, & in ſuo beneficio reſidens, pro quocunq; crimine ſibi impoſito capiatur, vel etiam fructus ſui beneficij arreſtentur, niſi (vt prẽmittitur) conuictus, aut ſaltem deſupèr priùs debitè citatus fuerit, ac comparere & iuri ſtare nõ curauerit, vel de eius fuga veriſimiliter timeatur, aut crimen huiuſmodi executionem in perſonam requireret.

Item quòd deceterò executiones literarum monitoriarum, quæ impetrantur ſuper contumacia iudicato vel recognito, teneãtur iudici qui illas cõceſſit, modũ & formã, atq; diem & horam ſuæ executionis vnà cũ ſpeciali deſignatione perſonarum, in quas huiuſmodi literas ſunt executi, reſcribere in fine earundem literarum vel per transfixam, ſuamq; reſcriptionẽ ſigillo proprio & noto, quo vti conſueuerunt, communire.

Item iuri communi & prædeceſſorũ noſtrorum ſtatutis & ordinationibus innitẽtes, diſtrictè prohibemus, ne pro reſignatione beneficiorum admittenda, & pro inſtitutione & admiſſione ad beneficia, quicquam recipiatur, etiam quocunque colore quæſito. Nihilominùs tamen pro ſcriptura, ſigno & ſigillo trium proclamationum, ante inſtitutionem ſeu admiſſionem fieri cõſuetorum, ſex groſſi. Et pro inſtitutione ſeu admiſſione, ſcriptura, ſigno & ſigillo, duodecim groſſi. Et pro audictia vnus groſſus, recipi poterunt, & non vltra: Per quę tamen non intendimus tollere ius quæſitũ per antiquitatẽ tẽporis, archidiaconis & prælatis alijs, habentibus compoſitiõem de octaua parte fructuũ beneficij vel officij, ad quod quis admittitur, ſecundũ tamen verum valorẽ dicti beneficij vel officij tempore admiſſionis huiuſmodi: neque infringere cõſuetudinem laudabilẽ archidiaconorum & prælatorũ, minus pro præmiſſis aut aliquo præmiſſorum recipere conſuetorũ. Quam præcipimus in ſuo ſtatu irrefragabiliter obſeruari.

Item circa viſitatiões, quas archidiaconi faciunt per ſe vel ſuos vicarios, ſtatuimus ꝙ ipſi viſitatores in his taliter ſe habeãt, quòd nihil cõtra canonicas ſanctiones ſiue ſynodales conſtitutiones aliquatenùs faciant, ſeu fieri etiam permittant: ſed his dũtaxat, quæ eis licita ſunt, ſint contenti: nihil penitùs curialitatis ſeu procurationis nomine, à prouiſionibus menſæ ſancti ſpiritus, aut fabricæ, altariſticis appendicijs non ſeparatis, ſeu filiabus Eccleſiarum capellis aut etiã hoſpitalibus, recipiendo. Et quod vt meliùs obſeruetur, volumus viſitatores Apoſtolica forſitan authoritate committẽdos, ad hoc per eorum adſtringi iuramenta, in capitulo noſtro Leodieñ præſtanda. Et ſi ſecùs in aliquo fieri contigerit, volumus hoc nobis, aut dicto capitulo noſtro maiori fideliter & quantocyùs nunciari, vt quod reparandum fuerit, debitè reparetur. Et vlteriùs, ꝙ deinceps viſitationes per procuratores nequaquàm admittãtur vel fiant, etiã authoritate Apoſtolica, niſi mandata ſiue literæ Apoſtolicæ debitè obtinendæ priùs per nos Epiſcopum præfatum & noſtrũ venerabile capitulum, aut ſaltẽ per ipſum noſtrum capitulum, viſæ, examinatæ & admiſſæ fuerint ſufficienter & deliberatè.

Item ſi contingat reũ de exceſſu aliquo, propter quem fuerit ex officio vel ad inſtãtiam partis tractus in cauſam, componere ante litis conteſtationem, vel poſtquàm antequàm in cauſa ſit iuratum, nullus notarius in cauſa huiuſmodi ſiue procurator aliquid ab eodem reo, ſuoque procuratore exigere præſumat ratione alicuius iuramenti, quod nondum in ipſa cauſa præſtitum eſt, videlicet vt non recipiat notarius aliquid pro iuramento calumniæ vel alio iuramẽto, quod non fuit in cauſa præſtitum. Nec ſuper articulatis aduerſus eum, pœnitentiam recipere vel componere volentem ad iurandum compellat. Si tamen aliqua de articulatis aduerſus eum, pœnitentiam petens vel cõpoſitionem, negauerit: intentionis noſtræ eſt, quòd reſpondeat medio iuramento calumniæ ante pœnitentiam iniungẽdam vel compoſitionem fiendam.

Item quia nimis indiſcretè quàm plures literas quæ dicuntur ſtatutorum, & potiſſimè per quas mandatur ceſſari à diuinis, percepimus à curia noſtra Leodieñ emanaſſe: ſtatuimus, quòd decæterò literæ quę dicũtur ſtatutorum, & potiſſimè per quas mandatur ceſſari à diuinis, dictentur per aliquẽ ſeu aliquos noſtræ curiæ prædictæ, expertũ ſeu expertos, practicum ſeu practicos, & ſigneto Officialitatis per noſtrum officialẽ, ſi rationabiles & iure vel ſtatuto benè fundatæ ſint, in ipſarũ capite muniantur, priuſquàm ſigillentur.

Item ſtatuimus, quòd ſi canonicè intrãti & pacificè poſſidenti per biennium authoritate Apoſtolica legati vel ordinaria beneficium eccleſiaſticum quodcunq;, litem in futurũ ſuper eodem beneficio moueri cõtingat, fructus eiuſdem beneficij nullatenùs ex eo capite, quòd beneficium eſt litigioſum, vel quòd occaſione beneficij lis moueatur, illi ſubtrahãtur vel arreſtentur. Sed eo caſu ipſe illos percipiet cum ea integritate, qua eos perciperet, ſi ſup huiuſmodi beneficio vel eius occaſione lis mota nõ eſſet, niſi ſubtractionem vel arreſtationem huiuſmodi, mediante iudicis competentis iudiciali decreto, ex aliqua rationabili cauſa fieri cõtingat. Volumus autem quòd tali poſſeſſori, cui ſuper beneficio lis eſt mota, non denegetur abſentia, ſi ex legitima cauſa ſe voluerit abſentare.

Itẽ ſtatuimus, vt nullus decæterò fiat officialis noſtri, ſeu alicuius archidiaconorum prædi-

prædictorũ officialis foraneus, niſi ſit presbyter vel clericus vitæ laudabilis & honeſtæ cõuerſationis, qui officium huiuſmodi exerceat laudabiliter & honeſtè. Et in quolibet concilio nõ ſit niſi vnus officialis foraneus, & vnus archidiaconꝰ foraneus, cõcilijs Geldrẽſibus propter ſui latitudinem. necnon Tongrenſibus, Traiectẽſ & ſancti Trudonis, propter idiomatum diuerſitatẽ duntaxat exceptis.

Item quia cognouimus quoſdam clericos ſeu officiales foraneos, aliquãdo ſuper matrimonijs ſeu ſponſalibus cõtractis partes contra huiuſmodi matrimonium ſeu ſponſalia opponẽtes cõcordaſſe, & aliquãdo compoſitionem cum illis inijſſe, & pecunias ea de cauſa recepiſſe: vt decæterò periculis animarum obuietur, inhibemus omnibus noſtris ſubditis, ne ſuper oppoſitionibus factis cõtra matrimonium ſeu ſponſalia contractum ſeu contracta, concordiam aliquam faciant ſeu tractẽt, componíve ſeu concordari ſiue tractari procurent. Ne etiã aliquis huiuſmodi compoſitionibus, concordijs, tractatibus intereſſe præſumat. Sed ſuper huiuſmodi matrimonijs, ſpõſalibus & oppoſitionibus expectetur ſententia iudicis competentis.

Item inhibemus, ne litem in aliqua curiarũ prędictarum habẽdam in ciuitate Leodienſi ad cauſam ipſam procuratorem legitimè conſtitutũ vel ſubſtitutum, aliquis citare ſeu citari facere ꝓſumat ad aliquẽ actũ ſeu ad aliquos actus dictę cauſę, niſi de ſpeciali & expreſſo mandato iudicis ex aliqua rationabili cauſa hoc proceſſerit.

Item etiam inhibemus, ne in aliqua cauſa Notarius aliquis reſponſiones faciendas
for. *ac *ad propoſitiones ſiue teſtes producẽdos audiat, recipiat vel examinet extra curiam noſtrã, niſi iudex cauſæ illi præſenti vel abſenti notario hoc expreſsè commiſerit.

Item prohibemus, quòd nequaquam vni presbytero committatur deſeruitura duarum Eccleſiarum parochialium nõ condependẽtium abſq; euidenti neceſſitate. Et ſi contingat ex tali neceſſitate vni presbytero deſeruituram talium duarum Eccleſiarum parochialium cõmitti, nolumus tamen, ꝙ talis presbyter bis celebret in die abſq; noſtra licẽtia ſpeciali, cùm id in iure prohibeatur. Habentes autem plura beneficia, & illis ſimul deſeruientes, propterea non vexẽtur, nec quicquam ab eis exigatur vel recipiatur, dummodò oneri ipſorũ poſſint ſatisfacere, & ſatisfaciant cum effectu.

Item quòd curato reſidẽti in cura ſua, & obtento Placet coadiutoris, ſi medio tẽpore deceſſerit, teſtamento per eum condito de licentia noſtra illud non expiret p mortem dicti curati: ſed durabit vſque feſtum beati Ioannis Baptiſtæ, mortem prædictãm immediatè ſubſequens.

Item ſimiliter de curato abſente, de noſtra & aliorũ prælatorum licentia, & teſtamento per eum de eadem noſtra licentia condito, Placet pro deſeruitore ſuo obtentum, per mortem eiuſdem abſentis curati non expiret, ſed durabit, vt ſuprà.

Item volumus, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ nemini petenti licentiam, fructus ſui altaris competentes non habenti, ponendi & conuertendi in augmentum huiuſmodi ſui beneficij vel altaris, per noſtrum officialem & ſigilliferũ aut archidiaconos ſeu vicarios ſuos prædictos denegetur. Prouiſo, ꝙ fructus leuans in augmentũ conuertẽs, ipſi altari faciat debitè in diuinis deſeruiri. Et poſt lapſum tẽporis ſibi ad hoc indulti, cõputũ indè reddere teneat. Et Placet deſeruitoris, ſibi in hac parte gratis concedatur.

Itẽ ſi contingat deinceps aliquẽ presbyterũ curatũ vel alium quemcunq; beneficiatũ, propter executionẽ mandatorũ eccleſiaſticorũ minas & metũ ſuſtinere, propter quas nõ audet in beneficio aut loco reſidere, volumus & mãdamus tali presbytero licentiã abeſſendi ab huiuſmodi ſuo beneficio gratis cõcedi, metu ipſo durãte. Et nihilominùs p iudicẽ, à quo mãdata emanauerunt, ſibi de expenſis neceſſarijs, honeſtate ſeruata, pro eodẽ tẽpore debitè prouideri.

Itẽ inhibemus, ne deceterò aliquis ſit iudex & ſigillifer noſter, ſeu vicarius & componẽs in eadẽ curia ſimul & ſemel. Quodq; nullus coniugatus ſit officialis aut ſigillifer noſter, vicariúsve alicuius archidiaconorũ, aut iudex alicuius curiarum prædictarum.

Item inhibemus, ne decani Chriſtianitatum ſub colore viſitationis ficto vel illius remiſſione, recipiant de ſuis quartis capellis pecunias annuas, niſi perſonaliter viſitauerint & cum effectu. Et tunc ſtent contẽti quarta parte illius, quod archidiaconis pro
*integræ Eccleſiæ viſitatione debetur. Et *integra
idem volumus obſeruari in ſolutione obſonij & cathedratici ipſarum quartarũ Capellarum, dictis decanis facienda. Et nihilominùs reſideãt ipſi decani quilibet in ſuo concilio, niſi fuerit officialis, ſigillifer aut protonotarius noſter, aut locum tenens alterius eorundem. Saluisq; priuilegijs Apoſtolicis, vel niſi cum eis per nos aut noſtros ſuperiores fuerit diſpenſatum.

Item ſtatuimus, vt ijdem decani rurales in ſolutione abſentiarum & Placet, de ſuis quartis capellis, ac etiam in proclamatione & admiſſione ad eaſdẽ, & octaua parte fructuum ſint contenti, & illis vtantur ſicut ſigillifer & archidiaconi.

Itẽ prohibemus, ne ſigillifer noſter Leodiẽſis, aut aliquis alius, pro deliberatiõe ſacri chriſmatis, olei ſacri aut olei infirmorũ in ciuitate noſtra Leodieñ, decanis Chriſtianitatũ noſtrę diœceſis in hebdomada pœnitentiali deliberari ſolitorum, neque ipſi

deca-

decani pro miniſtratione huiuſmodi ſacramẽtorum confratribus ſuorum conciliorũ facienda quicquam recipiant vel exigant, contra vel præter tenorem ſtatutorum ſynodalium, ſed abſq; extorſione alicuius pecuniæ ſiue ſub colore expenſarum aut aliâs quocunq;, illa expeditè deliberent, cùm ad hoc ex debito ſuorũ officiorum obligẽtur.

Item prohibemus, ne huiuſmodi ſacramenta detineantur per noſtrum ſigilliferũ, aut quemcunq; alium, neq; etiam eorũ deliberatio denegetur alicui propter deportationem aut executionem quorumcunq; mandatorum Eccleſiaſticorum, abſque decreto noſtri officialis ſpeciali.

Item quanꝯ archidiaconi & decani Chriſtianitatum, audientiam & cognitionẽ cauſarum corã eis intentarũ cõmittere valeãt, tamen vt ipſi ſuperioris iuriſdictionẽ & authoritatem non defraudent, inhibemus ne deciſionem & diffinitiuam ſententiã ipſarũ committere præſumant quoquo modo. Et ſimiliter inhibemus officiali curiæ noſtræ Leodienſis, ne cauſas per viam appellatiõis ad eum deuolutas, aliquatenùs committere præſumat. Et ne cauſas alias per viam ſimplicis querelæ coram eo intentatas, vltra ſemel committere præſumat decidendas.

Item in factis præſentationum ad ſacros ordines ſtatuimus & ordinam⁹, ꝙ pro præſentatione ad quemlibet ſacrum ordinem, non recipiantur vltrà, niſi ſex groſſi, quales præſcribuntur in quarto puncto ſiue articulo, ab initio computando, pro ſcriptura, ſigno & ſigillo in vniuerſo.

Item ſtatuimus ꝙ decæterò curatus reſcribens ſuis temporibus decanis ſeu vicedecanis alterius conciliorum noſtræ diœceſis, prout moris eſt, debet ſemel dũtaxat in anno, & non ampliùs, reſcribere nomina & cognomina beneficiorum curatorum & non curatorum, ac officiorum infra parochiam ſuã conſiſtentiũ, vnà cum annuo valore beneficiorum vel officiorũ huiuſmodi iuxta communem extimationem, vel prout meliùs ſciuerit, ac nominibus ac cognominibus rectorum eorundem reſidentiũ atq; abſentium ab eiſdem, & deſeruitorum eorũdem, & excõmunicatorum per annum & ampliùs. Et item ſic reſcribens, nõ debet ex officio citari ſuper vlteriori reſcriptiõe facienda.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus presbyter ſuper incontinentijs citetur, niſi mulier nominata in citatorio, cũ qua dicitur incontinens, ſit primò ad ſanctã ſynodum prouocata. volumus tñ, ꝙ in euentum in quem ſynodus in loco domicilij eiuſdẽ mulieris nõ fuerit celebrata, vel talis mulier per dolum, fraudem, ſiue timorẽ ſcabinorũ ſynodalium ſit neglecta, & in ſynodo non prouocata, & de hoc procurator fiſcalis inquirere voluerit, hoc licitè facere poterit.

Itẽ quia parũ eſt, ſtatuta condere, niſi debitis pœnis vallentur, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ oẽs officiales, ſigilliferi, notarij, ꝓcuratores negociorum dictarũ curiarum & clerici foranei qui nunc ſunt vel erunt, hæc ſtatuta pro poſſe ſuo & bona fide, quantum in eis erit, obſeruent. Si quis autẽ officialis, ſigillifer aut notarius, aut clericus foraneus officialis noſtri vel archidiaconorũ ꝑdictorum, aut procurator quicunq; ſciẽter dicta ſtatuta, vel eorũ aliqua ꝑſumpſerit violare, volumus & ordinamus, ꝙ talis ſuſpendatur ab exercitio officij ad ſex menſes & vltra, prout ſuo iudici in ea parte videbiẽ expedire. Et aliâs arbitrio iudicis eiuſdẽ puniatur, prout hoc meruerit ꝓteritas delinquẽtis.

Item ꝓcipimus omnibus iudicibus, ſigilliferis, officialibus, Aduocatis, procuratoribus negociorum dictarum curiarũ, clericis foraneis officialis noſtri & archidiaconorũ, necnon decanis cõciliorũ prędictorum, aut eorum vicegerentibus ſub pœna excõmunicationis, ꝙ quilibet ipſorũ, infra menſem poſt preſentium publicatiõem, copiam ſtatutorum ipſorum habeat, ne ſuper illis ignorantiam aliquam valeat allegare. Et ꝙ ipſi decani vel eorum vicegerentes rectoribus Eccleſiarum ſui concilij ea publicẽt, & ipſi rectores eorum copiã recipiant quãtocitiùs poterunt. Et ſi aliquos violatores ſeu tranſgreſſores eorundẽ ſtatutorum, vel aliquos falſarios vel abuſores literarũ Apoſtolicarum vel delegatorum iudicum ſeu curię officialis noſtri capituli vel archidiaconorũ prædictorũ, vel ſuper hoc diffamatũ ſciuerint, inuenerint, vel perceperint, illorũ nomina vel exceſſus officiali noſtro, prout ſtatuta ſynodalia ꝓcipiunt, denuncient vel reſcribant. Verùm quoniam omnia præmiſſa per nos ordinata & ſtatuta ſunt duntaxat propter abuſus repellẽdos, & in melius reformandos, non intendimus per ea iuriſdictionibus noſtris per nos & per noſtros officiales curiæ noſtrę iuratos, aut archidiaconorũ Eccleſiæ noſtrę Leodienſ, & aliorũ prælatorũ in aliquo derogare, Saluis ſemp ordinatiõibus & ſtatutis noſtris ſuprаſcriptis, in ſuo robore permanſuris. In quorum omniũ teſtimoniũ, ſigillũ noſtrũ vnà cum ſigillo dicti noſtri capituli appoſuimus.

Et nos capitulũ Leodienſ prædictum, in ſignum conſilij & conſenſus noſtri ſuper & in premiſſis datorum, & vt ſtatuta & alia ꝑmiſſa robur obtineant perpetuæ firmitatis, ſigillum noſtrum vnà cum ſigillo dicti reuerendi patris dñi noſtri epiſcopi Leodienſ prædicti, his literis ſeu ſtatutis duximus apponendum. Datum Anno à Natiuitate Domini 1446. menſis Iunij die 4.

Et ſunt prædictæ reformationes confirmatæ per S.D.N. Nicolaum Papã 5. Anno incarnatiõis dñicæ 1451. 17. Calend. Nouẽb. Pontificatus ſui anno 5.

PII

PII PAPAE II. BVLLA

RETRACTATIONVM OMNIVM, DVDVM PER EVM in minoribus adhuc agentem, pro Concilio Baſileen, & contra Eugenium ſummum Pontificem ſcriptorum.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, Rectori & Vniuerſitati ſcholæ Colonienſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Is minoribus agentes nõdùm ſacris ordinibus initiati, cùm Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale concilium facere, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentare aiebant, Dialogorum quendã libellum ad vos ſcripſimus, in quo de authoritate cõcilij generalis, ac de geſtis Baſileenſium, & Eugenij Papæ cõtradictione, ea probauimus vel damnauimus, quæ probanda vel damnãda cenſuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mẽtiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus. exiſtimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis noſtræ aliud erat obiectũ, quàm publica vtilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientẽ inquiunt philoſophi nunquàm errare, verũ eſt. At quis ſapiens, niſi bonus? quis bonus, niſi ſolus Deus? Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum, inquit propheta regius. Declinauim⁹ & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via, ambulauim⁹ in tenebris, & procul à vera luce receſſimus: nec nobis tãtùm errauimus, alios quoq; in præcipitium traximus, & cęcis ducatum præbentes cæci, cum illis in foueam recidimus. forſitan & aliquos ex vobis ſcripta noſtra decepere, & in deuia deduxerũt: quorum ſanguinem ſi de manibus noſtris requiſierit Dominus, non habemus quod reſpondere poſſimus, niſi nos, vt homines, peccauiſſe, qui arbitrantes rectum iter oſtẽdere, obliquũ monſtrauimus. in miſericordia tantùm Dei ſpes noſtra ſita eſt, quæ ſuper omnia opera eius elucet. Sed haudquaquàm ſatis fuerit diuinam miſericordiam implorare, & dicere, Parce Domine, parce peccatis noſtris, niſi pro virib⁹ vulnera, quæ infliximus, veritate curare annitamur: & ſicut eſt in fabulis, Sagitta, quæ vulnerauit, afferat opem: ſiue vt canit Eccleſia, Medelam inde ferat, hoſtis vnde læſerat. Mortẽ quidam priùs ſibi cõſciuerint, quàm videri velint aliquando malè ſenſiſſe: & nonnulli ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant, & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abijciũt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hæreſes: qui ne appareant inconſtantes, pertinaces efficiuntur. ſuperbiſſimi hoc agunt, qui videri dij, non homines, volunt, quales Conſtantiæ combuſti ſunt noſtra ætate in magno conuentu Hieronymus & Ioannes hæreſiarchæ. Nos homines ſumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quę diximus, ſcripſimus, egimus, damnari poſſe, verùm non vt Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtori⁹, & alia blaſphemorum turba. ex animo damnatam viam elegimus. ſeducti peccauimus, vt Paulus, & ignoranter perſecuti fuimus Eccleſiã Dei, & Romanam primamque ſedem. propter quod proſtrati ante oculos diuinę pietatis, ſupplices oramus: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet malè feciſſe, & malè dictorum ſcriptorumque vehementer pœnitet: plus ſcripto, quàm facto nocuimus. Sed quid agamus? ſcriptũ & ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. Non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quę multas inciderũt in manus, & vulgò legũtur. vtinam latuiſſent, quæ ſunt edita. nam ſi futuro in ſeculo mãſerint, & aut in malignas mẽtes inciderint, aut incautas, fortaſſe ſcãdalum parient. Qui hæc ſcripſit, inquient, in beati tandem Petri cathedra ſedit, & Chriſti ſaluatoris vicariatum geſſit: ita ſcripſit Aeneas, qui poſtea ſummum Pontificatum adeptus, Pius II. appellatus eſt, nec inuenitur mutaſſe propoſitum. qui eum elegerunt, & in ſummo Apoſtolatus vertice collocarunt, ab ijs ſcripta eius approbata videntur. Verendum eſt, ne talia noſtris aliquandò ſucceſſoribus obijciantur, & quæ fuerunt Aeneæ, dicãtur Pij, atq; ab ea ſede authoritatem vendicẽt, aduerſus quam ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij, B. Auguſtinum imitari, qui, cùm aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit. Humilis & probatiſſimi vir ingenij, qui ſuas ineptias verecundè confiteri ac corrigere, q̃ impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: cõfitebimur ingenuè ignorãtias noſtras, ne per ea, q̃ ſcripſimus iuuenes, error irrepat, qui poſſit in futurũ Apoſtolicã ſanctam ſedem oppugnare. nam ſi quẽ decuit vnq̃ Romani primiq; throni eminentiam & gloriã defendere ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine vllis meritis pius & miſericors Deus ſola diſpenſatione ſua ad B. Petri ſoliũ, & dilectiſſimi filij ſui Dñi noſtri Ieſu Chriſti vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem vllam præſtetis, quæ ſupremam Apoſtolicæ ſedis authoritatem

Luc. 18.

Pſal. 13.

Pſal. 144.

Pſal. 24.

ritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid adstruũt, quod sacrosancta Romana nõ amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus, vt id solium præ cæteris venerẽtur, in quo saluator Dominus suos vicarios collocauit, & quod beati Apostoli Petrus & Paulus suo sanguine dicauerunt. nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, in ordinatã reliquisse militantem Ecclesiam: quæ cùm sit sponsa Christi, profectò à Deo est, & ordinem habet, dicente Apostolo, quæ sunt, à
Rom. 13. Deo ordinata esse. Requirit autem ordo, vt inferiora à superioribus gubernẽtur, & ad vnum tandem perueniatur, tanquàm principem & moderatorem cũctorum, quæ infra se sunt. Sicut grues vnam sequuntur, & in apibus vnus est rex: ita & in Ecclesia militanti, quæ instar triumphantis habẽt, vnus est omniũ moderator & arbiter, Iesu Christi vicarius: à quo, tanquàm capite, omnis in subiecta membra potestas & authoritas deriuatur, quæ à Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit. Nec pfectò in alium, tanquàm sui exercitus ducem, supremam authoritatem Christus principaliter deriuasset, quàm in suum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam nouimus Dominici gregis curam: nec duos plurésue Petros euangelistæ cõmemorant, nec duos aut plures instituit Dominus, qui suum locum tanquàm capita tenerent æqualia: sed vnum constituit, vt verticem ac ducem, &
Matt. 16. pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrũ, dicens, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & tibi dabo claues regni cælorum. & quodcunq; ligaueris
Ioan. 21. super terrã, erit ligatum & in cælo: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et pasce oues meas. Quæ nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro vnitas & summa contineretur authoritas: nec alius à petra dictus est Petrus, nisi
1. Co. 10. Simon, vt intelligeremus vnicum esse veræ & solidæ petræ, id est, Christi, (vt Paulus exponit) locum tenentem, Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto exemit gladium Petrus igitur, & successores eius Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, & nos hodie quãuis indigni, sola Domini voluntate digni tenemus: & quicunq; Romanæ secũdum canonicas sanctiones præficitur Ecclesiæ, quamprimùm electus est in sacro collegio, supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam, cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduersus hãc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in epistolis nostris, quæ plures à nobis sunt editæ, aut in alijs opusculis nostris, (multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respuite atq; contemnite. sequimini quæ nunc dicimus, & seni magìs quàm iuueni credite, nec priuatũ hominem pluris facite, quàm Pontificem. Aeneam reijcite, Pium recipite. Illud gentile nomẽ parentes indidere nascẽti: hoc Christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui cùm Pontificatu hãc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longè aliter actum. Audite filij conuersationem nostram: breuis narratio erit, quæ vobis, quantùm ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet satis. anno salutis primo & trigesimo supra millesimum quadringentesimum cum Dominico *Capranica, quem Martinus quintus in secreto consistorio Cardinalẽ creauerat, Eugenius IIII. spreuerat, Basileam petiuimus, ibiq; concilium inchoatum inuenimus, verùm ab Eugenio reuocatum, quanuis congregati noluerant obedire, asserẽtes iam inceptum conciliũ sine consensu patrum, qui conuenissent, haud quaquam potuisse dissolui. Iulianus aderat sancti Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus & doctrina conspicuus. Is cùm cæteris præstaret, audita Eugenij reuocatione, presidentiam dimisit, tãquàm summo Pontifici vellet obedire: sed cùm augesceret in dies (Eugenio vel inuito) concilium, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & regum legati aduẽtarent, Cardinales quoque ex Romana curia profugi in dies nonnulli concurrerent, præsidentiam resumpsit, & authoritatẽ cõcilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ sedis supprimere cœpit. Veniẽtes Eugenij legatos, & potestatẽ Romanorum præsulũ magnificantes apparenter cõfutauit: & cùm esset facundissimus, facilè psuasit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti, Eugenio infensi, vitam eius moresq; carpebant: accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt est oĩs multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabãt. Nos, qui ex patria iuuenes, nõ ex vrbe illuc migraueramus, & noua tum primùm auis ex Senensi gymnasio euolaueramus, rudes & inexperti vera esse arbitrabamur quæcũque dicebãtur. nec putabamus mẽtiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri: atq; vt est innatum homini, tetra & horrẽda crimina odio habebamus. nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantiq; testes indignum Pontificio dicerent. Aderant legati Parisiẽsis scholæ, cuius est fama percelebris: affuerunt & aliquando vestri & aliorum studiorum Germanicæ nationis oratores: & vno cuncti ore concilij generalis authoritatem ad cælum efferebant: de potestate Romani Pontificis pauci erant, qui loqui præsumerent: omnes, qui pũblicè loquebantur, prurientes auribus multitudini applaudebant. Accessit & ipsius Eugenij consensus, qui dissolutionem concilij à se factam reuocauit, & progressum eius approbauit, cùm reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax Ecclesiæ data. Præterita enim omnia per suas literas concilij patres Eugenio sese remissuros, & pedes eius tanquàm beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, cõcilio cursum permitteret, atq; illi cohæreret. Nouæ interesse discordiæ, tum alijs de rebus, tum pũtissimè super trãslatione concilij Græcorum causa in aliũ locum. Eugenius in Italia non sine ratione cõcilium petebat: popularitas synodalis transire montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt p id temporis duo viri ex Italia Basileense cõcilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alphonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuilis sapientiæ duo precipua lumina & clarissima, censebantur. Hi dictis scriptisque concilij gesta probabant, Eugenij facta damnabant: nec erat qui aut vellet, aut auderet dicta eorũ refellere. Quid ageremus? audire potuimus, nõ discere? Rude nimìs ingeniũ est, quod per singulos dies audita & inculcata non capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solẽt. Paucos inuenias Aristoteles, qui Platonica norint destruere dogmata. Non est discipulus
Luc. 6. supra magistrum, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij cõplures fuere magistri: schola, Basileensis cõuentus, in quo rarò aliquis Eugenij causam defendit. Aduersus concilij dignitatem mutire aliquid, crimen hæresis fuit. Vna oĩum vox concilium Eugenio præferebat: de sedis Apostolicæ præcellentia aut silentiũ, aut contemptus: Concilium, concilium cuncta sonabant. Didicimus ergo quæ audiuimus, & post aliquot annos existimantes nos aliquid esse, diximus, vt est apud Satyricum,
Iuuenalis. *Semper ego auditor tantùm? nunquámne reponã?* Puduit semper discipulum agere, subtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui, & magistri personã induimus. scripsimus epistolas & opuscula. hoc omnibus passìm datur: docti & indocti scribũt: & quæ scripsit ipse, nemo contemnit, nisì editionis feruorem tempus extinxerit: Nobis placebant scripta nostra more poetarum, qui poemata sua tãquam filios amant. Nec Basileæ quenquam inueniebamus, qui ea damnaret: probant enim similia similes: applaudebamus nobis ipsis, & in editiõibus nostris gloriabamur. & quanquàm postea Eugenius concilium in Italiam transtulerit, & cum Græcis Ferrariæ, ac demum Florentiæ conuenerit: quanquàm Iulianus sancti Angeli, & Ioannes sancti Petri Cardinales, quibus plurimùm credebam⁹, ad Eugeniũ defecissent: quanq; pauciissimi in fide Basileen remãsissent: noluim' tñ credere, existimãtes cunctos, qui abibãt, metu recedere, ne bona tẽporalia pderent, & cùm nihil haberemus, quod nobis auferri posset, pseuerandũ putauimus, ne partẽ, quę verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Mansimus igit Basileæ, quoàd Eugenio, vt credidimus, iusto iudicio depositio Amadeus Sabaudien Nota testimonium de Amadeo. suffectus est, & Felix quintus appellatus: quẽ non vt idolum, quod erat, sed tãquam verũ Christi vicariũ venerati fuimus, nihil ad hęc siniſtri putantes interceſſiſſe. At cum Fridericus Romanorum rex Aquisgrani coronatus, domum repetens, Basilea *transitum fe- *iter cisset: rogatusque Felicẽ illic psentem accedere, nullo pacto psuaderi potuisset, vt honorem ei, tanquã Rom. Pontifici, exhiberet, aut publicè cum eo verba misceret: tum primùm considerauimus possibile esse, q; partem erroneã sequeremur, qñ rex, Imperator Romanorum futurus, in tanto negocio dubius esset, & ad Eugenium inclinaret magìs. multùm & sæpè inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi verum. nunquàm enim volentes errauimus. Rogati in familiã Friderici trãsire, non renuimus. erat tunc ille cum tota ferè Germania neutralis. Conciliũ Basileæ dicebant esse Germani, & idolũ eius respuebãt, Eugeniũ Christi vicariũ appellabant, & conciliũ ab eo celebratum recusabant: nec Eugenio, nec Basileensib⁹ plenè obediebãt. Placuit ad neutrales transire, vt verũ apud eos liberiùs audiremus, & si recedendũ esset ab vno extremorum, per aliquod mediũ transiremus ad alterum, & eorũ iudiciũ spectarem⁹, qui nõ essent affecti causæ. Mansim⁹ in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatẽ idcirco Teutones induerant, vt concordia faciliùs inueniretur, non ex consilio Solonis, qui tumultuãte ciuitate extorrẽ fecit eum, q; sine parte remansit. Multa inter neutrales didicim⁹, q; nos antea latebant: Eugeniũ falsò de multis accusatum inuenimus: Cardinales, qui Basileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & sancto viro notam inurere voluisse: qui tñ cuncti postea ad eum redierũt, & veniã erranti petierunt. Fortè per id tẽpus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, cuius suprà meminimus, ex Vngaria, q; sibi decreta contra Turcas fuerat, puincia, Flauinianũ venit, (quæ hodiè Vienna dicitur) pcipuũ Austriæ columen: sæpe cum eo sermonẽ pro veteri consuetudine miscuimus, sæpe de rebus Basileensibus disputauimus. tuebamur antiquam sententiam: ille nouam defendebat. extollebamus generalis concilij authoritatẽ: ille Apostolicæ sedis potestatẽ magnoperè collaudabat. dicebamus concilium Basileense iure pseuerasse, quanuis Eugenius psidentes reuocasset, & hoc eius factum accusaba-

mus: ille dissolutum seu translatum ritè cõcilium affirmabat, & Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileęque nõ synodum Ecclesiæ, sed Satanæ, & ministrorum eius synagogam remãsisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, verùm modesta & charitate plena: ad extremum cùm suis scriptis, dictisque Cardinalem vinceremus, premeremusq; vehementer, subridens ille, Tu, inquit, Aenea tabellis obsignatis agis mecum: & qm̃ aliqñ sensimus vt dicis, idcircò & hodiè idem putas debere sentire, & addictos priori sententiæ censes. verùm propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam vsque ad mortem possum⁹. cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, verum amplecti? Fateor me dixisse & scripsisse, quæ refers, verùm à vero remotum erasse: at tu, qui, vt ais, me doctore Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modò non sequeris recta monẽtem? Præsumpsi de meipso, dum essem Basileæ, nimìs, quanùs deceptus decepi, & credens prodesse, nocui. in medio Ecclesiæ docens quæ non didici, cæcus erraui, & in tenebris ambulaui. reliqui tandem ecclesiam malignantium, & cum impijs sedere recusaui, reuelauit dominus oculos meos, & considerauí mirabilia de lege sua: cognoui priorem errorem, & quantum à vero procul abijssent Basileenses, planè intellexi. adij Romanam curiam, & Eugenio, cui fuissem rebellis, submisi ceruicem: à quo misericordiam consecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Ecclesiæ reconciliatis, aduersus impios Turcas legationem accepi. castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me, sed humiliatum exaltauit: quia cognito in errore nõ perseueraui, sed mox in viam redij, & ex magistro factus discipulus, ex magno parũus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veræ matris lacte nutritus, ad fontem veri peruẽni, quem sancti doctores ostendunt Græci & Latini, quorum vna vox est, saluari non posse, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ non tenet vnitatem, omnesq; illas virtutes mancas esse ei, qui summo Põt. obedire recusat: quanùs in sacco & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in cęteris videatur legem implere: quia melior est obedientia, quàm victimæ. & omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, & Romanum præsulem in Ecclesiæ vertice constitutum esse constat, à quo nullam ex ouibus Christi exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, & pastoris Eugenij vocem audiui: tu si sapias, idem facies. hæserunt pectori nostro verba *viri, quæ sæpe ad nos repetijt nõ sine charitate ardenti, & amore singulari. Interea ex diuersis regionibus homines doctissimi Cæsarem adierunt, quibuscum pla-

1. Reg. 15. Rom. 13.

*vitæ

cidos de eisdem rebus miscuimus sermões, semper ad verũ intenti, cuius est natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauaialis Apostolici palatij auditor, natione Hispanus, qui, Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione successit: quocum sæpè de concilio Basileẽsium amicè disputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quẽ de his rebus in colloquiũ non adduceremus. Cumq; Cæsar ad vnionem Ecclesiæ procurandam in Nurimberga suæ nationis conuentum instituisset, decreuissetq; summum Pontificem adhortari, vt Constantiæ nouum Conciliũ indiceret, legatumq; mitteret, ac Basileenses pariter induceret, vt eò se transferrent, vt pax Ecclesiæ redderetur: primi Basileenses recusauere. Quod audiens Thomas Asselbachius ex Germanis insignis theologus, Nunc, inquit, scio Basileenses spiritum sanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt. idem multi alij dixere viri doctissimi, & opinione sanctitatis illustres. Quibus consideratis, caligo tandẽ ab oculis nostris cecidit, quæ velut aranearum tela, verũ cernere impediebat. Recognouimus errorẽ nostrũ, venimus Romam, Basileen dogma reiecimus, Eugenio pontifici maximo caput submisimus, & reconciliati Ecclesiæ Romanæ, doctrinã eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullũ primũ nisi Christũ sequens, beatitudini tuę, i. cathedrę Petri cõmuniõe cõsocior. Sup illã fundatam Ecclesiã scio: quicunque extra hanc domum agnũ Dñicum comederit, profanus est: si quis in Arca Noæ nõ fuerit, peribit regnante diluuio. Eramusq; adhuc penè laici, qñ ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Basilea clericali tantùm charactère insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbuimus ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileen cæcitate relicta. In Austria minores ordines, ac subdiaconatum, & diaconatũ recepimus: in Vrbe ad presbyteratum peruenimus. Hæc est conuersatio nostra: per hos grad⁹ è tenebris ad lucẽ migrauimus. ad quam rem nõ parum luminis nobis attulit Thomas *Saracenus theologicæ sapientiæ celebratus, ac acutissimus interpres, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His authoribus vnam Ecclesiã catholicã, & apostolicã esse didicimus matrem oím fideliũ, extra quam non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatã, in qua omnes, qui militant, finem sibi proponunt vitam æternam. Idcircò enim in Ecclesia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hostibus pugnant, vt pacem tandem assequantur, & cum Iesu magistro ac legifero suo in cælesti Ierusalẽ triumphare, ac regnare possint. Hîc finis Christiano proponitur, huc omnes Ecclesiæ militantis conatus, omnes

*Sarzanus, legit Platina

leges,

leges, omnes regulæ tendunt. & quoniã Ecclesia quidam exercitus est Deo militãs, terribilis vt castrorum acies ordinata dicitur: vni, pculdubio Imperatori subiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumq; pius ac max. & opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiam, eamq; voluerit ad finem vsq; seculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimũ censeretur? At verò inter genera gubernatiõum communis philosophorum sententia est, ſpstare monarchiam: & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quanùs eiectis regibus duos annuos consules elegerunt, & modò tribunos addidere, modò alios magistratus inuenere: in aduersis tamen cas⁹, bellisque grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & authoritate præstãtem, quem dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduersari. & quanquàm dictaturam ab initio temporaneam instituerunt, in Iulio tamen & successoribus eius perpetua effecta est. Nec vnquam Romana res admirabilior aut celsior fuit, quàm sub Augusto Cęsare, quãdo iã clausis Iani portis totus ferè orbis sub vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen cæteris prætulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius ferè orbis consuetudo, cuius maximã partem gubernant reges, siue Christianos intueamur, siue Barbaros. & quanùs ciuitates aliquot reperiantur, quæ cùm maximè seruiant, liberas sese vocitant, sine rege viuentes, non possunt tamen effugere, quin vnum præferant alijs, eiq; tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? cælestis aula nos admonet. quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid máius aut durabilius? quid melius aut beatius? quanùs in ea & Angelorum diuersi sint ordines, & sanctorum spirituũ innumerabiles chori, vnus est tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit vniuersa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius vnigenitus Christus Iesus cùm pro nostra salute veniſſet in hunc mundum, seruili accepta forma, Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea vsque in diem assẽsionis corporaliter præsedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem suum direxit. At cùm assẽdisset in cælum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, Pasce oues meas, &, Tibi dabo claues regni cælorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est verax. Grex Christi, Ecclesia est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animã suam pro ouibus suis. Secundus pastor Petrus extitit, ab ipso Domino institutus, atq; omni potestate donatus, quæ ad bene regẽdum commissas oues necessaria ducitur. alioqui Christus, qui sapiẽtia patris est, & oĩno sapienter egit, Ecclesiæ suæ haud sufficienter prouidisset, quod est nefarium asserere. & quanùs plures per orbem ecclesię institutæ fuerint, & plures episcopi, id est, plures greges, & ouilia plura, & pastores plures: omnes tamẽ sub vno pastore, & in vno grege, atque ouili continebantur, sicut & hodie continentur: quia vnus est Christi thalamus, vna sponsa, vnum ouile, & vnus pastor, & omnium episcoporum vnus episcopus Romanus præsul, beati Petri successor, & Iesu Christi vicarius. Petrus enim in Antiochia primùm sedit, deinde Romam venit. vnde cùm persecutionem fugiens, vellet abire, à domino prohibitus est, & hîc glorioso martyrio vitam finiuit, successore Clemente, *substituto, atq; ita in hanc vsq; diem seruatum est, vt qui Romæ sederit antistes ritè institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à domino, hunc omnes Christianæ plebes. omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes episcopi tanquam Iesu Christi vicarium & beati Petri successorem, vniuersalis Ecclesiæ caput ac rectorem & ducem venerati sint. Inter quos plurimi pro Christi nomine *asperrimos ppessi cruciatus, & morte mulctati, coronam martyrij susceperunt: plurimi cõfessores egregij, vita, moribus, & doctrina fulgentes, quanùs sine sanguinis effusione, nõ tamen sine periculis & labore, ac voluntate parata pro conseruanda sacri euangelij authoritate moriendi, ad cælestem gloriam puenere: vt Gregorij, Damasi, Leones, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quę tertius claruit Eugenius, ex monasterio sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocat⁹, ad quẽ diuus Bernardus monachorum pater, non minùs doctrinæ fulgore, quàm vitæ sanctimonia illustris, inter multa, huiusmodi verba conscripsit: Indagemus, inquit, adhuc diligentiùs quid sis, quam geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, tu summus Pontifex, tu princeps episcoporum, tu hæres Apostolorũ, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidem cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrunque præ illis nomen hæreditasti. Habẽt illi assignatos sibi greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus oĩum pastor. Hæc Bernardus ad Eugeniũ III. scribit, cui supremam & omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus ꝓfitemur, quia dignitatis est authoritas. Li-

Cant. 6.

Iohan. 21. Matt. 16.

Ioann. 10.

*acerrimos

quet igitur, vnum in Ecclesia caput esse, & vnum principem: quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principū discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in vlti-
Iohann. 14. mo testamento pacem reliquit, & pacē multis verbis commendauit. dedit ergo & regimen pacis amicū, id est, monarchicum, sub beato Petro, & successoribus eius administrari cuncta præcipiens, clauibus illi commissis, & cura gregis demãdata. Hæc nos de Romani Pontificis authoritate & potestate sentimus, cui & congregare generalia concilia, & dissoluere datum est: qui etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & * sicuti filiationis causa venerari debet Ecclesiam, tanquã matrem: ita & plationis causa * præfertur ei, vt pastor gregi, princeps populo, rector familiæ. Cum his & generalis concilij authoritatem & potestatem complectimur, quē admodùm & æuo nostro Constantiæ, dum ibi fuit synodus vniuersalis, declaratū definitumq; est. Veneramur enim Constantiēn. concilium, & cuncta, quæ pcesserūt, à Romanis Pontificibus nostris * præcessoribus approbata, inter quę nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod ſtāte Romano indubitato præsule, absque ipsius authoritate conuenerit: quia non est corpus Ecclesiæ sine capite, & omis ex capite defluit in membra potestas. Hæc nostra sententia est, filij, hæc credimus & profitemur: hæc iam senes, & in Apostolatus apice constituti, pro veritate asserimus: si quę vel vobis, vel alijs cōscripsimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parùm pensata iudicia, reuocamus atq; omino respuimus Datum Romæ apud sanctum Petrum, VI. Kaleñ maias, millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

* sicut ppter regenerationis causam * præest

* prædecessoribus

Pij Papæ II. Bullæ retractationum omnium, dudū per eum, in minoribus adhucagētem pro concilio Basileen & cōtra Eugeniū 4. summum Pont. scriptorum, finis.

Candido Lectori, F. Laurentius Surius.

HOc loco adscribenda putauimus, quæ Sixtus 4. Pontifex maximus de Conceptiōe sacratissimę virginis Mariæ promulgauit & sanxit, quemadmodū in Extrauagantibus lib. 3. tit. De reliquijs & veneratiōe sanctorū legūtur, propterea q; Synodus Tridētina Sixti huius sententiā secuta est. Verba synodi eius hæc sunt Sessiōe 5. Declarat tamē hæc ipsa S. Synodus, nō esse suæ intētiōis, cōprehēdere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatā & immaculatā virginē Mariā Dei genitricē, sed obseruādas esse cōstitutiones felicis recordatiōis Sixti papæ 4. sub pœnis in eis cōstitutiōibus cōtentis, quas innouat. Hæc synodus. Ipsius igitur Sixti Pōtificis, nè longiùs ea Lector petere cogaris, verba subijcimus & primò quidem de festi Conceptionis celebratione, deinde de pœnis in eos constitutis, qui Conceptiōem ipsam oppugnant.

SIXTI IIII. PONTIFICIS MAXIMI DECRETVM de Festo Conceptionis immaculatæ virginis Mariæ.

CVM præexcelsa meritorum insignia, quibus regina cælorū, virgo Dei genitrix glorioſa, sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina perrutilans, deuotæ cōsiderationis indagine perscrutamur, & infra pectoris arcana reuoluimus, q; ipsa, vtpotè via misericordię, mater gratię, & pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorū onere grauantur, sedula oratrix & peruigil ad regē quem genuit, intercedit: dignum, quin potiùs debitū reputamus, vniuersos Christifideles, vt omnipotenti Deo, (cuius ppter prudentia eiusdem virginis humilitatē ab æterno respiciens, pro cōcilianda suo authori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui vnigeniti habitaculū sancti spiritus pparatione cōstituit, ex qua carnē nostræ mortalitatis pro redemptiōe populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilo minùs post partum remaneret:) de ipsius immaculatæ virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta ppterea in Ecclesia Dei Missas & alia diuina officia dicant, & illis interſint, indulgentijs & peccatorū remissiōibus inuitare, vt exinde fiant eiusdē virginis meritis & intercessione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratiōe inducti, eiusdem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorum eius authoritate confisi, authoritate Apostolica hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, q; omnes & singuli Christifideles vtriusq; sexus, qui Missam & officiū Conceptionis eiusdem virginis glorioſę, iuxta piam, deuotam & laudabilem ordinationem dilecti filij magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis, notarij nostri: & quæ desup à nobis emanauit, Missæ & officij huiusmodi institutionem, in die festiuitatis Conceptionis eiusdē virginis Mariæ & per octauas eius deuotè celebrauerint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint: quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam & peccatorum remissionem cōsequantur, quã iuxta felicis recordationis Vrbani 4. in Cō- for. approcilio Viennensi * approbatæ, ac Martini 5. & batam aliorum Romanorū pontificū prædecessorum nostrorum constitutiones consequūtur illi, qui Missam & horas Canōicas in festo Corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi à primis Vesperis & per illius octauas iuxta Romanæ Ecclesiæ constitutionem celebrant, dicunt, aut Missæ, officio &

& horis huiusmodi interſunt, præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ 1476. 3. Calend. Martij, Pontificatus nostri anno 6.

EIVSDEM SIXTI DECRETVM ALIVD DE eadem Conceptione Virginis matris.

GRaue nimis gerimus & molestū, cùm siniſtra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorum, qni ad euangelizādum verbū Dei sunt deputati, excessibus pdicando commissis, eo grauiùs ppuocamur, quo illi periculosiùs remanent incorrecti: cùm facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publicè prædicando diffusiùs & damnabiliùs imprimuntur errores. Sanè cùm sancta Romana Ecclesia de intemeratæ semperq; virginis Mariæ conceptiōe publicè festum solenniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinauerit, nonnulli, vt accepimus, diuersorum ordinū pdicatores, in suis sermonibus ad populum publicè per diuersas ciuitates & terras affirmare hactenùs non erubuerunt, & quotidiè prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricē absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos: eiusdem immaculatæ conceptionis officiū celebrantes, audientesq; sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula cōceptam esse affirmāt, peccare grauiter: sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertionibus & prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & maiora meritò exoriri formidantur indiès. Nos igitur huiusmodi temerarijs ausibus ac peruersis assertionibus ac scandalosis, quę exinde in Dei Ecclesia exoriri possunt, quantū nobis ex alto cōceditur, obuiare volentes, motu proprio, nō ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitiōis instantiam, sed de nostra mera deliberatiōe & certa scientia, huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare psumerent, eos qui crederent aut tenerēt eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermōes audientes, alicuius peccati reatū incurrere, vtpotè falsas & erroneas, & à veritate penitùs alienas, editosq; desupèr libros pdictos id continentes, quo ad hoc, authoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus & damnamus: ac motu, scientia, & authoritate prædictis statuimus & ordinamus, q; pdicatores verbi Dei, & quicunq; alij, cuiuscunq; status, gradus aut ordinis ac conditionis fuerint, q; decæterò ausu temerario psumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per nos improbatas & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros p veris legere, tenere vel habere, posteaq; de presentibus scientiam habuerint: excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio quàm à Romano pōtifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutiōis beneficiū obtinere. Item motu, scientia & authoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimē vel peccatum incurrere mortale, cùm nōdum sit à Romana Ecclesia & Apostolica sede decisum: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunq;, quibus cōmuniter vel diuisim à sede Apostolica indultum existat, q; interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, nō facientes plenam ac expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorātiam allegare, volumus, quòd locorum ordinarij requisiti, præsentes literas in ecclesijs, consistentibus in eorum ciuitatibus & suarū diœcesum locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, sermonibus ad populum mandent & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: etiā volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd earundem literarum transsumpto, manu publici notarij cōfecto, & authentico alicuius prælati ecclesiastici sigillo munito, vbiq; stetur, prout staretur eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnatiōis Dñicæ 1483. pridiè nonas Septemb. pontificatus nostri anno 13.

SACRVM LATERANENSE
CONCILIVM NOVISSIMVM, SVB IVLIO II. & Leone X. celebratum.

IEO papa decimꝰ, vniuersis & singulis Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs ꝑlatis, ac doctoribꝰ, & scholaribꝰ vniuersitatũ quorumcunq; studiorũ, & alijs fidelibus Christianis, ad quos ꝑsentes peruenerint, Salutẽ & Apostolicã bñdictionẽ. Cũ in moderno Lateranẽ concilio ꝑ felicis recordationis Iulium Papam II. ꝑdecessorẽ nostrũ indicto, & per nos, sacro ipso approbante concilio, cõclusso, multa salubria ad morũ correctionem, & subditorum quietẽ, & animarũ salutẽ, prout expedire visum fuit, ꝑ diuersas bullas seu literas Apostolicas statuta fuerint, q̃ vberes fructus, Deo dãte, in domo Dñi allatura fore speramus: & earum bullarũ ac aliorũ oĩm in dicto concilio gestorũ tenorẽ, illo priùs ꝑ dilectũ filiũ nostrũ Antoniũ tituli S. Praxedis presbyterũ Cardinalẽ de mandato nostro cum originalibus literis diligenter examinato, ac de verbo ad verbũ in vnũ librum redigi, & per dilectũ filiũ Iacobũ Mazochiũ in Ro. Curia librorũ impressorẽ imprimi fecerimus, quia forsan contingeret, de literis ipsis sic impressis dubitari, &, an fides eis in causis agitandis sit adhibẽda, hæsitari, illeq̃; per allegantem in forma authentica sub plũbo, si extra Rom. curiam essent, ꝑducendæ, vel sub vicecancellarij (si in libro cãcellariæ) aut camerarij signeto (si in libro cameræ) essent descriptæ, & in dicta curia essent ꝑducendæ, ꝑduci deberent: eapropter pro communi oĩm vtilitate, vniuersis & singulis vestrũ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus librũ ipsum per dictum Iacobum impressum, & per eũdem Antoniũ Card. summa cũ diligentia correctũ, reuisum, & bene examinatũ, ꝑmpto susciꝑatis affectu: & studio alacri eo vtamini decẽterò in iudicijs ac scholis, ac si literæ ipsę sic impressæ, sub plũbo inibì essent insertæ. Mandantes insupèr, q̃ tenori literarũ sic impressarum, manu publici notarij ex dicto libro extracto, ac subscriptione & sigillo alicuius episcopi munito, eadẽ, ꝑsus fides adhibeatur, tam in iudicio q̃ extra illud, q̃ adhiberẽt ipsis originalibus literis ꝑdictis, si illæ sub plũbo exhibitæ forẽt vel ostẽsæ. Quodq̃; in eis contẽta inuiolabiliter seruenẽ, & ꝑ vos seruari mandenẽ, si gratiã nostrã charã habetis, & nostrã indignationem cupitis euitare. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv. Maij, 1521. Pontificatus nostri anno 9.

ANTONIVS DE MONTE CARDINALIS S. PRAXEDIS,
Leonix. Pont. Max. perpetuam felicitatem.

MVltà sunt, pater beatissi. eademq́ue summa & præclara, quibus immensa Dei bonitas augustissimũ põtificatum istum tuum à sui principio mirum in modũ exornauit atq; illustrauit. Est enim magnum ac rarum, (vt reliqua ꝑteream) te, ex vrbe totius Hetruriæ florentissima, ac cæterarum omnium principe, familia vniuersæ non modo Hetruriæ, sed etiam Italiæ atque Europæ clarissima, parentibus nobilitate, virtute, rebus gestis, fortuna, religione, pietate conspicuis ortũ duxisse, primum è nationis tuæ mortalibus sanctissimam Petri sedem conscendisse, atque in ætate quidem tam valida & robusta, vt id nullis, aut certè pauciſſimis post hominum memoriam contigerit, postquàm tamen in sacro senatu ꝑ quatuor ferè lustra inter patres magna cum dignitate, laude, & virtutũ tuarum multiplicium experimento versatus fueras. Sed tamen in numero tot gratiarum insignium à Deo acceptarum, illud mihi ꝑcipuum videtur ac singulare, quòd in tanta peccandi licentia, tam perditis moribus, tam nefaria plurimorum audacia, communi atque vnanimi patrum cunctorum voto, suffragio, studio, consensu, ea potissimùm tempestate, qua sacrum in Laterano concilium à Iulio secundo indictum haberetur, post iam confirmatum, decretum & publicatum de eliminando ab electione in posterum Rom. Pont. ambitu & simoniaca prauitate, à dicto prædecessore tuo editũ, nunquàm satìs laudatum, clauum diuini Imperij consequutus, eumq́ue ab ipsa Lateranensis concilij celebritate, faustè feliciterq́; auspicatus fueris. Quid enim sanctitati tuæ magnificentius, quid gloriosius accidere potuit, quàm eo tempore, quo de cuiusque vita reformanda, temperãdis moderandisq́; moribus, ambitione tollenda, schismate pestifero extinguendo, augenda religione, roborando Christianorum statu, conseruãda amplificãdaq́; Ro. Ecclesię dignitate maximè agitur, oĩm oculos, mentes, animos in te vnũ fuisse coniectos: eo inquã tempore vnũ te ab vniuerso senatu, tanto fastigio atq; gradu dignissimũ fuisse iudicatum? Quod sanè admiratura cùm sit oĩs ætas, & ad incredibilem sapientiã, vitæ candorẽ, innocentiam, facilitatẽ, cæterasq́; ꝑstantissimas vel animi vel ingenij tui dotes relatura, maximã perẽnis gloriæ tuæ partẽ Lateranensi cõcilio asscribat, necesse est: cùm etiam maiores nostri Martino quinto prędecessori tuo ad maximam felicitatem asscripserint, ꝙ in Constantiensi cõcilio post schismatis pernicios extinctionem, in tanta patrum diuersitate & nu-

numero electorum, ac nationũ varietate cõcorditer ad summũ pontificatum assumptus fuerit, idemq́; memorię mãdauerint. Quare dum tu (illud idem immortale esse cupiens) magnis rationibus motus, omnia in eo gesta sub volũmine in lucẽ prodire voluisti, ꝑ tua innata prudentia scias, te non minùs ęternitati nominis tui, quàm Reipubli. Christianę commoditati, ornamẽto, saluti prospexisse. Ego autem pro summa in S. tuam mea obseruãtia & seruitute, illa ipsa in publicum edẽdi onus, mihi à S. tua mandatum, tanto suscepi libentius, quòd hac in re viderem eius ipsius famam cum communi causa coniunctam. Qua igitur mentis atque animi in istã sacratissimam sedem promptitudine, synceritate, deuotione & constantia, S. eadem tua teste, dum in minoribus ageret, & scintillæ aliquæ futuri schismatis apparerent, in summo rerum ac temporum discrimine indicendum concilium Iulio Bononiæ tunc constituto suadebam, eadem ipsa, constitutiones promulgatas, conciones habitas, epistolas à Christianis principibꝰ missas, omnia in duodecim sessionibus, ex quibus dictum sacrum Lateranense constat concilium, gesta, ordinata & correcta, mãdata publica, cætera denique ad concilium pertinentia, in vnum collegi, & ex originalibus Exemplaribus quàm emendatissimè transscripta, Iacobo Mazochio Romanæ academię librario fidissimo imprimenda tradidi, paucis exceptis, quę casu amissa, rẽperiri non potuerunt. Absoluit tandem ille summa cura, solertia, industria frugiferum & salutare opus: meaque sententia dignitatis, authoritatis, maiestatis multo maioris quàm voluminis. Nam aut me amor fallit, aut si vel restitutam fluctuosissimis temporibus Ecclesiæ vniuersalis serenitatẽ, vel pernicios schismatis extinctionem, vel eligendi Romani pontificis formam, vel vniuersorum ordinũ reformationem, vel agẽdi concilij normam, aut dubiorum declarationem in arduis materijs, vel in perfidos Christi hostes decretam expeditionem, vel demum actus omnes æquo æstimemus animo, non modò recentioribus, verũetiam vetustissimis quibusuis concilijs iure optimo conferemus. Sed ne suspẽsam importuna fortassis præfatione S. tuam grauioribus occupatam diutiùs detineam, finem scribendi facio: illud tamẽ vnum ingenuè affirmans, ad tuam singularem ac propè diuinam sapientiam maximè spectare, quæ pro communi Christianæ Reip. incremento summis laboribus gesta, atq; in illustri tandem sunt posita monumento, sancta, inuiolata, incorrupta perpetuò esse velle, eaque Christianis principibus vniuersis sub authentica forma nota facere. Quod si tu Pont. beatissime cæteris grauissimis negocijs curisque assiduis quandoque miscebis, magnum immensæ felicitati adiunges cumulum, & pontificatum tuum glorioſissimum hauddubiè augustiorem facies. Felicissimè valeat S. tua, quã Deus opt. max. diu incolumẽ pro sua pietate ad regimen & custodiã Ecclesię suę sanctę conseruare & custodire dignetur.

SVMMARIVM SIVE RVBRICA sacri Lateranẽsis cõcilij, quod fuit inchoatũ sub Iulio II. Põt. max. die 10. mensis Maij anni 1511. & terminatum die 16. Martij anni 1518. sub Leone x. Pont. Max.

SAcrum Lateranense cõcilium duodecim habet sessiones: Ante primam narratur, quibus de causis Iulius II. Pont. Max. prorogat concilium, aliàs per S. suã indictum: Deinde quo ordine & comitatu præfatus Iulius die tertia Maij, anni millesimi quingentesimi duodecimi ingreditur basilicam Lateranensem, qualiter missa solenniter per reuerendiss. in Christo patrẽ & D. D. Raphaelẽ epm Ostiensem, cardinalem S. Georgij, S. R. E. camerarium, sacriq́; collegij cardinalium decanum, cantaturq́ue Euangelium per reuerẽdiss. in Christo patrem & D. D. Ludouicum S. Mariæ in Cosmedin diaconũ cardinalẽ de Aragonia. Deinde reuerend. in Christo pater & D. D. Alexander S. Eustachij diaconus Cardinalis de Farnesio, nomine pontificis propter suæ S. indispositionem legit schedulam hortatoriam ad huiusmodi concilium perficiendum. Qua lecta, sanctitas sua declarat primam sessionẽ inchoari debere die Lunæ decima maij. Postremò habetur oratio ornatissima per R. P. D. Aegidium Augustinianæ religionis Generalem.

Iste Alexander posteà factꝰ est, Paulus tertius.

Prima igitur sessio inchoatur die prædicta 10. Maij. Missa celebratur per reuerendiss. in Christo patrem & D. D. Dominicum epm Portuen, S. Marci Card. Grimanum. Sermo ornatus habetur per R. P. D. Bernardum archiepm Spalaten. ponuntur nomina & tituli reuerẽd. card. patriarcharum archieporum, episcoporũ, prælatorum, principum & oratorum, ac aliorum magnificorum virorum. Deinde cantantur Litaniæ: fiunt orationes. Pontifex sumpto themate, Conueniſtis in vnum patres &c. hortatur synodum ad Ecclesiæ reformationem, & schismatis extinctionem, pacem inter Christianos principes componendam, & expeditionem contra infideles conficien. Deinde incipit hymnũ, Veni creator. Quo per capellæ Apostolicæ cantores absoluto, reuerend. D. D. Card. Farnesius legit schedulam, siue bullã indictionis eiusdem sacri Lateranẽ concilij.

Tenor bullæ indictionis Concilij, sub dat. Romæ 1511. 15. calen. Augusti. inchoandi die Lunæ 19. mensis Aprilis anni 1512.

Executio dictæ bullę per tres cursores facta die 25. Iulij anni prædicti 1511.

Tenor alterius bullæ prorogationis dicti cõcilij, ſub dat. Romæ 1512. 15. Calend. Maij, lectæ per eundem reuerend. Cardinalẽ Farneſium in ipſo ſacro Laterañ concilio: quæ prorogatio eſt vſq; ad calend. Maij anni prędicti milleſimi quingenteſimi duodecimi.

Tenor breuis alterius prorogatiõis, lecti per ſuprà nominatum reuerendiſſimum dominum cardinalem Farneſium, ſub dat. 29. Aprilis eiuſdem anni 1512. quæ prorogatio eſt vſq; ad diem tertiã Maij anni ſupradicti.

Eadem die tertia Maij cõcilium congregatur: in quo Miſſæ celebrari, orationes fieri pro diuino ſuffragio implorando mandantur: ordines in Concilio ſeruandi, & decreta ſtatuuntur. Aduocati, procuratores, notarij, cuſtodes, votorum ſcrutatores eliguntur, locorum aſſignatores & loca quæque in ordine ſuo aſſignanda conſtituuntur.

Tenor orationis habitæ per reuerend. patrem dominũ Bernardum Zane Archiepm Spalateñ, qua prima ſeſſio terminatur.

Secunda ſeſſio incipit die Lunæ decimaſeptima Maij anni prædicti milleſimi quingenteſimi duodecimi: in qua primùm deſcribuntur nomina & tituli reuerẽd. cardinaliũ, patriarcharũ, archiepiſcoporũ, epiſcoporũ & aliorum prælatorum, necnon excellentiſſimorum oratorum diuerſorum principum, multorumque illuſtrium dominorũ & magnificorum virorum.

Miſſa per reuerẽdiſſ. D. D. Thomam tituli S. Martini in montibus presbyterum cardinalem Strigonieñ celebratur, habeturque oratio per reuerendum patrem dominum Thomam Caietanum ordinis Prædicatorũ generalem.

Dñs Balthaſar Tuerdus ſanctiſſ. dñi noſtri ſecretarius, legit mandatum illuſt. regis Angliæ: & Dominus Thomas Phædra concilij ſecretarius, legit mandatum catholici regis Hiſpaniarum in perſonam magnifici oratoris domini Hieronymi Vich.

Tenor mandati præfati catholici regis.

Dicuntur orationes, fiunt Litaniæ: reuer. cardinales præſtant obedientiam pontifici, per quem poſteà inchoatur hymnus, Veni creator &c. & per cantores finitur.

Reuerendus pater dñs archiepiſcopꝰ Spalateñ legit bullam ſub dat. 16. calend. Iunij, põtificatus Iulij anno 9. in qua Piſanum conciliabulum damnatur, omniaque in illo confecta annullãtur & irritantur. Laterañ quoque concilium & quæcunque in eo, benè geſta eſſe confirmantur. Dantur vota, & publica fieri inſtrumenta mandantur.

Per quàm plures reuerend. prælatos exhibentur mandata aliorum prælatorum.

Propter aduentum reuerẽd. epi Gurceñ, locum tenentis ſereniſſ. Imperatoris, facta fuit prorogatio tertiæ ſeſſionis Laterañ concilij vſque ad tertiam menſis Decembris diem.

Tenor prorogationis prædictæ, & affixio ſchedulæ per Bartholomæum de Mantua, S. D. N. curſorem.

Tenor orationis habitæ per reuerend. patrem D. Thomam Caietanum ordinis Prædicatorum generalem.

Tertia ſeſſio fit die Lunæ tertia Decembris anni prædicti 1512. in qua deſcribuntur in primis reuerendiſſ. Cardinales in ordine, & alij prælati acilluſt. domini, & cæteri excell. viri, vt ſuprà.

Miſſa celebratur per reuerend. D. D. Marcum epiſcopum Prẽneſt. Card. Senogallieñ. & dicitur euangelium, Ego ſum paſtor &c. p reuerend. D. D. Ludouicũ S. Mariæ in Coſmedin cardinalẽ, de Aragonia. cantãtur Litaniæ, oratiões, & hymnus, Veni creator &c. & habetur oratio per reuerend. D. Alexium epiſcopum Melfiteñ.

Legitur mandatũ ſereniſſ. Imperatoris Maximiliani per D. Thomã Phędrã concilij ſecretarium, in perſonam reuer. epiſcopi Gurceñ, ſub dat. prima Septembris 1512.

Tenor mãdati ſupradicti ſereniſ. Impatoris.

Legit ſchedula per pfatũ reuer. epm Gurceñ, in qua auocat nomine eiuſdẽ Impatoris omnia acta in cõciliabulo piſano, adhæretq; Laterañ cõcilio, & nomine pfati Imperatoris præſtat obedientiam pontifici.

Affixio ſchedulę, & citatio facta pPetrum Menguar, ſanctiſſ. domini noſtri curſorem.

Reuerendus pater dñs Petrus Gryphꝰ epſ Forliuieñ, legit bullam tertiæ ſeſſiõis, in qua iterum reprobãtur omnia & ſingula per cardinales ſchiſmaticos actitata tam in Trãſalpinis quàm Ciſalpinis locis, excepto ducatu Britanniæ: reuocantur quoque conceſſa per ſedem Apoſtolicam in eiſdem locis, & fit indictio quartæ ſeſſionis fiendæ decima die Decembris anni prædicti.

Danť vota, incipitur hymnꝰ, Te Deum laudamus &c. per Põt. & finiť per cãtores. Dein pontifex cũ reuerẽd. cardinalibus, omiq; comitiua reuertitur ad palatium Apoſtolicũ.

Tenor orationis habitæ per ſupranominatum epiſcopum Melfiteñ.

Quarta ſeſſio inchoatur die Veneris decima Decembris, eo ordine reuerendiſſ. cardinalium, & prælatorum, aliorumq; dominorum, quo ſupradictum eſt. Miſſa celebratur per reuerend. D. D. Nicolaum tituli S. Priſcę presbyterum cardinalem de Fliſco: & Euangelium cantatur per reuerend. D. D. Marcum S. Mariæ in porticu diaconum cardinalem de Cornelijs.

Præſtatur à prælatis obediẽtia pontifici, fiuntq; ſolitę cæremoniæ vt ſuprà. habeť oratio p reuerẽd. D. Marcellũ nobilẽ Venetum, apoſtolicũ protonotariũ: legiturq; mãdatũ illuſt. ducis Venetiarũ per dñm Thomã Phædram pdictum, in perſonã magnifici D. Franciſci Foſcari oratoris Venetiarum.

Tenor pdicti mandati illuſt. ducis Venetiarum, ſub dat. decima Aprilis 1512.

Per eundem D. Thomã Phędram legũtur literæ clariſſ. memoriæ Ludouici regis Frãciæ directæ aliàs Fel. Record. Pio papæ ſecũdo, ſuper reuocatiõe pragmaticę ſanctiõis.

Tenor dictarum literarum ſub dat. vigeſima ſeptima Nouembris 1461.

D. Melchior de Bardeſſinis habet orationẽ in cõcilio de reuocãda prædicta pragmatica: & põtifex ſacro approbãte concilio, decernit, monitoriũ & citationẽ fiendã, p huiuſmodi reuocatiõe ſub termino 60. dierũ.

Tenor monitorij de reuocanda dicta pragmatica, ſub dat. 1512.

Reuerẽdus pater D. Alexander epiſcopus Alexandrinus, de mandato pontificis legit bullam, in qua pragmatica reuocatur: & geſta per cõciliabulum Piſanum ſuper eadem, annullanť. Dein quinta ſeſſio indicitur fienda die 16. Februarij 1513.

Tenor prædictæ bullæ ſub dat. 1512. quarto Idus decmbris.

Dantur vota, citantur abſentes, vt ad concilium accedant: & quamplures reuerendi epiſcopi, pcuratorio nomine exhibent mandata aliorum prælatorum. fiunt inſtrumẽta, cantatur hymnus, Te Deum laudamus &c. Deinde pontifex cum reuerẽdiſſ. cardinalibus & cæteris prelatis equitat ad palatiũ apoſtolicum in Vaticano.

Tenor orationis habitæ in quarta ſeſſiõe per reuerendum D. Marcellum pdictum.

Quinta ſeſſio celebratur abſente ſanctiſſ. D. N. Iulio II. põtifice maximo, ppter ſuę ſanctitatis ęgritudinẽ, pſidente reuerend. D. D. Raphaele de Riario epo Oſtieñ S. R. E. camerario, die 16. Februarij, in qua notanť nomina & tituli reuerẽd. cardinalium, & aliorum prælatorum in ordine, vt ſuprà.

Reuerend. pater dñs Alphõſus pfiarcha Antiochenus celebrat Miſſã. D. Antonius de Piperno capellę apoſtolicæ diaconus, cantat euangeliũ: habeturq; oratio per reuerendũ D. D. archiepiſcopum Sipontinum.

Magnificꝰ dñs Bonus de Frãciſchis, orator magnificę cõmunitatis ciuitatis Luceñ, exhibet mandatũ ſuæ communitatis, quod legiť per ſupradictum D. Thomam Phædram.

Tenor mandati pdicti eiuſdẽ cõmunitatis Luceñ, ſub dat. octaua Februarij 1513.

Per reuerend. patrem D. Scaramuzã epm Cumanũ, legitur bulla innouationis & cõfirmationis conſtitutionis contra ſimoniacam prauitatem, in electione Romani pontificis non committendam.

Tenor bullæ conſtitutionis prędictæ, ſub dat. quartodecimo Cal. Martij 1512.

Dantur vota ab omnibus, exceptis quinque. Deinde præfatus reuerẽd. D. Scaramuza epiſcopus Cumanus legit ſchedulam, in qua commemorãtur acta contra pragmaticam: & indicitur, ſextam ſeſſionem inchoari debere die 11. Aprilis 1513.

Tenor ſchedulæ prædictæ ſub dat. decimoquarto Calend. Martij 1513.

Dantur vota ab omnibus ſuper dicta ſchedula. Poſteà ex mandato reuerend. præſidentis citantur abſentes ad valuas concilij: accuſatur eorum contumacia, fiunt inſtrumenta.

Producuntur mandata reuerẽd. D. patriarchæ Venetiarum & electi D. Hieronymi Cremoneñ, per reuerendiſſ. D. D. Dominicum epiſcopum Portueñ, cardinalem Grimanum, necnon q̃ plura alia à diuerſis prelatis, procuratorio nomine aliorum prælatorum abſentiũ, qui non poſſunt intereſſe huiuſmodi concilio.

Tenor orationis habitæ per reuerendum patrem & D. D. Ioannem Mariam de monte archiepiſcopũ Sipõtinum, in qua priùs laudatur inſtitutio conciliorum, & quòd Iulius II pontifex maximus indixerit cõcilium Lateranenſe, ſuadenturque patres cõcilij ad reſtituendam iuſtitiã, pacẽ, vnitatem: quæ tria diuina munera, hominum & temporum iniuria deleta videntur. Hic factꝰ eſt poſteà 1550. Iulius III.

M. D. XIII. indictione prima, die Lunæ 21. Februarij Fel. Re. Iulius cõcedit naturę, Romæ apud S. Petrum in palatio apoſtolico: & de more pontificum exequiæ celebrantur.

Die Veneris quarta Martij, 1513. collegiũ reuerend. cardinalium ingreditur cõclaue poſt celebrationẽ Miſſę de ſpiritu ſancto ad altare ſancti Andreæ, in baſilica ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

Die Veneris vndecima Martij, reuerend. D. D. Ioãnes cardinalis de *Medicis in cõclaui ab omnibus cardinalibus, nemine diſcrepãte, ad ſummi apoſtolatus apicem canonicè eligiť, vocaturq; Leo decimus, & die Sabbati decimanona menſis prædicti, adſtante collegio reuerendiſſimorum cardinalium & aliorum prælatorum, per reuerend. D. Alexandrum Cardinalem Farneſium coronatur & inthronizatur. Iſte Farneſius poſteà fuit Paulus j.

M. D. XIII. decima Aprilis publicantur literæ prorogationis ſextæ ſeſſionis per Ioan. Dominicum de Fidelibus, ſanctiſſ. domini noſtri curſorem, vſque ad diem 27. eiuſdem menſis anni prædicti.

Die vndecima dicti menſis, Leo X. Pont. Max. aſſociatur ab vniuerſo collegio reuerendiſſ. Cardinalium & aliorum prelatorum ac tota curia Romana ad baſilicam S. Ioãnis Laterani.

Sexta ſeſſio fit die vigeſimaſeptima prędicti menſis Aprilis anni præteriti 1513. in eadem Lateranenſi baſilica, præſidente ſanctiſſ. D. N. Leone decimo, in qua primò ponuntur nomina reuerendiſſ. Cardinaliũ prælatorum & illuſtrium dominorum ordine quo ſuprà.

Celebratur Miſſa per reuerend. D. D. Frãciſcum epiſcopum Sabineñ, Cardinalẽ Volaterranum. Habeturque oratio per reuereñ D. Simonem epiſcopũ Modruſieñ. Cantãtur

Litaniæ. Dicitur Euangelium per reuerend. D. Alphonſum diaconum Cardinalẽ S. Theodori Petrutium. Hymnus incipitur, Veni creator. Pontifex ſumpto themate, Paſtoralis officij &c. hortatoriam habet orationem ad continuandum concilium, donec fiat vniuerſalis concordia & pax inter Chriſtianos.

Dñs Thomas Phædra ſecretarius concilij legit mandatum illuſt. communitatis Florentinæ in perſonam magnifici domini Iacobi Saluiati, ponituṙq; tenor mãdati ſub dat. trigeſima menſis Decembris 1512.

Dñs Marius de Peruſchis concilij p rocurator, reproducit monitoriũ executum contra profitentes pragmaticam tenoris prout ſuprà, & accuſat eorum contumacias.

Reuerẽd. pater D. Robertus archiep̃s Rheginus, de mãdato ſanctiſſ. D. noſtri legit ſchedulã die 27. Aprilis 1513. in qua ſanctitas ſua facit ſaluum conductũ veniẽdi, morandi, cõſulendi, redeundi quibuſcunq; ad conciliũ venire volentibus & debentibus, exceptis ſchiſmaticis, & alijs à iure communi prohibitis duntaxat. Hortatur etiam principes, vt liberum tranſitũ illis concedant: prorogatq; ſeptimam ſeſſionem fiendam 10. Calend. Iunij proximè futuri. Dantur vota, & fiunt inſtrumenta. Poſteà nonnulli procuratores producũt mandata nomine aliquorum prelatorum ad intereſſendum huiuſmodi concilio.

Congregatio prælatorum in Lateraneñ palatio pro rebus concilij. Electio quoq; vigintiquatuor p̃latorũ, qui adſint cum reuerend. cardinalibus in his, quæ pertractanda ſunt coram pontifice.

Affixio & tenor p̃rogationis literarum ſeptimæ ſeſſionis vſq; ad 15. calen. Iulij 1513.

Die tertia Iunij anni prædicti fit diuiſio prælatorum, deputatorum ad diuerſa negocia obeunda: & eorundem nomina, tituli, & cognomina ſcribuntur.

Tenor orationis factæ per reuer. D. Simonem Modruſieñ epiſcopũ in ſexta ſeſſione.

Septima ſeſſio tenetur die Veneris. 17. Iunij 1513. in qua primùm notantur nomina & tituli reuerẽd. cardinalium & aliorum prelatorum &c. per ordinem vt ſuprà.

Celebratur Miſſa voce ſubmiſſa per reuer. patrem D. Gabrielem archiepiſcopum Dyrrhachieñ. Habetur ſermo per dominum Balthaſarem del Rio apoſtolicum protonotarium, & reuerend. D. Petri cardinalis Arboreñ ſecretarium. Litaniæ & orationes dicuntur. Benedicitur per pontificem ſynodus, vt moris eſt. Deinde reuerend. dñs D. Alexander cardinalis Farneſius cantat Euãgelium. Quo finito, oratores Poloniæ p̃ducunt mãdatũ ſereniſſ. dñi Sigiſmundi, quod per D. Thomã Phedram, aſſenſo ambone, legitur.

Tenor mãdati ſupraſcripti regis Polonię, ſub dat. Poznaniæ, 19. Aprilis 1513.

Reuerendus dñs Marinus Carraciolus exhibet mandatum ducis Mediolani, legituṙq; per eundem dominum Thomam Phedram.

Tenor mãdati ducis prædicti ſub dat. Papiæ, nona Maij 1513.

Reuerendus dominus Alexander archidiaconus Mantuañ. dat mandatũ illuſtr. marchionis Mantuæ, quod legitur per ſupradictum dominum Thomam Phædram.

Tenor mãdati ſupradicti marchionis Mãtuæ ſub dat. Mantuæ, duodecima Iunij 1513.

Reuerend. dñs Laurentius de * Medezeldri, p̃ducit mandatũ illuſ. dñorũ Staniſlai & Ioannis ducum Mazouię, & legitur per eundem dominum Thomam Phædram.

Tenor mãdati ſupradictorũ dñorum ſub dat. Eziechonouu, 20. Februarij 1513.

Idem Thomas legit ſchedulam ſubſcriptã per D. Bernardinum Caruaial, & Fredericum de S. Seuerino olim Cardinales, ſuper materia abiurationis ſchiſmatis, & vnionis Eccleſiæ, & confeſſionis erroris ipſorum, & veniæ petitionis.

Tenor ſchedulę lectæ de mãdato ſanctiſ. domini noſtri per reuerendiſſ. patrẽ D. Pópeium de Columna epiſcopum Rheatinum, in qua octaua ſeſſio vſque ad 16. calen. Decembris fienda prorogatur.

Tenor alterius ſchedulę, in qua p̃dicta p̃rogatio octauę ſeſſionis fiendę 16. caléd. Decembris extenſa, vſque ad diem Veneris 17. calend. Ianuarij, iterũ prorogatur ad diem Lunæ, 14. Calend. præfati menſis Ianuarij.

Reuerẽd⁹ D. Balthaſar del Rio protonotarius apoſtolic⁹ ornatũ habet ſermonẽ in concilio, ſumpto themate: Nihil impoſſibile erit vobis, Matthæi decimoſeptimo, & ſic ſeptima ſeſſio terminatur.

OCTAVA ſeſſio incipit in Eccleſia Laterañ. die Lunæ prædicti menſis Decembris in præſentia ſanctiſſ. D. N. Leonis & multorum reuerendiſſ. Cardinalium, patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, Generalium religionum, oratorũ, principum & illuſt. dominorum, aliorumq́ue dignorum virorum.

Miſſa ſubmiſſa voce dicitur per reuerend. patrem D. Gabrielem archiep̃m Dyrrhachieñ, habeturq́; oratio per D. Io. Baptiſtam de Gargijs militem Hieroſolymitanũ: fiũt orationes, cantãtur Litaniæ, & hymnus, Veni ſancte ſpiritus: præſtatur obedientia: fiuntq́; ſolitæ cæremoniæ: Diciturq́ue Euangelium per reuerendiſſ. D. D. Marcum Cardinalem de Cornelijs.

Reuerendus epiſcopus Maſſilieñ, & magnific⁹ D. Ludouicus de Solier, oratores regis Chriſtianiſſimi, dederunt mandatum nomine eiuſdem regis, & petierunt prorogari terminum ſupradictum ad allegandum ſuper pragmaticam.

Obligatio ſupradictorũ oratorũ nomine Chriſtianiſ. regis, de qua fuit rogat⁹ reuerendus D. Petrus Bẽbus, S. D. N. ſecretarius cum

ratificatiõe præfati regis, ſub dat. vigeſimaſexta Octobris, 1513. & regni eius 16.

Tenor mandati Chriſtianiſſimi regis.

Reuerẽdus pater D. Marinus Carraciolus orator ducis Mediolãi opponit oratori chriſtianiſſ. regis, q̃ non debeat in mandato inſcribi titulus ducis Mediolani, attento q̃ dictus rex vſurpauerat ducatum illum &c.

Tenor mandati illuſt. marchionis Brãdeburgenſis electoris Imperij, lecti per præfatũ D. Thomam Phædram.

Alterius mandati tenor illuſt. marchiõis Montis ferrati, lecti pariter per eundem dominum Thomam Phædram.

D. Marius de Peruſchis procurator cõcilij, proponit ſupplicationem ſanctiſſ. D. N. cõtra regios officiales prouincię Prouincię, vſurpantes iuriſdictionem & libertatem S. Romanæ Eccleſiæ.

Die Lunæ xix. Decembris, S. D. N. ſacro approbante concilio, mãdat decerni monitorium pœnale contra prędictas perſonas in prædicta ſupplicatione inſertas, ſpatio triũ menſium exequendum per edictum in Auinionenſi, Niciẽſi, * Vintimiliẽſi ciuitatibus.

* Vigintimilieñ

Reuerendus pater D. Ioãnes archiepiſcopus Gnezneñ, regis Polonię orator legit ſchedulam Põt. in qua damnatur omnis aſſertio contraria veritati Chriſtianæ fidei illuminatæ, mandatq́ue publicari in principio ſtudij quarumcunque vniuerſitatum, & obſeruari quoſdam canones per S. ſuam conſtitutos.

Dantur vota ſuper prædictos canones ab omnibus, præterquàm à reuerendis epiſcopo * Bergomeñ, & Generali ord. prædicatorum, qui circa duo reſpectiuè contradixere.

* Pergameñ,

Tenor bullæ per reuerendum patrem Io. * Vincentium archiepiſcopum Seneñ lectæ, & per cõcilium approbatæ, in qua tractatur de pace inter Chriſtianos principes componenda, & Bohemos à fide diſſentientes reducendo, ac nona ſeſſiõe fiẽda die nona Aprilis 1514.

* Vincẽtinũ

Alterius bullæ tenor lectæ per reuerend. patrem D. Ioan. Franciſcum archiepiſcopum Taurineñ, ſuper reformatione: & ſic octaua ſeſſio finitur.

Affiguntur diuerſæ ſchedulę de mandato S. D. N. per Ioan. An. curſorem in acie Cãpi Floræ, & valuis baſilicæ Apoſtolorum, audientiæ pub. S. Io. Lateraneñ, & cancellariæ apoſtolicæ, monentes q̃noſcunque ad proponendum materias tractandas in concilio, audiendas per deputatos &c.

Tenor prorogationis nonę ſeſſionis vſq; ad V. diẽ Maij proximè futuri anni 1514. pontificatus verò anno ſecundo.

Die xxix. Aprilis fit cõgregatio in palatio apoſtolico in capella maiori, in qua fuerunt S. D. N. & oẽs card. & alij prælati ſoliti, excepto R. D. D. Bernardo card. S. crucis, qui ob aduerſam corporis valetudinem nõ potuit intereſſe, in qua diuerſa à diuerſis dicuntur, tandem ſanctiſſimus dominus noſter mãdat dari copiam bullæ, & tempus deliberandi.

Die xxx. Aprilis omnes in congregatione cõuenti, ſunt concordes ſuper his, quæ proponi debent in nona ſeſſione.

Oratio habetur per D. Baptiſtam Gargiã Seneñ, Equitẽ Hieroſolymitanũ, quam dedicat reuerend. D. D. Fabricio Carretto magiſtro Rhodiorum magno.

Tenor orationis præfatę per eundẽ equitem, qua octaua ſeſſio clauditur.

Nona ſeſſio celebraṫ in Eccleſia Laterañ, die Veneris quinta menſis Maij anni 1514. in qua primò ponuntur nomina reuerendiſſ. cardi. & aliorum prælatorum ac illuſt. virorum, prout in alijs poſita ſunt.

Celebratur Miſſa de ſpiritu ſancto ſubmiſſa voce per R. D. Gabrielem archiepiſcopũ Dyrrhachieñ, habeturq́; oratio per R. P. D. Antonium Pucciũ. Dicũtur Litaniæ, & orationes conſuetæ fiunt, benediciturq́; ſynobus per pontificem, cantatur euangelium per reuerendiſſ. D. D. Ludouicum Card. de Aragonia. Deindè oratores regis Luſitaniæ p̃ſentãt mandatũ nomine ipſius regis, quod legitur per D. Thomã Phędrã ſupradictum.

Tenor mandati ſupradicti ſub dat. duodecimo Calend. Nouembris 1512.

Procurator Fiſci & cõcilij accuſat contumaciã prælatorum Gallicorũ nõ veniẽtium ad concilium. Ex aduerſo epũs Maſſilienſis orator Chriſtianiſſimi regis, excuſat eos inſtrumentis & literis faciẽtibus fidem de eorum legitimo impedimento.

Tenor literarum excuſationis prælatorũ Gallicę nationis, qui renunciant congregationi Piſanæ, & adhærent Concilio Lateranenſi.

Tenor literarum concilij Sabaudiæ, directarum prælatis Gallicis.

Tenor literarũ prælatorũ Gallicæ natiõis ſummo põtifici directarũ, q̃bus narrãt ducẽ Mediolani & Genuæ impediſſe, quare Romã venire nõ potuerũt, & petunt ſibi veniã dari, Ex aduerſo dñs Hieronymus Moronus orator prædicti ducis Mediolani, excuſat principem ſuum. Poſtremò ſanctiſſ. põtifex abſoluit eoſdem prelatos, & prorogat eis terminũ veniendi ad concilium.

Tenor bullæ per R. ep̃m Maſſilieñ ſuprà ambonem lectæ, qua pontifex hortatur principes Chriſtianos ad pacem inter eos cõponendam, vt fieri poſſet expeditio cõtra fidei Chriſtianæ hoſtes: & ordinat nõnullas orationes dici debere inter Miſſarum ſolẽnia, & alias preces à cũctis Chriſtifidelibus fundẽdas cum propoſitione indulgentiæ centum dierum pro orthodoxæ fidei exaltatione, & inimicorum eius deſtructione, dat quoque ſaluũ conductũ omnibus ad cõcilium Lateraneñ venire volentibus, & hortatur cæteros principes, vt tutò p̃trãſire & redire illos dimittant. ſub dat. 1514. tertio Nonas Maij.

Com-

Comprobantur omnia in dicta bulla contenta, ab omnibus in concilio assistentibus, nemine discrepante.

Tenor bullæ reformationis curiæ, lectæ in ambone per R.P.D. Vincentiũ archiepm Neapolitanũ: in qua multa & diuersa ad reformationẽ cardinaliũ, archiepiscoporum, episcoporũ, & aliorũ ꝓlatorũ, reliquorũque religiosorum tam in curia Romana q̃ extra continẽtur, sub dat. 1514. tertio Nonas Maij.

Indictio decimæ sessionis ad calend. Decembris 1514.

Dantur vota ab omibus, exceptis nõnullis, quibus pontifex opportunè rñdit. Incipitur hymnus per S. suã. Quo finito per cantores, finitur nona sessio, & omnes in cõcilio existentes associant pont. in Vaticano.

Tenor oratiõis luculẽtissimæ habitæ per reuerend. D. Antonium Puccium apostolicæ cameræ septẽuirum, in nona sessione.

Die 26. Nouẽbris 1514. S.D.N. de cõsilio reuerendiss. cardinaliũ prorogat decimam sessionem inchoandam 23. Martij anni 1515.

Alia ꝓrogatio 10. sessiõis de eorundẽ reuerendissimorũ cõsilio à die ꝓfata 23. Martij vsq; ad diem 4. Maij anni prædicti 1515.

Tenor saluicõductus ducis Genuę, quod fuit per cursorem S.D.N. præsentatũ oratorib⁹ regis Christianissimi sub dat. 22. Martij 1515. cum recognitiõe ipsius & intimatione.

M.D.XV. DIE 2. mẽsis Maij mãsit congregatio reuerẽdissimorum card. & aliorum prælatorum in palatio apostolico, corã quibus in præsentia S.D.N. leguntur schedulæ per D. Thomam Phẽdram, proponendæ in decima sessiõne: quæ ab omnibus fuerunt votatæ & approbatæ.

DECIMA sessio incipit 4. Maij 1515. in Ecclesia Lateranẽn, & primò inscribuntur nomina reuerendiss. Cardi. patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, principum oratorum, & aliorum dominorum, prout in præpositis sessionibus.

Missa celebratur per reuerend. archiepm Gnezneñ, regis Poloniæ oratorẽ: & habetur oratio per R.P.D. Stephanum archiepiscopũ Patraceñ. cantatur euangeliũ p reuerend. D. D. card. Farnesiũ secundũ Matthæum, quod
Matth. 22. incipit, DIXIT Iesus parabolã hanc: Simile est regnum cælorum homini regi &c. fiuntque orationes consuetæ. Deinde oratores illust. ducis Sabaudiæ deducunt mandatũ nomine prædicti ducis. Quo per D. Thomam Phædram lecto, per ipsosque oratores osculatis pedibus S.D.N. & præstita per eos obedientia exeunt, & clauditur concilium.

Tenor bullę, lectę per R.P.D. Bernardum episcopũ Adrieñ in ambone, in qua tractatur de reformatione MONTIS PIETATIS, sub dat. 1515. 4. NONAS MAIJ, quæ omnibus placet, præterquàm R.D. Ieremiæ archiepiscopo Traneñ, qui dicit præfatos MONTES PIETATIS plùs esse damnosos, quàm vtiles.

Tenor schedulę siue bullę lectæ, in ambone per R.P. Bernardum episcopum Taruisinum, contra exemptos, in qua etiam continentur nonnulla, ecclesiasticam libertatem & dignitatem episcopalẽ concernentia, sub dat. 1515. 4. Nonas Maij: quæ omibus placẽt, excepto præfato archiepiscopo Traneñ.

Alteri⁹ schedulę tenor super impressiõe librorũ, lectæ per R.P.D. Frãciscũ epm Nãneteñ, sub data ꝓdicta, quæ placet omibus, nisi reuerẽdo P.D. Alexio episcopo Melfitano.

Alia schedula lecta in ambone per R.P.D. *Castelli Petrũ epm *Castellę maris, sup ꝓfixione termini cõtra ꝓfitentes pragmaticã sanctionẽ, & super indictione vndecimæ sessionis.

Rñdet orator regis Christianiss. in excusationem prælatorũ Gallicorum, & dat literas nomine Loys de Soliers oratoris eiusdem Christianiss. Responsio pont. eidem oratori: & vota, quæ ab omnibus dãtur, excepto episcopo Poteñ, qui non vellet dari terminum profitentibus pragmaticam.

Procurator cõcilij accusat contumaciam absentium à concilio, & PONTIFEX assentit, & declarat, nisi ad primam comparerent.

Dantur circa decem & octo mandata à diuersis R. prælatis, nomine aliquorum prælatorũ concilio non interessentiũ; posteà cãtato hymno vt suprà, sanctiss. domin⁹ noster equitauit in Vaticano, associantibus cunctis in concilio existentibus.

Tenor oratiõis facundissimæ per R.P.D. Stephanum archiepm Patraceñ, & epm Torcellañ in cõcilio habitæ, cuius thema est: Magnus DOMINUS & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Psal. 47.

Tenor mãdati illust. ducis Sabaudię, ꝓducti per reuerendiss. card. S. Praxedis nomine ipsius ducis, sub dat. quarta Maij, 1515.

Tenor instrumenti dati per oratorem regis Franciæ sub dat. 1514. 25. NOUEMBRIS, alias registrati in actis cõcilij, quod de nouo procurator ipsius concilij petit in eisdem actis registrari.

Pontifex absoluit personas in dicto instrumento descriptas, quatenùs infra quatuor menses ratificent omnia in instrumento contenta.

Instrumẽta, ratificatiões, & approbatiões supradictarũ personarum cum necessarijs authenticatis cum alijs diuersis schedulis.

M.D.XVI. die 15. DECẽBRIS fit cõgregatio reuerẽdiss. Car. & aliorum ꝓlatorũ in palatio apostolico corã S.D.N. ꝓ discutiẽdis & examinandis schedulis in vndecima sessiõe legẽdis. Inscribũturq; nomina in eadem congregatione existentium.

Legitur schedula per D. Andream Piperarium concilij secretarium de mandato reuerend. card. qua continentur concordata inter S.D.N. & regem Francorum. Qua perlecta, dantur vota ab omnibus, exceptis nõnullis reuerendis episcopis.

Alia

Alia schedula legitur per eundem D. Andream abrogationis pragmaticæ sanctionis. Item alia super ijs, quæ debẽt obseruare prędicatores verbi Dei, & super quibus præstantur vota, nemine discrepante.

Per eundem legitur alia schedula cõtinẽs priuilegia religiosorum. Dãtur vota ab omibus. Sed Signiñ, Cumanus, Brumateñ, Cerulen, Senogallien, Ferentiñ, Soranus, & Polignianeñ episcopi vellent, quòd excluderetur approbatio priuilegiorum. Tenores aũt supradictarum schedularum inserũtur in vn decima sessione sequente.

Vndecima sessio inchoat 19. Decẽb. 1516, in qua primò notantur nomina reuerẽd. D. card. & aliorum prælatorũ, prout in ꝑmissis actũ est. Celebrat MISSA per R.D. Gabrielem archiepm Dyrrhachien. cãtatur euangeliũ p
Matth. 24. a reuerendiss. S. Mariæ in Via lata D. Marcum diac. cardinalẽ, quod incipit, Sedẽte Iesu super montẽ Oliueti. Incipitur hymnus, Veni creator, per S.D.N. & dicũtur orationes cõsuetæ, quibus peractis, orator patriarchę Maronitarũ Montis Libani, præsentat & legit mandatum in lingua Chaldæa seu Arabica, quod posteà in lingua Latina interpretatũ, legitur à prædicto D. Andrea Piperario.

Tenor præfati mandati.

Obediẽtia per dictos oratores Maronitarum, præstatur sanctiss. pontifici, super qua petuntur instrumenta huiusmodi obediẽtiæ per procuratorem fiscalem.

Tenor schedulæ circa modũ ꝓdicandi sup ambonẽ, lectæ à R.P.D. Io. epo Reualien, Oratore marchiõis Brandeburgen. sub dat. 1516. 14. calend. Ianuarij: supra quam dantur vota nemine discrepante.

Tenor bullæ lectæ à R.P.D. episcopo Isernien, quæ continet concordata inter pontificem & Christianissimum Francorum regẽ super pragmatica, cum mandato in eadem bulla inserto, sub dat. supradicta.

Dantur vota super dicta bulla ab omnibus, præterquàm à reuerendis patribus epis, Lucerino, Brumateñ, Castellæ maris, Chieñ, Terdoneñ, Asculano, qui in nõnullis respectiuè dissentiunt.

Schedulæ siue tenor super abrogatiõe pragmaticę sanctiõis, lectæ per R.P. epm Caualliceñ, sub dat. prædicta, ab omnibus votata.

*Sebonicen Reuerend. pater D. episcopus * Sibiniceñ, assenso ambone, legit schedulam super religiosos & eorum priuilegia, sub dat. 1516. 19. Decemb. super qua nonnulli episcopi in aliquibus respectiuè dissensere.

Idẽ reuerẽd⁹ epus indicit duodecimã sessionẽ fiendã 6. nonas Martij 1517. Posteà dantur mandata à diuersis ꝓlatis nomine aliorũ ꝓlatorũ. DEINDE agunt gr̃ę DEO & sanctiss. dñs noster cũ oñi comitiua reuertitur ad sacrũ palatium apostolicũ in Vaticano, & sic vndecima sessio terminatur.

Tenor ꝓrogationis 12. sessionis cum executione per cursores in locis cõsuetis facta, videlicet à sexto NONAS MARTIJ 1517. vsq; ad XVI. calend. Aprilis eiusdem anni.

Fit congregatio nonnullorũ reuerẽd. cardinalium & reuereñ prẽlatorũ corã pontifice in superiori capella palatij Apostolici die 13. Martij 1517. in qua vnusquisq; sedet in loco ordinato à reuerẽdiss. Cardinalibus ibidẽ existentibus, eo quia fuit prius differẽtia inter oratorẽ regis catholici & patriarchã Aq-
* antefeden do. legien, de * antecedentia. Piperarius cõcilij secretarius de mandato eorundem reuerẽd. cardinaliũ, legit tres schedulas, quarũ prima super extensione Paulinę nõ placuit: in alijs duabus, vna de punitiõe inuadentiũ domos cardinaliũ, altera de impositione decimarũ ac absolutione concilij, respectiuè dissenserunt reuerẽdi episcopi Salamantiñ, Adrieñ, Budeñ, Imoleñ.

Duodecima & vltima sessio inchoatur die 16. Martij 1517. in qua primò ponũtur nomina reuerendiss. cardinalium & aliorum prælatorum, ac illust. dominorũ in ordine, ꝓut in supradictis scriptum est.

Missa celebratur per reuerend. car. S. crucis. Fit oratio per reuerẽdum episcopũ Isernien, cantatur euãgelium per reuerẽd. S. MARIÆ in porticu cardinalem, quod incipit: Ascendens Iesus in nauiculam: cantantur orationes & Litaniæ, sicut in alijs scriptum est. Deinde Piperarius prędicti concilij secretarius, assenso ambone, legit literas sereniss. mi Imperatoris ad Pont. Matth. 9.

Tenor literarum prædictarum sub dat. vltima Februarij 1517.

Legitur schedula contra inuadentes domos cardinalium per reuerend. episcopum *Militeñ, quę in aliquibus corrigitur ꝓpter diuersitatem opinionum.

Tenor schedulæ prædictæ correctæ, sub dat. decimoseptimo caleñ. Aprilis, 1516.

Patriarcha Aquilegieñ legit schedulam impositionis decimarum & absolutionis concilij. Tenor autem schedulę sub dat. prędicta.

Dantur vota ab omnibus ferè super eadẽ schedula, exceptis reuerend. episcopis infrascriptis, qui variè dissentiunt, & procurator fiscalis petit omnium gestorum instrumẽta. Deinde reuerendiss. dominus Card, Farnesius alta voce dicens, Domini, Ite in pace, cãtato hymno, Te Deũ &c. S.D.N. omnibus comitãtibus equitat ad palatium Apostolicum, & sic 12. & vltima sessio finitur, vnaque præsens concilium soluitur. In nomine patris & filij & Spiritussancti, qui nos in pace custodiat. Amen.

Tenor orationis habitæ per reuerendum episcopum Isernieñ, in fine concilij.

FINIS.

ACTA SACRI GENERALIS LATERANENSIS CONCILII.

Ad omnipotẽtis Dei gloriã, fidei catholicæ exaltationem, ſchiſmatis extirpationẽ, & in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spirituſſancti, Amen.

In his ſcriptis continẽtur ordinatiões, ſtatuta, conſtitutiões, decreta & alia acta & geſta in ſacroſancto generali Laterañ concilio, præſidẽte ſanctiſſimo in Chriſto patre & D. N. D. Iulio diuina prouidentia Papa ſecũdo, recollecta, & in publicam formã redacta per nos ꝓtonotarios, notarios & ſcribas infraſcriptos, ad id per eundẽ ſanctiſſimũ dominum noſtrum Papam, ipſo approbante Cõcilio, deputatos.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amẽ. Anno à natiuitate eiuſdem 1512. Indictione 15. Die verò Lunæ, tertia menſis Maij, qui fuit dies inuẽtionis S. Crucis, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, D. Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno nono, præfatus ſanctiſſ. dominꝰ noſter Papa, qui aliâs indixerat Concilium generale in alma vrbe, in Eccleſia Lateranẽſi die Lunæ, 19 mẽſis Aprilis præteriti inchoandum & celebrãdum, & deindè propter certum conflictum habitum apud Rauennam ciuitatem Romãdiolæ inter milites ſuæ ſanctitatis & S. Romanæ Eccleſiæ & regis catholici ex vna, & exercitum Ludouici regis Francorũ, & prætenſos ſchiſmaticos adhærentes cõciliabulo Piſano ſeu conuenticulę ſatanę ex alia parte, in quo cõflictu fuerunt interfecta multa hominum millia, & inter cęteros dominus de Fuſſo, magnus magiſter Capitaneus regis Franciæ, & plures alij diuerſi duces & barones & proceres Gallorum & Hiſpanorum, & capti reuerendiſſ. D. Ioannes Card. de* Medicis apoſtolicæ ſedis legatus, & Fabricius Columna, & alij plures, & dicta ciuitas Eccleſię miſerabiliter à Gallis direpta, inchoatiõem huiuſmodi vſque ad Calend. Maij eiuſdem anni prorogauit, & demum ex eadem cauſa ad ſupradictum diem Lunæ tertiũ ſupradicti mẽſis Maij iterum prorogauit, prout in literis Apoſtolicis, quarũ tenores infra acta primæ ſeſſionis inſeruntur, pleniùs continetur.

*Medicibus Legatus iſte captus, fit poſteà Leo decimus.

Volens idem ſanctiſſimus D. N. D. Iulius ſecundus põtifex maximus inchoare dictũ Conciliũ generale ex pluribus & varijs, grauiſſimis & vrgentiſſimis cauſis, ſtatũ vniuerſalis Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis, ac perniciоſiſſimi ſchiſmatis extinctionẽ cõcernẽtibus, vt in literis indictiõis cõcilij latiùs continetur, indictum, cùm die præcedenti ex palatio apoſtolico lectica vectus ob ſui corporis indiſpoſitionẽ in pontificali apparatu & comitiua omnium reuerendiſſ. dominorum cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Protonotariorum, abbatum, & vniuerſa curia, & cuſtodia militum Rhodianorũ cruce ſignatorũ, & cõſuetis cæremonijs, vt moris eſt, in dictæ baſilicæ Lateranenſis ædibus diuertiſſet, & hoſpitaſſet & pernoctaſſet, conſtitutus dicta tertia die de manè in prędicta baſilica Lateranenſi, celebrata priùs in maiori altari Miſſa per reuerendiſſimũ in Chriſto patrem & dominum, D. Raphaelẽ epiſcopum Oſtiẽſem, Cardinalem ſancti Georgij vulgariter nũcupatum, S. R. E. camerarium, & collegij ſacri card. decanum, ac facto ſermone Latino per reuerendum patrem & magiſtrum fratrem Aegidiũ de Viterbio, ſacræ theologiæ profeſſorem ac ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Priorẽ Generalem, ac verbi Dei prædicatorem celeberrimũ, cuius tenor in fine præſentis actus & ſolẽnitatis initij ſacri Laterañenſis concilij ponetur. Facta etiã priùs proceſſione per eundem ſanctiſſimum D. N. reuerendiſſimos cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos ac Abbates, necnon alios viros, qui de iure ſeu cõſuetudine ad cõcilium generale venire conſueuerunt, intrauerunt ornati pluuialibus, planetis, & dalmaticis iuxta ordinis qualitatẽ & mitris, locum in medio prædictæ Lateranẽſis Eccleſiæ pro celebratione concilij huiuſmodi paratum, cum ſuis ſubſellijs, tabellis, clauſuris, altaribus, põtificali cathedra, ornamẽtis, & ordinibus, quæ in huiuſmodi ſacrorum cõciliorum celebrationibus ſeruari & fieri cõſueuiſſe reperiũtur. In quo cantatis Litanijs & alijs deuotis orationibus, & hymno, Veni creator ſpiritus &c. de more in principio celebrationis cõciliorum à ſanctis patribus & S. R. E. legi & decantari ſolitis & conſuetis, capella cantorum incipiente, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meã &c. & inuocata ſpirituſãcti gratia, ac exhibita per omnes cardinales & prælatos præfatos ſanctiſſimo domino noſtro obedientia & reuerentia conſueta, in paramentis ordinatè & conuenienter, cãtatoq; Euangelio per reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Ludouicum ſanctę mariæ in Coſmedin diaconum Card. de Aragonia vulgariter nuncupatum, incipiẽte, Deſignauit dominꝰ & alios ſeptuagintaduos &c. Reuerendiſſ. in Chriſto pater dominus Alexãder ſancti Euſtachij diaconus card. de Farneſio vulgariter nuncupatus, ſtans in thalamo eminẽti, vbi dictus dominus noſter papa ſedebat, legit ſchedulam tenoris infraſcripti, nomine ſuæ ſanctitatis, propter indiſpoſitionem ſui corporis impediti: videlicet,

Pſal. 68.

Luc. 10. a

INdicto p nos hoc ſacro Laterañ cõcilio, de quo, cùm in minoribꝰ eſſemus, ſæpenumerò

merò cogitauimꝰ, & ad ſummi Apoſtolatus apicem vocati: omnino nobis celebrandum propoſuimus, dum ante ipſius inchoatiõem bella inter Chriſtiãos vigẽtia ſedare, & oues perditas ad ouile dominicum reducere intẽdimus, repentè inteſtina hæreſis, inſidiante ſatana bonorum operum perturbatore, domum Dei, quã decet ſanctitudo, inuaſit. Ne igitur cõtagioſa peſtis latiùs ſerperet, & Chriſti gregem nobis commiſſum ſenſim inficeret, Paſtorali officio iugiter inuigilantes, vocemque Eſaiæ animo repetentes: Ini cõſiliũ, coge concilium: diutiùs cunctandũ fore nõ duximus. conuenimus itaq; venerabiles fratres, vosq; dilecti filij, hodierna ſolenni die in hac Laterañ baſilica, vt in Spiritu ſancto congregati, viam veritatis eligamus, & abijcientes opera tenebrarũ, induamur arma lucis. Vos igitur hortamur in domino, vt illũ præ oculis habẽtes, qui eſt via, veritas & vita, in medium liberè cõſulatis, Deo magis q̃ hominibus placere ſtudentes. Speramus enim Domino cooperante in hac ſacra Laterañ ſynodo ſentes ac vepres ab agro domini penitùs extirpare, deprauatos mores ad meliorem frugem redigere, pacem inter Chriſtianos principes componere, denique expeditiõem aduerſus hoſtes fidei inter ſe diſſidentes decernere, vt in hoc vexillo ſalutiferę trucis, quæ huic ſacro concilio auſpicatiſſimũ dedit initiũ, antiqui hoſtis inſidias ſuperare valeamus.

Pſal. 42.

Eſa. 16. a

Rom. 13. d

Ioan. 14. a

Qua lecta, ſanctiſſ. D. N. approbañ ſacro concilio, concilium ſacrum Laterañ inchoare decreuit: & dẽclarauit primam ſeſſionem incipere diẽ decima Maij futura, quæ erat dies Lunæ proximè ventura.

Iacobꝰ Sadoletꝰ Petro Bembo S. P. D.

HAbes Bembe, orationẽ Aegidij viterbiẽſis, quã tãta ope expetiuiſti, dignã illã quidẽ ꝓpter elegantiam quę ab ijs potiſſimũ legatur, qui iudicare aliquid de præſtantibus ingenijs poſſunt: ſed & alijs quoq; commendationibus prælucentem, tum quòd magna authoritate Laterañ principia cõcilij auſpicata eſt, quod à Iulio II. Pont. Max. pauloantè inſtitutũ, S. Chriſianæ Reip. optamus fore ſalutare: tũ ꝙ ab eo viro eſt, quẽ ego & tu ſæpè ſoliti ſumꝰ in ſermonibus noſtris clariſſimũ huius ſeculi, tanq̃ obſcuraſcẽtis, lumẽ appellare. Et qdem q̃ in communibus hominũ ſenſibus poſita ſunt ea nemo eſt, q in Aegidio ſumma eſſe non agnoſcat. Sumus enim experti pluriès illã huiꝰ viri mulcentẽ omniũ aures atq; animos eximiã eloquẽtiã: vernacula qdẽ lingua Hetruſcorũ, q̃ illi pria eſt, abũdanté: ſed ex vberrimis & Grẹcæ & Latinę eruditiõis fontibus deductã. Magno em̃ hic ſtudio theologiæ ac philoſophiæ altiſſimis artibus comites lras politiores adiunxit. Ergo illa in ſacris cõcionibus diuina ſemp & admiranda, flectere arbitrio ſuo hominũ mẽtes, refrenare incitatas, lãguẽtes accendere, vel inflãmare potius ad virtutis, iuſtitiæ, tẽperantiæ ſtudiũ, ſummi Dei veneratione, ſanctæ religionis obſeruãtiã, nouit. Nec verò quicq̃ interfuit, illo dicẽte, inter doctos homines & idiotas: nõ ſenex ab adoleſcente, vir à muliere. Princeps ab infimo hoíe potuit dignoſci: ſed oẽs pariter vidimꝰ ꝓcipites ferri impetu aíos audientiũ, quôcunq; eos oratori impellere libuiſſet. Tãta vis oíonis, tm̃ flumen lectiſſimorũ verborũ, põdus optimarũ ſententiarũ ex eo ferebatur. Ex quo, quod ſemp euenire cernimus, iã planè intelligimus neceſſitate euenire, nõ caſu, vt quotieſcũq; dicturus eſt, cõcurſus maximi oíbus ex locis audiendi cauſa fiãt. Sed nos hæc popularia cũ multis, illa ſecretiora cũ paucis cognoſcimus. Soleo em̃ mirari te Bẽbe, vehemẽterq; ꝓbare iudiciũ tuũ, cùm ita dicas: Humanitatẽ ipſam, & eas artes, q̃ humãitatis ꝓprię & affines ſunt, ſi malo hoím fato amiſſæ intereãt, ab hoc vno homine exprimi & repſentari poſſe, nec adũbrata in eo ſimulacra, ſed totã effigiem virtutis agnoſci. Quòd verò addis, grãdiorem tibi etiam in cubiculo videri Aegidiũ quàm in pulpito, vbi certè eſt maximus, facilè tibi aſſentior. Sed hęc aliâs. Nũc orationẽ leges, de qua teſtatũ eſſe apud omnes volo, quicũque eã in manus ſumẽt, redẽpturos eos non Hectorẽ, ſed Hectoris corpus: quod ipſum tm̃ tanti precij eſt, vt iure optimo repẽdi auro queat. Certè non aderit calor ille & vis in dicendo oratoria, ſpiritusq; ζωσῆσα (vt aiunt) φωνῆσα, quo tantum potuit Aegidius, vt oíium adſtãtium animos primũ ſuauiſſimè demulſerit, deiñ ad extremũ vehementiſſimè cõmouerit. Verùm quid opus hæc ad te ſcribere, qui amore quidem & beneuolentia erga Aegidium mihi par, iudicio omnibus antecellis? Ego, quod egi, vt elucubratio optimi & religioſiſſimi viri nõ lateret in tenebris ſuppreſſa, ſed in populũ exiret, ſpero me bonis omnibus gratũ feciſſe: tibi quidem certè ſcio. Vale.

viuæ vocis

ORATIO PRIMA SYNODI LATERANẽſis, habita per Aegidiũ Viterbiẽſem, Auguſtiniani ordinis Generalem.

NEminem hoc loco nõ mirari exiſtimo, cũ tot in vrbe viri ſint grauiter copioſęq; dicendi facultate clariſſimi, cur ipſe vnus, qui cũ luminibus his nulla ſim ratiõe comparãdus: & ꝓ noſtris appareã, & in tanta præſertim re, tantoq; cõſeſſu, quo ſpectatius ſacratiusq; nihil habet terrarũ orbis, audeã verba facere. Dicã ſanè aliquid interceſſiſſe, quãobrẽ ego nõ virtute vlla alijs ꝓpoſitus, ſed quadam ſuperiorum tum tẽporũ tũ actionũ ratione, & tanq̃ à cauſa ipſa inuitatus videar, qui primus hoc conflictu telum iaciam, & ſacroſancti Lateranenſis cõcilij auſpicia capiam. Nã cùm annis ab hinc circiter viginti, quantùm in me fuit, & perexiguæ vires tu-

lere,euãgelia populis interpretat⁹ſim,,pphetarũ vaticinia apuerim,Ioãnis Apocalypſim de ſucceſſu Eccleſiæ, vniuerſæ fermè Italiæ enarrauerim,ac ſæpenumerò affirmauerim, eos q tũc audiebãt,ingẽtes Eccleſiæ & agitatiões,& clades viſuros, illiusq; emẽdationẽ aliqñ cõſpecturos: nũc par eſſe viſum eſt, vt q hæc dixerat vẽtura,idẽ veniſſe teſtẽt: & qui totiès exclamauerat, Videbũt oculi mei ſalutaria tẽpora: iã tãdẽ exclamet, Viderũt oculi mei ſalutare ſanctũq; prĩcipiũ expectatę inſtaurationis. Modò adſis orbis inſtaurator, diuini parẽtis proles, ſeruator ſoſpitatorq; mortaliũ: desq; vim mihi dicẽdi, oratiõe cõmouẽdi: patrib⁹, nõ verbis,ſed ipſa re,veri, ſancti,exacti cõcilij celebrãdi, extirpãdi vitia,virtutes excitandi,vulpes,quæ ad ſanctã demoliendam vineã hac tempeſtate ſcatent, capiendi: ac deniq; collapſam religionem,in veterem puritatẽ,in antiquam lucẽ, in natiuum ſplẽdorẽ,atq; in ſuos fontes *reuocari. Dicã itaq; de ſynodo, & quàm Eccleſiæ cõmoda ſemper ſit,& quàm noſtris tẽporibus neceſſaria: prędatus, oraculorũ ſtylum me inuertere non auſurum eſſe,ſed integra (vt legi ſolent) verba atq; oratiões vſurpaturũ: tum quòd homines p ſacra immutari fas eſt, non ſacra per homines: tum quòd ἀπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔρυ, ſimplex ſermo veritatis eſt. Atque à principio partitio illa in mentẽ venit, rerũ alias diuinas eſſe, cæleſtes alias, alias humanas. Diuinę quippe, quòd ſunt motus ac mutatiõis expertes, emẽdatione nõ egẽt: cæleſtes verò atq; humanæ, agitationi obnoxiæ, inſtaurationem deſiderant. Nam Luna, cùm ad ſolis cõmercia venerit, Sol cùm à cancro in brumam deſcenderit, quaſi magno mortalium diſpẽdio, damna ab integro reponunt: cogunturq; præſcribente natura, lucis iacturam repẽdere: & quicquid cadendo abſtulerint, aſſcendendo mortalibus reſtituere. Quòd ſi cæleſtia ſiderum itinera, quanquã perpetua, immortalia, ſempiterna, redeunt tamẽ, reſtituunturq;: quidnam tertium hoc faciet rerum genus, vtpotè fluxum, caducum, mortale? profectò aut interitu cito pereat neceſſe eſt, aut continua innouatione reficiat. Quod enim eſt cib⁹ corporibus, vt viuant: quod genitura gñib⁹, vt ꝑpetua ſint: id præſtat humanis animis ſua pro tempore emendatio, cultura, diſciplina: quamq; abſque ciborum alimentis animantia diu viuere, tam humanæ animæ, tam Eccleſia abſque cura ſynodorum probè agere non poteſt. Ac quemadmodùm, ſi pratis imbres, ſi hortulis riuos, ſi agris cultum, ſi vineis putationem, ſi denique viuentibus alimẽta ſubduxeris, illa areſcent breui, ſylueſcentq;, hæc viuere deſinent atque emorientur: ita fermè poſt Conſtantini tẽpora, quæ vt ſacris rebus multum adiecere ſplẽdoris & ornamenti, ita morum & vitæ ſeueritatem non parum eneruârunt, quotiès à ſynodis habendis ceſſatum eſt, totiès vidimus diuinam ſponſam à ſponſo derelictã: illudq; Euãgelij factũ, quod herì recitabatur: Iam modicũ, & non videbitis me. Vidimus Chriſtũ in nauicula obdormientẽ: vidimus ventorum rabiem, hęreticorũ furorem in candida veritatis vela irruentẽ: vidimus malas cupiditates, dirã auri atq; habẽdi ſitim: vidimus perditam malorũ audaciã aduerſus iura, authoritatẽ, maieſtatẽ Eccleſiæ ſæuientẽ: vidimus (inquã) vim, rapinas, adulteria, inceſtus, oẽm deniq; ſcelerum peſtẽ ita ſacra profanaq; miſcere omnia, ita in ſanctã nauiculam impetum facere, vt penè ſcelerũ fluctibus illa latus dederit, ac propè merſa & peſſundata ſit. Rurſus cùm eo monente ſpiritu, cui hodiè ſupplicatiões decretę ſunt, patres ad ſynodum confugerũt, quam primùm emendauere, compoſuereq; omnia, ventis turbinibusque imperauere, & quaſi in tutiſſimum portum delati, impetum rationi, iniuriam iuſtitiæ, vitia virtuti, tempeſtates ac fluctus ſerenitati, trãquillitatiq; cedere cõpulerunt, hymnumq; cecinerunt ſancto ſpiritui, piſcatorum maris, atq; aquarum Deo, Aquę multæ non potuerũt extinguere charitatem: & illud, Iam hyems tranſijt, imber abijt & receſſit, ſurge amica mea. Iacet enim ſponſa, vt hyemę frondes arborum: ſurgit, reuireſcitq; ſynodorum ſtudio, vt ſyluæ veris tempore reuocato ſole frondeſcunt ad Solis redeuntis radios, & fœcundi ſpirant zephyri, & lęta plantaria germinant ad ſynodorum lumẽ, & diuini ſpũs flãt aurę, & emortui Eccleſię oculi reuiuiſcunt, ac recipiunt lucem, vbi pars altera impleſ oraculi: Iterũ modicũ, & videbitis me: quod quidẽ nihil aliud ſibi vult, niſi q ſancti ſpũs lux, quę ſynodis omiſſis extinguiẽ, tanq excuſſus à ſilice nouus ignis, iterũ accẽditur & recuperatur in ſynodis. Ad hæc Paulus apoſtolorũ decus, cùm ſalutis caput oſtenderet, Abſque fide (inquit) Deo placere nullo modo poſſumus: atqui ſine ſynodis ſtare non poteſt fides: abſq; ſynodis igiẽ ſalui eſſe non poſſumus. Verũ quod ratione dicimus, vt etiam experimento probemus, cogitandũ nobis eſt, tres eſſe credendarũ rerũ radices, è quibus vniuerſa Eccleſię fides manat. Prima diuinæ naturæ vnitas eſt. Altera, eadem in natura parentis, ſobolis, amoris, felicíſſima Trinitas. Tertia in Virginis vtero prolis diuinæ conceptio. In quibus veluti in altiſſimis apicibus, ac ſanctiſ montibus & reliq fidei partes nouem, & pietas vniuerſa ſundata eſt. Fũdamenta cm eius in mõtibus ſanctis. Vnitas nempe mons Dei nuncupatur, q in vna dũtaxat Dei eſſentia ſit atq; natura: & vt vnitatẽ illam nõ ſolitariam, nõ ſterilẽ, ſed vberrima fœcũditate prædita cogitemus, ideo mons pinguis adijcit. Corp⁹ verò in virgine verbo iunctũ, montẽ coagulatũ vocat vates. Hæc ita tripartita illa vinca eſt, ſuper vertices mõtium ſita, quã & futurã cecinere oracula, & præſentẽ euãgelia indicauere. Sed iam

*reuocandi

Ioan. 16. e

Cant. 8. b

Cant. 2. c

Ioan. 16. d

Heb. 11. b

Pſal. 86.

Pſalm. 67. Eſa. 5. Hier. 2. mat. 20. et 21

Pſal. 79. iam perierat vinea: nam (vt teſtis eſt Dauid) illam aper è ſylua depopulatus erat, illam tumor philoſophiæ vaſtauerat. Arrius primũ montem auellere conatus eſt, qui vnitatem diſcerpſit. Sabellius ſecũdum, qui perſonas confudit. Photinus tertium, qui partum virgineũ impura temeritate labefactauit. Tres veluti impijſſimi gigãtes, qui glorię cupiditate de rerum nouarum ſtudio illecti, mõtes loco mouere auſi ſunt, vt viam ſibi facerent ad cælum oppugnandum, reſcindendum q;. Et erant iam voti compotes: nam quæ ipſi philoſophia perſuadebant, armis ea recipi principes imperabãt. Philoſophia nos argumentis vrgebat, arma collatis ſignis oppugnabant. Illa pręſtigijs, hęc vi fidem euertere conabãtur. Illa inuertere, quæ credebant: hęc eos qui credebant, perdere cõtendebãt: illa in pietatem & animas, hæc in corpora vitamq; ſæuiebant. Quid faceret diuina ſponſa iamiam peritura? Quò ſe verteret? quò cõfugeret? Cuius fidem, cuius opem, cuius auxilium imploraret? Exhorreſcebat tempeſtas, nauicula mergebatur. Deniq; (ne multis morer) nulla effugiendi, nulla euadendi inuenta via eſt, niſi Nicena ſynodus, vbi Sylueſtro ad clauum ſedenti, & iamiã naufragium faciẽti, Matth. 14 è cælo ſeſe oſtendens Deus, Modicę (inquit) fidei, quare dubitaſti? Ac ſtatim diuinis fulminibus & fidei montes reſtituit, & gigantũ temeritatem diſiecit, vbi erepta puella experimento didicit, cùm quicquam ſibi aduerſi imminere videat, nullũ omnino præſidium ad ſe vel tuendam firmius, vel liberãdam accommodatius, vel vindicandã efficacius habere, q ſynodũ, qua ſola fit, vt nullę aquę eccleſiæ charitatem extinguant, vtque diuinus ſpiritus in noſtris animis mãſionem efficiat, qui vnicus velut aquarum victor, tempeſtatumq; potẽs, teſte Moſe ferẽ ſuper aquas. Iam verò quod de fide dixi, q vtiq; nulla eſſet, ſi ſynodi inſtitutio nõ fuiſſet: idẽ fermè de tẽperãtia, iuſtitia, ſapiẽtia, cæterisq; virtutibus exiſtimari velim. Oẽs em deſidiã, p labore, ociũ, p negocio, voluptatẽ, p ſolicitudĩe expetimus. Verũ cũ animaduertimus qñq; fore, quod in ſynodis fit, vt cẽſus habeatur, vt morũ & vitę exploreſ ratio, vt im, pbi deprehendanſ, iudicenſ, plectanſ: cõtrà, pbi allicianſ, foueanſ, attollãtur, incredibiles ſtimuli appetẽdę virtutis inijciũtur, vt homines colligant ſeſe, vt meliora deliberent, vt ad vitia relinquẽda, & ad virtutem capeſſendã accendantur: nihilq; non honeſtum, nihil non magnificum moliantur. Illud, illud ſynodi diſcerniculum fuit, vnde veluti ex equo Troiano, tot clariſſima ingeniorum lumina emicuere. Illa virtutum approbatio, illa deteſtatio vitiorũ, Baſilios, Chryſoſtomos, Damaſcenos Græcię, Hieronymos, Ambroſios, Auguſtinos, Gregorios Italię pepit, q cũ magna ſimiliũ turba, bone Deus, quos libros, q ſcripta, q monumẽta, quod doctrinarum, quod diſciplinarũ, quod diuini vel auri vel argẽti genꝰ in Chriſtianũ ærariũ nõ cõgeſſerũt? Rẽ ꝑtereo (niſi tẽpus obſiſteret) minimè ꝑtereũdã de eccleſiarũ rectoribus, de paſtoribus populorũ, in quibus quidẽ vniuerſa rei Chriſtianę ſita eſt & ſumma, & ſalꝰ. Vt em inferior hic mundus cæli tũ motu, tũ lumine regiẽ, ità Chriſtianæ gẽtes à rectoribꝰ ſuis velut à cæleſtibus paſtoribꝰ gubernãtur: qui ſi boni futuri ſint, neceſſe eſt vt & lumine diſciplinarũ fulgẽtes, alios doceãt, & motũ ſanctarũ actionũ exercẽtes, quæ docuerint, ipſi in primis & maximè agẽdo præeãt. Hæc duo illa ſunt, quæ & docuit paſtorum princeps Chriſtus, Luc. 12. d cùm & lucernas ardentes geſtare ad clarè inſtituendum, & ad ſanctè agendũ præcinctos eſſe iuſſit, ſimul ipſe mirificè exercuit, cùm & lux mundi, & diuini patris ſapiẽtia fuerit, & ſanctus ſanctorum appellatus ſit, quòd probos omnes vitę ſanctimõia anteceſſerit, atq; eas ob res: Ego, inquit, ſum paſtor bonus. Ioan. 10. c Quòd verò ob vtrunque bonum ſe dixerit, Acto. 1. a teſtatur euangeliſta: qui cœpiſſe eum ſcribit tum facere, tum docere. Quin & duodecim Pſal. 44. illi duces, qui ſuper omnem terram conſtituti ſunt principes, Spiritus afflati numine cõpletique, ita vtranque cęli vim ſunt aſſecuti, vt etiam cęli appellationem promeruerint, vt Pſal. 18. vulgatiſſimũ iactatur oraculũ: Cæli enarrãt gloriã dei. Quo monemur, eorũ rectorũ celebrandam eſſe gloriam, qui cæli tum lucem ſapientia, tũ conuerſatiõis ſanctimonia imitati conſecutiq; ſunt. Huius itaque rei, quæ omniũ longè maxima eſt, quanta cura ſynodis fuerit, hiſtoria memorat. Nam qui prẽſtanti doctrinæ ſanctum vitæ inſtitutũ adiunxerint, à ſynodorum patribus ex vniuerſo terrarum orbe conquiſiti, euecti, exornatique ſunt, ſumma cum eligentium laude, eccleſiarum fructu, commodo, lætitia, plauſu populorum. Quid illud omnium grauiſſimum ac periculoſiſſimũ loquar, quod nemo tempeſtate noſtra nõ deplorat? iniurias Principum dico, legionum inſolentiam, armatorum minas. Quid enim miſerius vel audiri, vel cogitari poteſt, quàm vt cæli terrarumque regina Eccleſia, aut vi ſeruire, aut manus dare, aut craſſantium tela pertimeſcere cogatur? Quę quidẽ peſtis adeò ſerpit hoc tẽpore, adeò inſurgit, adeò inualeſcit, vt oĩs illa Eccleſiæ authoritas, atque à Deo tradita libertas, euerſa, pfligata, & planè extĩcta eſſe videatur. Quam ob rem caue, Iuli ſecunde Pont. maxime, caue, credas vllum mortaliũ quicquam melius, ſalubriũsve cogitaſſe vnquam, q ipſe ſpiritu ſancto monente cogitaueris in ſynodo inſtituẽda, cuius quidẽ nulli Reges, nulli Principes poſsũt vel decreta cõtemnere, vel iuſſa negligere, vel authoritatẽ detrectare. Si qui enim fortè Pontificem ipſum per ſe inermem paruipendere auſi ſunt, ſynodi authoritate, Principumq; & nationũ conſenſu ac ſtudijs inſtructũ, metuere

Gene. 1. a

ac vereri consueuerunt. Nam si synodorum res gestas repetamus, nihil illis potentius, nihil maius, nihil minutius esse intelligemus. Synodo nanq; in Ioannem Hispanum, & Alphósum Lusitanũ, Rodulphũ Imp. designat Gregorius x. synodo Martinus IIII. in Petrũ Aragonensem animaduertit. Synodo VIII. Bonifacius in Philippum regẽ decernit. Synodo & olim Gregorius alter, & patrum memoria Eugenius Græcam Ecclesiam Latinæ coniũgit. Synodo in Fredericum Imperatorem agit & IIII. Innocentius, & Gregorius VIII. Quin in hac eadem æde omnium principe, & quæ vincere semper hostes solita est, vinci nunquam non nisi Synodo: & secundus Innocentius aduersarios deiecit, & tertius Alexander Victorem sociosq́ superauit: & tertius Innocentius Othonem imperio submouit, & Martinus V. hostilia tyrannorum arma dissipauit: & (ne oĩa prosequar) quicquid laude, quicquid gloria dignum à Melchiadis ætate in Ecclesia gestum est, aut ad hostem arcendum, aut ad rempublicam componendam, id omne de synodis originem sumpsit, & proinde synodis referendum acceptum est. Quid enim aliud sancta synodus est, nisi malorũ metus, proborum spes, errorum ejectio, seges & restitutio virtutum, qua dæmonum fallacia vincitur, sensus illecebræ auferũtur, ratio amissam arcem recipit, terris è cælo iustitia restituitur?

Matth. 18.c Redit siquidẽ ad mortales Deus. Nã si dixerit, Vbi duo vel tres meo noĩe conuenerint, ad eos venio, interq́; eos sum: q̃to huc libẽtiùs se cõferet, quò non duo tantùm vel tres, sed tot Ecclesiæ capita proficiscuntur? Nam

Apo. 2. & 3. si angelos Ioannes appellat ecclesiarũ pastores, qd est quod vel votis petere, vel precibus à Deo cõsequi non possit tanta simul frequentia Angelorum? Hîc Eua ab exilio reuocatur, hîc serpentis caput talo premitur puel

Gene. 15.b Gen. 16.c Gene. 15.d læ sanctioris: Abraham educitur è Chaldæorum terris, Agar ancilla obtẽperat dominæ:

Gene. 28. c fœdus cum Deo rursus feritur: animorũ circunciſio introducitur. Hîc scalam figens Patriarcharum pater, in cælum aditum pandit,

Gene. 32. f Deo iungitur in palestræ ludo, & à videndo Deo accipit nomen. Hîc populi velut in solitudine fame oppressi, diuinit⁹ suppetias impetrant, cæli angelorum q́ue panem recipiũt,

Psalm. 77. Num. 20.b for. *saxa Mosis & suauitate vescuntur cælestium epularum. Hîc cùm hominum pectora tanq̃ saxea euaserint, Mosis virga percussa, aquarum fontes effundũt: hîc thesaurus in agro abditus effo-

Matth. 13. Matth. 13. f Matth. 25. a Mar. 4 a ditur, margarita emitur, lampades accendũtur, semen in bonam seritur terram, sinapis granum surgit in arborẽ, & seraci oleæ oleaster inseritur. O beata ita q; illa tempora, quę

Matth. 13.d Rom. 12.c synodos susceperũt: hæc stulta, si non agnouerint: miserа, si non admiserint: Et qm̃ vetera synodorũ cõmoda strictim attigim⁹, nũc quàm breuissimè nr̃a delibemus. Appello ergo te, Iuli II. Pont. Max. summus ille te appellat Deus, qui suam te gerere in terris vicem voluit, qui è tanto iampridẽ senatu te vnum delegit, qui nonum vsque in annum Ecclesiæ suæ te sponsum defendit, qui & bonã cogitando mentem, & magnam agendo facultatem dedit, quantam nulli maiorũ vnq̃ prę-

stitit, vt scilicet prædones abigeres, vias purgares, seditiones tolleres, domi templũ, oĩm quæ vsquam visa sunt, magnificentissimum excitares: militiæ, (quod nemo antehac potuit) Ecclesiæ arma magnis regibus metuenda faceres: vt deniq; imperium propagares, vt Ariminum, Fauentiam, Rauennam, & alia permulta recuperares. Quæ & si eriperetibi hostis potest: quin tñ primus Pontificũ hæc omnia gesseris, efficere non potest. Magnorum enim Principum virtus non ex casu, aut ex euentu, sed ex concilijs actionibusq́; censenda est. Nunc rebus gestis hęc duo deerãt, vt synodum vocares, & communi Christianorum hosti bellum indiceres: & quę ab initio semper cogitasti, spopondisti, decreuisti: iam Deo, iam Christiano gregi, iam tuę præstes tum pietati, tum fidei. Ac scias, te bonos omnes in magnam spem erexisse, quippe qui bellorum & malorum temporum iniuria, ad hæc differenda coactus quidem fueris: ad negligẽda verò & deserenda nõ minis, nõ telis, nõ cladibus adduci potueris, quin animam ea cõstantia firmaueris, vt hi fluctus, hę aquæ quanquam multæ, firmam tamẽ charitatem tuam extinguere non potuerint. Ille itaque idem Deus, qui præter hæc omnia, q́ ad animum excitandum enumeraui, immortalia beneficia, his superioribus annis tum Bononiæ, tum Romæ, cùm etiam intra ædes tuas extinctus habereris, in vitam reuocauit, & ad hæc maxima opera gerenda reseruauit, vt & ipse Deus extincto Pontifici manifestissimo miraculo, & Pontifex extinctæ Ecclesiæ sanctissima synodo vitam restitueret, atque vnà cum reuiuiscente pontifice, etiam Ecclesia moribus reuiuisceret. Ille (inquam) Deus petit mãdatq́;, vt duo illa animo volutes, cures, peragas, & (quemadmodùm propheta iubet) destruas, euellas, eruas errores, luxũ, vitia: instituas, ędifices, plantes moderatiõem, virtutem, sanctimoniam. Ad hæc verò agenda, cùm alia permulta, tum præcipuè amissus exercitus excitare nos debet: quod equidẽ putem diuina prouidentia factum, quo armis Ecclesiæ alienis freti crederemus, vt ad nostra redeuntes, victores euaderemus. Nostra autẽ arma sunt pietas, religio, probitas, supplicationes, vota, lorica fidei, atque arma lucis, vt Apostoli verbis vtar. Ad quæ si synodi opera redibimus, vt armis nõ nostris inferiores aliquo hoste fuimus, ita nostris erimus omni hoste superiores. Veniat (quæso) in mentem Mosis bellum, quod aduersus Amalech Regem gessit. Videbis populum DEO charum, gladijs fidentem, vinci semper: contrà, semper vincere precibus supplicantem

Hier. 1.b

Rom. 13.b Ephe. 6.c

Exod. 17.c

Ibid. cantem. Iosue exercitum in prælium ducebat, Aaron sacerdos cum Hur ac Mose montem ascendebant. illi armato corpore ferebantur in hostem, hi Deum purgato animo precabantur: illi ensibus, hi votis agebant: illi ferro, hi pietate pugnabãt. Vidimus vtraq; arma, militiæ scilicet ac religionis. Sed iam, quæ nostra sint, Deo rem ostẽdente, cognoscamus. Dum Moses (inquit) manus attollebat, noster vincebat exercitus: dum manus remittebat, exercitus inclinabat. Ac (ne casu id factum suspicemur) in calce sermonis il-

Ibid. lius scribitur, aduersus Amalech, hoc est, in Ecclesiæ hostem, Dei manum ac bellum esse in generatione & generationem. Quibus quidem verbis monet Deus, vtranq; gnationẽ atq; vtranq; Ecclesiã, & Mosis & Chri, militiæ armis vinci, pietatis studio vincere: superari telis decertando, sacra faciendo superare. Freta initio suis armis Ecclesia, Africam cepit, Europã obtinuit, Asiam occupauit, non vi, non bello, non ferro, sed religionis actionibus, & sanctitatis opiniõe p vniuersum orbem Christiana signa circuntulit. At vbi sponsa, quæ tunc vndiq; vocabatur, accersebatur, expetebatur in vestitu deaurato, aureum paludamẽtum ardentis spiritus, ferreis Aiacis insani armis commutauit: Imperiũ, duodecim ducũ partũ sanguine, amisit: Asiam & Hierusalẽ perdidit, Africã Aegyptumq́; relinquere coacta est: Europæ, cũ Byzantino Imperio & Græcia, bonam eripi

Exo. 17. c d sibi partem vidit. Vox Dei est, dicentis, lassis Mosis manibus, votis precibusq́; cessantib⁹, Iosue vinci, vincere Amalech: ita & nos vidimus, cùm religio vota ferro commutauit, to to ferè orbe pulsam, eiectam, explosam Ecclesiam, aucto in immensum Mahumethe: q, nisi ferro relicto, rursum in pietatis sinum ad aras & Dei puluinaria redeamus, crescet indiès magìs, subiget Imperio omnia, orbẽ vniuersum nostræ impietatis vltor impijssimus occupabit. Videò, videò, nisi vel hoc cõcilio, vel alia ratiõe nostris morib⁹ modũ imponamus, nisi nostrã humanarũ rerũ cupiditatem, malorũ fontẽ, cedere diuinarum amori cõpellamus, actũ de rep. esse Christiana, actũ de religiõe, actũ de pietate, actũ esse de ijs ipsis opibus, quas pr̃es diuino cultu aucto peperere, nos cõtrà, neglecto, amissuri sumus. Hæ em̃ ita ex extrema pauperie puenere ad summũ, vt nõ ita multò pòst interituræ esse videãtur: ac nisi receptui canamus, nisi rationib⁹ nostris cõsulamus, insula illa ditissima, cuius ad ornãda sacerdotis tẽpora vsus fuit, vix ad opienda inueniaẽ. Audite diuinas voces vndiq; sonantes, vndiq; synodum, pacẽ, sanctã illã expeditionẽ efflagitantes. Qñ em̃ vita nostra mollior? qñ ambitio petulantior? qñ cupiditas inflãmatior? qñ peccandi licentia impudentior? qñ audacia aduersus pietatẽ loquẽdi, disputãdi, scribendi aut frequẽtior, aut securior fuit? quãdo in populis rerum sacrarũ, quando sacramentorũ, qñ & clauiũ, & sanctorũ p̃ceptorũ non modò negligentia, sed & contemptus maior? qñ apertiùs religio & fides nostra ludibrio (vel tenui plebeculæ) fuit? qñ (proh dolor) schisma in Ecclesia pernicioſius? quãdo bellum periculoſius? quando hostis potentior? quando exercitus truculentior? qñ obiter monstra, portenta, prodigia tum cęli minitantis, tum terræ expaueſcentis, aut crebriora, aut horribiliora apparuere? quando (heu fletus me impedit) cædes, quando clades, aut post Brisciana, vel posteà, Rauennate cruẽtior? quando (inquàm) vllus inter infaustos dies, quàm sanctissima illa resurgentis Christi lux, aut luctuoſior, aut calamitoſior illuxit? Quæ quidem omnia (nisi ferrei simus) quidnam aliud quàm cælitùs missæ voces sunt? Voces nanq; dei, vti Proclus ait,

Gen. 1. facta sunt, de quo vno aiunt oracula, quòd dixit, & facta sunt. Et in arcanis Hebræorũ Psal. 32. b legimus, decem dictis, quæ in Genesi legun- 148. a tur, orbem vniuersum esse conditum. Voces igitur sunt, quæ fieri cernimus, voces monentis dei ac præcipientis, vt synodum habeas, vt Ecclesiam emendes, vt vtriusq; hominis bellum tollas, vt sponsæ tuæ vndiquè lacessitæ pacem vtranque restituas, vt gladios auertas, vrbis & Italiæ iugulis imminẽtes, vt nostram frenes viuendi licentiam. Ecclesiæ viscera maioribus vulneribus ferientem. Non enim multi refert, quantum agri possideam⁹, sed quàm iusti, quàm pij, quàm diuinarum rerum studioſi simus: vt deniq; post tot mala, tot incommoda, tot calamitates, principem Christũ audias, Petro posterisque synodum ostendentem, vt vnicã oĩm malorum medicinam, singularem periclitãtis nauiculæ portum, solam reipub. confirmandæ rationem: Tu (inquit) Petre aliq̃ñ Lucæ 22.d conuersus, confirma fratres tuos. Audis Petre? audis Paule? Auditis augustissima semper capita, tutela ac p̃sidium vrbis Romæ? Auditis, in quem malorum cumulum Ecclesia vestro fundata sanguine, deducta sit? Videtis acies vtrinq; profligatas? videtis cędes? videtis clades? videtis campos occisorũ aceruis opertos? videtis terrã hoc anno plus cruoris hauisse, q̃ pluuiæ? min⁹ imbriũ bibisse, q̃ sanguinis? Videtis tantũ occubuisse Christiani roboris, quantum fuerat ad fidei hostem debellandum satis? nihil nobis nisi exitium, nihil nisi interitũ supesse? Ferte opem, iuuate, succurrite, & quam de Iudæorum & Tyrannorum faucibus eruistis Ecclesiam, nunc domesticis cladibus occumbẽtem eripite. Orat populus, viri, fœminæq́ue, oĩs ætas, omnis sexus, omnis orbis: rogant patres, obsecrat senatus, obtestatur ipse deniq; supplex pontifex, vt se, vt Ecclesiam, vt vrbem Romam, hæc templa, has aras, hæc sacra, hæc vestra ipsorũ capita seruetis: ac synodum Lateranensem, hodiè ante ora vestra

à Iulio secundo Pontifi. Max. indictã, quod fauſtum, felix, fortunatumque ſit nobis, Eccleſiæ veſtrę, totiq; reipub. Chriſtianę, in orbis terræ certiſſimam ſalutem ſancti ſpiritus numine firmetis: curetisq;, & pacari Chriſtianos Principes, & in publicum Chriſti hoſtẽ Maumethem, noſtrorum Regum arma cõuerti, atq; his fluctibus, his tempeſtatibus, his aquis, non modò non extingui Eccleſiæ charitatem, ſed almæ crucis meritis, & diuini ſpiritus ductu, quibus iunctim hodiè ſacra fiunt, ablui potiùs ab omnibus conceptis maculis, & in antiquũ ſplendorẽ munditiamque reſtitui.

DIXI.

¶Habita fuit oratio in æde Lateraneñ quinto Nonas Maias 1512.

SESSIO I.

Die lunæ decima méſis Maij, anno, indictione, & pontificatu, de quibus ſuprà, cõgregata fuit ſacra & vniuerſalis ſynodus in baſilica Lateraneñ, præſidente præfato ſanctiſſimo D. N. Iulio, celebrata Miſſa de ſpiritu ſancto per reuerẽdiſſ. in Chriſto patrẽ D. Dñicum Epiſcopũ Portuenſem, Cardinalem Grimanum ſeu ſancti Marci vulgariter nuncupatum, habit⁹ ſermo per reuerendum patrem D. Bernardum archiepiſcopum Spalateñ. Interfuere infraſcripti reuerendiſſ. D. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, epiſcopi, Abbates, Magiſtri Generales ordinũ, Oratores principum, & alij Illuſtriſſimi domini, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Raphael Oſtieñ.
Reuerendiſſ. D. Dominicus Portuenſis.
Reuerendiſſ. D. Iacobus Albanenſis.
Reuerendiſſimus D. Marcus Prænestinus.

PRESBYTEBI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Thomas tituli ſancti Martini in montibus, Strigonienſis.
Reuerendiſſ. D. Nicolaus tituli ſanctæ Priſcæ, de Fliſco.
Reuerendiſſ. D. Robertus tituli ſanctę Anaſtaſiæ, Nanneteñ.
Reuerendiſſ. D. Chriſtophorus tituli ſanctę Praxedis, Anglicus.
Reuerendiſſ. D. Antonius tituli ſancti Vitalis, Sipontineñ.
Reuerendiſſ. D. Petrus tituli ſancti Euſebij, Anconitañ.
Reuerendiſſ. D. Achilles tituli ſancti Sixti, Bononieñ.
Reuerendiſſ. D. Bãdinellus tituli ſanctæ Sabinæ, de *Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Alexander ſancti Euſtachij Farneſius.
Reuerendiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Marię in Coſmedin, de Aragonia.

Reuerendiſſ. D. Alphonſus ſancti Theodori, Seneñ.

PATRIARCHAE ET ASSIſtentes papæ.

Reuerendus pater D. Cęſar Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Alphonſus Antiochenus.
Reuerend. P. D. Stephanus Patraceñ & Torcellanenſis.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P. D. Franciſcus Iadreñ.
Reuerend. P. D. Fredericus Salernitañ.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend. P. D. Orlandus Nazarenus.
Reuerend. P. D. Franciſcus Vincentinus.
Reuerend. P. D. Franciſcus Sueſſanus.
Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentiñ.
Reuerend. P. D. Ferdinandus Caietanus.
Reuerend. P. D. Laurentius Aſculanus epiſcopus, Vicecamerarius & gubernator Vrbis.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerendus P. D. Franciſcus Conſañ.
Reuerend. P. D. Ioannes Iacobus Bareñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicoſieñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Spalateñ.
Reuerend. P. D. Antonius Auinioneñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Antibareñ.
Reuerend. P. D. Mauricius Tuanieñ.
Reuerend. P. D. Ieremias Traneñ.
Reuerend. P. D. Andreas *Noboniaſieñ.

EPISCOPI.

Reuerendus P. D Alexius Melphitanus.
Reuerendus P. D. Ioſue Eſculañ.
Reuerendus P. D. Iacobus Potentiñ.
Reuerẽd. P. D. Ioãnes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerendus P. D. Galeſius *Beluneñ. *Belluneñ
Reuerendus P. D. Albertinus Piſaurieñ.
Reuerendus P. D. Octauianus Viterbieñ.
Reuerendus P. D. Ioãnes Antoniⁿ Calineñ.
Reuerend. P. D. Franciſcus Ortanus.
Reuerend. P. D. Latinus Veſtanus.
Reuerendus P. D. Ioannes Aquilanus.
Reuerendus P. D. Galaſius *Sarcineñ. *Sarſinateñ
Reuerendus P. D. Iacobus Signinus. *Saſſenateñ
Reuerend. P. D. Altobellus Poleñ.
Reuerendus P. D. Andreas Militeñ.
Reuerendus P. D. Iacobus Papheñ.
Reuerendus P. D. Simon Arimineñ.
Reuerendus P. D. Bernardus Taruiſinus.
Reuerendus P. D. Ludouicus Tricariceñ.
Reuerendus P. D. Thomas Ceruieñ.
Reuerẽdus P. D. Ioãnes Baptiſta *Maraneñ. *Moraneñ
Reuerendus P. D. Frãciſcus Milopotamieñ.
Reuerendus P. D. Raphael *Capitraneñ. *Crapitanenſis
Reuerendus P. D. Franciſcus Biliginaneñ.
Reuerend. P. D. Matthæus *Vmbriaceñ. *Vmbriaticeñ
Reuerẽd. P. D. Ferdinandus Balneoregieñ.
Reuerend. P. D. Petrus *Vrgelleñ. *Algareñ
Reuerendus P. D. Benedictus Chieñ.
Reuerend. P. D. Bernardinus Caſtreñ.
Reuerendus P. D. Petrus Caſtelli maris.

Reuerendus P. D. Aloiſius Interamneñ.
Reuerendus P. D. Guillelmus Cortoneñ.
*Launeñ Reuerendus P. D. Nicolaus Neocaſtreñ.
*Noladiſlanueñ Reuerendus P. D. Ioannes Tudeñ.
Reuerendus P. D. Vincentius *Nauleñ.
Reuerendus P. D. Michael Monopolitañ.
Reuerendus P. D. Domínicus Aquenſis.
Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollañ.
*Sinieñ Reuerend. P. D. Ioannes Bobieñ.
*Marſiceñ Reuerend. P. D. Georgius Calleñ.
Reuerend. P. D. Ludouicus *Signeñ.
Reuerend. P. D. Iacobus *Marſicanus.
Reuerend. P. D. Lambertus Venuſinus.
Reuerend. P. D. Simon Modruſienſis.
Reuerẽd. P. D. Ioãnes Antonius Angloneñ.
Reuerend. P. D. Zacharias Terracinenſis.
Reuerendus P. D. Ioãnes Franciſcus Nolañ.
*Ilcineñ Reuerend. P. D. Corradus Aſtuneñ.
*Murçneñ Reuerendus P. D. Hieronymus *Inſuleñ.
Reuerendus P. D. Michael *Mordauieñ.
*Vgolinus Reuerendus P. D. Ioannes Arianeñ.
Reuerendus. P. D. *Hugolinus Licieñ.
Reuerẽd. P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerendus P. D. Hieronymus Aretiñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Soranus.
Reuerendus P. D. Tranquillus Ferentiñ.

ABBATES.

Reuerendus P. D. Antonius abbas monaſterij ſancti Galgani ordinis Ciſtertieñ, Vulteraneñ diœceſis.
Reuerendus P. D. Floremondus abbas monaſterij ſancti Gregorij de Vrbe, ordinis ſancti Benedicti.

MAGISTRI GENERAles ordinum.

Magiſter Thomas Generalis ordinis Prædicatorum.
Magiſter Gemetius Generalis ordinis Minorum.
Magiſter Aegidius Generalis ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini.
Magiſter Bernardus Generalis ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo.

SENATOR VRBIS.

Magnificus dominus Petrus de Starcelupis Florentiñ.

ORATORES.

Magnificus Dominus Hieronymus Vich, orator Catholicorum regis & reginæ Hiſpaniarum.
Magnificus dominus Franciſcus Foſcarus eques, orator ſereniſſimi & illuſtriſſimi domini Venetorum.
Magnificus dominus Antonius de Strozis, orator Florentinorum.

ILLVSTRISSIMI DOMINI temporales.

Illuſtriſſ. dominus Iulius de Vrſinis.
Illuſtriſſ. D. Marcus Antonius de Columna.
Illuſtriſſ. dominus Nicolaus de Ruuere.
Illuſtriſſ. dominus Franciottus de Vrſinis.
Dñs Fabricius de Careto, procurator ordinis S. Ioannis Hieroſolymitañ.
Dñs Sixtus de Ruuere prior vrbis, Miles ordinis S. Ioannis Hieroſolymitañ.
Dominus Petrus Grimanus, Prior de Vngaria, Miles ordinis S. Ioãnis Hieroſoly.

¶Deinde præſentibus ſupradictis & alijs doctoribus & magiſtris, cãtatisq; litanijs & alijs orationibus cum genuflexionibus, benedictaq; ſynodo p ſanctiſſ. D. N. iuxta morem & laudabilem conſuetudinem in ſacris concilijs ſeruari ſolitam, & quãpluribus deuotis orationibus, ac cantato Euangelio p Reuerendiſſ. dominũ Ludouicum S. Mariæ in Coſmedin diaconum Cardinalẽ de Aragonia, quod incipit, Ego ſum paſtor bonus, idem D. N. Iulius papa habuit orationem, ſumpto themate: Conueniſtis in vnum patres, &c. Et allocutus eſt ſynodum, exhortãs omnes ad meditandum & ſolerter inſiſtendum ſuper ordinandis, quæ ad Eccleſiæ pacem & ſtatum pertinent, ac ſchiſmatis extinctionem, & dictæ Eccleſiæ reformationem, ac contra infideles per Chriſtianos principes expeditionẽ, pacemq; inter eos componendã. Facta itaq; exhortatiõe, magna cum grauitate & charitate quib⁹ Rom. Pontifex decebat, idem ſanctiſſ. D. noſter incepit hymnum, Veni creator ſpiritus &c. Quo abſoluto per cantores, Reuerendiſſ. D. Alexãder S. Euſtachij diaconus Cardinalis, de Farneſio vulgariter nuncupatus, ſtans in thalamo eminenti iuxta locum, vbi præfatus ſanctiſſimus D. N. ſedebat, alta & intelligibili voce legit quandam ſchedulam, Cuius tenor eſt talis:

SCHEDVLA PRIMA.

BVLLA INDICTIONIS SACRI GENERALIS concilij Lateraneñ.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. Intendẽtes executioni eorum, q̃ anno p̃terito & p̃ſenti prõ celebratione generalis concilij, in hac Lateraneñ baſilica tenendi, & p̃ximis diebus inchoati, per noſtras intimationis & prorogationis literas denunciari, & peruulgari fecimus, quarum tenor ſubſequitur, videlicet:

IVLIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, martyrum ſanguine conſecratæ, magiſtræ fidei, veritatis alũnæ, oĩm errorũ exptis, vnicæ & immaculatæ, diuina inſtitutiõe, ſanctorũ authoritatib⁹ cõciliorũ, canonumq; oĩm teſtimonio, eccleſiarũ cunctarũ primatũ tenentis, fideliũ matris, regimini ſuperna diſpoſitiõe p̃ſidentis, circa religionis Chriſtianæ puritatẽ, ipſiusq; vni-

vnitatem,pacem & tranquillitatem, quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput,Christum videlicet,cuius vices in terris gerimus,principaliter tendit,diuisionẽ ouilis nobis ex alto commissi, in illoque schisma,per quod Ecclesia scindi & scandalizari, grexque dominicus nobis creditus turbari quoquo modo possit,quantũ cum deo possumus prohibentes,ac damna & scandala,quæ exindè euenire possent, eneruantes, ac palmites futuros infructuosos succidere, & quoscunq; aliter quàm per ostiũ ad ouile ingredi cupientes,ac à via dñi, postq; illam semel cognouerant,retrocedentes, ad semitam veritatis reducere, vulpeculasq; ex vinea eiusdem Dñi per ministerium summi apostolatus etiam expellere desiderantes, de opportunæ prouisionis remedio prouidemus, aliaque ordinamus & mandamus, prout cõspicimus in domino salubriter expedire. Sanè non sine graui animi nostri molestia percepimus,quòd quidã S. R. E. Card. qui nobiscum,dum versus ciuitatem nostrã Bononien̄, pro recuperatione nõnullarum terrarum S.R.E. etiàm vnà cum nostra curia personaliter accederemus,pro recuperãdis terris huiusmodi venire simulauerãt, ex nostra licentia ab vrbe recedentes, Florentiam diuerterunt,ibiq; se continuerunt,etiã postquàm nos eos per dilectum filium nostrum Franciscũ tituli S.Clementis presbyterum Cardinalem, tunc in minoribus constitutũ episcopũ Concordien̄, Datarium nostrum, per literas nostras ad nos tunc Bononiæ existentes,vocari feceramus, licèt se venturos obtulissent, nihilominùs satore zizaniæ seminante,per quem morum subuersio in clero & populo frequenter obrepit, tanquàm membra insana sine causa legitima à suo capite recedentes, armis satellitibusq; stipati, imò in seipsis armis assumptis, & pro sacerdotalibus vestibus thoracem induti, & gladijs armati, Papiã se contulerunt. Quò cùm peruenissent,stimulo conscientiæ (vt credimus)agitati, per internuncios perque Regiorum oratorum intercessiões reditum ad nos postulârũt. & pro desertionis venia supplicârũt,quam benignè obtulimus. Sed ipsi,qui nobis ex officio tanquam consultores assistere,neq; sine licentia nobis & nostra curia veluti corporis mẽbra abesse debuissent,ausi tamen sunt os in cælum ed spiritum blasphemiæ, & cum Lucifero sedem ad Aquilonem ponere, altitudinem nubiũ transcendere,vt se similes Altissimo constituant, Pontificalem authoritatem nostram sibijpsis ascribere satagentes, conuenientes vt locustæ, acephali aggressi sunt sine Rom.Pont.authoritate œcumenicum generale atq; vniuersale Conciliũ conuocare,locum concilij & tempus indicere, & valuis ecclesiarum ac alijs publicis locis per publica instrumenta etiam falsa, indictionẽ huiusmodi affigere & publicare, eisdemq; instrumentis falsis publicè atq; impudẽter vti, quosdã S.R.E.Card.sui propositi socios in eorũ ptenso edicto falso declarando,qui tamen & publicis & priuatis scripturis eorum pprijs manibus scriptis, se illis in huiusmodi pposito neq; verbo neq; scripto vnquã iunxisse,seu quomodolibèt cõsensisse protestati sunt, nosq; ac venerabiles fratres nostros eiusdẽ S.R.E.Card. ac alios tunc expressos, vocare & requirere, vt per nos vel alios ad huiusmodi eorum conciliũ accedere vellemus, non formidârunt, asserẽtes decennium post vltimum vniuersale conciliũ, etiã contra constitutionẽ concilij Constantien̄, q̄ incipit, Frequens,iam dudum effluxisse,& nos illud conuocare neglexisse, maximè cũ iurauissem⁹, & vouissem⁹ illud post bienniũ à creatiõe nostra tenere,tempusque p homine interpellare,neq; credendum fore nostra authoritate & voluntate Conciliũ futurũ:& cùm de grauibus criminibus notorijs durantibus, vniuersalẽ Ecclesiã scandalizantibus in capite agendũ foret,ad summum Pontificem concilij cõgregationẽ nõ attinere,sed secundo loco ad Cardinales,q Pontifici in negligentia nõ adhæserũt, conuocationem concilij spectare. Ac vt huiusmodi eorum conuocationẽ & cõuenticulũ honestare viderentur, eisq; authoritatẽ adijcere,hoc idem ferè per omnia,per quosdã assertos procuratores charissimorũ in Christo filiorũ nostrorũ Maximiliani Rom. Imperatoris electi, & Ludouici Francorũ regis Christianiss. principũ,sub eisdẽ datis,modo & forma, & similibus schedulis, ptertũ voluntatẽ & mentẽ dictorũ principũ (vt rationabiliter credi debet)fieri & publicari pcurauerunt,& ordinauerunt. Sed hæc vt falsa, ficta,cõmentitiaq; sunt, & nõ ex zelo charitatis & religiõis,sed odij fomite & inimicitiæ pcedentia,ita omnibus Principibus,necnon Chrisifidelibus cupimus nota fieri. Quis emũ tanti erroris particeps est,qui nos de negligentia erga cõuocationẽ concilij redarguere possit, cùm nihil nobis per vltimos vndecim annos, quib⁹ cardinalatus officio functi sumus,magis cordi fuerit,q̄ celebrari videre generale conciliũ, & ecclesiæ Romanæ statum in melius reformari? Quid enim felicis recordationis Alexandro sexto Romanorum Pontifici pdecessori nostro, magis nos odiosos fecit,nisi studium & cura generalis concilij celebrandi? Quid nos terra mariq; iactauit,cùm nobis idem Alexander pdecessor esset infensus? Quid totiès alpes transcendere transalpinas,Gallias peragrare per æstus,niues & glacies compulit,nisi q̄ nitebamur,vt à Romano pontifice conciliũ indiceretur,conuocaretur, & celebraretur? Nota recensemus, & Principibus Christianis apertissima, immò illis ipsis, qui nos & fratrum nostrorum Collegium criminantur,

tur,dudum pleneq; comperta. Quare si anteactæ vitæ ratio apud prudentes de præsenti & futuro vitæ rationem facit, nulla subest ratio cur dicti Cardinales, qui à nobis recesserunt,desperent nos facturos,quod tam longo tempore, tam ardenter, & non sine vitæ discrimine fieri desiderauimus & studuimus. Aperiant oculos cordis,& odij obstacula resecent,& cogitent,qua voce,quib⁹ oculis,qua facie promiserimus (vt dicunt) in nostra ad Pontificatum assumptione, iurauerimus & vouerimus generale celebrare Concilium:quoniam nostræ promissiõi interfuerunt.Certè palpabunt, nos non sola voce,non simulatè,sed in cordis simplici veritate id egisse,quod prædicant. Quòd si ea, quæ diximus,attendere nolunt,examinent & inspiciant omne studium in pontificatu nostro circa præmissa. Nónne omnes principes Christianos, qui ad obedientiam ex more præstandam miserũt oratores, admonuimus de celebrando generali concilio, deq; expeditione in perfidos Turcas conciliariter decernenda,assumẽda, & prosequẽda? Nónne primo Pontificatus nostri toto biennio Christianos potentatus pacare studuimus,vt conciliatis animis concilium iniretur? Quid vltrà facere debuimus, aut potuimus ad restituẽdam Ecclesiæ pacẽ, quod omiserimus?Nouit ipse Cardinalis,qui edicti seu indictionis huiusmodi, & contentorum in ea se aurigam profitetur, & *claui moderatorem prædicat,quid à nobis habuerit in mandatis, cùm ad Romanorum Imperatorem electum per vniuersam Germaniam illum nostrum & sanctæ sedis Apostolicæ legatum misimus: communicet illa fratribus suis,qui cum illo sentire videntur, pferat monita in scriptis illi tradita. certo certius & luce meridiana clarius erit,hanc indictionis desperationem de celebrando à nobis concilio, nedum leuem & inanem, sed falsam,irrationabilem,impossibilem q; fuisse.Nulla nostra culpa,neq; S.R.E.Cardinalium,dilata est generalis Concilij indictio, conuocatio,& celebratio.Distulit hæc infelicitas temporum, quæ sub eodem Alexandro prædecessore nostro vexare cœpit Italiam,& adhuc vexare non cessat, & instans necessitas recuperãdi terras & iura eiusdem Romanæ Ecclesiæ Nam propositum nostrũ semper ad Concilij celebratiõem promptissimum atq; intentissimum fuit. Quare spiritum diffidentiæ deponant,& ita huiusmodi calumniæ authores, reuersi ad cor, mordere desinant pastorem & patrem animarũ suarum. Desinant etiam calumniari fratres suos eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales.Quòd si tam ardẽter illis cordi est,se caput & authores generalis concilij constituere,quid ad hanc rem facto opus sit, priùs discant:reuoluãt sanctorum patrum & Romanorum vitas pontificum,& antiquũ morem indicendi & conuocandi & celebrãdi Concilium:traditiões & leges super his editas à patribus,inspiciant: videbunt huiusmodi Concilia à solis Romanis Pontificibus esse indicta,& aliter indicta,rata non fuisse. Quòd verò attinet ad constitutionem concilij Constantien̄,quæ incipit, Frequens huiusmodi, ea ad octuaginta annos seruata non fuit:& si seruata fuisset,teste pię memoriæ Eugenio papa 4. etiam prædecessore nostro,ac sacrorum canonum sanctionibus,ex causis prædictis eam licuit nobis transgredi. & quod fortius est,stante legitimo impedimento, de quo suprà, eam locum non habere,certo certius est. Votum autem & iuramentum quod ex pdictis causis de iure nobis trãsgredi licuisset,transgressi nõ sumus: quandoquidem legitimo impedimento detenti,non potuimus obseruare. & quia votum & iuramentum, quantùm ad hanc materiam attinet,in foro conscientiæ versan̄, de æquitate canonica purgatio moræ semp admittitur. Desinant nobis & fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus negligentiam impingere,quæ(vt præmittitur)nulla fuit, & si qua fuisset, ipsis cum Alexandro pdecessore præfato & nobiscum manentibus, multo magis imputari posset. Quòd autem docentes iuxta Prophetã,linguas suas loqui mendacium,& contra diuinum pceptum aduersus Principem populi sui maledicentes, confingunt in nos crimina, & ea quidem(vt asserunt)durantia,grauissima, notoria, scãdalizantiaq; vniuersalem Ecclesiam, dicuntq;, propterea negligentibus alijs S.R.E. Cardinalibus, ad eos deuolutam concilij congregandi facultatem,non miramur: quoniã teste Hieronymo, schismatici, cùm dubitãt causas suas damnari, in contumelias prosiliunt. Dicant prædicti. nomine tantùm Cardinales,Dathan & Abiron, Acaciumque & Dioscorum repræsentantes, tenebrarum filij,nunquid summo Pontifici spectet & pertineat congregare Concilium, etiã si de sua causa agatur? legãt vltra antiquos gesta Cõstantien̄ cõcilij,in qbus se potissimùm fundant,vt ex eis,tanq; Iudæi ex pprijs codicibus,confundantur: reperient, Ioannem Papam 23.de cuius potissimũ causa agebatur, conciliũ Constantien̄ huiusmodi indixisse. Cùm ergò Concilium prædictum congregare parati sumus, satis cõstat,dolosas eorũ linguas locutas fuisse mendacium. Sed si hęc omnia cessarent, stantibus impedimentis pdictis,in qua negligẽtia dici possunt esse fratres nostri S.R.E.Cardinales huiusmodi,nõ requisiti ad Concilium congregandum,ita vt ad pauciss imos, Ro. Pontifici eorũ culpa ambitioneq; infensos, schismaticos, ac extra domũ dei positos,potuerit potestas vniuersalis Ecclesiæ deuolui, imò potiùs ab eis vsurpari.Adijciamus ergò nunc huiusmodi potestatis abusum ostendere, trium mensiũ

*clauium

Hier. 9.b

Exod. 22.

& qua-

& quatuordecim dierũ ab eis tempus in ſuo (vt volunt) edicto ſeu conuocatiõe aſſignatum, & ad œcumenicum Concilium congregandum, hoc tam breui temporis ſpatio, poterit natiõibus Chriſtianis à Mediolano remotiſſimis legitimè innotuiſſe? Poterũnt ne, ſi innotuiſſet in termino, diœceſanas & metropolitanas ſynodos conuocare, celebrare, & perficere? Poterũntne, qui venturi decernerentur, ad tantum iter neceſſaria cõquiſiuiſſe? Poterunt principes, accedere volentes, populis ſibi ſubditis & ſtatus ſui ſecuritati *bonæ conſuluiſſe? Poterunt, quos
*benè mittere decreuerint, procuratores aut oratores plenè informatos mittere? Vix curſor expeditus, trium menſium & ſemi ſpatio ire & redire poſſet ſine ſarcinis, vndè & quò ipſi graues viros & multa ſecum impedimẽta trahẽtes, ſine quibus venire non poſſunt, putant, immò decernunt, accedere poſſe & oportere. Quare ſi nihil aliud, indictionem Concilij, quam attentarunt, in tempore prẽfixo accedendi impoſſibilitas ipſa penitùs eneruat: Sed poſſibile fuerit, & aliqua ratione decretum. hoc ipſum Concilij tempus loci ratio, indictionem ipſam nullam facit locus. Locus concilij, commodus eſſe debet & tutus. Quis ignorat, (quod dolenter dicimus) vrbem Piſas prope 14. cõtinuos annos obſeſſam duriſſimè fuiſſe, & ad eam deſolatiõem bello redactam, vt rariſſimæ dom⁹ integris parietibus in illa conſiſtant, & ferè nullæ ſint, quæ contignationibus & ſolarijs muniantur? Habitarẽntne ibi S.R.E. Cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, principes ſeculares, vel oratores eorum, communitatum item nuncij? Habitarẽntne doctores celeberrimi tam diuini iuris quàm humani, ruinoſas domos, ciuitatemq; penitùs deſolatã ꝓ celebrando œcumenico concilio? Nunquàm talibus in locis ſcriptum eſt, Concilium generale fuiſſe celebratum. Reuoluantur omnes Conciliorũ œcumenicorum hiſtoriæ: apparebit, patrib⁹ noſtris ſanctis ſanè & prudentibus viris, ꝓ celebrando Concilio ante omnia cordi fuiſſe, eligere ciuitatem amplam, ædificijs accommodatam, ſalubris aẽris, fertilis ſoli, cõuehendis commeatibus facilem, q̃ omnia ſi Piſis adeſſe quiſpiam affirmauerit, ruinę ciuitatis, ædificiorum rudera, villarum & vinearum euerſiones redarguant; ſic dicentẽ. Hæc tamẽ ſi Piſis eſſent integra, vt non ſunt, nec affirmari poſſunt ſine impudentia: quomodò eſt ad Piſas tutus acceſſus, vel in ea manſio, cùm omnis Tuſcia arma nunc tractet, & nos pro paſtorali, quod gerimus, officio nil magis premat, q̃ Florentinos & Senenſes, inter quos fremit bellũ, ne ſe armis inuicem impetant, continere? Fidem de re hac facere poſſunt pleriq; Chriſtiani principes, à nobis ſæpiùs & inſtantiùs requiſiti, ſuam per literas & nuncios authoritatem & gratiam interponere, vt ſi inter ſe hi populi pacem habere noluerint, per inducias ſaltẽ ab armis abſtineant. Igitur cùm, ex præmiſſis & alijs etiã notiſſimis cauſis, acceſſus ad Piſas, vel ibi manſio ſecura habenda veriſimiliter credi non poſſit, cùm ciuitas, ipſa deſolatione, habitationibus pro Concilio nõ ſit fulta, cùm ager vaſtitate ſit deſolatus, cùm tempus in edicto ſeu indictiõe ꝓfixum ſufficere non poſſit, & terminus aſſignatus ab illis, tempori, pro generali Concilio celebrando dari ſolito, non reſpondeat, cùm inſupèr indicentes nulla ſint authoritate ſuffulti, & ſi quam habere poſſent, illa, vt decuit & fieri oportuit, immò debuit, non ſint vſi, cùm edictum ipſum ſeu conuocatio de falſitate ſe conuincant: nos conſiderantes, quanta cum difficultate & temporis diuturnitate prædeceſſores noſtri ꝓfati in eorum Concilijs celebratis, priſcas hæreſes & ſchiſmata, etiam aliquando Imperiali maieſtate adiuuante ſuſtulerunt, quodq; illa in totum extinguere nequiuerũt, cùm eorum aliqua (quod dolentes referimus) vſque ad hodiernum diẽ in ſua ptinacia perdurent, quamq; calamitoſa fuerint ꝓlatis & oñibus Chriſtifidelib⁹ ſchiſmatũ tempora, ſupradicta oña, tanquàm perniciouſiſſima ſchiſmatum atq; errorum ſeminaria, q̃ aliquandiu conniuentibus oculis tolerauimus, expectantes eorũ ad cor reuerſionem, ob Chriſti charitatem zelumq; domus ſuæ diſſimulare vlteriùs nõ valemus, timentes nobis improperari illud
*Ieremiæ, Nõ aſcendiſtis ex aduerſo, neque Ezech. 13.a
oppoſuiſtis vos murũ pro domo Iſrael. verentes etiam, ne figmenta erroresq; ꝓdicti Chriſtifidelium minùs eruditorum mentes aliquo infidelitatis laqueo inuoluant, apud quos ſæpè (vt inquit Origenes in Cantica) Pulchriora videntur mendaciorum ſophiſmata, quàm documenta veritatis: & ne error, cui non reſiſtitur, approbari videatur, & veritas Deiq; cauſa, & iura indefenſa opprimantur, habita ſuper his cum venerabilib⁹ fratribus noſtris eiuſdem S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorundẽ Cardinalium conſilio & vnanimi cõſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ꝓdictas indictionem, conuocationem & publicationem aſſertas, ſchiſmaticę cõuenticulæ, ſynagogæ ſatanæ, & Eccleſiæ malignantium, ꝑ Dathan & Abiron authores ſchiſmatũ, eorumq; ſocios, & alias ſupradictas ꝓcuratorio nomine dictorũ chariſſimorum filiorũ noſtrorũ Maximiliani Impatoris Romanorum electi, & Ludouici Francorũ regis Chriſtianiſſimi, illuſtrium principũ, factas, indictas & publicatas, omniaq; & ſingula in eis & qualibet earum contenta, & indè ſecuta quæcunq;, quorũ tenores, acſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis & inſertis haberi volum⁹, tanq̃ à non habentibus facultatem, & ex minùs

nùs legitimis cauſis, ac incõgruis terminis & loco, nulla, irrita & inania, non legitimè, ad ſcindendum & ſcandalizandũ vniuerſalis Eccleſiæ vnitatem, facta, ne cancer oſus morbus inualeſcat, reprobamus, reuocamus, caſſam⁹, irritamus & annullamus, reuocataq;, irrita, caſſa, reprobata, & annullata haberi volum⁹, ac (prout ſunt) nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Diſtrictiùs ſub excõmunicationis, anathematis & maledictionis æternæ, ac dignitatũ & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunq;, ſecularium vel regulariũ, feudorũ, indultorũ, priuilegiorum, conceſſionum, facultatum & gratiarum priuationum ipſo facto, infamiæ, & alijs in vniuerſalem Eccleſiã ſcandalizãtes, & ſchiſma in ea diſcordiãq; ſuſcitantes, eisq; conſilium, auxilium vel fauorem prẽſtantes, tam à iure quàm aliàs promulgatis & indictis pœnis inhibemus. Necnon eiſdem Cardinalibus, qui à nobis receſſerũt, (vt præfertur) ac oñibus & ſingulis cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, conditionis, præeminentię, authoritatis, & nobilitatis exiſtentibus, & quacunq; eccleſiaſtica etiã cardinalatus, Patriarchali,
*primitiali *Prouinciali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, ſeu ſeculari, regali, reginali, ac etiam Imperiali, ac alijs dignitatibus & præeminentijs fulgentibus, & quos ab omni vinculo iuramenti, cõuentionis, obligationis & promiſſionis per eos forſan factarum, propterea abſoluimus & liberamus, ac abſolutos & liberatos fore nunciamus, ne indictiõibus, publicationibus, & cõuocationibus prædictis, omnibusq; alijs & ſingulis, vel eorum aliquo per reprobos, aut alios præfatos, vel eorum aliquem (vt prẽfertur) factis, directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè, ſeu quouis quæſito colore adhęreãt, accedant, interſint, obediant, aſſiſtant, conſilium, auxilium vel fauorẽ prẽſtent, aut quo-
*ſecta modolibet intendant, vt peſſima *facta ſuis erroribus confuſa tanquàm nebula diſſoluãtur, etiam inhibemus. Omniaq; & ſingula, ciuitates, terras & loca quęcunq;, ad quæ perueꝛſa Concilia, ſeu potiùs conciliabula, ſchiſmaticas conuenticulas, ſynagogas ac eccleſias malignantium huiuſmodi indicentes, & eis adhærentes, obedientiam, conſilium, auxilium, vel fauorem aliquem (vt prẽfertur) ꝓſtantes, & eorum quemlibet declinare contigerit: & in quibus Concilia ſeu conciliabula, aut eccleſias malignantium huiuſmodi celebrari, vel coadunari, & congregari cõtigerit, eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto. Et nihilominùs bonam intentionem noſtrã exequi volentes, vt antiquæ hæreſes, quæ in diuerſis Chriſtianorum partibus nondum extinctæ ſunt, & peſſimum nouiter pullulans ſchiſma extinguantur, reformationiq; morũ tam eccleſiaſticorũ quàm ſeculariũ perſonarũ, quæ de iure vel cõſuetudine, reformatiõi vel determinationi Concilij ſubijciũtur, bellorũq;

imminentium ſeditioni cõſulatur, vnicuiq;, quod ſuum eſt, reddatur, iuſtitia & pax ſe in- Pſalm. 84.
uicem oſculentur, Chriſtiq; fideles in pace & vnitate, in Dei nomine, non ex paſſionũ priuatarum fomite, quæ (vt ex geſtis diuerſorũ conciliorũ apparet) peſſimos effectus parere conſueuit, cõgregati, ad faciendũ expeditionem contra infideles iam regnum Siciliæ infeſtantes, meliora ac nobiliora loca Chriſtianorum occupantes, præſertim Hieruſalẽ matrem noſtram antiquam, & ex antiqua Chriſtianorum negligẽtia deperditam, faciliùs & promptiùs intendant, IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, authoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorũ eius, qua in terris funguntur, de ſimili eorũdem fratrũ conſilio & aſſenſu, œcumenicum, vniuerſale ac generale Concilium in alma vrbe noſtra, cõmuni omniũ patria, loco aptiſſimo & tutiſſimo, apud Lateranũ, vbi plurima concilia per antiquos & patres noſtros habita fuerũt, & altiſſimus Petri ſedẽ collocari voluit, literatorumq; & peritorũ numerus copioſus habetur, poſt feſtum reſurrectionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti proximè futurũ inchoandũ, anno Dñi 1512. die Lunæ, 19 menſis Aprilis, quę erit feria 2. poſt octauã eiuſdẽ reſurrectionis celebrandũ, &, vt ſequitur, authore Dño finiendũ, nunciamus, conuocamus, ſtatuimus, indicimus & ordinamus, licèt nos nõ lateat, hãc nouẽ menſiũ præfixionẽ pro ſacro cõcilio generali celebrando, ex tot longinq; mũdi partibus venturis fortaſſis nõ ſufficere, & de breuitate notari poſſe ad tantã rem peragendã, præſertim cùm à ſanctis patribus Romanis pontificibus prædeceſſoribus noſtris aſſignato tẽpori ad ſimilia generalia Cõcilia cõgreganda nõ reſpõdeat, qui nunq̃ minùs quàm annũ ad hoc inchoandũ aſſignaſſe reperiuntur. Sed quia ad Chriſtianiſſimũ regẽ prędictũ, & quoſdã alios Principes de inchoando generali cõcilio in tẽpore præſentibus inſerto, literas dedimus: & inſupèr, ne volentibus nos, & venerabiles fratres noſtros eiuſdem S.R.E. Cardinales calũniari, anſam daremus, ſi lõgius tẽpus ſtatuiſſemus, viſum eſt nobis hunc terminũ aſſignare. Inſupèr prẽfatis & alijs venerabilib⁹ fratribus, Patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, monaſteriorũ abbatibus & prælatis, prẽſertim ſub vinculo iuramenti ad viſitandũ certis tẽporibus limina Apoſtolorum Petri & Pauli, etiam tempore ſuæ promotionis adſtrictis & obligatis, non obſtantibus quibuſuis cõceſſionibus, priuilegijs, & indultis, eis, eorumq; eccleſijs, monaſterijs & beneficijs per dictos prædeceſſores noſtros aut nos cõceſſis, cõfirmatis & innouatis, quæ pro expreſſis habentes, ex certa ſciẽtia & plenitudine prẽmiſſis, caſſamus, irritamus & annullamus. Omnibusq; alijs eccleſiaſticis, vel ſecularibus, etiã regib⁹ & principib⁹, cęteriſq; perſonis, quę de iure vel cõ-

ſuetudine in congregationibus generalium Conciliorum ſolent interuenire, ceſſante legitimo impedimẽto, de quo legitimè docere teneantur, per ſe vel alios idoneos nuncios, procuratores, vel oratores, legitima mãdata habentes, ſub excommunicationis, alijſq; de iure vel cõſuetudine, aut aliàs nõ accedentibus ad generale concilij indictũ pœnis, mãdamus vt ad ipſum concilij Lateraneñ accedere, & vſq; ad dicti Cõcilij concluſionem & diſſolutionẽ per nos vel authoritate noſtra fiendam, in dicta vrbe morari debeant: Necnon chariſſimos in Chriſto noſtros & eiuſdẽ Romanæ Eccleſiæ filios Maximilianum Romañ Imperatorẽ electũ prædictũ, cęteroſq; Chriſtianorum illuſt. reges, duces, marchiones. comites & alios nobiles in virtute ſanctę obedientiæ rogamus, hortamur & monem⁹, vt opem & operam adhibeãt efficaces, quòd omnes & ſingulæ, tam eccleſiaſticæ quàm ſeculares perſonæ, in eorum regnis, ducatibus & dominijs cõſiſteñ, quæ in generalibus cõcilijs de iure vel cõſuetudine intereſſe conſueuerunt, ad concilij Lateraneñ huiuſmodi, ceſſante impedimento prædicto, accedãt, poſtpoſitis odijs, cõciliatis in ſpiritu ſancto, non aũt paſſionibus repleti, veramq; domũ Dei facientes, & his quæ ad Dei laudem, Eccleſiæ exaltationẽ, vnitatẽ & reformationẽ, ſchiſmatũ verò & hæreſum totalẽ extirpationem, fideliumq; prædictorum pacẽ & ſalutem concernunt, charitate muniti intendãt. Et ne ad tantum laudabile & neceſſariũ opus accedere debentes, aliquibus de cauſis ſeu figmentis ab acceſſu ad dictũ concilium Lateraneñ quomodolibèt retrahantur, omnibus & ſingulis in cõgregationibus conciliorum generalium adeſſe ſolitis, & ad dictum cõcilium Lateranẽſe venientibus, eorumq; ſeruitoribus & familiaribus cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, cõditionis vel nobilitatis exiſtẽtibus, eccleſiaſticis & ſecularib⁹, pro ſe & bonis eorum quibuſcunq;, per ciuitates, terras, & loca terreſtria & maritima dictæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecta, ad concilium Lateranẽſe ad vrbem huiuſmodi veniendi, & in ea morandi & liberè cõſiſtendi, & ab ea quotiès videbitur recedendi, etiam poſt quatuor mẽſes poſt dicti concilij Lateranẽſis cõcluſionem & diſſolutionem, liberum, tutum, & ſecurũ ſaluum conductum, ac plenam & omnimodam ſecuritatem de cõcilio & poteſtate præmiſſis, damus & cõcedimus, aliosq; ſaluos cõductus & ſecuritates habere cupientibus dare pollicemur, eosq; benignè & charitatiuè tractabimus & ſuſcipiemus. Mandantes ſub indignationis noſtræ & alijs arbitrio noſtro infligendis pœnis, omnibus & ſingulis gentibus noſtris armigeris, equeſtribus & pedeſtribus, acarcium noſtrarum Caſtellanis, ciuitatum terrarumq; & locorum dictæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectorum Legatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Locatenentibus, Poteſtatibus, Officialibus & vaſallis, vt, nõ obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, legibus Imperialibus, ſtatutis quoq; & conſuetudinibus municipalibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut quauis alia firmitate roboratis, quæ ſaluo conductui & ſecuritati præmiſſis in aliquo derogare, ſeu illos quomodolibèt impedire poſſent, etiã ſi talia forent, de quibus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non autem per generales clauſulas id importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, *illarum omnium tenores præſentibus, acſi de verbo ad verbum inſererentur, prò expreſſis habentes, venientes ad Concilium Lateranẽſe huiuſmodi, liberè, tutè & ſecurè tranſire, morari & recedere permittant, & permitti faciãt, ne tantũ, *taleq; laudabile & neceſſarium Concilium Lateranẽſe diſtrahatur, & vt ad illud venientes, tutè & in pacis trãquillitate viuere, dicere & expedire valeant, quæ omnipotẽtis Dei honorem concernent, totiusq; Eccleſiæ ſanctæ ſtatum: Decernentes nihilominùs irritũ & inane, quicquid contra indictionem concilij Lateraneñ per nos *indictam huiuſmodi, ſeu ad impedimentum, præiudicium aut dilationem eiuſdem, per ſchiſmaticam *conuenticulam & eccleſiam malignantium prædictas, ſeu quemuis alium, quauis authoritate, quouis ingenio aut quæſito colore, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Inſupèr, vt præmiſſa omnia & ſingula ad omniũ, ad quos ſpectat, notitiam & cognitionẽ deueniant, omniumq; que in præſentibus literis continentur, certa & indubitata notitia habeatur, nullusq; præmiſſorum ignorantiam iuſtè prætendere poſſit, nec ſe legitimè excuſare, cùm etiam ad intimandum aliquibus perſonaliter in præſentibus literis comprẽhenſis, tutus non pateat acceſſus, literas prędictas: volumus & decernimus, præſentes literas noſtras, per aliquos curiæ noſtræ curſores vel notarios publicos, in baſilica principis Apoſtolorum & Eccleſia Lateranenſi, hora diuinorum, dum ibi multitudo populi ad diuina audiendum conuenire & congregari conſueuit, publicè ac alta & intelligibili voce legi & publicari, & dictarum eccleſiarũ portis ſiue valuis, & in acie Gampifloræ & Cancellariæ Apoſtolicæ affigi, & ibidèm per aliquod temporis ſpatium dimitti debere, vt ad ſingulorum notitiam publicamq; notionem deuenire poſſit: Tranſumptisq; illarum, manu publicorum notariorum factis vel ſubſcriptis, ſigilloq; alicuius prælati munitis, fidem indubiam adhiberi. Omnesq; & ſingulos in illis comprẽhenſos, & ad quos pertinet, perindè arctari & conſtringi ac teneri & obligari ad obſeruantiam omnium & ſingulorum in eis contentorum, cuiuſcunq; gradus & dignitatis exiſtant eccleſiaſticę vel mundanæ, poſt lapſum vnius integri menſis à data

*illorum

for. *tamq;

for. *indicti

à data præſentium numerandi, in omnibus & per omnia, & perinde acſi perſonaliter & in propria perſona intimatæ fuiſſent, & eis perſonaliter præſentatæ, præſentium tenore decernimus, ſtatuimus & declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, reuocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, declarationis, abſolutionis, liberationis, inhibitionis, interdicti, nunciationis, conuocationis, ſtatuti, indictionis, ordinationis, conceſſionis, mandati, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo vndecimo, quintodecimo Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 8.

Sigiſmundus
D. de Comitibus.

Ego Iulius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

DOMINVS MIHI ADIVTOR, NON TIMEBO QVID FACIAT MIHI HOMO.

S. Petrus, S. Paulus.
Iulius Papa II.

Ego Raphael epiſcopus Oſtieñ, Card. S. Georgij, Camerarius ſubſcripſi.
Ego Dominicus epiſcopus Portueñ, Card. S. Marci, ſubſcripſi.
Ego Iacobus epiſcopus Albaneñ, Card. Arboreñ, ſubſcripſi.

CARDINALES PRESBYTERI.

Ego Nicolaus Cardinal. tituli ſanctæ Priſcæ, ſubſcripſi.
Ego F. Cardinal. de Claromonte manu propria.
Ego Marcus tituli ſanctæ Mariæ Tranſtiberim, Card. Senogallieñ.
Ego Robertus tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyter Card. Nanneteñ.
Ego Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Card. ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus tituli ſanctæ Praxedis presbyter Card. ſubſcripſi.
Ego Sixtus tituli ſancti Petri ad vincula presbyter Card. Vicecanc. ſubſ.
Ego Chriſtophorus Eboracẽſ. tituli ſancti Petri & Mar. presbyter Card. ſubſc.
Ego Antonius tituli ſancti Vitalis presbyter Card. ſubſcripſi.
Ego Petrus tituli ſancti Euſebij presbyter Card. ſubſcripſi.
Ego Achilles tituli ſancti Sixti presbyter Card. Bononieñ, ſubſcripſi.
Ego F. tituli ſancti Clemẽtis presbyter Card. ſubſcripſi.

DIACONI CARDINALES.

Hic poſteà fit Leo 10. Hic verò Paulus 3.

Ego Ioãnes ſanctæ Marię in Dominica diac. Card de *Medicis, manu propria ſubſc.
Ego Alexander ſancti Euſtachij diac. Card. de Farneſio, manu propria ſubſcripſi.
Ego Ludouicus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diac. Cardin. de Aragonia, manu propria ſubſcripſi.
Ego Marcus ſanctæ Mariæ in Porticu diac. Card. *Cornelius, manu propria ſubſc.

*Cornelieñ

Ego B. ſancti Hadriani diac. Card. ſubſc.
Ego Alphonſus S. Theodori diac. Card. Petrucius, ſubſcripſi.
A tergo verò *dictæ Bullæ erant verba executionis & publicationis, & intimationis dictæ bullæ per tres curſores infraſcriptos, facta ſub hac forma, videlicet:

*dictarũ literarũ apoſtolicarũ infraſcripta verba erant.

Anno à natiuitate Domini 1511. indictione decimaquarta, die verò Veneris, vigeſimaquarta mẽſis Iulij, Pontificatus S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papę ſecundi anno octauo, retroſcriptæ literę Apoſtolicæ conuocationis Concilij generalis, publicatæ & affixę fuerunt in valuis ſancti Iacobi Hiſpanorum de vrbe, dum celebrabantur diuina, vbi magna multitudo conuenerat tam curialium, quàm Officialium & Romanorum propter feſtum ſolenne, quod in eadem Eccleſia celebrabatur. Eadem die in veſperis, dum celebrabantur diuina, publicata & affixa fuit in valuis Principis Apoſtolorum de vrbe. Die verò ſequenti ſabbati, retroſcriptam bullam in Baſilica Principis Apoſtolorum de vrbe, hora Miſſæ, dum celebrabantur diuina, & multitudo copioſa aſſiſteret, ego Petrus Mengiuar præfati D. N. Papę curſor, alta & intelligibili voce coram omni populo dictam bullam de verbo ad verbum legi, lectamq; ad valuas dictæ baſilicę affiximus, & per ſpatiũ vnius horæ affixam dimiſimus. Eadem die dictã bullam publicauimus, & affiximus in valuis Cãcellariæ Apoſtolicę, & affixã dimiſimus durante cancellaria. Eodem die in eccleſia ſancti Ioãnis in Laterañ, hora veſperarum, dum celebrabantur Diuina, ego Petrus Mengiuar S. D. N. Papę curſor, dictã bullã alta & intelligibili voce legi, lectamq; ad valuas dictę Eccleſiæ affiximus & publicauimus, & per ſpatium vnius horæ affixam dimiſimus. Eadem die retroſcriptam bullam publicauimus, & affixam dimiſimus per ſpatium duarum horarum in acie Campifloræ, vt moris eſt. Per nos Honofrium Baleſtarium, Petrum Mẽgiuar, & Ioannem Bernardi, prędicti domini noſtri Papę curſores. Et ita fidẽ facimus, & manibus proprijs ſcripſimus, & ſubſcripſimus.

Ita eſt, Honofrius Baleſtarij curſor.
Ita eſt, Petrus Mengiuar curſor.
Ita eſt, Ioannes Bernardi curſor.

Deinde prælibatus S. D. N. dominus Iulius Papa ſecundus, prorogauit Concilium generale huiuſmodi ad certum alium terminum, vt in literis Apoſtolicis deſupèr confectis pleniùs continetur, quarum tenor ſequitur, & eſt talis:

BVLLA PROROGATIONIS concilij generalis.

IVlius episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Inscrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo ad hoc nos, maximę potestatis desupèr plenitudine tradita, super vniuersum gregem Dominicum præsulem constituit, vt ad remouendum atque extirpandũ de agro Domini vepres, ex quibus possent Ecclesiæ suæ sanctæ & Christianę reipublicæ dissensiones & scandala prouenire, cura & solicitudine assidua ac peruigili intẽdamus, & vt ea congruo tempore, & sine alicuius incommodo & periculo expediri valeant, oportunè prouideamus. Nuper siquidem cupientes generale Concilium in alma vrbe nostra apud Laterañ, vbi plurima Concilia habita fuerunt, iuxta deliberationem & ordinationem per nos de fratrum nostrorũ S.R.E. Card. consilio & assensu factam, die Lunæ decimanona præsentis mensis Aprilis, quę erit feria 2. post octauam festi resurrectionis Domini nostri Iesu Christi proximè pteriti, authore Domino celebrare, vt illa in eo statuerentur & fierent, quæ cederent ad laudem Dei, & Ecclesiæ exaltationem, vnitatem & reformationẽ, ac schismatum & hæresum totalem extirpationem, fideliumq; pacem & salutem, ac bonum publicum Ecclesiæ suæ sanctæ, huiusmodi venerabilibus fratrib⁹ nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, monasteriorum Abbatibus, & prelatis, omibusq; alijs ecclesiasticis, vel secularibus, etiã Regibus & Principibus, ceterisque personis, quæ de iure vel consuetudine in congregationibus generalium Conciliorum solent interuenire, cessante legitimo impedimẽto, de quo legitimè docere tenerent per se vel alios idoneos nũcios, procuratores, vel Oratores legitima mandata habentes, sub excõmunicationis, alijsq; de iure vel consuetudine, aut aliâs, non accedentibus ad generale Concilium indictum infligi solitis pœnis, mandauimus, vt ad ipsum Concilium Lateraneñ accedere, & vsq; ad dicti Concilij conclusionem & dissolutionem, per nos vel authoritate nostra faciendã, in dicta vrbe morari deberent. Necnon charissimos in Christo filios nostros & eiusdem Rom. Ecclesiæ filios, Maximilianum in Roman. Imperatorem electum, cæterosq; Christianorum reges, Illustres, Duces, Marchiones, Comites, & alios nobiles in virtute sanctæ obedientiæ rogauimus, hortati fuimus & monuimus, vt opem & operam adhiberẽt efficaces, quòd omes & singulę tam ecclesiasticæ, quàm seculares personæ, in eorum regnis, ducatibus & dominijs consistẽtes, quæ in generalibus Concilijs de iure vel consuetudine interesse cõsueuerunt, ad Concilium Lateraneñ huiusmodi, cessante impedimento prędicto, accederent, prout in nostris indè confectis literis pleniùs cõtinetur, ac locum apud Lateranum pro Cõcilio huiusmodi habendo præparauimus, & pro reformatione prædicta statuenda, puro corde & recta voluntate adimplere proponimus, ac ex literis charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Aragoniæ & Siciliæ, ac Henrici Angliæ, & aliorum regum illustrium, aliorumq; Principum nobis constet, Episcopos & alios prelatos regnorum & dominiorum suorum, ad concilium per nos indictum venire, & in itinere esse. Verùm propter conflictum apud ciuitatem nostram Rauennam Romandiolæ prouinciæ nuper habitum, vbi magna hominum strages secuta fuit, cùm non solùm rei militari operam dantes, sed etiã incolæ & habitatores illarũ partium ad prædam intenti existant, & propterea etiam prælati & alij ad cõcilium huiusmodi veniẽtes, sine magno incommodo & vitæ discrimine, per ciuitates & loca Romandiolę, & illis circunuicina transire non valeant, viarumque itinera tuta non sint, ac proxima dies Lunæ, qua concilium per nos indictum huiusmodi inchoari, ac prelati & ceteri huiusmodi concilio interesse debebant, instare noscatur, ipsique prelati adhuc non venerũt, & *propterea præmissa remorari aliquandiu cogantur. Nos igitur Archiepiscoporum & episcoporum, ac aliarum personarum ad cõcilium huiusmodi accedentiũ, periculis obuiare, & eorum commodo prouidere volentes, habita super his cum prefatis venerabilibus fratribus nostris matura deliberatiõe, & ipsorum communi consilio & assensu, tẽpus concilij celebrandi huiusmodi ad hoc, vt Archiepiscopi, Episcopi, & prælati, ac Abbates, & alij ad concilium huiusmodi accedentes, & in itinere existentes, inchoando concilio interesse possint, ad Kalendas Maias proximè futuras authoritate Apostolica tenore presentium prorogamus, non obstantibus præmissis, ac alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ volũtatis & prorogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorũ eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quintodecimo Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno nono.

ALIA PROROGATIO SESSIONIS.

¶ Successiuè verò idem D. N. Papa ad alium certum terminum cõcilium prędictum prorogãdum duxit, & prorogauit, prout in Breui Apostolico desupèr confecto pleniùs continetur, cuius quidem tenor ad verbum de verbo sequitur, & est talis:

Iulius

IVlius Papa secundus, ad futuram rei memoriam. Romañ Pontifex Dominici gregis suprema sibi dispositione commissi curam agere studens, ea, quæ pro vniuersalis Ecclesiæ reformatione, & eiusdem gregis vtilitate, ac catholicæ fidei & reipublicæ Christianæ exaltatione certo præfixo tempore fieri ordinauerat, nonnunquàm ad aliud bteue tempus, subsistente causa, libenter prorogat & extendit. Nuper siquidem cupientes generale concilium in alma vrbe nostra apud Lateranũ, vbi plurima concilia habita fuerunt, iuxta deliberationem & ordinationem per nos de fratrum nostrorum R. S.E. Cardinalium consilio & assensu factam, die Lunæ 19. præsentis mensis Aprilis, quæ fuit feria secũda, post octauam festi resurrectionis Domini nostri Iesu Christi proximè præteriti, authore Domino celebrare, vt illa in eo statuerentur & fierent, quæ cederent ad laudẽ Dei, & Ecclesiæ exaltationem, vnitatem & reformationem, ac schismatum & hæresum totalem extirpationem, fideliumque pacem & salutem, ac bonum publicum Ecclesiæ sanctæ, huiusmodi venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, monasteriorum Abbatibus, & prælatis, omnibusque alijs ecclesiasticis vel secularibus, etiam Regibus & Principibus, cæteris que personis, quæ de iure vel consuetudine in congregationibus generalium conciliorum solent interuenire, cessante legitimo impedimento, de quo legitimè docere tenerentur per se vel alios idoneos nuncios, procuratores vel oratores legitima mandata habentes, sub excommunicationis alijsque de iure vel consuetudine, aut aliâs, non accedentibus ad generale concilium indictum infligi solitis pœnis, per quasdam mandauimus, vt ad ipsum concilium Lateranense accedere, ac vsque ad dicti concilij conclusionem & dissolutionẽ, per nos vel authoritate nostra faciendam, in dicta vrbe morari deberent: Necnon charissimos in Christo filios nostros & eiusdem Romanæ Ecclesiæ filios, Maximilianum in Romanum Imperatorem electum, cęterosq; Christianorum reges illustres, Duces, Marchiones, Comites, & alios nobiles in virtute sanctæ obedientiæ rogauimus, hortati fuimus, & monuimus, vt opem & operam adhiberent efficaces, quòd omnes & singulę, tam ecclesiasticæ quàm seculares personæ, in eorum regnis, ducatibus & dominijs consisteu tes, quæ in generalibus concilijs de iure vel consuetudine interesse consueuerunt, ad cõcilium Lateranense huiusmodi, cessante impedimento prædicto, accederent, ac locum apud Lateranum pro concilio huiusmodi habendo præparauerimus, ac pro reformatione prædicta statuenda puro corde & recta voluntate adimplere proposuerimus, ac charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Aragonum & vtriusque Siciliæ, ac Henrici Angliæ, & aliorum regum illustrium literis intelligeremus, Episcopos & alios prælatos Regnorum & dominiorum suorũ, ad Concilium per nos indictum huiusmodi venire, & in itinere esse, ac propter conflictum apud ciuitatem nostram Rauennę Romandiolę prouinciæ nuper habitum, vbi magna hominum strages secuta fuit, non solùm rei militari operam dantes, verùm etiam incolæ & habitatores illarum partium ad prædam intenti existerent, & propterea prælati & alij ad concilium huiusmodi venientes, sine magno incommodo & discrimine transire non valerẽt, viarumque itinera tuta non essent, ac dies Lunæ, in qua concilium per nos indictum huiusmodi inchoari, ac prelati & cæteri huiusmodi concilio interesse debebant, instare noscęretur, ipsique prælati tunc nõ veniissent, & propterea remorari cogerentur: nos habita super his cum præfatis venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione, ac de ipsorum communi consilio & assensu, per alias nostras literas tẽpus Concilij celebrandi huiusmodi, ad hoc, vt Archiepiscopi, Episcopi & prælati, & Abbates, & alij ad concilium huiusmodi accedentes, & in itinere huiusmodi existentes, inchoando concilio interesse possent, ad Kalend. Maij proximè futuras prorogauim⁹, prout in singulis nostris literis pleniùs continetur. Cùm autem terminus prorogationis huiusmodi instare noscatur, & causę prorogationis huiusmodi non solùm non cessauerunt, verùm etiam noui incendij, quod prope vrbem exoriri inceperat, & indies magis augeri formidabatur, extinctioni summa diligentia operam dare studuerimus: nos itaque habita super his cum præfatis venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione, ac de ipsorum consilio & assensu, concilij celebrandi tempus prorogatum huiusmodi (vt præfertur) ad festum inuentionis sanctæ Crucis, quod erit tertia Maij proximè futuri, authoritate Apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimanona Aprilis 1512. Pontificatus nostri anno 9.

Postmodùm verò lectis supradictis bullis, idem Reuerendissimus dominus Alexander prosecutus est eandem schedulam tenoris infrascripti:

Statuto itaque tempore congregati per Dei gratiam, vnà cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & nostra curia, prefignato in loco Lateranensis ipsius basilicæ, de sacra synodi huius consilio, publicæ fidelium paci, Catholicę fidei *prorogationi, & reformationi vniuersalis Ecclesiæ, necnon hęreticæ prauitatis nuper exortæ extirpationi intendentes, quia non satis in re tam ardua & ponderosa per se consilia humana sufficiunt, nisi diui-

for. *propagationi

diuinum adsit auxilium, ab ipso per orationes & cultum Dei sumentes initium, hoc sacro generali approbante concilio statuimus, vt hac ipsa die *speciali ad hoc constituta, celebret Missa, quę admodùm est per Dei gratiam celebrata: quã etiam iussimus, & in hac & in singulis alijs collegiatis, tam secularibus quàm regularibus vrbis Romæ ecclesijs, semel in hebdomada, videlicet feria 2. sacro hoc durante concilio, celebrari. Vtq; feruentiùs eiusdem sacri concilij celebrationi fideles assistant, ampliori se gratiæ munere sentientes refectos, omnibus verè pœnitentibus & confessis, videlicet sacerdotibus easdem Missas celebrantibus, pro singulis Missis annos tres, interessentibus verò duos, de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxamus in forma Ecclesiæ consueta. Ad cuius Missę etiam celebrationem hortamur venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, necnon Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, cæterosque in sacerdotali ordine constitutos, vt & ipsi, ad impetrandum Diuinum auxilium, cum deuotione singulis septimanis prędictã Missam celebrent semel, quibus celebrantib' & celebrationi interessentibus similes gratias largimur. Hortamur in Domino etiam omnes & singulos, qui Christi nomine censentur, vt ad consequendum inceptę rei prosperum successum & optatam cõsummationem, diligenter precibus, orationibus, ieiunijs, eleemosynis, alijsque pijs operibus velint insistere, vt Deus, nostra & ipsorum humilitate placatus, dignetur felicem exitum huic sacræ congregationi cõcedere. Insupèr, quia veterum cõciliorum & patrum sanctorum instituta nos monent, vt à concernentibus catholicam fidem sacra incipiatur synodus, & seruandam esse laudabilem consuetudinem censeamus, attendentes, talia propter eorum arduitatem & pondus, diligentiam & spatium temporis capax exigere, hortamur omnes & singulos literarum peritiam habentes, quibus huic sacro generali cõcilio interesse cõtinget, vt diligenter secum & cum alijs illa cogitent atq; tractent, quę eis videbũtur ad hanc rem vtilia & oportuna, & cùm primùm commodè poterunt, illa ad nostrã huiusq; sacræ synodi notitiam referant, vt tempore opportuno terminari possint, q̃ tenenda vel repudianda pro vtilitate & ipsius Catholicæ fidei incremento videbũtur. Hortamur propterea cõgregatos hîc omnes aliosq; ad synodum hanc sacram venturos, vt cogitare diligenter velint, deinde proponere ea, per quæ possit etiam cõgregatio Catholicorum ad debitam reformationem & tranquillitatem optatam Deo iuuante perduci. Nostręq; intentionis & mentis est, vt omnes hac causa congregati, cùm omnimoda libertate dicere, consulere, & facere omnia & singula, quæ ad prędmissa putauerint pertinere, possint & valeant, iuxta aliorum conciliorũ antiquorum consuetudinem. Vt autem notus sit omnibus modus, qui in sacræ huius synodi processu erit seruãdus, tam quo ad ea, quæ dicenda terminandaq; erunt, quàm quo ad consessum & gestum, iuxta tenorem canonis Toletan, erit hîc norma notata. Tolet. 11. c. 1

In loco benedictionis considentes sacerdotes Domini, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis & risib'agi, & (quod deterius est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. 5. q. 4. In loco

Si quis enim (vt ait Apostolus) religiosum se putat, non refrenans linguam suam, sed cor suum seducens, huius vana est religio. Cultũ enim suum iustitia perdit, quãdo silentia iudicij obstrepentium turba confundit, dicẽte propheta: Erit enim cultus iustitiæ, silentiũ. Debet ergo, quicquid aut confidentium cõsultationibus agitur, aut à causantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, vt nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec iudicum vigorem de tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu concilij hæc quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & cõtra hæc interdicta aut tumultu, aut contumelijs, vel risibus conciliũ conturbauerit, iuxta legis diuinæ edictũ, quo præcipitur, Eijce derisorem, & exibit cũ eo iurgiũ: cum omni dedecore de cõsessione abstractus, à cõmuni cœtu secedat, & triũ dierũ excõmunicationis sententiã perferat. Iaco. 1. d Esa. 32. d Prou. 22. b

Quoniã verò cõmuniter cõtingere potest, q̃ aliqui ex cõsidentibus non erunt in sedibus debitis collocati, eodem sacro approbante concilio decernimus, quòd ex sessione huiusmodi nulli ecclesiasticæ vel seculari personæ præiudicium generetur. Quia etiam ad prosecutionem huius generalis concilij, ministri & officiales idonei requirũtur, hoc eodem sacro approbante cõcilio, infrascriptos spectatæ fidei sufficientesq; viros ad ipsa ministeria deputauimus, videlicet: In primis dilectum filium nobilem virum Cõstantinum Conunatũ Macedonię Ducem, Achaię principem, generalem concilij custodem, conseruatores almæ vrbis, & officiales Romanos loci ipsius cõcilij. Milites autem Hierosolymitanos, personę nostrę curã habere volumus. Item dilectos filios Nicolaum Lipamanum, Franciscum Spinulam, Alphõsum de Lerma, & Paulũ de * Cesis notarios nostros, qui videndi omnes scripturas, quæ in eodem concilio fient, curam habeãt specialem, ita quòd cõcorditer & ordinatè fiant, sicut decẽs est, & omnibus ordinatis in prefato concilio se subscribãt. Necnõ dilectos filios magistrum Benedictum Trulleti, Bernardum Sculteti, Bernardinũ de Cõteras, Franciscum de Atauantis, prefati cõcilij notarios & scribas, qui notarijs supradictis subalternent. Item dilectos filios Thomam Phædram bibliothecæ nostræ

nostræ præfectum, & Bartholomęum Salicetum eiusdem concilij secretarios: necnon dilectos filios Iacobum Simonetam causarum sacri palatij auditorem, Hieronymum de Genutijs Apostolicæ camerę auditorem, Aluarottum de Aluarottis literarum Apostolicarum abbreuiatorem ex maiori parco, Manilium Rabbum acolythum capellæ nostræ, scrutatores votorum. Quorum duo ex vna, alij verò ex altera præfati concilij parte vota scrutẽtur, & cum ipsis duo ex eisdem notarijs, & duo ex scribis supradictis in votorum scrutatione semper debent interesse. Dilectos filios Paulum Plancam, Iustinum de Carosijs fiscalem, Angelum de *Cesis, Ioannem Baptistam de Senis, Melchiorem de Bardasinis aduocatos, Marianum de Cuccinis fiscalem, Thomam Regis, & Bernardum Mocharum procuratores. Locorum autem assignatores, Paridem de Grassis, & Baltassarem Nicolai Viterbiẽsem, magistros cæremoniarum volumus *loca assignare debentibus in concilio sedere. Si qua verò legenda occurrerint sessione sequenti, venerabilem fratrem Archiepiscopum Spalaten, ei muneri deputamus. for. *esse, & loca

¶Lecta itaque schedula huiusmodi, idem Reuerendissimus dominus Alexander petijt ab omnibus, si placebant eis contenta in schedula, & omnes annuerunt, quòd sic, nemine discrepante. Deinde infrascripti officiales in suprà dicta schedula contenti, ad pedes præfati sanctissimi domini nostri, tactis sacrosanctis scripturis, præstiterunt corporale iuramentum, & quilibet eorum præstitit, de fideliter exercẽdo officia eis commissa, videlicet: Reuerendus pater dominus Alphonsus de Lerma, & Paulus de Cẽsis protonotarij Apostolici de numero: dominus Aluarottus de Aluarottis, literarum Apostolicarum de maiori parco abbreuiator: Excellentes iuris vtriusque doctores, domini Paulus de Planca, Iustin' de Carosijs, Angelus de Cesis, Ioãnes Baptista de Senis, & Melchior de Bardasinis aduocati: domin' Bernardus Mocharus, & Thomas Regis procuratores: domini Bernardus Sculteti, & Bernardinus de Conteras scribæ: Excellens iuris vtriusq; doctor dominus Paulus de Capozuchijs, & nobiles domini Iacobus de * Fragapanibus, & Petrus Pauli de Vechis, vrbis almæ conseruatores: & dominus Fabricius de Careto, Sixtus de Ruuere, Petrus Grimanus, Priores & milites ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani. Et deinde idem sanctissimus dominus noster Iulius, commisit reuerendiss. domino Raphaeli Episcopo Ostien, Card. sancti Georgij, S.R.E. camerario, vt reciperet, & iurare faceret officiales absentes in prædicta schedula cõtentos, prẽsentibus magistris cæremoniarum &c. Et hæc fuerunt pro prima sessione. *Fregepanibus

¶Insupèr idem reuerendissimus dominus Alexander Cardinalis, de mandato præfati domini statuit, & pronunciauit secundam sessionem fieri debere die Lunæ sequentis hebdomadæ, quæ erit decimaseptima huius mensis, in qua tractabitur de annullatione gestorum in conuenticulo satanæ, & conciliabulo Mediolanen seu Pisano, super quo cogitare deberent. Super quibus omnibus & singulis magister Thomas Regis procurator, fieri petijt per protonotarios & notarios ad hoc deputatos, publicum & publica, instrumentum & instrũmenta.

¶Tenor verò sermonis & orationis habitę per reuerẽd. P.D. Archiepiscopum Spalaten, præsente S.D.N. & reliquis patribus concilij in habitu cõsueto prælatorum, videlicet, cũ pluuiali sericeo & mitra, assenso amb one consueto, sequitur & est talis:

THomas Niger canonicus archiepresbyter & vicarius Spalaten, doctissimo & integerrimo M. Marulo nobili Spalaten, S.

Cùm vrbem Romam sanctorum q̃ que reliquias ex voto inuisere statuissem, eo tunc tẽporis euocatum ad concilium Lateranen, Bernardum Zane archipręsulẽ nostrũ Spalatèn, operæprecium visum est comitari. quò cùm lõgo postliminio tandẽ pueniissem, pagratis omnibus penè sanctorum sacellis, corumq; sacris reliquijs ex Christianorũ instituto adoratis, cõtigit, interfuisse orationi ab eodem Archipræsule nostro luculentissimè peroratæ coram Max. Põt. Iulio II. cæterisq; patribus ex industria in Lateranen ecclesiæ synodo ad id in prima sessione congregatis. Quam quidem oratiõem M. Marule, amicorum doctorumq; virorũ *rarissime, ad te pcipuè mittere visum est, vt cui tu, in illo tuo præclaro opere de imitatione Christi, eruditionis atque ingenij laudem tribuisti singularem, dignumque censuisti, cui ipsum opus prẽcipuè dedicares, eius nũc nõ minùs commendes erga rempublicam Christianam studium atque curam, cùm perspexeris, qualib' ipse argumentis, quanta animi verborumq; concitatione totus in eo sit, vt bella inter Chr̃ianos principes exorta sedent, vt vnusquisque suis limitibus cõtineatur, vt hæresis schismataq; extirpentur, vt pax reddatur. Ecclesiæ, ac tandem aduersus communes fidelium psecutores Turcas, cõmunia Christianorum arma sumãtur. Talia tu cùm légeris, putabis illum non in auditorio ac frequẽti consessu celeberrimorum virorum verba facere, sed in acie totum versari, arma rractare, buccina militari concrepare: tam acer est in dicendo, tam vehemens in exhortando, tam efficax in suadendo, vt omissa actione, pronunciationẽ vehementiamq; verborũ Demosthenis Aeschinisq;, sua verba trutinãtium, crederes. Quod nequaquàm auderẽ adstruere, nisi & orationi priùs peroratæ, quàm penè demãdatæ, ipse interfuissem, & ab oñibus ferè, qui interfuere, commendatissimam *charissime

cognouissem. Nam & tunc totius penè sacratissimi theatri applausu est excepta, & posteà omnium (qui eam legerunt seu audierunt) rotundo ore celebrata, ac doctissimi cuiusq; sententia commendata. Magisque eius eloquij venustatem vehementiamque admirantur, qui philosophię insupèr & theologię pitissimum eum esse non ignorant. Rarum em̃ est, vt quis ad tam ingenuas tantæque difficultatis artes, etiam rhetoricen examussim adiecerit. Illud etiam non in vltimis Archipræsulis nostri laudibus computandum censeo, vt qui in ecclesia sua metropolitana, in prædicatione annunciationeque diuini verbi, per totam penè Quadragesimam in defesso gradu, ac veluti quodam continuato virtutum pariete, à nullius ordinis religionisq; professore se passus est superari, in orãdo etiam eisdem professoribus præferri meritò & debuit, & meruit, cùm prælatorum, non monachorum, id præcipuè sit muneris. sed quibus mores quoquè hominis, sicut nobis, liqdò innotescunt, nihil in eo desiderari aiunt, vel quod ad eruditiõem, vel quod ad vitam pertineat. Idem te de ipso iampridèm sentire non dubito. Eo etiam magìs in eo tantas fortunę dotes mirandas censeo, quòd & nobilitate præcipua splendescens, & opibus non iumodicis pollens, in gremio luxuriantis fortunæ molliter educatus, literas non est aspernatus, nec eruditos eruditorumq; consuetudinẽ fastidiẽter illusit. nam bona mens bonaque fortuna rarẽter copulantur. Quotus enim quisque ex globo nobilium eloquentiæ studet? quotus quisque aut eruditus est, aut eruditionis, assertor? e contrariò complusculos videas, (de nobilibus opulentioribusque loquor) qui vbi occeperint adolescenturire, se totos dedant dedicentque beluinis voluptatibus, quibus literatorium gymnasium carcer est, doctrina supplicium, qui spretores sunt studiorum, osores studiosorum. At Archipræsul noster in amplissimis (vti prædixi) fortunarum bonis constitutus, pręcipuo Veneti senatus genere prefulgens, stemmata suorum tum summorum Pontificum, tum Cardinalium Patriarcharumque, affatim numerans, à teneris (vt Græci aiunt) vnguiculis ad hanc vsque ætatem, literarum studia scienter amplexus est, datque iugiter operam, vt natalium suorum splendor eruditione magìs illustretur, quàm genere. Veruntamen, vt reuertamur vndè digressi sumus, cùm orationem, quam mittimus, mi Marce, perlegeris, quod intra te fortasse tacitus sentis, etiam verbis scriptisque in publicum securus dabis: delectabitque te ab eo plurimùm amari, quem plurimùm laudas: immò qui iam multorum ore celebratur vbique & extollitur, adeò vt nemo sit qui dubitet, ex oratione suasuque suo Pont. Max. Iulium compositis Ecclesiæ rebus, & his quæ per tyrannos erant occupata, reparatis, continuò expeditionem indicturum in Turcas, omnesque Christianorum principes, qui ad hanc vsque diem dormitauerunt, simul & dormierunt, veluti ex somno Endymionis excitaturum, cõuocaturumq; ad eam perficiendam, vt qui Christiano nomini tam infensi infestique sunt, ipsius Christi vicarij inuictissimi auspicijs profligentur. Etenim si nemo priorum Pontificum æquè, ac iste, magnas res aut aggressus sit, aut felicissimè gesserit, cur non speremus ipso duce & hoc futurum? Oremus igitur, vt qui Pont. Max. Iulio secundo tantæ gerendæ rei contulit voluntatem, non deneget facultatem. Cæterùm felix Spalatína ciuitas patria nostra, cui Bernardus Zane contigit Archipręsul, qualem & habere iucundissimum est, & habuisse glorioſum. Vale ex Vrbe, quinto idus Maias, 1512.

BERNARDI ZANE VENETI Patricij, Artium doctoris & sacræ Theologiæ magistri, Archipræsulis Spalatẽsi, oratio habita in prima sessione Concilij Lateranẽsi, præsente Iulio secundo Pont. Opt. Max.

SOlent hi, qui coram singulis Principibus priuatisque consessibus orationem habent, beatiss. ac sacratiss. Põt. Max. Iuli, loci, temporis & personarum rationem, venerandumque cõspectum in sui excusationem adducere, si minùs concinnè minúsve eleganter verba facerent, seu in media oratione deficerent. Ego verò qui coram te, hoc est, coram totius orbis principe & vero Christi vicario, in excelsissimo humani generis fastigio posito, coram tot sapientiss. Pont. tot doctiss. prælatis & magistris, tot tantisq; principibus, ac (vnico verbo verum fatear) coram toto terrarũ orbe sum verba facturus, non dicam (vt fieri solet) quõ me vertam, sed quo animo, quibus viribus, quo dicendi genere, qua demum memoria tantum oneris sustinere, ad finemque perducere valeam, nescio. Ad loci, temporis & personarum rationem, grauitatem, rarissimum augustissimumque conspectum, accedit rei, de qua dicturus sum, magnitudo, amplitudo & dignitas maxima. Non enim vnum dicendi genus sese mihi offert, sed omnia simul: non de vnius personæ dignitate vel statu, non de vnius prouinciæ conseruatione, non de terrarum orbe tantùm, sed de diuinis humanisque rebus, de rerum omnium Principe & moderatore Deo Opt. Max. de eius vicario summo sanctissimoque Pont. de vtraque Ecclesia militãte & triumphante, de eius firmissimis Cardinalibus, de Principibus, de cælo ac terra deniq; sum verba facturꝰ. quę omnia, sicuti ardua sunt, impossibiliaq; videntur vni, quãuis cõsummatissimo

tissimo ad pronunciandum ac perorandum, ita me recreat & reficit summa benignitas S. T. sacrat. Pont. qui vtpotè humaniss. munificentissimusque non tam oblatum officium, quàm animum, quo offertur, inspicis & perpendis. Suscepi igitur à S. T. demandatũ munus ea mente, eo animo, vt si ad optatum finem perducere non valuero, intueatur saltẽ T. beatitudo animi mei próptitudinem, desiderium, voluntatem. Ignoscent prætereà omnes hi sapientiss. patres, si ego prę cæteris, ad munus hoc difficilimum subeundum, ab eadem T. Beat. selectus fuerim, quandoquidem id non inconsultò euenit. S. enim T. non tam viri doctrinam & eruditionem, qua hi omnes facilè præstãt, quàm summa dignitate, vtpotè metropolitica, summorumque Pont. affinitate insignitum, & T. S. ab ineunte pueritia summo studio, obseruantia & deuotione obnoxium prælegit. Verùm quia instabile, insolidum, & caducum est fundamentum, quod supra firmam petram iactum non fuerit, ideo à diuinis auspicabimur, nec dimittendo patrem, filiumq; diuinum, *S. S. amborum nexum, summissa ac reuerenda voce inuocabimus: Veni creator spiritus, mentes tuorum visita, imple superna patris & filij gratia, quæ tu creasti pectora, Amen. Salomonis verba, initium orationis meæ aptum idoneumque mihi propono, Beatissime ac Sacratissime Pontifex Maxime, dicentis: Ad hoc facta est domus tua, vt respicias orationem serui tui, & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te, & aperias oculos tuos super domum istam dieb⁹ ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es vt inuocaretur nomen tuum, & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo: Exaudi, inquã, orationẽ meam, immò nostram, summe Deus, ęterna veritas, vera charitas, & chara æternitas, vniuersi mens: qui, quicquid videmus, & quicquid non videmus, existens, per immensas mundi partes vniuersamque naturã commeans, omnibus animantibus vitam pstas: orbem vniuersum, quem cõdidisti, summa ac ineffabili prouidentia assiduè gubernas, & ita gubernas, vt excellẽtiori quodam modo nos, hoc est, rationalem creaturam, q̃ cętera ames & conserues. Quam quidẽ amoris & protectionis prestantiam, sacratiss. Põt. in tribus potissimùm licet intueri: Primò equidem nos propter nosmet, cætera verò non propter seipsa, sed ob rerum naturas & species conseruandas, amat & tuetur. Secundò ita nobis consulit, vt nosmetipsos nobismet consulere permittat. cætera verò ab ipso summo rerum principio reguntur, in finesq; proprios diriguntur. Tertiò demum cætera omnia ad nos, nos item ad seipsos decreuit & ordinauit, tanquam ad finem, quietem, ppetuamque nostram felicitatem, quã baptizatis credentibusq; repromisit, testibus Marco & Ioanne. Baptizatis equidem, ob sacramentum ab ipso in Iordane institutum, vt, veterum macularum sordibus ablutis, nouũ hominem indueremus in Christo Iesu Dño nostro, testãte Apostolo: Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ: Credentibus verò, vt per duodecim articulorum, decemque præceptorum, ac ineffabilis incomprehensibilisque Vnitatis & Trinitatis diuinę fidem, tanquam religionis sanctissimæ fundamentum & veritatis vinculum, ad veram sempiternamque vitam certissimè deduceremur, eodem Apostolo constantissimè asseuerãte, fide aptata esse secula verbo Dei, sine fide im possibile esse Deo placere. Oportet em̃ accedentem ad Deum credere quia est. Cuius qdem fidei nostræ præstantiam, excellentiam, dignitatẽ & veritatẽ, pbare nec possum, nec debeo. non equidem possum, quia supra humanam rationem, vtpotè diuinitùs reuelata, consistit. Nõ debeo, qa nimìs elatus, nimisq; mihi de me promittens profectò iudicarer, si id probare conarer, quod tot doctissimi & sanctissimi patres per tot annorum curricula firmissimè asseuerãrunt. quod item firmissimè tenet S. T. pater beatissime, tanquam caput & dominus, tenẽt & hi sapientiss. patres, Christianissimi Reges & Principes, & respub. nostra Veneta, quæ sanguine & vita propria. nedum opibus & diuitijs, per octoginta fermè annos contra immanissimos Turcas fidẽ ipsam facilè comprobauit, quam demum firmissimè tenet magna orbis terrarũ pars. Sed duo silentio præterire non possum, quæ eandem fidem nostram stabiliunt & muniũt: alterum, tot doctissimorũ & sanctissimorũ patrum cõuersio, qui inanes fabulas fallacesq; ritus, quibus iam assueti & adstricti teneban tur, non dimisissent, nisi eandem fidẽ nostrã certã, indubitatã, & diuinam inspexissent. Et vt cæteros dimittã, ne modũ excedat oratio, proponite vobis, patres, Paulũ Apostolorũ Principẽ, electionis vas, humanarũ & diuinarum rerũ sciẽtiss. quem Christianã religionẽ mirificè insequentem, vnica de cælo vox (vt testatur Actuum cap. 9.) ad Christũ deduxit. Ipse quoque testatur, se vsque ad tertium cælum, id est, vsq; ad ipsum ineffabilem Trinitatem intuitiuè contemplandam, raptũ extitisse, vt & ipsius Trinitatis, & oĩm indè pendentium fidem firmissimè stabiliret. Proponite & vobis Augustinum Africanum Tagastensi vrbe oriundum, qui Christianæ religionis oppugnator acerrimus, Ambrosium doctissimum Mediolani Antistitem intuẽs disputantem, sacrum baptisma suscepit è manibus eius, dicentis, Te Deum laudam⁹: ipsoq; Augustino respondente, Te Dominum confitemur. Quem benè & optimè confessus est in mille & pluribus excellentiss. & eminẽtiss. voluminibus, & potissimùm in libris Trinitatis, de fide ad Petrum, & Retractationum. Ac-

*spũsctũ

a. Para. 6. d

Marc. 1. b & 16. d

Ioan. 1. a b

Roman. 5. d

Heb. 11. b

Act. 9. a b c

2. Cor. 12. a

Accedit & alterum non minoris efficacię argumentum: Poſt Chriſti veri Domini, Dei, mediatoris, reparatoris & redemptoris noſtri natiuitatem, paſſionem, reſurrectionem & aſſenſiõem, vbi priſca illa inania & vaniſſima omnia, reſponſa & oracula? vbi idolorũ templa? vbi vaniſſimi ritus? vbi ſacris initiati vel potiùs ,,phanis dehoneſtati ſacerdotes? Non hæc omnia iam in viſceribus totius humani generis inſita & ſtabilita, non (inquam) hæc omnia tam facilè credere potuiſſent, niſi firmiſſimæ, conſtantiſſimæ, ac indubitatiſſimę veritati, hoc eſt, orthodoxę fidei, Catholloc⁹ mutil⁹ licæ & Apoſtolicæ diſciplinæ, cuius tu ſacratiſſime Põt. in terris vicarius & caput exiſtis, ac vnà cum ſacris cardinalibus, Pontificibus, ſacerdotib⁹, Catholicisq; Principibus ipſam Chriſti Eccleſiam militantem conſtituis. Sicut em̃ humanum corpus ex capite, multisq; membris cõficitur ad diuerſa naturæ munera obeunda, ita & Eccleſia militans ex te ſanctiſſimo Pont. tanquam capite, cæterisque Chriſticolis tanquam membris integratur, Rom. 12. b teſtãte Apoſtolo: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum 2. Cor. 12. b corpus ſumus in Chriſto. Et alibi: Sicut em̃ corpus vnum eſt, & membra habet multa, ita Chriſtus vnus eſt, & in vno ſpiritu oẽs nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Huius autẽ corporis & Eccleſię ſub Chriſti vexillo militantis poteſtas, libera ampliſſimaque iuriſdictio & habenæ, T.S. ſacratiſſ. Pont. ſunt demãdatæ, non quidem per internuncios, ſiue prophetas, ſeu Apoſtolos, vel ſanctos alios, ſed ab ipſa prima veritate Ieſu Chriſto vero Domino & Deo noſtro, dicente Petro, & in eo Matt. 16. c omnibus ſummis Pontif. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris, erit ſolutum. Et iterũ: Iohan. 21. c Paſce agnos meos, paſce oues meas. Sed quis paſtus ſuauior, quis amabilior, quis decentior à tua ſanctitate, ſacratiſſ. Pont. in membra & ſubditos tuos poteſt ,,uenire, quàm vnitas in credendo, credulitas in amando, amor in amplectendo, amplexus in perficiendo, perfectio in contemplando Catholica, Apoſtolica, diuina & ſanctiſſima inſtituta, quib⁹ iurgia remouebuntur, bella ſedabũtur, ſeditiones, proditiones, periuria, ſacrilegia, homicidia, vſuræ, luxuriæ, adulteria, cæteraque deteſtanda humani generis facinora euellẽtur, deſtruentur, & in pacem, fidem, conſtantiam, fortitudinem, modeſtiam, temperantiam, liberalitatem, iuſtitiam, cæterasque animi & corporis virtutes commutabũtur? Hic eſt (inquã) paſtus ille, q̃ nos vera Chriſti mẽbra, non ſubditicia: vigoroſa, non inania: recta; non obliqua efficiet: qui demum nos de militante deducet ad triumphantem Eccleſiam, quã beatiſſimi nos tam corpore quàm animis, in beatiſſima illa & Chriſti benedicti veri DEI noſtri intuitiua viſione conſtituemus, vbi felici æternitate, & æterna felicitate perfruemur. Verùm pater Sanctiſſime, duo ſunt, q̃ nos in militante Eccleſia potiſſimùm perturbant, & à triumphãte retrahunt, & deuiant: alterum, Dominandi cupiditas, luxuria, & ambitio: alterum, & id pernicioſiſſimũ, hæreſis, infidelitasque. Vtrique debet S. tua, debemus & nos oẽs totis viribus, toto mentis affectu occurrere, ne vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus deturpetur, dehoneſtetur, confundatur. Priori quidem optimè conſultum erit, ſi Concilium iſtud, quo (te præſente, pater beatiſſime) nihil eſt maius in terris, decreuerit, imperauerit, ſanxerit, vt omnes Principes finibus ſuis contenti, magis vltrà non progrediantur: vti poſſident, poſſideant, caſtra, oppida, vrbes, regiones, quarum poſſeſſionem ipſa temporũ diuturnitas, nullo interim reclamante, propriam fecit. Quę verò vi, ſæuiſſimis & iniuſtiſſimis armis, in oculis maximè tuæ Sanctitatis diripuere, dilaniauere, reddant, reſtituãt. Sic dominandi cupiditas ceſſabit, ſic ſanguis innoxius puerorũ & innocentum nõ effundetur. Sic virginum, matronarum pudicarum, (& proh ſcelus) etiã Deo dedicatarum honos, pudor, virginitas non corrumpetur, non violabitur, non poſtergabitur. Sic incendia, rapinæ, & violentiæ ceſſabunt. Sic denique Chriſtianus Chriſtiano, fidelis fideli, frater fratri non ſuccenſebit, non comminabitur, non inſidiabitur.

Hæc ſunt, beatiſſime ac ſacratiſſime Pontifex, ampliſſimi & ſapientiſſimi patres, quæ vobis, ceieberrimo auguſtiſſimoque conſeſſui veſtro ſupplicant, quæ à vobis auxilium expoſtulant, quæ quotidiè ſine intermiſſiõe proclamant: Succurre pater ſanctiſſime, ſuccurre orthodoxa & Apoſtolica fides, ſuccurre (inquam) miſeris, adiuua puſillanimes, refoue debiles. Detineret me profectò iſtarũ calamitatum prolixior commemoratio, niſi in dicendo mihi modus habẽdus eſſet: tum, ne tanta tua audiẽdi facilitate viderer abuti, Pater beatiſſime: tũ, q̃a his maiora potioraq; me expectãt & vocãt, q̃ pauciſſimis breuiſſimisq; abſoluã. Officit nobis deinde alterũ, & nos, vniuerſalemq; Eccleſiam magnoperè pturbat hæreſis infidelitasq;. Hæreſis ab electione dicta, teſte diuo Hieronymo, plures inducit ad eligẽdam diſciplinam, quam meliorem exiſtimant, Catholicam & Apoſtolicam dimittentes, diuerſos errores ſeminantes, ſchiſma interponentes: quod quàm pernicioſum & deteſtabile reperiatur, authoritate, exemplis, ac ratiõe facilè comprobatur. Teſtis itaque eſt Auguſtinus, inquiens: Non dubito catechumenum Catholicum, diuina charitate flagrantem, hæretico baptizato anteponere. Teſtis eſt & diuus Bernardus, aſſerẽs, plùs nocere falſum catholicum, quàm ſi verus appareat hæreticus. Teſtis demùm eſt doctiſſi-

doctiſſimus & ſanctiſſimus prędeceſſor T.S. diuus Leo, dicens: Quid autem iniquius eſt, quàm impia ſapere, & ſapiẽtioribus doctioribusque non credere? In hanc autem inſipientiam cadunt, qui cùm ad cognoſcendã veritatem aliquo impediuntur obſcuro, nõ ad propheticas voces, Apoſtolicas literas, Euãgelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. Perlege Apo- 1. Cor. 11. de ſtolũ ad Corinth. Sciſſuras eſſe inter vos non 1. Cor. 12. d laudo. Et infrà: Deus temperauit corpus, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum ,,p inuicem ſolicita ſint mẽbra. Et ad Timoth. 1. Tim. 6. a Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuperbus eſt, nihil ſciens, & lãguens circa quæſtiones & verborum pugnas. Et infrà: Pro- 2. Tim. 2. c phana & vaniloquia deuita. Multùm em̃ ,,pficiunt ad impietatem, & ſermo eorũ vt cancer ſerpit. Deinceps, Vanas & ſine diſciplina Ibidẽm. d quæſtiones deuita, ſciens quia generãt lites. Secundo loco, exempla magis mouentia ſeſe nobis offerunt. Innocentius itaque tertius Ottoni quarto, à ſe primitùs coronato, & de ſe, deque Romanis ac vniuerſali Eccleſia peſſimè merito, Imperium abſtulit. Honorius item tertius Fredericum ſecundum, eccleſiaſtica diuinaque inſtituta peruertentem, anathemate notatum, imperiali dignitate priuauit. Innocẽtius deinde quartus Fredericum *tertium, ob eius inſidias ac Põtificum perſecutionem, Siciliæ Apuliæq; Regno, ac Imperio exauthorauit. Bonifacius octauus Petro & Iacobo Columneñ Cardinalatũ, Philippo Gallorum regnum ademit. Ioãnes decimum vigeſimus ſecundus, Ludouicum Bauariæ Ducem, Eccleſiæ rebellem ac ſchiſmaticum declarauit, ſicuti ſuæ ſanctitatis originales plumbatæ literæ ad prędeceſſorem meum Spalateñ Archipræſulẽ, ac penes me exiſtentes, apertiſſimè demõſtrant. Plurima alia ſchiſmatis ac (qui pœnas luerunt) ſchiſmaticorum deteſtabilia exempla præterire me cogit ratio, quæ tertium ſibi locum vẽdicauit. Schiſma igitur ab animorum ſciſſura, quæ obduratas mentes auerſosq; animos ab vniuerſalis Eccleſiæ vnitate ſeiungit, appellari, nemo eſt qui ambigat. Vnitas verò ipſa nos, hoc eſt, Chriſticolas oẽs in Apoſtolica atque Catholica Eccleſia, Eccleſiamque ipſam Catholicam & Apoſtolicã in nobis ſpiritali quodam dilectionis vinculo vnit, coniungit, confirmat. Ipſam autem Eccleſiæ vnitatẽ ſacri doctores in duobus conſiſtere affirmârunt: primò, in membrorum Eccleſiæ, id eſt, fidelium adinuicem commixtione: ſecũdò, in eorundem ordine ad vnum caput, Chriſti ſcilicet vicarium, S. T. ſanctiſſime Iuli, iuxta Coloſſ. 2. d Apoſtoli dictum ad Coloſſeñ: Inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput. Indè meritò infertur, neceſſarioque cõcluditur, ſchiſmaticos illos appellari, qui ſummo Pont. ſubeſſe, membrisq; Eccleſię ſubiectis cõmunicare recuſant, renuũt, inficiãtur. Et qa iure humano atque diuino ſancitũ eſt, per ea quenque puniri debere, p quæ peccat, ideo ſchiſmaticorum peccato duplici duplex pœna debet infligi: Altera, quia à fidelium communiõe ſe abdicârũt, meritò excõmunicari, id eſt, eſſe extra fideliũ cõſuetudinẽ declarari debẽt: altera verò, quia Eccleſiæ capiti, hoc eſt, tuæ Sanctitati ſubdi recuſant, omni Apoſtolico priuilegio & Pontificio priuari promereotur. Quare, ſacratiſſ. Pontifex, ſapientiſſ. patres, perſequimini, euellite, de medio auferte hæreticos ac ſchiſmaticos: manifeſtos, manifeſta, acri & ſeueriſſima puńitione: occultos, ſolerti, vigilãti ac diligẽtiſſima indagatione, ne eueniat, quod teſtatur diuus Hieronym⁹: (& Deus auertat) Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed qm̃ ſtatim oppreſſus nõ eſt, eius flãma per totum orbẽ *populata eſt. Reſecandæ deniq; ſunt putridę carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus maſſa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereãt. Infidelitatis poſtremò tres ſunt ſpecies, teſte diuo Thoma: (& vt eius verbis vtar) Paganorum, quæ grauis eſt: Iudæorum, quæ grauior: hæreticorum, quæ grauiſſima. Cùm hæreticos p̃miſerim ac deliberauerim, Iudęos dimittam, qui Apoſtolicis & prædeceſſorum T.S. Gregorij, Alexandri, Clementis & Innocentij decretis in ſua obſtinatione viuere permittũtur, in atteſtationem noſtræ veriſſimę redemptionis, in ꝑpetuam erroris ſui deteſtatiõem, in exemplũ deniq; acerrimę punitiõis. Et qa ad id, quod magis vrget, & me, immò omnes plurimùm mouet, orationis noſtræ finis ſe cõuertit: dimittam plures Barbaras nationes, quæ ſua ac parentum ſuorum culpa, Chriſtum verũ deum & redemptorem noſtrum ignorãtes, varios nefandosq; ritus ſeruãt. Dimittã Orientales ferè oẽs, q̃ potiùs ferinis q̃ humanis moribus vitã ducũt: & ad id, quod ceruicibus noſtris imminet, me conuertã. Sed equidẽ ſine maximo dolore, ſine ſingultibus, ſine lachrymis nec memorari, nec cogitare, nedũ exprimere valeo immaniſſimã Turcarũ rabiem & potentiã. Hi (vt optimè nouit S.T. noſtis & vos, patres ampliſſ.) à centũ octoginta fermè annis, hoc eſt, ab Ottomano primo vſq; ad *Pacietẽ præſentẽ vndecimũ eorũ Principẽ, magnã Aſię partẽ, & eam potiorẽ, occupauere. Deinde Europę nõ minorẽ, cum maxima Chriſtiani cruoris effuſione, vſurpârũt, dilaniârũt, lacerârũt, duobus Imperijs & duodecim Regnis vſurpatis, & quod formidabile eſt, Imperium ſuum Dalmatiam & Liburniã vſq; dilatauere, à quo quidem loco ad vrbes T.S. Picẽtinas vnius noctis ſpatio cõmodiſſimè poſſunt trãsfretari, effrenata gẽs, immaniſſima, Chriano nomini inimiciſſima. Suo em̃ ſordidiſſimo Mahumeto obſequiũ maximũ ſe ꝑſtare putat, Chrianos inſequẽdo, dila- *propagata for. *Baiazetem niando

niando, occidendo. Et ne recenſeam calamitates ab eiſdem retroactis temporibus nobis illatas, vtpotè vobis oīibus notas, conſiderate, Patres, præſentes ærumnas Chriſtifidelium, in quos Turcæ crudeliſſimè deſæuiūt: filios à cōplexu parētum, infantes à matrum vberibus eripiunt, vxores in virorum cōſpectu violant, virgines è matrū amplexu in hoſtilem libidinem rapiunt, ſenes parentes tanquam inutiles in filiorum oculis trucidant, iuuenes ſicuti boues aratro iungunt, & terrā vomere vertere cogunt. Sed quid pluribus opus eſt? Nulla in eis reperitur fœminei ſexꝰ reuerentia, nulla puerilis ætatis pietas, nulla ſenectutis miſeratio. Hæc à me, ſacratiſſ. Pōt. ſapientiſſ. patres, non tanquam audita vel lecta, ſed certè viſa, ſunt repetita. Vidi ego oculis proprijs, vidi (inquam) eos vſque ad ſuburbia Archipreſulatus mei Spalateñ, & illius miſerrimę vrbis Spalati, depopulantes oīa, igni ferroque deuaſtantes, & in miſerabilem captiuitatē vtriuſque ſexus filios S.T. & meos abducentes. Viderunt & hæc in vrbibus ſuis duodecim ſuffraganei eiuſdē S.T. & mei. Adeſt & locupletiſſimus teſtis ampliſſimus totius Vngariæ primus Archipræſul Strigonieñ, qui proximis his elapſis diebus, intellecta immaniſſima eorundem inuaſione in noſtrates, Dalmatiæ, Illyriæ, Croatiæ, Pānoniæ, immò totius religionis Chriſtianæ ſtatum amariſſimè deploratus eſt. Sæpè, pater ſanctiſſime, & ſępiùs ego (ô me miſerum & infelicem) diuinis officijs aſſiſtens, coactus ſum cappam indumentaque Pontificia dimittere, arma ſumere, ad vrbis portas percurrere, afflictum populum Spalateñ, tua Apoſtolica benignitate mihi demandatum, ſolari, animare, & aduerſus ſanguinem noſtrum ſitiētes aſſurgere. Miſerere itaque, Sanctiſſime pater & domine, filiorum & ſeruorum tuorum, affer opem tam dura ferentibus, redime de miſerabili ſeruitute, quos Chriſtus benedictus ſuo precioſiſſimo ſanguine à perpetua morte liberauit. Miſeremini, & vos patres ampliſſimi, nec vos tutos idcirco exiſtimetis, quia manſionem fortaſſe procul à Turcis ſortiti eſtis. Nemo enim tam remotus eſt, quin reperiri queat. Si vicinū, qui ante vos proximꝰ eſt igni, in periculo dimiſeritis, dimiſſi eritis & vos à vicinis, qui retrò habitant. Tales nos eſſe oportet in alios, quales illos erga nos cupimus inuenire. Nolite Germani Gallorum auxilia ſperare, niſi & vos Vngaris, nec vos Galli Hiſpanorum, niſi Germanis opem ferratis. Qua enim menſura menſi eritis, eadem remetietur & vobis. Nec putet S.T. Pater beatiſſ. vosque patres ampliſſ. Turcas eſſe inſuperabiles. Vinci poſſunt, & ſæpiùs victi ſunt. Multitudinem, qua potiſſimùm vincunt, inermem ducunt, confiſi perniciſſimis equis. Adde, plurimos eorum, ſubditos eſſe Chriſtianos, Chriſtianamque religionem ardenter amplecti, qui anhelanti ore S.T. aduentum, auxilium, redemptionem, & è miſerabili ſeruitute liberationem expectant. Scio ego, & certiſſimè mihi promitto, (modò cæteri Principes non deficiant, prout deficere non debent, ſi veri ſunt Chriſtiani, vt cupiunt appellari) S.T. non deerit, quin tāto imminenti periculo & preſentaneo morbo occurrat. Noui enim ego, immò totus orbis nouit, ſacratiſſ. Pont. animi tui fidem, fortitudinem, ſapientiam, liberalitatem, magnitudinem, qua tum in cæteris, tum in Dei Eccleſia Catholica & Apoſtolica defendenda, augēda & cōſeruanda ſemp vſus es. In hoc etiā defenſionis genere quàm neceſſario, ſcio & certiſſimè vobis promitto, ſapientiſſimi patres, quòd S.S. non maximus labor fidem, non formidoloſum periculū fortitudinem, non denique expectata (quod abſit) egeſtas liberalitatem extinguere poterit, quin ſanctitas ſua humani generis maximam partem fide redimat, fidei inimicos fortitudine expellat, Chriſti Eccleſiam liberalitate amplificet. Quare pientiſſime & miſericordiſſime Deꝰ, de excelſo ſancto tuo anguſtias noſtras aſpice. Noſti enim, quòd præter nominis tui gloriam, & dominici gregis ſalutem, nil aliud quærit vox noſtra. Memento domine Ieſu Chriſte, quòd diuo Petro & ſucceſſoribus eius Regni cælorum claues tradidiſti. Eccè adeſt diui Petri ſucceſſor Iulius, authoritate non minor, vicarius tuus. Reſpice ad preces S.S. & noſtras, & exaudi nos de excelſo ſolio tuo. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, propter gloriā nominis tui, & propiciꝰ eſto peccatis noſtris propter nomen tuū. Reſpice benignis oculis ſuper populum tuum. Da felicem curſum cœptis noſtris, vt tandem, reformata, aucta & ſtabilita Eccleſia tua, maieſtati tuæ laudes gloriosè cantemus, tibi p- petuò ſeruiamus, & omnis terra, vnà cum vicario tuo, patre & domino noſtro Iulio, ſummo ſanctiſſimoque Pont. adoret te, & nomini tuo pſallat in ſecula ſeculorum. Amen.

Pſal. 78.

Pſalm. 65.

Matth. 7.a

SESSIO II.

Ie lunæ, ſeptima ſupradicti menſis Maij, fuit 2. ſeſſio in ſupradicto loco. In qua fuerunt præſentes infraſcripti Reuerendiſſ. domini Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Magiſtri Generales ordinū, oratores principū, & alij illuſt. dñi, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiſſimus dominus Raphel Oſtieñ.
Reuerendiſſ. D. Dominicus Portueñ.
Reuerendiſſ. D. Iacobus Albaneñ.
Reuerendiſſ. D. Marcus Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Thomas tituli ſancti Martini in montibus, Strigonieñ.

Reuerendiſſ. D. Nicolaus tituli ſanctæ Priſcę, de Fliſco.
Reuerendiſſ. D. Robertus tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Nanneteñ.
Reuerendiſſ. D. Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ, Agenneñ.
Reuerendiſſ. D. Chriſtophorus tituli ſanctæ Praxedis, Anglicus.
Reuerendiſſ. D. Antonius tituli ſancti Vitalis, Sipontiñ.
Reuerendiſſ. D. Petrus tituli ſancti Euſebij, Anconitañ.
Reuerendiſſ. D. Achilles tituli ſancti Sixti, Bononieñ.
Reuerendiſſ. D. Bandinellus tituli ſanctę Sabinæ, de *Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Alexander ſancti Euſtachij, Farneſius.
Reuerendiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Mariæ in Coſmedin, de Aragonia.
Reuerendiſſ. D. Alphonſus ſancti Theodori, Seneñ.

PATRIARCHAE ET ASSIſtentes papæ.

Reuerendus pater D. Cęſar Alexandrinus.
Reuerend. P.D. Alphonſus Antiochenus.
Reuerend. P.D. Stephanus Patraceñ & Torcellanenſis.
Reuerend. P.D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P.D. Franciſcus Iadreñ.
Reuerend. P.D. Fredericus Salernitañ.
Reuerend. P.D. Gabriel Dyrrhacieñ.
Reuerend. P.D. Orlandus Nazarenus.
Reuerend. P.D. Franciſcus Vincentinus.
Reuerend. P.D. Franciſcus Sueſſanus.
Reuerend. P.D. Iulianus Cibo Agrigentiñ.
Reuerend. P.D. Ferdinandus Caietanus.
Reuerend. P.D. Laurentius Aſculanus epiſcopus, Vicecamerarius & gubernator Vrbis.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerendus P.D. Franciſcus Conſañ.
Reuerend. P.D. Ioannes Iacobus Bareñ.
Reuerend. P.D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P.D. Aldronandinus Nicoſieñ.
Reuerend. P.D. Bernardus Spalateñ.
Reuerend. P.D. Antonius Auinioneñ.
Reuerend. P.D. Hieronymus Antibareñ.
Reuerend. P.D. Mauricius Tuanieñ.
Reuerend. P.D. Ieremias Traneñ.
Reuerend. P.D. Andreas *Noboniaſieñ.

EPISCOPI.

Reuerendus P.D. Iacobus Potentiñ.
Reuerend. P.D. Ioānes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerend. P.D. Galeſius *Beluneñ.
Reuerend. P.D. Albertinus Piſaurieñ.
Reuerendus P.D. Octauianus Viterbieñ.
Reuerend. P.D. Ioannes Antonius Calineñ.
Reuerendus P.D. Franciſcus Ortanus.
Reuerendus P.D. Latinus Veſtanus.
*Sarcineñ Reuerendus P.D. Ioannes Aquilanus.
*Saſſenateñ Reuerendus P.D. Galaſius *Sarcinateñ.
Reuerendus P.D. Iacobus *Signinus. *Signeñ
Reuerendus P.D. Altobellus Poleñ.
Reuerendus P.D. Andreas Militeñ.
Reuerendus P.D. Iacobus Papheñ.
Reuerendus P.D. Simon Arimineñ.
Reuerendus P.D. Bernardus *Teruiſinus. *Taruiſinꝰ
Reuerendus P.D. Ludouicus Tricariceñ.
Reuerendus P.D. Alexius *Malafiteñ. *Melfitanꝰ
Reuerendus P.D. Ioſue Eſculañ.
Reuerendus P.D. Thomas Ceruieñ.
Reuerend. P.D. Ioannes Baptiſta *Maraneñ. *Moraneñ
Reuerend. P.D. Franciſcus Milopotamieñ.
Reuerendus P.D. Raphael *Capritaneñ.
Reuerendus P.D. Franciſcus Biſignianeñ.
Reuerendus P.D. Matthæus *Vmbriaceñ. *Vmbriaticeñ
Reuerend. P.D. Ferdinandus Balneoregieñ.
Reuerendus P.D. Petrus *Vrgelleñ. *Algareñ
Reuerendus P.D. Benedictus Chieñ.
Reuerendus P.D. Bernardinus Caſtreñ.
Reuerendus P.D. Petrus Caſtelli maris.
Reuerendus P.D. Aloiſius Interamneñ.
Reuerendus P.D. Guillelmus Cortoneñ.
Reuerendus P.D. Nicolaus Neocaſtreñ.
Reuerendus P.D. Ioannes Tudeñ.
Reuerendus P.D. Vincentius *Nauleñ. *Noladiſlauueñ
Reuerendus P.D. Michael Monopolitañ.
Reuerendus P.D. Dominicus Aqueñ.
Reuerendus P.D. Gisbertus Rapollañ.
Reuerendus P.D. Ioannes Bobieñ.
Reuerendus P.D. Georgius Calleñ.
Reuerendus P.D. Iacobus Marſicanus.
Reuerendus P.D. Lambertus Venuſinus.
Reuerendus P.D. Simon Modruſieñ.
Reuerēd. P.D. Ioānes Antonius Angloneñ.
Reuerendus P.D. Zacharias Terracineñ.
Reuerend. P.D. Ioannes Franciſcus Nolañ.
Reuerendus P.D. Corradus Aſtuneñ.
Reuerendus P.D. Hieronymus *Inſuleñ. *Ilcineñ
Reuerendus P.D. Michael *Mordanieñ. *Murēneñ
Reuerendus P.D. *Guilhelmus Licieñ. *Gulinus *Hugolinus *Vgolinus Lycieñ.
Reuerendus P.D. Dominicus Luciriñ.
Reuerendus P.D. Hieronymus Aretiñ.
Reuerendus P.D. Bernardus Soranus.
Reuerendus P.D. Tranquillus Ferentiñ.
Reuerendus P.D. Carolus Montis regalis.
Reuerend. P.D. Siluester Vuigornieñ.
Reuerend. P.D. Gaſpar ſanctæ Iuſtæ.
Reuerend. P.D. Marcus *Vngentinus. *Ogētinus
Reuerend. P.D. Ferdinandus Scaleñ.
Reuerend. P.D. Antonius Vrbinateñ.
Reuerend. P.D. Raphael Groſſetanus.
Reuerend. P.D. Matthæus *Bitecteñ. *Bicteceñ
Reuerēnd. P.D. Petrus Narnieñ.
Reuerend. P.D. Iacobus ciuitatis ducalis.

ABBATES.

Reuerendus P. D. Antonius abbas monaſterij ſancti Galgani ordinis Ciſtertieñ, Vulteraneñ diœceſis.
Reuerendus P. Guilhelmus abbas monaſterij beatæ Mariæ Britonis.

MAGISTRI GENERAles ordinum.

Magiſter Thomas Caietanus, Generalis ordinis Prædicatorum.
Magiſter Demetrius, ordinis Minorum Vicarius.
Magiſter Aegidius, Generalis ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini.
Magiſter Bernardus, Vicarius ordinis B. Mariæ de monte Carmelo.

SENATOR VRBIS.

Magnificus dominus Petrus de Starcelupis Florentiñ.

ORATORES.

Magnificus dominus Hieronymus Vich, orator Catholici Regis & Reginæ Hiſpaniarum.
Magnificus dominus Franciſcus Foſcarus eques, orator ſereniſſimi ducis & illuſtriſſimi domini Venetorum.
Magnificus dominus Antonius de Stroxis, orator Florentinorum.

ILLVSTR. DOMINI temporales.

Conſtantinus dux Macedoniæ.
Illuſtriſſ. D. Fredericus marchio Mantuañ.
Illuſtr. dominus Iulius de Vrſinis.
Dominus Fabricius de Carreto, procurator ordinis S. Ioannis Hieroſolymitañ.
Dominus Sixtus de Ruuere Prior vrbis, Miles ordinis S. Ioannis Hieroſolymitañ.
Dominus Petrus Grimanus, Prior de Vngaria, Miles ordinis S. Ioãnis Hieroſolymitañ.
Excellens iuris vtriuſque doctor D. Paulus de Capozuchijs, & nobiles domini Iacobus de Fragapanibus, & Petrus Pauli de Vechis, vrbis almæ conſeruatores.

¶Celebrata Miſſa per reuerendiſſ. in Chriſto patrem dominum Thomam tituli ſancti Martini in Mõtibus, presbyterum Cardinalem, facta oratione per reuerend. P. D. Thomam Caietanum ordinis Prædicatorũ priorem Generalẽ, aſſcendit ambonem dominus Balthaſar Tuerdus, dñi noſtri Papæ ſecretarius, & legit quoddam mandatum illuſt. Hẽrici regis Anglię de confœderatione cũ eodẽ ſanctiſſ. D. N. Papa. Quo perlecto, R. pater D. Thomas Phędra prefectus bibliothecæ ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, ac Concilij ſecretarius, aſſcendit ambonem, & legit quoddam mandatum Catholici Ferdinandi regis Aragonum, in perſonam magnifici domini Hieronymi de Vich, ad intereſſendum & incorporandum ac vniendum ſe concilio Lateraneñ, cuius tenor talis eſt:

MANDATVM REGIS Hiſpaniæ.

FErdinandus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra & vltra Farum, Hieruſalem, Valentię, Maioricarũ, Sardiniæ & Corſicæ, comes Barchinoniæ, dux Athenarum & Neopotriæ, comes Roſſilionis & Ceritaniæ, marchio Oriſtani & Gotiani, necnon adminiſtrator & gubernator regnorum Caſtellę, Legionis, Granatę &c., p ſereniſſima & potẽtiſſima Regina Ioanna filia noſtra chariſſima, cuius perſonæ & bonorum curam gerim⁹: Vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis notum facimus, quòd licèt nos cùm primùm intelleximus, ſanctiſſimum ac beatiſſimum dñm noſtrum Iulium diuina prouidentia Papam ſecundum, pro defendenda S. R. E. indiuiſibili vnitate, ſchiſmatum hæreſumque pullulatione ſecanda, morum vniuerſali reformatione, & ſanctiſſima cõtra infideles & ſacroſanctæ fidei Catholicæ hoſtes *obeunda, cõcilium Lateraneñ conuocaſſe propoſuerim⁹, & tota mente ac totis viribus noſtræ præfatę Eccleſiæ & ſummi Pontificis monitionibus facere ſatìs: multo tamen acriùs ſolicitati ſumus, poſteaquàm venerabilis & dilectus noſter vtriuſque iuris doctor Guillelmus Cacador cauſarum ſacri palatij auditor, & eiuſdem ſanctitatis capellanus, & nũcius ad hoc ſpecialiter deſtinatus, ad nos & alios Chriſtianos Principes miſſus, publicè atque palàm inſinuauit dicti ſacri Lateraneñ concilij cõuocationem, & ſchiſmatici Piſani continuationem, eſſe Eccleſiæ vnicæ Romañ ſciſſuram, & nauiculæ Petri fluctuatiõem, quid in cauſa tam ardua prouidendum ſit: quandoquidem tuitionem & propugnationem Eccleſiæ, licèt requiſiti, ſponte tamen & gratuiter ſuſcepimus, ne Dei optimi Max. honorẽ negligere videremur. Profitemur enim nos filium eiuſdem S. R. E. matris noſtrę deditiſſimum, proque eius honore atque ſtatu animam ponere paratiſſimum. Cùm igitur præfata ſacroſancta Romana Eccleſia innitatur tam ſanctum, tam ſalubre, atque laudabile propoſitum proſequi atque perficere, vt *ſedes Catholica non modò conſeruetur & manuteneatur, ſed etiam augeatur, & Mahumetana ſecta eneruetur, cuius rei nos impulſores atque effectores Deo authore ſemper extitimus, operæprecium arbitramur, vt ea omnia, pro portione nos contingente, præparemus, quæ dicto ſacro Lateraneñ concilio conſentanea & opportuna fore videãtur. Quapropter fidem, cõſtantiam, ſagacitatem, atque agibilium experimentum veſtri magnifici & dilecti conſiliarij Hieronymi de Vich, noſtri in Romana curia oratoris haud paruifacientes, non tamen in præiudicium, nouationem, ſeu derogationem quarumuis poteſtatum, per nos vobis hactenùs tributarum, ſed illis potiùs addendo & accreſcendo, eis quidem melioribus, validioribus & efficacioribus via, modo, iure & cauſa, quibus facere poſſumus & debemus, facimus, conſtituimus, creamus, deputamus, & ſolenniter ordinamus, noſtrum & dictæ ſereniſſimæ Ioannæ Reginæ filiæ noſtræ chariſſimæ verum, certum, legitimum & indubitatum procuratorem, factorem, negociorumque infraſcriptorum geſtorem, ac nuncium ſpecialem & generalem, ita quòd ſpecialitas

for. *expeditionę

for. *fides

alitas generalitati non derogẽt, nec econtrà, videlicet vos eundẽ Hieronymum de Vich oratorem noſtrum, licèt abſentem tanquam pręſentẽ ad intereſſendũ videlicet, conſentiendũ, diſſentiendũ, proteſtandũ, ac fieri req⁹rendum, pro nobis dictis nominibus, proq; dicta ſereniſſima Regina Ioanna filia noſtra chariſſima, regnisq; atq; dominijs & populis ditioni vtriuſque noſtrũ ſubiectis, omnia & ſingula, q. præparationi celebratiõis dicti ſacri Lateraneñ concilij opportuna, ſuffragantia, conducibilia & conuenientia ſint, & ſine quibus illud commodè celebrari nõ poſſet, necnõ dicti ſchiſmatici, pernicioſi Piſani cõciliabuli impeditiua, refragantia, & ad nullitatem in eo attentatorũ ſeu attentandorum tendẽtia, ne illud longiùs procedat, ſed tanq̃ iniuria, perperã & iniquè congregatũ, diſſoluatur & euaneſcat, & pniciоſiſſimũ ſchiſma fugetur & tollatur: comparendumq; atq; intereſſendum, dum tempus affuerit, eiſdẽ nominibus in dicto ſacro Lateraneñ concilio, & in omnibus actis & proceſſu eiuſdẽ, ibiq; obedientiam debitã pręfato beatiſſimo dño noſtro Papæ totiès, quotiès opportunũ fuerit, præſtandũ & recẽſendũ, confitendumq; atque recognoſcendũ, eundẽ dñm Iuliũ Papam ſecundũ, eſſe verũ, vnicum, canonicũ & iudubitatũ Pontificẽ, & dominici gregis paſtorem: & in eodẽ ſacro Lateraneñ concilio dicendũ, proponendũ, tractandum, vouendumq; dictis nominibus & vtrouis eorũ, oĩa & quęcunq; inchoationi, celebrationi, continuationi & concluſioni dicti ſacri Lateraneñ concilij, & quæ in eo proponẽtur & tractabuntur, vnionique & indiuiduitati dictæ S. R. E. matris noſtrę & membrorũ eius, necnon morum vniuerſali reformationi, & dicti pernicioſiſſimi ſchiſmatis nullitati & extinctioni, fideiq; augmento, & ſanctiſſimæ atq; Catholicæ ligæ nuper initæ conſeruationi & implemento, atq; præfatæ (iamdiu eſt) à nobis optatæ, inceptęq; in hoſtes eiuſdem fidei expeditioni neceſſaria, ſeu etiã opportuna, & ſine quibus ea commodè fieri ſeu perfici nequirent. Et quoniam multa eorum veriſimiliter indiès occurrere poſſunt, quæ nobis ad præſens minimè occurrũt, exprimi & ſpecificári ad validitatem actorum ſeu agendorum neceſſaria, & ſine quorum expreſſione fortè de iure non tenerent, de quibus ſi notitiam informatiõemque haberemus, ea oĩa exprimere non omitteremus, prouidere volentes, ne ipſa expreſſio per nos præſentibus non facta, vllum incommodum tantæ rei, pter loci diſtantiam pareret ſeu cauſaret, vobis poteſtatem tribuimus, ea omnia huic noſtro mãdato dictis nominibus & vtrouis eorum, de peritorum conſilio addendi, exprimendique per quoſcunque notarios atque tabelliones, indè per vos requirendos, ſecũdum eorum ſtylum adijcienda, annotanda, ſeu extendenda, iuxta occurrentium qualitatem, & exigentiam negociorum & rerum, de quibus ſuprà: quæ omnia & ſingula per vos (vt pręfertur) extendenda & declaranda, illam vim, illudque robur habere volumus, quam haberẽt, ſi per nos extenſa & declarata præſentibus extitiſſent, & pro omnibus & ſingulis ſupradictis quæcunque iuramenta de ſecreto ſeruãdo, & alia nomine noſtro & in animam noſtram præſtandi & ſubeundi, omniaque & quæcunque inſtrumẽta neceſſaria & opportuna cum pactis, pactionibus, ſtipulationibus bonorum noſtrorum, & dictæ ſereniſſimæ Reginæ filiæ noſtræ chariſſimæ, obligationibus, renunciationibus, iuramentis, clauſulis & cautelis neceſſarijs, vtilibus, ſeu etiam opportunis faciẽdi & ſeruandi ſeu concedendi generaliter, & omnia alia peragendi, quę in prędictis & circa prędicta, neceſſaria & vtilia ſint, ſeu etiam oppottuna, etiam ſi talia forent, quæ mandatum ſpecialius exigerent, quàm præſentibus eſt inſertũ, & ſine quibus ea fieri nequirẽt, quæ nos, dictis nominibus faceremus, ſeu facere poſſemus, ſi adeſſemus. Nos enim ſupradictis nominib⁹ & vtrouis eorum nomine, in & ſuper prædictis omnibus & ſingulis, cum ſuis incidẽ, dependentibus & emergentibus, annexis & connexis, committimus atque conferimus vobis eidem procuratori, nuncio & oratori noſtro plenarias vices noſtras, cum omnimoda & indefectura facultate, ratum, gratum, validum atque firmum perpetuò habituri quibus ſuprà nominibus, totum id, & quicquid & quãtum in prædictis, & circa ea, & quodlibet eorũdem procuratum & actum fuerit ſiue geſtum, & nunquam reuocaturi, ſub bonorum & iurium noſtrorum & dictæ ſereniſſ. Reginæ Ioannæ filiæ noſtræ chariſſimæ reſpectiuè omnium hypotheca, & ſub omnis iuris & facti renunciatione ad hęc neceſſaria, pariter & cautela. In quorum fidem & teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, manu propria ſubſignatas, ſigilloque noſtro impendente munitas. Datum Burgis, die 2. menſis Decemb. Anno à natiuitate Dñi 1511.

Yo el Rey
Dominus Rex mandauit mihi
Michaeli Perex Daluiacan.

¶Quo perlecto, dictis orationibus & litanijs more ſolito, præſtitaque ſolita & conſueta obedientia per Cardinales & prælatos ſanctiſſimo domino noſtro Papæ, & benedicto Concilio, cantatoque Euangelio per reuerendiſſimum dominum Ludouicum S. Mariæ in Coſmedin diaconum Cardinalem de Aragonia, quod incipit: Attendite à falſis prophetis, idem Sanctiſſimus dominus noſter incepit hymnum, Veni creator &c. Quo finito per cantores, Reuerend. pater domin⁹ Bernardus archiepiſcopus Spalateñ aſſcendit ambonem, & legit quandam ſchedulam tenoris infraſcripti.

Matth. 7.

BVLLA SECVNDAE SESSIONIS sacri generalis concilij Lateranensis.

IVlius episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante concilio, cùm inchoatam huius sacri Lateraneñ concilij celebrationem, ad Dei laudem, vniuersalis Ecclesiæ pacem, fidelium vnionem, schismatis & hæresum euersionem, morum reformationem, ac contra perfidos fidei hostes expeditionẽ, Altissimi dextera assistente prosequi intendamus, vt omnium schismaticorum & pacis hostium, latrantium canum ora obtundantur, vniuersíque Christifideles valeant à tam pestifero & venenoso contagio se immaculatos seruare, in hac præsenti secunda sessione in spiritusancto legitimè congregata, indictionis, conuocationis, & publicationis schismaticæ *conuenticulæ, & asserti conciliabuli Pisani, ad scindendum & scandalizãdum Ecclesiæ præfatæ vnionem emanatarũ citationum, monitionum, decretorum, absolutionum, sententiarum, actorum, legatorum, creationum, obedientiarum, subtractionum, assertarum censurarum, appositionũ, ipsiusque conciliabuli translationis ad Mediolanum vel Vercelleñ ciuitates, aut alia loca quæcunque, omniumque & singulorum in dicto conciliabulo gestorum & conclusorum reprobationes, damnationes, reuocationes, cassationes, irritationes & annullationes, per nos habita cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & de eorundem fratrum consilio & vnanimi consensu, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, per diuersas nostras literas respectiuè, præsertim sub data 15. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno octauo, ac tertio Nonas decembris, & Idibus Aprilis eiusdem Pontificatus anno nono editas, factas & emanatas, literasque ipsas cum decretis, declarationibus, inhibitionibus, mandatis, hortationibus, monitionibus, interdictorum ecclesiasticorum appositionibus, & alijs sentẽtijs, censuris & pœnis, tam à canonicis sanctionibus q̃ à nobis, maximè in literis indictiõis huius sacri vniuersalis concilij, ac omnibus & singulis alijs clausulis in dictis literis cõtẽtis, quarum tenores, acsi de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis haberi volumus, licèt vt firma & valida, nulla alia confirmatiõe aut approbatione egerẽt, ad abundantiorem cautelam & veritatis manifestationem, hoc sacro approbante Concilio, confirmamus, approbamus & innouamus, illaq; inuiolabiliter obseruari volumus, statuimus & ordinamus, supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdẽ. Necnon conciliabulum præfatum, illiusque translationem, ac omnia & singula per ipsum conciliabulum, illiíque assistentes, adhærentes, fautores & consentientes, directè vel indirectè, quomodocunque & qualitercunq; à die indictionis ipsius cõciliabuli, vsque in præsentem diem acta, facta, gesta & prolata, ac in posterum gerenda, agenda, facienda & proferenda, etiam si talia sint vel fuerint, de quibus specialis, specifica, expressa, ac individua mentio habenda foret, illorum tenores & qualitates etiam pro expressis habentes, vt alia adulterina, & à veritate deuiantia Cõcilia, & in eis gesta, à iure sacrisque canonibus damnata & reprobata fuerũt, damnamus & reprobamus, ac prout sunt, nulla, irrita & inania, nulliusque roboris vel momenti fuisse & esse nunciamus, & quatenùs opus sit, cassamus, irritamus & annullam⁹, ac pro cassis, irritis & annullatis haberi volum⁹. Et nihilominùs hoc sacrum Concilium œcumenicum iustè, rationabiliter, ac ex veris & legitimia causis, riteque & rectè indictum celebrari inceptum, omniaque & singula, quæ in eo facta & gesta sunt, & decæterò fient ac gerentur, iusta, rationabilia, firma & valida fore, ac idem robur, eãdemque vim, potestatem, authoritatem & firmitatem habere & obtinere, quæ alia concilia generalia, præsertim Lateraneñ, à sacris canonibus approbata, habent & obtinent, hoc eodem sacro Cõcilio approbante, decernimus & declaram⁹. Insuperque temporũ dispositione, æstiuisq; caloribus instantibus, vt commoditati & valetudini prælatorum consulatur, vltramontanique & trans mare existentes, qui hactenùs ad hoc sacrum Concilium venire nõ potuerunt, expectentur, propterque alias iustas & rationabiles causas præfato sacro Concilio notas, & ab eo approbatas, tertiam sessionem continuationis celebrationis concilij præfati, tertio nonas Nouemb. proximè futuri faciendam, hoc præfato sacro concilio similiter approbante, indicimus. Omnibusq; & singulis prælatis, & alijs in eodem Concilio *tunc existeñ, à Romana curia recedendi, & pro eorum volũtate vbi eis placuerit morandi, dummodò dicta 3. Noñ. Nouembris in præfato concilio Lateraneñ (cessante legitimo impedimento, de quo clarè cõstet, sub pœnarum in literis indictionis ipsius Concilij & canonicis sanctionibus cõtra non accedentes ad Concilia indictarum incursu) præsentes existant, licentiam & facultatem, præfato sacro Concilio etiam approbante, concedimus & indulgemus. Nulli ergo omino hominũ liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouatiõis, statuti, ordinationis, suppletionis, damnatiõis, reprobationis, nunciationis, cassationis, irritationis, annullationis, voluntatis, decreti, declarationis, indictionis, cõcessionis & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione in Lateraneñ sacrosancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis Dominicę 1512. sextodecimo kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno nono.

*Nusquitãi

*Niselitani

for. *subscriptum per

*Maraneñ

for. *nunc

¶Postmodùm idem Reuerend. pater D. Bernardus archiepiscopus petijt ab omnib⁹, an placeãt paternitatib⁹ suis cõtenta in schedula. Qui responderunt, & quilibet eorum respondit, placere contenta in schedula. Super quibus oĩbus magister Bernardus Mocharus, procurator concilij, petijt fieri per ꝓtonotarios & notarios ad hoc deputatos, publicum & publica, instrumentum seu instrumenta.

Deinde reuerend. pater dominus Vincẽtius Carapha archiepiscopus Neapolitanus, procurator reuerend. P. D. Donati episcopi *Nisselitani, ad interessendum sacro Cõcilio, dedit quoddam mãdatum, subscriptum per dominum Iacobum Andream Parlatum ciuem Neapolitañ, notarium curiæ archiepiscopalis Neapolitañ. Et venerabilis vir dominus Frãciscus Insart, solicitator literarum Apostolicarum, dedit mandatum reuerendi patris domini Petri de Costa episcopi Portugaleñ diœcesis *publicũ notarium, in quo ipse dominus Franciscus principaliter nominatur ad interessendum sacro Concilio. Et reuerend. pater dominus Ioannes Baptista episcopus Caualliceñ, procurator reuerend. P. D. Hieronymi Palauicini episcopi Alerieñ, dedit mandatum eiusdem, ad interessendum dicto Cõcilio, subscriptum per dominum Luchinum de Belganderio, & Balauic laicum Marianeñ publicum notarium, & sigillatum sigillo præfati episcopi Alerieñ. Ac reuerẽ. P. D. Gisbertus episcopus Rapolañ, dedit mandatum procurationis reuerend. P. D. Ioannis Baptistæ episcopi *Phaneñ, subscriptum per dominum Malatestã Thomasinum publicum notarium, & sigillatum sigillo dicti episcopi. Et venerabilis vir dominus Petrus Perini, assertus procurator reuerend. P. D. Aymonis episcopi Lausaneñ, dedit mandatum eiusdem ad interessendum Cõcilio, subscriptum per dominum Perret, & sigillatum sigillo dicti domini episcopi. Et reuerendiss. in Christo pater & dominus, D. Achilles tituli sancti Sixti presbyter Card. Bonoñ vulgariter nuncupatus, dedit mandatum R. D. Ioannis de Sclusa abbatis Præmonstrateñ, vt totius ordinis iudicis superioris & reformatoris generalis, subscriptum per dominum Ioannem Ray canonicum ecclesiæ collegiatæ S. Quintini, de S. Quintino Nouiomeñ diœcesis publicum notariũ.

¶Anno à natiuitate Domini 1512. Indictione 15. Pontificatus præfati sanctissimi domini nostri Iulij papæ secundi anno nono, die vltima mensis Octobris, per discretum virum Bartholomæum de Mantua, præfati sanctissimi domini nostri pspæ cursorem, affixæ fuerunt & publicatæ in Basilicarũ Principis apostolorum de vrbe, & S. Ioannis Lateraneñ valuis seu portis, necnon cancellarię Apostolicæ, & acie Campifloræ certæ literæ prorogationis tertię sessionis propter aduẽtum reuerend. & illust. domini Matthæi electi Gurceñ, sereniss. Maximiliani electi Imperatoris locumteneñ, vsque ad 3. diẽ mẽsis Decemb. proximè futuri, prout in eisdem literis continetur, quarum tenor sequitur:

PROROGATIO SESSIONIS propter aduentum Gurceñ.

IVlius episcopus seruus seruorum Dei. Cupientes ingenti desiderio ad omnipotentis Dei gloriam, plurimorumque optimorum operum perfectionẽ, aliàs inchoatam sacri Lateraneñ concilij celebrationem prosequi, in secunda sessione in spiritusancto legitimè congregata, vt temporũ indispositione, æstiuisque caloribus instantibus, commoditati & valetudini prælatorũ opportunè consuleretur, vltramontanique & trans mare existentes, qui eatenùs ad concilium huiusmodi venire non poterant, expectarentur: propterque alias iustas & rationabiles causas dicto cõcilio notas, & ab eo approbatas, tertiam sessionem continuationis celebrationis præfatæ, tertio Noñ. Nouemb. proximè futuri faciendam, sub data 16. Kalendas Iunij, pontificatus nostri anno nono, indiximus: sperantes tunc Deo duce, ac Christianorum regum & principum ope, Italicis & exteris rebus pacatis, prælatos præfatos tutis itineribus cum quiete ad ipsum concilium venturos, nullumque aliud impedimẽtum inesse, quo minùs tertia sessio huiusmodi die (vt præfertur) indicta haberi potuisset. Cùm autem fatore zizaniæ instigante, & nonnullorum malignitate, qui Christianorum nomen in vanum recipere nõ formidant, bella atrocia tam in Italia quàm extra eam viguerunt & vigeant: dictique prælati Germani, Hispani, Anglici, Poloni & alij, propter hostium pericula tutè adhuc accedere non potuerint, nuperrimeque venerabilis frater noster Matthæus episcopus Gurceñ, charissimi in Christo filij nostri maximiliani Romanorum regis in Imperaorem electi, in tota Italia locum tenens generalis, & ad nos orator destinatus, prope vrbem ad illam venturus sit, cum quo multa *grauia importantia & magni ponderis, statum & quietem Ecclesiæ, principum Christianorum & Italiæ concernentia, præsertim de pace inter ipsum Maximilianum regem & dilectum filium Leonardum Lauredanum Venetorum ducem, quæ nobis cordi est, componenda, agenda sint: ex quorum conclusione vniuersalem pacem, aliaque innumerabilia bona ex eorum authoritate *intermissione verò grauiora prioribus scandala, damnaque intolerabilia futura *: dilationem in dictæ sessi-

*grauis importantiæ

for. *speramus: for. *timemus:

for. *nullũ onis ad paucos dies, *nedum præiudicium, sed vtilitatem allaturam arbitramur: idcirco vt sine perturbatione aliqua continuationi celebrationis tam celeberrimi & necessarij concilij insistere valeamus, prælatisq; & oratoribus Principum ad dictum sacrum concilium venturis, in itinere existentibus (vt accepimus) aliqua vlterior dilatio concedatur, dictusque venerabilis frater Matthæus episcopus Gurcen, Cæsareæ maiestatis locum tenens & Orator, circa diem ipsam celebrationis tertiæ sessionis, & fortè ipsa die vel sequenti almâ vrbem est ingressurus, & de nostro mãdato ob personam, quam gerit & repræsentat, honorificè excipiendus sit, & cum solitis cæremonijs & curiæ Romanæ comitiua associandus, & ad nos deducendus, qui cum omni celeritate desiderare videtur expeditiõem negociorum sibi commissorum, vt infra paucos dies ex vrbe recedere possit, habita super his cum venerabilib⁹ fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, expressis, alijsq; iustis & rationabilibus causis vrgentibus, de eorundem Cardinalium consilio vnanimiq; consensu, tertiam sessionem, continuationẽ, celebrationem concilij præfati ad tertium Noñ. Decembris, similiter proximè futuri, cæterisque in indictione concilij & in secunda sessione præfatis contentis, firmis manentibus, prorogamus, & iudicib⁹ præmissis, cæterisque contrarijs non obstãtibus quibuscunque, prout semper desideranimus, feliciter incepimus, & Domino adiuuante omnino perficere intendimus.

¶ Placet, & publicetur.

¶ Anno à natiuitate Domini 1512. Indictione 15. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Iulij diuina prouidentia papæ secundi anno nono, vltima mensis Octobris, præsentes suprascriptæ literæ sanctissimi domini nostri Papæ, prout in eisdem continetur, affixæ & publicatę fuerũt in basilicarum Principis Apostolorum de vrbe, & sancti Ioannis Lateraneñ valuis seu portis, necnon cancellariæ Apostolicæ in acie Cãpiflorę, & sic affixas per longum temporis spatium dimisi, copiam earundem literarum in locis suprascriptis affixi, & affixam dimisi, per me Bartholomęum de Mantua, sanctissimi domini nostri Papæ cursorem.

REVEREN. IN CHRISTO PATRI & domino, domino Thomæ sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Martini in Montibus presbytero Card. Strigonien,
Procurator ordinis Prædicatorum seruus salutem
dicit.

ADI 7. Kalendas Iunij, qui dies secundâ concilij sessionem in æde præbuit Lateraneñ, cùm alia habuimus illius solennis & Sacratiss. lucis grata monumenta, tum illud maximum, quòd tu eodem die ac loco Romæ tum primùm diuinas res publicè peregisti, magna quidem apud Deum (vt credimus) ob tuam virtutem gratia, sed non minore apud homines ob virtutis opinionẽ laude & existimatione. Quanquam enim tuum nomen vbique apud omnes probatum sit ac clarũ, Romæ tamen apud bonos & graues clarissimũ certè & probatiss. est. Eo itaq; die, quo de rerum summa grauiter constituendum erat, Conciliumque ipsum, patrum sententia, in aliud tempus differendum, cùm ritè à te & sanctè mysteria sanctiss. celebrata essent, tum pulpitum (vt scis) ascendit meus & totius prędicãtium ordinis Generalis magister, vir tum religione & doctrina singulari, tum præstanti excellentia animi atque ingenij. Quod quidem quasi geometricã quãdam videtur habuisse rationem: vt ille sui ordinis primus, secundæ sessionis orationem pronunciauerit, tu secundi ordinis in senatu Princeps, primis in hac vrbe mysterijs publicè fueris initiatus. Verùm cùm hæc ipsa oratio diues optimarum sententiarum & luculenta, digna à summo Pont. iudicaretur, quę in acta referretur, multique illam boni viri quotidiè efflagitarent, operæpreciũ fore duxi, si ego qui Prædicatorum ordinis hîc res curo, eandem orationem, priusquàm ab alijs legeretur, tibi potissimùm dedicarem. Feci igitur, & perquàm libenter feci, vt & illa tui nominis inscriptione illustrata, maiore authoritate in publicum prodiret, tantique viri præsidio esset munitior, & meæ erga te obseruãtiæ ac venerationis magnitudo hoc primo testimonio tibi innotesceret. Sed & aptũ visum est, cùm illius diei cæremonias coniũctim egisses, vt non separatim in ora hominum peruenires, quãquàm tua virtus & authoritas multo maioribus & grauioribus rebus celebritatẽ promerita est. Scimus enim, tuus in vrbem aduentus quantam spem lætitiamque bonis omñibus attulerit, qui pacem quidem & salutem continuè optant, bellum autem diuturnum & infestum coguntur sustinere. Subit nanq; multos, q virtutes amãt, qui tuo exemplo crudelia bella abhorrent, qui Christianæ fidei infidelibus armis infestissimi sunt, subit illos (puto) fastidium incredibile, cùm videãt huiusce temporis scelera & ruinas. Quis eñ non stomachetur, vacare Christianos intestinis dissensiõibus, pace totiès attentata, nunquã verò firmata, elapsamq; è manibus fuisse occasiõem retinendæ Aphricæ, Græciæ atq; Asię in libertatẽ & religionem vindicandæ. Ad quam Christianorum vecordiam, ne fortè putemus Deum dormitare, omitto reliqua, quæ domestica sunt: eccè nuper Turcarum rex senex inualidus, & Imperio & pecunia & exercitibus cessit, præter omniũ opinionẽ, filio ætate tertio, iuueni ferocissimo, & Christiani sanguinis appetentissimo, qui magno donatiuo conciliatis

Baiazetes is fuit, quem paulopòst Selymus eius filius & successor venefico extinxit.

liatis sibi militum animis, additisque ad fœdus suum Scythicis nationibus, nihil non aurus breui timetur. Iure hoc quidẽ optimo factum est, vt Christiani, qui oblatam occasionem iustitiæ atque laudis cõtempserunt, quiq; nuper recuperatam ferè Aphricã, totã iterum canibus illis abripiendam deuorandamq; obijciũt. Iustè (inquam) factum est, vt ij quandoque de præsenti suo Imperio trepidare cogãtur, qui Imperium Christi nec amplificare studẽt, nec defendere: quin illud potiùs & vitijs oppugnare, & labefactare dissensionibus nõ verẽtur. Sed de ijs satis. Melius enim longè tu, quàm ego aut quisquam, hęc nosti & cogitasti, quippe qui à puero acceptas contra Turcas inimicitias, & ab incunabulis susceptam sacratiss. fidei tutelam & defensionem, adhuc perpetuam retinuisti. Propterea que in hanc vrbem venisti, vt pacatis vniuersis, non solùm ijs partibus, quæ fidei sunt consuleres, sed etiam illis, quæ infidelitatem & discordiam alunt, vehemẽtissimè te opponeres. Sed redeo ad orationẽ, quę mihi cùm doctissima videtur esse, tum ita largiter ampla, vt non tantùm quæ præsentis concilij sunt, sed omnium cõciliorum vim, authoritatem, rationemq; amplexa videatur. Quam cùm tua amplitudo benigno vultu acceperit, existimabim⁹ magnũ & illi ornamẽtum, & nostro ordini vniuersõ ex tua beneuolentia accessisse. Vale.

ORATIO REVEREN. PATRIS FRATRIS THOMAE DE VIO CAIETANI, sacræ Theologiæ profess. actotius ordinis Prædicatorum Generalis magistri, habita Romæ in secunda sessione concilij Lateraneñ, 17. Kalendas Iunij, 1512.

CVM animaduertã, IVLI II. Pont. Max. reliquas omnes ecclesiasticæ reip. consuetudines actionesque, singulas esse singulis Ecclesiæ partibus accõmodatas, generales verò synodos vniuersalẽ Ecclesiã penitùs respicere, eamq; tãquam finem sibi propriũ attendere: existimaui me facturum rem & vtilem & omñibus gratam, si hodierno die primùm de Ecclesia ipsa, deinde de synodis huius temporis, illarumq; differentia ac diuersitate dicerem. Sed cùm ijs diebus ex hoc loco viri doctissimi, q hoc oratorio munere magna cum laude perfuncti sunt, de ijs ferè rebus verba grauiter sapienterque fecerint, ego, qui ingenio illis & doctrina inferior sum, quo meis viribus minùs confido, Pater sancte, eo humiliùs atque propensiùs tuam humanitatem & clementiã mihi propiciam esse, & summissè oro, & suppliciter peto. Sed quoniam nihil est, quod homo de semetipso sine auxilio opeq; diuina possit polliceri, ad glorioſam ipsam virginem Dei matrem primùm conuertam orationem meam. AVE MARIA &c.

In Apocal. 547

Apocal. 21. a

Sacramenta Ecclesiæ.

tationes ſermonum, diſcretionẽ ſpirituum, gratiam ſanitatum, fidem, vaticinia, miracula, & eam cælum claudendi, rurſumq; aperiMatth. 16. c ndi poteſtatem, vt quicquid in terris ligauerit, quicquid ſoluerit denique, id continuò in cælo diſſolutum vel ligatum ſit. Et quanquam hæc magna maximaq́ue ſint, ſatis tamen non fuit, tot tantaq́ue Eccleſiam habuiſſe, niſi & Angelorum reuelationes, illuminationes, defenſionesq́ue habuiſſet. Quibus omnibus, actionis noſtræ cõtemplationisq́; ſtudia nõ tueri modò ac defendere, ſed propenſiùs etiam & augere, & ornare, & perficere conatur. Ciuitas igitur hæc diuina, illis reipublicæ partibus illuſtratur, quibus nulla vnquàm alia vel melioribus vel ornatioribus illuſtrata eſt. Quòd autem ciues ipſi arctiùs in hac, copulatiusq́; quàm in ciuili alia cõmunitate deuinciantur, vel hinc patet manifeſtè, quòd ij non iam ciues ſunt aut aduenæ, ſed ciues ſanctorum, ſed domeſtici Dei, Epheſ. 2.d ſed membra Chriſti, & ita vnius eiuſdemq́ue myſtici corporis mẽbra, vt alij alijs & membra ſint, & quemadmodùm ſunt, mutua ſeſe communicatione ac ſocietate confoueant. Cùm igitur hæc ciuitas ex perfectiſſimę reipublicæ partibus perfectiſſimis cõſtituatur, ipſiusq́; ciues interiore & cognatiore, quàm omnes aliæ ſocietates, genere colligentur: patet certè, hanc vrbem alijs eſſe digniorem, perfectiorem, excellentiorem, ipſamq́; præſtare omnibus honore, decore, & quod maximum eſt, humana beatitudine ac felicitate. Quanquam enim cuiuſuis ciuitatis proprium eſſe videatur, ſufficienter ex ſe, beneq́; ac beatè viuere, nulla tamen alia niſi hęc noſtra, hoc ipſum habere cumulatè ac largiter poteſt, ſed ne imitari quidem. In alijs nanq; finis ciuilis amicitiæ & ſocietatis eſt, optima inter ſe hominum coniunctio: in hac verò noſtra, in qua hæredes Dei omnes, cohæredes autem Chriſti ſunt, ad Deum ipſum, vt proprium Chriſtiani generis finem, cuncta referuntur. Hæc cùm ita ſint, rectè Chriſti Eccleſia, non tam ciuitas ab Apoſtolo Chriſti, quàm ciuitas ſancta à viro ſanctiſſimo commemoratur. Id autem, patres, vt nunc vos alloquar, mox extrema oratione ad hũc ſummum Pontificem caput omnium reuerſurus, id (inquam) patres, qua & ego quoque ratione demonſtrauero, quæſo, intelligite. Sanctitas ipſa, vt à diffinitione incipiamus, vtq́; Dionyſio Areopagitæ placet, immaculata, libera, perfectaq́; munditia eſt. Proinde tametſi hoc ſummis antiquorum noſtrorumq́ue rationibus firmatum ſit, in Deo vniuerſorũ authore & gubernatore, omnium rerum naturas, excellentias, dignitatesq́ue conſiſtere, Deus tamen ipſe præijs omnibus propriam ita ſibi vendicat ſanctitatem, vt etiam ſummi philoſophi, Dei ſubſtantiam mũditia & ſanctitate definirent. Nam quum inuiſibilia dei
Rom. 1.b per ea, quæ facta ſunt, ſempiternam quoque eius virtutem ac diuinitatem intellectu conſpicerent, vellentq́ue Dei naturam & voluntatem, ac quicquid in Deo eſt, vnica alijsq́ue rebus incommunicabili proprietate exprimere, non virtutis quidem, non diuinitatis, aut reliquis tantæ maieſtati cõſentaneis nominibus vſi ſunt, ſed munditiæ & ſanctitatis ſignificationibus. Solam enim deitatis ſubſtantiam, à totius potentiæ macula & labe liberam remotamq́; eſſe perpẽdentes, illamq́; ob id eſſe dicentes actum purum, eandẽ certè ipſam diffinitione hac mundiſſimam eſſe ſanctiſſimamq́ue dixerunt. Nec mirum, ſi talis tantaq́ue ſanctitas tantum in mẽtibus hominum & numinis habuit & maieſtatis, quãdoquidem intelligentijs etiam beatis, quas Angelos dicimus, hymnum carmenq́; Deo proprium conſtituat. Angeli nanque atque Archangeli, Cherubin quoque & Seraphin, Eſa. 6. repetitis ingeminatisq́ue vocibus, ſanctus, ſanctus, ſanctus, proclamant. Quo fit, vt Dei quoque ciuitatem, in qua magnus dominus Pſalm. 92. eſt, deceat ſanctitudo. Atq; hanc partem, quę paucis demonſtrari poteſt, breuiſſimè oſtendam. Omnibus rebus tum natura tum arte conſtitutis, hoc principiò attributum ingeneratumq́ue eſt, vt cùm aliæ alijs iungendæ ſint, pari mutuaq́ue diſpoſitione ac ſimilitudine conueniant. Hoc ipſæ formæ, ſecundũ materiæ recipientis merita diſtributæ, teſtantur. Hoc ad propria peculiariaq́ue munera obeunda aptæ, appoſitæq́ue noſtrorum mẽbrorum habitudines, manifeſtant. Denique hoc confirmant innatæ materijs ipſis (vt ita dicam) patientiæ, quibus ipſæ res, hominum artificio ſubiectæ, obtemperant. Hęc nanque omnia & reliqua id genus, ſiue natura ſiue arte componenda ſint, niſi primùm amica inter ſe conſenſione conueniant, componi coniungíve non poſſunt. Cùm igitur ſanctitas & munditia propria Deo ſit, illiq́ue conueniat maximè, cumq́ue coniungendas res ipſas, habiles inter ſeſe ad coniunctionẽ eſſe oporteat, nemini dubium eſt, puto, eccleſiaſticam ciuitatem, quæ Deo coniunctiſſima eſt, puram, mundam, ſanctã, immaculatamq́; exiſtere. Veritate etenim prima, qua confirmatur, ac in qua fundatur, & errorum omnium expers pura mente perſeuerat, & dilectione perpetua, qua ipſa in Chriſto, & Chriſtus in ipſa manet, vſq; ad ſeculi conſummationẽ, ab omni vitiorũ ſorde & cõtagione remota eſt, atq; ita virtute bonitateq́; perficit ac vallatur, vt neq; mors, neq; vita, neq; inſtantia, Roman. 8.g neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia illã poſſit à Chriſti amore ſeparare. Rectè igitur ciuitas hęc noſtra, quãdoquidem omnium cęleſtium virtutũ præcipua à Deo pollet ſanctitate, omnibus ea cęteris mũdi dignitatibus, poteſtatibus, imperijs antecellit. Satis eſſe arbitror huius ciuitatis demonſtratã ſanctitatẽ, quę ciuitas, quia ſancta eſt, iure optimo à ſancto ſpiritu nomẽ illi impo-

poſitum eſt præclariſſimum. Is enim hanc ſanctam ciuitatem, Hieruſalem appellauit. Quod profecto nomen ob hanc cauſam adepta eſt, quòd Hieruſalem nõ modò pacem ipſam, ſed ea etiam, quæ pacis ſunt, innuere, ſanctorum interpretatiõe tradatur. Tria igitur in hoc ſunt. Nam & hoc Hieruſalem atq; pacis optimum eſt, & id verum huius ciuitatis nomen, & poſtremò huic ciuitati ita proprium, vt nulli prætereà alteri verè conuenire poſſit. Optimum certè eſt. Nam optima res pax eſt, adeoq́ue magna & diuina, vt vniuerſa creatura hãc appetere, & perquàm deſiderare videatur. Cùm enim pax ipſa (Auguſtino teſte) tranquillitas ordinis ſit, & tranquillitas ordinis tunc ſit, cùm ſecluſis cõtrarijs quibuſque ordo conquieſcit: conſtat res omneis, ſi quidem naturaliter fines ſuos appetant, & impedientia cũcta ſubmouere contendant, pacem appetere, pacisq́ue & quietis fructus, vt adipiſcantur, ſumma ope laborare. Quòd autem Hieruſalem pacisq́; nomen, verum noſtræ ciuitatis nomẽ ſit, is teſtis bonus eſt, qui dixit: Et factus eſt in pace locus Pſalm. 75. eius, Dei ſcilicet, q & huiuſce vrbis fines pacem poſuit: & tantam in ea voluit propagari Pſal. 147. abundantiam pacis, vt ciues ipſi non modò cum Deo, pacis authore & Principe, non modò inter ſe omnes pacem haberent, ſed ſinguli etiam pacis tranquillitatisq́ue abundãtia, & intelligendo in veritate, & appetendo in ipſa bonitate cõquieſcerent. Ea verò pax, hæc vrbs Hieruſalem, hoc ſanctiſſimum dei hominumq́ue domicilium, non quidem impiorum hominum eſt, qui quomodò non vera bona ſectantur, ita nec veram pacem inquirunt: ſed illorum eſt, patres, qui pacifici ſunt, qui pacis domum vnanimes inhabitãt, Eſa. 57.d qui pacẽ his qui propè, & his qui longè ſunt, annunciant: qui his, ad quos diuertunt, pacem deferunt, & cùm hoſpitio recepti non Matth. 10. ſunt, redeuntem ad ſe pacem ipſi recipiunt. Illorum eſt hæc ſanctiſſima Hieruſalem, quę Pſalm. 121. ex viuis lapidibus conſtruitur, de qua Dauid loquitur, & cuius portarum ſeræ ac clauſtra à Domino confortantur. Hæc eſt illa Hieruſalem, patres, in qua (ſicut pauloantè inter diuinas res perlectum eſt) Rex pacificus paIohan. 14. d cem relinquit nobis, pacem ſuam dat nobis: ſed non quomodò huius mundi homines dant, ipſe dat nobis. Ij enim pacem dant, vt moleſtia careant. Sed pax ibi vera non eſt, vbi nec vera concordia eſt: nec corda hominum coniuncta, ſed diſiuncta ſunt. Ea autem pax, quam Chriſtus dat, & quæ in teſtamento pacis & in Hieruſalem inuenitur, ea eſt, patres, amoris vinculum, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, conſortium diuinitatis. Quis vnquàm vidit vel audiuit talia? Quid fuit vnquàm tam ſingulare, tam nouum, tam Philip. 4.b inuſitatum? Pax Chriſti non modò corda noſtra & noſtras intelligentias cuſtodit, ſed omnem etiam & humanum & Angelicũ ſenſum exuperat, omniſq́; homo ſanctus vocatur, qui ſcriptus, & qui relictus, & qui reſiduus fuerit in Hieruſalem. Hanc itaq; præclaram in mutatione mundi rerum nouitatem videns Ioannes, ciuitatem hanc non ſolùm ſanctam, non ſolùm Hieruſalem, ſed nouam etiam Hieruſalem, ſpiritu ſancto dictante, appellauit. Noua eſt enim. Nam qui in throno ſedebat, & qui de theſauro ſuo noua & Matth. 13. g vetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit Apoc. 21. b nanque, vt neque langueſceret aut veteraſceret vnquàm, neq; ſenio conficeretur. Ex quo fit, vt hæc longè ſit origine, dignitate, atque authoritate eminentior Hebræorum ſynagoga, quæ per antiquæ legis vetuſtatem conſumpta, cultum & notitiam veri olimq́; promiſſi Dei filij, ſolita pertinacia atque animi obſtinatione repudiauit. Nam cùm in ſynagoga ipſa in hodiernum vſque diem vetus homo ſit, vetus lex, vetus fermentum, priſtina cõuerſatio: in noſtra certè hac noua Hieruſalem omnia noua ſunt, nouum cor, noua lex, nouus homo, noua cõſperſio. Quę enim maior nouitas eſſe poteſt, quàm Deum hominem eſſe, & rurſus hominem Deum, eundemq́; verum Deum ac hominem clauis confixum, ſpinis coronatum, & innumeris affectum cõtumelijs, nõ alijs ipſum armis quàm cruce, quàm morte, quàm vulneribus infernum viciſſe, cælos aſcendiſſe, ad patris dexteram conſediſſe, propterq́ue ſuum nomen ac legem trucidatos, & gloria & honore & felicitate perpetua affeciſſe? Quid, quòd illius diſcipuli rudes, pauperes, abiecti, obſcuriq́; homines, cùm vniuerſus ferè terrarum orbis ignorantiæ tenebris inuolueretur, & erroribus, ac ſuperſtitionibus, ſceleribusq́ue obtemperaret totatq; tantis, vt dęmones omnium gentium dominarentur, ac ſummoperè ab hominibus colerentur: hunc tamẽ ipſum mundum immundum, ij Chriſti diſcipuli, ij ex infima plebe viri contra ſynagogæ pontifices, contra mundi Imperatores, contra humani generis hoſtes, contra leges, conſuetudines, opiniones non armis, non opibus, nõ vi aut ferro vicerunt, ſed fide tantùm, ſpe, & charitate ſuperârunt, purgauerunt, illuminârunt? Tam autem propria eſt noſtræ Eccleſiæ diuina atque ſempiterna nouitas hæc, vt nulla hominum ætas fuerit, nũlla vnquàm ciuitas aut reſpublica quæ non ab hac Chriſtiana Eccleſia cuncta acceperit, quæ filiorũ Dei adoptionis perpetuæ exiſtunt. Nam vt à diuo Thoma præclarè ſcribitur, ſummum illud dei beneficium, quod noſtri gratiam appellant, & quo dei filij efficimur, id adeò noui teſtamenti eſt, vtà mundi creatione ſancti ſanctęq́; omnes, quatenùs naturæ diuinę participes fuerunt, eatenùs ſub nouo teſtamẽto comprehendantur, ad quod veteris omnia ſunt referenda. Verùm cũ hoc fieri nequiuerit, vt excellẽs hęc diuini humaniq́; cõſortij nouitas ex terra terrenisq́ue rebus oriretur:

(quod

(quod enim natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est) par certè & consentaneum rationi fuit, vt de cęlo ciuitas hæc sancta & noua Hierusalem descenderet. Descēdit nanq; de cælo vrbs hæc noua, cuius fundamenta nec in poetarum figmentis, nec in humanæ sapientiæ persuasibilibus verbis, neq; in cuiusuis mortalis aut creatæ voluntatis appetitu seu opinione iacta sunt: sed quæ in mōtibus sanctis, hoc est, in Patriarcharū figuris, in Prophetarum testimonijs, in prędicatis apostolorum, in supplicijs martyrum, in admirādis Christi operibus, & sanctorum proborumq; hominum purgatissimis mentibus, in virtutis denique & spiritus ostensione incōcussa ac firma perseuerant. Descendit autem de cęlo non gressibus corporis, sed imitatione ac similitudine. Illius nanq; exemplo, quæ in cælis est, reipub. beatissimæ, huius, quæ in terris est, regimen constituit Deus, vt illud non penes oēs aut multos, sed penes vnum Christi vicarium & dominici gregis pastorem consistat. Nam sicut in Hierusalē illa, quæ in cęlis est, matre nostra vnus tantùm dominus est Iesus Christus: ita in hac Hierusalē illius filia, quę Christi sanguine irrigata, & matris est illustrata splendoribus, vnus tātùm Princeps est, vicarius Christi & Pont. maximus, cui omnes descendentis Hierusalem ciues & incolæ, non solùm vt separatim singuli, sed etiam vt simul vniuersi obedire debēt: quemadmodùm qui in superna sunt Hierusalem sancti, cùm singulatim, tum vniuersè, diuisimq; ac simul, omnes vni omnium creatori subsunt, parēt, obtemperāt. Vt verò præclarissima hæc sunt. At dicet fortè quis: Cùm ijs temporibus duę nobis Ecclesiæ & duæ synodi proponantur, vna Romana, Pisana altera, vtrùm ambæ de cælo descenderunt? Alteram enim earum tātummodò descendisse necesse est, siquidem Christi sponsa vna est. Sinite me hoc in loco, patres, respirare paulisper: nam quid à vobis in hac re constituendum sit, paucis dicam.

Ecclesiæ 5. cōditiones. Quinq; Christi Ecclesiæ conditiones nobis (vtì audistis) sanctus Euangelista proposuit. Illam enim in primis esse ciuitatē, deinde sanctam, Hierusalem pòst, tum nouam esse, & de cælo postremò descendisse affirmauit. Illam igitur synodum & in terris Ecclesiam militātem, quam de cælo credimus descendisse, cōsentaneam esse præscriptis conditionibus, & in cælo triumphantis Ecclesiæ formulis, proculdubiò reperiemus. Eam verò, quę à supernorum imitatione prolapsa in præceps, ab illis deflectit viam, non vtiq; de cælo descendisse, quin potiùs ab inferis ascendisse iudicabimus. Hoc quando ita se habet, non descendit de cælo, patres, Pisana nuper patrum illorum ecclesia, non descēdit de cælo infaustus vbique & inuisus cœtus: non tantum è cælo facinus, nō descendit, inquam, sed ruit. Quamobrem? Quia non obseruat ea quę cęli sunt, non imitatur quæ cælorum Regni esse traduntur. At quare hoc rursus? quia prorsus aliena est à reuelatis Apostolo conditionibus. Vt autem eas congruo ordine percurramus, quis vestrum putabit, patres, illum conuentum, qui vnius tantummodò nationis est, si tamen vnius est, & non dimidiatæ, vel nullius potiùs gentis legitima coitio, qs putabit illum vniuersam coegisse Synodum eius ciuitatis, ad quam fortitudo gētium venit, ad quam multitudo maris conuertitur, ad quam omnes per circuitum orbis terrarum congregantur, cuius minimus in mille est, & paruulus in gentem fortissimam?

Esa. 60. d

Tantum enim abest, vt ecclesia illa Pisana vera Dei ciuitas sit, quantum abest, vt sancta & legitima sit: tantumque recedit à candore sanctitatis, quantùm ad errorum sordes accedit. Accedit autem plùs ranto, quanto magis & Petrum Ecclesiæ, & Papam Concilio, & suo conciliabulo summum, verum, certumque Christi vicarium subijcere conatur. Quod tamen nil aliud est, mea sentētia, quàm naturæ ipsius rationisque ordinem peruertere, & filios patri, & membra capiti, pastorique ipsi suarum greges ouium præficere. Sed & illud perspicuum est, Hierusalem nomen illi ecclesiæ nequaquàm cōuenire, propterea quòd nec pacem habet, nec ordinis tranquillitatem, quodque tam excellentem Ecclesiæ ordinem subuertere connitur, vtpotè quæ contra Romanam Ecclesiam rogata armataque bella commouerit, quæque ad quoscunque diuerterit, nō modo pacem illis non attulerit, sed spem oēm pacis funditùs euerterit. Quę singulatim omnia commemorarem, nisi intelligerem, nimio etiam plùs, quàm vellem, esse manifesta. Non igitur Pisarum synodus, Synodus Hierusalem est, sed ciuitas ac turris Babel potiùs, quæ in terra Sennaar confusionem fecit, & concordiam ædificantium diuisit. At dicent nonnulli: Saltem vna ex multis, & quarta ex quinq; præscriptis conditionibus Pisano cœtui conueniet, nouitas scilicet. Quid enim tam nouum & inusitatum ac mirabile est, quàm esse, qui conentur efficere, vt miles duci, filius patri, domino seruus imperet, oues pastori, deniq; pedes & cętera mēbra capiti? Fateor eqdem & ego quoq; noua hęc esse, sed tñ aliena prorsus ab illa sempiternæ sanctissimæq; ciuitatis nouitate. Multum enim inter hanc illamque interest nouitatem. Nomen vtrisque commune est, sed res & significatio diuersa. Hæc enim Hierusalem nouitas, à Spiritu sancto est, & æterna est. At illam Pisanam vnica tantùm obedientia & Ecclesiæ pars tūc effecit, cùm schismatis illius tempore tres ita maximi Pontifices habebātur, vt nullus eorum aut certus quidem, aut absq; ambiguitate verus Petri successor existimaret. Hęc itaq; nūc Pisana nouitas, Constantię tūc ortū habuit, & euanuit: Basileæ repullulauit, & exposa est:

Gen. 11.

Cōtra synodos Cōstātien & Basileen.

est: atq; ijs etiam temporibus, si vos viri critis, interibit, quēadmodùm sub Eugenio 4. summo maximæ huiusce sedis Pontifice repressa est. Neq; enim de cælo descendit, atq; ob id diuturna non est: neq; vnius principatum amplectitur, qui & in illa triumphante Ecclesia est, & hanc militantem conseruat, quemq; Synodus Pisana amplecti deberet, si è cælo descēdisset, & nunquàm multitudinis regimini (vtì facit) inniti. Lōgè igitur ab hac Christi, Pisarum ecclesia discrepat. Hęc enim fidelium est, illa cauillātium: hęc domesticorum Dei, illa aberrantium: hæc Christianorum hominum, illa verò eorum, qui Christi vestem cōscindere, & à mystico Christi corpore mystica Christi membra seiungere non verentur. Habetis, patres, quid de Pisana synodo cōmuniter locutus sum. Hoc enim vniuersi totis deuotisq; animis deprecamur. Assequetur autem hoc, te volente, teq; imperāte, si tu ipse, pater sancte, omnipotentis Dei, cuius vices in terris non solū honore dignitatis, sed etiā studio voluntatis gerere debes, si ipsius Dei potentiam, perfectionem, sapientiamq; imitaberis. Atquì vt in primis potentiā imiteris, accingere pater sancte gladio tuo, tuo (inquam) accingere, binos enim habes, vnum tibi, reliquisq; huius mundi Principibus cōmunem, alterum tibi propriū, atq; ita tuum, vt illum alius nemo nisi à te habere possit. Hoc itaq; gladio tuo, qui ecclesiasticę

Psalm. 44. potestatis est, accingere potentissime, & accingere super femur tuum, id est, super vniuersas humani generis potestates. Cumque accinctus fueris, tum intende cōtra errores, contra hæreses, contra dissensiones, denique contra inferni portas, errorum, hæresum & dissensionum authores. Nec intende solùm, sed etiam procede, & regna. Procede in primis, & prosperè procede, gētes quæ bella volunt, dissipando: tum regna sacerdos & Rex, quæ pacis sunt cogitando, inquirendo, persequendo. Is nanq; idem, quē imitari debes, & Rex regum est, pacisq; Princeps & Dominus dominantium, Rexq; pacificus. Hanc autem summam potentiam tuam diuina perfectio comitetur, Perfectio hæc, misericordia est, qua pater ille cælestis & perfectus solē suum oriri facit super bonos & malos, pluitq;

Matth. 5. g super iustos ac peccatores. Nam si tāta vbiq; misericordia prēstabis, vt nō modò amicos, sed inimicos etiam ac hostes ad tui nominis reuerentiam, ad Apostolicæ sedis cultum, ad Christi Ecclesiæ vnitatem, ad huius Concilij manifestam processionem venire compellas, rectè, pater sancte, Dei perfectionem imitaberis humano more. Nulla enim de virtutibus omnibus, nec admirabilior nec excellentior misericordia est, nulla magis Principi propria, nulla potentiæ summæ cognata magis atque amica est. Hæc te præ regibus terrę excellentissimum, hæc te vniuersis populis adorandum, Deoque insupèr te & gratum, & amicum, & similimum reddet. Verùm cùm multos multarum nationum gentiumq; viros clarissimos, per Dei tuamq; misericordiam, ad hanc synodum venturos accessurosq; existimemus, vna se tibi ad hanc rem offert diuina sapientia, quæ à fine ad finem fortiter attingit, & disponit omnia suauiter. Huius Sap. 8. a nuper exemplo à fine ad finem tum attigisti fortiter, pater sancte, cùm in dicto Concilio hoc atque inchoato, vniuersos ad benè de Christiana republica sperandum excitasti. Dispones autem suauiter, prouidendo sapienter, ne vocati à te, iustè queri possint, se, vt par erat, in re tāta expectatos nō fuisse. Quare postquàm hodierno die (quod bonū, faustum, felixq; sit) de singulis, quæ ad huiusce sanctissimæ synodi conseruationem & statū spectare videbuntur, cōstitutum fuerit, tum de ijs quoque constituatur nationibus, quæ quum intellexerint Romæ & à Romano pōtifice concilium synodumq; haberi, & desiderari se atq; expectari, cunctæ proculdubiò nobiscum vnà ad Christianæ religiōis disciplinam, ad Apostolicæ authoritatis maiestatem, ad communem fidelis populi saluté, ad labentium rerum restitutionem, ad totius p̄terea Ecclesię defensionem & rem conuertentur. Sic nanq; hoc sacrosanctum concilium in cælum ascendet, cum Catholica Ecclesia, quam refert, & quam Ioannes ciuitatem esse sanctam, esse Hierusalem, nouamq; esse, atq; de cælo descendisse, cōtemplatus est. Dixi.

SESSIO TERTIA.

In hac sessione reuerendus & illust. dominus Matthęus episcopus Gurcen & Princeps Imperij, dedit mandatum inuictissimi Principis Maximiliani electi Imperatoris.

ANno & indictione quibus suprà, Pontificatus præfati sanctissimi domini nostri, DOMINI IVLII Papæ 2. anno 10. die verò veneris, tertia mensis Decembris, fuit celebrata tertia sessio Concilij generalis in basilica Lateranen, præsente præfato sanctissimo domino nostro. In qua fuerunt præsentes reuerendiss. domini Cardinales, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Magistri Generales ordinū, Oratores principum, & alij illustr. domini, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendissimus dominus Raphael Ostien.
Reuerendiss. D. Dominicus Portuen.
Reuerendiss. D. Iacobus Albanen.
Reuerendiss. D. Franciscus Sabinen.
Reuerēdiss. D. Marcus Prēnestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigonien.
Reuerendiss. D. Nicolaus tituli sanctæ Priscę, de Fliſco.

Reuerendiſſ.D.Robertus tituli ſanctę Anaſtaſiæ,Nanneteñ.
Reuerendiſſ.D.Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ,Agenneñ.
Reuerendiſſ. D.Chriſtophorus tituli ſanctæ Praxedis,Anglicus.
Reuerendiſſ.D. Antonius tituli ſancti Vitalis,Sipontiñ.
Reuerẽdiſſ.D.Petri tituli ſancti Euſebij,Anconitañ.
Reuerendiſſ. D. Achilles tituli ſancti Sixti, Bononieñ.
Reuerendiſſ.D.Bandinellus tituli ſanctę Sabinæ,de Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ.D.Alexander ſancti Euſtachij, Farneſius.
Ruerendiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Mariæ in Coſmedin,de Aragonia.
Reuerendiſſ.D.Marcus S. Mariæ in Porticu, de Cornelijs.

PATRIARCHAE ET ASSISTENTES PAPAE.

Reuerendus pater D. Cæſar Alexandrinus.
Reuerend.pater D. Alphonſus Antiochen⁹.
Reuerendus pater D.Stephanus Patraceñ & Torcellañ,
Reuerend.pater D.Bernardus Spalateñ.
Reuerend.pater D.Vincentius Neapolitañ.
Reuerend.pater D.Fredericus Salernitañ.
Reuerend.pater D.Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Iadreñ.
Reuerend.P.D.Franciſcus Vincentinus.
Reuerend.pater D.Iulianus Agrigentiñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Sueſſanus.
Reuerend.P.D.Ferdinandus Caietanus.
Reuerend.P.D.Hercules Auguſteñ epiſcopus,& illuſt.dñi ducis Sabaudiæ orator.
Reuerend. P.D. Laurentius Montis regalis epiſcopus,& gubernator Vrbis.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend.pater D.Ieremias Traneñ.
Reuerend. pater D.Franciſcus Conſanus.
Reuerend.pater D. Aldronãdinus Nicoſieñ.
Reuerend.pater D.Rainaldus Raguſiñ.
Reuerend.P.D. Andreas*Noboniaſieñ.
Reuerend.pater D.Robertus Rheginus.
Reuerend.pater D.Georgius Nazarenus.
Reuerend.P.D.Ioannes Maria Sipontiñ.

EPISCOPI.

Reuerend.pater D.Lucas Fulginateñ.
Reuerend.pater D. Silueſter Vuigornieñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Potentiñ.
Reuerend.pater D.Andreas Militeñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Spoletañ.
Reuerendus P.D.Guillelmus Cortoneñ.
Reuerend.pater D.Baſilius Tudertiñ.
Reuerend.pater D.Bertrandus Adrieñ.
Reuerend.pater D.Dominicus Luceriñ.
Reuerend.pater D.Alexius Melfitañ.
Reuerẽd.P.D. Ferdinãdus Balneoregieñ.
Reuerend.pater D.Benedictus Chieñ.
*Algareñ Reuerendus pater D.Petrus*Vrgelleñ.
Reuerendus pater D.Ioannes Tudeñ.
Reuerend.pater D.Alexãder Alexandrinus.
Reuerend.pater D. Franciſcus Biſignianeñ.
Reuerend.pater D.Gisbertus Rapollañ.
Reuerend.pater D.Simon Modruſieñ.
Reuerend.pater D.*Corradus Aſtuneñ. *Conradus
Reuerẽd.P.D.Antoni⁹ Iacobus Camerineñ.
Reuerẽd.P.D.Bartholomęus Mõtis viridis.
Reuerend. pater D. Lambertus Venuſinus.
Reuerẽd.P.D.Ioãnes Antonius Anglioneñ.
Reuerend.pater D.Ioannes Arianeñ.
Reuerend.pater D.Baptiſta Aquinateñ.
Reuerend.pater D.Antonius Vrbinateñ.
Reuerend.pater D.Hieronymus Aretiñ.
Reuerendus pater D.Bernardus Soranus.
Reuerend.P.D.Nicolaus*Pergameñ. *Bergomeñ
Reuerendus pater D.Ioannes Eluеñ.
Reuerend.pater D.Auguſtinus Sagoneñ.
Reuerend.pater D.Ludouicus *Sinieñ. for.*Signieñ
Reuerend.pater D.Hieronymus Aſculañ.
Reuerendus pater D.Petrus Foroliuieñ.
Reuerendus pater D.Lucas*Guardieñ. *Vuardieñ
Reuerendus pater D.Andreas Anſareñ.
Reuerend.pater Hieronymus*Inſuleñ.
Reuerend.pater D.Latinus Veſtanus.
Reuerendus pater D.Andreas Littereñ.
Reuerend.pater D. Ludouicus Tricariceñ.
Reuerẽd.pater D.Ioãnes Antonius Calineñ.
Reuerend.pater D.Hieronymus Nicieñ.
Reuerendus pater D.Ioannes*Bobieñ.
Reuerend. P. D. *Bernardinus Policaſtreñ.
Reuerend.pater D.Dominicus Imoleñ.
Reuerend,pater D.Vincentius Beliceñ.
Reuerend.pater D. Bartholomęus *Agieñ. for.*Agtieñ
Reuerend.pater D.Paulus Lectorieñ.
Reuerend.pater D.Albertinus Piſaurieñ.
Reuerend.pater D.Petrus Narnieñ.
Reuerend.P.D.Ioannes baptiſta*Maraneñ. *Moraneñ
Reuerendus pater D.Andreas Albeñ.
Reuerend.pater D.Scaramuza Cumanus.
Reuerend.pater D.Vincentius*Nauleñ. *Noladiſlanueñ
Reuerend.pater D.Bernardinus Caſtreñ.
Reuerend.pater D.Matthæus *Vmbriaceñ. *Vmbriaticeñ
Reuerẽd.P.D.Ioãnes Dominic⁹ Terdoneñ.
Reuerendus pater D.Hugo*Regieñ.
Reuerendus pater D.Iacobus Fauentiñ.
Reuerend.pater D.Galeſius*Belluneñ.
Reuerend.pater D.Iulianus Vulterañ. *Biduaneñ
Reuerend.pater D.Hieronymus*Bidrieñ. *Budineñ
Reuerend. pater D.Marinus Ceneteñ.
Reuerend.P.D.Ioãnes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerẽd.pater D.Octauianus Viterbieñ.
Reuerend.P.D.Franciſcus Ortanus.
Reuerend.pater D.Iacob⁹ ciuitatis ducalis.
Reuerend. pater D.Ioannes Aquilanus.
Reuerend. pater D.Aloiſius Parentiñ.
Reuerend. pater D.Albertus*Valueñ. *Vilueñ
Reuerendus pater D.Iacobus Papheñ.
Reuerendus pater D.Simon Arimineñ.
Reuerend.pater D.Bernardus Taruiſinus.

ABBATES.

Reuerẽd.P.D.Floremũdus,abbas monaſterij S.Gregorij de vrbe,ordinis S.Benedicti.

Reuerendus P. D. Guillelmus abbas Monaſterij beatæ Mariæ Britoñ.

MAGISTRI GENERALES ordinum.

Magiſt.Thomas, Gñalis ord. Prædicatorũ.
Magiſter Aegidius,Gñalis ord. Eremitarũ.
Magiſt. Bernardinus, vicari⁹ Carmelitarũ.
Magiſter Angelus B. Mariæ Seruorum.

LOCVM TENENS MAXIMIL.

Reuerend.& illuſt.D.Matthæus Epiſcopus Gurceñ, ſereniſſ. domini Maximiliani electi Imp.*
for.*locũ tenens.

ORATORES ET SENATOR VRBIS.

Illuſtr. D.Albertus de Carpi, dicti Maximiliani Orator.
Magnificus dominus Petrus de Starcelupis Florentiñ,ſenator vrbis.
Magnificus D. Hieronymus Vich, orator Catholici regis Hiſpaniarum.
Magnifici D.Iacobus de Saluiatis, & Matthæus de Strozis,dominij Floreñ.ac Parmeñ Oratores.

ILLVSTR. DOMINI temporales.

Illuſt. D.Fredericus Marchio Mantuañ.
Dominus Nicolaus de Ruuere.
Illuſtr. dominus Iulius de Vrſinis, & alij illuſt.domini de Vrſinis.

Celebrata Miſſa per reuerendiſſ.dominũ Marcum epiſcopum Prẽneſtiñ.Card.Senogallieñ.& facta oratione per reuerend. patrem dominum Alexium epiſcopum Melfiteñ,cantatis litanijs & alijs orationibus,& cantato Hymno, Veni creator ſpiritus, vt moris eſt,cantatoq; Euangelio per reuerẽd. dñm Ludouicum S.Marię in Coſmedin diaconum Card.de Aragonia, quod incipit,
Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus &c. reuerend. D. Thomas Phædra ſecretarius concilij aſſẽdit ambonem, & legit quoddam mãdatum procurationis ſereniſſ.& inuictiſſimi Principis Maximiliani electi Imperatoris, datũ per ſupradictum dominum Matthæũ Gurceñ epiſcopum,locũteneñ. Cuius tenor ſequitur,& eſt talis.

MANDATVM MAXIMILIANI.

MAximilianvs diuina fauente clemẽtia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus,ac Germaniæ,Hungariæ, Dalmatię,Croatiæ &c. Rex, archidux Auſtriæ,dux Burgundiæ,Brabãtiæ &c. Comes Palatinus Hannoniæ &c. Recognoſcimus, & tenore prẽſentium notum eſſe volumus vniuerſis,cùm in prẽſentiarũ nos deſtinamus in Italiam & ad vrbem, venerabilem Matthęum epiſcopum Gurceñ, Principem, conſiliarium, & locum tenentem noſtrum generalem in Italia,deuotum ac dilectum, pro quibuſdam rebus noſtris ibì faciendis: Idcircò nos de ei⁹ dexteritate,ingenio,atq; rerum gerendarum peritia plurimùm confiſi,motu proprio,& ex certa ſciẽtia, ac animo deliberato fecimus,conſtituimus,creauimus & ordinauimus,ac tenore præſentiũ facimus,conſtituimus,creamus, & ſolenniter ordinamus præfatum Gurceñ Principẽ, & locumteneñ noſtrum procuratorẽ,actorem, ac negociorum noſtrorum geſtorem ſpecialem,omni meliori modo, via, iure & forma & ordine, quibus meliùs & validiùs de iure poſſumus & debemus,ad comparẽdũ pro nobis & nomine noſtro in ſynodo ſeu concilio Lateraneñ ſuperiori, per ſanctiſſimum in Chriſto patrem & D. dominũ IVLIVM II. ſacroſanctæ Romañ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem dominũ noſtrum ſanctiſſimum,de cõſenſu ſacri reuerendiſſ.dominorum Card.collegij indicto & denunciato, & illud approbãdum & proſequendum,& ſi & inquãtum opus foret, illud ad alium locum & aliud tempus trãsferendum, etiam ex toto tollendum, & extinguendum, necnon reuocandum, annullandum & irritandum,& penitùs delendum omnia & ſingula ea,quę per eccleſiam gallicanam in ciuitate Turonis eodẽ anno ſuperiori fuerunt acta,cõcluſa & deliberata,& ſimiliter ad reuocandum omnia & ſingula mãdata & procuratoria, ſi qua à nobis emanauerũt pro indictione concilij Piſani, quod nonnulli cardinales tunc indixerant, & idem conciliium Piſanum penitùs tollẽdum & extinguendum.Dantes & concedẽtes eidem Gurceñ Principi, locumteneti & procuratori noſtro, plenam & amplã poteſtatem gerendi & exercendi omnia & ſingula in prẽmiſſis, & circa ea neceſſaria & opportuna,iuxta dexteritatem ſuã,prout magìs videbitur expedire, necnõ ad faciendũ omnia alia & ſingula,quæ verus & legitimus & indubitatus procurator,liberam & generalem facultatem habens,circa præmiſſa facere poſſet,& quę noſmet facere poſſemus, ſi prẽmiſſis perſonaliter intereſſemus,etiam ſi talia forent,quæ mandatum exigerẽt magìs ſpeciale:ponẽtes dictum procuratorem noſtrum,quo ad prẽmiſſa, *totaliter in locũ noſtrũ.Inſupèr promittentes in verbo noſtro Cæſareo, & ſub bona fide noſtra, nos gratum & ratum habituros,quicquid p prẽfatum Principem locumteneñ & procuratorem noſtrum,in præmiſſis & circa ea cum omnibus ſuis dependentibus,emergẽtibus & connexis,actum,dictum,tranſactum,cõcordatũ ſeu concluſum fuerit,& nullo vnq̃ tempore cõtrauenire directè vel indirectè, aut quouis exquiſito colore vel cauſa, de iure vel de facto,etiam ſi de iure poſſemus. Supplentes prætereà omnes & ſingulos defectus tam iuris quàm facti, qui in præmiſſis aliquo modo poterunt euenire:Promittentes quoq;,vt ſi fortè mandatum iſtud ad aliqua per ſupradictum procuratorem noſtrum tractanda & concludenda ſufficiens non foret,q̃ nos oĩa & ſingula huiuſmodi *fataliter

tractata,& per ſupradictum procuratorem noſtrum ſic concluſa,rata,grata & firma habebimus & obſeruabimus,harum teſtimonio literarum,ſigilli noſtri appẽſione roboratarũ.Datum in ciuitate noſtra Imperiali Colonia,die prima mẽſis Septembris,Anno dñi 1512.Regnorum noſtrorũ Romañ. 27.Hungariæ verò vigeſimotertio.

Per Regem.
Ad mãdatum Cæſareæ maieſtatis proprium.

¶ Quo perlecto, ſurrexit præfatus reuerend.& illuſt.dominus Matthæus, & legit quandam ſchedulam manu propria ſcriptã, cuius tenor eſt talis:

SCHEDVLA LECTA PER Gurcenſem.

EGo vigore dicti mandati Cæſareę Maieſtatis clementiſſ.& inuictiſſimi principis,ad abolendum omñe ſchiſma, quod in ecclesia dei oriri poſſet,& etiam pro executione capitulorum concluſorum corã ſanctiſſimo D.N.reuoco quodcunq; mandatũ qualitercunq; conceſſum conciliabulo Piſano,& ꝓcuratores quoſcunq;,qui in dicto conciliabulo interuenerunt, & omnia acta & agenda per illud conciliabulum, quę declaro irrita & nulla nomine præfatæ Cæſareæ Maieſtatis,& adhæreo ſacro & canonico Lateraneñ concilio,Eccleſiam vniuerſalem repræſentanti,ritè & legitimè congregato.Declaro etiam,maieſtatem Cęſaream nunquam dediſſe mandatum ad præfatum conciliabulum.

Et declaratione facta,præfatus dominus Matthæus Gurceñ acceſſit cum ea, qua decuit,reuerentia ad præfatum S.D.N. & deoſculatus eſt pedes eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri,comitãte eum dicto illuſtri domino Alberto de Carpi, præfatæ Cæſareæ maieſtatis Oratore. Quibus peractis,magiſter Marianus de Cuccinis,procurator fiſci & præfati Concilij procurator,petijt à protonotarijs & notarijs Concilij publicum & publica fieri inſtrumentum & inſtrumenta dẽ omnibus ſupradictis &c.

Deinde diſcretus vir Petrus Mengiuar ſanctiſſimi D.N.curſor,retulit coram prefato S.D.N.ſe,inſtante præfato magiſtro Mariano de Cuccinis procuratore, ad portas ipſius concilij citaſſe & monuiſſe omnes & ſingulos prælatos, & alios tam Eccleſiaſticos quàm ſeculares,qui in concilio intereſſe conſueuerunt, vt comparérent ad intereſſendum ſacroſancto cõcilio. Reſponſione facta,idem magiſter Marianus accuſauit eorum contumaciam. Demum reuerẽd.pater dominus Petrus Gryfus epiſcopus Foroliuien,aſſcendit ambonem,& legit quandam ſchedulam tenoris infraſcripti.

BVLLA TERTIAE SESSIONIS ſacri Generalis Concilij Lateranenſis.

IVLIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio ad illius, cuius perfecta ſunt opera,laudem & gloriã, ſacrum Lateranenſe concilium proſequentes,in hac tertia ſeſſione Spirituſancto fauente legitimè congregata,quam aliâs tertio Noñ. Nouemb.proximè præteriti faciẽdam in ſecũda ſeſſione indixeramus,& deinde de venerabilium fratrum noſtrorũ S. R.E.Card.conſilio vnanimique aſſenſu,in hodiernum diem tenendam,ex certis tunc expreſſis &alijs legitimis cauſis,,progauim⁹ & indiximus, eodem ſacro concilio prorogationem & indictionẽ huiuſmodi ex cauſis præfatis ſibi notis approbante, poſt felicẽ fauſtamq; charisſimi in Chriſto filij noſtri Maximiliani romañ Imperatoris electi ſemper Auguſti, huic ſacroſancto Lateraneñ concilio veram adhæſionem & ſynceram vnionem,omnia & ſingula per damnationis alumnos Bernardinũ Caruaial,Guillelmum Brizonet,Renatum de Pria, & Fredericum de ſancto Seuerino olim Cardin. eorumq; fautores, adhærẽtes, complices & ſequaces,ſchiſmaticos,hæreticos,& in ſuam ac aliorum perniciem debacchantes,vnitatẽ ſanctæ matris eccleſię ſcindere ſatagẽtes, in cõciliabulo Piſano,Mediolani,Lugduni, vel alibi,ꝗcunq;,quotcunq;,& qualiacunq; fuerint, etiam decimarum impoſitiones in vniuerſo regno Franciæ per eos factas,quorum tenores & qualitates, acti præſentibus de verbo ad verbum,nõ autem per clauſulas generales inſererẽtur,pro expreſſis haberi volumus,vſq; in preſentem diem acta, geſta & facta,cõſcripta & publicata ſeu ordinata,& in futurũ forſitan gerenda,quanuis ſint nulla,irrita & inania,& à nobis,præfato concilio ſacro approbante,damnata & reprobata fuerint, potiori pro cautela damnationi & reprobationi huiuſmodi inhærendo, eodem ſacro concilio approbante, damnam⁹,reprobamus & deteſtamur,illaq; nulla,irrita & inania,nulliusq; roboris,efficaciæ,effectus vel momẽti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus.Necnõ literas noſtras,per quas (propter receptiones, fauores,adhærentiam & auxilium, per regẽ Fráciæ & nonnullos alios regni Franciæ prelatos,officiales,nobiles & barones ſchiſmaticis & hæreticis in dicti conciliabuli Piſani damnati & reprobati proſecutione notoriè præſtita) regnum Franciæ,& præſertim Lugdunum,ducatu Britãniæ excepto, ſub data videlicet,romæ apud ſanctum Petrũ anno incarnatiõis dominicæ milleſimo quingenteſimo duodecimo Idibus Auguſti.Põtificatus noſtri anno nono, de fratrum prędictorum conſilio, Eccleſiaſtico ſubiecimus interdicto,nundinasq; Lugduni fieri ſolitas,in Lugduno extunc decæterò fieri inhibuim⁹:dictasq; nũdinas in ciuitate Gebennẽ

benneñ faciendas trãſtulimus, cum decretis,declarationibus, inhibitionibus, omnibusq; & ſingulis in eis contentis clauſulis, ſimiliter ſacro cõcilio prædicto de illis plenariam notitiam habente ac approbãte, innouamus:Regnumq; præfatum,(vt prefertur) illiusq; ciuitates,terras,oppida, & loca quæcunq; huiuſmodi interdicto ſubijcim⁹, ipſas nundinas ex Lugduno in ciuitatẽ prefatã Gebenneñ faciẽdas trãsferimus. Et vt ſacrũ hoc Lateraneñ cõcilium ad finẽ vberrimę fertilitatis deducatur, aliaque plura & grauia in hoc ſacro Lateraneñ concilio tractanda & diſcutienda,veniant ad Dei omnipotentis laudem & Eccleſiæ vniuerſalis exaltationem,quartã ſeſſionem continuationis celebratiõis ipſius,quarto Idus præſentis menſis Decembris faciendam, ſacro cõcilio præfato omnia approbante, indicimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ proſecutionis, voluntatis, damnationis; reprobationis, deteſtationis, decreti,declaratiõis,innouationis, interdicti,trãſlationis & indictiõis infringere, vel ei auſu temerario contraire.Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis dei,ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum.Datũ Romę in publica ſeſſione,in Laterañ ſacroſancta baſilica ſoleñiter celebrata,anno incarnationis dominicæ 1512.tertio Noñ. decemb.Pontificatus noſtri anno 10.

D. de Comitibus.

¶ Qua quidem ſchedula(vt prędmittitur) perlecta,idẽ reuerend. pater Petrus epiſcopus petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in dicta ſchedula. Et omñes & ſinguli reſponderunt, placere contenta in dicta ſchedula. Fuit inſupèr indicta quarta ſeſſio quarto idus præſentis menſis. Et hæc fuerunt pro tertia ſeſſione. Super quibus idem magiſter Marianus de Cuccinis procurator petijt inſtrumentum & inſtrumenta &c.Et incepto per ſanctiſſimũ D.N. glorioſo hymno,Te Deũ Laudamus, & capella proſequeñ, & vſq; ad finẽ perducto, ſanctiſſimus D.N.cum Cardin. & alijs prælatis receſſit,& venit ad ſanctum Petrum in palatium Apoſtolicum in Vaticano.

IVLIO HVIVS NOMINIS Secundo Pontifici Max. Alexius epiſcopus Melfitanus affectiſſ. famulus, S. D. P. perpetuamq; felicitatem.

NOn me præterit,ſapientiſſ.Pont.parũ pij minusque grati erga Deum animi eſſe,quicquam ex ijs,quæ nobis contingũt. alij cuipiam,quàm illi eiusq; abſtruſo iudicio tribuere.Propterea quæ fortunam & fatum appellãt,aut nulla eſſe, aut ſi qua ſunt, ego quidem illi ſubijci ſentio: tantumque ſideribus tribuo, quantum eſt, quod nihil ex eius potentia detrahere poſſit. Veruntamẽ & D.Auguſtinum, diuinarum humanarumq; rerum interpretem eminentiſſimum,cauſas fortuitas non eſſe nullas, ſed latentes aſſerere,& mihi plurima & grauiſſima infortunia ab ipſis ferè ſtatim incunabulis accidiſſe,eoque grauiora,quo præter omnẽ ſpem opinionemq; incidẽre,ſat ſcio. Quibus illud quoq; tanto magis annumerauerim, quanto nihil ego enixiùs curo, q̃ ne quid à me vel dicatur, vel fiat, quod tibi non placeat. Iuſſus itaque à te, vt in tertia tui ſacri apud Lateranum Concilij ſeſſione concionarer,nec ignarus maxima vocis & laterum,& eadem vel minori fortaſſe diſciplinarum inopia laborare,nihil horum,quo rem euitarem,cauſatus ſum, temerarium & non minùs ſtolidum arbitratus, quicquam de ijs tuo præcepto opponere, q̃ tibi quoq; nota eſſe viderentur.Prætereo, quæ poſteà ſuaſere,vt rem iam præparatam & intermiſſam ſententia mutata reſumerem, quòd & hæc ex ipſa oratione facilè percipere poteris,& epiſtolæ ad diem ipſius cõcionis properandum eſt.Fuit hic tertio Nonas Decẽbris,cùm ſol longiſſimè à nobis recedẽs, & nos obliquus reſpiciẽs, dum paruam hemiſphærij noſtri partem ambit, dies breuiſſimos reddit. Cumque ad ea, quæ in ſynodo agenda erant,vix totus ſuffecturus videretur,res vel potiùs neceſſitas ita tulit, vt eodem ante omnia Lateranum tibi è Vaticano eundum eſſet.Per properandi igitur curam magna ex parte ſomno excuſſo,nos ferè antelucanos præſtolandi proſequendiq; tui gratia Vaticanum deduxit: vbi antequàm exires,tanta vis imbris procelloſi inhorruit, vt diuturnam ſerenitatem,quæ nobis ociosis præceſſerat, iter facturis reſarcire velle ſibi videretur.Exiſti tamen,quę tua cõſtantia eſt,& procella pauliſpèr ceſſante, totum ferè iter pluuioſum perfecimus.Itaq; membra,quæ natura tegi non patitur,aqua,vento & anni tempore gelida, cætera veſtibus prælongis & madefactis grauata erant. His maximè impeditos,mulis deſcendẽtes cœnum excepit,ex cœno ſitibundos, famelicos,feſſos,madidos, implicitos, cœnulẽtos & ſomnolentos,ędes vaſtiſſima nulla teſtudine,ſed tignis tecta,& crebris tranſennis, per quas magnæ naues tranſmitti poſſent, patẽtiſſima:eadem multitudinis hominum & murmuris, ſtrepitus ac lamẽtorum ex incommodis oriẽtium, algoriſque plena. Sic affecto miſero mihi, & innata (quod dixi) vocis & corporis imbecillitate laboranti, à tot incommodis circunuento, vento, imbre & procella crepitantibus, & murmure, tecto & tranſennis templi verba intercepturis,concionandum erat. Inſupèr ſuggeſtum aſſcendi, ſicut eregionè trãſennarum altiſſimarum ac latiſſimarum, ſic à te, ad quem labores meos & verba direxerã, longè,iuſſu quidem tuo, ante inceptam ſynodum poſitum, quo magis multitudinis au-

dituí, quàm tuo, cõsuleretur. Omitto, quòd quidam ad suum commodum cuncta trahentes, ita tunc quoq; ad reddendum Deo & iustitiæ debitum, se difficiles durosque præstitere, vt sicut te, multosq; ex patribus per totam ferè sessionem solicitos, ac suspẽsos tenuere, ita me quoq; in actiõis medio
for. * turbaturi *turbabundi viderentur. Super his mitra caput, parùm eius hyberna infula tecti capax, sic angebat, vt magìs nuperrimè simul omnes in itinere sub imbre ad Lateranum, quàm ego tũc sub illa ad orationis calcem properarem. Sed sicut quondàm toti Græcię belli, ita tunc mihi huius mali Paris causa erat. His ergo tot simul factum est, quorũ vel vnũ suppetijsset, vt nec tu, nec pars maxima sacri senatus & patrum audire me quiuerit. Quamobrem hæc mihi posteà singula memoria repetenti, nec dijudicare queunti quìs minùs fecerim satis, illísne, quibus ita me affectum & properãtem locus audire permisit, an quibus id ex parte vel omnino negauit: expedire visum est, magnis etiã viris id suadentibus & amicis flagitantibus, vt institutum transgrederer, & orationem impressoribus darem, quo & omnibus qui affuerant, hac saltem ratione facerem satis, & longè pluribus tacẽdo prodessem, quàm dicendo profueram. Si tamẽ ea sit, vt quod eius initio maximè optaui, aliquibus cõferre possit. Tua beatitudo, si id ei cumulus & magnitudo cogitatiõum ac rerum agendarum permiserit, ita leget, vt omnem fructũ laborum meorum in eo maximè versari existimet, vt à te vno probentur.

ALEXII EPISCOPI MELFITANI oratio, quam habuit in tertia sessione sacri Lateranensis concilij, iussu IVLII II. Pont. Max.

MAximè vellem, atq; optarem à Dño Iesu Christo, in cui' nomine (vt par est credere) te duce, beatissime pater, hic sacer senatus, præclarus Procęsar, insignes reguli, Cæsaris, regum, & aliorum Principum oratores, ornatissimi præsules, & cæteri, qui adsunt humanissimi viri, huc hodiè conuenere, vt eadem synceritate pietateque mentis qua ego erga beatitudinẽ tuam, vniuersam Ecclesiam, & horum singulos sum verba facturus, omnes præsentes atque absentes, quibus celebrandę synodi onus incumbit, rem tam salubrẽ & perneccssariam agẽdam suscipiant, suo tempore agant, & ad finem perducant. Mihi verò post annos octo & quadraginta, quibus maxima ex parte in hac aulica luce, in sacro tuo, aliorumq; summorum Pontificum, & vestro Patres, mihi iucundo venerandoq; conspectu versatus consenui, huius saltem susceptì hodiè muneris labor optatũ pariat fructum, vt sacrosanctæ matri ac alumnæ Ecclesiæ, si non omnino, (neq; enim tanti me facio) vel aliqua ex parte conducat. Et quoniam, vbi facto opus est, compertum habeo, parùm verba proficere: & sicut rectam valetudinem non conferri, ita nec res magnas solis verbis confici posse: præcipuè verò ratione, & eius ministris mente ac lingua, nos à cęteris animantibus differre: sed his tantis naturæ bonis ita quosdã abuti, vt rarò admodùm vtantur cõcordia mentis & linguæ, sed plerunque aliud habent in ore, aliud in corde, quæ ferè sola sunt instrumenta consilij: hoc autem morbo vbiq;, sed præsertim in synodo, re omnium, quæ ad religionem & præsentem futuramq; salutem hominũ pertinent, maxima, cum ingenti discrimine vtriusque salutis laborari: me denique in tanti morbi, tamque magnæ rei, & imbecillitatis meæ cogitatione penè deficere. Summus ille artifex mẽtium illustrator & author inuocetur, qui & extinctas eas accendit, & accẽsas inflammat, & ab illis ora dissonare nõ patitur, quique in igneis linguis apparuit, & Act. 2.
ora infantium fecit diserta. Veni creator spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, quæ tu creasti pectora. Vtinam tuos, Domine, vtinam tuos tuæq; gratiæ capaces nos reddas. Hoc ergo duce, quod ipse concedat, quàm breuiùs mihi fieri poterit, de concilio deque Ecclesia differendũ est. Et primò altiùs earũ primæua figura & origine repetitis, mixtim etiã incremento, maiestate, potestateq; ostensis, necnon vtilitate & commodo, quæ ex eis humano generi proueniũt, ex parte enumeratis, postremò, mutatæ à me sententiæ reddita ratione, dicendi faciam finem. Per hæc enim, etsi pro rei magnitudine paucissima parumq; ornata, opitulante illo, qui & publicè ab omnibus, & priuatim à me inuocatus est, siue rationibus, siue exemplis, siue authoritatibus innitẽdum procedendumq; in synodo fuerit, rectè omnia consuli, & consulta rectiùs decerni, & decreta rectissimè executioni mandari, quàm facilimè poterunt. Cùm Redemptor & Legifer noster hominem, paruum mundum, collapsum erigere ac instaurare cum suis Patre & Spiritu statuisset, nec in opere discedere à prima eius productione, cui etiam totam Trinitatem affuisse, per verbum, FACIAMVS, perspicuum est, cùm in cæteris rebus, quãtunuìs bonis, multis ac magnis, creãdis, DIXIT, ET VIDIT, de eo singulariter à Mose proferatur: quòd Genes. 1.
& in Iordane amni, per sacri ac salutiferi lauacri institutionem, & in patefacienda, pro capacitate visurorum, gloria sua super montem Thabor tribus, & non paucioribus, di- Matt. 17.
scipulis, qui eum comitabantur, & passim per totam legis traditionem, & demum in corroborandis instruendisque discipulis per Spiritum sanctum, in eius nomine à Patre missum, plenius declarauit: rediturus ad patrẽ, & à terrenis ad cælestia corpore transcensurus, ita duodecim discipulos (& orã- Ioan. 17. b
do pa-

Ioan. 17. do patrem, Fac, inquiens, Pater, vt hi vnum sint, sicut & nos vnũ sumus: & eos monẽdo,
Ioan. 13. d In hoc, inquiens, scient omes, vos meos esse discipulos, si vos mutuò dilexeritis) institutos reliquit, vt capiti, quod in primis suas vices gerere voluit, reliqui vti mẽbra connexi, per totiès repetitum præceptũ mutuæ charitatis & pacis, vnum corpus cõplerent. Et quod vas electionis Paulus ait, Singuli
Rom. 12. b eius membra & aliorũ alij, vt vnius corporis partes forẽt: quod etiã à duobus & septuaginta pariter ab illo electis, & ab alijs, qui ad fidem vndiq; quotidiè confluebant. Multitudinis (inquit Lucas) erat cor vnũ & ani-
Act. 4. f ma vna, & à posteris per traditionẽ vtriusq; ordinis, & curam eorũ, qui illis succeſſere, q̃ diligentissimè obseruatum fuisse, omnibus, qui historias euoluerint, plenissimè cõstat. Et deinde per inauditam & incredibilẽ cõstantiam & fortitudinem eorum aliorumq; Martyrum, & victorias de sæuissimis tortoribus partas, religione longè lateq; per totũ orbem diffusa, & Ecclesijs pro conditione locorũ & temporum super regiões vel prouincias constitutis, & eisdem præter mãdatum exemplumq; Principis, naturę quoque ratione edoctis, res omnes disiunctas per se
Cõcordia res paruas crescere, &c. imbecilliores fieri: coniunctas verò, validiores: singulæ suæ saluti diuturnitatiq; consulentes, id ipsum sedulò seruare curârunt, dum annis ferè singulis capite citiùs cũ suis membris in locum oñibus tutum & commodum coeuntibus, q̃ corripi emẽdariq́ue oporteret, accuratiùs pẽsitata atq; discussa, ad incrementum omnia, cõseruationemq; religionis, publicam honestatẽ, bonos mores, animarumq; salutem redigebantur. Interdum etiam, cùm res exigeret, sua cuique iura quasi municipalia, p̃ salute proprij gregis & cõmodo statuebant. De rebus verò põderosis & dubijs summũ caput, vt communis omnium magister & doctor, consulebatur. Quo fiebat, vt si quãdo hęresis vel alia res grauis & pernicioſi exempli alicubì oriretur, præsertim quę religiõem & publicè leges offenderet, ad illã euestigiò reprimendam, patres vndiq;, præcipuè tamen p̃batissimi, eruditissimi, ac integerrimi quiq; accersebantur, & ad locum tempusq; aptũ, à capite delectum, & ab ipsis approbatũ, cõueniebant. Vbi non minùs ardentissima dilectione in Deum, q̃ mutua inter se & erga proximũ, quod est vniuersum genus humanum, charitate oñia simul prospicientes, & singula sedulò scrutantes & ponderantes, vt, quæ ad omnes pertinerent, ab omnibus reciperentur vel eliminarentur, quæ infringenda dijudicassent, pro irritis & inanibus: quæ verò probanda, p venerandis sanctisq; ab omnibus habebantur: & ita eorum consultis atq; decretis publicè ab orbe vniuerso parebatur, vt vel si plures mundi (sententia Democriti) essent, eorum iussis obtemperaturi viderentur. Hac ratione sacre synodi malis erant metus, bonis spes, vitijs pœna, virtutibus præmiũ, laboribus quies, studijs fomes, incrementũ iustitiæ. Hac ratione turbulentissimę, seditiosissimę, ac perniciosissimæ hæreses extinctę deletæq; fuere, & fide sacrosanctaq; religione enucleata & explicata, earumq; capitibus & articulis stabilitis, mundus, expulsis errorũ tenebris, eã aliquandiu totus retinuit, in qua nunc breuis ei' angulus luce ambulat veritatis. Hac ratiõe tot sacri & saluberrimi canones, duces præstantissimi ad benè beateq; viuendũ, & ad temporaneam comparandũ, æternamq; salutem promerẽdum, per ipsas synodos sanciti conscriptiq;, fuere, quibus non minòr fides & authoritas, q̃ipsis euangelijs attributa est: & quorum, si q̃ à nobis ratio curáve haberetur, ad has sordes fœditatẽq; morum, ad quas per eorũ contemptũ & cõciliorũ intermissionẽ deuenimus, non vtiq; deuentũ fuisset. Hac ratione Vrbanus Põt. huius nominis secũdus, synodo habita, totum ferè Occidentẽ excitit, & numerosissimæ ac potentissimæ expeditionis illius author factus, Antiochiam & Hierusalẽ p̃clara Ecclesiæ mẽbra, & alias insignes vrbes & Regna cũ ingenti gloria recepit. Et post eũ, ne amitterentur, Paschalis & Gelasius Põt. supplementis, cõmeatu & pecunia exercitui in Asia subueniri fecere, & Calistus huius nominis secundus, non ingẽtorum patrum, qua nullus ante & post eũ frequentior est vsquã, in hoc ipso Laterañ ad idẽ opus synodũ habuit, vbi tu quoq; beatiss. pater, hui' & aliorum exemplo, & recto (vt par est credere) animo, hanc edixisti, quod bonũ, faustũ, felixq; tibi, vniuersæ Ecclesiæ, & nobis omnibus sit, & ad eundem per illos moueris effectum. Hac ratiõe cùm alij, tùm Innocẽtius hoc nomine tertius, qui etiam Laterani ad hoc ipsum quingentorũ paulo minùs patrum concilio interfuit & p̃sedit, tanta authoritate fuere, vt Imperatorem, & reges Galliarum, Hispaniarum, & Neapolis ad idem properandum cõpulerint. nec p̃terea ratiõe Imperatores pedibus nudis, nõ breui spatio per niues curſim ante mœnia procumbentes, & alij ad pedes Pontificũ inermium certè, ac sola innocentia munitorum prouoluti, eorũ veniam precabantur. Macti virtute & verè felices Pontifices, quibus tãtum vltrò à summis etiã Principibus venerationis & verecundię pendebatur: felicióres Principes, qui in personis hominũ tantum Deo timoris cultusq; exhibere nõ hęsitabant. Felicissimi & hi & illi, qui depositis odijs, sic ad mutuã dilectionem conuertebantur, vt alterorum alteri quãlibentissimè onera ferrent, quo lex redẽptoris p vtrosq; adimpleretur, quiq; non ex potentia licentiam, sed contrà ex licentia potentiã pensitabant: nec quod sibi placeret, sed quod of-

bus expediret: quodq; deceret, nõ quod liceret prospicientes, anteponebant. Deniq; qui ex maioribus, nõ eos, quos & ipsi antegerendum magistratum & oẽs boni vituperarent, & reprobarent, sed quos scirent omi laude cõmendationeq; dignos, imitandos sibi & superandos pro viribus proponebãt. Sed quid ego his sideribus immoror, quæ, quanuis per se micarent, magna ex parte ab alijs lumen mutuata fuere, & nõ ad illas fulgetissimas stellas recurro, qui ita perpetuò vixere, ita varijs modis pro fide, proq; Ecclesia certauere, ita deniq; toti Deo dediti, gratiam eius promeruere, vt facilè affirmauerim, multa illum propter eorũ merita suamq; patientiam sustinere, q̃ per suam iustitiam nequaq̃ sustinuisset? quis enim qui eorum facta vel dicta vel scripta scrutari voluerit, non inueniet vel primos illos tres & triginta à Petro Melciadem vsq; vno tenore & viuendi summa cũ temperantia, & gerendi magistratum summa cum sapientia, & subeundi quouis pericula pro fide proque Ecclesia summa cum fortitudine, denique migrandi à temporanea vita ad ęternã summa cum alacritate & gaudio, ita certasse aduersus Romanũ Imperium, & reliquas orbis terrarum nationes & vires, vt nõ modò illis inuitis & impugnantibus Ecclesiã, pro qua certabant, suo sanguine solidauerint, dilatauerint & extulerint, sed ita ipsos quoque hostes orbis domitores & armis insuperabiles deuicerint, vt sibi corona victoriæ, cæliq; regno per martyrium cõparatis, illos illorumq́ue successores Ecclesiæ iugo ęternùm subegerint? vel subsequutos à Siluestro ad splendidissimum sidus Gregoriũ Gordiani, totidẽ quidem numero, quantus alio rerum cursu tenoreq; certandi, persequutione Ecclesiæ per Christianos Principes in fauorẽ protectionemq; conuersa, ita & præcepta sui Principis seruantes, & exempla maiorum sequentes, dignitati incremẽtoq; religiõis & Ecclesiæ consuluisse, vt ipsi quoq; omnes, sicut priores, iure optimo in diuorum numerum sint relati. Tãtum præterea pietate, ingenio, disciplina, moderatione, & oñi virtutis genere valuisse, vt cùm ipsi, tum eorũ imitatione posteri quoq; immanissima hominum mõstra vel potiùs sæuissimas feras, Gotthos, Vandalos, Longobardos, & alios huiusmodi, eorumq́; Reges vsq; adeò leniuerint, vt ex truculentissimis cicures mansuetosq́; reddiderint: denique labore, inedia, siti, vigilijs, continentia, stũdio iustitiæ, & illiciti abstinentia lucri, hãc, quam videmus, amplitudinem & opulentiã nobis cõparauisse, per quas delicijs quotidiè magis inuoluimur, & opibus penè insanimus. O felix seculũ, quod illos viros non morbum (vt alios) rebus Ecclesiæ, sed eius morbis & periculis p̃sentaneum remedium attulisti. O te Ecclesiã tui sponsi gratia plùs q̃ prudentissimã, quę ita tuis primordijs cõsuluisti, vt tales tunc, nõ quales postea multis temporib' experta es, rectores defensoresq́; haberes. O solum tunc tẽtè beatissimum, q̃ reuerenter te intueor, osculorq́; gestio, q̃ illos & tulisti, & aluisti, & magna ex parte produxisti. Postremò quis est, qui hoc etiam cogitatione auctę vel cõseruatę, cùm in Occidente sum in Oriente, Ecclesię nõ perpenderit, ita vtranq; partẽ patres earum instituisse, vt si qñ forte inter se dissentirent, acuendi potiùs ingenia studio, & pficiendi fidei perspicuitatem, q̃ peruertendæ causa veritatis, nec quoq; modestiori quadã æmulatione vtraq; abstineret à vitijs, & bonis moribus inhæreret, & ambæ pariter ad religionis conuersationem proficerent? quod *quandò tunc valeret, donec pstari potuit, satis & Roma olim deleta Carthagine, & ab annis aliquot Occidentalis Ecclesia, Orientali collapsa, sicut experta est, ita mẽbra eius, q̃ rectè viuũt & sentiũt, nõ serò pœniteret. Digna profectò res, quę à multis accuratiùs cogitetur, & ante oẽs à te, beatissime pater, qui mancã & imperfectam felicitatem tuã putare propterea sæpè visus es, q̃ earũ vtriq; pariter totiq; orbi, quod tuæ sanctæ sedi datũ est, nõ simul p̃sideres. Eat nũc quispiã, & Zoroastrẽ vel Trismegisthũ, vel Phoroneum, vel Pisistratum, vel Lycurgum, vel Solonem, vel Numam Põpilium, vel alios, non dicam cum legifero redẽptoreq́; nostro, sed vel cum ipsis seruis eius, psertim quos dixi sex & sexaginta, conferat: quos ille ita partitus est, vt æqua portiõe & plùs q̃ miranda ratione, & primi cõfitendæ tuendæq́; veritatis pascendarumq́; ouium curã martyrio, & secundi eadẽ cura voluntatẽ martyrij terminarent, & alterutri suo numero annos eius tẽporales æquarent, vel alijs Occidentalis & Orientalis ecclesię luminibus anteponat, qui vltra lucem veritatis, vita etiã, moribus, institutis, scriptis & pceptis lógissimè illos excelluere, & demum tantum authoritatis & ipsi cõsequuti, & successoribus impertiti sunt, vt non pcepto vel imperio, sed nutui eorum subijci, omes felicitatis loco haberẽt. Multa grauiter & copiosè præco Christi egregius, eruditissimus vir Aegidius Viterbien, de ratione cõciliorum, deq́; accepto detrimẽto per intermissionem, & vtilitate per frequentationẽ eorum consequenda, disseruit prima oratiõe, qua hoc sacrum est auspicatus Concilium; aliquanto plura Thomas Caietanus, philosophicæ ac Theologicæ rationis vtì peritissimus, ita disceptator acerrimus, de triumphante ac militante, deq́; Pisana (vt ipse appellat) Ecclesia. Non paucis etiam pśul Spalatensis, disciplinarum, quas dixi, nõ vulgaris professor, sua cum Turcis prælia pro defensione cõmunis tecum gregis initia descripsit, Beatissime pater. Ego quoq; perbenignè

Primorũ Pontificũ virtus ad quid posterioribꝰ cõducat.

i. terra

Locus obscurus.

nignè à te iussus, vt idem onus subirem, & humanissimè monitus, ne his mihi præuijs factis longissimo cedere interuallo, pro viribꝰ multa de synodis earumq́; definitiõe, appellatione, origine, causis, numero, conatu & fine, multa de prauis sectis siue hæresibus, multa de Apostolis, de Martyribus, & de singulis diuorum ordinibus, de cõparatione bonorũ piorumq́; sacerdotum cum diuinis spiritibus, de Siluestro Põt. de Cõstantino principe, de prima synodo & eius 318. patribus, omnibus in diuorum numerũ relatis, & de reliquis vniuersalibus synodis singulatim, & alijs memoria dignis, multã distinctè, de vniuersa triumphante ac militante Ecclesia, deq́; lœtifera sibi & alijs turba Pisana, malis consilijs & artibus nixa, & in caput suum more gigantum, cõspirationis furijs ac insidijs agitata, & à te q̃ prudẽtissimè per veri ac legitimi concilij edictionem, confusa & enervata: vbi de te quoque non pauca, seruato tñ modo, ne laco natus, & in concilio constitutus, Principi, & meo, & viuo, & præsenti, ac de me bẽemerito, assentari viderer. Post hæc de p̃sentis synodi ratione pro cursu nostrarũ rerum ac tẽporum, in quo, cũ ad leuamen fortassis aliarum multarum & ingẽtium Christiani nominis cladium, hoc saltem Deus cõcesserit, q̃ hæresibus, q̃ vtplurimùm causæ Conciliorũ fuere, nec publicè nec impunè laboramus, reliquum foret decernere, vt instaurationi ac propagationi religionis in hoc perangusto Europæ angulo per discordias & ignauiam coarctatæ, magna virium parte incumberetur. Sed quoniã tanto operi frustrà insisteremus, nisi priùs Deus iratus nobis placaretur, qui in tanta corruptiõe morum & bellorum, ac simultatum culpa cõstitutis placari nõ posset, & propterea multis & acriter in mores, & pleraq; flagitiorũ & scelerum, pcipuè tñ in pernicioſam ambitionem, pestiferã omnium rerum venalitatem & luxum intolerabilem, & innumera detestanda quęstus & nefanda libidinis genera, & execrãdas lusiones diebus sacratissimis, earumq́; comites blasphemias nõ ferendas inuecturus, mala etiã cõsilia, mutuas fraudes, & cupiditatẽ rerum alienarum, ex quibꝰ discordias & bella intestina oriri, foueriq́; constat, & sequissimas Christianorum inter se trucidatiões, ac tanti effusi sanguinis, cuius dimidio minùs ad profligandum cõmunem hostem suppetijsset, causas detestaturus, & idcircò de morum corruptione & culparum inhibitione, de tollendis vndiq; discordijs, & pace vbiq; inserẽda, deq́; salutifera in cõmunem Christiani nominis hostem expeditione, & eius in præsentiarũ occasione nõ pauca, postremò te in primis, tuorũ verborũ nõ immemor, & deinde Imperatorem & reges singulatim ac nominatim, & alios principes & populos Christianos, ad illam (quòd sperabã nõnullos eorũ affuturos) hortaturus: multa (inq̃ de his, & q̃ ad ea pertinẽt, iam literis & memorię mandata, dicẽda, & tribus vix horis absoluẽda. parui. Sed vbi animaduerti, q̃ parũ vel Aegidij mei, paucis vel nullis eorũ, q̃ ad Concilium expectabãtur, superueniẽtibus, verba profecerint, vel Thomæ, ęcclesia, & si nũc egregiè per te renouata, in meliori spe constituta, maximè Cęsare in tuũ sanctũ fœdus recepto, tunc certè adhuc fluctuãte: vel Spalatẽsis, puersè nõ in Turcas, sed inter Christianos bellis feruentibus: cõcidi præ indignatione (fateor) animo, etiam hoc ex parte vel tuę sorti, p Maiestatis celsitudine & felicitatis immensitate, vel mee, pro exilitatis humilitate, vel vt rectiùs dicam, temporis & hominũ peruersitati adscribęs, q̃ cũ tãdiu tamq́; vehemẽter Concilium inuocarẽt & cuperẽt, nũc inceptũ, etiã vocati & iussi, postponũt: multorũ dierũ ac noctiũ labore vigilijsq́; abiectis, valereq́; ad tẽpus vel ppetuò iussis, ne loco prẽmij risum, vt ad tẽpus minùs pertinẽtes, reportarent, q̃ ad absentes nõ parua ex parte pertinebat oratio: mutata sẽtentia, his paucis apud te, corã sacro senatu & his patribus agendũ putaui, cuius & potestatẽ suprẽmã, & cõputati cum alijs, numerum 120. explere, & authoritatẽ & sapiẽtiam in quacunq; re maximã noui, & volũtatem ad omnia, q̃ in concilio agenda, tractanda, complendaq́; sunt, propẽsiorẽ esse par est. Quòd si id minùs ex voto, & tua vel aliorũ sẽtentia cesserit, & quod initio pollicitus sum, in repetẽda primæua figura vel origine conciliorũ & Ecclesię, & earum incremẽtõ, maiestate, potestateq́; declarãdis, vtilitate etiã & cõmodo, quas oĩbus conferunt, recẽsendis, deniq; in reddenda mutatæ sẽtẽtiæ ratione, parùm fortasse fecerim satìs, in primis à tua beatitudine, & deinde à cęteris oĩbus veniã peto. Et vt in eo meritò desinã, à quo incepi, tu sancte Spiritus adsis, & ita meis faueto votis ac precibus, vt q̃ tibi grata, summo Pontifici, vniuersæ ecclesię, & cum suis Principibꝰ toti generi Christiano, & dignirati concilij profutura sunt, ipsi Põtifici & his patribꝰ decernẽda inspires. Qui cũ patre & filio in vnitate perfecta viuis & regnas in secula seculorũ. Amen. Dixi.

Locus obscurissimꝰ, quales in hac oratione cõplures.

SESSIO QVARTA.

ANno à natiuitate dñi 1512. indictiõe 15. Pont. S.D.N. Iulij diuina prouidentia Papę secũdi anno 10. die verò Veneris, 10. supradicti mẽsis decẽb. fuit celebrata quarta sessio in ecclesia Laterañ de vrbe, p̃sente & p̃sidente p̃fato sanctissimo D. N. Iulio in loco cõsueto. Et fuit celebrata Missa Spiritus sancti per reuerendiss. in Christo patrẽ & dñm, dñm Nicolaum tituli S. Priscæ presbyterum Card. de Fliſco vulgariter nũcupatũ. Fuerũt p̃sentes infrascripti reuerẽdiss. dñi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi,

& episcopi, ac abbates, & magistri ordinũ, oratores Principum, & alij illust. domini, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendissimus dñs Raphael Ostien. S. Romanæ Ecclesiæ Camerarius.
Reuerendiss. D. Dominicus Portuen.
Reuerendiss. D. Iacobus Albanen.
Reuerendiss. D. Marcus Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigonien.
Reuerendiss. D. Nicolaus tituli sanctę Priscæ, de Fliſco.
Reuerẽdiss. D. Robertus tituli sanctæ Anastasiæ, Nanneten.
Reuerendiss. D. Leonardus tituli sanctæ Susannæ, Agennen.
Reuerendiss. D. Sixtus S. Petri ad Vincula, S. R. E. Vicecancellarius.
Reuerẽdiss. D. Christophorus tituli sanctę Praxedis, Anglicus.
Reuerendiss. D. Antonius tituli sancti Vitalis, Sipontin.
Reuerendiss. D. Petrus tituli sancti Eusebij, Anconitan.
Reuerendiss. D. Achilles tituli sancti Sixti, Bononien.
Reuerendiss. D. Bandinellus tituli sanctæ Sabinæ, de Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerẽdiss. D. Alexander sancti Eustachij, Farnesius.
Reuerẽdiss. D. Ludouicus sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Aragonia.
Reuerendiss. D. Marcus S. Mariæ in Porticu, de Cornelijs.
Reuerendiss. D. Alphonsus S. Theodori.

PATRIARCHAE ET ASSIstentes Papæ.

Reuerendus pater D. Cæsar Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Alphonsus Antiochenus.
Reuerẽd. P. D. Bernardus Spalaten.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitan.
Reuerend. P. D. Fredericus Salernitan.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachien.
Reuerend. P. D. Franciscus Iadren.
Reuerend. P. D. Franciscus Vincentinus.
Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentin.
Reuerend. P. D. Franciscus Suessanus.
Reuerendus P. D. Ferdinandus Caietanus.
Reuerendus P. D. Laurentius montis regalis episcopus, & gubernator Vrbis.
Reuerend. P. D. Hercules Augusten episc. & illust. dñi ducis Sabaudiæ orator.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Iulius Corinthien.
Reuerend. P. D. Franciscus Consan.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincẽtius Senen.
Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicosien.
Reuerend. P. D. Ieremias Tranen.
Reuerend. P. D. Rainaldus Ragusin.
Reuerend. P. D. Andreas * Nobonialien.

Reuerend. P. D. Petrus Arboren.
Reuerend. P. D. Robertus Rheginus.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Ioannes Maria Sipontin.

EPISCOPI.

Reuerend. P. D. Lucas Fulginaten.
Reuerend. P. D. Ferdinãdus Balneoregien.
Reuerend. P. D. Iacobus Potentin.
Reuerend. P. D. Hieronymus * Biduanen. * Budinen
Reuerend. P. D. Andreas Albẽn. * Budven
Reuerend. P. D. Bernardus Taruisinus.
Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Paphen.
Reuerend. P. D. Albertus * Valuen. * Vilven
Reuerend. P. D. Aloisius Parentin.
Reuerend. P. D. Ioannes Aquilanus.
Reuerend. P. D. Iacobus ciuitatis ducalis.
Reuerend. P. D. Franciscus Ortanus.
Reuerend. P. D. Octauianus Viterbien.
Reuerend. P. D. Bertrandus Adrien.
Reuerend. P. D. Albertinus Pisaurien.
Reuerend. P. D. Paulus * Lectoren. *luccarie.
Reuerend. P. D. Marinus Ceneten. * luctoren
Reuerend. P. D. Galesius * Belluneñ. * Beluneñ
Reuerend. P. D. Iacobus Fauentin.
Reuerend. P. D. Hieronymus * Insulen. * Ilcinen
Reuerendus P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptista Cauallicen
Reuerend. P. D. Iulianus Vulteran.
Reuerẽ. P. D. Ioãnes Antonius Anglonen.
Reuerend. P. D. Franciscus Bisignianen.
Reuerend. P. D. Ioãnes baptista * Maranen. * Moranen
Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollan.
Reuerẽn. P. D. Bartholomeus Mõtis viridis.
Reuerẽ. P. D. Antonius Iacob⁹ Camerinen.
Reuerend. P. D. Simon Modrusien.
Reuerendus P. D. Lambertus Venusinus.
Reuerendus P. D. Dominicus Imolen.
Reuerendus P. D. Ludouicus * Sinien. *Signien
Reuerendus P. D. Matthæus * Vmbriacen. * Vmbraticen
Reuerendus P. D. Antonius Vrbinaten.
Reuerend. P. D. Ioannes Franciscus Nolan.
Reuerendus P. D. Hieronymus Aretin.
Reuerendus P. D. Bernardus Soranus. *Bergomen.
Reuerendus P. D. Nicolaus * Pergamen.
Reuerendus P. D. Ioannes Elneen.
Reuerendus P. D. Alexius Melsitan.
Reuerendus P. D. Andreas Militen.
Reuerendus P. D. Scaramuza Cumanus.
Reuerendus P. D. Alexander Alexãdrinus.
Reuerẽ. P. D. Ioãnes Dominicus Terdonen.
Reuerendus P. D. Ioannes Tuden.
Reuerendus P. D. Benedictus Chien.
Reuerendus P. D. * Bernardus Castren. * Bernardinus
Reuerend. P. D. * Bernardus Policastren. * Bernardinus
Reuerendus P. D. Hieronymus Nicien.
Reuerend. P. D. Ioãnes Antonius Calinen.
Reuerendus P. D. Vincentius * Nauleñ. * Noladisanuen
Reuerendus P. D. Philippus * Adiacen. * Aiacen
Reuerendus P. D. Hugo * Regineñ. * Regien
Reuerendus P. D. Latinus Vestanus.
Reuerendus P. D. Augustinus Sagonen.
Reuerendus P. D. Petrus Narnien.

Reue-

Reuerendus P. D. Franciscus Spoletañ.
Reuerend. P. D. Antonius Anximañ.
Reuerend. P. D. Basilius Tudertiñ.
Reuerend. P. D. Franciscus * Millopotrineñ.
Reuerend. P. D. Corradus Astuneñ.
Reuerend. P. D. Ferdinandus Scaleñ.
Reuerendus P. D. Claudius Beliceñ.
Reuerendus P. D. Guillelmus Cortoneñ.
Reuerend. P. D. Ludouicus Tricariceñ.
Reuerend. P. D. Andreas Ansareñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Asculañ.
* Bouineñ Reuerend. P. D. Ioannes * Bobieñ.
*yuardieñ Reuerend. P. D. Lucas * Guardieñ.
Reuerend. P. D. Petrus Foroliuien.

ABBATES.

Reuerendus P. D. Antonius abbas sancti Galgani Vulteran diœcesis.
Reuerend. P. D. Guillelmus abbas monasterij beatæ Mariæ Britoñ.
Reuerẽ. P. D. Floremũdus, abbas monasterij S. Gregorij de vrbe, ordinis S. Benedicti.
Reuerend. P. D. Georgius Ganneñ. Merseburgen diœcesis.

MAGISTRI GENERAles ordinum.

Magister Thomas, Generalis ordinis Prædicatorum.
Magister Aegidius, Generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini.
Magist. Bernardinus, vicarius Carmelitarũ.
Magister Angelus B. Mariæ Seruorum.

ORATORES ET SEnator vrbis.

Illustr. D. Albertus de Carpi, dicti Maximiliani Orator.
Magnificus dominus Petrus de Starcelupis Florentiñ, senator vrbis.
Magnificus D. Hieronymus Vich, orator Catholici regis Hispaniarum.
Magnificus D. Iacobus de Saluiatis, & Matthæus de Strozis dñij Floren. Oratores.
Ac etiam fuerunt præsentes tres Oratores dominorum Heluetiorum.

ILLVSTR. DOMINI temporales.

Illust. D. Fredericus Marchio Mantuañ.
Dominus Nicolaus de Ruuere.
Illustr. dominus Iulius de Vrsinis.
Dominus Octauianus Palauicinus.
Illust. D. Franciottus de Vrsinis.
Dominus Christophorus de Palauicinis.
Dominus Stephanus de Comitibus.
Fuerunt etiam præsentes quàm plures Reuerendi domini protonotarij Apostolici, auditores causarum sacri palatij, & cleri, cam. ac alij magistri in Theologia, & doctores diuersarum professionum, clerici & laici.
Fuit habita oratio per Reuerend. patrem D. Christophorum Marcellum nobilẽ Venetum, sedis Apostolicæ notarium, & artiũ doctorem, cuius tenor in fine præsentis sessionis describitur. Et cãtatis orationib⁹, cõsuetis litanijs, & benedicta sacra synodo per Pont. & alijs solitis cõciliorum cæremonijs, præstitaq; ab omnibus prælatis sanctissimo dño nostro consueta obedientia, sanctissimus D. N. incepit hymnum, Veni sancte spiritus, & Reuerendiss. in Christo pater D. Marcus S. Marię in Porticu diaconus Card. de Cornelijs vulgariter nuncupatus, legit Euangelium secundũ Matthæũ, quod incipit, Exijt qui seminat, seminare semẽ suum. Matt. 13. Deinde secretarius magnifici dñi Francisci Fõscari equitis Oratoris illust. dominij Venetorum, dedit quoddam mandatum dicti dñij Venetorũ, nomine dicti magnifici dñi Frãcisci, in quo idem dñs Franciscus est cõstitutus, procurator ad interessendũ sacrosancto cõcilio Lateraneñ, & idẽ secretarius excusauit eundẽ dñm oratorẽ, qa nõ interesse poterat sessioni, ppter corporis alterationẽ. Consequenter idẽ sanctissimus dñs noster dedit dictum mandatũ reuerend. patri dño Thomæ Phædræ secretario Concilij, mandans eidem, vt illud legeret in ambone. Qui dictus dñs Thomas ascendit ambonem, & legit dictum mandatum tenoris infrascripti alta voce & ab omnibus audienda.

MANDATVM VENETORVM.

LEonardus * Lauredanus dei gratia dux Venetiarum &c. Cùm sanctissimus & beatissimus in Christo pater & dñs noster dominus Iulius, digna Dei prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ Pontifex maximus, diuino afflatus numine, pro suo pastorali officio, (vt verum decet in terris Christi Vicarium) & ad extinguendum hæreses, tollendumq; pessimum exortum schisma, ac reprimendam eorum temerariam audaciam, qui diabolico spiritu inducti, tunicam incõsutilem Dñi nostri Iesu Christi discindere & dilacerare conãtur, & deniq; pro bono pacis oĩm Christianorum celebrare decreuerit, & iam indixerit generale & vniuersale cõciliũ in Laterano, nosq; inter alios Christianos principes & potẽtatus eiusmodi sancto operi adesse paterna charitate sit hortatus, sedulam adhibuimus operã, vt status nostri viri Ecclesiastici & seculares, doctrina, religione & moribus præstantes, qui rei cõducere possent, sese Romã conferrent. Et ne vlla in re à summa deuotione, reuerentia, cultu & obseruantia nostra erga sacrosanctã sedem Apostolicam, & eundem Sãctissimum dñm nostrum deesse videamur, cùm personaliter interesse nequeamus, vices nostras demandauimus, & tenore præsentiũ omni meliori modo, via, iure & forma, qb⁹ magis, meliùs & validiùs de iure vel de facto à nobis fieri potest & debet, demandamus nobili & dilectissimo patricio Veneto Francisco Foscaro equiti, Oratori nostro Romę agenti, vt sacrosancto concilio Lateraneñ nostro nomine intersit, assistat, & ea omnia pręstet & peragat, quæ à * Laureta-nus

nobis

nobis quoquo modo adhiberi posſent, aut incumberent ad honorem, decus, dignitatẽ, tutelam & cõseruationem, amplitudinemq; & exaltationem personæ eiusdẽ sanctiſſimi dñi nostri Iulij secundi summi Pontificis, necnon sanctæ Ro. Ecclesiæ, ac vniuersalis venerandi Lateraneñ cõcilij antedicti, cum ampla authoritate, potestate, facultate atq; arbitrio, à nobis cum cõsilijs nostris sibi tributis & impertitis, ad omnia & singula in tã pio, religioso & salutari negocio, qualia & quantumcunq; fuerint tractanda, peragenda, promittenda, iureiurando firmãda, præstanda, executioni mandanda & adimplẽda, quæ nobis Venetoq; dominio possent cõpetere, vel deberent tam de iure q̃ de consuetudine, nõ secùs acſi nosipsi cũ dominio & senatu nostro coràm personaliter ageremus, faceremus & adimpleremus, promittẽtes oĩa & singula ab eodem oratore nostro, quo suprà nomine, tam verbo q̃ scripto, in præmiſſis & circa prẽmiſſa pertractanda, cõcludenda & firmãda approbaturos nos esse, ratáq; & grata in perpetuum habituros. In quorum fidẽ & testimoniũ prẽsentes literas nostras in hac patenti forma fieri iussimus, & nostri soliti sigilli, quo in similib⁹ vtimur, appensione muniri. Datum in nostro ducali palatio, die 10. Aprilis, Indict. 15. 1512.

Quo perlecto, idem sanctiſſimus dñs noster mãdauit eidem domino Thomæ secretario, vt legeret quasdam literas claræ memorię Ludouici regis Francorum xj. sigillo eiusdẽ sigillatas, directas fe. re. Pio papæ secundo, super reuocatione pragmaticæ sanctionis, qui dominus Phædra in eodem ambone legit dictas literas alta & intelligibili voce, cuius ténor talis est:

LITERAE LVDOVICI REGIS Franciæ abrogationis Pragmaticæ sanctionis.

LVdouicus Dei gratia Francorum rex, tibi sanctiſſimo ac beatiſſimo patri nostro Pio papæ secũdo, obedientiam filialem & plenos deuotionis affectus. Deum solum scientes, cuius prouidentia benè consulitur rebus humanis, meliusque regna & vrbes religione * angi atq; defendi, quàm armis & mœnibus, te vicarium Dei viuentis ea veneratione ꝓsequimur, vt sacra præsertim in Ecclesiasticis rebus tua merita, veluti vocem pastoris audire, illisq; parére prompta mente velimus. Quapropter, beatiſſime pater, etsi constitutio quædam in Regno nostro, quam pragmaticá vocant, magno prælatorum conuentu, magna temporis deliberatione cõclusa fuerit, & iam callum obducens, quietum propè fixerit statum, tu tamẽ tuis ad nos literis illam à Regno nostro auferri, explodi, abrogariq; flagitas. Nobis quoq; dilectus & fidelis consiliarius noster Ioannes episcopus Attrebateñ, quem cum potestate Legati de latere ad hoc nostrum Regnum misisti, commemorauit ea, ad quæ per ipsum tibi nostro nomine pollicenda, vouenda, expromittenda, nos anteq̃ Regnũ suscepissemus, religionis in seritus quidam deduxerat. Nos nostra promissa exequi, accedente moderatrice rerum Ecclesiasticarũ tua authoritate studemus ac volumus, & id quidem tanto volumus animo propensiori, quanto nobis Regnũ Frãciæ florens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaq; victimis potiorem obedientiam intelligentes assensi sumus his, quæ tuo nomine nobis aperta sunt, ipsam scilicet pragmaticã sanctionem, tibi tuæque sedi esse infensam, vtpotè quæ in seditione & schismatis tẽpore, atq; per seditionem, sectionis à tua sede figuram, mota sit: & quę, dum tibi, à quo sacrę leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit authoritatẽ, omne ius & omnem legẽ dissoluit. Illud enim exoritur, quod idẽ cõsiliarius in nomine tuę sanctitatis adstruxit, vt dum per pragmaticam sanctionem ipsam summã in Ecclesia tuæ sanctitatis authoritas minuitur, dũ ꝑlatis in regno nostro quoddam licentiæ tẽplum prębruitur, dum congruens vnitas ad alia Regna cõformitasque tolli videtur, abroganda sit ipsa pragmatica, tollendaq; à Regno nostro, quippe quę aduersus tuam sedẽ, omnium Ecclesiarũ * matronam, ab inferioribus prẽlatis lata sit, tanquam vt scriptura loquitur: Quomodò si eleuetur virga cõtra leuantem se, aut baculus, qui vtiq; lignum est: quicquid, Beatiſſime pater, licèt pleriq; docti homines confutare niterentur atq; diluere, multaq; nos dehortarentur abrogare sanctionẽ ipsam, te tamẽ principem totius Ecclesię, Antistitem sacrorum, te Dominici gregis pastorem profitemur & scimus, teq̃; iubentem sequimur, tibi & beatiſſimi Petri cathedrę consentimus, & *iniungimur. Itaq;, sicut mandasti, pragmaticam ipsam à regno nostro, nostroq; Viennensi delphinatu, & omni ditione nostra per ꝑsentes pellimus, deijcimus, stirpitusq; abrogamus, & quã qualémve ante pragmaticę ipsius editionem, circa Ecclesiarum, beneficiorum, aliarumq; rerum spiritualium dispositionem, censuram, moderationem in regno nostro, omnique ditione nostra, tui prædecessores Martinus quintus & Eugenius quartus Romani Pontifices habebant & exercebant, talem eandemq; nostro adiutorio beatiſſimo Petro, tibiq; ipsius successori reddimus, præstamus & restituimus, cũ summo imperio, cum iudicio libero, cum potestate non coarctata. Tu em̃, cùm scias, quid authoritate diuinitus tibi tradita possis, quas pro regni nostri & Ecclesiarum in eo tranquillitate postulabimus, non neglig̃es, res necessarias: poterisq; semper, quod opportunum fuerit, iudicare. Vtere igitur deinceps in regno nostro potestate tua, vt voles, atq; illam exerce. Nam vt hominum

fo.* matrẽ

Esaię 10.d

*iũgimur.

membra nulla contentione, capitè vno, atq; vna mente ducuntur, sic tuis sacris decretis Ecclesiæ prælati in Regno nostro & Delphinatu cõsonantiam & obedientiam plenam refundent. Quòd si fortè obnitentur aliqui, aut reclamabunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ beatitudini, atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis aut oppositionis obstaculo prorsus excluso, eosque, qui tibi contumaces fuerint, pro tuo iussu comprimemus & refrenabimus. Datæ Turonis sub magno sigillo nostro, die 27. mensis Nouemb. Anno Domini 1461. & Regni nostri primo.

Postmodùm verò excellens doctor dominus Melchior de Bardaſſinis aduocatus cõcilij, habuit orationem multùm ornatam & luculentam super reprobatione pragmaticæ sanctionis, petens illam reuocari & annullari, ac decerni monitorium contra prælatos, capitula, cõuentus, Principes Francię, prẽsidentes parlamentorum, & alios sua cõmuniter vel diuisim interesse putantes, vt cõparere deberent ad allegandũ, quare dicta pragmatica reuocari non debet. Et illud idem petijt dñs Marianus de Cuccinis procurator fisci & sacri concilij procurator. Et sanctiſs. dñs noster, sacro approbante cõcilio, decreuit monitorium & citationem sub termino 60. dierum tenoris infrascripti.

MONITORIVM CONTRA PRAgmaticam & eius assertores.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam, sacro approbante Concilio. Licèt sacrorum canonum instituta, sanctorum patrum & Rom. pont. prædecessorum nostrorum, & in generalib⁹ legitimis concilijs pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, dignitatisq; sedis Apostolicæ tuitione, consultiſſima deliberatione sancita, inuiolabiliter ab omnibus custodiri oporteat, ipsorumque decreta veluti diuina inspiratione edita, immutabilia censeantur, Romanus tamen Põtifex, qui Regis æterni, rerumq; & iurium omnium conditoris, locum, licèt imparibus meritis, tenet in terris, cùm huiusmodi decreta, saluberrima & honesta, hominum in calliditate & ambitione vergi conspiciat in abusum, & humanas traditiones Christi legibus anteferri, vt Ecclesiæ indemnitati & libertati opportunè subueniat, & præsumptam curet deponere malitiam peruersorum, eorumq; conatibus occurrat: interdũ cogitur abusiones & humanas traditiones huiusmodi, nullas & inualidas declarare & abrogare, prout temporum & locorum qualitate pensata, id conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidẽ dispIicenter per nos pluriès accepto, per multa temporum spatia per nonnullos prælatos Gallicæ nationis, & nobiles laicos, ac alios illis fauentes, præsertim cuiusdam sanctionis prætextu, quam ipsi Pragmaticã vocant, Apostolicæ sedi, sanctæq; Rom. vniuersalis Ecclesiæ capiti, libertati & authoritati enormiter detractum, canonibusq; prefatis derogatũ fuisse, rem adeò pernicioſam in Dei offensam, & Ecclesię præfatę vilipendium & euidens detrimentũ, ampliùs ferre nequeuntes, cùm sanctio ipsa ab omni ad id potestate carentibus, nullorumq; Ro. Pontificum aut generalium legitimorum conciliorum authoritate facta, sed quodam abusu tantùm in illis partibus introducta & obseruata fuerit, illaq; cùm in cõtentis nulla & inualida meritò declarari & abrogari debeat, quã etiam claræ memoriæ Ludouicus 11. Francorum rex abrogauit, vt in eius patentibus literis desupèr confectis pleniùs continetur, sacro Lateraneñ cõcilio approbante in quarta sessiõe, declarationis & abrogationis per nos faciendarũ, huiusmodi negocium & discussionẽ venerabilium fratrum nostrorum Ro. Ecclesię præfatæ Cardinalium, & aliorum prẽlatorũ cõgregationibus in Lateraneñ sala superiori, quatenùs opus foret, faciendis, relationẽq; discussionis nobis & Lateraneñ cõcilio ꝑfato faciendam cõmisimus, Gallicosq; ꝑlatos, capitula Ecclesiarum & monasteriorũ, parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuscunq; dignitatis, etiam si Regalis exisſerent, sanctione prẽfata abutẽtes seu illam approbãtes, oésq; & singulos alios sua cõmuniter vel diuisim interesse putantes, per edictum publicũ, cùm ad partes illas tutus nõ patéret accessus, in Mediolaneñ, Astеñ, & Papieñ Ecclesiarũ valuis affigendũ, moneri & citari infra certum cõpetentem terminum prẽfigendũ, ad comparendũ corã nobis & concilio ꝑfato, causasq; dicendas, quare sanctio prẽfata, illiusq; corruptela & abusio in concernentibus authoritatem, dignitatẽ & vnitatem Ecclesiæ Ro. prẽfatę & Apostolicę sedis, canonumq; prędictorũ & Ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari, decerni & abrogari non deberet: illosq; sic monitos & citatos, arctari & teneri, acſi personaliter moniti & citati fuissent, statuimus & ordinamus, ac quintam sessionem 14. Kalendas Martij, quæ erit quarta feria post primam Dominicam quadragesimę proximè futurę, faciendam, eodem sacro Lateraneñ cõcilio approbante, indiximus. Nos igitur, quorum interest, ne indefensæ libertatis Ecclesiasticæ ratio in extremo iudicio à nobis requiri possit, & peruersorum & ambitiosorum ꝓteruia diutiùs conualescat, declarationis, abrogationis & discussionis negocium, monitionis & citationis statutum & decretum huiusmodi debitæ executioni demandare, omnes & singulos Gallicos prælatos, capitula seu conuentus, parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuscunque dignitatis, etiam si Regalis extiterint, sanctione præfata abutentes seu illam approbantes, omnesque alios

alios & ſingulos ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putantes, vt præfertur, ex certa noſtra ſcientia authoritate Apoſtolica tenore præſentiũ, primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè citamus, monemus & requirimus, quatenùs infra ſexaginta dierum ſpatium, à die præſentium in locis ſupradictis affixionis numerandũ, quorum viginti pro primo, alios viginti pro ſecũdo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino monitione canonica aſſignamus, ad cõparendũ coram nobis & concilio Lateraneñ prefato, cauſaſq́ue dicendas quare ſanctio præfata, illiusq́; corruptela & abuſio in cõcernentibus authoritatem, dignitatem ac vnitatem Eccleſiæ Romanæ & ſedis, canonumq́ue & Eccleſiaſticæ libertatis prædictorum violationem, nulla & inualida declarari, decerni & abrogari non debeat. Quo termino aſſignato, ſiue comparére ſic moniti & citati curauerint, ſiue non, ad executionem negocij, decreti, abrogationis & ſtatuti prędictorum, illorumq́; & aliorum in præmiſſis neceſſariorũ, prout iuſtum fuerit, eodem ſacro Lateraneñ concilio approbante, procedemus. Et cùm pro citationibus & monitionibus huiuſmodi ad partes illas tutus non pateat acceſſus, ne præfati ſic moniti & citati, alijq́;, quõs præſentes literæ contingunt, valeant de p̃miſſis ignorantiá allegare, & prætextu ignorãtiæ huiuſmodi aliquod velamẽ excuſationis aſſumãt, volumus literas ipſas in valuis prædictis iuxta decretum & ſtatutum huiuſmodi affigi, & ipſam affixionem publicari. Decernentes etiã, quòd earundẽ literarũ publicatio ſic facta, perindè eoſdẽ ſic monitos & citatos arctet, acſi literæ ipſæ die affixionis & publicationis huiuſmodi, eis perſonaliter lectæ & inſinuatę forẽt, cùm non ſit veriſimilis coniectura, ꝙ ea, quę tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere: nõ obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cõtrarijs quibuſcunq;, ſeu ſi monitis & citatis prædictis, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à dicta ſede indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ citationis, monitionis, requiſitionis, aſſignationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in publica ſeſſione, in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1512.

Deinde excluſis à loco concilij omnibus alijs non habentibus voces diffinitiuas, exceptis oratoribus Principum, & baronibus & pluribus principalibus ordinum, & porta concilij clauſa, ſanctiſſimo domino noſtro cum Cardinalibus & alijs prælatis in pluuialibus & caſulis & dalmaticis mitratis exiſtentibus, prout eſt cõſuetum, reuerend. pater dñs Alexander epiſcopus Alexandrinus, de mandato ſuæ ſanctitatis aſſcendit ambonem, & legit ſchedulam ſeu bullã tenoris infraſcripti.

BVLLA SECVNDA SESSIONIS 4. ſacri Generalis concilij Lateranenſis.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante concilio. Saluti gregis nobis deſupèr commiſſi, morum reformationi, defenſioniq́ue Eccleſiaſticæ libertatis, ac fidei Catholicæ tranquillitati & augmento, paternis & ſolicitis ſtudijs intendentes, ad omnipotentis Dei & indiuiduæ Trinitatis laudem & gloriam, ſacro hoc approbante concilio, literas noſtras à nobis dudum emanatas, eidem concilio notas, per quas Romanæ curiæ officiales & illorum exactiones generaliter reformauimus, approbamus & innouamus, illasq́ue, quas per nonnullos poſteà tunc expreſſos ad fidelium vtilitatem iuxta intentionem noſtram declarari mandauimus, per præfatos expreſſos, & cũ illis alios diuerſarum nationum prælatos, nũc in præfato concilio præſentes deputandos, omnibus, quæ iudicium humanũ peruertere poſſent, ceſſantibus, vt iuſtum & æquum fuerit, particulariter declarari, & declarationes ipſas, in alijs ſeſſionibus nobis ia hoc ſacro Concilio referendas, & ab eodem Concilio approbandas, vt debitè exequantur, præcipimus & mandamus. Inſupèr cùm iam per multa temporum ſpatia per nonnullos prælatos Gallicæ nationis, & nobiles laicos, ac alios illis fauentes, prę̃ſertim cuiuſdam ſanctionis prætextu, quam ipſi Pragmaticam vocant, Apoſtolicæ ſedi, ſanctæq́; Romanæ vniuerſalis ecclęſię capiti, libertati & authoritati enormiter detractum, ſacrisq́; canonibus derogatum fuerit: nos rem adeò pernicioſam in DEI offenſam, & Eccleſiæ præfatæ vilipendium & euidens detrimentum, ampliùs ferre nequeuntes, cùm ſanctio ipſa ab omni ad id legitima poteſtate carentibus, nullorumq́ue ſummorum Pontificum aut generalium legitimorum conciliorum authoritate facta, ſed quodam abuſu tantùm in illis partibus introducta & obſeruata fuerit, illaq́ue cum in ea contentis nulla & inualida meritò declarari, & abrogari debeat, quam etiam claræ memoriæ Ludouicus xj. Francorum rex abrogauit, vt in eius patentibus literis deſupèr confectis pleniùs continetur. Declarationis igitur & abrogationis per nos faciendarum, huiuſmodi negocium & diſcuſſionem venerabilium fratrum

trum noſtrorum Eccleſiæ præfatæ Card. & aliorum prælatorum cõgregationibus, quas in Lateraneñ ſala ſuperiori, quatenùs opus fuerit, facient, relationemq́; diſcuſſorum in prima aut alijs ſeſſionibus, prout commodè fieri poterit, nobis & ſacro Concilio faciendam, eodem ſacro concilio approbante, cõmittimus, Gallicosq́; prælatos, capitula Eccleſiarum & monaſteriorum, parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuſcunque dignitatis, etiam ſi regalis exiſterẽt, ſanctione præfata abutentes ſeu illam approbantes, oẽsq́; & ſingulos alios ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cùm ad partes illas tutus non pateat acceſſus, in Mediolaneñ, Aſteñ, & Papieñ Eccleſiarum valuis affigendum, moneri & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparendum coram nobis & Concilio præfato, cauſaſq́ue dicendum, quare ſanctio præfata, illiusq́; corruptela & abuſio in cõcernentibus authoritatem, dignitatem, & vnitatem Eccleſiæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis, ſacrorumq́ue canonum & Eccleſiaſticæ libertatis violatione, nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari non debeat: illosq́ue ſic monitos & citatos, arctari & teneri, acſi perſonaliter moniti & citati fuiſſent, ſtatuimus & decernimus. Vlteriùs omnes & ſingulas prouiſiones, collationes beneficiorum Eccleſiaſticorum, cõfirmationes electionum & poſtulationum, conceſſionum gratias, mandata & indulta quæcunque, tam gratiam, quàm iuſtitiam, ſeu mixtim concernentia, cuiuſcunque tenoris exiſtant, quæ præſentibus pro expreſſis haberi volumus, per ſynagogam vel conciliabulum Piſanum, illiusq́ue ſchiſmaticos adhærẽtes, authoritate & dignitatibus oñibus carentes, facta & conceſſa, quanùs ſint nulla & inualida, pro potiori tamen cautela, nulla & irrita, nulliusq́ue roboris vel momenti eſſe, omnesq́ue & ſingulos cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, nobilitatis, ordinis & conditionis exiſtentes, quibus conceſſa fuerũt, aut quorum commodum, vtilitatem ſeu honorem quomodolibèt reſpiciunt, nullos eorum fructus, redditus & prouentus ſuos facere, vel hactenùs feciſſe, ſed ad illorum reſtitutionem, & ipſorum beneficiorum & aliorum præmiſſorum cõceſſorum dimiſſionem teneri, & niſi beneficia ipſa & alia eis conceſſa, infra duos menſes à data præſentium computandos, realiter & omnino dimiſerint, etiam alijs beneficijs Eccleſiaſticis, quæ iuſto titulo poſſident, eo ipſo priuatos exiſtere, dicto ſacro approbante concilio, decernimus. Fructus quoque, redditus, & prouentus huiuſmodi, ac quaſuis pecunias decimarum per dictum conciliabulum impoſitarum, exactos & exigendos, expeditioni cõtra infideles faciendæ applicamus. Vt autem declaratio reformationis, & nullitatis ſanctionis prædictæ, aliaq́ue gerenda maturè exequi, & prælati ad ſacrum concilium huiuſmodi venturi, quorum aliquos iam iter ad veniendum arripuiſſe accepimus, comodè venire poſſint, quintam ſeſſionem 14. Kalend. Martij, quæ erit quarta feria poſt primam Dominicam quadrageſimæ proximè futuræ faciendam, præfato ſacro Concilio approbante, indicimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, præcepti, mandati, commiſſionis, monitionis, citationis, ordinationis, decreti, applicationis & indictiõis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1512. quarto idus Decembris, Pontificatus noſtri anno decimo.

Ia. Queſtemberg.

Qua perlecta, idem reuerendus pater dominus Alexander Epiſcopus petijt à patribus exiſtentibus in Concilio, an placerent reuerend. paternitatibus ſuis contenta in ſchedula ſeu bulla. Et immediatè ſcrutatores votorum, vnà cum protonotarijs & notarijs iuerunt ad recipiendum vota patrum. Et omnes, poſt ſanctiſſimum dñm noſtrum, qui reſpondit per verbum, Placet, reſpõderunt, plarere eis contenta in ſchedula.

Poſtmodũ verò de mandato præfati ſanctiſſimi domini noſtri, ad inſtantiam domini Mariani de Cuccinis, procuratoris, diſcreti viri dñi Petrus Mengiuar, & Ioãnes Bernardi præfati domini noſtri curſores, ad portas Concilij alta & intelligibili voce citârunt omnes intereſſe debẽtes tam de iure quàm de cõſuetudine Cõcilio, & vocauerunt eos, vt accederent ad intereſſendum Concilio, ad euitandum pœnas contentas in iure & bullis indictionis contra non venientes ad concilium. Relatione facta, idem dominus Marianus accuſauit cõtumaciam abſentiũ, & petijt decerni citationem contra eos, ad videndum ſe declarari in proxima ſeſſione, & ſanctiſſimus dominus nihil reſpondit.

Deinde reuerend. pater dominus * Alexander Epiſcopus Melfitañ, procurator reuerend. patris domini Raphaelis Epiſcopi Melfieñ. ad intereſſendum concilio, & eum excuſando, dedit quoddam mãdatum ſubſcriptum per diſcretum virum Guillelmum de Voys clericum Cenomaneñ, Apoſtolica authoritate notarium. Et reuerend. dominus Rodericus Ioannis, Abbas beatæ Mariæ de Tauoica tudeñ diœceſis, procurator reuerend. patris domini Henrici Epiſcopi Septeñ, * primus * Aphricanus, dedit mandatum dicti Epiſcopi ſubſcriptum propria

* Alexius

manu & eius proprio sigillo sigillatum. Postmodùm verò venerabilis vir dominus Ioānes Roderici de Tapia, portionarius ecclesiæ Cordubeñ, procurator reuerend. patris dñi Gometij de Toleto Episcopi Placentineñ, dedit quoddam mandatum dicti Episcopi, subscriptum per discretum virum dominum Ferdinandum de Toro clericum Placentinæ diœcesis, publicum Apostolica authoritate notarium, ad interessendum cōcilio, & eundem dominum Episcopum excusandum. Deinde supradictus dominus Marianus procurator concilij, petijt de omibus & singulis actis & gestis in supradicta sessione instrumentum & instrumenta. Et fuit indicta 5. sessio 14. Kalendas martij proximè futuri. Et hæc fuerunt pro quarta sessione. Qua absoluta, sanctissimus dominus noster volēs Deo gratias de gestis reddere, incepit cantare hymnum exultationis, Te Deum laudamus, capella prosequente vsq; ad finem. Quo finito, sua sanctitas, cū Cardinalibus & prælatis exeuntibus de loco Concilij, equitauit ad palatium sancti Petri in Vaticano.

Hæc fuit vltima sessio in qua interuenit personaliter sanctissimus dñs noster Iulius secundus, qui etiam tunc infirmabatur aliqualiter, adeò ꝙ causante graui ægritudine & crescente, in quinta sessione tenta tēpore suo, non potuerit personaliter interesse.

CHRISTOPHORI MARCELLI in quarta Lateranensis Concilij sessione habita oratio.

SI quis antè miratus sit, beatissime pater, quòd ad laudatissimum hoc dicēdi munus admissus quispiam non satìs dignus apparuit, hoc tempore mirandum potiùs esse videtur, quū me, neq; aliâs hoc genere laudis functum, neq; (de more) candidatum, videat hunc ascendisse locum, hāc prouinciam tanto cum animo suscepisse. Sed profectò non est, cur mirari debeat, si tuam inspiciat pietatem, si meam in te obseruātiam, tuæq; in me gratiæ conquirēdæ seruandęq; studium recognoscat. Iussisti tu, Pater sancte, & parui: hoc munere me dignū efficere voluisti, & contemnere nolui, sed animo libenti suscepi, ad quod alioquin me nulla causa, nullum iudicium, nulla sententia cōpellere potuisset. Idq; vnum me magìs inter alia recreat, quòd ea de re dicturus sum, fola cuius amplitudine quæuis facilè splendere potest oratio. Dicendum est enim de officio Principis, quo suā rectè ciuitatem cōponat, regat, instituat. Dicendum (inquam) his temporibus, quibus sanctissima *Christi respublica varia ciuium confusione visa est maximè perturbari. Neq; ita mihi dicēdum, Pater sancte, vt te moneam quicquam aut doceam, quod vsque modò non egeris: sed ex his quæ dixero, quisque probitatem tuā, vires, ingenium, optimeque administratum Imperium magìs ac magìs intelligat, ad benè beateq; viuendum animetur, deformitatem abijciat, consuetudinē mutet, tibi optimo maximoque Principi læto inseruiat animo. Quod vtinam (te duce) assequi valeamus, vt maiores laudes, quàm vel quisq; meruerit antè, vel mente concipere possumus, sub tuo tibi cumulatissimè contingant Imperio. Dicam igitur tuis fretus auspicijs, facratiſs. Pont. Si qua vlla in re, quod non ambigo, sed in multis defecero, sic veniam dabis, vt oēs sat esse sciant, me tua in primis authoritate suffultū, in re magna dixisse quicquam, sed lōgè meliùs voluisse. Quum rerū publicarum ea præstantissima sit, vt philosophi attestātur omnes, quæ ab vno tantùm Principe & ciuili peritia prædito, & bonis moribus instituto regitur, duas præcipuas eius partes inuenio: quarum altera ad virtutes & iudicium pertinet, altera ad rerū agendarum necessitatem, quā Imperatoriam vocant. Si enim Princeps ciuitatem suam benè institutam, ciuesq; in ea ad benè agendum promptos esse voluerit, ipse priùs tanquam speculum, in quo bonarum actionum imagines splendeant, virtutes sequatur, amplectatur & præferat, operæprecium est. Nanq; semper ad Principum mores omnis ciuitas, omnisq; respublica componi solet, in quos omnium vertuntur oculi, alliciuntur animi, suoq; nō ampliùs, sed eorum arbitrio & cōsuetudine viuunt. Ita enim quum Principi tanquàm præstantissimo chariores fieri, inuicemq; præstare, natiuo quodam instinctu percupiant, illum pro viribus imitari studēt, eius vestigia sequi, atq; ita mores imbibere, vt nihil aliud agere, nihil excogitare penitus videātur. Inde visi sunt ciues pro duce forti fortes maxima subire pericula, mortemque ipsam oppetere, indè abstinentes fieri, iusti, modesti, cauti, liberales, magnanimi, cæterisq; virtutibus præditi, & tāquam ab vnico eorum Sole suum quisq; splendorem accipere. Quid de vitijs dicam? Quum natura semper ad malum prona, pro sensuum voluptatibus, quibus negocium commune habemus cū feris, si malè agendi ciues in Principe amplum & manifestum habent exemplum, citiùs ad eius imitationem accedunt, currunt, aduolant, immò ipsum facilè exuperant. Hinc apertæ tyrannides, inhonesta lucra, corruptiones, rapinę, ambitiones, Dei contemptus, ciuitatum mutationes, rerum publicarum iacturæ, hinc fœuitiæ, variaque tormētorum genera, stupra, incestus, sacrilegia, & mille mortes quotidiè inspiciūtur. Virtutis autem imitatio, etsi difficilior alijs videatur, quum tamen ad rationis stimulos & ignes aduertimus, nulla est magis delectabilis, nulla dulcior, nulla suauior: qua nō tantùm opus, (vt in plerisq; alijs) sed etiam eius authorem suspicimus & laudamus. Ex quo sapiens illud Antisthenis, Ismeniam opti-

*Christiana

Monarchiæ imperiū optimum.

optimum fuisse tibicinem, sed nequam hominem asserentis. Nam si probus foret, non esset vtique tibicen. Neq; vllus vnquam ingenuus vehemēter etiam admiratus Iouem, aut Iunonem inspiciens, Phidias aut Polycletus fieri concupiuit. Atq; ideò virtus in cunctis per se amabilis & honorabilis, sed in Principe velut in maximè ingenuo, præcipuè commendatur, sine qua nihil probum, nihil sanctum, nihil egregium fieri, excogitarive potest. Sed quoniam virtutum omnium fons & origo est amandi virtus, qua deū optimum maximum noscimus, colimus & veneramur, qua bonitatem eius, pulchritudinem, potentiam, maiestatem, rerumque omnium ab eo exitū gradatim, nosquemetipsos aduertimus, conspicimus, & amamus, præ cæteris est in principe collocanda. Hac enim religiosus fiet & optimus, hac optimè suam ciuitatem custodiet, Deo & hominibus gratus. Longè nanque meliùs amore, quàm metu, ciuitatis imperium continetur. Metus plerunq; odium affert. Id autem publici boni despectum & priuati studium parit, ex quo seditiones, rixæ, discordiæ, & rerumpublicarum euersiones deniq; exoriuntur. At quum ciues à principe se amari perspexerint, in sententiam vnam coibunt oēs, rem illi gratam facere, inseruire, muneraq; sibi imposita exequi ardentissimè procurabunt, &, veluti facibus quibusdam accensi, nihil erit tam arduum, tam noxium atq; difficile, quod libenti non expediant animo, quantumuis terribilis prę oculis eorum adstaret interitus. Tot sunt hac in re maiorum nostrorum exempla, qui pro patria, pro virtute, pro gloria, nisi diuino quodam ardore correpti, nunquam occubuissent. Tot in sanctissima Christi familia Martyrum testimonia, qui acerrimos cruciatus, extremaq; vitę supplicia hac amandi virtute, tanquam aliarum omniū radice, perpessi sunt, quòd enumerare non possumus. Hæc est illa virtus, quæ infima supremis coniungit, quæ diuina omnia & humana cōplectitur: omnia perficit, omnia firmat, omnia subsistere facit. Hac mūdus ipse productus, superne creatæ mentes. Hac totius vniuersi quàm admirabilis ordo cōcluditur: quę naturæ sunt, omnia ex immensa illa obscuritate & cōfusione in lucem ordinemq; redacta, immò & lux ipsa, quā inquiunt è cælo in terrā Prometheum detulisse, omnisq; & vitæ & sapientię splendor indè processit. Hęc deniq; virtus, immò virtutum omnium parens, eo magis est terreno Principe digna, quo Deus ipse mundū suo iure gubernat. Hanc si perfectè calluerit Princeps, tenore vno, velut ab Herculeo lapide, pendentes virtutes alias assequet: ictibus fortunæ resistet: cum ea certabit, & vincet: nihil nimio amore vel odio, nimia lætitia vel dolore, spe vel desiderio ꝓsequetur: sed optimè ex vtroq; contrario cōpositam, & ad medium redactā, in seipso pariet harmoniā. Quā mox in ciuitate diffundet, voluptates abijciet, aspernabitur opes, omnē ambitum ac inanem gloriam propulsabit: omnia illi ad vota succedent, optimè imperabit, suumq; felix augebit, auctumq; perpetuò conseruabit Imperium. Sed ad Imperatoriam artem, quæ principi magìs est ꝓpria, iam conuenit vt accedamus. Imperatoriam artem veluti Principi summè necessariā, ita aliarum omnium præstantissimā credimus. Si enim in hoc distat Princeps à ciue, quòd regit & imperat, hic verò regitur & gubernatur, vtrisq; eædem aut dignitate pares artes esse non possunt. Quæ Principis ergo prestantior, quum tam varia tamq; multiplicia in ciuitate spectet officia, tot artes, quas liberales & mechanicas vocāt, tot magistratus, cæremonias, ritus ac humanæ vitæ consuetudines, quæ à Principis regimine pendent, est vtiq; difficilis cognitu, sed difficilior cōparatu, ideoq; in paucissimis semper inuenta. Neq; ex omnibus artibus quādam vnam conflari posse censendum, quæ cōueniat Principi, sed eam esse, qua vir bonus & sapiens cum ratione rempublicam administrat ad subditorum salutem. Quæ verò pro varia temporum expectatione in republica debeat agere princeps, vt paulo altiùs repetamus, sunt de ferendis legibus, de opibus, de bello & pace, de locorū & regionum custodia, & de his, quæ ad communem populi conuentum faciunt, pertractare, consulere, deliberare. At quoniam quandoq; non est ea Regis prudentia, quæ vniuersos valeat supplere defectus: neq; talis Rex ipse in ciuitatibus nascitur, authore Platone, qualis inter apum examina statim à principio cæteras antecellens exoritur: plurium consilio in statuendis legibus, alijsq; rebus agendis vtatur necesse est. Ita nanq; multorum sententia confirmata magìs, & laudabilior, & gratior, & acceptior cunctis efficitur. Neque inde Principi authoritatis quicquā adimitur, sed eius virtus, probitas, sanctitas, ampliùs eluescit. Ad ferendas autem leges, non ex suo tantùm capite, sed etiam à maioribus traditas, conuenit, vt Princeps accipiat: vtiles admittat, superfluas deleat, superstitiosas abijciat: quæ rectæ rationi consonant, obseruandas instituat. Diuina profectò hæc est legum peritia, & adeò mortalibus necessaria, vt sine ipsa in cœtu viuere, quídve ad publicum vitæ bonum conferat, agnoscere nequeant: vel si noscant, id semper nequaquam velint, aut possint, eo quòd ad priuatam commoditatē natura eos mortalis semper impellit. Atque ideò ars omnis, omnis multitudo, omne officium, magistratus omnis, priuatumque omne & publicum regimen legibus indiget, & domus, & ciuitas, & respublica, & præfecturæ, & exercitus, & cuiusque denique singulatim homi-

Charitas virtutum fons.

Ars Imperatoria.

Leges omnibus necessariæ.

nis vita. Sine legibus fluctuãt omnia, omnia titubant, & in perturbatione sunt posita. His sublatis æquitas aufertur, iustitia perit, religio tollitur, negligitur ratio, mens offuscatur, vilescit animus, amicitiæ corruunt, odia insurgunt, omnis rectè viuẽdi modus, omne denique bonum amittitur, & ruit in præceps. Diuina siquidem & humana, cælestia & terrena, animantia & vitæ carentia, & quæcunque in vniuerso consistunt, legibus indigent, legibus disponuntur: legibus affectiones, vires, habitus, actiones, officia numerantur.

Neq; traditas tantùm leges Princeps debet accipere, sed pro temporis mutatione alias condere. Et in primis, quæ ad animum pertinent, ad religionem, ad mores, ad vitæ consuetudinem, ad concordiam, ad animi tranquillitatem, ad benè beateque viuendi rationem inspicere: hinc benè merentibus præmia, fauores, largitiones, beneficia, magistratus: demerentibus mulctas, castigationes, correctiones, exilia, depressiones impendere: eosque tanquam putrida Reipublicæ membra adurere, abscindere, amputare, ne totum corpus inficiant. Quocirca totiès frequentissimæ synodi, & œcumenica (ex toto ferè terrarum orbe conuocatis patribus) sunt hinc indè celebrata concilia, sanctissimæ confirmatæ leges, institutiones mutatæ, hæreses abiectæ, castigati errores, difficultates solutæ, veritas probata, seditiones extinctæ, cõcordia restituta, vna monstrata fides, vna religio, vnus Princeps, qui summam in terris habeat potestatem. Taceo, quæ tanquam Euangelia quatuor venerari debemus. Taceo à Victore Pontifice Alexandrinum conuocatum cõcilium, à Dionysio Antiochenum, ab Innocentio Lugdunense prius, & recentius à Gregorio quingentorum patrum numero celebratũ, vbi Constantinopolitani Patriarchæ & Palæologi Imperatoris præsentia, post tertium decimum Orientalis Ecclesiæ ab Occidentali recessum, vnio restituta fuit, sponteque sua nõnulli ex ferocissimis Scytharum gentibus sacri lauacri felicia insignia susceperẽ. Sileo, quibus alia Græcorum & aliorum perniciosissima extincta sunt schismata. Prætereo, quę regibus & Principibus silentium, legesque imposuerunt & frena. Ea denique in vniuersum omitto, quibus pro reformãda Ecclesia, pro negligendis delicijs, abijcienda pompa, fastu, luxu, mollitie, omniq; extinguenda libidine, sanctissima instituta sunt edita. Quæ si recensere proponerem animo, nedum vobis in dicendo, patres, sed mihi ipsi in connumerando deficerem. Id vnum præterire non possum, quòd vbi sanctissimum hoc pro nouandis legibus ac sedanda seditione, à te nostro omnium patre IVLIO secundo Pontifice maximo, apud Lateranum fuit conuocatum Concilium, hisque diebus, quibus haberi debebat, de totius Ecclesiæ summa actum esse videbatur, quando audita est cruentissima illa & nunquam satìs deplorata Rauennæ clades, quando nudatis ensibus hostes cuiusq; iugulo imminere acerrimi videbantur, quando præsidium omne, omnis spes subsidij sublata erat: illismet (inquam) diebus viri sunt hostes effugere, fusi fugatique, nullum habere, qui eos caperet, Italiæ locum: omnes animi vires & Imperium statim restitui. Credo equidem, Pater sancte, quòd Deus optimus maximus per te pacificam Ecclesiæ restitutionem, ac sæuissimi schismatis extinctionem excupiens, tantum à nobis auertere decreuit incendium. O felix Lateranense Concilium, ô sanctissima concio, cui diuinus cœtus & multitudo respondet in cælis, vbi vna pietas viget, vnus amor, vna felicitas. Sed longè quidem felicius atque beatius, si quando (te duce) dabitur, vt restituta quiete, restitutis moribus, restituta Ecclesia, in summa animi tranquillitate viuamus. De opibus prætereà, de bello & pace debet agere Princeps, eo quòd, si nullæ sint opes, ciuitatem tutari non potest, neq; bellum indicere, neq; pacem seruare, neq; seipsum intra mœnia custodire. Illæ nanque sunt opes, sine quibus neque publica neq; priuata agitur vita. Quum enim communia nusquam sint omnia, sed quisq; arte sua & ingenio viuat, quum domus, familiæ, agri, prędia, vrbes, oppida, arces, respublicę, Imperia, totusq; terrarũ orbis sit in partes diuisus, & commutatio necessaria, & cunctis habendi & dominãdi sit innata libido: opes habeamus oportet, vt hinc bellum, indè pacem, hinc victus, annonam, commeatus, indè munitiones, arma, viros, equos, mœnia, propugnacula, muros, aggeres, valla, torméta, aliaque instrumenta bellica comparare, erigere, seruare & custodire possimus. Indè vectigalia, fisci, æraria, solutiones, census, pensiones, tributa sunt (vt decet) à Principe instituenda. Bellum verò sic semper agendum, vt nunquam nisi iustum suscipiatur, illiusque tantùm causa, vt scilicet in pace viuamus. Pax enim est animi quies, pax vita, pax humana felicitas. A pace amicitię, societates, fœdera, affinitates, cognationes, cõiugia, procreationes, liberi, virtus, religio, & rerumpublicarum incrementa procedũt. Iustum autem id bellum appellandum existimo, ad quod vel inuiti, vt nosipsos nostrumque defendamus Imperiũ, trahimur, vel spontè, vt quæ quandoq; nostra fuerint, capiamus, aggrediamur. Publicas enim iniurias, publica detrimenta, vsurpationes iniustas, violenta dominia Princeps æquo animo ferre non debet: sed totis viribus, quæ sua sunt, seruare, arrepta armis recipere. potiusque velle mori, quàm turpiter & cum ignominia viuere. Quid enim deterius viro pri-

priuato, nedum Principi, quàm ignauia vel metu torpere, succũbere, & seipsum despicere? quid pulchrius, quid glorioſius atque præstantius, quàm pro patria, pro iustitia, pro libertate certare, mortemq; ipsam, si oporteret, oppetere? Quemadmodum tu, pater sancte, in tam iustissimo aduersus potentissimos hostes suscepto bello ita gessisti, vt ardẽtissimos æstus, acerbissima frigora, noctes insomnes, aduersas valetudines, omnia vitæ incommoda, & ferè mortem ipsam nõ tantùm intrepidè tuleris, sed quasi sponte tua obieris. Vndè priùs, largissima opum effusione ingenti cõparato exercitu, & Bononiæ salus apparuit, & pulsis nouissimè ab Italiæ finibus hostibus, omnem gloriã, oẽm immortalitatem, quam nullus vnquam Pontifex assequi potuit, tibi meritò vendicasti. Rhegiumq;, Parmam, Placentiam tuo sacratissimo Imperio subdidisti. Ex quo omnis Italiæ locus, omnis populus, omnis ciuitas, omnis respublica, omnes denique priuatim & publicè gaudent, iubilant, exultant. Teque omnis æui, omnium seculorum, omnium gentium Principem & caput appellant. Sed longè melius in posterum appellabunt, habebuntque, si hac tua felicitate, fine tãdem armis imposito, in pace sint omnia constituta. Quæ verò ad regionum custodiam & communem populi conuentum faciunt, iam temporis angustia prętermus. Quum igitur tantæ reipublicæ vnicus atque supremus Princeps fueris institutus, beatissime Pontifex, cui summa data potestas, ad diuinum iniunctum imperium, tuũ est, quemadmodùm oppressam armis erexisti, amplificasti, ita moribus deprauatam Ecclesiam reformare, corrigere, illustrare. In tanta nanque peccandi licentia constituti sumus, vt (paucis quibusdam exceptis) nullus sit, qui virtutibus non officiat omnibus, qui leges neque minimas quidem obseruet. Omnia improbitas & intemperantia complet & occupat, omnia à recto equitatis & iustitiæ tramite deuiant, in obliquũ tendunt, neq; vllus est, qui ad seipsum, ad cor suum, mentemq; respiciat. Quisque cõmoditatẽ suam priuatamq; vtilitatem prætendit. Ipsa verò respublica, ipsa Ecclesia derelinquitur, & derelicta conqueritur, & languet, & plorat. Eam nanq;, à nõnullis integritatem eius lacerare volẽtibus, angi vidimus, & mirum in modum cruciari. Quam etiam penitùs laceraſſent, nisi tuis viribus obstitisses, inuictissime Pontifex. Videmus multiformem centaurorum satyrorumque choream, qui reipublicæ huius formã quotidiè immutant, alterant, atque perturbant, qui seditiones parant, fouent, enutriũt. Videmus simulatores vndiq;, sophistarumq; sophistas, quos Dominus in Euangelio rapaces lupos appellat, qui ouium vestimẽtis induti, quibusdam pietatis & religiõis prę-

Matth. 7.

stigijs mortales cunctos illudũt. In quibus omnis impietas & libido viget, ambitio, liuor, rapacitas, tumor, sæuitia dominatur. Videmus altera ex parte rabidissimos leones & Christiani nominis hostes, qui quotidiè Christianas vires imminuunt, qui terra marique latissimum iactant Imperium. Quos nisi diuino & præpotenti quodã numine adiuti, (vt tu quoque inhias, magnanime Pont.) quandoq; oppressuri essemus, die vna profectò videremus passim per cãpos Italiæ spatiari, ignique omnia ac ferro vastari. Hinc meritò cõqueri potest Ecclesia, & tanquam omnium mater, obortis lachrymis exclamare: Filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Vę mihi miseræ & infelici, ex quo dignitatis culmine iniquorum manibus detracta sum? quo pacto mea mutatus color, offuscatus nitor, cælestis pulchritudo terrenis sordibus inquinata? His lamentationibus & querimonijs ad tuos sanctissimos deuoluta pedes, in hunc modũ opem humiliter implorare videtur: Terras & maria circuiui, & nullũ præter te IVLI Pontifex beatissime, qui me magis diligeret, dignitatemque meam & salutem magis curaret, inueni. Tua sub ditione defensa sum, protecta, mirũ in modum aucta. Tuis viribus & authoritate intestini cesserunt hostes, seditiosa turba recessit, à tyrannide liberata Italia. Ad te igitur supplex tãquam ad verum Principem, protectorem, Petrũ, & sponsum accedo, quem oro, obsecro & obtestor, si, quæ corporis sunt, & temporanea iura respiciunt, armis curastì: nunc, quæ ad cuiusq; animum pertinent, nõ armis, sed sanctissimis legibus cura. Id nanque longè faciliùs agere poteris, quàm quæ hactenùs egisti. Cura (inquam) Pater beatissime, vt sponsæ tuæ forma, decorque redeat & pulchritudo. Cura, vt grex tibi cõmissus, optimis ac spiritalibus alimentis alatur & viuat. Cura, vt valetudo hæc, quæ totum terratũ orbem inuasit, abscedat. Cura, vt fluctuanti nauiculæ, in alto à diris agitatæ ventis, salutis portus illuceat. Cura, ne fruges, cuius es cultor, præ nimia ariditate siccescat. Cura, vt ouile vnum fiat, quod modò est in partes diuisum. Cura denique, vt salutem, quã dedisti nobis, & vitam & spiritum nõ amittamus. Tu enim Pastor, tu medicus, tu gubernator, tu cultor, tu denique alter deus in terris. Aduerte igitur, clementissime Pater, si sponsam tibi deditissimam amas, si iustitiam, pietatem, modestiam, aliasque virtutes amplecteris, si velut es optimus ac pstantissimus Princeps, ita Principis artem & officium optimè calles, aduerte (inquam) & prouide, vt hac in tua republica virtutes colantur, foueantur, maximoque sint habitæ precio, vitia expellantur, extinguantur, & tanquàm perniciosissimæ pestes absistant. Aduerte & prouide, vt in ea concordia vi-

Esa. 1.a

geat,discordia recedat,pax subeat, pax vera,pax sancta, pax communis & perpetuis temporibus duratura, vt iustitiæ osculo & veritatis coniugio cõfirmata,super vniuersam terram vberrimos cælestis benignitatis pariat fructus,ne fortè,si secùs fiat,velut ex quibusdam paruis igniculis, maiores & sæuiores indè, immò maximæ & sæuissimæ belli flammę consurgant. quos igitur in tui obsequium admisisti,pientissimè Pater, retine,foue,confirma:Quos respuisti,cõgrega,redige,serua, vt in vera Christi familia verus Christus inhabitet, vna sit mẽs, vnus animus,vna volũtas. Cõmunes aũt & Christiani noĩs hostes vexa,turba,confringe Fidelissimos & benemeritos suscipe, amplectere,adiuua,malignos abige,seditiosos ꝓpelle,dolosos ac fœdifragos disijce,perde, cõfunde. Si denuò opus est armis,in eos armis & potẽtissimis vtere:sin autem, sola authoritate ꝓcede. Ad hoc enim is tibi à deo concessus est Principatus, vt totius Christianæ reipublicæ dignitas,salus,vita, libertas, omniaq; fortunæ bona,tuæ sapientię & potestati sint credita. Ad hoc Lateranense cõcilium conuocasti:ad hoc curæ tuæ, solicitudines,labores,& studia fuere semper intenta:ad hoc respiciunt omium mortalium vota. Hoc expectant omnes, & apertis faucibus operam tuam implorant. Ita nanque optimo virtutum moderamine per te contexta atq; composita huius reipublicæ tela, restituetur tibi hæreditas tua, quam exiens aper de sylua,totiès vorare prætendit. Redibunt aurea secula, tuoque flante spiritu effluent aquę, & irroratione tua terra pinguescet.

Dixi.

SESSIO QVINTA.

Hæc notabilis & memoranda propter confirmationem bullæ factę in materia electionis R. Pont. canonicè faciendæ.

¶ Quinta sessio tenta & celebrata, absente dño nostro IVLIO II. Pont. maximo propter ægritudinem, præsidente reuerendiss. in Christo patre domino Raphaele Episcopo Ostien,sanctæ Rom. Ecclesiæ Cam. Card. S. Georgij nuncupato.

ANno à natiuitate domini 1513. Indictione prima, die verò Mercurij,decima sexta mensis Februarij,fuit celebrata quinta sessio in Ecclesia Laterañ,in loco solito. In qua propter corporis alterationem & aduersam valetudinem S. D. N. IVLII Diuina prouidentia papæ secundi,fuit præsidens in præfata sessione reuerendiss. in Christo pater & dominus,dominus Raphael episcop⁹ Ostien, Cardinalis sancti Georgij vulgariter nuncupatus,S. R. E. camerarius. In qua fuerunt præsentes infrascripti reuerendiss. domini Cardinales,patriarchæ, Archiepiscopi, episcopi, Abbates, Generales Ordinum, & principum Oratores, ac illust. domini, & quamplures alij in diuersis facultatib⁹ doctores & magistri,videlicet reuerendissimi in Christo patres & domini, domini

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendissimus dñs Raphael Ostien prædictus præsidens.
Reuerendiss. D. Dominicus Portuen.
Reuerendiss. D. Iacobus Albanen.
Reuerendiss. D. Marcus Prænestinus.
Reuerendiss. D. Franciscus Sabinen.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Thomas tituli sancti Martini in montibus,Strigonien,
Reuerendiss. D. Nicolaus tituli sanctę Priscæ,de Fliſco.
Reuerẽdiss. D. Robertus tituli sanctæ Anastasiæ,Nanneten.
Reuerendiss. D. Leonardus tituli sanctæ Susannæ,Agennen.
Reuerẽdiss. D. Christophorus tituli sanctę Praxedis,Anglicus.
Reuerendiss. D. Antonius tituli sancti Vitalis,Sipontin.
Reuerendiss. D. Petrus tituli sancti Eusebij,Anconitan.
Reuerendiss. D. Achilles tituli sancti Sixti, Bononien.
Reuerendiss. D. Bandinellus tituli sanctæ Sabinæ,de Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerẽdiss. D. Alexander sancti Eustachij, Farnesius.
Reuerẽdiss. D. Ludouicus sanctæ Mariæ in Cosmedin,de Aragonia.
Reuerendiss. D. Marcus S. Mariæ in Porticu,de Cornelijs.
Reuerendiss. D. Sigismundus sanctæ Mariæ nouæ.
Reuerendiss. D. Alphonsus S. Theodori, Senen.

PATRIARCHAE.

Reuerendus pater D. Cæsar Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Alphonsus Antiochenus.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Iulius Corinthien.
Reuerend. P. D. Franciscus Consan.
Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicosien.
Reuerẽd. P. D. Bernardus Spalaten.
Reuerend. P. D. Hieronymus Antibaren.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitan.
Reuerend. P. D. Franciscus Iadren.
Reuerend. P. D. Fredericus Salernitan.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachien.
Reuerend. P. D. Ieremias Tranen.
Reuerend. P. D. Rainaldus Ragusin.
Reuerend. P. D. Andreas * Nobonialien.
Reuerend. P. D. Petrus Arboren.
Reuerend. P. D. Robertus Rheginus.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Ioannes Maria Sipontin.

EPISCOPI.

* Taruisinus Reuerend. P. D. Bernardus *Teruisinus.
Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Paphen.
Reuerend. P. D. Albertus * Valuen.
Reuerend. P. D. Siluester Vuigornien.
Reuerend. P. D. Iacobus ciuitatis ducalis.
Reuerend. P. D. Ioannes Aquilanus.
Reuerend. P. D. Franciscus Vincentinus.
Reuerend. P. D. Octauianus Viterbien.
Reuerend. P. D. Franciscus Ortanus.
Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentin.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptista Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Bertrandus Adrien.
Reuerend. P. D. Paulus Lectoreñ.
Reuerend. P. D. Marinus Ceneten.
* Budueñ Reuerend. P. D. Hieronymus *Bidrianen.
* Budineñ Reuerend. P. D. Iulianus Vulteran.
*niduaneñ Reuerend. P. D. Iacobus Fauentin.
Reuerendus P. D. Antonius Vrbinaten.
Reuerendus P. D. Dominicus Lucerin.
Reuerend. P. D. Vincentius Naulen.
Reuerẽd. P. D. Ioãnes Dominicus Terdonen.
Reuerend. P. D. Ferdinãdus Balneoregien.
Reuerendus P. D. Ioannes Tuden.
Reuerend. P. D. Franciscus Suessanus.
Reuerendus P. D. Andreas Militen.
Reuerend. P. D. Franciscus Bisignianen.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptista Brumaten.
Reuerend. P. D. Petrus Castelli maris.
Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollanen.
Reuerend. P. D. Ioãnes Frãciscus Nolanus.
Reuerendus P. D. Hieronymus Aretin.
Reuerend. P. D. Gabriel Caluen.
*Bergomen. Reuerendus P. D. Nicolaus * Pergamen.
Reuerendus P. D. Ioannes Elneen.
* Acerren Reuerend. P. D. Ioannes * Acerran.
*Acernen Reuerendus P. D. Matthæus *Vmbriacen.
*Vmbriaticen Reuerendus P. D. Benedictus Chien.
Reuerendus P. D. Bernardus Castren.
Reuerend. P. D. *Bernardinus Policastren.
Reuerendus P. D. Alexander Alexãdrinus.
Reuerend. P. D. *Galesius Viluen.

Hic legendum vel Albertus Vilueñ, vel Galesius Belunensis,si tamen certi quidquam in tanta priorum nominum confusione haberi potest.

Reueren. P. D. Ioannes *Bobien.
Reuerend. P. D. Baptista Aquinaten.
Reuerend. P. D. Franciscus Spoletan.
Reuerendus P. D. Basilius Tudertin.
*Cõradus Reuerendus P. D. *Corradus Astunen.
Reuerendus P. D. Ioannes Antonius * Anglionen.
* Signen Reuerend. P. D. Ludouicus *Sinien.
Reuerend. P. D. Simon Modrusien.
Reuerendus P. D. Ludouicus Tricaricen.
Reuerendus P. D. Latinus Vestanus.
Reuerend. P. D. Andreas * Literen.
* Littereñ
* Adiaceñ Reuerendus P. D. Philippus *Adriacen.
*Aiaceñ Reuerend. P. D. Lucas Guardien.
Reuerendus P. D. Augustinus Sagonen.
Reuerendus P. D. Petrus Narnien.
Reuerendus P. D. Petrus Foroliuien.

Reuerend. P. D. Hieronymus Asculan.
Reuerendus P. D. Andreas *Ansaren. *Auxereñ
Reuerẽ. P. D. Zacharias Terracinen.
Reueren. P. D. Dominicus Imolen.
Reuerendus P. D. Hieronymus * Insulen. * Ilcineñ
Reuerendus P. D. Scaramũza Cumanus.
Reuerend. P. D. Christophorus *Polignianen. *Pollinianeñ

ABBATES.

Reuerend. P. D. Basilius Abbas & Generalis Vallis vmbrosæ.
Reuerend. P. D. Floremundus sancti Gregorij de vrbe.
Reuerend. P. D. Polydorus sancti Eutychij Spoletañ diœcesis.
Reuerend. P. D. Antonius sancti Galgani Vulterañ diœcesis.
Reuerendus P. D. Guillelmus Abbas monasterij beatæ Mariæ Britoñ.

MAGISTRI GENERALES ordinum.

Magister Aegidius ordinis eremitarum sancti Augustini.
Magister Thomas ordinis Prædicatorum.
Magister Bernardinus ordinis Carmelitarum.
Magister Timotheus ordinis Minorum.

ORATORES.

Illust. Dominus Albertus de Carpi, serenissimi Maximiliani Romanorum Regis Orator.
Magnificus dominus Hieronymus Vich, Illust. & Catholici Ferdinandi regis Aragonum,& Castellæ gubernatoris.
Magnificus dominus Franciscus Foscarus Illust. Dominij Venetorum orator.
Nobilis dominus Bonus de Frãcischis, cõmunitatis Lucen orator.

ILLVST. DOMINI TEMporales, & senator vrbis.

Illust. Dominus Fredericus Marchio Mantuañ.
Magnificus Dominus Iulius Storciatus senator vrbis.
Dominus Hieronymus Benzon, vnus ex vrbis conseruatoribus.
Illust. Dominus Iulius de Vrsinis.
Illust. Dominus Iacobus de Sabellis.
Et alij quamplurimi domini & milites ordinis sancti Ioannis Hierosolymitañ.

¶ Fuit celebrata Missa Spiritus sancti per reuerend. patrem dominum Alphonsum patriarcham Antiochenum in altari existẽte in loco Concilij, quod fuit mutatum propter absentiam Papæ, & versum versus reuerendissimos dominos Cardinales & prælatos Concilij. Et facta oratione per reuerendũ patrem dominum Ioannẽ Mariam Archiepiscopum Sipontin,cuius tenor in fine præsentis sessionis inferetur, reuerendiss. dominus Raphael episcopus Ostien presidens,accessit ad altare,& ibidẽm indutus ornamentis pontificalibus, sedens an-

te altare, habẽs dorsum ad altare, & faciem versus concilium, incepit hymnũ, Veni creator Spiritus. Et cantatis litanijs & alijs deuotis orationibus consuetis cantari, & cantato euangelio per dñm Antonium de Piperno, diaconum capellæ sanctissimi domini nostri Papæ, quod est secundũ Ioannẽ, &
Ioan. 10. incipit, Amen amen dico vobis, qui nõ intrat per ostium &c. nobilis dñs Bonus de Francischis orator cõmunitatis Lucen, dedit mandatum cõmunitatis suæ præsidenti concilij ad interessendũ concilio. Et statim supradictus reuerẽdiss. dominus Episcopus Ostiensis, tradidit illud reuerend. patri domino Thomæ Phædræ secretario Concilij. Qui ascẽdit ambonem, & illud legit tenoris infrascripti.

MANDATVM LVCENSIVM.

CVM sit, ꝙ beatissimus & sanctissimus dñs noster Iulius summa Dei prouidẽtia sacrosanctæ Romanę, ac vniuersalis Ecclesię Põtifex optimus maximus, ad extinguendum hæreses, abolendumq́; pernicioſum ac detestabile exortum schisma, & pro bono pacis vniuersæ Christianæ Reipublicæ, celebrari iam firma sententia sua decreuerit, indixeritq́; generale & vniuersale conciliũ in Laterano, nosq́; vt alios Christi fideles, ad interueniẽdum huiusmodi concilio sua in nos paterna charitate sit hortatus, ideo nos aulani & vexillifer iustitiæ populi & cõmunis Lucen, vtpotè qui vniuersam potestatẽ & imperiũ nostræ ciuitatis & populi repræsentamus, iuxta formã statutorum & ordinamẽtorum nostri cõmunis, cùm personaliter interesse nequeamus, sicuti nostri præcipui esset officij & desiderij, vices nostras tenore p̃sentium nostrarum patẽtium literarum, quas potestatẽ publici solẽnis & authentici instrumenti habere volumus, omi meliori modo, via, iure & forma, quib⁹ magis, melius & validius tam de iure, q̃ de facto & consuetudine à nobis fieri potest & debet, demãdauimus, & demandamus præstantissimo Iur. Vtr. cõsulto, domino Bono de Francischis, ciui & Oratori nostro dilectissimo Romæ agenti, vt huiusmodi sacrosancto concilio, nostro & ciuitatis nostræ Lucen, populiq́; vniuersi nomine interſit, & assistat cum reliquis potẽtatuum Christianorum legatis, qui etiã ibi aderunt, ea omia & singula præstando & peragẽdo, quæ à nobis quoquo modo adhiberi & præstari possent, ad honorem, decus, ornamẽtum, amplitudinem, exaltationem & conseruationẽ præfati sanctissimi domini nostri Papę Iulij secundi pontificis maximi, necnon S.R.E. ac vniuersalis ipsius sacrosancti Lateranẽ cõcilij, cum amplissima authoritate & omimoda potestatẽ, facultate, balia & arbitrio nobis in hac parte attributis iuxta formam statutorum, decretorũ, & ordinamentorũ nostri cõmunis, ad omnia & singula in tam pio & sacrosancto concilio, qualia & quantumcunq; fuerint tractanda, peragenda, p̃mittenda, iureiurando firmanda, præstãda, adimplenda, perficienda tam de iure, q̃ de facto & ex consuetudine, & non secùs ac si nos ipsi coràm personaliter ageremus, faceremus & adimpleremus, promittẽtes omia & singula à præfato nostro Oratore nomine quo suprà, tam verbo q̃ scripto in p̃missis, & circa præmissa tractanda, peragenda, concludenda, & firmãda nos esse approbaturos, ratacq́; & grata in perpetuum & omni tempore habituros. In quorum quidẽ omium & singulorum fidem, robur & testimonium, has nostras præsentes literas in patẽti forma tam viuę vocis oraculo, q̃ dato & obtento inter nos partito ad buxulas & pallocta, ac seruatis seruãdis, fieri & sigillari iussim⁹ nostri soliti & maioris sigilli diui Martini impressione. Datum in nostro Lucen palatio, anno Domini 1513. indictione prima, die verò octaua mensis Februarij.

Io. nobilis Cãcellari⁹ de mãdato scripsi.

¶ Quo perlecto, exclusisq́; de more alijs non habẽtibus voces diffinitiuas, exceptis Oratorib⁹ principum, & Baronibus, & alijs Prioribus prælatis in suis subsellijs existentibus mitratis, clausoque concilio & portis, reuerendus pater dominus Scaramuza episcopus Cumañ. ascendit ambonem, & legit quandam bullam tenoris sequentis.

BVLLA INNOVATIONIS ET confirmationis constitutionis cõtra Simoniacam prauitatẽ, in electione pontificis non committendam.

IVlius Episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriã, sacro approbante Concilio Si summus rerum opifex, terrarum cæliq́; sator, sua ineffabili prouidentia Ro. pontificem in cathedra præeminentię pastoralis Christiano generi præesse voluit, vt sanctam Ro. vniuersalem ecclesiam syncẽris corde & opere gubernaret, fideliumq́; omnium profectibus solicitis studijs intenderet, decens & salutare reputamus, vt in electione præfati põtificis, in quem, vt puritatis & candoris speculum fideles ipsi intuentur, omnis labes, omnisq́; illius suspicio absit, talesq́; ad tanti fastigij gradum assumantur, qui ritè & rectè & canonicè ingressi, modo & ordine cõuenientibus nauiculæ Petri gubernacula sustineãt, talesq́; existant, in tanto dignitatis culmine constituti, qui bonis & rectis solatio, malis autem formidini sint, & eorũ exemplo cæteri fideles ad benè operãdum instruantur, & ad viam salutis dirigantur, & ea, quæ propterea per nos statuta & ordinata fuerunt pro rei magnitudine & grauitate, per sacrum generale Concilium approbẽ-

probentur & innouentur, & approbata & innouata cõmuniãtur, vt eo firmiùs perdurent, & tenaciùs obseruẽtur, & aduersus diaboli multiplices insidias defendãtur, quo fuerint dicta authoritate sæpiùs circunfulta, Dudũ siquidem à nobis magnis & vrgẽtibus causis, magnaq́; & matura discussione & deliberatione, cum doctissimis & grauissimis viris etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus præcedentibus & prehabitis, emanârunt literæ tenoris subsequentis.

CONSTITVTIO INSERTA.

IVlius Episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriã. Cùm tam diuino quàm humano iure in spiritualibus præcipuè detestabiliter Simoniæ sit labes prohibita, & longè magis in electione Romani pontificis vicarij Iesu Christi domini nostri abominabilis sit, & vniuersali Ecclesiæ pernicioſa: nos, q̃ regimini eiusdem vniuersalis Ecclesiæ, meritis licèt imparibus, authore Dño præsidemus, cupientes, quãtùm cum Deo possumus, in p̃missis pro tantæ rei necessitate ac periculi magnitudine (vt tenemur) in posterum salubriter prouidere, de fratrum nostrorũ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & vnanimi consensu, hac nostra perpetuò valitura constitutione, Apostolica authoritate, & de potestatis nostræ plenitudine statuimus, ordinam⁹, decernimus & diffinimus, ꝙ si (quod Deus pro sua clemẽtia & in omnes bonitate auertat) contigerit, postq̃ nos vel successores nostros successiuè ipse De⁹ ab huiusmodi vniuersalis ecclesię regimine absoluerit, humani generis inimico procurante, & ambitiõe vel cupiditate ad hoc inclinãte seu impellẽte, electiõe Romani Pont. ab eo, quẽ eligi cõtigerit, vel ab aliquo, seu aliquib⁹ de cœtu Card. quomodolibèt votum dantibus, per Simoniacam hæresim in dando, promittendo vel recipiendo pecunias, bona cuiusq́; generis, castra, officia vel beneficia, seu promissiões & obligatiões, cõmissam per se vel aliũ, seu alios quomodocunq́; & qualitercunq́; etiam in duarum partiũ, vel omniũ Cardinaliũ vnanimi concordia quomodolibèt, etiã per viã assumptionis vnanimiter, nemine discrepãte, etiam sine scrutinio factæ, celebrari vel fieri, non solũ huiusmodi electio vel assumptio eo ipso nulla existat, & nullam eidẽ sic electo vel assumpto administrandi in spiritualibus & temporalibus facultatẽ tribuat, sed etiã contra dictum sic electũ vel assumptum, de Simoniaca labe à quocunq́; Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi & excipi possit, sicut de vera & indubitata hæresi, ita ꝙ à nullo pro Ro. Põtifice habeatur, quinimò ipse sic electus, à priori suo Cardinalatus & alio quocũq́; honore, ecclesijs cathedralibus, etiam metropolitanis & patriarchalibus, monasterijs, dignitatibus, & alijs quibuscunq́; beneficijs & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulũ vel in cõmendam, aut aliâs quomodocunque, eo ipso absque alia declaratione priuatus existat: & idem electus, nõ Apostolicus, sed Apostaticus, & tanq̃ Simon magus & hæresiarcha, & ad prædicta oĩa & singula perpetuò inhabilis habeatur & sit. Nec huiusmodi Simoniaca electio per subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem seu obedientiam, vllo vnquàm tẽpore conualescat. Liceatq́; omnibus & singulis cardinalibus, etiã illis, qui huic Simoniacæ electioni seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem & adorationem seu obedientiam, ac etiam vniuerso clero, populo Ro. necnõ subditis, & sancti Angeli de vrbe, ac quarunuis aliarũ Ro. Ecclesiæ arcium præfectis, castellanis, capitaneis, & alijs officialibus, quocunq́; homagio seu iuramẽto, vel cautione præstitis nõ obstante, à talis electi, etiam inthronizati obedientia & deuotione, impunè & quandocunq́; discedere, (ipsis fidei Ro. Ecclesię & obedientiæ futuri R. Pont. canonicè intrantis, nihilominùs adstrictis permanentibus) & eum vt magum, ethnicum, publicanum, & hæresiarcham euitare. Ad cuius quoq́; confusionem possint cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini vniuersalis Ecclesiæ p̃textu talis electionis ingerere, auxiliũ brachij secularis cõtra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia discedentes, tanq̃ tunicæ nõi scissores, aliquarũ propter dictũ discessum, pœnarum seu censurarum vltioni subiaceant. Cardinales verò, qui eum sic Simoniacè elegerint, à suis ordinibus & etiã Cardinalatus titulis & honore, ac quibuscunq́; patriarchalibus, Archiepiscopalibus, episcopalibus, & alijs prælaturis, ac dignitatibus & beneficijs, quæ in titulum vel commendam tunc obtinebãt, vel in quibus seu ad quæ ius tunc habebant, absque alia declaratione priuati existant, nisi ab illo penitùs & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus, qui huiusmodi Simoniæ nõ consenserint, infra terminum octo dierum, postquàm fuerint ab eis requisiti personaliter, (si fieri poterit, aliâs per edictũ publicum) se absq; fictione vel fraude vniuerint & cõiunxerint. Et tunc, si p̃fatis alijs cardinalibus se vniuerint & coniunxerint, in pristinũ statũ, & ad pristinos honores & dignitates, etiã cardinalatus, ac ecclesias & beneficia, quibus p̃erant, & quæ obtinebãt, reintegrati, rehabilitati, ac restituti & repositi, ab huiusmodi Simoniæ labe, & censuris ac pœnis ecclesiasticis quibuscunq́; absoluti eo ipso existãt. Mediatores verò, proxenetæ, trapezitę tam clerici q̃ laici cuiuscunq́; dignitatis, qualitatis & ordinis fuerint, etiã patriar-

patriarchali,archiepiſcopali,ſiue epiſcopali, vel alia ſeculari,mundana ſiue eccleſiaſtica dignitate p̃diti, etiam quorumcunq; Regũ &principum Oratores vel nuncij,huius Simoniacæ electionis participes, ſint oñibus ſuis Eccleſijs,beneficijs, p̃laturis & feudis, ac alijs quibuſcunq; honoribus & bonis eo ipſo priuati,& ad ſimilia inhabiles,ac etiam actiuè & paſſiuè inteſtabiles,&eorum bona ipſo facto,ad inſtar reorum criminum læſę maieſtatis,Fiſco Apoſtolicæ ſedis applicentur,deuoluanturq;, ſi prędicti delinquẽtes eccleſiaſtici fuerint,vel aliâs Romanæ Eccleſię ſubditi.Bona verò &feuda taliter delinquentium, non ſubditorum ſeculariũ in partibus exiſtentia,fiſco ſecularis principis, & in cuius territorio bona ſita fuerint, ipſo facto ſimiliter applicentur. Ita tamen,ꝙ ſi infra tres menſes, à die, quo notum fuerit illos Simoniã commiſiſſe, vel participaſſe, principes dicta bona fiſco ſuo actualiter nõ applicauerint,ex tunc illa fiſco eccleſię Romanæ applicata cenſeantur, & ſint eo ipſo, abſq; aliqua ſimiliter declaratione.Promiſſiones quoq; & obligationes,ſiue ſponſiones,propterea q̃cunq;,etiam ante tempus dictæ electionis,etiã extra perſonas Cardinalium per quoſcunq; alios quomodocũq; factæ,cum quauis inexcogitabili ſolẽnitate & forma,etiã iuratæ,cõditionales ſiue euẽtuales,& in forma excõmiſſarũ ex quacũq; cauſa,etiã depoſiti,mutui,cambij, confeſſionis de receptis,donationis, arrendamenti vel venditionis,permutationis, vel alterius cuiuſcunq; contractus,etiã in ampliori forma cameræ Apoſtolicę factę,ſint nullę & inualidæ,& ad agendum inefficaces, nullusq; illarũ vigore cogi vel cõſtringi poſſit in iudicio vel extra,liceatq; oñibus ab illis impunè, abſq; aliquo metu ſiue periurij nota recedere. Et inſupèr liceat cardinalibus,qui electioni p̃dictæ Simoniacæ interfuerint,& à p̃fato ſic electo diſceſſerint,adhibitis ſecũ alijs cardinalib⁹,etiam illis, qui huiuſmodi Simoniacæ electioni cõſenſerunt, & poſteà eiſdem cardinalibus in dicta Simonia non cõplicibus ſe vniuerint, ſi ſe cum eiſdẽ vnire voluerint,alioquin ſine eis,ad alteri⁹ nihilominùs pontificis electionem, nõ expectata alia ſententia declaratoria Simoniacæ electionis huiuſmodi,eadẽ tñ præſente noſtra cõſtitutione ſemper in ſuo robore permanente,liberè aliâs tñ canonicè deuenire, & conciliũ etiam generale indicere,& conuocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire, nõ obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,& p̃cipuè fe. re Alexandri papæ 3. quæ incipit, Licèt de euitanda diſcordia, & aliorũ Romanorum põtificum p̃deceſſorum noſtrorũ etiam in concilijs generalibus editis, cæterisq; contrarijs quibuſcunq; inhibẽtibus. Poſtremò omnibus & ſingulis ſanctę Romanæ eccleſiæ cardinalibus,qui pro tempore erunt, & eorũ ſacro Collegio,ne Apoſtolica ſede vacante,p̃dictis contrauenire, vel contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorũ ſtatuere, diſponere, ordinare, vel aliquo modo facere ſeu attentare p̃ſumant quocunq; exquiſito colore vel cauſa,ſub excõmunicationis latę ſententiæ pœna,quã ipſo facto incurrãt,& à qua non niſi per Ro.pont. canonicè electũ abſolui poſſint,niſi in mortis articulo præcipimus: decernẽtes extunc irritũ & inane, ſi ſecùs ſuper his vel aliquo p̃miſſorũ à quoquàm ſciẽter vel ignoranter, etiã p nos cõtigerit attentari. Vt aũt p̃ſentis cõſtitutiõis, decreti,ſtatuti,ordinationis, ac inhibitiõis noſtræ huiuſmodi tenor ad oĩm notitiã deducatur,volumus,p̃ſentes literas noſtras in valuis Baſilicę principis Apoſtolorũ,necnõ cancellarię,ac in acie Campiflorę affigi,nec aliã earundẽ literarũ publicationis ſolennitatẽ requiri aut expectari debere, ſed huiuſmodi affixionẽ pro ſolenni publicatione & perpetuo robore ſufficere.Nulli ergo oñino hominũ liceat,hãc paginã noſtrorũ cõſtitutionis,ordinatiõis,ſtatuti,decreti, diffinitionis, applicationis, appropriationis & inhibitionis infringere,vel ei auſu temerario contraire.Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit,indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis dñicæ 1505. 19. Cal.Febr. pontificat⁹ nri anno 3.

Quæ literę deindè,pro ipſarum ſubſiſtẽtia firmiori & notorietate, dum Bononiæ cum noſtra curia eſſemus de menſe Octobris,pontificatus noſtri anno 7.in conſiſtorio noſtro ſecreto,etiam venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Ro. eccleſiæ Card. & aliquibus p̃latis noſtris domeſticis, lectæ & publicatæ & approbatæ,& demum in quinterno cãcellariæ deſcriptæ & annotatæ,& in audientia contradictarum,ac alijs locis publicis dictæ ciuitatis, & poſtremò Romæ in locis deſignatis ſolenniter publicatæ extiterũt,& eorũ exemplaria ad oẽs ferè Chriſtianos principes trãſmiſſa. Nos inſupèr attendentes,quanti ponderis, quantiq; exitij Chriſti vicariorũ in terris adulterinæ electiones eſſent,quantumq; detrimẽti Chriſtianæ religioni afferre poſſent, p̃ſertim his difficilimis tẽporibus,quibus diuerſimodè vexatur Chriſtiana religio vniuerſa,volentes ſatanę dolis & inſidijs,humanæq; p̃ſumptioni & ambitioni, quãtùm nobis p̃mittitur,obuiare, vt literæ p̃dictæ eo magìs obſeruenẽ,quo clariùs conſtiterit, eas matura & ſalubri deliberatione dicti ſacri concilij approbatas & innouatas, qua ſtatutæ & ordinatæ fuerunt,licèt ad ſuũ ſubſiſtentiam & validitatẽ alia probatione non indigerent, ſed ad abundantiorẽ cautelã,& ad tollendã omnẽ doli ac malitię cauſam malè cogitantibus,

tibus,& tam ſaluberrimæ conſtitutioni cõtrauenire ſatagẽtibus,vt eo tenaciùs obſeruentur,& difficiliùs tollantur,quo tantorũ patrum fuerint approbatione munitæ,literas prædictas cum oñibus & ſingulis ſtatutis,ordinatiõibus,decretis,diffinitionibus, pœnis,inhibitionibus,alijsq; oñibus & ſingulis clauſulis in eis cõtentis,ſacro hoc Lateraneñ concilio approbante, authoritate & poteſtatis plenitudine præfatis approbamus & innouamus, easq; inuiolabiliter & irrefragabiliter obſeruari & cuſtodiri mandamus,roburq; perpetuę firmitatis obtinere,ac cardinales,mediatores,oratores, nũcios,& alios in dictis literis contentos, ad ipſarum literarum,& omnium & ſingulorũ in eis expreſſorum obſeruationẽ, ſub cẽſuris & pœnis,& alijs in eis cõtentis,iuxta earundẽ literarum tenorẽ & formam teneri, & obligatos fore decernimus & declaramus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac oñibus illis,quæ in dictis literis voluimus nõ obſtare,cæterisque contrarijs quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat,hãc paginã noſtræ approbationis, innouatiõis, mandati,decreti & declaratiõis infringere, vel ei auſu temerario contraire.Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit,indignationem oñipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurũ.

Datum Romę in baſilica Lateraneñ,in ſacra ſeſſione,anno Domini 1512.14.Calend. Martij,pontificatus noſtri anno 10.

Bal.Tuerdus.
Ia.Queſtemberg.

¶Qua perlecta,idem reuerend.pater petijt,an placerent paternitatibus patrum ibidẽm exiſtentium contenta in bulla. Et immediatè ſcrutatores votorũ vnà cum protonotarijs & notarijs receperunt vota. Et omnibus ferè habentibus vocem diffinitiuam,placuerunt ſimpliciter cõtenta in bulla,præter infraſcriptos quinq;, qui votârũt, & reſponderunt vt infrà,videlicet. R.D.Ioan.dominicus epiſcop⁹ Terdoneñ, qui noluit dare votum,quia dixit ſe non eſſe benè informatum.R.D.Benedicto epiſc. Chieñ placuit diſpoſitio ſchedulę,ſed non forma. R.D. Bernardus epiſcopus Caſtreñ dixit, pœnas contentas in ſupradicta ſchedula eſſe modificandas.R.D.Scaramuzę epiſcopo Cumano placuit de manifeſta Simonia, de occulta non, niſi declaratione priùs facta per generale concilium. R. D. Alexandro epiſcopo Alexãdrino placuit, quatenùs Simonia ſit notoria facti permanentis,vel p̃cederet declaratio generalis Concilij, vel ab omnibus vel duabus partibus Cardinalium opponeretur de Simonia. Succeſſiuè idem reuerend,pater dominus Scaramuza epiſcopus Cumañ,legit aliam ſchedulã tenoris infraſcripti.

ALIA SCHEDVLA.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriã, ſacro approbante concilio. Inter alia neceſſaria & fructuoſa opera in ſacro Laterañ concilio,pacis authore fauente,peragẽda,in quarta illius ſeſſione literas noſtras,p quas Ro.curiæ officiales & illorũ exactiões generaliter reformauimus, per nonnullos alios deputatos & deputandos particulariter declarare,& declarationes ipſas in alijs ſeſſionibus nobis in eodẽ concilio referre, & ab ipſo Concilio approbari p̃cepimus & mandauimus,necnon negociũ & diſcuſſionẽ declarationis,nullitatis,inualiditatis,& abrogationis aſſertæ ſanctionis pragmaticæ in partib⁹ Gallicanis,nulla legitima authoritate,ſed cõtra Eccleſiaſticam libertatem, in ſanctæ ſedis vilipendium,abuſu Gallicorum prælatorum,& aliorum laicorũ eis fauentium introductæ, venerabilium fratrũ noſtrorum S.R.E.cardinalium, & aliorum prælatorũ congregationibus,relationemq; diſcuſſorum in prima aut alijs ſeſſionibus, prout commodè fieri poſſet, nobis & concilio prefato faciendam,concilio huiuſmodi approbãte commiſimus,Gallicosq; prælatos,capitula eccleſiarum,& monaſteriorũ parlamenta,& laicos illis fauentes, & dicta ſanctione abutentes, omnesq; & ſingulos alios in premiſſis ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes,per edictum publicũ (cùm ad partes illas tutus non pateat acceſſus)in Mediolaneñ,Aſteñ & Papieñ eccleſiarum valuis affigẽdum, moneri, citari infra certum competẽtem terminum p̃figendum,ad cõparendum coram nobis & dicto concilio,cauſasq; dicendum, quare ſanctio præfata,illiusq; corruptela & abuſio in cõcernentibus authoritatem Rom.eccleſię & ſacrorum canonum,ac Eccleſiaſticæ libertatis violatiõem,nulla & inualida declarari & abrogari nõ deberet,ſtatuimus & decreuimus.Cùm autem particularis declaratio officialiũ fieri & referri, citatioq; & monitio contra prelatos Gallicos,& alios illis fauẽtes,& ſua intereſſe putãtes,decretæ & executę, reproduci hactenus nõ potuerint,& tẽpus ad cõparendũ p̃fixum nondũ lapſum extiterit,nosq; notoria aduerſa valetudine impediti,iuxta deſiderium cordis noſtri in ipſo cõcilio perſonaliter intereſſe nõ poſſimus,cupiamusq; particularẽ reformationẽ, & citatiõe ac monitione huiuſmodi reproductis,diſcuſſionẽ abrogationis & declaratiõis p̃dictarũ, earumq; relatiões maturè & accuratè fieri,ac priſtina noſtra valetudine reſtituta,quã pius & miſericors dñs ſua ſolita clemẽtia cõcedere nobis digneẽ, per nos ipſos debitũ Apoſtolicæ ſeruitutis in ipſo cõcilio exequi,eodẽ ſacro cõcilio approbãte,ſextam ſeſſiõem tertio idus Aprilis proximè ſequentis faciendam indicimus.

Nulli

Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginam noſtrorum præcepti, mandati, cõmiſſionis, ſtatuti, decreti & indictionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis dñicæ 1512. 14. Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno decimo.

Qua perlecta, idem reuerendus pater petijt, an placerent paternitatib⁹ ſuis contẽta in ſchedula, & oẽs, nemine penitùs diſcrepante, dixerũt, placere cõtenta in ſchedula.

Poſtmodùm dominus Marianus procurator fiſci & Concilij petijt, & obtinuit à reuerendiſſimo domino præſidente citationem ad portam Concilij, contra abſentes interceſſe debentes ipſi ſacro Concilio. Et deinde facta citatione & relatione, accuſauit contumaciam abſentium, & petijt contra eos declarari pœnas & cẽſuras decretas contra nõ venientes ad ſacrum Concilium: ſuper quibus omnibus petijt inſtrumẽtum & inſtrumenta.

DEinde reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus, dominus Dominicus Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis Grimanus nũcupatus, procurator reuerendi patris domini Antonij Contareni Patriarchæ Venetiarum, dedit eius mandatum ad excuſandum eundem & nomine eius intereſſendum, ſubſcriptum per dominum Ioannem Franciſcum à puteo publicum notarium, & eius ſigillo ſigillatum. Ac etiam dictus reuerendiſſimus dominus Cardinalis procurator reuerẽdi patris domini Hieronymi Taruiſini electi Cremonenſis, ad excuſandum eundem electum, ac ad intereſſendum nomine eius ſacro Lateranenſi Concilio, dedit duo mãdata ipſius electi publica, & vnũ ſubſcriptum per diſcretum virum Iacobum Faſolum de Venetijs, eiuſdem electi ſigillo ſigillatum, & aliud ſubſcriptum tantùm per eundem Iacobum Faſolum publicum notarium. Et reuerendus pater dominus Hieronymus Epiſcopus * Biduanenſis, procurator reuerendi patris domini Iacobi de Petrucijs Epiſcopi *Larinenſis, dedit mandatum ad excuſandum eũdem Iacobum epiſcopum, & nomine eius intereſſendũ, ſubſcriptum per diſcretum virum Loyſiũ Granara de Neapoli, publicũ Apoſtolica authoritate notariũ. Et reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus, dominus Antonius tituli ſancti Vitalis presbyter Cardinalis procurator reuerend. patris domini Chriſtophori de Spiritibus electi Cæſenatenſis, ad excuſandum & intereſſendum Cõcilio dedit eius mandatum, ſubſcriptum per dominum Petrum Paulum Ludouici publicum notarium. Et reuerendus dominus Paris de Graſſis, ſanctiſſimi domini noſtri Papę magiſter cæremoniarum, procurator reuerẽd. patris domini * Fi. Rouarella Archiepiſcopi Rauennatenſis, docuit de eius mandato legitimo ad excuſandum & intereſſendum Concilio, ſubſcriptum per dominum Antonium Garuphum Britonẽſem, publicum notarium. Ac reuerendus dominus Andreas Sanna canonicus *Vſulenſis, procurator reuerend. patris domini Ioannis Sãnæ epiſcopi *Vſulenſis, docuit de eius mãdato ad intereſſendum & excuſandum, & erat ſubſcriptum per dominum Ioannem Ordium publicum notarium. Deinde reuerendus pater dominus Galeſius epiſcopus *Beluneñ, procurator reuerendi patris domini Angeli de Ripantibus de Eſio epiſcopi Eſini, dedit eius mandatum, ſubſcriptum per dominum Antonium Franciſcum Ser Angeli de Eſio publicum notarium. Et reuerendus pater dominus Laurẽtius de Fliſco, epiſcopus Montis regalis, procurator reuerendi patris dñi Bonifacij Ferrier epiſcopi Iporigien, docuit de eius legitimo mandato, ſubſcriptum per diſcretum virum Iacobum de *Peritis de Baergoro publicum notarium. Et etiam dedit mandatum reuerend. patris domini Auguſtini electi Vercelleñ, ſubſcriptum p dominum Paulum Petri de Mafæis publicum notarium, ad excuſandum eoſdẽ reuerẽdos dominos Bonifacium & Auguſtinum, ac eorum nominibus intereſſendũ ſacro Concilio. Succeſſiuè reuerendiſſ. in Chriſto pater & dominus, dominus Petrus tit. S. Euſebij presbyter Card. Anconitanus nuncupatus, procurator reuerẽd. patris domini Coſmæ Pacij Archiepiſcopi Florentini, volens docere de eius mãdato, dedit legitimum ſubſcriptum per dominum Laurẽtium Andreæ de Ciobis publicum notarium. Et reuerẽdus pater D. Vincentius archiepiſcopus Neapolitañ, procurator reuerend. patris D. Iuliani epiſcopi Rubeñ, ad excuſandum & nomine eius intereſſendũ, dedit mandatum eiuſdem, ſubſcriptum per diſcretum virum D. Ioannem Andreã Florentiñ, de Neapoli publicum notarium. Et reuerẽd. D. Manilius Acolytus ſanctiſſ. dñi noſtri, procurator reuerẽd. patris dñi Pauli epiſcopi Argoliceñ, ad excuſandum & intereſſendum Concilio, dedit mandatum, ſubſcriptum per dñm Cataneũ de Lipis publicum notarium. Et reuerẽd. pater dñs Iacobus epiſcopus Papheñ, procurator reuerẽd. patris dñi Bartholomæi epiſcopi Montis viridis, ad excuſandum & intereſſendum dedit mãdatum, ſubſcriptum per dñm Laurẽtiũ Frãciſci de Bonnicontijs ciuẽ Romanũ, de regiõe montiũ publicũ notariũ. Et demũ reuerẽd. D. Staniſla⁹ de Aualziuo decretorũ doctor, canonic⁹ *Noladiſſanueñ, dedit mãdatum

*Budimeñ
*Alarineñ
*Vſelleñ
*Belluneñ

datum reuerendi patris D. Vincentij epiſcopi *Noladiſſanueñ, ad excuſandum & intereſſendum eius nomine in ſacro Laterañ cõcilio, ſubſcriptum per dominum Matthiam Bernardi de Oſſineza publicum notarium clericum Placentinæ diœceſis. Quibus peractis, indicta fuit ſeſſio ſexta tertio Aprilis proximè futuri. Et hæc fuerunt pro quinta ſeſſione.

*Nauleñ,

Finis quintæ ſeſſionis tempore vitæ Iulij ſecundi expeditæ, eo abſente, propter ęgritudinem, ex qua quatriduo pòſt obijt.

Hic Ioãnes Maria fit poſteà 1550 Iulius III.

Tenor verò ſermonis & orationis, habitæ in dicta ſeſſione per reuerendum patrem dominum Ioannem Mariam de monte archiepiſcopum Sipontiñ, ſequitur & eſt talis:

In prima orationis parte laudatur inſtitutio Conciliorum, & ſummus Pontifex Iulius, quòd Lateranenſe concilium indixerit. In ſecunda ſuadentur patres ad reſtituendam iuſtitiam, vnitatem, pacem, quæ tria diuina munera, & hominum & temporum iniuria deleta videbantur.

PRiuſquàm in hoc celeberrimo Chriſtiani orbis, conuentu verba facere incipiam, vt ea dicenti mihi, vobisque audientibus facultas diuinitùs infundatur, qua & ego ad cõmunem Chriſtianæ Reipub. ſalutem dignitatemque pertinentia facilè recenſeam, & vos liberè decernatis, laudabili maiorum noſtrorum monente inſtituto, ſanctiſſimi Spiritus, cuius numine ſalutaris hæc ſummo ſtudio celebratur Synodus, opem ac præſidium humilimè implorabo.

Tametſi loci huius ornatiſſimi dignitas, & rei digniſſimæ (de qua mihi dicẽdum eſt) amplitudo, veſtrique ampliſſimi conſpectus maieſtas, patres ſapientiſſimi, ab hoc demandato dicendi munere me deterrebant, non tamen inuitus, ſed læto potiùs hilarique animo maiorũ imperio parui, ſi mihi aliud, hoc certè ſperans me aſſequuturum laudis, quòd indignus non fuerim iudicatus, cuius orationi grauiſſima veſtrum omnium pſentia intereſſet. Suadebar præterea, & magnoperè confirmabar Iulij Pontificis, veſtro ac tantorũ virorum erga Rempublicam Chriſtianam ſingulari & penè incredibili ſtudio, quod præ ſe quiſque ferre viſus eſt mihi, cùm anteà ſemper, tum verò quotiès ad hanc ſacroſanctam conuentum eſt Conſtantinianam ædem. Cunctos enim noſtræ religionis ac fidei inſtaurandæ, confirmandæ, amplificandæ, acerrimo inflammari deſiderio perſpiciebam: vndè facilè adducebar vt crederẽ, me de his rebus (quæ vniuerſo Chriſtianorum cœtui conſulerent atque proſpicerent) dicẽtem vos attentè benigneque audituros. Nam quæ maximè ad Chriſtiani generis vtilitatem, dignitatem, authoritatem ptineant, ſtatui quãtùm temporis anguſtia conceſſerit, hodierna oratione complecti. Adeſtote igitur animis, vosq; ipſos mihi æquos benignosque iudices pbete. Ego in id præcipuè incumbam, vt niſi compoſita rerum varietate, audientium auribus iocunditatem, delectationemque attulero, ſatietatem quidem ac moleſtiam, inculta verborum prolixitate minimè ſim allaturus.

Cùm autem ad illuſtrandam & propagãdam, nedum conſeruandam ac tuẽdam, noſtram fidem religionemque, ſynodum hoc tempore ſapienter inſtitutã luce clariùs appareat, primùm de ſaluberrima eius inſtitutione dicemus, vbi ſingularem pontificis Iulij prudentiam atque incredibilẽ animi celſitudinem attingi æquo animo patiamini. Quæ deinde pro Chriſtianæ Reipublicę robore, ſplendore, amplitudine decernẽda potiſſimùm videntur, quo breuiùs fieri poterit perſtringam. Sanctiſſimæ igitur huius Lateranenſis ſynodi inſtitutionẽ cùm alia plurima mirificè commendant, ſummisque in cælum laudibus extollunt, tum illud in primis, quòd nil niſi ex omni parte perfectum, iuſtum, optimum, & Chriſtianæ Reipublicę oportunum maximeq; fructuoſum, ſapientiſſimorum patrum, ac præſtantium omni virtutum & diſciplinarum genere hominũ conſilio (quorum lectiſſima huiuſce templi ſubſellia ornari frequẽtia intuemur) ſtatui decerníve poſſe cenſetur, quippe quod plurimarum ciuitatum, gentium, nationum periculis atque euentis (vel ab ipſa terrarum orbis origine) compertũ & exploratum eſt. Floruiſſe in Græcia Athenienſes, viguiſſe Lacedæmonios, claruiſſe Corinthios accepimus, quàm diu integerrimorum cõſilia domi militiæque valuiſſent. Nihil enim (quod ad mores, ad inſtituta, ad leges, ad delectum habendum, ad aciem inſtruendam, ad conſerendam pugnam ſpectaret) niſi exquiſitis plurimorum ſententijs, ijſdem in ciuitatibus gerebatur. Nec ab re quidem apud Homerum Agamemnõ ille plures ſibi dari diutiſſimo ad Troiam bello Neſtoris, q̃ Achillis ſimiles exoptabat, quorum alteri lacertis & viribus, alteri conſilijs ac ſententijs pſtarent. Quid, cp hanc ipſam vrbem, ſummum Imperij Principatum, non abſq; ſapientiſſimorum hominum conſilio adeptam, cunctis terrarũ gentibus nationibusq; priuatim ac publicè agendi normam legemq; præſcripſiſſe conſtat? Recolite ſingulas regum actiones, cõtemplamini poſt liberam ciuitatem vniuerſa conſulum, tribunorum, decemuirorum, aliorumq; magiſtratuũ geſta. Euoluite cuncta Cæſarũ monumenta. Quidnam aliud, obſecro, niſi prudentium conſilia, regnum peperiſſe, Remp. cõſtituiſſe, Imperiũ, potentiamq; auxiſſe comperietis? Sed quid

in re Christiano nomini opportuna, seu potiùs necessaria, vbi non de vnius alteriúsve Reipublicæ ac prouinciæ salute, libertate, dignitate, sed de sanctissima Christi fide, de orthodoxa religione, de Christianorũ omnium quiete agitur, Græcorũ Romanorúmve diutiùs immoramur exemplis, cùm longè melior consultandi ratio, præstantior cõsilij norma, exactius sapientissimorum hominum iudicium, maioriq; diligentia perpẽsum, vel hoc ipso in loco, vel alibì gentium religionem nostram asseruerit, conseruârit, defenderit, amplificârit? Complectimini cogitatione (si placet) Romanorum pontificum ad nostram hanc tempestatem labores, difficultates, periculã, tot tantarumq; rerum discrimina. Quidnam aliud magis præsentaneum ad perferendas multiplices gentilium, hæreticorum, schismaticorum, improborum deniq; ac perditorum omnium agitationes atque procellas, ad euitãdas syrtes & cautes, ad portenta & monstra conculcanda, ijs visum fuisse remedium inuenietis, q̃ vt vniuersos patres ad se conuocarent, quorum consilio Apostolicæ ratis cursum in medijs fluctibus dirigerent, remis vndas perfringerent, attollerent vela, ancoras iacerent, clauum tenerent, portum denique ipsum celerrimè aduẽtarent, lætissimè contingerent, securissimè potirentur? Itaq; celebrent alij præclarissimarum rerum à Iulio pontifice gestarum magnitudinem, varietatem, numerum: commẽdent plurimi admirãdam in prosanis sacrisq; ædificijs magnificentiam, perpetuam pleriq; omnes felicitatem extollant: ego verò singularem illius prudentiam, incredibilemq; animi firmitatem admirari nunquam satis potero, quòd in summa totius Italiæ consternatione, in perditissima nonnullorũ audacia nefariaq; ambitione, in extrema potẽtissimi hostium exercitus immanitate intrepidus, interritus, inconcussusq;, (vt tantorum patrum consilio, ne dicam authoritate atque opera, vteretur) saluberrimam synodum (quod nostrorum temporum pontifices in maiori omnium quiete, & Christianorum principũ obedientia, minoriq; hostium formidine aggredi non sunt ausi) Christiano orbi indixerit: indictam, nulla clade, nulla iactura deterritus, instituerit: institutam, nulla corporis atque animi molestia, nullo aliter sentientium suasu abstractus, sic Deo fauente in hunc diem gerit, vt prosanam omnem cõtumaciam abolere, sacrilegam dominandi libidinem cohibere, truculentam rapiendi licentiam refrenare, detestabiles & Christianæ reipublicæ pernicios as ac pestiferas in occupanda sacratissima Petri sede largitiones in perpetuum delere, adolescentes, nedum pullulantes hereticorum ac schismaticorũ segetes radicitùs extirpare: ridiculam deniq;, impiã, ac nefariam Mahumetis sectã funditùs euertere atq; exterminare sibi proponat. Quare fit, vt non sanè obscuriorem illum ex tam præclara synodi institutione laudem omninò reportaturum confidam⁹, q̃ veteres ij maiores eius reportârunt, q̃ innumeras Arrij, Photini, Sabellij, Ebionitarum, Macedonij, Eudoxij, Nestorij, Pelagianorum, Eutychianorũ, Dioscori, Theodori, Gregorij, Macarij, Monothelitarum, Acephalorum, ac cæterorum omnium hæreses de medio sustulerunt. Q̃quidem cùm virtutes cæteras, tũ vel in primis tria hæc optima ac propè Diuina munera (quæ & temporum & hominum iniuria sunt penè deleta) summã iustitiam, inseparabilem vnitatẽ, cõmunem inter Christianos pacem, eius restitutum iri sapientia, ac vestro patres consilio non desperamus. De quibus si me (vt cœpistis) breuiter differentem benignè attenteq; audietis, & ego dicẽdo, & vos audiẽdo vberrimam (vt puto) frugem colligemus. Est igitur iustitia præcæteris instauranda, restituenda, illustranda: quippe quæ virtutum oĩm fons atq; origo, & mortale genus Deo optimo maximo conciliat, & humanam societatem arctissimo necessitudinis vinculo coniungit. Vt enim Deum immortalẽ, authorẽ, parentem, moderatorem q; nostrum, à quo bonorũ oĩm origo & causa est, à quo nobis essentia, motus, intellectus, contemplatio, actioq; tributa, studiosè colamus, piè veneremur, humilimè adoremus, vt eum nobis propicium faciamus, vt pro cumulatissimis in nos beneficijs memoriam gratiamq; nõ dissimulemus, vt mentem ei sanam, innocẽtem animũ, vitam probam, voluntatem rectam, castam, integram præbeamus, vt religionem cultumq; sacrorum minimè contemnamus, ipsa nos docet monetq; iustitia. Ea etiam, cùm natus sit homo sociabilis, qppe qui in tãta rerũ naturæ copia, q̃ vsui sunt, supra cætera animalia inopia laborat, alienæq; opis indiget, ac propterea necessitate impellente, vt arbitrati quidã sunt, cœtum amat & ciuitates colit, sola facit, vt ipsa societas & coniunctio retineri possit. Nam qd patriæ, parentibus, propinquis, amicis, ciuibus, peregrinis, quid item magistratibus ꝓfanis ac sacris, quid principibus debeamus, quid sequi, quidve declinare, quid vel commendare vel improbare iure oporteat, nobis ante oculos proponit. Nempe vt æquitatem, fidem, beneficentiam, pietatem, seueritatem, integritatemq; complectamur: superbiam, perfidiam, auaritiam, sæuitiam, lasciuiã, ambitionẽ fugiam⁹, nos excitat atq; inflãmat. Quapropter hanc primùm omnium, patres, restituite virtutem: huius luce, q̃ penitùs extincta est, Christianum orbem illustrate: hanc diligendã ijs iubete, qui iudicant terras: hanc seruandã statuite Chrĩanis principibus. Enimuerò eam esse virtutem, q̃ sua cuiq; distribuit, Augustinus, Bernardus, Ambro-

Ambrosius, sanctissimarumq; legũ authores diffinierunt. Porrò igitur inspiciendum est, an quisq;, quod suum est, possideat, an quis alienum occupatum detineat. Sed hoc loco sinite me præterire, non dico Italiæ, verùm (quod longè miserrimũ est) totius Europæ calamitates, quæ tantæ sunt, vt eas cogitatione, nedum oratiõe persequi, vix sine lachrymis queam. Quem enim esse dicam tam obtuso pectore, corde sic immani, moribus tam efferatis, cuius animus tot sedium atq; agrorum occupationes, tot vrbium, opidorum, locorumq; omnium euersiões ac direptiones, tot furta, tot rapinas, tot sacrilegia meminisse, non perhorrescat? Testes estis vos miserrimæ ciuitates, quæ (nulla à vobis patrata culpa, in viscerib⁹ vestris atrocissimos hostes pertulistis, q̃ in gremio parẽtum infantes trucidari, matronas innoxias imbelles q̃; senes interfici, rapi sacratissimas virgines, ornatissima tẽpla spoliari, omniaq; & flagitiorum & facinorum genera perpetrari conspexistis, quibus vel ipsos Turcas Christiani nominis hostes abstinuisse nonnunquàm audiuimus. Quod si (vt nonnulli prædicant) finxere quõdam Poetæ, post Saturni tempora, cùm sensissent iustitiam à rebus humanis abesse, offensam vitijs hominũ recessisse à terra, in cælumq; migrasse, & ad Iouis regnum se cõtulisse, bone Deus, quas nugas, quas fabellas, quas fallacias, excogitaturos eos fuisse arbitramur, si nostrorum temporũ scelera, si flagitia, si facinora, si abiectum Christianæ religionis cultum, si vesanam dominandi libidinem, si nefandam rapiendi licentiam, si inauditam in ijs impietatem, sæuitiam, ambitionem, quos pietatis, charitatis, integritatisq; exempla esse oportebat, conspicarentur? Quas ob res expergiscimini, patres, vt cœpistis, expergiscimini: & quandò non nisi pro reformanda confirmandaque Christiana Republica in hunc ipsum locum conueneristis, sic eam reformandam confirmandam que vobis proponite, vt iustitiam in primis, virtutum reliquarum principem ac reginam, tum inseparabilem Christiano orbi vnitatem, pacemque, summis bonorum omnium votis ac studijs expetitam, dicẽte psalmographo, Iustitia & pax osculatæ sunt, tandem aliquãdo restituatis. Neque enim seruari iustitia facilè potest, nisi & iustitiæ vnitas, & vnitati concordia copuletur. Diligenter idcircò videndum est, patres amplissimi, vt eam Christiani retineant vnitatem, quam vniuersas multitudines, cunctos cœtus, omnes mortalium societates retinere cernimus. Nam si in primis quodcunque libuerit vel regnum, vel ciuitatem, vel domum quanuis priuatam inspiciamus, nihil horum stare ac diu permanere posse, absque ea, de qua dudum verba facere aggressi sumus, vnitate, luce clariùs apparebit. Ruat enim illud atque euertatur regnum necesse est, quod non vniformi regis ac eorum, qui reguntur, voluntate gubernatur: exoriantur ac inualescant in ea ciuitate ciuiles discordiæ, intestina bella, odia sempiterna, in qua Reipub. curam gerentium in vnum sententiæ non conueniunt. Dilabatur breuì ac dissoluatur res familiaris, quãuis magna & ampla, nisi in vnã paterfamiliâs domesticiq; voluntatem concurrant, id quod Euangelij verba illa locupletissimè testantur: Oñe regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit. Ipsas deinde hominum actiones, quarum aliæ bello ad Rempub. armis tuendam, aliæ pace, mercium ac cæterarum rerũ humano vsui oportunarum commutatione alendam spectant, si nobis ꝓponere ante oculos velimus: nec victoriam parari, nisi vexilla sequendi, seruandi ordines, ad tubæ signum sese instruendi, conserendi manum, pedem referendi, cæteraque id genus moliendi ac perferendi omnia, vna insit militibus Imperatoribusq; voluntas. Nec nauim vllam, nisi & gubernator, & nautæ inuicem consentiant, & alius alij in iudicio atque opera nequaquàm aduersetur, ad certum vnquàm peruenire portum comperiemus. Postremò, si nostrũ hoc humanum cõtemplemur corpus, optimam prudentissimamq; rerum artificem naturã, cùm in eo fabricando complures ac diuersas partes ad varia studia & ministeria (vt potè oculos ad videndum, ad audiendum aures, pedes ad incedendum) formasset, vnã cæteris omnibus præfecisse, cuius citatu ac nutu cunctæ moueantur, seque ad agẽdum tolerandúmve quippiam in eius ipsius conforment voluntate, perspiciemus. Quæ cùm ità sint, quonam pacto perpetuum Christi regnum vndiq; telis lacessitum vigere, ęternam beatorum Rempublicam diuersis factionibus dissipatam florere, domum DEI sanctissimam sibi dissidentem constare, cęlestem angelorum militiam inter se digladiantem eminere, salutarem Apostolorum nauim, diuersis remigum & magistri conatibus agitatam, contineri, redemptoris nostri membra scissa, separata, discerpta, ab vnitate distracta, stare ac permanere vel minimo tẽporis spatio arbitrabimur? Sũma igitur amplissimi patres, vnitate, summa voluntatum animorumque concordia est opus, cum præsertim ea nobis Diuinis & præceptis & exemplis tantoperè insinuetur. Omitto id, quod inquit Propheta in Psalmis: Deus habitare facit vnanimes in domo. Subticeo agnũ Exodi in figura Christi occisum, atq; in vna domo comedi iussum. Prætereo mãdatum fuisse Raab, in qua Ecclesia præfor-mabatur, vt parentes, fratres, totamque familiã in domũ suam colligeret ad seipsam: transeo verba illa, nostra hac tempestate sępiùs repetita, Vnum sumus ego & pater, & erit

Psalm. 84.

Lucæ 11. c

Psalm. 67.

Exod. 12. a

Ios. 2. c

Ioan. 10. f

erit vnus grex & vnus pastor: relinquo supplicium de ijs diuinitùs sumptum, qui sibi
Num. 16. aduersus Aaron legitimum sacerdotem sacrificandi licentiam arrogauerant: omia deniq; diuina præcepta atq; exempla prætermitto. Quid enim eorum vllum adducam,
Matth. 16.c cùm nihil aliud sacrarum literarum cótineant monimenta, quàm vnum esse Deũ, vnũ Christum, vnam Ecclesiã, vnam fidem, vnã cathedram, super firmissimam petram Dñi voce fundatam? Cumq; id nos vel maximè vt inquit Augustinus, ad vnitatem cohortari debeat, quòd ex vno duntaxat homine vniuersum gigni voluit humanum genus altissimus, vt quantoperè vnitatem in pluribꝰ diligeret, nobis apertissimè declararet: Hãc igitur primùm omnium inducite, hanc custodite, hanc excolite, compositi in eodem
Phil. 2.a sensu, vt Paulus apostolus inquit, & in eadẽ
Ephe. 4.a sententia sustinentes inuicèm in dilectione, satagentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis. Pax itaq; vnitati coniungẽda, aggreganda, copulanda est. Tanta est em̃ inter vtrãq; necessitudo ac societas, vt cùm arctissimo & firmissimo collgatæ sint vinculo, dissolui carum vna, quin & altera dissoluatur, ac seruari vna, quin seruetur & altera, nullo modo possit. Quapꝑter extinctis bellorum flammis, q̃ totum inflammârũt ac incenderunt Christianum orbem, sacrosanctę Reipublicæ rebus compositis, cum iustitia pariter atq; vnitate excitanda atq; vrgenda pax est. De qua, cùm latissimus dicẽdi campus occurrat, nec temporis angustia, nec vestra, patres, cæterorumq́ue præstantium virorum benignitas atque humanitas longiorem expetat orationem, plura nõ dicam. Siquidem ea, quæ ad Christiani generis, vtilitatem, dignitatem, authoritatem, saluberrima hac synodo decernenda maximè videntur, breuiter accepistis: quæ si vos vestris cõsilijs, vestris (inquam) suffragijs restituenda, seruanda, confirmanda statuitis, non dico sanctissimam hanc vrbem veram Pontificũ sedem, sed orbẽ vniuersum, maximam atq; perpetuã frugem percepturam sperate. Idq́; vt summi pontificis votis, ac studijs vestrûm omnium, ac bonorum principũ optatis respondeat, supremum cæli numen his precibus obtestabor: Te æterne olympi regnator Christe, cuius ditione atque imperio cũcta cælestia terrenaq́; gubernantur, qui tuam à Nerone, Domitiano, Traiano, M. Antonino, & L. Aurelio Commodo, Seuero, Maximino, Decio, Valeriano. Aureliano, Diocletiano haud passus es exterminari religiõem ac fidem, qui Ecclesiam tuam, tot procellis hæreticorũ ac schismaticorum agitatam, in medijs submergi nequaquàm pertulisti fluctibus, te (inquam) inuocamus, tuum implo ramus numen, tuã oramus clementiam. Respice vicariũ tuũ sanctissimũ, & Ecclesię tuæ pastorem solertissimũ, corpore licèt ægro, animo tñ firmissimo. Respice vigilantissimũ senatum, respice cunctos hos patres, respice nostros principes, respice familiã tuam vniuersam. Vides impia tyrannorũ pectora aduersus iustitiã, cernis improbos ac nefarios in leges iuraq́; insurgentes, spectas habere conuenticulum perditæ factionis ad scindẽdam ac dirimendam tunicam tuam inconsutilem, vnitatem q́; ab Ecclesia tua reijciendam. Perspicis tuorum robore tot intestinis bellis perculso, nostrisque debilitatis ac penè confectis viribus, instaurantem se ad pugnam hostem, parantem se ad victimam nostri sanguinis. Tolle (vt cœpisti) secures, tolle gladios. Sit finis ac terminus bellorum, sit fas, reuiuiscente iustitia, conseruata vnitate, dulcissimos optatæ pacis fructus colligere. Pacem à te Christe expetimus, pacem à te clementissime Deus efflagitamus, da illam dñe diebus nostris, quia nõ est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Dñe Deus noster. Aut si bella gerenda sunt, si acies instruendæ, si vulnera perferenda, si id nostrorum exposcunt vitiorum pœnæ, si nostra piãda sunt delicta sanguine, aduersus Turcas nominis tui hostes (quod & sanctissimus Vicarius ipse tuus, & nos omni semper studio concupiuimus) bella geramus: pro tua fide, pro religione, pro aris ac focis dimicantes, pœnas nostrorum criminum luamus: tua effundamus causa sanguinem, quo tuo tandem vniuersus inseruiat orbis Imperio, tuam cuncti religionem ac fidem asserant, agnoscant, profiteantur, vt suo quodammodo iure alacriter ac iucũdè canere id̃ possit ecclesia: In omem terram propagatum est imperium eorum, & in fines orbis terræ religio eorum. DIXI. Psal. 18.

OBITVS IVLII II. PONT. MAX.

¶Anno à natiuitate Domini 1513. Indictione prima, die verò Lunæ, 21. mensis Februarij, fe. re. D. Iulius Papa II. sicut altissimo placuit, Romæ apud S. Petrum in palatio Apostolico ab hac luce migrauit, & viam vniuersæ carnis ingressus est, & sic Apostolica sedes vacauit, & fuerunt celebratæ exequiæ eius iuxta ritum & consuetudinem antiquitùs obseruatam.

¶Die verò Veneris 4. *mensis Martij supradicti anni 1513. reuerendiss. in Christo patres & domini, Domini sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Card. in vnum pro electione summi pontificis facienda, post celebrationem Missę Spiritussancti in basilica principis Apostolorum in altari S. Andreæ, cõclaue, quod in palatio S. Petri in Capella superiori, capella Sixti vulgariter nuncupata, factum fuerat, intrauerũt, & quilibet eorum intrauit, & clausum fuit conclaue ad celebrandũ canonicam legitimamq́; electionem Romani futuri Pontificis iuxta canonicas sanctiones. videtur deesse *Nona.

LEO

LEO PAPA DECIMVS

for. *cõtinuat *LATERANENSE CONCILIVM.

IN DEI OMNIPOtentis nomine, Amen. Sequuntur gesta eiusdem sacri Lateranensis Concilij in Spiritusancto legitimè cõgregati, sub Leone decimo Pontifice Maximo continuati & celebrati cum eisdem solennitatibus & cæremonijs & officialibus, in principio dicti Cõcilij deputatis & nominatis.

Die autem Veneris vndecima supradicti mensis Martij, reuerendissimus in Christo pater & dominus, Dominus Ioãnes de Medicibus, sanctæ Mariæ in Dominica sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus Cardinalis, de Medicibus vulgariter nuncupatus, Romæ in conclaui supradicto, per reuerendissimos Dominos cardinales sancti Spiritus infusione afflante, nemine discrepante, nulloque contradicente, concorditer & vnanimiter & purè ad summi Apostolatus apicem ritè & legitimè ac canonicè electus & assumptus extitit, necnon Dominus Leo papa decimꝰ nuncupatus, atque honorificè (vt decuit) de dicto palatio ad basilicam principis Apostolorum de vrbe ductus, inibiq́; ad altare maius eiusdem cum cantico, TE DEVM laudamus, cum maxima lætitia & solennitate positus & inthronizatus.

Die verò Sabbati decimanona supradicti mensis Martij, præfatus sanctissimus in Christo pater & dominus noster, Dominus LEO diuina prouidentia Papa decimus, per reuerendissimos in Christo patres & dominos, Dominos sacrosanctæ R. E. Card. diuino officio Missæ, solennitatibus in talibus fieri solitis in Ecclesia sancti Petri peractis, ante porticum & introitum dictæ basilicæ, videlicet supra scalam marmoream, in qua constructum fuerat quoddam tabernaculũ ornatum, siue solium eleuatũ pro dicti Domini Leonis Papę decimi coronatiõe, agenda per reuerendissimum in Christo patrem & dominum, Dominum Alexãdrum sancti Eustachij diaconum cardinalem, de Farnesio vulgariter nuncupatum, in cæterorũ dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorũ, Clericque, atque populi præsentia extitit honorificè atque solenniter, vt decuit, & summo pontifici congruit, triplici diademate & corona coronatus & inthronizatus, cum magno totius Curiæ & Romani populi plausu & lætitia.

Anno à Natiuitate Dñi millesimo quingentesimo decimotertio, Indictione prima, die verò Dominica, decima mensis Aprilis, fuerunt publicatæ & affixæ per Ioannẽ Dominicum de fidelibus, sanctissimi Domini nostri cursorem quædam literæ prorogationis sextæ sessionis tenoris infrascripti.

LEO episcopus seruus seruorũ Dei. Ad sanctæ Romanæ vniuersalis Ecclesiæ regimen, meritis quanquã imparibus, diuina dispositione vocati, inter omnia peragenda, quæ tantæ molis onus requirunt, illud in primis expetendum videtur, vt ijs, quæ ad omnipotẽtis Dei laudem, Ecclesiæq́; præfatæ vnitatem & exaltatiõem, ac fidelium omnium profectum tendunt, omni conatu totisque viribus salubriter intendamus. Cùm itaq; felicis recordationis Iulius papa secundus prædecessor noster, vt status Ecclesiæ præfatæ in melius reformaretur, sacrum ac generale Lateranẽ concilium de venerabilium fratrũ nostrorum, tunc suorum, Ecclesiæ præfatæ Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio & assensu conuocauerit & indixerit, illudque deinde celebrare inceperit, & in eo plures vsque ad quintam sessiones, inclusiuè tenuerit, sextamque sessionem tertio Idus præsentis mensis faciendam indixerit, prout in literis seu schedulis dicti Iulij prædecessoris desupèr confectis, plenius continetur: nos qui etiã tunc in minoribus cõstituti, concilium præfatum celebrari summoperè cupiebamus, & domino Iulio prædecessore (sicut Domino placuit) rebus humanis exempto, illius successores effecti, nõ minùs corde tenemus dicti Concilij celebrationem, vsque ad perfectionem causarũ, propter quas indictum fuit, cõtinuare & ad finem perducere, conciliumque huiusmodi vsque ad illius debitum finem & complementum, prosequi velle nunciamus. Verùm cùm præfatus Iulius prędecessor, eodem cõcilio approbante, negocium & discussiõem declaratiõis, nullitatis & inualiditatis ac abrogationis assertæ pragmaticæ sanctiõis, in partibus Gallicanis quodã abusu introductæ, Apostolicæ sedi, ecclesiasticæ authoritati, & sacris canonibus derogantis, dictis fratribus, & aliorum prælatorum congregationibus, relationemq́; discussorum in eodem concilio faciendam commiserit, Gallicosq́; prælatos, capitula Ecclesiarum & monasteriorum, Parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuscunq; dignitatis etiam Regalis existẽtes, omnesq́; & singulos alios, sua cõmuniter vel diuisim interesse putantes, p edictum publicũ, cùm ad partes illas tutus non pateret accessus, in certis locis tũc expressis, moneri & citari infra certum terminum præfigendum, ad comparendum coram Iulio pdecessore & concilio præfatis, causasque dicendum, quare sanctio ipsa in concernentibus authoritatẽ prædictam, & ecclesiasticæ

libertatis violationem, nulla & inualida declarari, & abrogari non debere decreuerit: citatioq; prædictorum Gallicorum capitulorum, Parlamentorum & laicorum præfatorum, cum termino competenti ad comparendum eis assignato, duodecimo calendas Martij proximè præteriti executa fuerit, diesq; comparitionis citatorum & monitorum huiusmodi non nisi quartodecimo calendas Maij proximè futuri veniat, vt sic citati & moniti, in dicta sexta sessione tenenda comparére, suasq; rationes allegare possint: cumq; etiam dicta die tertio Idus præsentis mensis, solennis processio nostræ assumptionis ad Ecclesiam Laterañ, iuxta morem aliorum prædecessorum nostrorum fiet, difficilimumq; esset eadem die sessionem & processionem huiusmodi celebrare, ac ex alijs iustis & rationabilibus causis, nostrum & dictorum fratrum animos mouentibus, de consilio & assensu prædictis, sextam sessionem præfatam, quinto Calendas Maij proximè futuri, quæ erit die Mercurij vigesimaseptima præsentis mensis Aprilis, qua causæ huiusmodi cessabunt, ac citati & moniti præfati comparére, & allegationes audiri, vel vera contumacia accusari poterunt, prorogamus, illamq; ipsa die quinto Calendas mensis huiusmodi faciendam indicim⁹. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis & indictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romę apud sanctum Petrum anno incarnatiõis Dominicæ millesimo quingentesimo decimotertio, quarto Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

PLACET.

Executio & publicatio suprascriptarum literarum prorogationis, sequitur & est talis:

¶Die decima mensis Aprilis præsentes suprascriptæ literæ, affixæ & publicatæ fuerũt in valuis principis Apostolorum de vrbe, in valuis Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis, in valuis cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campiforæ, vt moris est, per me Ioannem Dominicum de Fidelibus cursorem.

Alia executio & publicatio earundem literarum prorogationis, est talis:

Die verò vndecima mensis Aprilis, affixę & publicatæ fuerũt in valuis basilicæ sancti Ioannis Lateranensis, dum ibidèm gentium multitudo propter accessum sanctissimi dñi nostri, Dñi Leonis Papę X. congregata erat, per Ioannẽ Dominicũ de Fidelibus cursorẽ.

Die verò Lunæ xj. suprædicti mẽsis April. post diuinũ officiũ in basilica S. Petri principis Apostolorũ peractũ, ante horã prandij, sanctiss. in Christo pater & dñs noster, Dñs LEO diuina prouidentia Papa X. diademate Pontificali coronatus soleniter cũ maximis mirificisq; triumphis, honestate, reuerentia & honore decentibus, p reuerendiss. in Christo patres & dños, dños S. Romanæ Ecclesię Cardinales, Patriarchas, archiepiscopos, episcopos, Abbates cum albis mitris, atq; pluuialibus ornatos, necnõ perplures illustres Duces & Barones, nobilesq; Romanos atq; cæterarũ nationũ homines, de dicta basilica S. Petri ad basilicã S. Ioannis Lateranensis, pro nonnullis cæremonijs ibidèm faciẽdis, laudabiliter associatus extitit.

SEXTA SESSIO, ET PRIMA tempore sanctissimi domini nostri, domini Leonis Papæ X.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno à natiuitate eiusdẽ millesimo quingentesimo decimotertio, Indictiõe prima, die verò Mercurij, vigesimaseptima mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Domini Leonis diuina prouidentia Papæ decimi, anno primo, sacra & vniuersali synodo in basilica Lateranẽsi cõgregata, fuit celebrata sessio, præsidente p-fato sanctissimo domino nostro. Et fuerunt præsentes infrascripti reuerendissimi Domini Cardinales, Patriarchæ, & Archiepiscopi, ac reuerẽdi patres domini Episcopi, Abbates, & oratores principum, Illustres Dñi & alij quàm plures doctores & magistri & equites ac nobiles, in primis reuerẽdiss. Dñi

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendissimus domin⁹ Raphael Ostien.
Reuerendiss. dom. Dominicus Portuensis.
Reuerendiss. dominus Iacobus Albanen.
Reuerendiss. d. Marcus Prænestinus.
Reuerendiss. dominus Franciscus Sabinen.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendissimus dominus Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigonien.
Reuerendissimus dominus Franciscus tituli sanctorum Ioannis & Pauli.
Reuerendiss. dominus Nicolaus tituli sanctæ Priscæ, de Flisco.
Reuerendiss. dñs Hadrianus tituli sancti Chrysogoni.
Reuerendiss. dominus Robertus tituli sanctæ Anastasiæ, Nanneten.
Reuerendiss. dominus Leonardus tituli sanctæ Susannæ, Agenneñ.
Reuerendiss. d. Carolus tituli S. Cæciliæ.
Reuerendiss. dominus Antonius tituli sancti Vitalis, Siponti.
Reuerendiss. d. Matthæus titul. S. Potẽtianę.
Reuerendiss. dominus Petrus tituli sancti Eusebij, Anconitan.
Reuerendiss. dominus Achilles tituli sancti Sixti, Bononien.

Reuerendiss. dominus Bandinellus tituli sanctæ Sabinæ, de Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiss. dominus Alexander sancti Eustachij, Farnesius.
Reuerendiss. dominus Ludouicus sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Aragonia.
Reuerendiss. Dominus Marcus sanctæ Mariæ in porticu, de Cornelijs.
Reuerendiss. Dominus Sigismundus sanctę Mariæ nouæ.
Reuerẽdiss. D. Alphonsus sancti Theodori.

PATRIARCHAE ET ASSISTENTES Papæ.

Reuerend. patẽr D. Cæsar Alexandrinus.
Reuerẽd. pater. D. Alphonsus Antiochenus.
Reuerend. pater D. Franciscus Consanus.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Robertus Rhegianus.
Reuerend. P. D. Fredericus Salernitanus.
Reuerend P. D. Gabriel Dyrrhachien.
Reuerẽd. P. D. Ioannes Baptista Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Scaramuza Cumanus.
Reuerend. P. D. Pompeius Reatinus.
Reuerend. pater dominus Ioannes Franciscus Taurinensis.
Taruisinus Reuerendus P. D. Bernardus Teruisinus episcopus, & Gubernator vrbis.
Reuerẽdus P. D. Hercules episcopus Augustensis, orator Sabaudiæ.
Reuerendus P. D. Bertrandus eps Adrieñ, & orator Ducis Ferrariæ.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Stephanus Patraceñ.
Reuerend. P. D. Iulius Corinthien.
Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicosien.
Reuerend. P. D. Bernardus Spalaten.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P. D. Hieremias Tranen.
Reuerend. P. D. Orlandus Auinionen.
Reuerend. P. D. Rainaldus Ragusiñ.
Monembasien Reuerend. P. D. Andreas Noboniasien.
Reuerend. P. D. Petrus Arboreñ.
Reuerend. P. D. Gisbertus Surrentiñ.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Iulius Florentiñ.

EPISCOPI.

Reuerend P. D. Iacobus Pontentiñ.
*Iannocius Reuerend. P. D. Genocius Troian.
Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Papheñ.
Reuerend. P. D. Albertus Valuensis.
Moraneñ Reuerẽd. P. D. Ioannes Baptista Maraneñ.
Reuerendus P. D. Bartholomæus Iustinopolitanus.
Reuerend. P. D. Aloysius Interamneñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Aquilanus.
Reuerend. P. D. Ioannes Petrus Theatiñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Ciuitatis Ducalis.
Reuerend. P. D. Marinus Ceneteñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Fauentinus.
Budineñ Reuerend. P. D. Hieronymus Biduaneñ.
Reuerend. P. D. Dominicus Luceriñ.

Reuerend. P. D. Ioannes* Sibiniceñ. *Sebonicen
Reuerend. P. D. Alexius Melphitanus,
Reuerend. P. D. Franciscus Spoletañ.
Reuerend. P. D. Andreas Militeñ.
Reuerẽd. P. D. Ioãnes Dominic⁹ Terdoneñ.
Reuerend. P. D. Franciscus Suessanus.
Reuerend. P. D. Petrus Vrgelleñ.
Reuerend. P. D. Hugo Rhegiñ.
Reuerend, P. D. Galesius* Beluneñ. *Belluneñ
Reuerend. P. D. Ioannes Antonius Calineñ.
Reuerend. P. D. Alexander Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentiñ.
Reuerendus pater D. Bernardinus* Polycastreñ.
Reuerend. P. D. Iosue Esculañ.
Reuerend. P. D. *Marius* Vgentinus. *Marcus
Reuerend. P. D. Petrus Narnieñ. *Ogẽtinus
Reuerendus P. Domin⁹ Ioannes Franciscus Spigaceñ.
Reuerendus P. D. Andreas* Litreñ.
Reuerend. P. D. Simon Modrusien.
Reuerendus Pa. D. Ioannes Franciscus* Lauellineñ. *Lauelleñ *Auellaneñ
Reuerend. P. D. Hieronymus* Ilcineñ. *Insuleñ
Reuerend. P. D. Conradus* Astuneñ. *Ostuneñ
Reuerend. P. D. * Scribonius Imoleñ. *Scabonius
Reuerend. P. D. Iulianus Vulterañ.
Reuerend. P. D. Hugolinus Licien.
Reuerend. P. D. Antonius Vrbinateñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Soranus.
Reuerend. P. D. Nicolaus* Pergameñ. *Bergomeñ
Reuerend. P. D. Paris Pisaurien.
Reuerend. P. D. Andreas Ansareñ.
Reuerend. P. D. Ioannes * Acerraneñ. *Acerneñ
Reuerend. P. D. Thomas* Calleñ. *Callinen *Callacen
Reuerend. P. D. Albertus Sebasteñ. *Caiaceñ
Reuerend. P. D. Vincentius* Caiacianus.
Reuerend. P. D. Hieronymus Asculañ.
Reuerend. P. D. Iacobus Signeñ.
Reuerend. P. D. Matthæus* Vmbriaceñ. *Vmbriaticeñ
Reuerend. P. D. Franciscus Bisignianeñ.
Reuerend. P. D. Benedictus Chieñ.
Reuerend. P. D. Latinus Vestanus.
Reuerendus pater dominus Ioannes* Tribunien. *Trabunieñ
Reuerendus pater dominus Ludouicus Tricaricensis.
Reuerendus pater dominus Petrus Castelli maris.
Reuerendus pater dominus Claudius Belicensis.
Reuerendus pater dominus Paulus* Lectorensis. *Luctorieñ
Reuerendus pater dominus Theseus* Racanatensis. *Macerateñ
Reuerend. pater dominus Ioannes Elneñ.

ABBATES.

Reuerendus pater dominus Antonius sancti Galgani.
Reuerendus pater dominus Ioannes sancti Sebastiani extra vrbem.

ORATORES.

Illustris dominus Albertus de Carpi, se-

reniſſimi Maximiliani Romanorum Regis orator.

Magnificus dominus Hieronymus Vich, Illuſtr. & Catholici Ferdinandi regis Aragonum & Caſtellæ Gubernatoris Orator.

Magnificus dominus Franciſcus Foſcarus, Illuſtr. Dominij Venetorum Orator.

Reuerendus pater dominus protonotarius Marinus Charatius, illuſtr. domini Maximiliani ducis Mediolanẽſis orator.

Dominus Iacobus Saluiati & Franciſcus Victorius, dominij Florentinorum Oratores.

Illuſtr. dominus Ludouicus Comes Petiliani.

SENATOR VRBIS ET conſeruatores.

Illuſtr. dominus Iulius Senator vrbis.

Dominus Hieronymus Venzo, & dominus Stephanus Carbon.

Celebrata itaque Miſſa per reuerendiſſimum dominum Franciſcum epiſcopum Sabinenſem, Cardinalem Vulteranum, & habita oratione per reuerendum patrem dominum Simonem epiſcopum Modruſienſem, cuius tenor in fine præſentis ſeſſiõis deſcribitur, cantatisque Litanijs & Euangelio per reuerendiſſimum dominum Alphõſum ſancti Theodori diaconum cardinalẽ, quod incipit, Cùm eſſet ſerò die illa vna ſabbatorum, &c. ſanctiſſimus dominus noſter Papa incepit hymnum, Veni creator ſpiritus &c. Quo finito, idem ſanctiſſimus dominus noſter habuit orationem, & incipit, Paſtoralis officij &c. exhortando patres exiſtentes in Concilio, ad cogitandum ea, quæ viderint pro Republica Chriſtiana expedire. Et etiã dixit intentionis ſuæ ſanctitatis eſſe, continuare concilium, donec fiat vniuerſalis concordia & pax inter Chriſtianos. Finita hiuſmodi oratiõe, ſupradict⁹ magnificus dominus Iacobus Saluiati Orator Florentinorum, præſentauit mandatum præfato Domino noſtro nomine dicti dominij ad intereſſendum Concilio. Et immediatè idem dominus noſter dedit illud reuerend. patri domino Thomæ Phædræ legendum in ambone. Qui aſſcendit amboné, & legit tenoris infraſcripti.

MANDATVM FLORENTINORVM

IN Nomine DEI, Amen, Anno domini noſtri Ieſu Chriſti ab eius ſalutifera incarnatiõe 1513. Indictione prima, die verò quarta menſis Aprilis, tempore pontificatus ſanctiſſ. in Chriſto patris & domini, domini Leõis diuina prouidentia papæ decimi, cum ſuperioribus mẽſibus, die videlicet trigeſima menſis Decembris, 1513. ſacroſancto concilio Lateranẽ per ſe. me. Iulium Pontificem maximum indicto & celebrato, intereſſeatq; adhærêre ſummoperè cuperemus, vt veros Chriſtianos decet, mandauimus tribus legatis noſtris tunc, ac etiam ad præſens Romæ degentibus, Iacobo videlicet Saluiato, Matthæo Strozæ, ac Franciſco Victori, nobilib⁹ ciuibus noſtris & cuilibet ipſorum in ſolidum, vt noſtro nomine tali muneri atq; officio in tali cõcilio intereſſent, atq; adhærerent, vt de tali mandato per nos facto & celebrato, publicum conſtat documentum infraſcripti tenoris & exempli.

IN Dei nomine, Amen. Anno domini noſtri Ieſu Chriſti ab eius ſalutifera incarnatione 1513. Indictione prima, die verò trigeſima menſis Decembris, tempore Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi, D. Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi: Proſpexit tandem Deus noſter de excelſo ſanc- Pſalm. 101.
to ſuo, Dñs de cælo in terram adſpexit. Fluctuãte enim chriſtiana nauicula & periclitante, ne ictibus mergeretur vndarũ immanium & peſſimarum, dies tandẽ illuxit, quo ventorum rabie ſedata, & placatis poſtisq; procellis, ſalutarẽ nauis reperit portũ Chriſti, qui cùm in terris homo factus verſaretur ſalutem mundo illaturus, nulli rei magis incubuit, nihil præ ſe tulit vberius, quàm vt pacem procuraret, ſuis pacẽ relinqueret. Neq; Ioan. 14. d
à nobis poſtmodùm diſceſſurus quicquam dulcius mãdauit diſcipulis, quàm vt pacem colerent, paci ſtuderẽt, pacem rebus in oñibus amplexarentur. Neque id mirum. Quid enim pace ſanctius, quid iucũdius, quid vel nomine ipſo pacis ſuauius? Hæc enim bonos nutrit, diſperſos cogit, noxia quæq; tollit, & ſalutem perennem non parat modò, ſed præſtat. Hac vna re motus ſanctiſſimus ac beatiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter, Dominus Iulius diuina prouidentia Papa ſecundus, & Catholicæ Eccleſiæ Pont. Max. verus & indubitatus Chriſti vicari⁹, Petri ſucceſſor, cùm videret Chriſtianã pacem atq; vnitatem diſcindi atque dilacerari, plures in vinea domini Sabaoth hæreſes pullulare, apros de ſylua imminere, vineam ipſam iamiam profanaturos atq; exterminaturos, ſchiſma inter Chriſtianos ſerpere, mortiferumq; & abominãdum, lupos complures ouiũ pellibus amictos, Dominicum gregem inuadere, occurrendũ, ptinùs imminẽti malo, atq; exterminãdum tam immane facinus duxit. Ideoq; de cõſenſu ſacroſancti reuerẽdiſſimorũ cardinalium collegij, conciliũ ſuperiore anno indixit legitimũ ſacroſanctũ Romæ apud ſanctam Lateranẽſem Eccleſiam, ad quam Chriſtiani omnes conuenirẽt, ab eo vocati in cõmunem defenſionẽ Chriſtianæ Reipũblicę, & eorum animaduerſionem, qui tunicam incõſutilem atq; vnicam domini noſtri Ieſu Chriſti diſcindere, in partesque

tesque varias diſtrahere moliuntur. Cumq; Florentinæ Reipublicæ, inter Chriſtianas primarias reſpublicas non poſtremę, ad conciliumque huiuſmodi vocatæ, partes ſuas tueri, neque communi rei deeſſe conueniat, obſequendum votis vocationiq; ſanctiſſimi domini noſtri papæ ſtatuit, vt Chriſtianos principes decet. Idcirco cũ reſp. ipſa coram intereſſe Laterañ ſacroſancto concilio non poſſit, communem cæterorum vſum ſecuta, vicarios ſuos tali muneri deſtinandos decreuit. Quapropter nos priores libertatis, & Vexillifer iuſtitiæ populi Florentini de Balia, vnà cũ concilio noſtro Baliæ, oñibus modis, qbus magìs, meliùs & validius potuimus ac poſſumus, ſtatutorum ac legum noſtræ reipublicę more ſeruato, facimus, cõſtituimus, creamus & ſolenniter ordinamus, pcuratores noſtros & noſtræ reipublicæ, ac vices nõſtras ac Reipub. ipſius noſtrę demãdamus nobilib⁹ ciuibus noſtris Iacobo Saluiato Ioannis filio, Matthæo Strozæ Laurentij filio, & Franciſco Victori Petri filio, oratoribus noſtris apud ſummum Pontificem Romæ degentibus, quibus omnibus ſimul, & vnicuiq; ipſorũ ſeiũctim & ſeparatim, noſtras noſtrąq; Reip. vices mandauimus atq; mãdamus, vt ſacroſancto cõcilio Lateranẽ prędicto, noſtro nomine interſint, adſiſtant, adhæreant, præſtent & tranſigant, quæ à nobis noſtraque Republica præſtari, exhiberi ac tranſigi quoquo modo poſſint in decus, honorem, dignitatem, amplitudinemque præfati ſacroſancti concilij Lateranẽſis, & exaltationem eiuſdẽ S. D. N. Iulij II. Pont. Max. & ſanctæ Rom. Eccleſiæ catholicæ antedictæ, dantes eiſdem Oratoribus noſtris, & eorum cuilibet ampliſſimam authoritatẽ, poteſtatem atque arbitrium ad omnia & ſingula in pdictis & circa pdicta, videlicet, q in tam pio, & ſalutari, ac religioſo negocio tractanda, peragenda, pmittenda, pſtanda, & executioni mandanda, atq; adimplenda forent, q nos cũ pfato nro cõcilio Baliæ ex forma ſtatutorum ac legũ Reipub. nrę quoquo modo facere, tractare, promittere, præſtare, ac executioni mandare, atque adimplere poſſemus ac poſſumus, & quæ nos ipſi facere poſſem⁹, ſi preſentes pręfato ſacroſancto concilio intereſſemus, promittentes omnia & ſingula à pręfatis oratoribus noſtris vel altero ipſorũ, facta, geſta, promiſſa, præſtitaq; in præmiſſis & circa pręmiſſa nos appbaturos eſſe, rataq; & grata in perpetuum habituros, decernẽtes præſens noſtrum mandatum vires habiturũ & duraturum, donec præfati oratores noſtri vel ipſorum quilibet, in præfata legatione pmanſerit apud præfatũ S. D. N. Iulium pontificem maximum. In quorum omnium fidẽ & teſtimonium pręſens mandatum fieri iuſſimus & publicari in forma noſtræ Reipublicæ conſueta. Datum in palatio noſtro, die quo ſuprà.

Ego Antonius olim ſer Anaſtaſij, ſer Amerigi de Veſpuccis, Imperiali authoritate iudex ordinarius, notariusque publicus & ciuis Florentinus, necnon cancellarius extractus officiorum populi & communis Florentiæ, prædictis omnibus & ſingulis, dum ſic agebantur, interfui: eaque rogatus ſcribere, ſcripſi rogatus & publicaui, & in hãc publicam formam redegi, & alijs magìs arduis negocijs occupatus, alij mihi fido ſcribendum commiſi. Et quia cum meo originali concordare inueni, ideo in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, & ſolito mei ſigno ſignaui. Nunc autem eodem Iulio Pontifice Max. ab humanis ſubtracto, & in legitimũ eius locũ ac ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſucceſſorẽ diuina prouidentia ſuffecto ſanctiſſimo ac beatiſſimo D. N. D. Leone X. Põtifice Max. vero Chriſti vicario, ac Petri legitimo ſucceſſore, qidẽ ſacroſanctum Lateranenſe conciliũ in Chriſtianæ Reipubli. ſanctificationem ac decus proſequi & celebrare pro ſua diuinã clemẽtia deſtinat, ita nobis ſignificantibus præfatis legatis, pręfati ſanctiſſimi D. noſtri nomine non viſum eſt, vt communi Chriſtianorum cauſæ, tam ſanctæ, tam Diuinæ, quantùm in nobis eſt, deſimus: idcirco notum ſingulis atque vniuerſis eſſe volumus, quibus intereſt, aut quomodolibèt intereſſe poſſet, ſi qua in re per præfati felicis recordatio. Iulij Pontificis obitum, eidem mãdato noſtro ſubtractum, aut aliqua in parte diminutũ quomodolibèt ſit, aut eſſe p quenquam putaretur, id nos omnemque Rempublicam noſtram huius inſtrumenti noſtri ſerie penitùs ſupplere, inſtaurare & ſufficere. Volumusque eiuſmodi mandatum omni dubitatiõe ſemota, in ſuo robore penitùs perſtare & remanere, eoſdemque legatos noſtros & quemlibet eorum, eadem facultate, authoritate & poteſtate frui debere & poſſe, qua frui debebant ac poterant, dum præfatus ſel. me. Iulius pontifex maximus in humanis ageret, decernentes præſens noſtrum mandatũ vires habere ac durare debere, donec præfati oratores noſtri vel ipſorum quilibet in pfata legatiõe permãſerit apud præfatum ſanctiſſ. dñm noſtrum, dominũ Leonem decimum pontificem maximũ. In quorum omniũ fidem ac teſtimonium, pręſens fieri iuſſimus inſtrumentum, eundemque Antonium Veſpuccium ſecretarium noſtrum, notariumque publicum, de prædictis vnum ſeu plura, prout opus fuerit, conficere inſtrumenta. Datum in palatio noſtro, die quo ſuprà.

Ego idem Antonius olim ſer Anaſtaſij, ſer Amerigi de Veſpuccis, Imperiali authoritate iudex ordinarius, notariusq; publicus & ciuis Florentinus, necnon cancellarius extractus officiorum populi & communis Florentiæ, pdictis oñibus & ſingulis dũ ſic agebantur, interfui: caq; rogat⁹ ſcribere, ſcripſi, rogaui

rogaui & publicaui, & in hãc publicã formã redegi. Et alijs magis arduis negocijs occupatus, alij mihi fido ſcribere cõmiſi. Et quia cum meo originali concordare inueni, ideo in fidem prẽmiſſorum me ſubſcripſi, & ſolito mei ſigno ſignaui.

Deinde dominus Marius de Peruſchis ꝓcurator concilij, reproduxit bullam ſeu monitorium contra profitentes pragmaticã, tenoris prout ſuprà continetur, dans eius executionem, à tergo videlicet:

Anno à natiuitate domini 1513. Indictione prima, pontificatus ſanctiſſimi domini Iulij Diiuina prouidentia papæ ſecundi anno decimo, die verò quintadecima mẽſis Februarij, præſentes retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, fuerũt affixæ & publicatæ in metropolitana Mediolanenſi, & in cathedrali Papienſi die decimaſexta, ac cathedrali Aſtenſi die decimaoctaua mẽſis Februarij, affixę & publicatę in valuis ſeu portis, & ibidẽm per longũ temporis ſpatiũ dimiſſæ, vt ab omnibus ibidẽm ſtantibus legi & intelligi poſſent. Deinde copiæ earundem literarum ibidẽm affixæ, dimiſſæ fuerunt in ſignum veræ publicationis earũdem literarũ prædictarum, per me Franciſcum Vaca, ſanctiſſimi domini noſtri Papę curſorem, & dictus dominus Marius procurator accuſauit eorum cõtumaciam prælatorum & aliorum intereſſe debentium ſacro concilio huiuſmodi, & non intereſſentium, petens decerni citationem cõtra eoſdem, & ſanctiſſimus dominus noſter nihil reſpondit. Demum excluſis alijs non habẽtibus vocem diffinitiuam, exceptis oratoribus & Baronib⁹ ac prẽlatis, & clauſis portis dicti concilij, vt moris eſt, ſanctiſſimo dño noſtro Leone decimo, cum cẽteris prẽlatis, ſacris veſtibus indutis & mitratis, in ſuis locis conſidẽtibus, Reuerendus pater dominus Robertus archiepiſcopus Rhegiñ. aſſcendit ambonem, & legit ſchedulam tenoris infraſcripti, de mandato dicti ſanctiſſimi domini noſtri.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futuram rei memoriam, ſacro approbante Concilio. Superna illius ordinatione, q̃ cæleſtia & terreſtria oñipotentis prouidentia moderatur, ſanctę ſuæ vniuerſali Eccleſiæ licèt immeriti præſidẽtes, inter multiplices curas, quibus aſſiduè angimur, doctoris gentium ſalubri ſanctiſſimaq́ue doctrina moniti, ad ea maximè aciem noſtræ mentis cõuertimus, per quę in eccleſia ipſa perpetua vnitas & charitas inuiolata perdurent, grexq́; nobis commiſſus, rectis tramitibus in viã ſalutis ꝓcedat, ac chriſicolarũ nomẽ & precioſę crucis ſignũ, in quo fideles ſaluati ſunt, infidelib⁹ depulſis, dexteraDei aſſiſtẽte, latiùs diffundatur. Sanè poſtquàm felicis recordationis Iulius papa ſecũdus prędeceſſor noſter, ſacrũ generale Lateranenſe concilium, de venerabiliũ fratrum noſtrorum S.R.E. cardinaliũ, de quorũ numero tunc eramus, cõſilio & aſſenſu, laudabiliter, legitimè, & ex rationabilibus cauſis Spiritu-ſancto cooperante, & in eo quinque ſeſſiões tenuerat, ſextamq́; ſeſſionẽ tertio Idus præſentis menſis faciẽdam indixerat, nos dicto prædeceſſore de medio ſublato, extunc expreſſis & alijs cauſis noſtrum & dictorũ fratrum animum mouentibus, ſextam ſeſſionẽ huiuſmodi, de eorundem fratrum cõſilio & aſſenſu, vſque in hodiernum prorogauimus. Cùm autem in minoribus cõſtitutis ſemper nobis inſitum cordi fuerit, generale concilium (vtpotè agri Dominici culturam prẽcipuam) celebrari videndi, nunc ad Apoſtolatus apicem aſſumpti, honeſto vtiliq́ue deſiderio noſtro, debitum ex iniuncto nobis curę Paſtoralis officio acceſſiſſe conſpicientes, rem hanc ardentiori voto & tota animi alacritate ſuſcepimus. Itaque prorogationem huiuſmodi per nos factam, approbante eodem ſacro Lateranenſi concilio, approbamus, ac Concilium, vſque ad perfectionem cauſarum, propter quas indictum extitit, & præſertim vt inter Principes & potentatus Chriſtianos bellis atrocibus pacatis, hoſtilib⁹q́; armis depoſitis, ſyniuerſalis & firma pax componi valeat, pro qua indefeſſa ſolicitudine, nihil pro tam ſalubri bono intactũ relinquendo, oñes conatus noſtros adhibere intendimus, proſequi & fine debito terminare velle, noſtriq́; incõmutabilis animi & intentionis fore & eſſe declaramus, vt ijs, quæ ad Dei laudẽ, Eccleſię q́; præfatę exaltationẽ, ac Chriſtifidelium concordiam pertinent, peractis, ſancta ac neceſſaria expeditio contra catholicæ fidei hoſtes fieri, feliciterq́; ex illis (altiſſimo fauente) triumphari poſſit. Vt aũt ad tantum perutile cõciliũ accedere debẽtes ab acceſſu huiuſmodi quomodolibet non retrahant, oñibus & ſingulis, ad celebrationem concilij prẽfati per dictum Iulium prædeceſſorem conuocatis, aut in congregationibus cõciliorum generaliũ, de iure vel conſuetudine intereſſe debentibus, præſertim Gallicę natiõis, & ad dictum conciliũ Lateranenſe venientibus, (ſchiſmaticis, & alijs q̃buſcunq;, de iure communi vel ſpeciali, per ſententiam ſeu literas Apoſtolicas prędeceſſorum noſtrorũ, vel ſedis Apoſtolicæ prohibitis, dũtaxat exceptis) venientiumq́; ſeruitoribus & familiaribus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis vel nobilitatis exiſtẽtibus, eccleſiaſticis & ſecularibus, ꝓ ſe & eorum bonis quibuſcunq;, nõ obſtantibus q̃buſuis cenſurarum, & pœnarum eccleſiaſticarum & ſecularium adiectionibus, contra eos, ex quibuſuis cauſis, à iure, vel per ſedem præfatam, ſub quibuſuis verborum formis & clauſulis generaliter promulgatis, & quas generaliter incurrerunt, per ciuitates, terras, & loca terreſtria & maritima Roma. Eccleſię præ-

ſentatæ ſubiecta, ad concilium Lateranẽſe ad vrbem huiuſmodi veniendi, & in ea morãdi, & liberè conſulendi, & ab ea quotiès videbitur recedendi, liberũ, tutũ, plenum & omnimodum ſaluumcõductum, cũ plena, libera, tuta & oñimoda ſecuritate, atque in vera & infallibili fide Pontificia, approbãte ſacro concilio præfato, harum ſerie damus & cõcedimus. Et nihilominùs omnes & ſingulos Reges, Principes & potentatus Chriſtianos per literas noſtras hortabimur, monebimus & requiremus, vt ꝓ ſummi Dei & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, veniẽtes ad ſacrum Lateranenſe concilium huiuſmodi, directè vel indirectè, quomodolibèt in perſona vel bonis non moleſtent, ſeu moleſtari faciant, ſed eos liberè, ſecurè & quietè venire permittant. Cæterùm pro exequenda celebratione ipſius concilij, ſeptimam ſeſſionem decimo calendas Iunij proximè futuri faciendam indicimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, declarationis, cõtinuationis, proſequutionis, conceſſionis, monitionis, & requiſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Romæ in publica ſeſſione, in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ 1513. quinto calendas Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Die mercurij vigeſimaſeptima Aprilis, mil leſimo quingenteſimo tertiodecimo. Lecta per reuerẽdum dominum Robertum archiepiſcopum Rhegiñ.

Qua perlecta, petijt idem Reuerend. dominus Archiepiſcop⁹, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et omnes reſponderunt, placere contenta in ſchedula. Et fuit indicta ſeptima ſeſſio decimo Calen. Iunij. Super quib⁹ omnibus & ſingulis præfatus dominus Marius procurator petijt inſtrumentum & inſtrumenta.

Demum reuerendus pater dominus Carolus Orphe⁹ ſedis Apoſtolicæ notarius, dedit mandatum reuerendi patris domini pauli Zanę Epiſcopi Brixieñ, & inſtrumentũ excuſationis illius. Et reuerẽd. pater dominus Franciſcus Inſert, literarum Apoſtolicarum ſolicitator, dedit mandatum reuerẽdi patris domini Georgij epiſcopi Colimbrieñ. Et reuerend. pater dominus Bernardus Archiepiſcopus Spalateñ, dedit mandatum reuerẽdi patris domini Octauiani epiſcopi Viterbieñ & dominus Iacobus Gerteuuitz dedit mandatũ reuerẽd. patris dñi Ioãnis epiſcopi Miſnenſis, ad intereſſendũ concilio huiuſmodi.

CONGREGATIO PRAELATORUM in Lateranenſi palatio pro rebus Concilij.

ANno à natiuitate domini 1513. Indictione prima, die verò Veneris decimaquarta menſis Maij, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Leonis Papæ decimi anno primo, poſt meridiem, in Baſilica Laterañ, in aula qua itur ad ſancta ſanctorum, vulgariter nuncupata aula concilij, fuit cõgregatio prælatorum exiſteñ in vrbe. Et fuerũt præſentes Cardinales Generales ordinum, videlicet:

Reuerendiſſ. Dominus Raphael Epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ camerarius, Cardinalis ſancti Georgij nuncupatus.

Reuerendiſſ. Dominus Thomas ſancti Martini in montibus, presbyter Cardinalis, Strigonienſis nuncupatus.

Reuerendiſſ. Dominus Alexãder ſancti Euſtachij diaconus Cardinalis, de Farneſio nuncupatus.

¶ Inſuper fuerunt prẽſentes octuaginta & ſeptem patriarchæ, archiepiſcopi, & Epiſcopi. Fuitq́ue propoſitum per præfatum reuerendiſſimum Raphaelem epiſcopum Oſtieñ, etiam de mandato ſanctiſſimi domini noſtri, quòd difficile foret, pro ſingulo negocio tractando in concilio cõgregare omnes prælatos: ideo ſequendo ordinem & modũ aliorum conciliorum, paternitates ſuæ eligerent aliquos prælatos graues & doctos, qui eſſent vnà cum reuerẽdiſſimis cardinalibus ad pertractandum coram ſanctiſſimo domino noſtro ea, quę in ſeſſionibus conciliaribus eſſent proponẽda. Et ita prælati ibidẽm exiſtentes, dixerunt, fore honeſtum & rationi conſonum. Et ad electionem prælatorum deputandorum proceſſerunt, mediãtibus fabis albis & nigris, ſeu cum fabis albis & nigris, & ita elegerũt vigintiquatuor prælatos, videlicet:

Reuerendiſſ. dominum Bernardum epiſcopum Teruiſiñ, gubernatorem vrbis,

Archiepiſcopum Seneñ.
Epiſcopum Terdoneñ.
Epiſcopum *Biduaneñ.
Archiepiſcopum Salernitañ.
Archiepiſcopum Florentiñ.
Epiſcopum Cumañ.
Archiepiſcopum Traneñ.
Epiſcopum Fauentiñ.
Epiſcopum Militeñ.
Epiſcopum Caſtelli maris.
Epiſcopum Signeñ.
Epiſcopum Modruſieñ.
Epiſcopum Alexandrinum.
Epiſcopum Caualliceñ.
Archiepiſcopum Rheginum.
Archiepiſcopum Spalateñ.
Epiſcopum *Reliſiñ.
Epiſcopum Iuſtinopolitañ.
Archiepiſcopum Nazarenum.

*Budinen

Epiſco-

Ilcineñ Episcopum Insuleñ.
Episcopum Vrbinateñ.
Episcopum Anglioneñ.
Episcopum Taurineñ.

PROROGATIO SEptimæ sessionis.

¶ Deinde die vigesima supradicti mensis Maij, discretus vir dominus Enrardus Duuiuier, præfati sanctissimi domini nostri cursor, retulit se affixisse literas progationis septimæ sessionis tenoris infrascripti:

LEO episcopus seruus seruorũ Dei. Prouidentia sedis Apostolicæ pluri mùm circunspecta, nonnunquàm ea, quæ certis tunc suadentibus causis & rationibus, statutis temporibus facere dispositum, ex alijs non minùs ponderandis rationibus & causis, in aliud tempus in melius cõmutat & prorogat, prout id in domino videt salubriter expedire. Cùm itaque in sexta sessione sacri Lateraneñ concilij solenniter celebrata, in qua nos concilium prosequi & fine debito terminare velle, eodem sacro concilio approbante nunciauimus, septimam sessionem concilij præfati decimo Calend. Iunij proximè futuri faciendam indixerimus, & certis superuenientibus legitimis causis, præsertim quia propter temporis angustiam materiæ in dicta sessione proponendæ prælatis deputatis & alijs generaliter interesse in dicta sessione debentibus, notificari non potuerunt: aduentus quoque venerabilis fratris Ioãnis Archiepiscopi gneznen̄, Primatis Poloniæ, charissimi in Christo filij nostri Sigismundi Poloniæ regis oratoris, ad præstandum nobis dicti regis nomine obedientiam, & adhærendum ac se incorporandum nomine totius Polonicæ nationis sacro Lateraneñ concilio, ad vrbem de proximo expectatur, qui dictæ septimę sessioni, quæ vltima erit ante Calend. Octobris proximè venturi, interesse cupit: aliisque causis, nobis & venerabilibus fratrib⁹ nostris S. R. Card. notis, septima sessio decimo Calend. huiusmodi commodè celebrari non possit, satiusque visum sit, eam ad aliquot paucos dies post decimum Calẽd. præfatas celebrãdam prorogare: nos vrgentibus rationibus moti, de fratrum prędictorũ consilio & vnanimi assensu, septimam sessionem prædictã ad xv. Calend. Iulij, quæ erit vj. feria, prorogamus, & ipsam xv. Calend. Iulij, faciendam indicimus. Data Romæ in palatio apostolico, die xx. mensis Maij, 1513. Pontificatus nostri anno I.

PLACET.

Anno à natiuitate domini 1513. Indictione prima, die verò tertia mensis Iunij, sanctissimus dominus noster diuisit supradictos p̃latos deputatos per congregationem, vt aliqui eorum tractarent ea, quæ spectant ad pacem vniuersalem componendam inter principes Christianos, & etiam quæ spectant extirpationi schismatis: & alij ad tractandum ea, quæ spectant ad fidẽ: & super reformatione & abolitione pragmaticæ sanctionis. Et etiam sanctitas sua vltra prælatos deputatos per congregationẽ, addidit alios, qui interesse deberent congregationibus particularibus faciendis, ac etiam addidit Generales ordinum. Deputati fuerunt tales, & primò.

DEPVTATIO PRO REBVS pacis vniuersalis componendæ inter Principes Christianos, & pro extirpatione schismatis, est de infrà scriptis, videlicet:

Reuerendiss. Dominus Vulterañ.
Reuerendiss. Dominus Strigonieñ.
Reuerendiss. D. Surrentinus.
Reuerendiss. Dominus de Fliscо.
Reuerendiss. D. sancti Chrysogoni.
Reuerendiss. Dominus de Finario.
Reuerendiss. Dominus de Farnesio.
Reuerendiss. Dominus Mantuañ.

PRAELATI HIS ADIVNgendi, sunt infrascripti electi per vniuersos prælatos Concilij:

Reuerend. Dominus Gubernator Episcopus Teruisinus.
Reuerend. Dominus Terdoneñ.
Reuerend. Dominus Bisignieñ.
Reuerend. Dominus Salernitañ.
Reuerend. Dominus Florentiñ.
Reuerend. Dominus Cumañ.
Reuerend. Dominus Theatiñ
Reuerend. Dominus Fauentiñ.

ADDITI PER SANCTISSImum dominum nostrum, de his, qui nõ interfuerunt congregationi tempore electionis:

Reuerend. Dominus archiepiscopus Gneznen̄, orator Poloniæ.
Reuerend. Dominus Episcopus Rheatiñ.
Reuerend. Dominus Generalis August. eremitarum.
Reuerend. Dominus Generalis Seruorum.

DEPVTATIO PRO GENErali reformatione Curiæ & officialium est de infrascriptis.

Reuerendissimus Dominus Camerarius.
Reuerendiss. Dominus Senogallieñ.
Reuerendiss. Dominus Agenneñ.
Reuerendiss. Dominus Eboraceñ.
Reuerendiss. Dominus sancti Vitalis.
Reuerendiss. Dominus Seduneñ.
Reuerendiss. D. Aragoneñ.
Reuerendiss. Dominus de Cornelijs.

PRAELATI HIS ADIVNgendi, sunt infrascripti, electi per vniuersos prælatos Concilij.

Reuerendus Dominus Seneñ.
Reuerend. Dominus *Militeñ.
Reuerend. Dominus Castelli maris.
Reuerend. Dominus Signinus.

Reuerend. Dominus Modrusieñ.
Reuerend. Dominus Alexandrinus.
Reuerend. Dominus Caualliceñ.
Reuerend. Dominus* Rhegiñ.

ADDITI PER SANCTISSImum dominum nostrum de his, qui non interfuerunt congregationi tempore electionis.

Reuerend. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. Dominus Episcopus Augusteñ, Orator Sabaudiæ.
Reuerend. D. Generalis Carmelitarum.
Reuerend. D. Generalis Camalduleñ.

DEPVTATIO SVPER materia pragmaticæ & rebus fidem tangentibus, est de infrascriptis.

Reuerendiss. Dominus Grimanus.
Reuerendiss. Dominus Arboreñ.
Reuerendiss. Dominus Nanneteñ.
Reuerendiss. Dominus Vicecancellarius.
Reuerendiss. Dominus sancti Eustachij.
Reuerendiss. Dominus Bononieñ.
Reuerendiss. Dominus de Saulis.
Reuerendiss. Dominus de Petrucijs.

PRAELATI HIS ADIVNgendi, sunt infrascripti, electi per vniuersos prælatos Concilij:

Reuerend. Dominus Spalateñ.
Reuerend. Dominus Raguſiñ.
Reuerend. Dominus Iustinopolitañ.
Reuerend. Dominus Nazareth.
*Insuleñ Reuerend. Dominus *Ilcineñ.
Reuerend. Dominus Vrbinateñ.
Reuerend. Dominus Angloneñ.
Reuerend. Dominus Taurineñ.

ADDITI PER SANCTISSImum dominum nostrum, de his, qui nõ interfuerunt congregationi tempore electionis:

*Sebonicen̄ Reuerend. Dominus *Sibiniceñ.
Reuerend. Dominus Melfitañ.
Reuerendus pater Generalis Prædicatorum.
Reuerend. pater Generalis Minorum.

Ita placet, & deputamus.

¶ Deinde supradicti deputati diuersis vicibus conuenerunt in vnum, tractantes & consulentes in tribus diuersis locis, prout fuerunt deputati, de rebus pacis, fideī, & reformationis, in Palatio tamen Apostolico diuersis Cameris, siue aulis, & locis, vbi steterunt ad plures horas qualibet vice clausi, ad discutiendum & examinandum materias proponendas in sacro Lateranensi Concilio & sequentibus sessionibus tenendis & celebrandis. Quæ postmodùm in dictis sessionibus post longam & maturam discussionem expeditæ fuerunt, vt infrà apparebit.

SIMON BEGNIVS EPISCOpus Modrusieñ, Bernardino de *Frangepanibus, Modrusiæ &c. Comiti, salutem.

*Fragapanibus *Fregepanibus

CONstitueram omnino, princeps Illustris, orationem hanc non edere, vtpotè quæ silentio potiùs premi, quàm in hominum exire notitiam mereatur: Ne si quid fauoris aut gratiæ (dum recitaretur pauloantè) consecuta est, totum id nunc, sua in lucem prodeundi temeritate dispereat, cùm præsertim nullo eruditi laudatoris elogio muniatur, nullósve commendationis titulos præ se ferat. Nosti verò tu, qui non succisiuis modò temporib⁹, sed inter arma, inter gladios ipsos scribis aliquid semper aut transfers, quantùm referat, audiatur oratio an legatur, & in cuius aurem veniat, à quo probetur. Verùm mea hæc (vt ingenuè fatear) non ostensioni, sed fidei & veritati inititur. Malui enim communes calamitates aperta oratione, nudis verbis & excusso (vt dicitur) sinu denudare, quàm exquisitis verbis aut ementitis locis rem ipsam per se verissimam inumbrare. Cum doctis actum est, quorum animis probè insinuari posset habita oratio. Et qui veritatem dicit, iuxta illud sapientis, non laborat. Nam & miserabiles huiusmodi conciones plus interim efficacię obtinent, & magìs mouent, si res ipsę, de quibus agitur, ijsdem quibus concludun tur terminis, & eadem illa qua sunt facie, sine cultu, sine affectatis (vt aiunt) cincinnis exhibeantur: Si quid verò nostra hac profecerimus oratione, tu & nostri omnes, immò Ecclesia omnis intelliget. Ego certè nihil dubito, Leonem Pont. nostrum Max. in quo ęqua semper fuit bonitati liberalitas, prudentiæ charitas, integritati magnanimitas, & hunc etiam sacrosanctum Cardinalium senatum, non nos, non nostros tantùm, pro quibus etiam saluator noster humanitatem subijt, & passus est, (haud despiciendam gregis nominici partem) sed Christianam rempublic. omnem, hancque Apostolicam sedem, hæc templa, has aras, hos penates, hæc sacra, hanc prouinciarum Principem & orbis caput vrbem Romam, seque adeò & salutem propriam cõseruaturos. Vel si nil magìs hac industria consecutus ero, id saltem efficiam, vt officij me mei nullo vnquam tempore pœnitentia subeat, quin & vera prędixerim, & necessarium remediũ pro virili imploraverim. Quod (etiam si debito euentu destituatur) & tibi, & nostris, qui animũ in re hac expendere statuent, & mihi etiam ipsi fiet satis. Vale.

ORATIO PER SIMONEM Begnium episcopum Modrusieñ, in sexta sessione Lateraneñ synodi habita.

NEmo vnquam extitit, Pater beatiſſime, vosq; patres ampliſſimi, qui ſua virtute, ſuo ingenio niſus noſtrum hoc cęlum trāſcendere potuerit: quādoquidem comparare tantum arte aut induſtria nūquam poſſumus, vt vndè noſtra culpa decidimus, noſtra eodē virtute reſiliam⁹. Quòd ſi cui datū eſt aliquando, datum eſt autem multis, felicitatem illā, quę cęteras omnes immenſitate ęternitateq; ſuperat, adipiſci, veritatis eum pater attraxit. Hęc nanq; vna eſt ad beatitudinem via, ipſa eſt principium, ipſa finis. Hanc, qui propriis viribus confidunt, relinquentes, non fermè ſecùs, quàm Thaletem illum Aſianum decidiſſe referūt, in errorum damnationis q; foueas prolabūtur. Haud aliter certè à veritate ipſa & diuini iudicij ſpeculo facies ſuas auerterunt, qui loquētes in dolo verba pacifica, innumeras ferè eccleſię calamitates intulerunt. Quarum cauſa œcumenicum illud primum omnium & innumerabilium bonorum ſeminarium, apud Niceam Bithynię vrbem, & alia alibi multa concilia coacta & celebrata eſſe legim⁹. Ego verò in hac Lateranenſis concilij cōtinuatione verba facturus, tametſi leue dicendi munus ſuſcepiſſe me arbitror, quippe q certus ſim, vos & officij veſtri memores & dignitatis, tales vos chriſtianæ religioni exhibituros, quales temporum & rerum (de quibus agēdum eſt) ratio ac magnitudo eſſe iubet: cum hac tamen prefatione dicam, Patres, vt ſi quid, quod dicendum à me fuiſſet, omiſero, (tanta eſt huius prouinciæ difficultas) veniam me ab omnibus impetraturum ſperem. Vos verò, ſi (quæ veſtræ partes ſunt) labenti eccleſiæ non ſuccurreritis, quid ſpei, quid ſubſidij reliquum ſit, iudicate. Itaque de promiſſa totiès eccleſiæ reformatione, deque ſanctiſſima contra Turcas expeditione, quàm breuiſſimè dicturus, à veritate illa opem atq; auxilium implorabo, quæ loquuturis nobis coram regibus & præſidibus Spiritus ſancti facūdiam pollicetur. Tu igitur domine, q os hominis feciſti, qui mutum, ſurdum, videniem, & cæcum fabricatus os, pone cuſtodiā ori meo & oſtiū circunſtantiæ labijs meis, vt quæ tuo nomine digna ſint, quæ Leoni pontifici noſtro maximo, hisq; patribus ac dominis, & vniuerſæ eccleſiæ ſalutaria fuerint, perſtringere valeam. Quando ita conſtitutum eſt à natura, vt omnia orta occidant, plurimùm certè debemus maioribus noſtris, qui cùm perpetuò eſſe non poſſent, vſque adeò nobis proſpexerunt, vt, niſi qui omnem exuit hnmanitatem, rerum geſtarum memoria & præſentem vitā corrigere, & futuram etiam rectè ducere ſua ſponte vnuſquiſque poſſit, ac valeat. Cuius etiam rei gratia ſtatuariam & ſculpturæ & picturæ artes ſagaciſſima mortalitas adinuenit, vt qui literarum notitiam non habēt, inſpectis magnorum virorum imaginibus, ad benè viuendum excitentur: tum etiam, vt maiores natu, præclara illorum geſta à generatione in generationem proferant & promittant. Nobis verò maiorum noſtrorum ſtudio atque vigilijs tantoperè conſultum eſt, nobis ex euangelicæ legis inſtitutionibus, & CHRISTI legiſlatoris noſtri actionibus, totius vitæ norma ita præſcripta eſt, vt illinc veluti ex archetypo quodam & exemplari, quid fugere, quidve ſequi debeat, vnuſq; ſq; depromere poſſit, ſimulq;, qualem ſe ſibi, & qualem alteri exhibere teneatur, apertiſſimè ſciat. Et ſicut pro honore, pro potentia, pro imperio, pro republica animarum prodigos & extrema quæq; perpeſſos fuiſſe nonnullos refert antiquitas: ita nos quoq; pro Chriſtiani nominis honore, animas noſtras odiſſe debemus in hoc mundo, pro Chriſtiana fide nihil arduū, nihil terribile expaueſcētes, pro Chriſtianæ religionis imperio agrum dominicum excolere, vitia extirpare, virtutes ſerere debemus. In hac verò Chriſtiana republica corruptelas oēs tanquàm boni ciues explodam⁹, errata corrigamus, inſtituta, quæ malorum ſtudijs in diſſuetudinem abierunt, ad communem bonorum vſum reuocemus, pacem amemus, amicitias celebremus: Et tales denique nos, qui tanquam luminaria in mūdo lucere debemus & exhibeamus, vt qui in eccleſia Dei ſunt, noſtra bona opera, velut è ſpeculo videant, quæ ſequantur. Illis verò, qui cogente neceſſitate auxilium à nobis implorant, charitatis viſcera oſtendamus, ne ſi præmiſſorum rationem non habuerimus, lupi & impudici (iuxta Auguſtini ſententiam) iudicemur. Sed dicturus iam de his quæ facere nos oportet, rem altiùs aliquantulum repetam, vt recenſitis aliquorum malorum oppreſſionibus, quanta nos deinceps etiam incommoda maneant, ſi veſtro ſtudio, veſtra prudentia illis non occurratur, cognoſcatis, inſpiciatis, attingatis. Gregorio vndecimo, cui ob reſtitutam Italiæ Romanam curiam, plurimùm debemus, Romæ vita functo, Vrbanus ſextus legitimè ſucceſſit. Quòd cùm cardinales Galli incuſarent, Clementem ſeptimum deligunt: idemque illi cardinales in demortui Clemētis locum, Benedictum 13. ſubſtituūt. Vrbano Bonifacius eo nomine nonus, Bonifacio Innocentius ſeptimus, Innocentio Gregorius duodecimus ſuccedūt. Abdicatisque deinde in Piſano concilio, communi omnium cardinalium conſenſu, Gregorio & Benedicto, q̄ p̄miſſis nō ſtetiſſent, Alexāder quintus eligitur: In cuius poſteà locum Ioānes vigeſimuſtertius ſufficit. Et ita per quadraginta fermè annos, multis varijsq; incōmodis afflicta eccleſia, octo legitimos, mixtimq; pſeudopōtifices habuit. Eoq; ventum erat, vt cùm velum templi Dei trifariàm ſciſſum, eccleſiam catholicam protegere, ac circunfouere neq̄ret, ſchiſmaticis ipſis

Exod. 4.

Pſalm. 140

ipſis longè lateque debacchādi occaſionem prębuit ea peſtis, noſtris verò in nos ipſos, & noſtra viſcera deſæuiēdi fomitem ſubminiſtrauit, non tamen ſine ſuſpicione, quòd illorum temporum pōtifices, qui bella extinguere, diſcordias tollere debuiſſent, ſuſcitarent ea potiùs atque nutrirent. Quibus rebus quaſi in præceps itum eſt. Et niſi Deus optimus maximus lucernam illam de domo Dauid, internecioni nunquàm demandandum promiſiſſet, quid de nobis nunc eſſet, arbitrari facilè poteſtis patres ampliſſimi. Quare, cùm nemo eſſet, qui languenti eccleſiæ opem ferret, recordatus Deus verbi ſui, Auguſtiſſimi illius tūc Romanorū & Vngarię, nūc candidiſſimā animā Sigiſmundi regis ſpiritū ſuſcitauit. Qui tanq̄ prudentiſſimus Samſon, & fortiſſimus virorum Gedeon temporum magis quàm cōmoditatis ſuę habuit rationē. Sed quid tanto principe dignius? quid omnipotenti Deo gratius? quid, quod vniuerſæ eccleſiæ ex vſu magis eſſet, facere potuiſſet? Et cùm dignitatis ſuæ ratio & rerū neceſſitas ita expoſceret, nulla eum itinerum laborūmve difficultas dehortari, aut ab optimo vnquàm propoſito deducere valuit: ita vt non priùs conquieuerit, quàm tribus illis, qui de pontificatu contendebant, abdicatis deiectisque, huic ſanctæ ſedi legitimum pontificem, pacemque plusquàm aurum deſiderabilem dederit. Martinus quintus is fuit, vnicum (mea ſententia) & preſentaneum tantis malis remedium, ante cuius ad vrbem aduentum, vniuerſæ eccleſiæ pax reſtituta eſt. Quieuimus tunc aliquādiu, periclitati ſumus iterum, rebus enim ſic (vt diximus) foris compoſitis, & Martinō vita functo, omnis belli moles in Eugenium recidit. Qui poſt amiſſas nonnullas vrbes & oppida, poſt ſuſcitatum in vrbe tumultum, fuga ſaluti ſuæ conſuluit. Superuenienteque Baſileēnſis concilij tempore, cùm tollere illud fruſtrà tentaſſet (quantus eſt cenſuræ metus, quanta concilij authoritas) Bononiam primō id trāſtulit, Baſileæ deinde idipſum approbauit: rurſum Ferrariam, & demum Florentiam conuocauit. Baſileēſis tn̄ conuētus patres, cōtra ſanctiſſimæ Niceną ſynodi decreta, præter Ro. pont. ſententiam & authoritatē, concilium licēt acephali conuocantes & proſequentes, (vt hoc quoque cæteris illius cōgregationis malis adnumerauerim) abdicato Eugenio, *Amadeum Sabaudię ducē ſuffecere. Quod tametſi temerè factū, eccleſiæ tn̄ plurimùm obfuit. Nam & tripliciter ſciſſa tunc eſt, & longo poſt tempore ad veram vnitatem reduci vix potuit, renaſcentibus ſemper alijs & alijs nouis ac grauiſſimis bellis, quæ tanti boni effectū impediebant. Eugenio tunc & Nicolao poſteà Italiam fruſtrà placare conātibus. Effecit tn̄ id demū Nicolaus, vbi Amade⁹ (de quo dixi) pōtificatu ſeipſum abdicauit, ſummā Chriſtianorū oīm læ-

*Amedeum

*Bozną

titia & exultatione. Sed interrupit tantum gaudium Conſtantinopolis & Peræ expugnatio, in qua Conſtantinopolitanus imperator obtruncatus eſt, & quod reliquum nobis erat Oriētalis roboris ac ſplēdoris, amiſim⁹, amiſſis anteà dudū Hieroſolymis, Antiochia & Alexādria, trib⁹ eccleſię catholicæ munitiſſimis arcib⁹. Adnitēte deinde Calixti tertij pōtificis Legato, cōpluribusque crucеſignatis Taurinū Vngari defenderūt, multis hoſtium trucidatis. Et capta etiā ingēti pda, quam noſtris paulopoſt diſſenſiōibus & ſecordia, cū oīi vſura repēdimus, amiſſo Trapezuntis imperio cum tota Pontica regione & *Boſſinę regno cū bona Illyrici parte. Recuperaſſet hæc oīa Pius ſecundus, prudētia & charitate in Chriſtianos nulli prædeceſſorum Pontificum poſtponendus, ſi, dum in conuētu Mantuæ celebrato hęc meditatur, omnis ferè Italia inteſtinis odijs & bellis caruiſſet: ſed tota omninò recuperationis ſpes intempeſtiua tanti Pontificis morte ſublata fuit. Et ita, noſtra cauſa, tm̄ bonū noſtris (vt diximus) malis impeditū hucuſq; ſepiùs extitit, ſerpente magis indies, & Chriſtianā ditionē occupāte vicino iam & potētiſſimo hoſte. Ad noſtros redeo, qui diuina ira perciti, poſt amiſſam Eubœam, & magnā grēcię atq; Epiri partē, maiora bella parare, maiora odij & diſcordiarum domi militiæq; ſemina iacere, accedēte ad hoc Boemorum regis pfidi, & in apertam iam hęreſim prolabētis, ſceleratāq; & vrbi vicina opinione. Quę demum omnia, aut maiori ex parte, Pauli ſecūdi ſapientiſſimi Pontificis ſuaſu & prudētia ſublata ſunt. Carptim hæc attigi patres, vt q̄ ſupra meos annos accidere, reminiſcamini: quę verò mea ætate geſta ſunt, neminem ex vobis eſſe arbitror, qui non, ſicut ego & meliùs me, oīa nōrit. Quis eſt enim, ad quem illius nunq̄ ſatis deploratę cladis, quam ante hos viginti annos in Illyrico accepim⁹, fama nō peruenerit? Quis eſt, qui pulcherrimas & ditiſſimas Orientis atque Epiri ciuitates, ex corde & oculis Chriſtianorum à Turcis nuper erutas, non deplorauerit? omitto combuſtas naues, amiſſas triremes, deſideratum ſæpiùs nri noſ robur. Quis eſt præterea, qui Iadrenſem agrū q̄ques eodē anno Turcarū rabie vaſtatum, & ferro ac flammis deſolatū neſciat? Scardona celeberrimi olim conuentus ciuitas, oppugnata ſæpi⁹ hoc etiā anno, & quod nuprimè vidimus, amiſſis prope eā 4. oppidis, ipſa Dei magis quàm hominum pſidio defēnſa eſt. At in eccleſia Modruſien, cui ego, licèt indignus, nūc pſum, continuas excurſiōes fieri, villas incenſas, caſtra expugnata, & intra hos duos mēſes duo vi capta & diruta, abductaq; eſſe (proh dolor, plus q̄ duo millia Chriſtianorū, q̄s eſt, q nō audierit iam, ingemuerit iā, niſi nos hīc in vrbe, q cōniuemus, obaudimus, diſſimulam⁹? Præterea reliquam Adriatici maris oram, Dalma-

tiamq; omnem, quæ & assiduis incursionibus vel eo maximè infestatur, quòd quicqd in ea equitum aut peditum roboris erat, ad Italicos tumultus euocatum est, nisi tamen assiduis Venetorum vigilijs & validissima semper classe defenderemini: tum etiam nisi bellicosi essent Dalmatæ, rupto iamdiu eo obice, refractis illis claustris repagulisq;, Turcas in Italia coràm vidissetis. Quid de Vngaris dicam, quibus tantus ineſt ꝓ Christi nomine pugnandi feruor, vt quantumuis pauci, cum magno Turcarum numero congredi non vereantur? Quid de Polonis, quorum ita spectata est in vniuersos Christi hostes strenuitas, vt ab armis in Turcas, Tartaros, Russos, Valachos & alios eiuscemodi Barbaros exercendis nunquàm respirét? Horum præsidio & quibusdam quasi propugnaculis si careretis, experiremini profectò, quid Turcarum rabies, quid immanitas esset. Experiremini certè, quantum sagittis valeant hostes hi, de quibus diximus. Videretis proculdubiò & sentiretis, quàm longè volent, quàm acutè perforent, & quàm auidè Christianum sanguinem sitiát, qui equinum bibunt. Illud certè satis constat, profligatos sæpiùs à decem annis Vngarorum exercitus, & intra hos sex mẽses quinq; fortissima corũ castra à Turcis in Illyrico esse expugnata, & quod illis cõmune est, vnà cum incolis absumpta. O ferrea Christianorum pectora, ô immites Christianos, qui hęc non videant, nó audiant, non credãt. Vnius olim Catonis sentẽtia, & Africanæ ficus pro concione ostensæ, senatum populumq; Romanum ad delẽdam Carthaginem impulit: nos amissa sępiùs Asia, Africa, & magna iá Europæ portio, continuæq; Christianorum cædes & lachrymæ nil mouent: nos vicinior, potentior, crudelior hostis nihil deterret. Sũt hîc complures ex nostris, qui post amissas pauloantè vxores cum liberis & fortunis omnibus, ad me miseri confugerunt, consilium & auxilium implorantes. Possem ego quoq; vobis hodiè, patres, hoc eodem in loco recentia & sanguinolenta adhuc istorum vulnera ostendere. Sed quousq; iam patiemini tam vicinum hostem? Quandiu eum, vt clauos in oculis & lanceas in lateribus, feretis? An expectatis, dum parata & deducta iam ingens classis Rhodũ occupet, aut Italiam depopuletur? Vereor profectò, vereor, & futurum certo certiùs credite, patres, nè breui apud vos cœnent, (nisi prouideatur) qui, cum quibus diximus, iam pransi sunt. Multa reticeo quæ quoniam nostra ætas vidit & passa, (ne alta vulnera recrudescãt) nó recensere satiùs existimo. Vnum hoc certè nullo pacto prętermittere possum, longè feliciores illos Italis, cæterisq; Christiani orbis nationibus existimandos, qui pro fide contra infideles perfidosque pugnant: pro sanctissima religione, contra fœdissimã se-

ctam sanguinem fundunt: pro Deo optimo maximo contra turpissimum Maumetũ corpora telis obijciunt, mortem oppetunt. Isti contrà, quid pro paucorum potentia, pro priuatis odijs, pro simultatibus fecerint, dicat Brixia, exponat Rauenna, referat Hetruria, edisserat calamitates suas cisalpina Gallia, Gallia item transalpina, Flaminia, Liguria. Citetur Liris testis victorię, inspiciantur vrbana sepulchra, recensęatur Hispania, interrogetur Britannia. Quid dicam magìs? Perlustretur Europa, audiemus profectò sanguinem clamantem de terra, & voces oc- Apoc. 6.
ciforum dicentium: Vindica Domine, vindica Domine, vindica Domine sanguinem nostrum, qui effusus est. Et quod detestabile omninò dixerim, parùm est, Italicum cruorem Italica manu fundi, nisi exteris etiam gentibus hauriendus præbeatur. Possem ad hæc de pernicio sissima illa Hydrunti inuasione, deque continuis nostri nominis hostium per Tyrrhenum mare excursionibus, (ni temporis anguſtia cõcluderet) multa dicere. Sed dicemus de his omnibus latiùs, cùm pacatis Italiæ rebus, (hanc enim omnium, quæ nunc vigent, bellorum arcem esse iudico) sanctissimæ expeditionis tempus aduenerit. Nunc verò quod reliquum iam est, vt commodiùs à medici, & fieri à vobis postmodùm possit, operæprecium existimaui, si de ecclesia catholica aliquid (quantùm tamẽ temporis breuitate dabitur) in medium adduxero. Illud enim necessarium in primis semper fore duxi, vt fidei nostræ caput, Romana scilicet ecclesia, componatur ante oĩa, instauretur, reformetur. Nam sicut grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur: ita optima est valetudo, quæ ab optimo capite, tanquamà saluberrimo fonte, inter cætera mẽbra defluit & corroboratur. Vidimus iam, quæ maiorum nostrorum, quæ nostra ætate acciderint. Et hæc fermè omnia, aut maiorẽ eorum partem, nostra causa, nostris (vt diximus) malis perpessi sumus. Tædet verò, pigetq;, fidem, pietatẽ, religiõem nostris temporibus ita tepuisse & penè dixerim, contabuisse videri, vt vix earum vlla vestigia sint reliqua. Et in nobis, quo tẽpore ecclesia ab hæreticorum persequutionibus vacua, summa pace & libertate fruitur, tãtoperè fidem ac feruorem maiorum nostrorũ animis insitum refrixisse, vt cum Hieremia verè dicere possimus: Egressus est à filia Sion omnis Thren. 1.b
decor eius, innocentiæ scilicet & castitatis. Principes eius facti sunt vt arietes, hostes ingressi sunt sanctuaria eius. Ecclesias polluerunt, virgines eius & iuuenes in captiuitatẽ abierunt. Sacerdotes & senes spreuerũt neũ. Non est lex, non est mandatum, iudicia peruertuntur. Hæccine est illa Ierusalẽ, ciuitas perfecti decoris, & gaudium vniuersi orbis? Hæccine illa filia Sion, sponsa Christi, quæ vna esse debet? Nostri verò (tanquàm men-

3.Reg.3 dax illa fœmina, quæ diuidi puerum petebat) diuiserunt eam sæpiùs, discidérunt, dilaniauerũt. Hæccine est illa filia Sion soror Christi, quam maiores nostri commendatã sibi pro viribus defenderũt, proprij sanguinis effusione incorruptam conseruauerunt, ieiunijs, lachrymis, orationibus auxerunt?
Apoc.5. Nos contrà quibus artibus maiorẽ iam eius partem amiserimus, silẽtio inuoluam. Et de minima ista, quæ superat adhuc portione, nihil dicam, patres. Ponam digitum super os meum. dijudicet seipsum vnusquisque, & quæ afflictus animo & pro veritate dixi, æquis auribus accipite, æquo animo ferte, & communẽ omnium vtilitatem apertis (vt dicitur) oculis prospicite. Sed ne fleueris filia Sion, quia eccè venit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Eccè suscitauit tibi Deus saluatorem, qui saluabit te de manibus vastantium, & populum Dei de manu persequentium liberabit. Te, Leo beatissime, saluatorem expectauimus, te liberatorem venturũ sperauimus. Ad te pro acceptis cladibus, ꝓperperàm gestis gementes, pro malorum fine, & futuræ spe victoriæ læti & hilares clamamus: Impugna impugnantes nos. Apprẽhende scutum & gladium, & exurge in adiutorium nostrum. Conclude aduersus eos qui nos persequuntur, & tabernaculũ spõsæ tuæ, quod manus impiorum polluerunt, vindica, vt sicut Christianus populus te solum & verum Pontificem veneratur, ita & Christiani nominis hostes te religiosissimũ metuant, te potentissimum contremiscant. Da hoc, Pater beatissime, Iulij prædecessoris tui & parẽtis optimi sanctissimæ memoriæ, da perpetuæ quieti, vt sicut lætatur iam te successore, sicut gaudet, iam te, indictum à se, Concilium prosequi & celebrare, ita & conceptam animo ecclesię vnionem, eiusq; reformationem, & sanctissimam cõtra Turcas expeditionẽm, te omni desiderio expetere, totis viribus complecti videat & lætetur. Vos verò patres amplissimi, (ingenuè dicam quod sentio) nisi certus essem, maioribus iam auspicijs & felici ductu eius sponsi, quem DEVS nuper ecclesiæ suæ stabili fide iugauit, daturos sedulò operam, vt respublica nostra in his, quibus constituti sumus periculis, vestra cura, vestro studio, vestra prudentia nihil detrimenti capiat, salua sit, liberetur: viderer profectò iam nunc videre domos nostras deseri, nos pro mancipijs duci, trahi, discerpi, & in nos, qualia sæpè anteactis temporibus, contumeliarum omnium & scelerum fieri exempla. Vos ego omnes appello, patres, qui ædificati supra fundamentum Apostolorum, sedetis super sedes duodecim iudicantes, illud pro viribus adnitimini, vt interiores & domesticæ primùm discordiæ vastationesque tollan-
Matth.16. tur. Et iuxta legislatoris nostri sententiam, portæ iuferi, id est, inferiores mundi potestates, aduersus Romanam Ecclesiam, quæ summa est & suprema, non ꝓualeant. Quibus sublatis, tum demum cum apertis hostibus agendũ censeo. Serpentem verò sęuissimi schismatis hydram, charitatis igne & pastoralis officij aduſtione extinguite, exiccate: ne, quæ nunc parua est scintilla, maximũ paulopòst incendium susciter: vnaque sit spõsa Christi, vna amica eius, vna dilecta. Si quid prætereà in hac vniuersi orbis specula vel incontinentium licẽtia honestati detraxit, vel si temporum malignitas æquitatis ac iustitiæ (quæ humanarum diuinarumq; rerum fundamentum est & conseruatrix) lumen offendit, huius sanctæ synodi iudicio emendetur, quæ charitatis clypeo, potestatis mucrone, misericordiæque ac seueritatis libra bonos foueat, malos cõpescat, & (maiorum more) fortia confirmet, delibilitata instauret, iniusta in æquitatis gyrũ reducat, vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quæsiuisse meritò commendetur. Cumque restitutã sibi integritatis suæ speciem ac decorem sancta Romana ecclesia viderit, & filijs suis ipsa glorietur, & nos tantæ parentis gloria indigni minimè comprobemur. Pacem verò non cum hostibus, prout hactenùs factum est, sed cum nostris habeamus. Bellum illis & arma inferamus, cum his beneficijs certemus, & de recuperandis, q̃ nostra sunt, contendamus. Et cùm ad amorem qui rerum omniũ causa est, & ad pacem atq; concordiam nati simus, pacẽ amplectamur, pacem amemus, pacem celebremus, vt rempublicam nostram Christianam in pristinã maiestatem restituere, eamque qualis esse debet, posteris nostris relinquere possimus. Illis prætereà, qui seruitutis iugum apud sæuissimos Turcas iamdiu sustinent, & redemptionis expectationẽ ferre vlteriùs nequeunt, vel benigni alicuius sideris salutares igniculos ostendamus, ne quod multorum annorum patientia promeruissent, nostra id culpa vel negligentia amittere videãtur. Illis deniq;, qui hostium ipsorum faucibus expositi ad quinquagesimum annum, iam abducuntur, diripiuntur, vulnerantur, cædi demũ assiduæ & excidio patẽt, & quorum quasi deuotionis fiducia, in vtranque aurem hucusque dormiuimus, erogemus aliquid, impartiamur aliquid, vt refecti aliquantulùm, viriliter agant, cõfidant, & sint robusti, ne fortè rupto eo obice, sublataq; media belli mora, hostilitatis impetꝰ (quod flexis genibus deprecemur) nos quoque in ꝓceps trahat. Mũdemus tamẽ priùs domos nr̃as, interiores inquam, q̃ nõ fumo, nó puluere, sed malis cogitationibꝰ sordidãtur: exteriores quoq; prudẽter disponamꝰ. Commodissimè enim reipublicæ rector ac moderator efficitur, qui suorũ priùs extiterit.

An fortè arbitramini, patres amplissimi, eũ ecclesiam Dei benè dispositurum, & diligẽtem fore de alieno, qui de suo negligens est? qui domum suam dispensare nescit? Et cùm
1.Cor.1.b. in societatem Iesu Christi vocati simus, non sint in nobis contentiones neque scissuræ,
1.Cor.11.b quarum cõsuetudinem ecclesia Dei habere nõ debet, sed vnanimes semper idipsum omnes intendamus, quod construat & ædificet in Christo Iesu Domino nostro. Ita demum deformata reformabuntur, dubij sperabunt, nutantes confirmabuntur, fides exaltabitur, iustitia vigebit, pietas coletur, religio stabit, hostes propellentur, aurea pax reuocabitur, dicemusque cùm Esaia & cantabimus: Exulta satìs filia Sió, quia eccè sal-
Esaiæ 62.d
Zach. 9.b uator tuus veniet tibi. Dixi.

SEPTIMA SESSIO.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Anno à natiuitate Domini 1513. indictiõe prima, die verò Veneris, decima-septima mensis Iunij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia Papæ decimi anno primo, fuit celebrata septima sessio concilij generalis Lateraneñ in ecclesia Lateraneñ, præsente & præsidente prefato sanctissimo domino nostro papa. Fueruntque præsentes infrascripti Reuerẽd. domini Cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi & abbates Oratores principum & illustres domini, ac quamplurimi doctores & nobiles, & primò

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Raphael Ostieñ.
Reuerendiss. D. Dominicus Portueñ.
Reuerendiss. D. Iacobus Albaneñ.
Reuerendiss. D. Marcus Prænestinus.
Reuerendiss. D. Franciscus Sabineñ.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigonieñ.
Reuerendiss. D. Franciscus tituli sanctorum Ioannis & Pauli, Surrentiñ.
Reuerendiss. D. Nicolaus tituli sanctæ Priscæ, de Fliſco.
Reuerendiss. D. Hadrianus tituli S. Chrysogoni.
Reuerẽdiss. D. Robertus tituli sanctæ Anastasiæ, Nanneteñ.
Reuerendiss. D. Leonardus tituli sanctę Susannæ, Agenneñ.
Reuerendiss. D. Carolus tituli S. Cæciliæ.
Reuerendiss. D. Christophorus S. Praxedis.
Reuerẽdiss. D. Antonius tituli sancti Vitalis, Sipontiñ.
Reuerendus D. Petrus tituli sancti Eusebij, Anconitañ.
Reuerendiss. D. Achilles tituli sancti Sixti, Bononieñ.
Reuerendiss. dominus Bandinellus tituli sanctæ Sabinæ, de Saulis.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiss. dominus Alexãder sancti Eustachij, Farnesius.
Reuerendiss. dominus Ludouicus sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Aragonia.
Reuerendiss. Dominus Marcus sanctæ Mariæ in porticu, de Cornelijs.
Reuerendiss. Dominus Sigismundus sanctę Mariæ nouæ.
Reuerẽdiss. D. Alphonsus sancti Theodori.

PATRIARCHAE ET ASSIstentes Papæ, et Oratores.

Reuerend. pater D. Cæsar Alexandrinus.
Reuerend. pater D. Franciscus Suessanus.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Iulius Florentiñ.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend. P. D. Scaramuza Cumanus.
Reuerend. P. D. Pompeius Reatinus.
Reuerẽd. P. D. Ioannes Franciscus Tauriñ.
Reuerendus P. D. Bernardus* Teruisinus episcopus, & Gubernator vrbis.
Reuerend. P. D. Siluester Vuigornienſis Episcopus, orator regis Angliæ.
Reuerẽd. P. D. Ioannes Gnezneñ archiepiscopus, orator regis Poloniæ.
Reuerẽdus P. D. Hercules episcopus Augustenſis, orator Sabaudiæ.
Reuerendus P. D. Bertrandus eps Adrieñ, & orator Ducis Ferrariæ.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Iulius Corinthieñ.
Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicosieñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Spalateñ.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P. D. Hieremias Traneñ.
Reuerẽdus P. D. Ioannes Matthæus sanctæ Seuerinæ.
Reuerend. P. D. Orlandus Auinioneñ.
Reuerend. P. D. Rainaldus Raguſiñ. *Nobonia-
Reuerend. P. D. Andreas* Monẽbasieñ. sieñ
Reuerend. P. D. Petrus Arboreñ.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Stephanus Gabriel Bareñ.

EPISCOPI.

Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Papheñ.
Reuerend. P. D. Albertus* Valuenſis. *Vitrieñ.
Reuerẽd. P. D. Bartholomę Iustinopolitañ.
Reuerendus P. D. Raynaldus sancti Angeli de Lombardia.
Reuerend. P. D. Ioannes Aquilanus.
Reuerend. P. D. Ioannes Petrus Theatiñ.
Reuerend. P. D. Franciscus Vincentiñ.
Reuerend P. D. Iacobus Potentiñ. *Budineñ
Reuerend. P. D. Hieronymus* Bidũaneñ. * Bodrineñ
Reuerend. P. D. Marinus Ceneteñ.
Reuerend. P. D. Iulianus Vulterañ.
Reuerend. P. D. Iacobus Fauentinus.
Reuerendus P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. P. D. Andreas* Ansareñ. *Ansereñ
Reuerend. P. D. Ioannes* Sibiniceñ. *Sebonicen
Reuerend. P. D. Nicolaus* Bergomeñ. * Pergameñ

Reuerend.

Reuerend. P. D. Paris Pisaurieñ.
Reuerend. P. D. Alexius Melfitañ.
Reuerend. P. D. Ioſue Esculanus.
*Osconeñ Reuerend. P. D. Vincentius *Othaiceñ.
*Octocieñ Reuerend. P. D. Franciscus Spoletañ.
*Othaneñ Reuerend. P. D Andreas Militeñ.
Reuerend. P. D. Ioannes ꝺñicus Terdoneñ.
Reuerend. P. D. Franciscus Bisigniañ.
Reuerend. P. D. Petrus Castelli maris.
*Moraneñ Reuerend. P. D. Ioannes Baptista *Maraneñ.
Reuerend. P. D. Bonifacius Iporigieñ.
Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentiñ.
Reuerend. P. D. Zacharias Terracineñ.
*Insuleñ Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollaneñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus *Ilcinẽsis.
Reuerend. P. D. Bernardus Sorianus.
Firmanus Reuerend. P. D. Tranquillus Ferentinus.
Reuerend. P. D. Iacobus Marsicanus.
*Vmbriaticensis Reuerend. P. D. Matthæus *Vmbriacensis.
Reuerend. P. D. Antonius Vrbinatensis.
Reuerendus P. D. Petrus Foroliuiensis.
*Marcus Vrgentinus Reuerendus P. D. *Marius Vgentinus
*Ogentinꝰ Reuerend. P. D. Hugolinus Licieñ.
Reuerendus P. D. Albertus Sebastenſis.
Reuerend. P. D. Iacobus Signeñ.
Reuerend. P. D. Marcus Senogallienſis.
Reuerend. P. D. Baptista Aquinatenſis.
Reuerend. P. D. Petrus Narnienſis.
Algareñ Reuerẽd. P. D. Petrus Vrgellenſis.
Reuerend. P. D. Latinus Vestanus.
Reuerend. P. D. Ioãnes Antoniꝰ Anglonen.
Cimeñ Reuerend. P. D. Benedictus Chienſis.
Reuerend. P. D. Alexander Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Galesius Belluneñ.
*Littereñ Reuerend. P. D. Andreas *Litereñ.
*Lauaninns Reuerẽd. P. D. Ioãnes Frãciscus *Lauellinꝰ.
*Lauelleñ Reuerendus P. D. Hugo Regiñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Antonius Calineñ.
for. *Vincẽtiꝰ Caiaceñ Reuerend. P. D. * Vicarius* Cayaceñ.
*Claudius Belliceñ Reuerend. P. D. * Georgius Beliceñ.
Reuerend. P. D. Ludouicus Tricariceñ.
*Scriboniꝰ Reuerend. P. D. *Scabonius Imoleñ.
Chieñ Reuerend. P. D. Ioannes Elneñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Asculañ.

ABBATES.

Reuerend. P. D. Floremundus abbas sancti Gregorij de vrbe.
Reuerend. P. D. Ioãnes Andreas, abbas sancti Sebastiani extra vrbem.
Reuerend. P. D. Hilarius præceptor sancti Spiritus de vrbe.

GENERALES ORDINVM.

Magister Aegidius, Generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini.
Magister Angelus Generalis ordinis B. Mariæ Seruorum.

ORATORES.

Illustris dominus Albertus de Carpi, orator Maximiliani electi Imperatoris.
Magnificus D. Hieronymus Vich, orator Catholici Ferdinandi Aragonum regis.
* Ostrorog Illustris dominus Stanislaus de *Osteroch, orator regis Poloniæ.
Magnificus Dominus Franciscus Foscarus orator Venetorum.
Reuerend. P. D. Marinus Charatius, orator ducis Mediolaneñ.
Magnifici domini P. de Bõdelmonte, & Iacobus Saluiati, ac Frãciscus Victoriꝰ, oratores Florentinorum.
Reuerendus dñs Alexander archidiaconus Mantuañ, orator marchionis Mantuæ.

ILLVSTR. DOMINI temporales.

Illust. Dominus Iulianus de Medicibus, frater germanus sanctissimi D.N.
Illustr. dominus Camerini.
Magnificus dominus Franciscus Cibo.
Illust. D. Marcus Antonius Columna.
Illust. ꝺ. Franciottus de Vrsinis cũ eius filio.

CONSERVATORES VRBIS.

Dominus Hieronymus Benzon cum socijs.

Fuit celebrata Missa submissa voce per Reuerend. patrem dñm Gabrielem archiepiscopũ Dyrrhachieñ, & habita oratio per ꝺ. Balthasarem del Rio clericũ Palentiñ, protonotarium Apostolicum, Reuerendiss. domini Cardinalis Albaneñ secretarium. Cuius tenor in fine præsentis sessionis est insertus. Et cantatis litanijs & alijs deuotis orationibus, & ab eodem sanctissimo ꝺ.N. benedicta synodo, prout moris est, Reuerendiss. dominus Alexander S. Eustachij diaconus Cardinalis, de Farnesio vulgariter nuncupatus, cantauit euangelium secundum Lucã, quod incipit: Desygnauit Dominus & alios 72. di- Lucæ 10.
scipulos &c. Quo finito, oratores Poloniæ supradicti, præsentârunt mãdatum Illustriss. domini Sigismundi regis Poloniæ. Et reuerendꝰ pater D. Thomas Phędra assẽdit ambone, & legit illud tenoris inserti, videlicet

MANDATVM REGIS Poloniæ.

SIgismundus DEI gratia rex Poloniæ, magnus dux Lituaniæ, Russiæque &c. dominus & hæres. Notum facimus vniuersis & singulis harum seriem inspecturis, lecturis seu audituris, quòd posteaquàm accepimus dominum olim felicisque recordationis Iulium II. diuina prouidentia sanctæ Romanę eccl. vniuersalis Ecclesiæ summum pontificem, pro defendenda sanctæ Romanæ Ecclesiæ vnitate, & sanctissima contra Catholicæ fidei & crucis Iesu Christi hostes expeditione suscipienda, concilium generale in Laterano indixisse, memores officij ac debiti nostri, quo eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ matri nostræ sumus adstricti, pro cuius honore & trãquillo statu omnes vires nostras effundere semper parati sumus, de certa nostra scientia, ac vniuersorum Regni ac dominiorum nostrorum, principum spiritualium & secularium, procerum, communitatum ac militiarum consilio & coassensu, Reuerendum in Christo patrem dominum Ioannẽ

ecclesiæ metropolitañ Gnezneñ archiepiscopum, & Regni nostri primatẽ, & magnificum Staniſlaum de *Oſtrorog, equitẽ auratum Palatinatus caſtellanum, noſtros & *Osteroch Regni noſtri conſiliarios ſyncerè dilectos, quos etiam nuper, pijs paternisque monitis prædicti olim Iulij ſummi Pontificis, ad infraſcripta deſignatos legauerim⁹, eoſdemq; ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Leonem decimum diuina prouidentia eiuſdẽ ſanctæ Romanæ ac vniuerſalis eccleſiæ ſummum Pontificem modernum, & ſanctam ſedem Apoſtolicam, ac ſacrum Lateraneñ concilium, ſi & inquantũ cœptam proſequutionem habuerit, oratores deſignauimus & deſignamus, & deputamus harum ſerie literarum, dantes illis plenam & omnimodam poteſtatem pro nobis, ac regnis, dominijs, principibus ſpiritualib⁹ & ſecularibus, proceribus, & populis ditióí noſtræ ſubiectis, coram eadẽ ſanctitate domini noſtri, domini Leõis decimi papę moderni comparendi, ibidemq; obedientiam (iuxta maiorum meorum conſuetudinem) præfato ſanctiſſimo domino noſtro nouo præſtandi, & recognoſcendi eũdem ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, eſſe verum, vnicum & indubitatum Pontificem, & Dñici gregis paſtorem, & in ſacro Lateranẽſi concilio dicendi, proponendi, atque quæ Regno noſtro opportuna ſunt, petẽdi, agẽdi, tractandi omnia & ſingula, quæ ad celebrandum & concludendum ipſum ſacrum concilium, & quæ in eodem proponentur & tractabuntur, necnon ad dictæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ & membrorum eius vnionẽ, Chriſtianæq; religionis augmentum, atque ad ſanctiſſimam & à nobis deſideratam in eius Chriſtianæ religiõis, & Catholicæ fidei hoſtes expeditionem, & quæ ad obedientiã conſuetam præſtandam fuerint neceſſaria ſeu opportuna, etiã ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magìs ſpeciale, quàm præſentibus eſt inſertum: & quæ ipſimet faceremus, ſeu facere poſſemus, ſi præſentes adeſſemus. Promittentes nos ratum, gratum, validum atq; firmum habituros, quicquid in prædictis & quolibet eorum, per dictos noſtros oratores actum & geſtũ fuerit. In quorum fidem & teſtimonium præſentes ſcribi, & ſigillo noſtro ſigillari fecimus. Datum Poznaniæ decima menſis Aprilis, anno nomini 1513.

Sigiſmundus rex ſcripſit.

Quo perlecto, Reuerendus pater dominus Marinus Caracciolus præſentauit mandatum illuſtriſſimi domini Maximiliani ducis Mediolaneñ. Et idem Phędra legit in ambone tenoris infraſcripti, videlicet:

MANDATVM DVCIS Mediolani.

MAximilianus Maria Sforcia, Vicecomes, dux Mediolani &c. Papiæ princeps, Angleriæ comes, ac Genuæ & Cremonæ dominus. Nemini dubiũ ſit, quòd ſacroſancta vniuerſalis ſynodus, in Deo optimo maximo congregata, vniuerſo Chriſtiano orbi & gregi Dominico, ac etiam Catholicis principibus, eſt admodùm proficua & ſalutaris. Nam circa Chriſtianæ religiõis indiuiſibilem vnitatem, pacem, & tranquillitatem verſatur, pro vniuerſali morum in capite & in membris eccleſiæ reformatiõe, ac Chriſtianæ fidei augmento, & vt vitia extirpentur, corrigantur exceſſus, & virtutes ſolidè inſerantur. Tendit etiam ad regum & principum inuicèm diſſidentium pacificationem & concordiam. Anno ſuperiore fe. re. Iulius ſecundus Lateraneñ cõcilium inſtituit, & reformandæ eccleſiæ initium tulit, & normam afferre cœpit, extirpando errores, qui ſurgere in Chriſtianis populis velle videbantur. Dehinc vt Piſanum conciliabulum tolleret, & eius perniciosiſſimi ſchiſmatis extirparet authores, ipſos & p̃cipuos eorum fautores Italia expulit. Quibus expulſis, mihi in primis aditus patuit ad recuperandum paternum & hæreditarium ſtatũ Mediolaneñ, Iulio ſecũdo ex humanis ſublato, qui tantorum operum author eſſe cœperat, illi ſucceſſor creatus eſt, in quo nec ſapientia maior, nec animi bonitas firmior ad peragendum, quæ inchoata fuerãt, deſiderari poſſet. Nup igitur certior factus ſum, ſanctiſſimum ac beatiſſimum dominum noſtrum, Dominum Leonem diuina prouidẽtia decimum, Pontificem maximum in Lateranenſi concilio ſextã ſeſſionẽ celebraſſe, & principes ac populos omnes monuiſſe, & ſtatuiſſe, q̃ finiendo concilio ſuperſunt, & pacando Chriſtiano orbi neceſſaria videnť, peragere velle. Res profectò admodùm ſalubris, & quæ nullis vnquàm laudibus ſatìs efferri poſſet. Hæc autem cùm ab omnibus ſint magnifacienda, minimè à me ſine graui nota negligi poſſent. Neq; enim vnq̃ ex aĩo excidet, occupato parẽtis mei ſtatu, idipſum q̃ patria procul vixi, ſereniſſimi Cæſaris beneficio *rectũ me vixiſſe, & niſi inter ceteros beatiſſimi Iulij ſecũdi arma Gallũ hoſtẽ pepuliſſent, fruſtrà à me per hæc tempora parẽtis mei Principatus deſiderari potuiſſet. Collibens igitur atq; omi ſtudio ad Lateranenſe conciliũ accedo. Cui niſi impius atq; ingratus eſſe velim, deeſſe nuſquã debeo. A ſancta noſtra matre eccleſia ſeparare me, iniq̃ſſimũ eſſet, p̃ſertim cùm ad idipſum, quod ſum, Apoſtolicæ ſedis & ſanctiſſimæ ligæ, Romanię; Cæſaris bñficium eſſe agnoſcã ac fatear. Oñib⁹ igitur meliori modo, via, iure, forma & cauſa, q̃b⁹ meliùs, validiùs & efficaciùs poſſum, eligo, creo, atq; cõſtituo Reuerẽd. dñm Marinũ Carazolũ Apoſtolicũ, p̃notariũ, conſiliarium & oratorem dilectũ me- *tectum

meum, verum & certum ac legitimum procuratorem, & mandatarium ac nũcium ſpecialem, vt nomine meo in hoc ſacro concilio, ac Chriſtiana religione & congregatione interſit, aſſiſtat, ſuffragetur, & in omnibus & ſingulis actis & proceſſibus ea agat, tractet, proponat & concludat, quæ pro ſanctæ Romanæ eccleſiæ reformatione, & pacandis Chriſtiani orbis turbationibus atq; incommodis agi, firmari, & concludi oportere cenſebitur. Polliceor autẽ in verbo veri Principis & cum iuramento, omnia & ſingula me firma & rata habiturũ, quæ per ipſum ad hoc publicum bonum procurata, dicta, acta, geſta aut promiſſa fuerint. In cuius rei fidem & teſtimonium præſentes fieri iuſſi, & non ſolùm ſigilli mei munimine, verùm manus meæ propriæ ſubſcriptione ſtabiliui. Datum Papiæ die nono Maij, 1513.

Maximilianus.

Quo etiam finito, Reuerendus dominus Alexander archidiaconus Mantuanus, dedit mandatum Illuſtriſſimi marchionis Mãtuæ, & dominus Thomas Phædra legit illud tenoris infraſcripti, videlicet:

MANDATVM MARCHIONIS Mantuæ.

FRancisCVS marchio Mantuæ &c. S. R. E. Confalonerius. Sicuti contingit nobis diuino beneficio Eccleſiæ ſanctę dei ſacri corporis eſſe membrum haud ignobile, ſic nobis conuenire intelligimus, præfatæ Eccleſiæ ſemper inhærere, pro ea & cum ea extrema quæque pati, & more boni militis, glorioſum ipſius vexillum nuſquàm deſerere. Cùm igitur aliàs ſacrum Lateranenſe concilium indixerit ſanctæ me. Iulius papa II. dignitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus, & in primis à nobis ſemp adorãdus. Is nanq;, vt erat piétiſſimus, è tenebris & vmbra mortis gratuita redemptione nobis ereptis, ſalutem & dulciſſimam libertatẽ reſtituit: propter quod immortale meritum, opinamur Deum optimum maximum (precibus noſtris exauditis) retribuiſſe copioſam ſibi in cælis mercedem. Quod quidem concilium beatiſſimus dominus Leo Papa decimus, nuper diuinitùs ad apoſtolatus apicem euectus (quod nobis fauſtum felixq; futurũ re ipſa perſpeximus) cum maxima populi Chriſtiani frequentia proſequitur, Licèt ſuperioribus diebus ſpeciales oratores Illuſtr. D. Aloyſium *Gõzagani marchiõem, & etiam conſanguineum noſtrũ chariſſimum, & D. Franciſcum Bonatum iuris vtriuſq; Doct. ciuem noſtrum dilectiſſimum ad eius beatitudinem venerandam adorandamq; miſerimus, vt in his etiã, quæ in poſterum occurrere poſſunt, p̃ virili noſtra integerrimè facere ſatìs valeamus, ſpecialem nuncium, procuratorem, & in omnibus & ſingulis, in ampliſſima & validiſſima forma, vices noſtras omnimodas gerentem, facere perſua- demur. Harum propterea ſerie omni meliori modo eligimus, conſtituimus, creamus & deputamus noſtrum verum, certum, legitimum & indubitatũ procuratorem, & nuncium ſpecialem & generalem, ita quòd ſpecialitas generalitati non deroget, nec cõtrà: & omnimodas vices noſtras gerentem, Reuerendum in Chriſto archidiaconum Mantuañ, D. Alexandrũ Gablonetam iuris vtriuſq; doctorem, & oratorem noſtrum chariſſimum. Cuius fidem & nobis inſeruiẽdi voluntatem, multis annis probauimus, & cognouimus, ad (quantùm in nobis eſt) ſacrũ Lateraneñ concilium per ſe. me. ſanctiſſimũ Iulium papam rectè & ritè diuinitùs indictũ & conuocatum, in omnibus & per omnia, prout & quẽadmodùm eius beatitudo ſtatuit & ordinauit, laudandum, confirmandũ & venerandum, atq; debitis temporibus in omnibus actis proceſſibusq; eiuſdem ſacri Lateraneñ concilij comparendum, in ipſoq; debitam audiẽtiam præfato ſanctiſſimo D. N. Leoni, totiès quotiès fuerit opportunũ, præſtandum, & eundem dominum noſtrũ verum, vnicum, canonicum & indubitatum Põtificem Dñici gregis paſtorẽ eſſe, quẽ (& ſi mori oportuerit) nunq̃ negabimus, confitẽdum, recẽſendũ, & recognoſcẽdũ, in ipſoq; ſacro Lateraneñ concilio dicendum, propõnendum, tractandum, firmandum, reuocandum, damnãdum, laudãdum, vouendumq;, & noſtro nomine omnia & quæcunq; celebrationi, continuationi & concluſiõi dicti ſacri Lateraneñ concilij, & quæ in eodem p̃ponentur, tractabuntur, decidentur, vnioniq; & indiuiduitati dictæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ matris noſtræ & membrorum, necnon morum vniuerſali reformatiõi, fideiq; augmento neceſſaria ſeu etiam opportuna, & ſine quibus ea commodè fieri, ſeu perfici nequirent, etiamſi ſpeciale, ſingulare, & indiuiduum mandatum exigerent, & maiora eſſent expreſſa. Ita quòd ea omnia, quę nos ipſi, ſi præſentes eſſemus, oñi validiori modo facere poſſemus, cum omnibus clauſulis, iuramentis & obligationibus neceſſarijs, & quibus efficaciùs fieri poteſt, valeat & ipſe validiſſimè celebrare, & noſtro nomine perficere, & ad conſilium ſapientis non ſolùm præſens noſtrum mandatum extendere, ſed in omnibus & ſingulis occurrentibus, maioribus etiam expreſſis, addere, & cum clauſulis & obligationibus, prout expedierit, confirmare: quoniam ſuper prædictis oñibus & ſingulis, cum annexis, dependentibus, emergentibus, incidentibus & connexis, omni meliori modo & forma, quibus de iure efficaciùs fieri poteſt, præfato reuerendo domino Alexandro plenariè vices noſtras committimus, damus & conferimus, promittentes ratum, gratum, validum atq; firmum, omni in loco & tempore perpetuo habere, quicquid in prædictis & cir-

circa prædicta,& quodlibet eorum per præfatum dominum archidiaconum dictum, actum,procuratum, gestúmve fuerit, & in nullo vnquàm contrà facere vel venire aliqua ratione vel causa. Renunciantes omnibus exceptionibus tam iuris q̃ facti, & oñia & singula bona nostra tam præsentia quàm futura, cum præmissorum omnium & singulorum obseruantia obligantes. Datum Mantuæ,die 12. Iunij 1513.

Franciscus marchio Mantuæ manu propria.

Statius Gadius Secretarius mandato suo subscripsit.

¶Quo finito, Reuerend. Laurentius de Medizeldri,orator Illustriss.dñorum Stanislai & Ioannis ducum Mazouiæ, dedit mandatum:& idem Phædra legit illud tenoris infrascripti, videlicet:

MANDATVM DVCVM MAZOVIAE.

STanislaus & Ioannes Dei gratia duces Mazouiæ,Russiæq; &c. Significamus p̃sentes nostras literas vniuersis, quibus expedit,quia venerabilem dominũ Laurentiũ de Medizeldri cathedralis Vilneñ p̃positũ, & parochialis in Vitepstro archipresbyterũ ecclesiarum, secretarium regium, oratorem nuncium & procuratorem specialem, ad sacrum generale concilium Lateranense, per modernum S.D.N.Iulium diuina prouidẽtia Papam secundum, cum sacro Reuerendiss.D.Card.collegio institutum, & ad Kalendas Nouembris translatum, de mente nostra benè & plenè informatum, iussis eiusdẽ S.D.N.morem gerentes,deputauimus,designauimus,missimus & constituimus, deputamusq;,designamus,mittimus & constituimus, dantes & concedentes eidem plenam & omnimodam facultatem nomine nostro in eodem concilio super statu religiõis Christianæ, ac sanctæ Rom. vniuersalisq; Ecclesiæ rebus:etiam ducatus nostri, consulendi, agendi,differendi & concludendi, volentes ea omnia,q̃ idem nomine nostro egerit in eodem sacro conuentu, rata, grata atq; firma habere,etiam si talia forent,quæ mandatum exigerent magìs speciale. In cuius rei testimonium,sigillum nostrum præsentibus subappẽdi iussimus. Datum in ciuitate nostra *Eziechonouu, vigesima Februarij anno dominiM.D.XIII.

Quo finito,idem dñs Thomas Phædra legit quandã schedulã subscriptam per dominum Bernardinũ de Caruaial, & F.de S.Seuerino,olim sanctæ Rom.Ecclesię Cardinales,super materia abiurationis schismatis, & vnionis ecclesiæ, cum conuenientibus verbis & humili erroris confessiõe, & veniæ petitione,tenoris infrascripti,videlicet:

¶Tenor huius schedulæ nõ est insertus,q̃a cùm esset in manu dicti Thomæ secretarij,q̃ postmodũ defuncti est, nunq̃ potuit repiri.

Qui dñi Bernardinus Caruaial & F.de S. Seuerino, postmodùm per S.D.N. seruatis solennitatibus consuetis,paucis diebus elapsis,in palatio Apostolico pristinæ dignitati in consistorio secreto soléniter post schismatis abiurationem restituti fuerunt, cùm veniissent priùs per aulas palatij Apostolici, vbi magna multitudo conuenerat, tãquàm priuati clerici & non Cardinales,habitu clericorum secularium induti, simpliciter coloris violati,& bireto eiusdem coloris: ante pedes sanctitatis suæ coram sacro senatu genuflexi, & schisma in solenni forma, intelligibili voce iuxta tenorem certæ schedulæ, quam in manibus tenebant,factæ:& realiter abiurassent,& veniam humiliter erratorum petissent,prioribus vestibus exuti, habitum cum bireto rubeo Cardinalium consueto induti per magistrum cæremoniarum, & ad osculum pedum & oris per S.suam admissi, & capello rubeo accepto de manu S. suæ, & ad osculum aliorum Cardinalium recepti, & de speciali gratia ad priorem locum restituti fuissent, iuxta morem p̃decessorũ suorum seruari solitum in similibus, prout latiùs in actis publicis in Can. Apostolica, & apud Secretarios domesticos Pontificis & concilij,latiùs continetur.Deinde lecta schedula p̃dicta,excluſisq; cęteris de more, non habentibus voces diffinitiuas in concilio: clausoque ostio concilij, exceptis oratoribus, & baronibus qui remanserunt, prælatisq; omnibus, post sanctissimũ in suis subsellijs cum mitris & vestibus sacris consedẽtibus de more.

Demum reuerẽdus pater dominus Pompeius de Columna, Episcopus Reatiñ assẽdit ambonem, & legit quandam schedulam tenoris infrascripti de mandato sanctissimi domini nostri Papæ, alta & intelligibili voce,videlicet:

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio. Meditatio cordis nostri assidua *sacri Laterañ Concilij vigilans & intendens,ad ea potissimùm vertitur, per q̃ prædecessores nostros Romañ Pontifices p̃ tuitione ecclesiasticæ libertatis, deformatorumq; præsertim in officijs Apostolicæ sedis reformatione,ac Christifidelium pace & tranqllitate, prouidè statui & ordinari incepta, per nostræ prouisionis ministerium, debitum & salubrem sortiantur effectum, Dudum felicis recordationis Iulius Papa secundus p̃decessor noster,negociũ & discussiõem declaratiõis, nullitatis & abrogationis assertæ sanctionis pragmaticæ in partib⁹ Gallicanis contra libertatẽ p̃fatam in dictæ sedis vilipendiũ,abusu Gallicorũ p̃latorum & nobiliũ,& aliorum laicorum eis fauentiũ introductæ, venerabilium fratrũ nostrorũ, tunc suorum,sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,& aliorum prælatorum congregatiõibus, relationemq; discussorũ sibi & cõcilio

for. *sacro Lateranen concilio

cilio præfato faciendam, dicto concilio approbante commisit, Gallicosque prælatos, capitula ecclesiarum & monasteriorum,parlamenta & laicos illis fauentes, & dicta sanctione abutentes, omnesq; alios & singulos in præmissis sua communiter vel diuisim interesse putantes, moneri & citari infra certũ competentem terminum p̃figendum, ad comparendum coram prædecessore & concilio præfatis, causasque dicendum, quare sanctio præfata,illiusque corruptela & abusio,in concernentibus authoritatem dictæ ecclesiæ sacrorum canonum & libertatis p̃fatæ violationem,nulla & inualida declarari et abrogari nõ deberet, statuit & ordinauit, necnon literas suas,per quas Romanæ curię officiales,& illorum exactiones generaliter reformauerat, per nonnullos deputatos & deputandos, particulariter declarari, & declarationes ipsas sibi in eodem concilio referri præcepit, prout in literis seu schedulis dicti Iulij prædecessoris desupèr confectis pleniùs continetur. Cùm autem dicto Iulio prædecessore in humanis agente,diuersis impedimentis causantibus, citatio exequi & reproduci,ac negocium abrogationis discuti,ac reformatio huiusmodi particulariter, vt intentionis ipsius Iulij prædecessoris fuerat,fieri non potuerint,sed ipso Iulio prędecessore rebus humanis exẽpto, citatio ipsa legitimè exequuta, in proxima præcedenti sessiõe per procuratorem fiscalem nostrum reproducta, ipsorumq; citatorum nõ comparentium contumacia accusata, & ad vlteriora procedi petitum fuerit,nos,licèt totis animi desiderijs nil magìs affectãtes, quàm præmissas & alias causas vtiles & necessarias, propter quas dictum concilium indictum extitit,ad debitum finem perducere: tamen, vt maturè & humaniter procederetur, petitioni præfatæ responsionem non dedimus, nuncque etiam cum præfato concilio intelligentes, per citatos & monitos huiusmodi diuersa impedimenta allegari, quare in termino eis præfixo comparére, defensiones q; eorum allegare, & de eorum iure docere nõ potuerunt, vt omnis iustæ excusationis & querelæ materia eis auferatur, iam libero saluoconductu ipsis, & alijs ad concilium huiusmodi venire volentibus, in dicta proxima præcedenti sessione concesso, Cardinalium aliorumque prælatorum,qui p̃missa & alias conciliares materias audiant, discutiant,auditaq; & discussa in eodem concilio referãt,particulari deputatiõe per nos facta, etiam vt maiorem nostram & concilij p̃fati erga eos benignitatem sentiant,eodem sacro concilio approbante,terminum citationis & monitionis huiusmodi præfixum, vsque ad primam sessionem post Kalendas Nouemb.proximè venturi tenẽdam prorogauimus:ipsumq; terminum illis non currere, nisi post primam sessionem prædictã tenendam,nec in aliquo præiudicare decernimus. Et insupèr cùm vltra Cardinales iam deputatos, nonnullos prælatos per dictum concilium electos,additis aliquibus ex legitimis causis, qui reformationi prædictæ generali intendere debeant, deputauerimus, sitq; nostra firma intentio & dispositio,vniuersalem reformationem, tanquam vtilem & necessariam ad nominici agri purgationẽ & culturam, omnino prosequi & perficere, nomino disponente:sed quia graues querelæ indiès contra officialium Romanæ curiæ abusum & extorsiones, ad nos deferũtur ex diuersis orbis partibus, dictaq;,reformatio iam cœpta tempore fe.re.Iulij secundi prædicti prædecessoris nostri fuerit, sacro approbante concilio:ideo ad hoc, vt illa citiùs terminetur,& ea absoluta, ad alias reformationis partes deueniri possit,& querelę prædictæ tollantur, quòd Cardinales & prælati per ipsam reformationem deputati, auditis priùs & intellectis officialibus præfatis, eorumque iuribus examinatis, reformatiõem prædictam iuxta tenorem literarum dicti Iulij prædecessoris desupèr editarum, & cõcilij præfati in tertia siue quarta sessiõe determinationem, ac iuxta primæuas officiorum institutiones seu antiquas consuetudines, vsque ad tempora piæ memoriæ Sixti quarti etiam prædecessoris nostri obseruatas, vel alias, prout eis videbitur, facere, formasque & modos, quos officiales ipsi in exigendis taxis, emolumentis regalibus, & prouentibus quibuscunq; seruare, & à quibus sub pœnis in literis ipsius Iulij prædecessoris desupèr contẽtis abstinere teneantur, particulariter & distinctè declarare, & decidere, ac reformationem & decisionem per eos faciendas, in proxima futura vel alijs sessionibus,quibus commodè id fieri poterit,referre debeant, vt per dictum sacrum Concilium & nos approbari, & debitæ executioni demãdari valeant, & inuiolabiliter obseruentur, eodem sacro concilio approbante, statuim⁹ & ordinauimus. Cæterùm, quia tam ex debito iniuncti nobis desupèr Apostolicæ seruitutis officij,q̃ vt imminenti & notorio infidelium periculo, ac effusioni Christiani sanguinis,qui exigentibus nostris culpis frequenter indiès effunditur,occurratur,& dissensiones, quæ inter Christianos Principes vigent,tollãtur, cogimur inter reges & principes Christianos totis viribus pacem quærere, cuius componẽdæ vna ex principalioribus congregationibus concilij præfati causa extitit, vt ipsa sequatur, & inuiolata perduret, & debitæ executiõi demandetur,præsertim his temporibus,quib⁹ potentia infidelium & inimicorũ fidei creuisse dicitur,concilio præfato approbãte,ad reges,principes,& potentatus præfatos, legatos & nuncios pacis, vigiles, doctrina, experientia & probitate insignes, pro tractanda

ctanda & componenda vniuersali pace mittere dispositimus & decreuimus, vtque arma deponant, domino auxiliante, quantùm in nobis est, pro viribus laborare & opari, Regumq; & Principum & potētatuum huiusmodi oratores, in ipso cōcilio præsentes, ꝓ Apostolicæ sedis reuerentia fideliumq; vnione requirimus, vt regibus, Principibus, & potentatibus suis respectiuè hæc significēt, eosque nostro nomine hortentur, ad ipsos legatos Apostolicos benignè & honorificè tractandum & audiendum, votisque nostris tam iustis & pijs per eos illis exponendis satisfaciendum, quod eos facturos credimus, vt quantocitiùs fieri poterit, & absque legitima excusatione per nos mittendi, legationis munus eis impositum spontè suscipere, & susceptum viriliter adimplere possint, ac patre luminum, à quo omne datum optimū Iaco.1, est, fauēte, pax ipsa tractari & componi, eaq; composita, sancta & necessaria contra infidelium rabiem, Christianum sanguinem sitientium, expeditio fieri valeat, & pro totius Christianitatis securitate & quiete feliciter terminari. Postremò, quia iam temporis dispositione calores æstiui instant, prælatorum valetudini, & ad concilium præfatū venire volentium commoditati consulētes, alijsque iustis & rationabilibus causis moti, octauam sessionem sextodecimo Kalendas Decembris proximè futuri, præfato sacro concilio approbante, indicimus faciendam, prælatisq; omnibus & singulis, & alijs in eodem concilio existentibus, à curia præfata recedendi, & vbi eis placuerit, ad eorum libitum commorandi, ita tamen, quòd nisi dicta die sextodecimo Kalēdas Decembris, cessante impedimento legitimo, præsentes fuerint, in literis indictionis ipsius concilij, & canonicis sanctionibus contra non accedentes ad Concilia contentas pœnas incurrant, præfato sacro concilio approbante, licentiam & facultatem cōcedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis, assignationis, deputationis, confirmationis, commissionis, cōtinuationis, reformationis, deliberationis, monitionis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessiōe in sacrosancta Lateranensi basilica solenniter celebrata, anno incarnationis Dominicę 1513. quintodecimo Kal. Iulij. Pontificatūs nostri anno 1.

Ia. Sadoletus.
Ia. Questemberg.

Qua perlecta, idem episcopus petijt à patribus, an placerent eis contenta in schedula. Et omnes responderunt placere contentu in schedula, excepto reuerendo patre domino Hieremia Archiepiscopo Tranensi, q̄ dixit, non placere dilationem quo ad reformationem, nec etiam quo ad pacem & reuocationem pragmaticæ. Et etiam dixit, q̄ cum tractatu reuocationis deberet tractari de prouisione facienda super causis contētis in reuocatione. Et hæc fuerunt pro septima sessione. Et fuit indicta octaua sessio decimo Kalendas Decembris. Super quibus omnibus & singulis dominus Marius de Peruschis procurator concilij, petijt instrumentum & instrumenta.

Deinde anno à natiuitate Domini 1513. indictiōe prima, die verò decima sexta mensis Decemb. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia Papæ decimi, anno primo, discretus vir Bellauilla eiusdem sanctissimi domini nostri cursor, in valuis basilicæ Principis Apostolorum, & sancti Ioānis Lateranēn, ac Cancellariæ Apostolicæ, publicauit literas siue schedulam prorogationis octauæ sessionis, cuius tēnor talis est:

LEO episcopus seruus seruorum DEI, octauam sessionem sacri, celeberrimiq; Laterañ Concilij, in qua terminum in septima sessione præcedente Gallicis prælatis, & eis fauentibus, suaque interesse putantibus citatis & monitis ad dicendū causam, quare sanctio pragmatica, in concernentibus sacrorum canonum & libertatis ecclesiasticæ violationem, nulla & inualida declarari, & abrogari non deberet, præfixum, & quarum citationis & monitionis exequutio reproducta, & ipsorum citatorum & monitorum contumacia accusata fuerat, eisdem citatis & monitis non currere, nisi post primā sessionem, nec in aliquo eis præiudicare decreuimus, ac declarationem & decisionem reformationis officialium, & hæresum extirpationem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & prælatis per nos commissas, referendas statuimus & ordinauimus: necnon pro vniuersali pace inter Christianos Principes & potentatus componenda, ad eos legatos & nuncios mittere disposuimus. Regumque, principum, & potentatuū huiusmodi oratores in ipso concilio tunc præsentes, vt regibus, principibus, & potentatibus suis respectiuè id significarent, eosque nostro nomine hortarentur, ad ipsos legatos Apostolicos benignè & honorificè tractandum & audiendum, votisque nostris tam iustis & pijs per eos illis exponendis satisfaciendum, ad 16 Kalend. Decemb. proximè ꝑteriti faciendam per nos indictam, ex certis legitimis causis tunc expressis, ad diem Veneris post proximum festum sanctæ Luciæ prorogamus, quæ erit 17. Kalend. Ianuarij, faciendam indiximus: terminumq; citatis & monitis præfatis (vt præfertur) præfixum, interim non currere, & in aliquo eis non præiudicare, nisi post octauam sessionem

nem præfatā, decernim⁹ & declaramus. Cùm autem Cardinales & prælati congregationū, quibus fidei & reformationis officialium, & pacis causæ huiusmodi commissæ fuerunt, licèt omni studio & diligētia circa illarum expeditionem elaborauerint, quia tamen resolutiones per eos factæ, in debitam schedulā adhuc reduci non potuerunt, id infra triduū factum esse, ac proxima dies Veneris, qua dicta octaua sessio per nos indicta, teneri debeat, instare noscatur. Nos igitur ex præmissis & alijs causis super hoc prouidere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum cōsilio & vnanimi cōsensu, octauam sessionem & diem Veneris huiusmodi, ad diem Lunæ proximè futurum prorogamus, & octauam sessionem ipsam dicta die Lunæ, quę erit 14. Kalend. Ianuarij, faciēdam indicimus, terminumq; citatis & monitis præfatis (vt præfert) præfixum, interim non currere, & in aliquo eis non præiudicare, nisi post ipsam octauam sessionem, decernimus & declaramus. Datū Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1513. Idibus Decemb. Pontificatus nostri anno primo. Placet.

Deinde die 17. eiusdem mensis fuit congregatio in capella superiori palatij Apostolici omnium trium cōgregationum, super fide, pace & reformatione, in qua reuerendissimi domini Cardinales & ꝓlati deputati legerūt schedulas tres super fide, pace, & reformatione, quæ in octaua sessione inseruntur, & hoc post multas congregationes priùs factas super huiusmodi consultatione.

Inuictissimo & Augusto Principi Ferdinando Hispaniarum sceptra tenenti, Aragonum, vtriusq; Sicilię ac Hierusalem Regi Catholico, Balthasar del Rio scholasticus Myndonien, Apostolicę sedis protonotarius, post debitam mancipij reuerentiam, felicitatem P.D.

ARistoteles philosophātium princeps, inuictissime Rex, Callisthenem suum auditorem ad magnum Alexandrū condiscipulum mittens, monuisse fertur, vt cum eo, aut quàm rarissimè, aut q̄ iucundissimè loqueretur, quo apud Regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. Xenocrates quoq; philosophus alter, qui nobis multa audire, pauca verò loqui licere, & eapropter duas nobis à natura aures, & os vnū insitum fuisse aiebat, quū maledico quorundam sermoni summo cum silentio interesset, interrogatus, cur solus linguā cohiberet: quia dixisse, me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Graue quidem alterius præceptum, alterius autem præclara sententia fuit. At ego, quū à silentio iocunditatē, à iocunditate veritatem sępiùs procul esse cōspexerim, æstimaui tutius mihi fore, amicū habere Platonem: sed salubrius, dominam & parentem veritatem colere: quia quanto magis veritati præsto sum, tanto minùs à rerum omnium opificis via & vita secedere videor. Quā ob rem, quum in dies & in horas fama crebuerit, atrociorem in præsentiarum hostem habere Christianam religionem, quàm antehàc fuerimus experti, quem amicis & affinibus, consanguineis & fratribus, proprio denique sanguini nō peperciſſe intelleximus. nam & binos ex fratre nepotes, & fratrē ipsum (nepotibus priùs strangulatis, vt S.D.N. Leoni, & sacrosancto Cardinalium senatui nudiustertiùs per fide dignas literas denunciatum est) nuperrimè occidisse non expauit, Vngariæ Regnum mox inuasurus, cuius iam duo emporia, Regni præcipua antemuralia, igne vastauit, quo illinc commodior sit illi ad nos aditus. Ego verò tanto repentè lacessitus infelici nuncio, vtriusque spreto philosophi consilio, licèt alios hac ipsa de re verba fecisse, & parùm aut nihil ad tam sanctum opus animos allexisse compererim, vt quemadmodùm duræ cautes assiduo lymphæ tenui delapsu perforantur, ita & inconcussæ audientiū mentes (quibus quæ reipublicæ nostrę conducunt, quandoque obaudire mos est) repetita toties viuida verborum vi penetrentur, accendantur, incitentur, efflagitatus à maximè venerando antistite D. Laurentio Puccio Florentino, se. re. Iulij secundi Pont. Max. & in eius locum suffecti Leonis sanctissimi à datandis, dictandisq; literis Apostolicis obsequentissimo mancipio, & veræ huius Romanæ curiæ præfulgido fidere, literatorum præsidio, & denique absque adulationis labe, bonitatis integritatisq; cultore optimo, & de Maiestate tua optimè merito: qui dum proximè exacto anno coram vigili pastore Iulio præfato, de Dominica passione ac mortis nostræ morte me concionantem audiret, de hac ipsa sanctissima in Turcas expeditione orationem aliquando habere me coegit, non potui tandem in tanta rei necessitudine rerumque expectatione formidolosus, non paruisse, ac parendo carptim nō tetigisse nōnulla de te, deque alijs Christianis Principibus, quibus Christianæ reipublicæ tutandæ ampliandęque cura est. Inter quos quia eminentissimum fidus semper fulsisti, etiam si ad gloriæ tuæ emulorum perniciem, Maiest. tuę assentari videar, dum vera loquor, loqui non pudet. Nec puduit pariter aperta voce mutire, & in media vrbis & orbis terrarum, ac vniuersalis Ecclesiæ sacrosancta area propalàm bonos extulisse, de fide catholica benè meritos commendasse, Christiani nominis hostium domitores alijs prætulisse, reliquos verò sibi tantùm natos principes, (vt aiebat diuinus ille Plato) silentio præterijsse, clarisque tuis facinoribus intentos ad hanc sanctissimam expeditionem maximè necessariam inuitasse & prouocasse. Accipe igitur Augustiss. Princeps subditi tibi addictissimi, homagijque tibi debiti lucubratiunculam hāc

De Selymo Turcarum Tyranno dicit.

qualemcunque, quam coram tuo & aliorum Principum solio, te absente, acsi præsentem fuerim intuitus, non intempestiuè habui. Et quia coram tanto consessu ineptias meas vesanè fortassis prodere sum ausus, nunc in lucem edere Maiestati etiam tuæ eadem temerè, reuerenter tamen dicare non sum veritus, sciens in Christi negocio præsentaneo morem tibi gessisse, & votiuè tibi fuisse obsequutum, dum non immeritò ab omnibus rectè sentiẽtibus, Regum exemplar Christianorum (vt es) & haberis & iudicaris, cuius propterea omnes Dei causam, ſteque causæ eiusdem causidicum appellant, tutorem prędicant, & ecclesiasticę colunt libertatis assertorem. Orationi igitur nostræ, quando quid ocij aut curarum vacatio acciderit, Rex sacratissime intẽde prosperè, procede & regna, non isthic tãtùm, sed in medio illo orbis terrarũ & Iosaphat vmbilico, ibiq;, vbi Christ mortem nostram moriendo destruxit, vbi & vitam resurgendo reparauit, quò ipsum rursus supremum iudicem venturum speramus, pro acquirenda tua Hierusalem, pro visendo Caluariæ loco, pro colendo vitæ nostræ sepulcro, pro adorando (iam à Regibus fidei nostræ primitijs adorato) præsepio, castrametare, & sacratam precioso sanguine humum deiferam tuis tentorijs fode. Extensis autem in Hierosolymitanis arcibus tuis aquilæferis, alteram altera Hierusalem facilè consequéris. Alteram, inquã, cuius nó petra solidata, sed lapis angularis est Christus, qq; in vna crucifix⁹ apparuit, in altera gloriosus manet in secula, comitaberis rex Regem gloriæ, constituet te supra multa longè maiora, qui in pauca te fidelem & Catholicum adinuenit. Et deniq;, ne prolixiùs vagari videar, q̃ ipsa rei series exposcit, tu, qui inter cæteros sacro chrismate vnctos Reges solus Catholicus (vt non ab re) nuncuparis, fidei Catholicæ actuum nomen & ditionem, dum datur occasio, vt solitus es, extende, ampla, dilata, ne (quod Deus auertat) quando diutiùs oppressis Christianis suppetias feram⁹, suppetijs p̃sertim nobis opus sit, vicino iam hoste acerrimo pterritis. Vale, Regum optime, diuq; viue Regnorum amœnitate felicissimus. Romæ ex ædibus Reuerẽd. D. mei Card. Arboreñ, vndecimo Kalend. Iulij, anno Christianæ salutis 1513. Põtif. domini nostri Leonis Papæ decimi anno primo.

NIHIL IMPOSSIBILE ERIT vobis.

Matt. 17. c

MATTHAEI XVII.

Ascensurus ad superos vndè venerat, seruator noster Iesus, beatissime Pontifex, missurus pariter athletis suis paraclẽtũ Spiritum, quo totius orbis accolas aggredi, inuadere & expugnare non formidarent: Si

Ibidẽm. habueritis, inquit, fidem, sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Cui⁹ firma ve-

ræ fidei institutoris pollicitatione confisus, tantorum patrum, qui hoc ipso in loco ante me verba fecerunt, quorum ego corrigiam calceamenti nedum soluere, verùm deoscularividear minùs dignus, authoritatem, doctrinam, grauitatem, prægrandes bonarum artium & eloquentiæ torrentes admiratus, nihil de hac omnium celeberrima per gloriosæ memoriæ Iulium secundum indicta, nihil de alijs, per alios S. tuæ prædecessores celebratis synodis, (quum tot & tanta, tamque luculenter & copiosè dicta sint) differẽdum putaui, nisi vt iam tandem vberrimum aliquem fructum, tanti ouium Christi satagentissimi pastoris, tantarumque ouium fœcundus consessus, ex hoc sacro Dei ouili, fœcundet, pullulet, pariat, & contra immanissimos fidei nostræ hostes, contra Christiani sangui nis sitibundas feras, contra patrimoniũ Christi tyrannicè occupantes, arma lucis induti, Christianorum arma conuertamus. Et licèt Modrusiensis præsul in proximè habita sessione, & Lucensium primò, Florentiñ deinde reipublicæ, postremò sereniss imi Polonię Regis oratores insignes in reuerentia tibi & Regis sui & gentilium tuorum nomine exhibito, de huiusmodi bello susc ipiendo multa sapientissimè differuerint, quia tamen paucis tanta complecti nequiuerunt, quin plura alijs recensenda reliquerint, vt eo libentiùs communi Christianorum iacturæ consulatur, quo instantiùs periculum formidãdum est: vtque ea omnia (&si pluriès repetita) balbus ego & hebes, ac ab oñi dicẽdi genere immunis, paucis absoluam, vosque desidiosi & segnes, iamiam expergiscentes, non ingrata audire, & audita exequi possitis, Gabrielis prece solita Deiparæ nostræ præsidium imploremus: Aue Maria.

NIHIL IMPOSSIBILE erit vobis. Matth. 17. c

Verberabat iam tertiò cui insidebat, asinam Balaã, beatissime Christiani gregis animarum protomedice: quia quò vellet herus, nollet asina, obuij Angeli expaueſcẽs gladium, iter facere. Aperuit dominus os asinæ conquerentis, & contra nutum Dei verberantis Balaæ oculos diuino fulgore lustrauit, vt quod humano capite erat delicturus in Deum, asellę verbis à labris Angeli iussa ca pesseret, iubentem adoraret, eiusque nutui paréret. Quid mirum ergo? Quid qui dudũ antè locutus est in igne, in rubo, & nunc in Exodi 3. a b asina, loquatur in me Deus? & ab eo quem rectum reris tramitem, tibi deuiare consulat, Psal. 50, labia mea aperiens, & os meum annunciabit laudem suam? Reris profectò (ni fallor) verũ iter proficisci, si iam restituto & aucto B. Petri patrimonio, pacato aliquãto Italię tumultu, cõpositis demum Christianorũ Principũ nõnullis simultatibus, daretur Turcarum rabiem exinde frenatum iri. Sed vbi periculũ maius intẽditur, vt aiebat in sacro Lugduneñ concilio

concilio prædecessor tuus Gregorius (vt tu) decimus, ibi proculdubiò pleniùs esse consulendum censeo. Instat Turcarum gladius fau cibus nostris, & nos eius acumini colla submittimus: obrepit littora, & ad auratos recessus illecebris educati, cẽprimimur. Depopulatur oppida, vastat agros, grassatur in compitis, & nos segnitie marcescimus. A proprijs laribus euellimur, retrudimur ad hos, qui extant, sacros penates. Illi igne, ferro, tormentis in vniuersam vndequaq; Christianam rempublicam: nos in nos ipsos sæuientes, illis ad nostrum interitum opitulamur. Nos vt parua tueamur, amittimus magna. Illi, vt maiora sibi posterisq; suis relinquãt hęreditatis monumẽta, grandia quæq; sua (ne discordia dilabantur) floccifaciunt & paruipendunt. Ita vt si inuictissimus ille Ferdinandus, Hispaniarum sceptra feliciter tenens, vitæ vmbratilis amator extitisset, tãtum Granatæ regnum, & quasi totam illam Bæthicam prouinciam, in occiduo nostro octingentis fermè annis à Mauritanis occupatam, in veri dei cultum ac ditionem suam venire minimè coegisset: vt quod in Oriente aliorum Principum inertia, orthodoxæ ditioni per infideles abtruncatũ est, idipsum catholicus Princeps Catholicæ fidei & sibi ipsi in Occidente restitueret. Reminiscens diuini verbi, si contra fidei hostes fide & armis dimicandum erat, nihil formidandum, nihil impossibile futurum auspicabatur. Si his igitur armis cõtra inermes dimicandũ nobis est, & nihil impossibile erit nobis: aggrediamur nobis debitã prouinciam, amplectamur omnium sanctissimã expeditionem, irruamus in perterritos hostes, iam se-

Nota de dua tiõe regni Turcarum prophetiam

☞ ☞

ctæ suæ (secũdum eorum Prophetiam) finem pertimescentes, quæ sexcentis circiter annis post salutiferũ virginis partum incepisse, & secundum astrorum peritos, breui finienda esse perhibetur, in tali asserentes signo initium habuisse, vt diu durare posse impossibile sit, aut supra naturam magis, seu ob peccatorum nostrorum demerita. Quod ab Alionoto regis Armeniæ fratre facilè comprobatur, dum in Orientali scribens historia, esse apud Mahumetanos hostes indubiã prophetiam, cuius prætextu ad annum millesimum quingentesimum à Christi ortu, duraturam eorũ sectam, pro comperto asseuerat. In isto obiter cẽtum annorum curriculo, quorum iam tertium cum decimo supputamus, deleri radicitùs tantam superstitionem, si non negligimus, si ocio nõ torpemus, aut negocio nõ dissidemus, ambigendum non est. Lex enim & prophetę eorum vsque ad Ioãnem * Medi-

for. Medicem,

cum, qui infecta terrarum orbis membra abscindet, diruet, & vt leo rugiens deuorabit. quæ omnia licèt aliter se haberent, quàm futura prænunciamus, vrget tamen necessitas, impellit ratio, cogit & hortatur nos ipsa nostra iam imminuta respublica. Nam ante Euboeæ & Aulonis incẽdium, dum senatus Venetus nobis arx Christiana & propugnaculum extitit, mare illud piratis oñibus & grassatoribus vacuum audiuimus. Redactis tamen in miseram Turcarum seruitutem Euboea & Aulone, líber eis ad nos patet aditus. Nouit, quæ loquor, signifera illa immortalis memoriæ Iulij secundi cataphratta quadriremis, ab hostibus haud dudum prope Corsicam expilata & direpta. Expertæ sunt, nec multo pòst, tres aliæ Catholici regis validissimæ triremes, & introclusi Christiani, sui nominis hostium efferatam sæuitiem. Quarum vexillis (proh dolor) velut pisces hami esca, cæteros maria fulcantes Christicolas (ni Deus auertat) deglutient, discerpent, deuorabunt. Senfit quæ recolo, fe. re. Sixtus quartus, qui tunc * Fernando Parthenopeo regi, sacri collegij & subditorum ecclesiæ communi pecunia adiutus, maximo terrestri exercitu contracto, instructa cum Apostolico legato munitissima classe, suppetias misit. Quia traiecto ex Aulone Hadriatico sinu, & expositis in Apuliam haud exiguis militum copijs, tanto impetu * Idruntem eius regionis metropolim oppugnare adortus est quidam Mahumeti Ottomani dux impiger, vt paucis paulo post diebus transactis, nemine interim ante suppetias Sixti succurrente, illam vi ceperit, omniq; crudelitatis genere in ea fit debacchatus, & Archiepiscopo Pontificalia paramẽta induto, cum clero & ciuibus in ecclesia trucidato, sacris omnibus profanatis, prostitutis virginib⁹, iunioribus cum pueris Byzantium in lugubrem captiuitatem transmissis, magnam vtrique Siciliæ iacturã, sed maximum toti Christiano orbi terrorem incussit. Nam si prẽter suppetias ipsas ecclesiæ, diuinum auxilium tunc nobis prẽsto nõ fuisset, quo imperantis Mahumeti mors, & inter filios discordia interuenerat, actũ erat de his, quæ extãt, Europæ angustijs: quia formidandum nobis esset, quòd illud incendium latiùs fuerat diffundẽdum. Sed quos suo ipsius precioso sanguine mercatus est Christus, noluit periclitantibus suę subuentionis penitùs deesse subsidium. Taceo quotidem Mahumetes, viuente nunc Turcarum tyranno lõgè mitior & humanior, à nostris manibus suo imperio, suo regno subdiderit. Nam præter Pontum, Bithyniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Lydiam ac Phrygiam regna, prouincias, vrbes insignes, totũ ferè Hellespontum * adusit. Peram & Mithylenen Ianuensium colonias diripuit, Peloponessum inuasit, Ipsisque Achaiæ, Acarnaniæ, Epiri, maioris Macedonię Christianis populis non pepercit. Raxiam pariter & Seruiam prouincias, ac quicquid ab Adrianopoli Sauumque & Danubium amnes interiacet, suæ ditioni adscripsit, & à nostra abstulit. Valachi eapropter timore perculsi, pro maiori parte ad ipsum defecerunt. * Bosnam postmodùm, * Boznam

obrepens velut horrenda tempestas, cerbereis faucibus exhausit vsqueadeò, vt senes & infantes, quorum ætati indulgendum: fœminas, quarum sexui naturæ lege parcendum erat: cæterosque locorum incolas in plateis concatenatos, ceu boues euiscerari, mactari, dilacerari canino rictu nefariè iusserit. Illinc Sinopem & Trapezundam, vetusta nostrorum monumenta maiorum, suæ feritati subegit. Ipsam denique Byzantium, Constantini vrbem Augustã sub fide fœderis quiescentem (acsi ab infidelibus fides, ab immanissimis pietas, à perfidis hostibus vita speranda esset) machinis & tormentis, extemplò & inopinatè oppressam vi cepit, eiusque vniuersa plebe venundata, & in atrocissimam seruitutem subacta, expugnauit, diripuit, adusit. Et vt nobilitatem omnem penitùs deleret, ac indigenę nobiles, Christi milites ingenui, sub ficta libertatis spe frustrarentur, sæuus ille canis eosdem iam libertate donatos, repentè obtruncari præcipit.

NOSTRA, nostra (inquam) hæc, non prouorum, tempestate accidisse cõperimus: & si iamiam per charitatis alumnũ, maximeq; reuerendiss. Vngariæ Card. quem interea & sanctissimè quidem, pro te & sacrosancta ista sede, omnium sanctissimæ legationis officio fungi statuis, imminẽs Turcarum Imperatoris procella non retunditur & propùlsatur, vereor pater beatissime, vereor patres amplissimi, ne, dum absenti hinc Vngarię & Polonię calamitati non consulitur, nostratum præsentaneã formidemus: immò (quod absit) deploremus, lamentemur, patiamur. Sed quid in externis (vt ita dicam) enarrandis tẽpus contero? Nosti pater beatissime Cocleārium oppidum Valentini littoris, Capritanũ castrum Arborensis marchionatus, & alia vtriusq; Hesperiæ & insularum maris nostri maritima loca, quæ nostri nominis hostes, circunuentores & piratæ, propalàm assiduè depopulantur. Pensita, oro, quanti te, quanti sacrosanctam istam sedem, quanti faciant cęteros Christianæ reipublicæ primores intestinis bellis laborantes, qui nostri vsque dominij præcordia penetrare nõ expauescunt? Quorum contagiosam pestem si per Africæ fines Ferdinandus noster nõ compescuisset, irruissent enim uerò in nos, & ceu dudum fecerunt, huic sacræ Lateranensi basilicæ, igne suppositò tunc dilapsæ, nunc minimè perciss ent. Nouerunt tamen eius potentiæ scintillam Melhila, Auranum, *Busia, Tripolis ciuitates perpulchræ, Mazarquibir, & alij portus celeberrimi, quibus rex ipse alter Hannibalis annulus, nobis verò nostri & Romani sanguinis vindex & vltor est. Ladisslaum etiam Vngariæ regem serenissimum, Christianæ religionis athletam & ducem strenuum (ne silentio prętereamus) suis tantùm Regni primatibus comitatum, innumeram sępè hostium multitudinem aut profligasse, aut dum nostra ambire studebãt, sua propria reliquisse, tergaque & vitam nostrorum manibus sępiùs dedisse, non dubitamus. Emmanuelem pariter Lusitanorum regem, fidei nostrę fidus præclarum, Orientis viscera nostris à Gadibus vsque ad Auroram & Gangem penetrasse, fidei expertes vexillo crucis infigniuisse, Paganas gentes domuisse, in ditionem nostram venire coegisse, nemo nostrûm ambigit. Sigismundum prętereà Poloniæ regem, assiduum & acerrimum infidelium domitorem, contra Tartaros & alios hostes conuicinos dimicantem, maximam reportasse victoriam, perennis memorię Iulio secundo, & sacrosancto huic collegio, cuius tu præcipuus Archidiaconus & colẽdus collega tunc existebas, denunciatum est. Quo in conflictu supra 40. hostium millia cæsa fuisse, pro comperto habemus. Et si (ô vtinàm) iam datum esset solam tantorum Principum manum, in veros hostes conuerti potuisse, credidissem profectò de te Leo Max. eorundem Regum impẽsa illud Prophetici psalmi dictum, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum: Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent: Et adorabũt eum omnes reges, & omnes gẽtes seruient ei. Tu verò qui summi DEI geris vices in terris, quique Christi tunicam, scissuræ iam proximam, inconsutilem (vt erat) pręseruasti, vniuersalisque ecclesię Cardines & Principes (vt olim manus DOmini, apostolorum principem à fluctibus, ne mergeretur, erexit) tu quoq; in lachrymarũ fluctuosa valle, ne dissensionis turbine obruerentur, erexisti, euocasti: oues q; ipsas tuas, vocem tuam audientes, pastoris boni vestigia & verba sequutus, ad te traxisti: quandoquidem dudum ante oues existens, prędicebas: Cùm exaltatus fuero, omnia traham mecum. Traxisti, inquam, DOmine omnia ad te, quando, quæ aberant ab ouili oues, iam pastor effectus attrahis, foues, amplexaris, vt vilicationis tuæ rationem redditurus, Dei verba dicas Deo: Quos mihi dedisti, non perdidi ex eis quenquam. Attrahe pariter & conuoca religionis nostræ seculares Principes: cõpone eorum simultates: largiantur te duce vnius saltem triennij sanctissimas inducias Deo, quæ mediocri amico etiam non efflagitanti darentur, vt rixis tandem particularibus sedatis, maius & validius copiarum corpus efficiamini: quia nullum robur tam firmum atque solidum, quod diuisum non debilitetur, non cadat, non dissipetur. Ignis, in stipites segregatus, extinguitur: domus in lapides diuisa, corruit: nauis, in tabulas discissa, demergitur: omne regnum in seipsum diuisum, vt aiebat legislator noster, desolatur: Christianis etiam principibus inter se dissidentibus, prolabitur funditùs Christiana religio. & denique nihil est, quod concordia non constet, cadat discordia. Pariat ergo cõcordes

Pſal. 71

Matth. 14.

Iohan. 12. c

Ioan. 18. b

Luc. 11. b

*Buzia

cordes animos concors fides, & concordib' membris te sanctissimum amplexãtibus caput, expergiscere in Dei subsidiũ, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Excita Domine potentiam tuam, & veni. Succurre miseris explosis Christicolis, qui te pstolantur. Consule renatæ labenti religioni, quia omnes amici eius spreuerunt eam, & nõ est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Audi Dominum, qua te de causa in hunc terrarum orbem miserit, & qua delendæ pręsertim Mahumeticæ sectæ tempestate, oues suas tibi crediderit. Vt consolarer (inquit) omnes lugentes Sion, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Tuo nempe gladio fretus, Cõuertam (ait) luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore. Hac propterea ipsi fide securi, Cõuerte (clamitãt) luctum nostrum in gaudium. nam viæ Sion lugent, quia non sunt, qui veniant in eius leuamen, & ipsa oppressa est amaritudine. Tria enim hoc vno nondum exacto anno, vt hanc consolationis spem iam breui complendam, faciliùs crederemus & intueremur, operata est in te Dei omnipotentia maximi, diue Leo: mirabilẽ, primum, tuam medijs ab hostibus libertatem, non hominum, sed Dei manu donatam: Desperatam, alterũ, in proprios lares & patrię amplexus reductionem & receptionem: Reliquum, quod non ab re, nec nisi (vt ego ipse vidi, vidi, inquam, immeritus: vidi, & qui vidit, testimoniũ perhibuit, & scitis patres, quia verum est testimonium eius) vere diuina prouidentia factũ censendum est, quòd te sacerrimus iste senatus, ex tot tantis q; patribus, tibi ætate maioribus, meritis & vitæ integritate paribus, iuniorem in senem, fratrem & (vt ita dixerim) filium in patrem, collegam in dominum, in Petri successorem, in summum sacerdotem, in Christi vicarium elegeriut, assumpserint, adorauerint, vt hanc scilicet sanctam prouinciam assumeres, assumptam prosequereris, & longo saltem temporis interuallo longæuus perficeres, perfectam pacares, & Christiano dogmate instituere res: ac ceu leo rex quadrupedum, tu alter Leo, hominum non alter rex tantùm, sed regum rex, & orbis terrarũ monarcha effectus, alias oues quas habes, q̃ non sunt de hoc ouili, ad tuum ouile reduceres, alliceres, reuocares. Accingere ergo gladio tuo super femur tuum potentissime. nam & tu duos gladios habes, spiritalẽ scilicet & tẽporalem. altero igitur euaginato, altero in vaginam reposito, in hostes irrue, quia nihil impossibile erit tibi. Vinces profectò, quia vicit Leo. Aggredere certamen glorię, vbi qui legitimè certauerit, coronabitur. Dissolue compedibus mãcipatos, assere pedicis astrictos, aufer vinctis manicas, audi nostrorum lugubres vlulatus, excogita miserandos gemitus. Pensita lachrymarũ & sanguinis profundos torrentes, perpẽde flebiles singultus. Volue tecum animo, quot nefandas strages, quot sanguinolentas cædes, quot incendia, quot excidia Christianorũ, quot Dei nostri tẽpla incensa, diruta, prophanata, & ceu prostibula spurcata existima. Miserere nostræ Christianæ reip. hanc sacrã synodũ appellantis, vociferãtisq;, Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei. Fer illis opem, discerpe ergastula, vendica captiuos, manumitte concatenatos. Eccè te inuitat rex Propheta: Dirumpamus (ait) vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum: deduc eos ad tuum & DOmini iugum suaue: quia cadent (cadent enim) à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis. ET vnum interea excogita Pontificũ felicissime: Si nunc atrocissimæ Turcarũ siti minimè obsimus, quo in statu nos, quo in ambiguo posteros nostros, ad has Europę rimas cõpressos, sumus relicturi. Et si nihil impossibile erit nobis, cõtra patrimoniũ Christi occupãtes, cõtra fidei nostræ hostes, cõtra inimicos crucis, arma sumam', Ad quod etiam electionis vas nos hortatur, dicens: Persequimini inimicos crucis, quorũ finis interitus est. Si ergo interitus, audeam' certa Pauli spõsione securi. Tuq; beatissime pontifex, quẽ item sacrosancta hæc synodus appellat, obtestatur, & in Prophetę verbis proclamat, Tu es qui restitues hæreditatem meã mihi: cuius ductu & auspicio Christiana religio reuiuiscit, nitere, vt te duce, qui bonitate insignis, sapientia præcipuus, prouidẽtia circunspectus, præpotẽs armis, authoritate grauis, consilio & rerum experiẽtia pollẽs, Christianæ reipub. prim' & caput es, sit vna fides, vnum baptisma: deniq;, vt es vnus pastor, sit vnum ouile: vt hac orbis machina sub illius, qui pastor bonus est, bacillo, fide & ditione introducta, quam ipse mercedem copiosam in cęlis, pro fidei nostrę retributione spopõdit, eam ipsi operibus assequamur.

Dixi.

Ioan. vlt.

Pſalm. 44.

2. Tim. 2. a

Pſal. 15.

Philip. 3. d

SESSIO OCTAVA.

IN nomine DOmini, Amen. Anno à natiuitate DOmini 1513. indictiõe prima, die verò Lunæ, decimanona mẽsis Decẽb. celebrata fuit octaua sessio Concilij generalis in sacrosancta basilica Lateranen, p̃sente & præsidente sanctissimo DOmino nostro LEONE Papa decimo. Et fuerunt prętentes infrascripti Reuerendiss. domini Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Generales ordinum, Oratores Principum & Illustriss. domini, ac in sacra pagina, & vtraque censura doctores celeberrimi, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiss. dominus Raphael Ostiensis.
Reuerendiss. D. Bernardinus Sabinensis.
Reuerendiss. D. Dominicus Portuensis.
Reuerendiss. D. Franciscus Tiburtinensis.
Reuerendiss. D. Marcus Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiſſ.dominus Franciſcus tituli ſanctorum Ioannis & Pauli,Surrentiñ.
Reuerendiſſ.Dominus Hadrianus tituli ſancti Chryſogoni.
Reuerendiſſ.Dominus Nicolaus tituli ſanctę Priſcę,de Fliſco.
Reuerendiſſ.D.Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ,Agennenſis.
Reuerendiſſ.D.Carolus tituli S.Cæciliæ.
Reuerēdiſſ.D. Chriſtophorus S.Praxedis.
Reuerendiſſ.D.Antonius tituli ſancti Vitalis,*Sipontiñ.
*Papieñ
Reuerendiſſ. D. Petrus tituli ſancti Euſebij, Anconitañ.
Reuerendiſſ.D.Bandinellus tituli ſanctę Sabinæ,de Saulis.
Reuerendiſſ.dominus Laurentius tituli ſanctorum quatuor Coronatorum.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ.dominus Fredericus de ſancto Seuerino,ſancti Angeli.
Reuerendiſſ.dominus Alexander ſancti Euſtachij,Farneſius.
Reuerendiſſ.dominus Ludouicus ſanctę Mariæ in Coſmedin,de Aragonia.
Reuerendiſſ.dominus Marcus ſanctæ Mariæ in Porticu,de Cornelijs.
Reuerēdiſſ.D. Alphonſus ſancti Theodori.
Reuerēdiſſ.D. Matthæus S.Angeli, Gurceñ.
*in oñica,de Medicis.
Reuerendiſſ.D.Iulius S.Mariæ*de Nauicula.
Reuerendiſſ.dominus Innocentius ſanctorū Coſmæ & Damiani.

PATRIARCHAE, ET ASSISTENTES Papæ,& Oratores.

Reuerend.pater D. Bernardus epiſcopus Tarui ſinus,& vrbis Gubernator.
Reuerēd.pater D. Claudius Maſſilieñ epiſcopus,Chriſtianiſſimi Francorū regis Orator.
Reuerend.pater D. Ioannes Gneznēñ Archiepiſcopus,Orator regis Poloniæ.
Reuerēd.pater D.Bertrādus epiſcopus Adrieñ,& orator ducis Ferrariæ.
Reuerend.P.D.Dominicus epiſcopᵘˢ Aqueñ, Marchionis Montiſferrati Orator.
Reuerendus pater D. Cæſar Alexandrinus.
Reuerend.pater D. Alphonſus Antiochenus.
Reuerēd.p.D.Robertus Archiepiſc.Rhegiñ.
Reuerend.pater D.Ioānes Vincētius Seneñ.
Reuerend.pater D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Conſanenſis.
Reuerend.pater D.Pompeius Reatiñ.
Reuerend.pater D.Andreas Militenſis.
Reuerend.p.D.Ioānes Franciſcus Taurineñ.
Reuerend.P.D.Ioannes Baptiſta Caualiceñ.
Reuerend.pater D.Iulianus Vulterañ.
Reuerend.pater D. Dominicus Luceriñ.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend.pater D.Iulius Corinthieñ.
Reuerend.pater D.Aldronādinus Nicoſieñ.
Reuerend.pater D.Bernardus Spalateñ.
Reuerend.pater D.Vincentius Neapolitañ.
Reuerend.pater D.Hieremias Traneñ.
*Adrieñ. Reuerend.pater D.Franciſcus Iadreñ.

Reuerend.pater D. Orlandus Auinioneñ.
Reuerend.P.D.Andreas *Monenbaſieñ. *Nobonienſieñ
Reuerend.pater D.Petrus Arboreñ.
Reuerend.pater D.Georgius Nazarenus.
Reuerend.P.D.Stephanus Gabriel Bareñ.

EPISCOPI.

Reuerend.P.D.Dionyſius Toloneñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Nanneteñ. *Nouarieñ *Nauarreñ
Reuerēd.pater D.Lactantius *Suaneñ. *Suauaneñ
Reuerend.pater D.Iacobus Fauentiñ.
Reuerēd.pater D.Marinus *Ceneteñ. *Senireñ
Reuerend.pater D.Octauianus Viterbieñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Potentiñ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Vincentiñ.
Reuerend.pater dominus Andreas Anfareñ. *Aſſoreñ
Reuerend.pater D.Ioannes Aquilanus.
Reuerend.p.D. Bartholomæus Iuſtinopol.
Reuerend.pater D.Albertus *Vilueñ. *Valueñ *Sebonicenſ
Reuerend.pater D.Ioannes *Sibiniceñ.
Reuerend.P.D.*Hienotius Troianus. *Iannotlus
Reuerend.pater D.Petrus*Narnieñ. *Marineñ
Reuerend.pater D.Ioannes*Sarcinateñ. *Sarcineñ
Reuerend.pater D. Ioannes Tudeñ. *Saſſenateñ
Reuerend.pater D.Martinus Zarneñ.
Reuerend. P. D.Ioannes Antonius Calineñ.
Reuerēd.pater dominus Hugo Rhegienſis. *Parētineñ
Reuerend.pater D.Aloyſius *Iporienſis. *Menerumeñ
Reuerend pater D.Marinus *Minernienſis. *vmbraticeñ
Reuerend.pater D.Matthæus*Vmblaceñ. *Bergomeñ
Reuerend.pater D.Nicolaus*Pergameñ. *Ciuitateñ
Reuerend.pater D.Robertus *Ciuitenſis.
Reuerend.pater D.Iacobus Marſicanus.
Reuerēd.P.D. Chriſtophorus Cæſenateñ.
Reuerend.pater D.Theſeus Racanateñ.
Reuerend.pater D.Corradus*Oſtanenſis. *Aſtuneñ
Reuerend.pater D.Hieronymus*Ilcinenſis. *Inſuleñ
Reuerend.pater D.Michael Archenſis. *Elneñ
Reuerend.pater dominus Ioannes *Eliceñ.
Reuerend.pater D.Lambertus Venuſiñ.
Reuerend.pater D.Antonius Vrbinatenſis.
Reuerend.pater D.Andreas Lauſanenſis. *Sulcitanus
Reuerend.pater dominus Sixtus *Salutiarū.
Reuerend.pater D.Marcus Senogallienſis. in Sardinia
Reuerend.pater D.Vincentius *Signius. *Signinus
Reuerend.P.D.Tranquillus *Seratinus. *Ferentinus
Reuerend.P.D.Baptiſta *Vmereñ. *Vincieñ *Veroneñ
Reuerend.pater D.Petrus Paulus*Exiñ. *Eſineñ
Reuerend.pater D.Nicolaus*Corſulenſis. *Torcellan⁹
Reuerend.pater D.Vgolinus Licienſis.
Reuerend.pater D. Hercules Vrbeuetanus.
Reuerend.pater D.Franciſcus Biſignianus.
Reuerēd.pater dominus Galeſius Belluneñ.
Reuerend.pater D.Zacharias *Terraquiēſis. *Terracineñ
Reuerend.P.D.Ioānes Antonius Angloneñ. *Moranenſ
Reuerend.P.D.Ioannes Baptiſta *Maraneñ.
Reuerend.P.D. Alexander Alexandrinus.
Reuerend.pater D.Gabriel*Caliceñ. *Calueñ
Reuerend.P.D.Vincentius Aſquilaceñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Aquinatenſis.
Reuerend.pater D.Alexius Melfitanus.
Reuerend.pater dominus Ioſue Eſculanus.
Reuerendus pater dominus Ioānes Dominicus Terdoneñ.

Reuerend.P.D.Bonifaciᵘˢ Iporieñ, vel, Eporedieñ.
Reuerend.P.D.Petrus Caſtelli maris.
*Marcus *Vgentinus *Ogentinᵘˢ Reuerend.P.D.*Marius*Obientiñ.
Reuerend.P.D. Benedictus Chieñ.
Reuerend.P.D.Vincentius Caiacieñ.
*Licereñ Reuerend.P.D.Andreas*Littereñ.
Reuerend.P.D.Latinus Veſtañ.
Reuerend.P.D.Iulianus Agrigentiñ.
Reuerend.P.D.Ludouicus Tricariceñ.
Reuerend.P.D.Hieronymus Aſculañ.

ABBATES.

Reuerend.P. D.Blaſius generalis Vallis vmbroſæ.
Reuerend P.D. Petrus Camalduleñ.
Reuerend.P.D.Zacharias Sebaſteñ.
Reuerend.P.D. Ioannes S. Sebaſtiani extra vrbem.
Reuerend.P.D.Nicolaᵘˢ S.Gregorij de vrbe.

GENERALES ORDINVM.

Reuerend.P.D. Hilariᵘˢ ꝓceptor ſanctiſpūs.
Reuerend.P.D.Thomas Gñalis S. Dñici
Reuerend.P.D.Bernardinus S.Franciſci.
Reuerend.P.D. Aegidius Eremitarum ſancti Auguſtini.
Reuerend.P.D.Angelus S.Mariæ Seruorū.

ORATORES ET ILLVSTR. domini.

Illuſt.Dominus Maria Sfortia, & illuſt.Dominus Albertus Pius de Carpi,& Antoniᵘˢ Iuba ſereniſſ.Maximiliani electi Imp. oratores.
Magnificus dominus Ludouicus de Solier, Chriſtianiſſimi Regis Franciæ orator.
Magnificus dominus Hieronymus de Vich, Catholici Regis Ferdinandi Aragonum orator.
Magnificus dominus Totus Lupus delapide Eques,& Benſo de Aluenſchñ.& Ioannes Benceluil oratores Illuſtr.domini Ioachim Marchionis Brandeburgeñ electoris Imperij.
Magnificus dominus Petrus Landus, orator Illuſt.Dominij Venetorum.
Reuerendus P.D. Marinus Charatius protonotarius Apoſtolicus,orator illuſt,domini Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediolañ.
Oratores dominij Florentinorum.
*Galeoctus *Carecto *Pugella Magnifici domini *Galeotus de Carreto,& Franciſcus *Pugilla,oratores illuſt.domini marchionis Montiſferrati.
Dominus Franciſcus de Guidono, orator Magiſtri Rhodi.
Illuſt.dominus Galeatius Sfortia.
Illuſt.dominus Ioānes Ludouicus marchio Pallauicinus, ac quamplures Illuſt. domini, & Magiſtri ſacrarum literarum, & in vtroque iure Doctores celeberrimi.
*Garge ¶Fuit celebrata Miſſa ſubmiſſa voce per Reuerendum patrem dominum Gabrielem Archiepiſcopū Dyrrhachieñ. & habita oratio per dominum Ioannem Bap.de*Gargijs militem ordinis S.Ioānis Hieroſolymitañ.quę in fine præſentis ſeſſionis ponetur.Et cantatis deuotis orationibus ac hymno conſueto, Veni creator Spiritus, & litanijs, ac præſtita obedientia,& alijs ceremonijs ſeruari ſolitis ſeruatis,Reuerendiſſ.in Chriſto pater dominus Marcus Car.de Cornelijs,cantauit euangelium ſecundū Matth.quod incipit:Simile factum eſt regnum cælorum homini patrifamiliâs, qui exijt ſeminare &c. Et deinde Reuerend. pater dominus Claudius Epiſcopus Maſſilieñ, & Magnificus dñs Ludouicus de Solier,oratores Chriſtianiſſ.Francorū regis, dederūt mandatū ipſius Chriſtianiſſimi Regis,& iuxta illius tenorē adhęſerunt nomine præfati regis ſacro Lateraneñ Cōcilio, & reuocauerunt cōciliabulum Piſanum,ac petierunt prorogari terminum ad allegandum de iuribus ſuper pragmatica ſanctione.Quo facto, reuerend,P.D.Thomas Phædra,de mādato ſanctiſſimi domini noſtri aſſcendit ambonem,& legit prędictum mandatum,cuius tenor talis eſt: Matth.13.

MANDATVM REGIS Francorum.

LVdouicus Dei gratia Francorū rex,dux Mediolani,& dominus Genuæ,Vniuerſis prēſentes inſpecturis. Fieri volumᵘˢ manifeſtum,quòd cùm chariſſimus conſanguineus noſter Fredericus tituli S. Angeli, ſanctæ Romanæ eccleſiæ diac.Card.de S. Seuerino nuncupatus, & dilecti ac fideles conſiliarij noſtri,magiſtri, Claudius de Seyſello electus Maſſilieñ, & Ludouicus Forbin dominus de Solerijs,apud ſanctiſſimum dominū noſtrum Papam Leonem decimum in præſentiarum oratores tanquā procuratores noſtri, & procuratorio nomine certas promiſſiones, obligationes & ſubmiſſiones fecerint ꝓfato ſanctiſſimo domino noſtro per inſtrumentum publicum,manu venerab.viri Petri Bembi prędicti ſanctiſſimi domini noſtri Papæ ſecretarij,& notarij Apoſt.receptum,cuius tenor ſequitur & eſt talis:

IN nomine Domini,Amen.Vniuerſis prēſentes inſpecturis fiat manifeſtum, quòd ſuperioribus annis bo.me.Iulio ſecūdo Pontifice maximo in humanis agente, ſubdolæ falſæque ſuggeſtiones inimicorū atque ęmulorum ſereniſſimi & Chriſtianiſſimi Ludouici Francorum regis, apud eundem Iulium vſqueadeò inualuiſſent, quòd illū aduerſus dictum Regem obſequentiſſimum filium, & eccleſię primogenitum ex patre,apertū acerrimumque hoſtem effeciſſent. Et licèt idem rex (quantùm fieri potuit) patiēti animo dicti Pontificis impetum atque iracundiam tolerare ſtatuiſſet, ſperans aliquando fore, vt ſuæ ſanctitati recōciliaretur, nihilominùs tamen præter opinionem dicti Regis euenit, quòd multi eccleſiaſtici, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, alijq; doctiſſimi & præſtantiſſimi viri, in ciuitate Piſana ſub nomine concilij generalis conuenerint,aſſe-

rentes firmiter, & pluribus coloratisque rationibus persuadentes, se dicti Concilij congregãdi multis de causis legitimam potestatem habere, accedente etiam ad hoc consensu & authoritate sereniſſimi Romani Imperatoris electi, prætensum Concilium Pisanũ indixerint, dictusque rex ex consilio plurimorum prælatorum, & aliorum doctiſſimorum virorum eccleſiæ & nationis Gallicanę, dicto prætenſo Concilio Piſino adhæſerit, prælatosque qui illud legitimè cõgregatum esse arbitrabantur, ad prętensum concilium præfatum ire permiſerit, illudque in terris, Regno & dominijs ac ditionibus suis continuare passus fuerit, & illius decretis & ꝓuisionibus paruerit, & in Regno & dominijs suis prædictis pareri fecerit, non quidem vt sanctæ sedi Apostolicæ aut sanctæ Rom. eccleſię (quod absit) maculam aliquã aut scissuram schismaque inferret, sed prædictis concilijs, suasionibus, adhortatiõibus que inductus, prętersim quia causæ propriæ, per quas ad id faciendum motus fuit, persoꝛæm eiusdem Iulij Pont. à quo (vt præfertur) prouocatus fuerat, pręcipuè concernebant. Cumq; postmodùm prętato Iulio Pont. vita functo, & sanctiſſimo D. N. Leone decimo in eius locum ad summi Apostolatus apicem, atq; vniuersalis eccleſię regimẽ assumpto, intellexerit prętatus Rex sanctitatem suam insequendo in hac parte gesta prętati Iulij, dictum ꝓtensum Concilium Pisanum, tãquam minùs legitimum, & à non habentibus potestatem indictum, necnon oꝰia in eo gesta damnasse & improbasse, & dictum Concilium Lateranẽ, tãquam ritè & legitimè indictum, eiusque omnia gesta & decreta approbasse, fueritque postmodùm per suam sanctitatem, tam ꝓ literas in forma Breuis, quàm aliâs diuersimodè paternè admonitus, vt à dicto ꝓtenſo Concilio tanquam minùs ritè, & à nó habentibus potestatem indicto, recederet, & dicto Lateranẽ, tanquam vero, indubitato, vnico, & œcumenico concilio adhæreret, ipseq; rex solo religionis zelo atq; instinctu adductus, sperans desideratam vniuersalem Christifidelium pacem auspicijs prętati sanctiſſimi D. N. Leonis Papæ decimi præsto afuturã, ac propediẽm (fauente Dꝰno) vnanimi Christianorum principum & populorum consensu, arma in orthodoxæ fidei, cõmunesque hostes conuertenda esse: considerans insuꝑ, quanti sit in his & cæteris rebus omnibus summi Põtificis authoritas, quam præsertim vitæ munditia atque innocentia comitatur, quæ sunt in præfato sanctiſſimo D. N. perspicua, paternis suæ sanctitatis monitis & suasionibus abundè permotus, quippe qui illius authoritati & sententię potiùs, quàm alterius cuiusque mortalium, sanctiùs & seueriùs semper stare iudicauit, præsertim vbi scandalum eccleſiæ imminet & scissura, pro singulari, quam erga prętatum sanctiſſimum D. N. & sanctam sedem Apostolicam gerit deuotionem, vestigia Christianiſſimorum Franciæ Regum prædeceſſorum suorum nõ solùm imitari, verùm etiã (si fieri potest) anteire cupiens, animaduertẽs, ꝑsertim q; per mortẽ prætati Iulij, omnis odij & suspicionis materia est extincta, & quòd nonnulli ex prænominatis Card. necnon Imperator electus, qui dictum prętensum Concilium Pisanum indixerant, iam illi renunciârunt, & dicto Lateranensi adhæserunt: Hinc est, quòd in præsentia prætati sanctiſſimi D. N. Leonis Papæ decimi, coram nobis notarijs & testibus infrascriptis ꝑsonaliter constituti Reuerendiſſi. in Christo dominus Fredericus S. Theodori diaconus Card. de sancto Seuerino vulgariter nuncupatus, necnon Reuerend. in Christo pater dominus Claudius de Seyſsello electus Maſſilien, ac magnificus & generosus dominus Ludouicus Forbini dominus de Solerijs, prætati Christianiſſimi Ludouici Francorum Regis procuratores, ad omnia & singula infrascripta peragenda specialiter deputati, constantibus literis patentibus dicti Christianiſſimi Regis sua manu subscriptis, & sigillo suo sigillatis eiusdẽ Regis nomine & mãdato, cum ea, qua decuit reuerentia atque humilitate à dicto prętenſo Pisano Concilio penitùs discesserunt, illiq; plenariè renunciauerunt, ac purè, liberè & simpliciter sacrosancto Laterañ concilio prædicto, tanquam vero, vnico & leigtimo, adhęserunt. Et insuꝑ per procuratorio nomine quo suprà promiserunt, quòd præfatus Rex Christianiſſimus, nullum deinceps fauorem, nullamque assistentiam dicto prætenſo cõcilio Pisano quoquo pacto prętabit, quinimmò quoscunque in ciuitate Lugduni, aut alibì in regno, terris & dominijs suis, sub nomine dicti prętensi concilij Pisani perſistentes, infra vnum mensem proximè futurum abire faciet, & pertinaciter reſistentes, cuiuscunque status, gradus, dignitatis aut conditionis fuerint, eccleſiastici, vel secularis, de facto eijciet & expellet, ac pro schismaticis habebit, & contra eos velut tales, ad omne mandatum prætati sanctiſſimi D. N. etiam manu armata (si opus fuerit) procedet. Et vlteriùs promiserunt prætati procuratores nomine quo suprà, prænominatum Christianiſſimum regem facturum & curaturum cum effectu, quòd sex prętati & quatuor doctores seu graduati ex honoratioribus, ex numero eorum qui prædicto prętenſo concilio Pisano interuenerunt, destinabuntur ad eundem sanctiſſimũ D. N. Papam nomine dicti prætensi cõcilij Pisani, & cum legitimo mandato per illud pro tempore repręsentantes, tam eorum, quàm aliorum oꝰium, qui dicto concilio adhęserũt nomine facto. qui prętati & doctores, seu graduati infra Kalend. Ianuarij ꝓximè futuri corã sua sanctitate perſonaliter comparebunt, dictoque Concilio Pisano, purè & simpliciter renunciabunt, illudque abiurabunt, & veniam atque absolutionẽ à sua sanctitate humiliter in forma cõueniẽti, & sue sanctitati accepta, postulabũt: & vlteriùs dicto concilio Lateranẽ, tãquàm vero, vnico, indubitatoq;, tam suo quàm aliorum adhærentium prædictorum nomine, adhærebunt, & se incorporabunt. Quodque si pręmissa facta non fuerint, ꝑfatus Rex nulli eorum, qui dicto prætenſo cõcilio Pisano interfuerunt, aut fauerunt, opem, auxilium, aut fauorẽ dabit aduersus sanctæ sedis Apostolicæ authoritatem, quinimmò prætati sanctiſſimi D. N. sententias, decreta & censuras contra eos exequi faciet suo posse, etiam manu forti & armata (si opus sit) absque vlla simulatione vel fraude. Et vlteriùs promiserunt prætati procuratores, quo suprà nomine, quòd quamprimùm commodè fieri poterit, veniẽt aliqui prælati & insignes viri nomine totius eccleſiæ Gallicanæ cum sufficienti mandato, qui dicto concilio Lateranẽ adhærebunt & assistent, quemadmodùm cętera nationes. Quę omnia & singula ꝑnominati procuratores promiserũt ratificari facere per prætatum Christianiſſimũ regẽ in bona & sufficiẽti forma, cum ꝑinsertione ꝑsentis instrumẽti, de verbo ad verbum, intra 40. dies proximè futuros, sub obligationibus & submissionibus in forma:

Ego Fredericus diaconus Card. S. Angeli de sancto Seuerino, ita promitto.

Ego Claudius electus Maſſilien, manu propria ita promitto.

*Solier Ego Ludouicus de *Solerijs, manu propria ita promitto.

Ego Petrus Bembus clericus Venetiarũ, sanctiſſimi D. N. Papæ secretarius, ac publicus Apostolica authoritate notarius, quoniã prędicti omnibus & singulis, dum sic (vt prædictũ est) in antecubiculo sanctiſſimi D. N. Papæ, atque in eius præsentia reuerẽdiſſimorumque dominorum Antonij tituli S. Vitalis presbyteri Card. Papien, & Petri tituli S. Eusebij presbyteri Card. Anconitan, & Laurentij Sanctorum quatuor presbyteri Card. de Puccijs, ac Iulij sanctæ Mariæ in Dominica diaconi Card. de *Medicis, tractarentur & fierent, præsentibus etiam testibus ad id vocatis, Philippo Aldimario, Latino de Banaſsais, ac Ioanne Lazaro Pulica, & requisitis rogatus interfui, eaque ita fieri vidi & audiui, & hoc ipsum publicum instrumentum alijs impeditus negocijs, alterius manu scriptum confeci, & in hanc publicam formam redegi, signumque meum atque nomẽ in prædictorum fidem apposui. Anno Dꝰni 1513. indictione prima, die 6. mensis Octob. Pontificatus eiusdem sanctiſſ. Dꝰni nostri anno 1. signatum. ¶Idem B. Hinc est, ꝙ nos de dictis promiſſionibus, obligationibus & submiſſionibus, totoq; tenore dicti instrumenti

Hunc Iuliũ ferũt posteà factum Clementẽ VII.

ꝑsentibus inserti, ad totum informati, ex certa nostra scientia & regia authoritate, omnia & singula in dicto instrumento contenta, harum tenore laudamus, ratificamus & approbamus, illaq; obseruare & attendere, in nulloq; cõtrauenire, vel facere aliqua ratiõe vel causa, ꝓmittimus bona fide nostra, & in verbo Regis, ac sub expreſsa obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas iuſsimus sigilli nostri munimine roborari. Datũ Corbeiæ, die 26. mẽsis Octob. anno Dñi 1513. & regni nostri 16.

LVdouicus Dei gratia Francorum rex, dux Mediolani, dñs Genuæ, vniuersis pręsentes literas inspecturis salutẽ. Notum facimus, quòd nos confidentes de prudẽtia, dexteritate, diligentia, & fide chariſſ. & amãtiſſ. consanguinei Frederici Card. de S. Seuerino, protectoris negociorum nostrorum in Ro. curia, & dilectorum ac fidelium conſiliariorum nostrorum Claudij Epiſcopi Maſsilien, & domini Ludouici de Solerijs, oratorum per nos destinatorum ad sanctiſſimum Papam, eosdem & quẽlibet eorum ex nostra certa scientia & authoritate regia, fecimus & constituimus, ac per ꝑsentes facimus & constituimus nostros veros & indubitatos ꝓcuratores, generales & speciales, ita tamẽ quòd specialitas generalitati non deroget, nec contrà: ad petendum nomine nostro & eccleſiæ Gallicanę, pro qua, quo ad hoc, promittimꝰ, à sanctiſſimo domino nostro Papa, & à sacro concilio Lateranensi in seſſione, quæ proximè celebrabitur, (aut aliâs, prout eis videbitur) terminum & dilationem competentem pro dicta eccleſia Gallicana, vt interèa posſint congregari, deputari, & mitti aliqui prętati, & aliæ notabiles perſonæ ad se præsentandum in dicto sacro Lateraneñ cõcilio, & ibidẽm super facto pragmaticæ sanctiõis respondendum, conſiderato quòd antèa & in præsenti propter bella & diſſensiones, quæ sunt in Italia, non fuit, neq; tutum est ijsdem prælatis & alijs perſonis dictæ eccleſiæ Gallicanę, Romam posſe accedere, & quòd dicta eccleſia Gallicana cùm in præsentia congregata non sit, ad se cõgregandum propter regni magnitudinem, distantiam diœcesium & habitationũ dictorum prętorum, necnon propter bella, quæ in limitibus regni nostri geruntur, indiget temporis spatio conueniẽti. Et insuꝑ ad requirendum à ꝑfato sanctiſſimo D. N. Papa. & à sacro concilio Lateraneñ prædicto, tam nostro ꝙ dictæ eccleſiæ Gallicanæ nomine, pro qua ꝓmittimus, (vt præfertur) ne vllo modo velint procedere in facto prędictæ pragmaticæ sanctionis, dicta eccleſia Gallicana, & nostris procuratoribus & deputatis non auditis, & ad petendum & requirendum de præmiſsis instrumentũ publicum, loco & tempore profuturum & valiturũ, prout iuris fuerit. In quorũ fidem ꝑsentes

tes literas manu noſtra ſcripſimus, & ſigilli noſtri iuſſimus munimine roborari. Datum Corbeiæ, die 26. Octobris, anno ſalutis 1513. & regni noſtri ſextodecimo.

Loys.

Per regem Robertet.

¶Quo finito, Reuerend. pater dominus Marinus Charatius protonotarius Apoſtolicus, orator illuſt. dñi ducis Mediolanen, ſupplicauit ſanctiſſimo D.N. ne pmitteret quòd Chriſtianiſſimus rex Franciæ nominaret ſe ducem Mediolani in mandato, attẽto, quòd ipſe vſurpauerat ducatum Mediolanenſem, & dictus dux auxilio ſanctæ ſedis recupauerat, aliâs proteſtabatur &c. Exaduersò reuerẽ pater dominus Claudius epiſcopus Maſſilien, dixit illa alio loco & tempore determinari debere. Et tandem Dominus noſter reſpondit, quòd omnia dicta tranſirent ſine ꝓiudicio. Deinde ſupradicti oratores Illuſt. marchiõis Brandenburgen Electoris Imperij, dederunt mandatum, & id reuerendus pater dominus Thomas Phędra legit in ambone, cuius tenor talis eſt:

MANDATVM MARCHIONIS Brandenburgenſis.

DEi gratia Ioachim marchio Brandenburgen, ſacri Romani Imperij archicamerarius, princepsque Elector, Stetinię, Pomeraniæ, Caſſuborum & Sclauorum dux, Burgrauius Nurẽbergen, ac Ruſſię princeps, vniuerſis pręſentes literas inſpecturis, amicabile obſequium, ſalutem, fauorem, & cõplacendi animũ affectuoſum. Ad hoc nos omipotẽs Deus in mẽbrum, & * vnũ de Catholicæ eccleſię columnis, meritis licèt inſufficientibus conſtituit, vt eius mandatis ad extremum parére etiam dinoſcamus atque cupiamus. Cùm igitur fe. re. Iulius Papa ſecundus, cuius, & non minùs ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi noſtri D. Leonis moderni Pontificis, laudes tacere nequiuimus, ſacrum Lateranen concilium ad eccleſiæ ſanctæ Dei, ad Chriſtianæ reipub. augmentum, extinctionem hæreſis, reformationẽ morũ, ac communem Chriſticolarum pacem tractandam indixerit: verùm quia plurib⁹, innumeriſq; negocijs præpediti, ac varia propter itineris diſcrimina, huiuſmodi concilio perſonaliter ad pręſens intereſſe minimè valem⁹, propterea pręſentibus conſiliarijs & oratoribus noſtris fidelibus nobis dilectis, venerabilib⁹ ac magnificis dominis * Enttelvuolffo de lapide equiti aurato, capitaneoq; noſtro, Buſſoni de Alueſtent iuris doctori, ac eccleſiæ Magdeburgen canonico, Ioanni Blanctenfeldo doctori, Teutonicorumque ordinis Pruſſiæ in Ro. curia procuratori generali, cõiunctim & diuiſim, melioribus quibus poſſumus & debemus, modis in mandatis tradidimus atque cõmiſimus, eos etiã conſtituimus, illisq; vt noſtris oratoribus in præſentiarum commit-

timus atque mãdamus, quatenùs pręſenti Lateranen concilio, ſanctè & ritè indicto ac conuocato, noſtro nomine (quantum per eos fieri poterit) intereſſe, in illoque comparendo, actus & proceſſus cõcelebrare, cauſas tractare, omniaq; alia agere ac determinare, quæcunq; celebrationi Lateranen cõcilij interueniunt, proponẽturq;: necnõ q neceſſaria & opportuna vniuerſali reformationi, fideiq; augmento videãtur, & ſi ſpeciale mandatum exegerint, & maiora eſſent expreſſis, nosque ipſi, ſi ꝑſentes eſſemus, validiori modo facere poſſemus, cum omnibus clauſulis, iuramentis, & obligationib⁹ neceſſarijs, & q̃ bus efficaciùs fieri poteſt, valeãt. Promittẽtes ratum, gratum & validum omni in loco & tempore perpetuo habere, quicquid in prædictis & circa prædicta, & quodlibet eorum per præſentes, nominatosque noſtros conſiliarios & oratores, actum concluſumque fuerit. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras literas ac conſtitutionis mandatum, ſigilli noſtri appenſione duximus roborandum, ſub anno à natiuitate Domini 1513. penultima die menſis Septembris.

¶Quo perlecto, magnifici domini oratores marchiõis Montis ferrati ſuperiùs nominati dederũt mãdatũ, quod etiam fuit lectũ per eundem dominum Thomam Phædram in ambone, cuius tenor talis eſt:

MANDATVM MARCHIONIS Montisferrati.

GVilielmus marchio Mõtisferrati, ſacri Romani Imperij Princeps, vicariusque perpetuus. Cùm pro maiorum noſtrorum & cuiuſlibet Chriſtiani principis more, Reuerẽ in Chriſto patrem dominum Dominicum de Schiliuis epiſcopum Aqueñ, ac magnificos dominũ * Galeottum de Carreto, & dominũ Franciſcũ * Pugellani, IV. Doc. conſiliarios & oratores noſtros, ad ſanctiſſimũ dominum D.N. Leonẽ Papam x. pro obedientia & reuerentia ſuæ ſanctitati præſtanda nuper deſtinauerimus, accepimus ſeptimam Laterani concilij diuinitùs conuocati, vniuerſalem repræſentantis eccleſiam, imminere ſeſſiõem. Ne igitur ab dominico ouili, cuius non ſpernendum membrum ſumus, tanquàm vagi aberrare, & incõſutilis veſtis Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti temerarij & improbi laniatores iudicemur, ipſam in primis vniuerſalem ſynodum Lateranen, per ſanctæ memoriæ Iulium II. in Spiritu ſancto legitimè & canonicè congregatam, atq; alias antecedentes ſeſſiones, in quibus de vniuerſalis eccleſiæ & totius reipub. Chriſtianæ bono actum eſt, approbantes, omnibus melioribus modo, via, iure, forma & cauſa, quibus meliùs & efficaciùs de iure facere poſſumus & debemus, vices noſtras Reuerend. in Chriſto patri domino Marco tituli ſanctę Mariæ Trãſtibe-

* Galeottũ
* Pugillam,

Tranſtiberim presbytero Card. Senogallien protectori noſtro, necnon pręfatis Reuerẽd. epiſcopo * Dñico ac Galeocto & Franciſco oratoribus noſtris, & cuilibet eorum in ſolidum, tenore præſentium demandamus, quatenùs inſtanti ſeptimæ ſeſſioni, necnon oñibus & ſingulis deinceps in præfato ſacroſancto concilio Lateranen faciendis & peragendis noſtro nomine aſſiſtant, ſeu alius eorum aſſiſtat, eaque omnia & ſingula peragant, ſeu peragat, quæ per nos ipſos exhiberentur & agerentur, ſi præſentes adeſſemus, & quæ ad dignitatem, amplitudinem & exaltationem perſonæ ſanctiſſimi domini noſtri Leonis decimi Pontificis maximi, necnõ ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ſacroſancti Lateranen concilij exhibenda meritò eſſe conſpexerint.

*Aqueñ

Dantes & tribuentes præfato reuerẽdiſſ. domino Marco Card. Senogallien, necnon oratoribus noſtris præfatis, & cuilibet eorũ in ſolidum, amplam facultatem, authoritatem & * bailiam, omnia & ſingula ſanctę Romanę eccleſiæ & Chriſtianæ religionis bonum & ſalubrem ſtatum tangentia, in præfato ſacroſancto Lateranen cõcilio tractanda & peragenda, approbandi & iureiurando (ſi opus fuerit) firmandi noſtro nomine. Promittentes in verbo veri & Catholici principis, oñia & ſingula ab eodem D. Marco Card. Senogallien, necnon oratoribus noſtris præfatis, ſeu eorum aliquo, noſtro quo ſuprà nomine, tam verbo, quàm ſcriptis, in præmiſſis & circa præmiſſa peragẽda approbaturos, eaq; rata & grata in perpetuũ habituros. In quorum fidem & teſtimõium, præſentes noſtras literas fieri, noſtrique ſigilli robore communiri iuſſimus. Datum * Tridini die vndecimo Decemb. 1513.

eTridenti

Antonius.

¶Quo finito, dominus Marius procurator Concilij, dedit quandam ſupplicationẽ ſanctiſſimo D. N. tenoris infraſcripti, proponẽs & ſupplicans, prout in ea. Tenor verò ſupplicationis talis eſt:

BEatiſſime pater, licèt prouincia Prouinciæ, illiusque clerici in quacunque dignitate conſtituti, ac perſonæ ſeculares ſemper ſedi Apoſtolicæ nõ minùs debitam, quàm deuotam obedientiam præſtiterint, illiq; paruerint, resq; & perſonas eccleſiaſticas debita libertate & immunitate frui, ꝓmiſerint, & in eadem defendere & manutenere conati fuerint: nihilominùs iniquitatis filij, domini Geruaſius de Bellomonte præſidẽs, Petrus de Braudis, Bertrandus Duranti, Petrus Matthæi, Simon de Trabutijs, Guillelmus de Perrerio, Marcellinus Giuriuand, Elzianus Roſtagin, Ioannes * Toruatoris, Antonius de Albis, Stephanus Pariſij, necnon reuerend. patres domini Auguſtinus de Grimaldo epiſcopus Graſſen, ac etiam epiſcopus Seneceñ, Franciſcus de Senatro, Toſſantius Corriolis, con-

* Tornatoris.

filiarij curię Regię parlamenti dictę prouinciæ Prouincię, necnon adminiſtrañ iuſtitiam inter laicos per Chriſtianiſſimum Franciæ regem deputati, parlamentum dictæ prouinciæ Prouinciæ nuncupatum, D E I timore poſtpoſito, relaxatis debitæ obedientiæ habenis, vt tyrannidem plenariè ſibi in dicta prouincia vſurparent, omnia mala tentare, authoritatem ſedis Apoſtolicæ nedum paruifacere, ſed illam ſibi vendicare, non erubeſcunt. Nam etſi literas à ſanctitate veſtra, ſedeque Apoſtolica illius authoritate, tam ex gratia, quàm iuſtitię debito decretas, promptam & paratam executionem habere deceat, prout in eadem prouincia per anteà ſemper habuerunt, illi tamen, ne illas quiſquam ſine eorum licentia in ſcriptis obtẽta, quam annexam appellant, in eadem prouincia exequatur, ſub grauiſſimis pœnis inhibuerũt. Quin etiam requiſiti pluriès illam denegant, ſicque impetrationem literarum Apoſtolicarum eodem modo fruſtrantes, quod profectò nil aliud eſt, niſi in hanc ſanctiſſimam ſedem, ſuperbiam ſatanæ imitãdo, ceruicem erigere. Et licèt ipſis in clericos, resq; eccleſiaſticas nulla penit⁹ cõpetebat iuriſdictio, eccleſias tamen per ſe vel alios, ordinarijs inſcijs & irrequiſitis, viſitant, numerum deſeruientiũ in illis ꝓ libito minuunt, augent, fructus pro conficta reparatione eccleſiarum ad ſimplicẽ requiſitiõem ſub ſequeſtro detineri iubent, eosque fructus manibus eorũdem laicorũ deponũt, quosq; ſub hoc conficto colore vſurpãt: cauſas ſpũales & beneficiales, nõ tãtùm ſup poſſeſſorio, ſed etiã ſub poſſeſſorij cõficto colore, ſup titulo audiũt: partesq; quaſcũque, etiã ſi epiſcopali ac cardinalatus præfulgeant dignitate, coram eis (contra omne ius) per fas & nefas litigare cogunt: & ne ad ſedem apoſtolicam recurſum habeant, prohibent: & contrafacientes, grauiſſimis pœnis per ſubtractionem bonorum temporalium afficiunt. Beneficia vacãtia, etiam ſi alijs canonicè collata fuerint, per ſe vel eorum nepotes, ꝓpinquos & amicos occupant, & occupata detinent, ad manus Regias capiunt, annotant: & quos volunt, in eis intrudunt: nec illis, quibus ius in eis vel ad ea competit, propter eorum authoritatem & tyrannidem, ius ſuum proſequi licet. Quin etiam contra quaſcunque perſonas, quauis etiam epiſcopali fulgentes dignitate, inquirunt, citant, coram ſe perſonaliter comparére compellunt, procedunt, mulctant & puniunt: computa & rationes quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum, etiam regularium, pro eorum dignitate per ſe, ſeu commiſſarios laicos, reddere & reliqua præſtare coram eiſdem laicis cogũt, ordinationesque faciunt & indicunt, ſuper modo & forma pſallendi ſeu cantandi in choro, ſuper habitu & modo incedẽdi: quantitates & ſummas pecuniarum pro dictis cõmiſſiõibus

bus à dictis eccleſiaſticis exigunt, & ſub colore reparationis eccleſiarum, commiſſarios laicos mandant ad capiẽ fructus beneficiorum, quos multipliciter diſtrahunt, dilaniãt, & in proprios vſus conuertunt. Et quod nefariſſimum eſt, in maius eccleſiaſtici ordinis dignitatisq; epiſcopalis dedecus & vilipendium, adſtante populi multitudine, per eorũ Procuratorem fiſcalem, etiam epiſcopos coram eis pro tribunali ſedentibus, nudato capite ſtãtes, de varijs criminibus accuſari, obnigrari, & opprobria p̃dicare non dubitant, ita quòd oñem ordinarijs locorum iuriſdictionem, authoritatem & obedientiam ſubtraxerunt, & dictæ prouinciæ clerum, in terrimam ſeruitutem ſubegerunt, cùm etiam laicis obedientiam eccleſiaſticis perſonis debitam, quauis dignitate ac honore præditis, ſubtrahentibus aſſiſtant, quin potiùs eos in eorum nefando propoſito confouent & protegunt, ipſiſq; ordinarijs, ne in clericos vel laicos ſua iuriſdictione vtãtur, ſub amiſſione temporalitatis & alijs pœnis inhibent, ac damnatam pragmaticam ſanctionẽ in eadem prouincia impudenter introducere, & obſeruari facere, aliaq; nefandiſſima & deteſtanda, ab omni iure & ratione aliena, facinora indiès peragere & perpetrare, ac eorum damnatas conſtitutiones, ordinationes, ſeu ſtatuta & abuſiones deſuper edere &, pmulgare ſatagunt, in ſedis Apoſtolicæ notorium contemptum, in grauiſſimum totius cleri dictæ prouinciæ detrimentum, populorumq; ſcandalum, & aliorum pernicioſiſſimum exemplum, ſententias, cenſuras & pœnas, tam à iure communi, quàm etiam à ſacris conſtitutionibus per Eugenium IIII. & alios Romanos Pontifices ſanctitatis veſtræ prædeceſſores, etiam in die cœnę Dñi, quotannis publicatis, editis & promulgatis, damnabiliter incurrendo. Et quoniam, pater beatiſſime, pręmiſſa ſunt pnicioſiſſimi exempli, & adeò publica & notoria, vt nulla poſſint tergiuerſatiõe celari, nec vllo quouis modo, præſertim hoc ſacro Lateraneñ imminenti cõcilio, coniuentibus oculis ſub ſilentio vlteriùs impunita dimitti & tolerari cõueniant, igitur ego Marius de Peruſchis veſtrę ſanctitatis & fiſci ſedis Apoſtolicæ procurator, ad cuius officium etiam in pręmiſſis animaduertere ſpectat in hoc ſacro Lateraneñ concilio, ad pedes veſtræ ſanctitatis humilis & ſupplex flexis genibus hodiè conſtitutus, cum debita reuerentia ſupplico ſanctitati veſtrę, vt illa hoc ſacro Lateraneñ approbãte cõcilio, in p̃miſſis tam publicis & notorijs, & q̃ vlteriori, pbatione nõ indigẽt, debitas & cõueniẽtes, puiſiões adhibere digneẽ, ac cõtra p̃nominatos p̃ſidentes & conſiliarios, necnon dominos Honoratum Laugerij aduocatum, & N. procuratores fiſcales dictæ curiæ parlameti Prouinciæ, clericos & laicos, præſidentes, officiales, & alios forſan in eorum locum in dicto parlamento deputatos, & deputandos, eorumq́ue complices, fautores, adhærentes, etiam maiores, expreſſos, & in executione nominandos, vt omnes & quaſcunque prohibitiones, ordinationes, mandata, decreta, per eos hactenùs quomodolibèt contra libertatem eccleſiaſticam & canonicas ſanctiones, & ipſorum Pontificum conſtitutiones, resque & perſonas eccleſiaſticas, quouis modo concernentes & concernentia, factas & editas, penitùs caſſent, irritent & annullent, irritaque & inania declarẽt, ordinariosque, collegia eccleſiaſtica, & monaſteria, ac eccleſiaſticas quaſcunque perſonas, ſua iuriſdictione, immunitate, libertate, ac priuilegijs quibuſcunque, vti & frui permittant, ac res quomodolibèt directè vel indirectè non impediant. Eccleſiasque, monaſteria, & perſonas eccleſiaſticas ad priſtinam poſſeſſionem priuilegiorum, iurium, iuriſdictionum & bonorum per eos, vel de eorum mandato ad alterius inſtantiam occupatorum & ablatorum, cum damnis expenſarum & intereſſe proprijs expenſis ipſorum realiter reintegrent & reſtituant, & ab eiuſdem damnatæ pragmaticæ ſanctionis introductione & abuſu, præmiſſisque omnibus & ſingulis, & alijs quibuſcunque, etiam hîc non expreſſis, criminibus, tranſgreſſionibus & exceſſibus, contra libertatem eccleſiaſticam, & in vilipendium ac contemptum ſedis Apoſtolicæ tendentibus in futurũ, ac actis cauſæ (ſi opus fuerit) latiùs exprimendis, deceterò penitùs ſe retrahere & abſtinere, ac de caſſatione, reuocatione & declaratione huiuſmodi per publica documenta ibidèm voce præconia bannita, & publicata coram veſtra ſanctitate in hoc ſacro concilio legitimè doceant. Et nihilominùs perſonaliter, & non per Procuratorem coram veſtra ſanctitate in hoc ſacro Lateraneñ concilio, vel alio iudice per eundem deputando, ad ſe de præmiſſis excuſandum, & iuri ſtando, ſub maioris excommunicationis, omnibusque alijs & ſingulis cenſuris & pœnis à iure communi, & ſacris conſtitutionibus prædictis, editis & promulgatis, ac decem millium ducatorum auri pro quolibet, ac omni beneficiorum ecclęſiaſticorum dignitatum eccleſiaſticarum, etiam cathedralium, ac inhabilitate ad præmiſſa & alia obtinenda, & quo ad laicos, ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis & pecuniarijs, prædictis ac perpetuæ infamiæ, priuationis feudorum, incapacitatis actuum legitimorum, ac teſtamenti factione, actiuæ & paſſiuæ inhabilitatis eorum, & cuiuſlibet eorum filiorum, vſque ad tertiam generationem pœnis, monitorium contra eoſdem & alios etiam in executione nominandos, ſub certo termino per ſanctitatem veſtram ſtatuendo, ac etiam per edictum publicum exequendum & publicandum. Attẽto quòd etiam notoriè conſtat de non tuto acceſſu,

decernere & cõcedere dignemini, & in euentum non paritionis, omnes & ſingulas ſententias & cenſuras & pœnas prædictas, eoſdem & quemlibet eorum incidiſſe & incurriſſe declarare, aggrauare, reaggrauare, ac interdictum eccleſiaſticum, etiam in omnibus & ſingulis ciuitatibus, caſtris, oppidis & locis, in quibus & ad quæ ipſos vel eorum alterum declinare, ſtare vel morari contigerit, decernere & apponere, ac apponi mandare, vſque ad inuocationem brachij ſecularis inclusiuè, procedere ſeu declarari, apponi ac procedi, mandare dignemini. In contrarium facientibus non obſtãtibus quibuſcunque, prænarratorum, & aliorũ latiùs in monitorio decerneñ ſpecificandorum qualitates & circunſtantias omninò pro expreſſis habendo, die Lunæ decimanona Decembris, 1513. Et tunc ſanctiſſimus dominus noſter eodem ſacro Lateraneñ concilio approbante, monitorium pœnale, etiam ad perſonaliter com pareñ, cõtra perſonas in eadem ſchedula annotatas & deſignatas, ſub pœnis & cenſuris omnibus & ſingulis in eadem ſchedula expreſſis, ac ſub termino trium mẽſium, & per edictum in Auinioneñ, Niceeñ & Vintimilieñ ciuitatibus exequendum decreuit atque conceſſit, & tradi mandauit, Attento quòd idem ſanctiſſimus dominus N. Papa, eodem ſacro approbante cõcilio, affirmauit ſibi notorium conſtare de contentis & expoſitis in ſchedula prædicta.

¶Poſtmodùm verò excluſis de more, de loco Concilij, omnibus non habentibus voces diffinitiuas, remanentibus in ſuis ſubſellijs prelatis poſt Cardinales mitratis, & ſacris veſtibus indutis in præſentia ſanctiſſimi D. N. reuerendus pater dñs Ioãnes archiepiſcopus Gneznen, orator regis Poloniæ aſſcẽdit ambonem, & legit quandam ſchedulam ſuper fide tenoris infraſcripti.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante concilio. Apoſtolici regiminis ſolicitudo nos aſſiduè pulſat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens author curam habere voluit, ijs potiſſimùm qui inſtãtiùs fideles nunc vrgere cernuntur, ſalutifero olei & vini medicamine ad inſtar Samaritani in Euangelio ſolicitam operam impendam⁹, ne nobis illud Hieremiæ obijciatur: Nunqd reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Cum itaque diebus noſtris (quod doIenter referimus) zizaniæ ſeminator, antiqu⁹ humani generis hoſtis, nonnullos pernicioſiſſimos errores à fidelibus ſemper exploſos, in agro Domini ſuperſeminare & augere ſit auſus, de natura præſertim animæ rationalis, quòd videlicet mortalis ſit, aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temerè philoſophantes, ſecundum ſaltem philoſophiam verum id eſſe aſſeuerent, cõtra huiuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc ſacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cùm illa non ſolùm verè per ſe & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone felicis recordatiõis Clementis papæ quinti p̃deceſſoris noſtri in generali Vienneñ concilio edito continetur, verùm & immortalis, & pro corporum quibus infundit⁹, multitudine ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit. Quod manifeſtè conſtat ex Euangelio, cùm Dominus ait: Animam autem occídere non poſſunt. Et alibì: Qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitam ęternam cuſtodit eam. Et cùm æterna præmia, & æterna ſupplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit: aliàs incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent, nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent (iuxta Apoſtolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omninò falſam eſſe diffinimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictiùs inhibemus: Omnesq; huiuſmodi erroris aſſertionibus inhærẽtes, veluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes, per omnia vt deteſtabiles & abominabiles hæreticos & infideles, Catholicam fidem labefactantes, vitandos & puniendos fore decernimus. Inſupèr omnibus & ſingulis philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibì publicè legentibus, diſtrictè pręcipiendo mandamus, vt cùm philoſophorũ principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint ſeu explanauerint, quale hoc eſt de animæ mortalitate aut vnitate, & mũdi æternitate, ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem veritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtã facere, & perſuadẽdo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cùm oñia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere atque reſoluere. Et cùm non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulent, funditùs euellere, ac eorum ſemina, originalesque cauſas, vndè facilè oriuntur, remouere: cùm pręcipuè humanę Philoſophię ſtudia diuturniora, quam Deus ſecundum verbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultam fecit, abſque diuinæ ſapientiæ cõdimento, & quæ ſine reuelatę veritatis lumine in errorẽ quandoque magis inducunt, q̃ in veritatis elucidationem: ad tollẽdam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquã decæterò in ſacris ordinibus cõſtitutus, ſecularis vel regularis, aut aliâs ad illos à iure arctatus in ſtudijs generalib⁹, vel alibì publicè audiendo,

Matt. 10. c
Iohan. 12. d
Lucæ 10.
Hiere. 8. g.
Matth. 13.
1. Cor. 1. c

diendo, philosophiæ aut Poesis studijs vltra quinquēnium post grāmaticam & dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ aut iuris Pōtificij incumbat. Verùm dicto exacto q̄nquēnio, si illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dū tñ simul aut seorsum, aut Theologiæ, aut sacris canonib⁹ operam nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionib⁹ sacerdotes Domini inueniant, vndè infectas philosophiæ & Poesis radices purgare & sanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigēt, & rectores vniuersitatis eorundem studiorū singulis annis in principio studij, in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus, Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, diffinitionis, inhibitionis, decreti, ordinationis, statuti & mādati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione, in Lateraneñ sacrosancta basilica soleniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1513. quarto decimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

¶Qua perlecta, petijt an placerent paternitatibus suis contenta in schedula. Et omes responderūt simpliciter placere, excepto reuerendo patre domino Nicolao episcopo *Bergomensi, qui dixit, quòd non placebat sibi, quòd Theologi imponerent philosophis disputātibus de veritate intellectus tanquam de materia posita de mēte Aristotelis, quam sibi imponit Averrois, licèt secundum veritatem talis opinio est falsa. Et reuerend⁹ pater dñs Thomas Generalis ordinis Prædicatorum, dixit, quòd non placet secūda pars bullæ, præcipiens philosophis, vt publicè p̄suadendo doceant veritatem fidei.

*Pergameñ.

Deinde reuerendus pater dominus Ioannes Vincentius archiepiscopus Seneñ, ascendit ambonem, & legit quandam schedulam super pacem, tenoris infrascripti:

LEo episcopus seruus seruorum dei, ad futuram rei memoriam sacro approbante concilio. Ad omnipotentis & individuæ Trinitatis laudem, & gloriam illius, cuius vicem in terris gerimus, & qui pacem & concordiam nutrit in sublimibus, pacem q̄; ipsam è mundo discedēs, iure quodam hæreditario suis reliquit discipulis, sacrum Lateraneñ concilium prosequentes, cùm aliàs inter cætera in septima proxima præcedenti sessione, vt imminenti & notorio infidelium periculo, Christianiq̄; sanguinis effusioni, qui exigentibus nostris culpis etiam tunc effundebatur, occurreret, dissensionesq̄ inter Christianos reges & principes & gentes tollerentur, & inter ipsos totis viribus pacem quærere cogeremur, cui⁹ componēdæ vna ex principalioribus cōgregationibus concilij p̄fati causa extiterat, vt pax ipsa sequeretur, inuiolataq̄; perduraret, & debitę executioni demandaretur, his p̄sertim temporibus, quibus potentiā infidelium mirum in modū creuisse cognoscebat, eodē sacro concilio approbante, ad Reges, Principes, potētatusq̄; p̄fatos legatos & nuncios pacis, vigiles doctrina ac experientia, p̄bitate insignes pro tractanda & componēda vniuersali pace mittere disposuim⁹ & decreuimus, vtq̄ arma deponāt, Dño auxiliante (quātum in nobis esset) pro viribus laborare & operari, Regumq̄, principū, & potentatum p̄dictorum Oratores in ipso cōcilio tunc præsentes, pro Apostolicæ sedis reuerentia, fideliumq̄; vniōe requisiuimus, vt Regibus, principibus & potentatibus suis ea significarent, eosq̄ nostro nomine hortarētur ad ipsos legatos Apostolicos benignè & honorificè tractandum & audiendū, votisq̄; nostris tam iustis & pijs per eos illis exponendis satisfaciendum. Quod eos facturos nobis persuadebamus, vt quanto citiùs fieri posset, per nos mittendi, legationis munus eis impositū alacriter susciperet, susceptumq̄; viriliter implere possent, ac patre luminum (à quo omne datum optimum est) fauente, pax ipsa tractari atque componi, eaq̄ composita, sancta & necessaria contra infidelium rabiem Christiano sanguine satiari anhelantem, expeditio fieri valeret, & p̄ totius Christianitatis securitate & quiete feliciter terminari. Nosq̄ postmodùm pro debito pastoralis officij, pacē & vnitatem ipsam cum vniuerso populo Christiano tum maximè eisdē Regibus, principibus & potentatibus ex intimo cordis affectu optātes, ex quorum dissensiōe diuturniora & grauiora indiès Christianæ reipublicæ damna, puenire posse formidabatur, ex eorū authoritate, pace & vnitate eidem reipub. vtiliter & salubriter consultum iri sperabatur, nuncios nostros & literas ad præfatos Reges, principes & potentatus inter se dissidentes, hortandos, requirendos, monendosq̄; misimus, nihilq̄; (quantum in nobis fuit) obmisim⁹ tractare ac operari omni nostro conatu, vt semotis quibuscunq̄ dissidijs atque discordijs, vnanimi tandē consensu, gratia, & amore ad vniuersalem pacem, concordiam & vnionem redire vellent, ne vlteriùs per immanissimum Turcarum tyrannum ac infideles alios damna Christianis inferrentur, sed ad reprimendum gentium illarum immanem furorem elatosq̄ conatus accingerentur. Quæ cùm ita sint, nos cūcta ad optatum finem perduci, omni cogitatione, cura, studio ac sedulitate affectantes, & dante domino confidentes, legatos de latere nostro sanctæ Romanæ ecclesiæ Card. in consistorio nostro secreto de fratrum nostrorum cōsilio per nos postmodùm nominādos, cū authoritate & facultatibus necessarijs & opportunis, tanquàm angelos pacis

Iob 25.a
Ioan.14.

Iacob.1.

pro

pro huiusmodi Christianorū pace vniuersali tractanda, cōponenda, & conducēda, expeditioneq̄; contra infideles ineunda, eodē sacro Concilio approbante, ad eosdem Reges, pro eorū Regia magnanimitate, & erga Catholicā fidem deuotione, prompto & alacri animo ad vtrunq; sanctissimū opus pacis expeditionisq̄ inducēdos, pro vniuersæ reipublicæ Christianæ integra atq; p̄fecta tutela, defensione & salute mittēdos & destinandos esse decernimus. Prætereà cùm ex diuturna & multiplici hæresi Boēmorū plurimùm Deus offendat̄, & Christianus populus scandalizetur, quorum etiam ad veræ fidei lumē atque concordiā reducendorum prouincia, dilecto filio nostro Thomę tituli sancti Martini in Mōtibus presbytero Card. Strigonieñ, ad Hūgariam & Bohemiā nostro & Apostolicæ sedis legato, est à nobis his proximis diebus plenè demādata, eosdem tamen hortamur in Domino, vt vel ad nos & hoc sacrū Lateraneñ cōcilium, vel ad eundem Thomā Car. legatum, qui propinquior illis erit, aliquot ex suis Oratores, cum sufficienti māda. to destinare non negligant, ad tractandū de opportuno remedio, quo errores, quib⁹ diu detinentur, agnoscāt, & ad verum religionis cultum, & sanctę matris ecclesię gremiū deo duce reducantur. Quibus hoc sacro approbante concilio veniendi, eundi, standi, quousque præmissa tractāda durauerint, & postmodùm discedendi & ad propria redeundi, in fide Pōtificia liberum saluum conductū, & fidem publicam tenore præsentium concedimus & elargimur, eorumq̄; votis, quantùm cum Deo poterimus, annuemus. Vt autem hoc sacrum Lateraneñ concilium ad finem vberrimę speratęque vtilitatis perducatur, alia nanque plura & grauia in eo tractanda, discutienda q̄ue remaneant, ad omnipotentis Dei laudem & ecclesiæ suæ exaltationem, nonam sessionem continuationis celebrationis ipsius sacri Lateraneñ concilij, nono Aprilis, 1514. Pōtificatus nostri anno primo, quæ erit 4. feria post Dominicam passionis, sacro concilio approbante, indicimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, concessionis, elargitionis & indictionis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si q̄s aūt hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione, in Lateraneñ sacrosancta basilica soleniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1513. quarto decimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

¶Qua perlecta, petijt à patribus, an placerent paternitatibus contenta in schedula. Et omes vnanimiter responderūt placere,

¶Demum reuerendus pater dominus Ioannes Frāciscus episcopus Taurineñ, ascendit ambonem, & legit quandam schedulam super reformatione tenoris infrascripti.

LEo episcopus seruus seruorum dei. ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio. In Apostolici culminis specula Diuinæ gratiæ munere collocati, nil magis esse nostri officij duximus, q̄ sedulò ac diligēter omia circūspicere, q̄ ad catholici nobis commissi gregis custodiā, incolumitatē, augmentum pertinere possent, & in hoc ipsum oēs industrię neruos, oēs animi ingenijq̄ vires contulimus. Cùm igitur se. re. Iulius papa secundus prædecessor noster, vt erat fidelium cōmodi solicitus, & tutelæ studiosus, tū alijs multis de causis, tum quia frequens circa Rom. curiæ officiales querimonia vrgebat, œcumenicū Lateraneñ cōciliū indixisset, & deputatis varijs venerabiliū fratrū suorum sanctæ Rom. eccleśię Card. de quorū numero tunc eram⁹, & p̄latorum insupèr congregationibus, q̄ de querelis ipsis accuratè inquirerēt, & ne curiales interim & alij ad curiā pro gratijs accedentes, nimio expensarum onere fatigarentur, simul vt infamia qua dicti officiales flagrabant, mitigaretur celeri remedio, bullam reformationis edidisset, qua illi officiorum statutis custodiendis sub graui pœna denuò adstringebantur, nec circa excessus specialiter decernere, aut Conciliū absoluere, morte p̄euentus quiuisset: nos eius nō minùs curę, quàm officij successores, initio statim nostri pontificatus, & continuare synodum, & pacem inter Christianos principes procurare: nec minùs, cùm vniuersalem reformationē perficere nostræ mentis sit, primùm à prædecessore ipso, super officijs p̄uisa, nouis fulcire subsidijs, & auctis deputationibus exeq̄ non destitimus. Enimuerò nulla vehemētior cura nos angit, q̄ vt tribuli & sentes ex Dominico agro eruantur, et si quid est, quod ei⁹ culturę officiat, radicitùs euellatur atque extirpetur. Sedula ergo à deputatis relatiōe habita, & quid à q̄bus exorbitaretur animaduerso, vt quæque vel à decenti & laudabili more, vel à primæua institutione desciuerāt, ad normam retraximus, & ea in vnam reformationis bullam, sacro approbāte Concilio, super hoc editam, ex ordine congessimus, in eaq̄; executores, qui ordinata seruari cogerēt, deputauimus: quam ab officialibus ipsis & cæteris vt quenque tanget, sine fraude & inuiolabiliter obseruari, hoc sacro approbāte Concilio mādamus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua, nisi per Ro. pont. (excepto mortis articulo) absolui non possint, ita vt vltra hāc, & alias pœnas in bulla illa particulariter expressas, cōtraueniētes officio, in quo deliquerint, ad semestre temp⁹ sint eo ipso suspēsi: Et si secūdò errauerint in eodē officio, quod quantùm in se fuit, coinquinārunt, perpetuò careant. Qui postq̄ constitutione nra ad frugē reducti erunt, in-

hibito atque ſublato cõmuni damno, ad cæteras reformationis partes procedemus. Et ſi nobis omnipotens pro ſua miſericordia conceſſerit, vt pacem inter Chriſtianos principes componamus, non noxijs ſolùm ſeminibus extirpandis, ſed & propagandis Chriſti finibus inſiſtemus, ac ſanctiſſimam contra infideles expeditiõem, cuius deſiderium aſſiduè noſtro cordi inhæret, deo ipſo rei ſuę fauente, eorundem fulti præſidijs, aggrediemur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateranẽſi ſacroſancta baſilica ſolẽniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1415. quartodecimo Cal. Ianuarij, pontificatus noſtri anno primo.

P. Bembus.
D. de Comitibus.

Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et reſponderunt oẽs placere, exceptis reuerendo patre dño Hieremia Archiepo Tranẽ, q̃ dixit, q̃ nõ placebat ſibi modus ſchedulę, & reuerẽdo patre dño Iacobo Epo Potentiñ, q̃ dixit q̃ placet bulla, ſed vult, q̃ videãtur reformationes, & reuerendo patre dño Bernardo Archiepo Spalateñ, q̃ dixit, q̃ placet Bulla mãdati, non tñ reformationes, donec audiantur & publicentur, & reuerẽdis patribus dominis Alexio Melfitañ, & Paride Piſaurieñ epis, qui dixerũt placere eis, dũmodò fiat reformatio generalis. Poſtremò verò dñs Marius de Peruſchis procurator Concilij, accuſauit contumaciam non comparentium. Et petijt ſup omnibus fieri inſtrumentum & inſtrumẽta. Et fuit indicta nona ſeſſio pridiè Idus Aprilis, q̃ erit quarta feria poſt dñicã in paſſiõe. Et hæc fuerunt pro octaua ſeſſione.

Qua finita, & cantato hymno exultationis per capellam ſanctiſſimi, incipiente, Te Deũ &c. ſanctiſſimꝰ dominus noſter cum vniuerſis patribus & curia reuerſus eſt ad palatium, & locus concilij remanſit vacuus.

Anno à natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1514. indictione ſecũda, die verò decimaquinta menſis Ianuarij, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Leonis Papę decimi anno primo, de mãdato præfati ſanctiſſimi domini noſtri, fuerũt affixæ & publicatæ in acie Campifloræ, & Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, ac audientiæ publicę, necnon ſancti Ioannis Lateraneñ. & Cancellariæ Apoſtolicæ diuerſæ ſchedulæ tenoris infraſcripti. ¶De mandato ſanctiſſimi dñi noſtri Papæ intimetur omnibus & ſingulis prælatis, magiſtris, doctoribus, & alijs religioſis viris, volentibus dare notitiam rerum & materiarum proponendarum in ſacro Laterañ concilio, quæ expedire & conuenire eis videbuntur, vt accedant, recurrantq̃; ad reuerendiſſ. dominos cardinales tres ex qualibet congregatione trium deputationum antiquiores, qui ad præſens in curia ſeu vrbe ſe continent & ſunt præſentes, & eis vel eorum alteri iuxta ſchedularum aliàs impreſſarum de dictis deputationibus continentiam & tenorem, dictas materias aperiant, & illarum notulas ſeu informationes tradant ad eum finem & effectum, vt illis examinatis & diſcuſſis, illæ commemorationes quæ laudabiles ac bonę videbuntur, in congregationibus & ſeſſionibus futuris dicti ſacri concilij proponi poſſint & approbari, ad Dei omnipotentis laudem, & eccleſiæ ſuæ ſanctæ exaltationem. ¶Die decimaquinta menſis Ianuarij, 1514. ſupraſcriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in acie Campifloræ, ac baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, & audientiæ publicæ, necnon ſancti Io. Laterañ & cellariæ Apoſtolicæ valuis ſiue portis, dimiſſis ibidẽm earundem ſupraſcriptarum literarum copijs, affixis per me Ioannem Antoniũ ſanctiſſimi domini noſtri papæ curſorem.

¶Anno à natiuitate Domini 1514. indictione ſecunda, die verò 4. menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Leonis papæ decimi anno ſecundo, fuit publicata in locis publicis ſchedula prorogatiõis nonę ſeſſionis, vſque ad diem quintam menſis Maij proximè futuri, cuius tenor talis eſt:

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis & ſingulis preſentem ſchedulam inſpecturis. Licèt aliàs in octaua proximè præcedenti ſeſſione, vt ſacrum Lateraneñ concilium, in quo plura & grauia, ad omnipotentis Dei laudẽ, & Ro. Eccleſiæ exaltationem, tractanda diſcutiendaq̃; ſupererãt, ad finẽ vberrimæ ſperataq̃; vtilitatis cõmodiùs pducantur, nonã ſeſſionẽ continuatiõis & celebratiõis ipſius ſacri Lateraneñ cõcilij, eodẽ approbãte concilio, ad nonas p̃ſentis mẽſis Aprilis indixerimus, tñ cùm dies nonæ ſeſſionis huiuſmodi inſtare noſcatur, & ea quæ in eadem ſeſſione expediẽda & ſancienda ſunt, per venerabiles fratres noſtros ſanctæ Ro. eccleſiæ cardinales, in pluribus congregationibus coram nobis habitis, diligenter & maturè (vt par eſt) diſcuſſa fuerint hactenùs (vt deſiderabamus) alijs prælatis, qui in dicto Concilio votum dare debent, communicari & examinari, ac perfici & abſolui nequiuerint, volentes nos (ea qua decet dignitate ac maturitate) in eadem concilio expediri, nonam ſeſſionem p̃dictam ad tertiam Noñ. Maij proximè futuri, quæ erit dies quinta dicti mẽſis Maj, 1514. Pont. noſtri anno ſecundo, de eorundem fratrum noſtrorũ conſilio, progamus, ipſamq̃; 9. ſeſſionẽ dicta qnta die tenẽdã ac celebrandã eſſe oñibus intimamus, preſentemq̃; noſtram ſchedulam in valuis baſilicæ principis Apoſtolo-

Apoſtolorum de vrbe, ac ſacroſanctæ Lateraneñ eccleſię, affigi & publicari mãdamus.

Placet, & ita mandamus.

¶Anno à natiuitate Domini 1514. indictione ſecunda, die verò quarta menſis Aprilis, pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno ſecundo, ſupraſcriptæ literæ fuerũt affixæ & publicatæ in valuis baſilicæ principis Apoſtolorũ de vrbe, ac in valuis ſiue portis baſilicæ ſancti Ioannis Lateraneñ, per me Franciſcum Vaca ſanctiſſimi Domini noſtri papæ curſorem.

Ita eſt, Eurardꝰ *Duuiuer curſorũ magiſter.

¶Deinde die vigeſimanona ſupraſcripti menſis Aprilis in locis publicis affixæ & publicatæ fuerunt diuerſæ ſchedulę tenoris infraſcripti.

¶De mandato ſpeciali ſanctiſſimi domini noſtri Leonis decimi pontificis maximi, intimatur & mandatur omnibus & ſingulis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, Abbatibus & generalibus, in generali concilio vocem diffinitiuam habẽtibus, in vrbe præſentibus, quatenùs omni exceptione & excuſatione remotis, hodiè quæ erit vigeſima nona Aprilis, hora decimanona debeãt omnes perſonaliter comparére in palatio Apoſtolico, in capella maiori, vbi tenebitur generalis congregatio oñium prælatorum pro rebus ſacrum Lateraneñ concilium concernentibus, coram ſua ſanctitate, vnà cum reuerendiſſ. dominis ſanctæ Ro. eccleſiæ cardinalibus, ſub pœna excommunicationis, quam contrafacientes incurrant, ſi non paruerint.

A. Car. S. Vit.

¶Anno à natiuitate Domini 1514. indictione ſecunda, die verò vigeſimanona ſupraſcripti menſis Aprilis, Pontificatus p̃fati ſanctiſſimi D. N. domini Leonis, diuina prouidentia papę decimi anno ſecundo, preſentes literæ fuerũt affixę in baſilicæ principis apoſtolorum de vrbe, & cancellariæ Apoſtolicę, ac officij literarum cõtradictarum valuis ſeu portis, & in acie Campifloræ. Et in quolibet loco ſolito affixę, dimiſſæ fuerũt per me Eurardũ * Duuiuier, ſanctiſſimi domini noſtri papæ ac Ro. curiæ curſorem. *Duuiuer

Ita eſt, Io. Diouerit curſor.

¶Deinde eadem die hora veſperarũ fuit congregatio in loco ſuperiùs nominato. Et fuerunt in dicta congregatione ſanctiſſimus dominus noſter, & reuerendiſſimi domini Card. preſentes in vrbe, excepto reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Bernardo epiſcopo Sabineñ, Card. ſanctæ crucis, qui non potuit intereſſe propter corporis alterationem, ac etiam fuerunt præſentes Patriarchæ, archiepiſcopi & epiſcopi numero ſeptuaginta & nouẽ, & duo Abbates, & Generales ordinum, habita priùs oratione. Et per præfatum reuerendum patrem dominum Thomã Phædram de mandato ſuę ſanctitatis, alta & intelligibili voce propoſitum fuit, an placeret paternitatibus ſuis, quòd ſchedula, quæ fuerat eis lecta in alia congregatione particulari, deletis & cancellatis his, quæ concernunt prelatos, proponereẽ & publicaretur in proxima nona ſeſſione. Super huiuſmodi propoſitione fuerunt vota particularia, quæ ſequuntur: Primò reuerendus pater dominꝰ Bernardus epiſcopus Taruiſin. Gubernator vrbis dixit, quòd placebant ſibi propoſita p̃ dominum Thomam Phædram. Et idem dixit reuerendus pater dominus Cæſar Patriarcha Alexandriñ. Reuerendus pater dominus Ioannes Vincentius archiepiſcopus Seneñ, dixit quòd daretur copia & tempus deliberandi. Et ad idem fuerunt omnes ſtantes in eodem ſedili. Reuerendus pater dominus Alexius epiſcopus Melfitañ, dixit placere, ꝓut Phedra dixit, dummodò decęterò detur copia. Et R. dominus Gisbertus epiſcopus Rapollañ, dixit quòd differantur, quæ concernunt prælatos, & detur tempus deliberandi. R. D. Franciſcus Nãneteñ dixit, quòd detur copia & tempus, & interim ſua ſanctitas videat petitiones prælatorum. R. D. Ludouicus Tricariceñ dixit, quòd detur copia, & tempus ſaltem deputatũ. R. D. Thomas Comacleñ dixit, quòd differantur ea, quæ concernunt prælatos, & detur copia & tempus. Ad idem fuit R. D. Hieronymus Aſculanus. R. D. Pompeius Reatiñ dixit, quòd deleantur, q̃ concernunt prælatos, & circa alia contenta in bulla reſeruabat votum ad aliud tẽpus, quando erit meliùs informatus. R. D. Nicolaus *Pergameñ dixit, quòd ea quę cõcernunt prælatos, pertractentur per electos, & expediantur ſimul cum alijs contentis in bulla. Ad idem fuit R. D. Paris Piſaurieñ. R. dominus Ioannes Aquilañ dixit, quòd placebat, ꝓut dixit Phędra. R. D. Maximus Iſernieñ dixit, quòd placebat, ꝓut dixit Phędra. In reliquis detur copia & tempus. R. D. Ioãnes Antonius Angloneñ dixit, quòd placebat, quòd ſuſpenderẽtur quę ſpectãt ad epiſcopos, donec cum alijs petitiões eorum diſcutiantur & determinentur in ſecunda ſeſſione à proxima. R. D. Ioanni Antonio Calineñ placent contenta in ſchedula, dummodò concernentia epiſcopos examinentur, & deinceps deẽ copia & tempus, vt meliùs conſulatur & reſpõdeatur. Similiter R. D. Petro Foroliuieñ, demptis omnibus contentis in bulla, quatenùs concernunt epiſcopos & eccleſias. cętera placẽt. Et ſupplicat ſanctiſſimo domino noſtro, vt habeat prælatos recommendatos. R. D. Lactantius Suaneñ dixit, ſe non audiuiſſe, nec legiſſe bullam. Ideo non reſpondit ad idem. R. D. Ioanni *Triburieñ & R. D. Ioãni Bobieñ placuit ſimpliciter, ꝓut in Bulla. Et ad idem fuerunt duo ſedentes prope eos. R. D. Dominicus Luceriñ dixit, ſe obtemperaturũ in oñibus ſanctiſſimo dño noſtro, tamen libenter vellet legere bullam, & pru- *Bergomeñ

*Sebonicen. & prudẽter deliberare. R. D. Ioanni † Sibinicen placet, ꝙ in oñibus cõtentis in schedula, & quo ad oẽs cuiuscunq; ordinis seruetur

*Bretenomen. dispositio iuris cõmunis. R. D. Angelo *Foropopulien placet, quod placuit domino nostro. Supplicat tamẽ, ꝙ sua sibi tam illicitè & atrociter ablata, restitui faciat. Cæteri verò dixerũt, ꝙ daret eis copia & tempus deliberandi. Et tandẽ dñs noster respõdit, ꝙ daretur eis copia & tempus deliberandi.

Et sic die sequẽti de manè in eodem loco conuenerunt prælati, & supradictus domin⁹ Thomas Phædra legit eisdem schedulam, & volentibus habere dedit copiam. Et tandem dicti prælati elegerũt infrascriptos prælatos, qui vnà cum reuerendiss. dominis Card. deputandis per sanctissimum D.N. deliberarẽt super schedula proponenda in nona sessiõe. Prælati electi fuerũt infrascripti, videlicet reuerendi patres & domini Senen, Spalaten, & Rhegin Archiepiscopi, & reuerẽdi patres & domini Melfitan, Reatin, Fauentin, Lucerin & Foroliuien episcopi.

¶ Deinde dicti prælati die sequenti in aula superiori ipsius palatij conuenerunt cum reuerendissimis dominis cardinalibus, & ibidẽm consultârunt, & deliberârunt super ponendis in nona sessione, prout in ea inseruntur, & remanserunt concordes.

¶ HVMILIS SERVVLVS IOANnes Baptista Gargia Senen Eques Hierosolymitanus, Illustrissimo Rhodiorum principi Fabricio Carreto, sacræ Hierosolymitanæ religionis magno Magistro S.P.D.

RElegionis nostræ Hierosolymitanæ studio atque obseruantia impulsus, princeps illustrissime, non potui iussis tuis, dum admirat⁹ in vrbe ageres, promptissimus non obtẽperare. Nobilis item vir Philippus Prouamus, vices nunc *in vrbe gerens, adhortatus vehemẽter est, ad idq; ab ipso oñe auxilium ac fauor mihi pstitus est, vt onus orandi pro religionis nostræ decore, Lateranen Synodi sessiõe octaua, adspirante Leone decimo pontifice maximo, subirem. Quod etsi arduũ, ac meis humeris impar esset, qua tamẽ potui sedulitate ac cura absolui. In quo orandi munere, vt in oñibus nostræ religionis negocijs Reuerendiss. cardinalis Iulius Medices, nostri ordinis ingens præsidiũ, mihi opem & fauorem impendit, tanquã is, q de religiõe nostra semp esse optimè meritus censeretur, existimaui hos nostros qualescunque labores, tibi esse destinandos, vt de his te oñibus, quæ p religione nostra in ipsa synodo, in qua Christianæ reipublicæ decus ac splẽdor maximè effulsit, recensuerim, facerẽ certiorem. At hoc vnũ ingenuè fateor, si quando illius loci amplitudinẽ, dignitatemq; animo voluerẽ, atq; onus iniunctũ nobis considerarẽ, totus eqdem algebã, & cor atq; animus quodã metu perculsus, me ab incepto plurimùm deterrebant. Ac perquã libenter hanc orandi arduã atq; difficilẽ prouinciã detrectassem, nisi fuisset mihi & religioni, & celsitudini tuæ morem gerendi incredibilis cupído. Id etiã prẽstiti, ne inter cõmilitones viderer prorsus inutilis, qui licèt corpore aliquãdo seruire nequiuerim, at ingenij atque animi opibus, ac quãtulocunq; valui ingenio, religioi nostræ non defui. Gaudeoq; mirũ in modũ, si quid eiusdẽ causa facio, nihilq; animo gratius, q̃ de religione aliquid mereri. Tuæ etiã præstãtiæ esse significãdum putaui, quẽadmodùm ab ipso summo pontifice cœptum est agi, de vnione eccleſiæ eiusq; reformatiõe, ac de pace inter Christianos principes facienda, & de expeditione aduersus Turcas suscipienda, & ad hæc oñia ab eodem Leone vehementer incumbit. quamobrẽ sperandum ab his plurimùm est, qui duro subsunt Turcarum Impio, atq; ab illis pariter, q̃ Turcis finitimi, eorum semper arma formidant, Leone Pontifice maximo, annitente, imminutum iri Turcarum Imperium, atque ab eorum immanitate ac barbarie ereptum iri saltem populos, quos septuaginta ab hinc annis suo adiecerunt Imperio. Quòd si in oratione mea vim, vbertatem, atque elegãtiam desideres, ingenij mei tenuitati precor asscribas. Non equidem spe q̃stus aut gloriæ ad id muneris obeundum commotus fui, sed vt re (qua aliquid valerem) me nostræ religioni nõ incõmodũ, ac prorsus inutilem exhiberem, cuius ab ineunte ætate obseruantissimus semp fui. Tuæ quoque prẽstantiæ ante istam ad principatũ euectionem deditissimus fui, semperq̃ma gnoperè colui ac sum veneratus, quasi animus præsagiret, te quandoque hunc tam altum, tamq; tuis meritis dignum honorem esse assecuturũ. Quãto fuerim de hac tua electione gaudio affectus, nullis possim consequi verbis. Et quo id præ me declararem aliqua in re, libentissimè mihi tuo nomine iniunctam suscepi apud Leonem decimum orãdi prouinciam: quamq; apud illum habui orationem, alteri in Laterañ concilio habitæ subnectendã curaui, ac simul imprimendam, tuæq; celsitudini esse transmittendã aut destinandam censui: quãquàm nos minimè præterit, hanc talem non esse, qualẽ tuæ singulares diuinæq; virtutes merebanṫ. Priuilegia aũt nra, indulta, cõstitutionesq; ab alijs põtificibus concessa, benignissimus Leo decimus Pon. Max. humanissimè confirmauit, atq; magnoperè auxit, ppetuoq; robore muniuit. Supereſt princeps illustr. vt seruuli tui Io. Baptistę synceræ mentis atq; animi obsequium, absolutumq; tanto ingenij discrimine susceptum onus solita benignitate susci pias, & q tuę exaltationi glorioſissimæ, à qua semp beneficijs sum innumeris affectus, deditissimus semp extiti, quasi nunc aucto seruitutis vinculo, sub tuo vt pstidio sim peto, ac vehe-

for. *tuas

Hunc ferũt postea Clementem septimum fuisse.

ac vehementissimè precor, tuęq; Illust. D. me totum trado atq; addico. Vale. Romæ Calend. Aprilis, 1513.

¶ ORATIO IOANNIS BAPTIstæ Gargiæ Seneñ, Equitis Hierosolymitani, habita apud Leonem decimum Pont. Max. ac Lateraneñ conciliũ in sessione octaua, quartodecimo Calend. Ianuarias 1513.

Veni sancte spiritus, omnium tuo amore corda fidelium comple, & in me tuæ virtutis ignem accende, vt tam arduum hodiè inceptum te adspirante exequi valeam.

CVM P.B. vosq; Christianæ religionis fulgẽtissima sidera, onus orãdi in hoc tam augusto cõsessu mihi minùs experto fuisset iniunctũ, diu mente reuolui, quàm meis id impar viribus foret. Nam tum ingenij imbecillitas, tenuisq; dicendi copia mihi silẽtium indicere videbantur, tum coram tanto pontifice, ac sacrosancta synodo Lateraneñ verba facturus, verebar ne in dicendo obmutescerem. Et id acriùs me vexabat, quia idem grauissimis ac maximis Oratoribus & Philosophis aliquãdo euenisse cõpertum habeo. Quod ego animo complectens, huius ornatissimi & sacerrimi loci amplitudinem, maiestatemq; meritò expauescebam. Sed cùm planè P.S. tuę serenitas frontis, atq; animi benignitas, singularisq; tantorum patrum humanitas me ita recrearet atque reficeret, vt obire munus mihi delegatum non dubitarem, adquod huius ętiam præcipui temporis obseruãtia me hortabatur: quare audẽtiori animo hoc tam eminens suggestum, vndè totus ferè terrarum orbis conspicitur, asscẽdi. Confisus igitur oñipotẽtis Dei & intemeratę virginis, diuiq; Ioannis Baptistæ nostri fautoris auxilio, tuaq; P.B. me hortante innata clementia, cùm de Christi militia, tum de sancta synodo breuibus perstringã. De Christi militia in primis dicere, nostrum est institutum, cui ille operã dat, qui magnæ & supernę militiæ cęlestis est cupidus, & Christo semper hærere desiderat, quiq; illius diuinæ vocis nõ ociosus auditor est. Si quis meus (inquit) minister est, me sẽqtur: & vbi ego sum, illic & minister me⁹ erit. Christus autẽ in cælis est, illuc igitur nos cursum dirigere decet. Nemo terrenæ cõsuetudinis, caduceq; dilectiõis reminiscatur: nam qui huic Christi militiæ accingitur, non sibi domum construere, nõ possessiones cõparare debet. Escas em regias habet, & Imperatoris annona fruitur. Mansio aũt in castris est. Vbi si mors Christo bellante contingat, gloriosa est. Vincentes enim dona Regalia, & honores quàm maximos adipiscuntur. Et licèt vita in prælijs laboriosa sit, in pace tamẽ splẽdida & honorata transigitur. Christi aũt militum arma, nõ lorica, nõ clypeus, nõ gladi⁹, sed pietas, religio, probitas, innocentia, & castitas sunt. Nõ cedat armatę mentis cõstantia terroribꝰ inimicorum. nam nisi quis strenuè pugnauerit, non coronabitur. Nihil aũtẽ est nequius, nihil crudelius nostro hoste, qui in cælo bellum, in terris fraudẽ & odium inter primos fratres excitauit. Et is in omni nostro opere sua tẽdit retia. Et ne multis vos remorer, omnia mũdi mala, sua sunt prauitate cõmissa. Et cùm mens humana varijs huius mũdi illecebris deuicta sit, & laborem fugiat, voluptatem verò sequatur, prauisque resistere desiderijs ægrè ferat, nos sic Apostolus hortatur: Induite vos armaturam fidei, vt aduersus diaboli insidias stare possitis. Victorem Christũ Regẽ sequamur, qui nos vult victoriæ suæ habere participes. Crux illius, nostra est victoria: cuius patibulũ, noster est triumphus. Terra non nobis patria est, sed cælum nos ciues & incolas expectat. Vbi hęc vtinam verba domini audiamus: Eugè, inquit, serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Eugè, inquam, miles strenue, imitator Domini tui & regis æterni Comes, dignis & optatis remuneraberis prẽmijs. O salutifera & præ omnibus expetenda Christi militia, in qua certa & precioſissima sunt trophæa, quibus tot Martyres, ac beati patres cælesti Imperio gloriãtur, ac perpetua pace quiescunt. Licèt paruulus ex collo pendeat nepos, licèt sparso crine & scissis vestib⁹ vbera mater ostẽdat, quibus te nutriuit, licèt in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem. Crudelitas ista, pietas est, & siccis oculis ad crucis vexillum euola. Gladium tenet hostis, vt nos perimat. Nec de matris lachrymis est cogitandũ, nec propter patrẽ, Christi militia est deserenda, cui etiã saluatoris causa, vitam debemus. Huic Christi militiæ Leo decimus pontifex maximus, à summo Deo inuictus vexillifer prẽfectus fuisti, tibiq; ille ligandi & soluendi potestatem dedit. Tu in specula domini peruigil fortiter adstãs, cuncta in rectum tramitem rediges. Tibi ergo omnium ecclesiarum Præsides, & totius orbis Christiani principes parére affectant. O q̃ diuina & salutifera fuit hęc tua ad summi pontificatus apicem assumptio, à quo pro pacando statu Christiani populi, qui tot sceleribus, rapinis & seditionibus permiscebatur, ad salutiferam huius cœptæ sanctæ synodi curam deuentum est, cui rei quantum nobilissimę tuæ familiæ Medices nomen cõsonũ sit, clarè constat. Tu nanq; optimus Pastor. Tu salutifer medicus infirmitati Christianæ religiõis cælitùs datus es. Tua enim cura, tua tutela, solertia, ꝓbitate atq; virtute grex Domini egebat, vt ab imminenti capitali exitio liberarẽ, vt pristinę sanitati, abs te vero eruditissimoq; medico restitueretur. Ad quam rem sola synodus hęc erit veluti quoddam mithridaticũ antidotum. In synodis *quoniã solita plerunq; est mater ecclesia salubria remedia ꝓuidere, si qñ nocendi cupiditas, vlciscẽdi crudelitas, implacabilis animꝰ, & feritas

2. Tim. 2. a

Ephe. 6. b

Math. 25. b

D. Hieronymus in epistola ad Heliodorum.

Matth. 16. c

Ioan. 12. d

* quippe

rebellãdi,ſuo in populo oriebãtur. Nunc impius lucri furor, ac effrenis cupido, iraq́; præceps, atq; immanis libido, quę ſuccenſas agit mentes, honeſtatis fines effregerant, & omis deniq; ſcelerum labes in mundũ irrepſerant. Mores verò & iuſtituta maiorũ, pro lege tenenda, ſpreta iacebant: Preuaricatores diuinarum legũ, & eccleſiaſticarũ cõſuetudinum cõtemptores, impunè ceruicib⁹ elatis incedebant. Abuſus verò & deprauata volũtas, vbi ſemel cœperãt, indiès duriores efficiebãtur: & animus ſceleribus adſtrictus, nõ facilè ab eis diuelli poterat. Quæ oñia ab hac ſanctiſſima ſynodo ſyncero examine pendentur. O ſaluberrimã medicinã omnibus conſulentẽ, oñia tumẽtia cõprimentem, oñia tabeſcẽtia reficientem, omnia ſuperuacanea reſecantẽ, oñiaq́; deprauata corrigentẽ: Hãc reges principesq́; meditabantur, hanc populi oñes eſflagitabãt, hãc ſenes, iuuenes, cunctiq́; Chriſtiani cupere videbãtur, quibus tacitũ Deus deſideriũ huiuſmodi inſpirabat. Et his oñibus tu ſolus P.B. ſatisfacies, qui hũc tantorũ patrum in tui tam fauſto pontificatus initio cœtum hũc in ædem Lateraneñ coegiſti, vbi illa duo Petri & Pauli precioſiſſima capita repoſita venerantur, quę hîc totius Chriſtianę reipub. imperiũ, tribunal & decus poſuerũt. Et cùm ab omnibus ſynodis Lateraneñ. ſemper ingens ipſi Eccleſię adiumentũ & vtilitas pręſtita ſit, hęc mirũ in modũ rectè, ꝓſpiciet, à qua omnis ſua ſalus atq; quies pendet: quæ quantũ ſynodali auxilio egeret, nullus eſt q neſciat. Qua de re P.S. inter ea, quæ abs te ꝑclariſſimè geſta, gerendaq́; ſunt, hãc ſanctam ſynodum rem adeò arduã, & his temporibus opportunã, ꝓſequi perſanctè decreuiſti. Ab hac enim religioſi vrbaniq́; mores inſtaurati erunt, & flagitia, quę diuinũ examẽ notauerit, coercebuntur, in qua ſola animorũ ſynceritas & religionis amor cuncta pẽſabit. Quibus ſic geſtis, cęleſtes irę futura tẽporum felicitate expiatę videbuntur. Aurea nempe te ætas regnãte incipiet, & iuſtitia de cælo lapſa in terras redibit. Tu literarum virtutumq́ue omnium exoptatum præſidiũ diuinitùs datus es, à quo cuiq; ſua prẽmia tribuentẽ. Nunc ſiderum cęleſtis oñium harmonia tibi Chriſti vicario applaudit, & cunctorum hominũ pectora incredibili, de tua ſumma felicitate, gaudio perfunduntur, & ſub te paſtore optimo omnis exultat populus, à quo pacẽ, concordiam, & tranquillitatẽ expectat, quas oĩs iam homo optat, cupit, amat, & vult. Et cùm pacis amica ipſa ſit iuſtitia, & ſe inuicẽ oſculentur, ea etiã ſumma in te cõſpicitur. Tu igitur pacis donator, & iuſtitiæ defenſor diceris, à quibus immortalitate donaberis. Quid eſt enim quod principẽ meliùs ꝑdicet, quàm cętus populus, cõcors ſenatus, & tota reſpublica morum honeſtate inſignita? O pacis dulce nomẽ, à qua tranqlla libertas, mẽtis ſerenitas, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, & cõſortium charitatis gignitur. Hæc ſimultates tollit, bella cõpeſcit, iras cõprimit, ſupbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos pacat, cũctiſq́; eſt placida. Quamobrẽ Antiſtes Max. vosq́; Chriſtianæ religiõis firmiſſimæ columnæ, & militiæ Chriſti ſummi duces, qui in tanta horum tẽporum expectatione in ſacerrimum hoc tẽplum cõueniſtis, & fluctuãti ſummis Petri nauiculę procellis opem tuliſtis, maxima & perenni laude eſtis digni, & cęleſte ſtipẽdium vobis dabit Deus, ſi hoc tam ſalutiferũ, ſanctũq́; cõcilium ſanctæ matri Eccleſię profuturum, cui libertatis decorẽ reſtituet, & ſuo populo mores viuẽdi religioſiùs præcipiet, toto pectore amplectemini, & faciles cœpto operi fauebitis, in quo veſtra erga ipſam eccleſiã bonorũ pietas filiorum, & Chriſtianæ reip. ciuium verus amor cõſpicietur. Eccè enim nunc tẽpus, quo corporis ocium, mẽtis ignauia expelleda eſt. Eccę tempus, quo in armorum cæleſtium, terreſtriumq́; meditatione, cordis ſynceritas, animi magnitudo, viresq́; corporis pro republ. Chriſtiana exercendę ſunt. Verùm cùm hæc militia noſtra diui Ioannis Baptiſtæ, aſſiduis Turcarum incurſibus ſemper fuerit obuia, & de ipſis quãplurimas iã victorias, meritosq́; triumphos obtinuerit, tum à ſummis põtificibus, tum à ſanctis cõcilijs, maximè à cũctis Lateranẽſibus miris fauoribus & priuilegijs affici, & varijs ſtipẽdijs cõmilitonib⁹ noſtris conceſſis, multisq́; beneficijs donari meruit, quæ recenſendo nimìs prolixa foret oratio. Itaq; Pater beatiſſime, & tu tãtorum patrum ſplendidiſſime cœtus, qui in hoc tẽplum cõuocatus fuiſti, cui diuus ille Ioãnes Bapt. noſtri ſaluatoris præcurſor preſidet, qui ſumm⁹ patriæ tuę Florẽtiæ, vrbisq́; Rhodi & Hieroſolymitani ordinis patronus exiſtit, cuiusq́; olim noſe vocari non parũ lętabaris, quemq́; ante alios oẽs colere cõſueuiſti, toto tibi pectore & imis ſenſibus hanc ſuã Rhodienſem religionẽ, & pręſtantiſſimũ Rhodiorũ principẽ, qui Chriſtianæ fidei defenſor eſt acerrimus, cũ toto populo, & hos ſedulò tibi aſtãtes noſtros cõmilitones cõmendamus, vt nõ ſolùm noſter ordo in ſuis priuilegijs & cõſtitutionibus ab hac ſancta ſynodo confirmeẽ, ſed etiã augeatur. Scis enim pater beatiſſime, & tu Lateranenſis ſynode, Rhodon inſulã ab omnibus laudatã, atq; opportuniſſimã ſemper ad res gerẽdas eſſe iudicatam. Nam Rhodos nra adiacet Aſię, qua maximè Aſia in mare nrm excurrit: hinc in Syriã & in Aegyptũ cõmodiſſima eſt nauigatio, hinc in mare Aſiaticũ, Helleſpontũ, Propõtida, ac Pontũ cõmodiſſimè ſoluitur, & rebus naualibus atq; claſſicis ea ciuitas ſemper polluit. quamobrẽ Rhodiorũ amicitiã ſemper Romani magnifecerũt, eorumq́; ad multa bella vſi ſunt opera. Quare arcis ac rei Chriane propugnaculi curam tibi põtifex maxime nõ inpoſtremis eſſe habendã arbitror, ac danda eſt opera, vt quẽ-

Pſal. 84.

Rhodi inſulæ opportunitas.

admo-

admodùm eam Soli fuiſſe vrbem cõſecratam tradunt, ac nullo die, quanuis nubilo ac pluuio, Solem in ea non illuxiſſe: danda eſt (inquã) opa, vt ea inſula vero Soli, hoc eſt, Chriſto ſemper ſit ſacra, ac ſemper verum Solem colat, in eaq́; ſemper illucęſcat. Tu nos igitur fauore & clementia protegas, quo alacriùs ea pro republica Chriſtiana contra infideles regredi valeat, qui rabido & truci animo ſemper contra Rhodienſe præſidium inhiant, & vſque ſub diui Ioannis Baptiſtæ auxilio copiæ Hieroſolymitanæ militiæ, eorumq́; crudelibus auſis fortiter reſiſtunt, & feroces animos innumeris prẽlijs compeſcunt. Nam nec principes noſtri, nec commilitones certa vitæ diſcrimina ſubire vnq̃ recuſant, nec recuſarunt, ne illa Chriſtianæ reipublicæ firma Rhodiorum propugnacula in Turcarum ditionem redigerentur. Arx enim illa eſt expultrix fæuiſſimorũ hoſtium, qui ſemper veſtras vrbes & imperia inuadere, & religionem noſtram funditùs euertere ſtudẽt. Et vt iam per literas præteritis menſibus pater ſanctiſſime tibi illinc à noſtris ſignificatum fuit, Sulthan Selyn ſectæ Mahumetanæ immitem tyrannũ claſſem ingentem parauiſſe, & innumeras copias cõtra Chriſtifideles, & Rhodi inſulę milites & incolas cõtraxiſſe, & tantam tormentorum vim, quantam nullus vnquàm, ad id bellum inſtituiſſe exploratũ habuimus, qui illinc poſtmodùm ſemotis caſtris aliò, cõtra orthodoxæ fidei cultores impetum fecerũt, vbi multas clades & vrbium euerſiões inferre conati ſunt. Et nuperrimè cum quieturum eſſe illum ſperarem⁹, per alteras à noſtris ſanctitati tuæ ſignificatum eſt, in eoſdẽ belli apparatus ingẽti ſtudio, ſummaq́; celeritate incũbere. Et cùm nihil maiori odio proſequãtur, quàm Rhodum, ei multo magìs in poſterum timendum eſt, cui nunquàm minari deſiſtunt. Neceſſe igitur eſt, vt principib⁹ Chriſtianis accerſitis, & tuis in ſancta diſperſionibus ſepta collectis, quo vnum ſit ouile, ſicut vnus eſt paſtor, cui pacificè & quietè præcipias, vt abs te magnanimo Duce & Vexillifero tua animi ſynceritate, mirabili ſapientia, cęleſtiq́; virtute aduerſus hanc infideliũ potentiam bellum ſuſcipiatur. Expergiſcimini ergo, expergiſcimini tandem Chriſtiani principes, & labanti Eccleſiæ auxilium afferte, & ſub Leone feliciſſimo paſtore, inuicto q́; duce, de bello Turcis inferendo in medium cõſulite, nec vlteriùs patiamini noſtri redemptoris ſepulchrum, & Conſtantinopolim nouam Romam ſub Turcarum Imperio detineri, & tantam peſtem atque perniciem aduerſus Chriſtianos populos diutiùs ſæuire. Sed religionem veſtram propiùs reſpiciatis, quã colere & augere, veſtri Imperij & Regni intereſt. Cuius rei fidiſſimũ vobis Romanorũ exemplũ propono, quorũ reipublicę ſplẽdor ſemper emicuit, dum religionẽ prę cũctis rebus obſeruârũt. His enim nõ ſolùm ſeruãdæ, ſed etiã amplificãdę religiõis ſtudiũ fuit, quã ſi qs cõtemp ſiſſet, nõ immeritas diuinę vltioni pœnas dabat. Ne miremini igitur, ſi tot infortunia Chriſtianis rebus acciderunt. Rara enim inter principes Chriſtianos concordia hactenùs fuit. Qui cùm debuiſſent vnanimes ſalutiferę cõtra infideles expeditiõi cõſulere, & opẽ ferre, bella eis gerere magìs placuit, quæ nullos honeſtos, meritosq́; triumphos habitura eſſent, & religionẽ cõſeruare atque defendere cõtemp ſerunt. Deponite nũc, deponite Chriſtiani principes, hanc tarditatem atq; ſegnitiem, & ad vindicandã Chriſtianã Rempublicã ab atrociſſimorũ hoſtiũ ſeruitute accurratis, & inſulæ Rhodo opem afferte, quæ (quod Deus auertat) ſi expugnaretur, væh vęh Chriſtianis vrbibus & Imperijs. Pręſtate igitur auxiliũ. Nam quid magìs vos decet, quàm nõ ſolùm pecunias atq; vires oñes pro Chriſti nomine & gloria exponere, ſed etiã voſmet deuouere, vt vita frui æterna valeatis? Hac eñ cõditione gignimur, vt generati nos Deo iuſta & debita obſequia prębeamus. Viriliter ergo agite probati principes, currite fortiter curſum hũc feliciſſimũ, & certate bonũ certamẽ, vt ętęrna ꝑmia cõſequamini. At * P.C. cui Chriſtianę religiõis habenę traditę ſunt, hęc te cura, hoc te deſideriũ tangat, hęc te victoria, hic te triũphus expectat maxim⁹, q nullo ſeculo aboleri poterit. Magni eñ & ingenij diuini eſt, magna aggredi, atq; ea moliri, q̃ nõ minus meriti, q̃ glorię ſint paritura. Iacet deſolata Aſia, iacet Aphrica, iacet Aegyptus, ac bona Europę pars deſerta, abiecta ſine lege, ſine moribus, ſine vllo Chriſtianę religiõis cõſortio. Vbi tot ciuitates, tot populi, tot imperatores, reges, principes, cultu verę fidei & armorũ vſu pręſtantiſſimi, vbi tot celeberrima Chriſti & ſanctorũ tẽpla, in crudeliſſimã iam Turcarũ & Barbarorũ ditionẽ deuenerũt, à q̃bus acceptas clades, euerſiões, cõtumelias q̃;, nõ eſt huius tẽporis recẽſere, cũ iam oñibus notę ſint atq; teſtatæ, & cùm tot iam annos nihil aliud audiamus, quàm excidia alia ſuper alia Chriſtianorum. Quid q̃ Tyrrhenũ mare totiès infeſtârunt? Et quod pudet referre, ad littora vſq; Romani agri prędatũ venerunt. Sed hęc loca tam efferata, barbara, ſine fide, ſine Deo tandiu in poteſtate infideliũ eſſe, ac non tam regi, q̃ deuaſtari paſſi ſunt principes Chriſtiani, dum quæ ſua ſunt quęrunt, non q̃ Ieſu Chriſti: dum quiſq; luxui, ſimultatibus, ocio indulget, dum Ro. Pont. totiès acclamantem rabidos lupos gregẽ Dñi inuaſiſſe nõ audiunt. Atquì non tanta eſſet rerum iactura fragiliũ, niſi cum his innumeræ quoq; animæ fideliũ deperirent, quæ partim metu, partim labefactata religione, quaſi plantæ incultæ ſenſim indies à fide deficiũt. Huc Põt. Maxime Leo animũ te decet aduertere, aduerſus horum rabiem, cõpoſita inter Chriſtianos pace, cõſurgere, exercitum in ea loca traijcere, illatas ab

Ioan. 10.

for. * P.B. aut P.S.

hoſti-

hostibus iniurias vlciſci,ad tãtum decus,tantam gloriam ante alios euolare.Crux Chriſti in aciem pro vexillo prodibit, Dux agminis ſui præcedet omnipotẽs,inſultabitur vndiq; eorum capitibus, tanquàm parieti inclinato & maceriæ depulſæ.Perſequéris & comprehẽdes illos,& nõ cõuertéris donec deficiant. Sed ſine te Deus miſeri quid ſumus?aut quò recidunt conatus noſtri? Cogitat iam bonus paſtor vicarius tuus,cogitat,inquam, in verã ſanctam q; ſponſæ tuæ vnionem,eius q; reformationem incumbere,& populi tui in angulum redactas ſeruare reliqas, amiſſa recuparе,fines eccleſiæ propagare. At ſcriptum eſt, quòd reprobes cogitationes populorum, & reprobes conſilia principum. Parentes ergo ad vnum putem⁹ fideles principes, ituros in hoſtes tuos Chriſtianos omnes,paratam putemus eſſe claſſem, inſtructam aciem, niſi tu Deus*exercitum adiuues,noſtris his cogitationibus,his conſilijs præſens aſſiſtas,adſpires,faueas:niſi deniq; cuſtodieris ciuitatem, fruſtrà vigilant qui cuſtodiunt eam.Tibi ergo Regi regum & Domino dominantium, preces ſoli fundẽdæ ſunt. Nemineris iniquitatum noſtrarum. Exurge, & diſſipentur inimici tui,vindica ſanguinem iuſtorum tuorum,qui effuſus eſt.Erue de manu canũ vnicam ſponſam tuam,labãti tuæ religioni porrigito dexteram.Leoni Pont.Max. quem ad paſcendas oues tuas vnum præ omnibus elegiſti,mitte auxilium de ſancto tuo,vt pacatis Chriſtianorum animis,in hoc tam ſanctum, tam neceſſarium,tamq; Eccleſiæ tuæ vtile & expediens opus,toto(vt aiunt)pectore incũbere, illud feliciter abſoluere te duce valeat, qui viuis & regnas in ſecula.

*exercituũ

Pſal. 32.

Pſal. 126.

SESSIO NONA.

ANNO à natiuitate Dñi 1514. indictiõe 2. die verò Veneris, quinta menſis Maij,Põtificat⁹ ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini N.D. Leonis diuina prouidentia Papæ decimi Anno 2. fuit celebrata nona ſeſſio Generalis Concilij in eccleſia Lateranẽſi, in loco ſolito manè hora tertiarũ.In qua fuit preſens prefatus ſanctiſſ. D.N.D.Leo Papa X.indutus veſtibus Pontificalibus,ſedens in thalamo conſueto.Fuerũt quoq; preſentes infraſcripti reuerendiſſ. D. cardinales,Patriarchę,Archiepiſcopi,epiſcopi,Abbates,& magiſtri Generales ordinum, & oratores principum,& quamplures illuſtr. domini,& alij doctores & nobiles in copioſa multitudine.

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiſſ.dominus Raphael Oſtienſis.
Reuerendiſſ.D. Bernardinus Sabinenſis.
Reuerendiſſ.D.Dominicus Portuenſis.
Reuerendiſſ.D.Iacobus Albanenſis.
Reuerendiſſ.D.Franciſcus Tiburtinenſis.
Reuerendiſſ.D.Marcus Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiſſ.dominus Franciſcus tituli ſanctorum Ioannis & Pauli,Surrentiñ.
Reuerendiſſ.Dominus Nicolaus tituli ſanctę Priſcę,de Fliſco.
Reuerendiſſ.Dominus Hadrianus tituli ſancti Chryſogoni.
Reuerendiſſ.D.Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ,Agennenſis.
Reuerendiſſ.D.Chriſtophorus tituli ſanctæ Praxedis.
Reuerendiſſ.D.Antonius tituli ſancti Vitalis,*Sipontiñ. *Papieñ
Reuerendiſſ. D. Petrus tituli ſancti Euſebij, Anconitañ.
Reuerendiſſ.D.Bandinellus tituli ſanctę Sabinæ,de Saulis.
Reuerendiſ. dominus Laurentius tituli ſanctorum quatuor Coronatorum.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ.dominus Fredericus de ſancto Seuerino,ſancti Angeli.
Reuerendiſ.dominus Hippolytus ſanctę Luciæ in Silice.
Reuerendiſ.dominus Alexander ſancti Euſtachij,Farneſius.
Reuerendiſ.dominus Ludouicus ſanctę Mariæ in Coſmedin,de Aragonia.
Reuerendiſ.dominus Marcus ſanctæ Mariæ in via lata,de Cornelijs.
Reuerẽdiſſ.D. Alphonſus ſancti Theodori.
Reuerendiſſ.dominus Matthæus ſancti Angeli,Gurcenſis.
Reuerendiſſ. dominus Iulius ſanctæ Mariæ de Nauicula.
Reuerendiſ. dominus Bernardus ſanctę Mariæ in Porticu.
Reuerendiſſ.dominus Innocentius ſanctorũ Coſmæ & Damiani.

PATRIARCHAE ET ASSISTENTES Papæ & Oratores.

Reuerendus pater D.Alexandrinus Cæſar.
Reuerend.pater D.Alphonſus Antiochenus.
Reuerend.pater D.Ioãnes Vincẽtius Seneñ.
Reuerend.pater D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend.pater D.Robertus Rhegienſis.
Reuerend.pater D Angelus Turritañ.
Reuerend.pater D.Scaramuza Cumañ.
Reuerend.pater D.Pompeius Reatiñ.
Reuerend.pater D.Iulianus Vulterañ.
Reuerend.pater D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend.P.D.Ioannes Baptiſta Caualiceñ.
Reuerend.pater D.Andreas Militenſis.
Reuerend.pater D. Bernardus epiſcopus Tauiſienſis,vrbis Gubernator.
Reuerend.pater D.Petrus Tergeſtiñ.ſereniſ. Maximiliani electi Imperatoris Orator.
Reuerẽd.pater D.Claudius Maſſilieñ epiſcopus,Chriſtianiſſimi Francorũ regis Orator.
Reuerend.pater D. Sylueſter Vuigornienſis epiſcopus, Orator Illuſtr. Henrici Regis Angliæ.
Reuerend.pater D.Ioannes Gnezneñ Archiepiſcopus, Orator illuſtriſſimi Sigiſmundi Poloniæ Regis.
Reuerendus pater D. Bertrãdus Adrieñ epiſcopus,illuſtriſſimi domini ducis Ferrarię Orator.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend.P.D.Alexander Alexandrinus.
Reuerend.pater D.Stephanus Patraceñ.
Reuerend.pater D.Iulius Corinthieñ.
Reuerend.pater D.Aldronãdinus Nicoſieñ,
Reuerend.pater D.Bernardus Spalateñ.
Reuerend.pater D.Hieronymus Antibareñ.
Reuerend.pater D.Vincentius Neapolitañ.
Reuerend.pater D.Franciſcus Iadreñ.
Reuerend.pater D.Hieremias Traneñ.
Reuerend.pater D.Orlandus Auinioneñ.
Reuerend.P.D.Andreas Monouaſieñ.
*Gilbertus Reuerend.P.D.*Gisbertus Surrentiñ.
Reuerend.pater D.Georgius Nazarenus.
Reuerend.P.D.Stephanus Gabriel Bareñ.
Reuerend.pater D.Fabricius Idruntiñ.

EPISCOPI.

*Iannotius Reuerend.pater D.*Ioannatius Troianus.
Reuerend.pater Dominus Simon Arimineñ.
Reuereng.pater Dominus Iacobus Papheñ.
Reuerend.pater D.Ioannes Aquilanus.
Reuerend.pater D.Franciſcus Vincentiñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Potentiñ.
Reuerend.pater D.Octauianus Viterbieñ.
*Comacleñ Reuerend.pater D.Thomas*Cumachieñ.
Reuerend.pater D.Marinus Ceneteñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Fauentiñ.
*Sebonicenſ Reuerend.pater D.Ioannes Sibiniceñ.
Reuerend.pater D.Paris Piſaurieñ.
*Bobieñ Reuerend.pater D.Ioannes*Bodineñ.
Reuerend.pater D.Alexius Melfitañ.
Reuerend,pater D.Ioſue Eſculañ.
*Vaſinus Reuerend.P.D.Ioãnes Dominicus Terdoñ.
Reuerend.pater D.*Vaſinius Placentinus.
Reuerend.pater D.Franciſcus Biſignianeñ.
*Moraneñ Reuerend.P.D.Ferdinandus Balneoregieñ.
Reuerend.P.D. Ioannes Baptiſta Maraneñ.
Reuerend.pater D.Petrus Caſtelli maris.
*Vienneñ Reuerend.pater D.Alexander Vrbeuetañ.
*Bergomeñ Reuerend.pater D.Nicolaus*Pergameñ.
Reuerend.pater dominus Ioannes Elneñ.
Reuerend.pater dominus Petrus Foroliuieñ.
Reuerend.pater D.Lambertus Venuſiñ.
Reuerend.pater D.Faulus Foroſempronieñ.
*Polymarcieñ Reuerẽd.P.D.Chriſtophorus*Pollimaneñ.
Reuerend.pater D.Aloyſius Arbeñ.
*Poligniañ Reuerend.pater dominus Cęſar Inſuleñ.
Reuerend.pater D. Gisbertus Rapollañ.
Reuerend.P.D.Ioãnes Antonius Angloneñ.
Reuerend.pater D.Auguſtinus Peruſieñ.
Renerend. pater D.Ioãnes Baptiſta Phaneñ.
*Aceraneñ Reuerend.pater D.Ioannes*Aſeraneñ.
*salutiarum Reuerend.pater dominus Sixtus*Saluceñ.
Reuerend.pater dominus Andreas Anſareñ.
*Triburieñ Reuerend.pater D.Auguſtinus*Tribuneñ.
*Cataceñ Reuerend.pater D.Tryphon*Catarenſis.
Reuerend pater D. Vincentius Signinus.
Reuerend.pater D.Lactantius Suaneñ.

Reuerend.pater D.Marcus Senogallienſis.
Reuerend.pater D.*Vincius Garaceñ. for.*Vincẽtiº Caracieñ
Reuerend.pater D.*Marcus Vrgentiñ. for. *Mariº Ogentinus
Reuerend.pater dominus Ioãnes Arianẽſis.
Reuerend.pater D.Hieronymus Nicinenſis.
Reuerend.pater D.Hugolinus Lycienſis.
Reuerend.pater D.Hugo*Rhegienſis. *Rhegineñ
Reuerẽd.pater D.Ioãnes Antoniº Callineñ.
Reuerend.pater D.Iacobus Aquinatenſis.
Reuerend.pater D.Tranquillus Ferentiñ.
Reuerend.pater D.Petrus Narnienſis.
Reuerend.pater D. Dionyſius Tolonenſis.
Reuerend.pater D.Benedictus Chienſis.
Reuerend. pater D,Iulianus Agrigentinus.
Reuerend.pater D.Zacharias*Tarachinẽſis. *Terracinẽ.
Reuerend.pater D.Baptiſta Pennenſis.
Reuerend.pater D.Ludouicus Tricaricẽſis.
Reuerend.pater D.Antonius Vrbinatenſis.
Reuerend.pater D.Hieronymus Nicienſis.
Reuerend.pater D.Hieronymus Aſculañ.
Reuerend. pater D. Franciſcus Nannetenſis.
Reuerend.pater D.Angelus*Britonorienſis. *Bretonomañ
Reuerend.pater D.Andreas Litterenſis.
Reuerend.pater D.Auguſtinus Sagonenſis. *Foropopulieñ
Reuerend. pater D. Dominicus Tabatenſis.
Reuerend pater D.Ricardus*Venafranus. *Racomanº
Reuerend. pater D. Hieronymus Aretinus.
Reuerend.pater D. Nicolaus *Curciolenſis. *Torcellanº
Reuerend.pater D.Petrus Paulus*Exinenſis. *Torſellanº
Reuerend.pater D.Maximus*Iſarnienſis. *Eſineñ
Rerend.pater dominus Iacobus*Marſichañ. *Iſernieñ
Reuerend.pater D.Theſeus Racanatenſis. * Marſicanº
Reuerend.pater D.Frãciſcus*Milopotanẽñ. *Miloporamieñ
Reuerend.pater dominus Latinus Veſtanus. * Spigaceñ
Reuerẽd. pater D. Chriſtophorº Cęſenateñ.
Reuerend.pater D.Matthęus*Vmbriacenſis. *Vmbriaticeñ
Reuerend.pater D.Matthias Famaguſtenſis.

ABBATES.

Reuerendus pater dominus Ioannes ſancti Sebaſtiani extra muros vrbis.
Reuerend.P.D.Nicolaus S.Gregorij de vrbe.

GENERALES ORDINVM.

Reuerend.P.dominus Petrus Camaldulẽſis.
Reuerend. pater D. Thomas Prædicatorum.
Reuerend.pater dñs Bernardinus Minorum.
Reuerendus pater dominus Aegidius Eremitarum ſancti Auguſtini.

ORATORES, SENATOR, ILluſtr. Domini temporales.

Illuſtr. Dominus Sfortia Dux Barenſis, & ſereniſſimi Maximiliani electi Imperatoris in Italia locumtenens generalis.
Illuſtr.Dominus Albertº Pius de Carpi,Orator Imperatoris.
Magnificus dominus Iacobus ſenator vrbis.
Magnificus domin⁹ Ludouicus Solier, Orator Chriſtianiſſimi regis Franciæ.
Magnificus dñs Hieronymus Vich, Orator catholici regis Hiſpaniæ.
Magnificus dominus * Triſtandus de Acugna,& * Triſtãnus de Cugna
Magnificus dominus Didacus Pacheco,& Magni-

Magnificus dominus Ioannes de Farra, illuſt. Regis Portugalliæ oratores.
Magnificus dominus Ioannes Baduer, orator illuſt. Dominij Venetorum.
Magnificus dominus Totus Lupus de lapide Eques, & Benſo de *Aluenſchñ, & Ioannes Benceluil Oratores illuſtr. Domini Ioachim Marchionis Brandeburgenſis electoris Imperij.
Magnificus Petrus Landus illuſt. Dominij Venetorum.
Orator Florentinorum.
Reuerendus pater Dominus Alexander Archidiaconus Mantuanus, illuſtr. Domini Marchionis Mantuani orator.
Magnificus Dominus Franciſcus de Guidono, Orator Magiſtri Rhodi.
Orator Patriarchæ Hieroſolymitañ.
Illuſt. Dominus Ludouicus Comes de Petiliano.
Dominus Antonius de Stunega Prior Caſtellæ, ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

CONSERVATORES VRBIS.

Magnificus domin⁹ Euãgeliſta Magdalenæ.
Magnificus dominus Marius de Creſcẽtijs.
Et alij quamplures domini eccleſiaſtici & ſeculares, Auditores Rotæ, & Clerici cameræ, ac in diuerſis facultatibus Doctores.

Fuit celebrata Miſſa de ſpiritu ſancto ſubmiſſa voce per reuerend. patrem dominum Gabrielem Archiepiſcopum Dyrrhachieñ. Et habita oratione per reuerend. patrem dominum Antonium Puccium clericum Cameræ Apoſtolicæ, quæ ponetur in fine ſeſſionis iuxta ſtylum aliarum: Cantatiſq; Litanijs ac orationibus conſuetis, & benedicta ſynodo per ſanctiſſimum dominum noſtrum, & cantato Euangelo ſecundum Ioannem per reuerendiſſimũ in Chriſto patrem dominum Ludouicum ſanctę Mariæ in Coſmedin, Cardinalem Aragoniæ, quod incipit: Si diligitis me &c. ſanctiſſimus dominus noſter incepit hymnum, Veni creator ſpiritus &c. Quo finito, & oratione cantata per prędictum ſanctiſſimum dominũ noſtrum, ſupradicti oratores illuſtr. regis Portugalliæ, acceſſerunt ad pedes ſanctitatis ſuæ, & prędentauerunt mandatum præfati illuſtriſſ. regis ad intereſſendũ ſacro concilio. Et idem ſanctiſſimus domin⁹ noſter tradidit illud reuerẽdo domino Thomæ Phædræ Secretario concilij. Qui aſcendit ambonem, & legit illud alta & intelligibili voce. Cuius tenor eſt talis:

MANDATVM REGIS PORtugalliæ.

*Guineę ac conquiſitæ nauigatiõis

Manuel Dei gratia rex Portugalliæ & Algarbiorum citra vltraq; mare in Africa, Dñs *Guncæ ac Conquiſtæ, nauigationis ac cõmercij Aethiopiæ, Arabiæ, Perſiæ, atque Indiæ, vniuerſis & ſingulis harum ſeriem inſpecturis. Notum facimus, quòd confidentes nos plurimùm de fide & induſtria nobilis & inſignis viri Triſtanni de Cugna conſiliarij noſtri fideliſſimi, & dilectorum atq; egregiorum iuris doctorum Didaci Pacheci, & Ioannis de Farra noſtræ Curiæ Auditorum, quos ad ſanctam ſedem Apoſtolicã ac ſanctiſſimum dominum noſtrum, Dominum Leonem decimum, diuina prouidentia S. Rom. & vniuerſalis eccleſiæ Pont. Max. cum obedientia oratores deſtinauimus: ipſoſq; etiam oratores ac procuratores ad hoc ſacrum Lateranenſe Concilium, quod ſua ſanctitas continuare & proſequi deliberat, deſignamus, deputamus, conſtituimus, dantes illis plenum mãdatum & omnimodam poteſtatem pro nobis, & regnis dñijsq; noſtris, in ipſo ſacro Lateranenſi Concilio dicendi, proponendi, agendi, tractandi omnia & ſingula, quæ ad celebrandũ & concludendum ipſum Conciliũ, tam quo ad ſanctiſſimam & oñibus Chriſtianis optabilem contra Chriſti hoſtes expeditionem, quàm quo ad cætera ad S. R. E. eiusq; membrorum vnionem, & Chriſtianæ religionis, fideiq; catholicæ augmentum & commodũ ſpectantia, neceſſaria, ſeu opportuna fuerint, etiam ſi talia forent, quæ mandatũ exigerent ſpecialius: ac deniq; oñia circa hoc faciẽdi, quæ vobis viderint expedire, & noſipſi præſentes faceremus, promittentes nos gratum, ratum, firmum & validum habituros, quicqd in prædictis & quolibet eorũ per dictos noſtros Oratores actum, factum, & geſtum fuerit. In quorum fidem & teſtimonium prędentes ſcribi, & ſigillo noſtro cõmuniri fecim⁹, manuq; noſtra ſubſcripſimus. Datum in vrbe noſtra *Vlixbonæ, duodecimo Calendas Nouembris, anno domini milleſimo quingenteſimo duodecimo.

Deinde dominus Marius de Peruſchis, fiſci & ſacri Concilij procurator, expoſuit prędicto ſanctiſſimo domino noſtro, quòd licèt aliàs fuerit decretum monitoriũ contra prędictos Gallicæ nationis, & alios vtẽtes quadã pragmatica ſanctione, & fuerit citatio decreta contra eoſdem, vt venirent ad allegandum cauſam, quare dicta pragmatica reuocari nõ debet, & fuerit huiuſmodi monitorium ſeu citatio legitimè executa, & reproducta, & ſua ſanctitas prorogauerit eiſdem terminum vſque ad præſentem ſeſſionem, tamen ipſi minimè comparére curârũt, nec curant, tam ad defendẽdum dictam pragmaticam, quàm ad intereſſendum ſacro Concilio. Quare contumaciam eorum accuſauit, & accuſat, petens procedi contra eos ad declarationem, & decerni proceſſus per affixionem citationum ad valuas eccleſię Lateranẽſis. Exaduersò verò reuerẽd. pater dominus Claudius epiſcopus Maſſilienſis, Orator Chriſtianiſſimi Frãcorum regis, allegauit, excuſando dictos prędictos, dicens eos veniſſe vſque ad montes seu Del-

Delphinatum, & quia non potuerunt obtinere ſaluũ conductum à detentoribus Ducatus Mediolanenſis & Dominij Ianueñ, ideo non venerunt. Et pro verificatione dictorum, produxit vnum inſtrumentum, & certas literas miſſiuas tenoris infraſcripti, videlicet inſtrumentum.

EXCVSATIO PRAELATOrum Gallicorum.

VNiuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, Guillelm⁹ Coſtę presbyter in Decretis Baccalaureus, Prior ſeu commendatarius Prioratus S. Stephani de Valleloiſia Ebreduneñ diœceſis, & canonicus eccleſiæ collegiatæ S. Saluatoris Montis Peſſulani diœceſis Magaloneñ, Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus generalis, Reuerend. patres dñi Ludouic⁹ de Mazis, S. ſedis Apoſtolicæ protonotarius, ac ꝓpoſiti, commendatarij Prępoſitat⁹ ſeu cœnobij Vlcieñ, ordinis S. Auguſtini Taurineñ diœceſis, Salutem in dño ſempiternam. Notum facimus, ꝙ in noſtra, notariorumq; ac ſpectabiliũ & ſcientificorum doctorum & teſtium infraſcriptorum ꝑſentia exiſtentes, & ꝑſonaliter cõſtituti corã nobis ſedentibus pro tribunali in cœnobio dicti Præpoſitatus, reuerẽ. in Chriſto patres ac Domini, Domini

EPISCOPI

Ioannes Lexouienſis,
Antonius Engoliſmeñ,
Franciſcus Ambianeñ,
Ioannes Cabiloneñ,
Symphorianus Lauduneñ:

MAGISTRI IN THEOLOGIA,

Ioannes Lelamieñ,
Antonius Leſcurre:

ARCHIDIACONI,

Ioannes de Fraxino Toloſaneñ,
Guillelmus de Noſſai Lexouieñ,
Iuriũ doctores, Legati, Oratores & procuratores ad ſanctiſſ. in Chriſto patrem & D. N. D. Leonem Papam 10. & modernum, per nonnullos reuerend. patres, qui in congregatione Piſana interfuerunt, ſuo & aliorum nomine, ꝓcuratores decreti & deſtinati, expoſuerunt, ꝙ ſunt ſupra LX. dies effluxi, quibus huic loco applicuerũt, & plùs q̃ quatuor menſes huic legationi vacârunt. Veruntñ cùm primùm huic loco applicuerunt, fuere à Mazerio ꝑfati S. D. N. Papæ certiores effecti, ꝙ Maximilianus Sfortia Ducatus Mediolanenſis detentor, eidem Mazerio breue Apoſtolicum ſibi offerenti, commeatum & ſaluum conductum præfatis oratoribus recuſare non erubuit. Quod intelligẽtes præfati oratores, * viſi ſunt viam Genuenſium tentare, quibus ſignificatum eſt, illam propter diuiſiones, factiones & bella ipſorum Genuenſium, ac incurſiones vicinorum & cõfœderatorum prędicti Maximiliani, minimè tutam eſſe, nec poſſe illac proficiſci ſine

for. *niſi

ſuarum diſcrimine & periculo perſonarũ, tam ex cauſis prędictis, q̃ ex inſidijs ab hoſtibus Chriſtianiſſimi Regis eiſdem paratis. Quare prędicti oratores de præmiſſis omnibus eiuſdem ſanctiſſ. D. N. Papæ nuncio ſuper hoc ſpecialiter deſtinato certificauerũt & reſponſum à ſua ſanctitate acceperũt per ſuum Breue, Datum Romæ die 17. Februarij, anno dñi 1514. quo continebatur, quòd ſanctitas ſua de ſaluo conductu Maximiliani & Octauiani, nobiliũ Mediolani & Genuæ detentorum, eis prouideri faceret, *ꝓ- *donèc ut ex literis reuerẽd. patris dñi Claudij epiſcopi Maſſilieñ, Chriſtianiſſ. Ludouici Frãcorum regis oratoris, latiùs certiores rederentur. Inſequendo igitur prædictũ mãdatum Apoſtolicũ, ſupra 20. dies hîc expectauerunt, nullo ſaluo conductu à dicto Maximiliano recepto, nullaq; dictum ſaluũ cõductum recipiendi ſpe data. Quapropter prędicti oratores, ne mora poſſit eis quomodolibèt imputari, ſed vt de eorum obediẽtia, deq; ipſius Maximiliani contumacia, inobediẽtia & reluctatione, ipſi ſanctiſſ. Dño appareat, curârũt ſuam ꝑfatam ſanctitatem de omnibus ꝓmiſſis iterum certiorare, & vt apertiùs liqueat, non tantùm de eorum debita diligentia, ſed etiam de bona, quã erga præfatũ S. D. N. & ſedem Apoſtolicam gerunt, voluntate, & talem hactenùs fuiſſe, vt ab illius vnitate nunq̃ voluerint, minusque in futurum velint vllo pacto diſcedere, ſed illius mãdatis perpetuò obtemperare, neq; ſchiſmaticos vnquam fuiſſe, ſed vnã Eccleſiam catholicam ſub vno põtifice maximo coluiſſe & obſeruaſſe, quicquid ab inimicis veritatis & Chriſtianiſſimi regis & regni exaduersò dictum fuerit. Ipſi, inquã, Oratores non valentes habere optatam ꝑſentiam ꝓdicti ſanctiſſ. D. N. (quod dolẽtes ægrè tulerũt) & hoc propter viarum diſcrimina, & inimicorum Chriſtianiſſimi regis & regni exaduersò inſidias eis paratas, prout ipſis apertiùs cõſtitit, tam nomine ſuo, q̃ procuratorio reuerend. patrum dñorum Gaſpardi de Turone Valentineñ & Dieñ, Claudij de longo vico Matiſconeñ, & Guiſcardi Hieropolitaneñ titulari, & Lugduneñ ſuffraganei epiſcoporũ, ac D. Ioãnis Arzeleri Iurium doctoris Lugduni exiſtentiũ, qui quidem ꝓdicti patres interfuerunt ꝓdictę congregationi Piſanæ, prout dixerunt, & expoſuerunt, tam nomine ſuo, q̃ aliorũ reueren. patrum Archiepiſcoporũ, eꝑorum, & oĩm & ſingulorũ cuiuſcunq; ſtatus, grad⁹ & dignitatis exiſtẽtiũ eccleſiaſtici vel tẽporalis, qui in cõgregatione Piſana interfuerũt, eis adhærentiũ, & adhęrere volentiũ, ſub illa meliori forma, qua potuerũt & debuerũt, obtemperãdo mãdatis Apoſtolicis & exhortationibus regijs, ſuos fecerunt & cõſtituerũt ꝓcuratores legitimos & Oratores, ꝓdictos reuerẽ. patres dños ad ſanctiſſimũ dñm no-

ſtrum Papã ſpecialiter,& expreſsè ad renũciandum cõgregationi Piſanæ iam diſſolutæ,& adhærendum concilio Laterañ,necnõ ad petendum abſolutionẽ, quatenùs opus eſſet,à p̃fato ſanctiſſimo dño noſtro, prout latiùs continetur in dicto procuratorio inſtrumento,cuius tenor ob ſuſ prolixitatẽ,& breuitatis cauſa,hîc nõ fuit inſertus, quod tñ vidimus & tenuimus. Et publicè coram nobis & p̃dictis notarijs & teſtib⁹ infraſcriptis renunciauerunt,& renunciãt dictę cõgregatiõi,1514. 11. menſis Ianuarij, Indictione 2.& D.N.Leonis Papæ 10.anno 1. receptum per magiſtros Ioannem de Aluernia Lemouicẽ, & Petrum Queſuel Lexouieñ diœceſis notarios Apoſtolicos. Præfati igitur reuerẽd.patres,& ſpectabiles doctores, legati & Oratores corã nobis pro tribunali ſedentibus,& notarijs teſtibusq; infraſcriptis renunciârunt, & renunciant dictæ cõgregationi Piſanæ iamdudum diſſolutæ, & adhærent, adhærereq́; volunt in futurũ cõcilio Lateranenſi,vt optata reformatio Eccleſiæ,& pax vniuerſæ Chriſtianæ religiõis, necnon prouiſio neceſſaria cõtra immaniſſimum Turcam & hoſtes fidei ſubſequantur.Et ſi forſan occaſione dictæ congregationis Piſanæ & geſtorũ in ea, aliquas cẽſuras iuris hominis,aut alias quaſcũq; pœnas de iure, aut de facto incurrerint, præſtito priùs debito iuramento de parendo mãdatis Eccleſię & p̃fati ſanctiſſimi D.N.Leonis Papæ decimi, cum illa humilitate, qua poſſunt & debent,vſq; ad proſtrationem & pedum oſcula, abſolutionem, qua ĩdigẽt, ſibi dari,& quamcunq; aliam iuris pœnam ſeu maculam aboleri petierunt, & poſtulauerunt,prout per tenorem præſentium petunt & poſtulant, a cſi coram ſanctitate ſua p̃ſentes &perſonaliter intereſſent,ſupplicãdo ſanctitati ſuæ cum illa deuotione qua valent, vt ipſis præfatis oratoribus & alijs quorum legatione funguntur, & qui in dicta congregatione interfuerũt, conſilium, auxilium,opem,fauorem,aut obedientiam præſtiterunt,abſolutionẽ pro ſua ſolita clementia concedere dignetur, offerentes ſe ſupplices preces Deo effundere, vt regimini ſanctiſſimæ matris Eccleſiæ ſua ſanctitas feliciter & longæuè præeſſe valeat. De quibus omnibus & ſingulis cum quanta maxima inſtantia potuerunt & valuerunt, rogârunt,vt pro iuſtificatione eorñ præfatæ voluntatis & excuſationis,quæuis acta prædicta,inquantùm de iure poſſumus,vellemus recipere,pro & nomine eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri,& ſanctæ ſedis Apoſtolicæ,& de receptis eis actum publicum cõcedere,quod quidem actũ,prout de iure potuimus & debuimus,recepimus, & per notarios publicos in formam publicam redigi feciuus,& eis tradi cõceſſimus & præcepimus.Datum in dicto cœnobio Vlciẽſi, ſub ſigillo noſtri Vicariatus,die decimaſeptima menſis Martij,anno à natiuitate Dñi 1514. Indictione ſecunda, Pontificatus prælibati ſanctiſſimi domini noſtri Leonis Papæ decimi.Anno primo,præſentibus ad hæc ſpectabilib⁹ viris dominis ac magiſtris,Aluano de Varenijs, Stephano Viuet,iuriũ doctoribus,Albanẽſis ac Tutellenſis diœceſis, ac Deo deuotis religioſis *Orencio de Bardonethia infirmario,& Marcellino Caſferij Cocrearío, canonicis dicti cœnobij, teſtibus *vocatis & rogatis. for.*ad p̃miſſa vocatis

Et ego Petrus Queſuel presbyter in artibus magiſter,Lexouiẽſis diœceſis, publicus Apoſtolica authoritate notarius, quia prædictæ expoſitioni,renunciationi,adhæſioni,iuramenti præſtationi,& abſolutionis petitioni, cæterisq́; præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic (vt ſuprà) ſcriberẽtur,agerentur,dicerentur,& fierent,vnà cum Ioãne Iuſteri notario publico collega meo, ac prænominatis teſtibus p̃ſens interfui, eaq́; ſic fieri & *dicere audiui: ideo hoc præſens for.*dieſ publicum inſtrumẽtum manu mea ſcriptũ, vnà cum ſigilli Vicariatus dicti domini Vicarij appenſione ſubſignaui,in fidem & teſtimoniũ præmiſſorum requiſitus & rogatus.Et approbo in raſura ipſa,ſi qua indigeat ſibi dari,& quamcunq; iuris pœnã ſeu maculam aboleri.

P. Queſuel.

Et ego Ioannes Iuſteri in Delphinatu Taurinenſis diœceſis publicus authoritatibus Apoſtolica,Imperiali & Delphinali notarius,quia prædictis expoſitioni,renunciationi,adhæſioni, iuramenti præſtationi, & abſolutionis petitioni, cæterisq́; oñibus & ſingulis,dum ſic (vt ſuprà) ſcriberẽtur, agerentur,dicerentur & fierent,vnà cum dicto magiſtro Petro Queſuel notario publico collega meo,ac prenominatis teſtibus,eaq́; ſic fieri vidi & audiui,ideo hoc p̃ſens publicum inſtrumentum manu dicti domini Petri Queſuel ſcriptum, fideliter facta debita collatione cum proprio originali vnà cum ſigilli Vicariatus dicti domini vicarij appenſione ſubſignaui,in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum p̃miſſorum veritatis requiſitus & vocatus, approbo in raſura ſi qua indigeat ſibi dari,&quamcũq; aliam iuris pœnam ſeu maculam aboleri inſtare.

Tenor verò literarum cõcilij Sabaudiæ, directarum ad p̃latos Gallicanos,eſt talis: Et primò ſupraſcriptio talis eſt: Reuerend. patribus & dominis præſtantiſſimis,Dominis Oratoribus Regiæ maieſtatis ad vrbem dominis hoñ.Et intus tenor eſt talis:

REuereñ patres & domini hoñ. ex literis,quas ſcribit nobis Magnificus D.Aſtenſis Gubernator, videbunt D. veſtræ, quantùm exhortetur aliqualẽ retardationem vlterioris tranſi-

tranſitus veſtri,donec reſpõſum, quod pro voto facere ſperatur,breuiter conſequatur, prout latiùs in eiſdem literis,quas,ne prolixiores ſimus,eiſdem D. veſtris mandamus his introcluſas,quæ pro earum ſolitis prudentijs non niſi rectè prouidebunt & agẽt, prout meliùs conſulto eis videbitur. Nos autem ſi quid pro eis valeamus, ad id paratiſſimos offerimus animo quàm libenti. Ex Taurino die vigeſimaſexta Februarij.

Concilium Ducis Sabaudiæ, citra montes Taurinenſes reſidens.

Tenor verò literarum prælatorum Gallicæ natiõis,directarum ſanctiſſimo domino noſtro,talis eſt. Et primò in ſuprаſcriptione:Sanctiſſimo domino noſtro Leoni Papæ decimo Põtifici maximo.Intus verò,

Sanctiſſime pater,cum omni humilitate, reuerentia & honore,vſq; ad pedum oſcula procidentes,Beatitudinis veſtræ perpetuũ incrementum à Deo ſuppliciter petimus.

SAnctiſſime pater,ex breui Apoſtolico,quod ad nos mittere S.v.placuit, intelleximus datam eſſe operam ab eadẽ S.V. cũ Maximiliano & Octauiano, Mediolanenſis & Genuenſis *Ducatus detentoribus,vt nobis ſaluum cõductum darent.Vndè gratias agimus, qua valemus humilitate,eidem S.veſtræ, quæ pro innata clementia nos non niſi tutò & ſecurè ad ſe proficiſci iubet. At verò, ex quo breue Apoſtolicũ accepimus, interea, dum ſaluum conductum præſtolamur, dies viginti effluxere. Cumq́; iã antè quadraginta lapſi eſſent,dum hîc agimus, factum eſt, vt ſexaginta dierum numerũ egerimus, quatuor mẽſium interuallo per agros ac diuerſoria deducti.Beatiſſime pater, cùm Maximilianus S.V.maſſario ſaluum abnuere cõductum nõ veritus ſit:cumq́; etiam diuturna nos tenuerit expectatiõe ſuſpẽſos, quo in nos animo ſit, quàm ſuſpecta nobis eſſe debeat p̃fectio noſtra,facilè cognoſcimus. Oramus itaq;, & totis animis obſecramus, vt Maximiliani contumacia, qui ſpretis ſemel & iterũ mandatis veſtris,durum ſeſe ac renitẽtem præbuit,moram noſtrã excuſet, & promptam,q̃ in nobis eſt, voluntatẽ parendi,nequaquàm obſcuret.Quam vt V.S. certiùs teſtatam relinquamus, actum iudiciale mittimus,corã ordinario iudice ſpeciali huius loci legitimè (vt voluimus) cõfectũ,quale potuiſſemus agere, iuxta p̃curatoris noſtri facultatẽ in V.S. præſentia Piſanæ congregationi iam diſſolutæ nomine & noſtro,& quorũ cauſa p̃cedimus, renunciando,&adhærẽdo ſacro Lateraneñ cõcilio, Apoſtolicã deniq;,vtcunq; indigemus, humiliter ac deuotè petendo abſolutionem. *Ducatuũ

Sanctiſſime pater,ſolitam illam animi veſtri manſuetudinem obnixiè imploramus, miſereatur tantorum laborum atq; impenſarum.Dignetur expletos ſexaginta dies & ampliùs in deſerto hoc & vaſta ſolitudine, pœnitentiæ noſtræ loco ſuſcipere, velitq́ue ſacri huius temporis & imminentis feſti Paſchæ rationem habere,quo diuinis(vt officij noſtri eſt) vacare cõmodè valeamus, ne commiſſis nobis gregibus diutina abſentia noſtra ſalutis diſpendium ferat. Beatiſſime pater, paratos omni tempore ad obſequia V.S.animos offerimus, Diuinam maieſtatẽ oraturi,vt felicem donet V. S. curſum hic agere, & in cælis vnà cum omnibus, quos dedit vobis pater, perennẽ gloriã adipiſci. Ex *Vleijs propè Secuſiam,die 19.Maij. *Vlcijs

E.S.V.Humilimæ creaturæ & deuoti oratores & Epiſcopi,

I. Cabiloneñ.
*E.Lexouieñ. *I.
F.Ambianeñ.
A.Engoliſineñ.
S.Lauduneñ.

Exaduersò contra dicta & allegata per præfatum reuerend. patrem D. Claudium epiſcopum,magnificus dominus Hieronymus Moron orator Illuſtriſſ. Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediolani, dixit, quòd præfatus Illuſt. D.Dux non negauerat prælatis Gallicę nationis ſaluum cõductum,ſed diſtulerat eis dare cauſa deliberandi & cõſulendi.Et auditis hinc indè propoſitis,tandẽ S.D.N.abſoluit cum reincidentia prælatos præfatos à cenſuris, ſi quas incurrerant, & prorogauit eiſdem terminum vſq; ad proximam ſeſſionem, & interim ſuſpendit cẽſuras,& voluit eos interim non incurrere, ſed elapſo termino,in priſtinas cenſuras reincidere,& non antè.Poſtmodùm verò excluſis alijs non habentibus vocem diffinitiuam in Concilio,à loco Concilij, exceptis Oratoribus & Baronibus ſuprà deſcriptis, prælatisque omnibus exiſtentibus in veſtibus & paramentis ſacris in ſubſellijs mitratis ex ordine, poſt reuerendiſſimos dominos Cardinales in præſentia ſanctiſſimi D. N. Papæ,præfatus reuerend.pater dominus Claudius epiſcopus Maſſilienſis aſſcendit ambonem,& legit quandam ſchedulam tenoris infraſcripti.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam ſacro approbante Concilio.Poſteaquàm ad vniuerſalis Eccleſiæ curam & regimen, licèt tanto oneri impares, Diuina diſpẽſatione vocati fuimus,ex ſummo ſtatim Apoſtolatus apice, tanquam ex vertice mõtis Sion,ea proſpicere ac animo voluere cœpimus,quæ ad ſalutem, trãquillitatem, ac propagationem ipſius Eccleſiæ pertinere in primis videbantur. Cumq́; in hanc rem omnem noſtram curam,cogitationem ac ſtudium,more ſolertis vigilisque paſtoris conuerteremus, nihil grauius aut Chriſtianæ Reipublicæ pernicioſius, & pio noſtro deſiderio magis aduerſum bellorũ

effera rabie comperimus: quæ vſq; adeò armis craſſata eſt, vt vaſtata penè mutuis cladib⁹ Italia, deformatisq;, ac partim euerſis, æquatis partim ſolo ciuitatibus & terris, cõcuſſis prouincijs & regnis, in Chriſtianum ſanguinem furere ac debacchari non deſinant. Nihil itaq; priùs, nihil ſtudioſiùs, aut magìs ex animo curandum duximus, q̃ ea bella ſedare, Eccleſiaſticamq; diſciplinam pro viribus ac temporũ ratione componere, vt placato per vitæ emendationem Deo, dn̄icum gregem noſtræ fidei cõmiſſum, cõpoſitis diſſidijs, in vnum cogere & aggregare, vnanimemq;, ac pacis & concordiæ vinculo tanq̃ firmiſſimo glutino vnitũ, aduerſus cõmunes hoſtes fidei Chriſtianis ceruicibus imminentes, faciliùs adhortari ac cõcitare poſſimus. Cuius quidem expeditiõis in impios, & crucis Chriſti implacabiles inimicos, hoc vehemens noſtrum deſiderium ita cordi noſtro infixum eſt, vt ſacrum Lateraneñ Concilium à fe.re. Iulio II. prædeceſſore noſtro indictũ ac inchoatũ, eiusq; obitu intermiſſum, ea præcipuè cauſa cõtinuare & proſequi decreuerim⁹, vt in diuerſis ſeſſionibus in eodem ſacro concilio per nos habitis omnibus patet, vt Chriſtianis principibus, ſeu eorũ Oratoribus in eo cõcilio congregatis, prælatisq; ex diuerſis mũdi partibus eò venientibus, pace inter ipſos Chriſtianos principes compoſita, extirpatisq; (vt par eſt) primò ex dn̄i agro peſtiferis hæreſum ſentibus, ea quę ad ipſam expeditionem contra eoſdem hoſtes neceſſaria ac ad gloriam & exaltatiõem orthodoxæ fidei, aliarúmve rerum conſultationem pertinent, maturo conſilio omniumq; aſſenſu decerni feliciter poſſent. Ad quod quidẽ Cõciliũ ſolenniter indictum, ritecq; denunciatum, & ſi multi ex diuerſis Europæ partibus p̃clari & omni ſcientia præſtantes viri cõuenerint, multi etiã legitimè impediti, mãdata in publica forma miſerint, non tñ bellorum ac temporũ difficultatibus, quib⁹ loca plurima iãdiu hoſtilibus armis obſeſſa fuerũt, ea, quam deſiderabamus, copia & multitudo conuenire potuit. Nihil eſt præterea, quod nobis aſſcribi poſſit, ſi hacten⁹ (quod forſitan multis neceſſarium videtur) & nos opportunum præ cæteris putamus, Legatos de latere ad reges & principes pro concordia eorundem principum & pace non miſimus. Hac ſanè cauſa id facere deſtitimus. Principes enim ferè omnes ſuis ad nos literis ac nuncijs, Legatos mitti, minimè expedire aut neceſſarium eſſe, ſignificârunt. Circũſpectos nihilominùs ac probatæ fidei viros nũcios noſtros, etiam epiſcopali dignitate p̃ditos, ad eos ipſos principes grauiora inter ſe armis ac (quantùm conijci poterat) aſperiora bella molientes, vltrò miſimus. Quorũ præcipuè opera effectum eſt, vt pactis iam inter quoſdã principes inducijs, cęteri eas breuì approbaturi eſſe credantur. Quare legatos, vti proxima ſeſſione decreuimus, vbi opus & expediens fuerit, pro ſtabili ac perpetua pace inter eos cõponenda, ac vtì anteà propoſuimus, mittere nõ poſtponemus. Neq; interim cum eorundẽ principum Oratoribus apud nos agẽtibus, q̃ ad rem huiuſmodi pertinẽt, agere & meditari, neq; ipſos etiam principes p̃ noſtros nũcios & literas ad id vrgere & admonere ceſſabimus. Quinetiã vt noſtra pacis cõſilia & iuges cogitatus, oĩpotens & miſericors Deus promoueat ex alto, ac fidelẽ plebẽ æquis ac propicijs magìs oculis aſpiciat, & p̃ cõmuni ſalute ac pace, cõpeſcẽdaq; nefariorũ Chriſtiani nominis hoſtium ſuperbia rabie, eius pijs annuat precibus: vniuerſis & ſingulis Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon eccleſiarũ, tam Cathedraliũ q̃ Collegiatarum, tamq; ſecularium q̃ quorumuis ordinũ regulariũ Capitulis, Collegijs, Cõuentibus, Plebanis, Decanis, Eccleſiarũ rectoribus, cæteriſq; animarũ curã habentibus, Prædicatoribus, Quæſtoribus, ac verbum Dei ad populũ pronunciãtibus, authoritate Apoſtolica iniungimus, & in virtute ſanctę obedientię mãdamus, quatenùs intra Miſſarum ſolennia, & dum inter aut extra illa verbũ Dei ad populũ proponetur, ac in eorũ orationibus, quas capitulariter & cõuentualiter, aut aliàs in quibuſcunq; cõgregationibus facient reſpectiuè, pro pace Chriſtianorũ, & infidelium cõfuſione has collectas habeant ſpeciales, videlicet, Deus à quo ſancta deſideria: Et, De⁹ in cuius manu ſunt cõmunes poteſtates, & omnia iura regnorũ, reſpice in auxilium Chriſtianorũ. Et nihilominùs ſuis diœceſanis, & alijs quibuſcũq; perſonis vtriuſq; ſexus, tam eccleſiaſticis q̃ ſecularibus, quibus ratione prę̃laturæ & alterius cuiuſcũq; ſuperioritatis eccleſiaſticæ p̃ſidebunt, iniungant, ac in dn̄o eos hortentur, quibus Dei verbum ſua aut alterius authoritate ꝓponetur, vt priuatim pro pace (vt p̃mittitur) Chriſtianorum, & infideliũ exterminatione, ad Deũ ipſum ac glorioſiſſimã eius matrẽ in oratione dn̄ica & in Angelica ſalutatione pias preces effundant. Et inſuper quicunque ex ſupradictis apud̃ principes ſeculares cuiuſcũq; gradus, præeminentię vel dignitatis exiſtãt, aut etiã conſiliarios, familiares domeſticos, & Officiarios eorum, necnon apud ciuitatũ, Oppidorum, vel vniuerſitatum, quorumcunq; ſecularium Magiſtratus, Rectores, Locumtenentes, aut alias vtriuſq; ſexus p̃ſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, quas ad pacẽ vniuerſalẽ aut particularẽ inter Principes, Potentatus & Chriſtianos populos, necnon ad expeditionem contra infideles perſuadendã, authoritate & gratia valere putauerint, illos ad huiuſmodi pacem & expeditionem hortentur & inducant. Quos oẽs per viſce-

ra miſericordiæ Dei noſtri, & per meritum paſſionis vnigeniti eius filij Ieſu Chriſti, q̃ maximo poſſum⁹ cordis affectu in dn̄o hortamur, ac pro paſtoralis officij, qua fungimur, authoritate monem⁹, vt depoſitis priuatis ſimultatibus, apertisq; inimicitijs, ad pacis ſtudia amplectenda, & ad expeditionẽ p̃dictã decernendam ſe conuertant. Propterea q; omnibus & ſingulis p̃latis, principibus & perſonis, tam ſecularibus q̃ eccleſiaſticis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, dignitatis & præeminentiæ, aut cõditionis exiſtãt, ſub interminatiõe Diuini iudicij diſtrictiùs inhibemus, ne dictæ paci p̃ nos aut noſtros, ſeu ſedis Apoſtolicæ Legatos vel nuncios, & epiſcopali dignitate p̃ditos (vt p̃fertur) pro Chriſtianę Reipub. defenſione, & fidelium ſalute tractanda, aliquod impedimentum directè vel indirectè, palàm aut occultè interponere quoquo modo p̃ſumãt. Sed qui in pace cõficienda priuatum aut publicum ſuorũ principum, ſuarúmve ciuitatũ, aut rerumpublicarum, quorum quarúmve ad eos ratione officij, vel publici alicuius muneris cura ſpectabit, intereſſe p̃tendant, illud quoad modeſtiùs trãquilliúsve poterunt, proſequẽtes, pacis nihilominùs partes & ſtudia, quãtum in dn̄o poterunt, amplectantur. Quinetiam ad dictam pacem, & expeditionẽ cõtra dictos Chriſtianæ fidei hoſtes procurandã, & ab ipſo Deo impetrandam, volentes ſpiritualibus donis Chriſtifideles animare, omnibus verè confeſſis & cõtritis, qui pro ipſa obtinenda pace ac decernenda expeditione, in Miſſis, Prædicatiõibus, & alijs Diuinis officijs, aut in Collegialibus, conuentualibus, aliíſve publicis aut cõmunibus orationibus deuotè ad Deum preces effundant, aut apud principes, cõſilarios, officiaros, rectores, vel alias p̃ſonas ſupradictas, quę ad pacẽ faciendam vel tractandã, & expeditionem in hoſtes inuictæ Crucis (vt p̃mittitur) decernendã, aliquã authoritatẽ habere videbũtur, diligentem ac ſolertẽ operam adhibebũt, quotiès id fecerint. Qui verò priuatim ac particulariter pro p̃miſſis à Deo cõſequendis, deuotas effuderint preces, ſeptiès in die, ſi totiès id fecerint, aut ſi minùs, quotiès id fecerint, donec pax vniuerſalis, q̃ per nos aſſiduè tractatur, inter principes & populos in p̃ſentiarũ armis diſſidentes, confecta ſit, & expeditio cõtra infideles noſtris auſpicijs decreta, de omnipotentis Dei miſericordia, ac de beatorũ eius Apoſtolorũ Petri & Pauli authoritate confiſi, cẽtum dies de iniunctis eis pœnitentijs relaxamus. Mandantes propterea venerabilibus fratribus Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis & epiſcopis, ad quos p̃ſentes ſeu earũ exempla ſub ſigillis authẽticis, vel in vrbe, aut alibì fideliter impreſſa peruenerint, quatenùs illas per ſuas ꝓuincias & diœceſes, quãto citiùs poterunt, faciant publicari, ac debitę executioni demãdari. Cæterùm, quod propoſuimus, & toto corde cõcupiuimus, reformationẽ interim eccleſiaſticam, tam Curiæ noſtræ, q̃ etiã venerabilium fratrũ noſtrorum S.R.E. Card. & aliorũ in vrbe commorantiũ, & alia cõplura neceſſaria, ſacro approbante concilio decreuimus, q̃ alijs noſtris literis in hac eadẽ ſeſſione publicandis continebuntur. Et licèt idem Iulius p̃deceſſor noſter ad huiuſmodi concilium oẽs, qui adeſſe cõſueuẽre, conuocauerit, & vt tutè ac ſecurè venire & accedere poſſent, eis amplum ſaluum cõductum dederit: quia tñ hactenùs ob prædicta forſitan impedimenta cõplures Prælati, qui venire deberent, adhuc nõ venerunt, cupientes nos ad grauiora in futura ꝓxima ſeſſione procedere, denuò ipſos ac reges, Duces, Marchiones, Comites, & alios ad Concilia generalia venire aut mittere aſſuetos, qui hactenùs oratores vel mãdata legitima non dederint, in dn̄o hortamur, ac p̃ eiusdẽ miſericordię viſcera rogamus & monemus, vt quamprimùm poterunt, vel ipſi p̃ſonaliter accedere, vel ſpeciales & idoneos nuncios cũ legitimis mandatis ad hoc ſacrũ, & Chriſtianę Reipub. perutile futurum Lateraneñ Cõcilium mittere velint. Venerabilibus aũt fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, p̃latis, præſertim ſub vinculo iuriſiurandi, ad viſitandũ certis, ſtatutisq; temporibus limina Apoſtolorum Petri & Pauli, & ad generalia Concilia indicta perſonaliter accedẽdum, etiã tẽpore ſuæ promotionis adſtrictis, quorum non cõparentium cõtumacia in diuerſis ſeſſionibus per promotorem dicti concilij ſępiùs accuſata extitit, & contra eoſdem petitum ꝓcedi, & de incurſu cenſurarum & pœnarũ proteſtatũ ſolenniter reperitur, non obſtãtibus quibuſcunq; priuilegijs, cõceſſionibus & indultis, eorumq; eccleſijs, monaſterijs & beneficijs, per dictos p̃deceſſores noſtros aut nos cõceſſis, confirmatis & innouatis: quę habentes pro expreſſis, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis caſſamus, irritamus & annullamus, in virtute ſanctæ obedientiæ iniungimus, ac ſub excõmunicationis & periurij, alijsq; de iure vel conſuetudine, & p̃ſertim in literis indictiõis & publicationis dicti Concilij Lateraneñ, per ipſum Iulium p̃deceſſorem noſtrũ indictis, aut alijs non accedentibus ad Concilium ritè indictum pœnis, diſtrictiùs mandamus, vt ad dictum Cõcilium Lateraneñ accedere perſonaliter, & vſquequò concluſum, & authoritate noſtra abſolutũ fuerit, in vrbe morari debeant, niſi aliqua legitima cauſa impediti fuerint. Et ſi (vt p̃fertur) modò fuerint impediti, procuratores ſuos ſpeciales cum pleno mandato, ad ea q̃ tractanda, agenda & deliberanda erunt, idoneos mittant. Et vt oĩs prorſus excuſatio tollatur,

néve cuiquã venire debenti ꝑtextus aliquis cuiuſcũq; impedimenti relinquatur, ꝓter publicã fidem, quã in indictiõe huius ſacri cõcilij, oĩibus ad id venientibus liquet eſſe cõceſſam, hoc eodẽ approbãte Concilio, oĩibus & ſingulis in cõgregationibus Cõciliorũ generaliũ adeſſe ſolitis, & ad ipſum Lateraneñ cõcilium venientibus, eorumq; domeſticis familiaribus, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis & cõditionis, vel nobilitatis exiſtãt, eccleſiaſticis & ſecularibus ꝓ ſe & bonis ſuis quibuſcunq; ꝓ ciuitates, terras & loca, tã maritima, q̃ terreſtria, dictę Rom. Eccleſię ſubiecta, ad cõcilium Lateraneñ ad vrbem veniendi, & in ea liberè cõmorandi, & ꝓ animi ſentẽtia cõſulendi, & ab ea (quotiẽs videbit) recedẽdi, & poſt quatuor mẽſes à dicti concilij cõcluſione & diſſolutione liberum, tutum & ſecurum ſaluum conductum, ac plenã & oĩmodam ſecuritatẽ authoritate Apoſtolica tenore ꝑſentium, de cõſilio & poteſtate ꝑdicti, damus & cõcedimus & impartimur, aliosq; ſaluos cõductus & ſecuritates habere cupiẽtibus, dare liberè pollicemur. quos oẽs & ſingulos, benignè & charitatiuè tractabimus & ſuſcipiemus. Mãdantes oĩbus & ſingulis principib⁹ ſecularibus, quantũcunq; grandi dignitate, etiã Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, aut alia quacunq; fulgentib⁹, & ciuitatũ rectorib⁹, ac ciuibus eorũ Rempublicã gubernãtibus & regentibus, vt ꝑlatis, & alijs ad dictũ Cõcilium Lateraneñ venientibus, ſub Diuinæ maieſtatis & indignationis noſtræ incurſu, & pœnis cõtra impedientes cõciliorum celebrationẽ, & ꝑſertim dicti Lateraneñ concilij, in iure, ſiue literis ꝑfatæ indictiõis per ꝑdeceſſorem noſtrum cõtentis & appoſitis, liberam licentiã & facultatẽ, ſaluumq; conductum veniendi & redeũdi, & per eorum dñia, terras & loca, per q̃ ipſos tranſitum facere oporteat, cum eorũ rebus & bonis ac equis, liberũ tranſitum & innoxium cõcedant, oĩbus prorſus exceptiõibus ſiue excuſationibus ſemotis ac ceſſantibus. Mandamus inſuper & iniungimus, ſub indignatiõis noſtrę & alijs arbitrio noſtro infligendis pœnis omnibus & ſingulis gentibus noſtris armigeris, tam pedeſtribus, q̃ equeſtribus, eorumq; Ducibus & ductorib⁹, ac etiã arciũ noſtrarum caſtellanis, ciuitatumq; & locorũ dictæ Rom. Eccleſiæ ſubiectorũ legatis, gubernatoribus, rectoribus, locumtenentibus, poteſtatibus, officialibus & vaſallis, vt quibuſuis cõſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, legibus Imperialibus, ſtatutisq; & cõſuetudinib⁹ municipalibus, etiã iuramento & cõfirmatione Apoſtolica aut quauis alia firmitate roboratis nõ obſtantibus, q̃ ſaluo conductui & ſecuritati ꝑmiſſis in aliquo derogare, ſeu illa quoquo modo impedire poſſent, etiã ſi talia forent, de quibus ſpecialis & ſpecifica, expreſſa & indiuidua, non aũt per generales clauſulas id importãtes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illorũ omniũ tenores ꝑſentibus, acſi de verbo ad verbũ inſererentur, ꝓ expreſſis habentes, & alijs quibuſcunq;, cuiuſcũq; gradus, ſtatus, cõditionis, & præeminentiæ fuerint, vt ipſos veniẽtes ad Cõcilium Lateraneñ, liberè, tutè & ſecurè trãſire, morari, & recedere ꝑmittant, & permitti faciãt, ne tam ſanctũ, laudabile ac pneceſſarium cõcilium, quauis cauſa vel ꝑtextu diſtrahatur, & vt ad illud venientes, tutè ac in pacis trãquillitate, libertateq; viuere, dicere & expedire valeant, q̃ honorẽ Dei omnipotentis, ſtatumq; totius Eccleſiæ cõcernãt. Nulli ergo oĩnò hoĩm liceat hãc paginã noſtræ iniunctionis, inhibitionis, relaxatiõis, exhortatiõis, rogationis, monitionis, caſſationis, irritatiõis, annullationis, donatiõis, cõceſſionis, obligationis & mandati infringere, vel eiauſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare ꝑſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ in publica ſeſſione in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnatiõis dñicæ 1514. 3. Nonas Maij, Põtificatus noſtri anno 2. ¶ Qua perlecta, petijt à Cõcilio, an placerẽt paternitatibus ſuis cõtenta in ſchedula. Et oĩes, nemine penitùs diſcrepãte, ac quilibet eorum reſpõdit placere cõtenta in ſchedula. Deinde reuerẽd. pater dñs Vincẽtius Archiep̃s Neapolitanus aſſcendit amboné, & legit quandã aliã ſchedulam tenoris infraſcripti.

BVLLA REFORMATIONIS CVRIAE.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriã ſacroſancto approbante concilio. Supernæ diſpoſitionis arbitrio, quo cæleſtia pariter & terrena ineffabili prouidentia diſponuntur, in ſublimi B. Petri ſolio Chriſti vnigeniti filij gerentem vices in terris Roma. Pont. decet in primis, pro cura & ſalute Dominici gregis ſibi diuinitùs cõmiſſi, prouidi exercere paſtoris officium. Quare pro dicti paſtoralis officij ſolicitudine, cùm eccleſiaſticam diſciplinam, ac per oĩes ferè Chriſtifidelium gradus, benè directeq; viuendi regulam, temporum difficultate ac hominum malitia, licentiaq́ue & impunitate in deterius ita labi, diffluere, aberrareq; longiùs à recta via animaduertimus, vt niſi prouida corrigatur emendatiõe in varios errores ſecuritate peccandi quotidiè magis incidere, moxq; obortis publicè ſcandalis, prorumpere ſit verendum. Cupientes igitur, quatenùs nobis ex alto permittitur, ea iam nimiùm inualeſcentia mala corrigere, ac pleraq; in priſtinã ſacrorũ canonũ obſeruantiã reducere, ac in melio⁹ iuxta ſanctorũ patrũ inſtituta, dãte dño reformare,

mare, eaq; oĩa ſacro approbãte Lateranenſi Concilio, à fe. re. Iulio II. prædeceſſore noſtro, inter alia propterea incepto, & per nos cõtinuato ſalubriter moderari: vt ab his ſumamus exordiũ, quę pro nunc magis expedire videnr, & quæ ſæpè per ſingulas ætates neglecta, magnã Chriſtianæ religioni attulere pernicię, & in Eccleſia Dei maxima ſcãdala pepererunt, à ꝓmotionibus ſcilicet ad Eccleſiaſticas dignitates cõſtituimus exordiri. Cùm piæ me. Alexander Papa tertius prędeceſſor noſter etiã in Lateraneñ concilio decreuerit, vt ętas, morum grauitas, ac literarũ ſcientia in perſonis promouendis in Epiſcopos & Abbates, diligenter inquirant, nihilq; magis Dei Eccleſię officiat, quàm cũ immeriti aſſumuntur prælati ad regimẽ Eccleſiarũ, propterea in ꝓmotionib⁹ ꝓlatorũ, quarũ à Ro. põtificibus magna ratio haberi debet, eo præſertim, ꝙ de promptis per eos ad Eccleſias ſeu monaſteria, in extremo iudicio rationẽ deo reddituri ſunt, ſtatuimus & ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris tẽporibus, patriarchalibus, Metropolitañ ac cathedralib⁹ Eccleſijs, & monaſterijs ꝓ tempore vacãtibus, de perſonis (iuxta ꝑfati Alexandri cõſtitutionẽ) ætate matura, grauitate morum, literarũq; ſcientia ꝑditis, nõ ad alicuius inſtantiã, per cõmendã, & adminiſtrationẽ ſeu cõſeruationẽ, aut alio quouis modo prouideatur, niſi ratione vtilitatis Eccleſiarum, prudentiæ, nobilitatis, ꝓbitatis, experiẽtię, atq; curialitatis antiquæ cùm cõpetenti literatura, & in * ſede Apoſtolica merito, aliter viſum fuerit faciendũ. Idemq; in electis & poſtulatis, quorũ electiones & poſtulationes per ſedẽ Apoſtolicã admitti cõſueuerũt, volumus obſeruari. Et ſi de minoribus ætate 30. annorũ, Eccleſijs aut monaſterijs huiuſmodi cõtigerit prouideri, non diſpenſet cum eiſdem, vt Eccleſijs citra 27. ætatis annũ, monaſterijs verò citra 22. ꝑſſe valeant. Quinimmò vt accuratiùs, diligentiusq; idoneæ perſonę promoueant, ſtatuimus, vt cardinalis, cui electionis, poſtulationis, aut prouiſionis Eccleſiæ ſeu monaſterij relatio cõmittet, anteq̃ in ſacro conſiſtorio (vt moris eſt) referat cõmiſſionẽ examinis ac relatiõis huiuſmodi ſibi datã, vni cuiuſlibet ordinis antiquiori cardinali in ipſo cõſiſtorio per ſeipſum, vel ſi ea die, qua ſibi cõmiſſionis onus iniunctũ fuerit, cõſiſtorium non fuerit, per ſecretarium ſuum, aut alium quẽlibet ex ſuis domeſticis familiarib⁹ notam illã facere debeat, qui tres priores alijs q̃ primùm ſui ordinis card. eã ſignificare teneant, negociũq; electionis, adminiſtrationis, poſtulationiſve aut ꝓmotionis ſummariè & de plano per ſeipſum dict⁹ relator examinet, & ſi qui cõtradixerint, his vocatis, idoneos, graues & fidedignos teſtes, & ſi expediens opũſve fuerit alios ex officio aſſumere, ꝓceſſuſq; & iura eiuſmodi relationis,

for. * ſedẽ Apoſtolicam

vnà cũ dictis teſtiũ die faciendæ relationis ſecũ ad cõſiſtoriũ deferre debeat, neq; vllo modo referat, ſi ꝑſens in curia ꝓmouẽdus, maiorẽ card. partẽ anteà nõ adiuerit, vt quę à referente collega ſint Card. audituri, oculata fide, quantũ ad perſonã ꝓmouendi attinet, cognoſcere poſſint. Promotus verò, eoſdẽ Cardinales, qui ꝑſentes in curia fuerint, ex antiquo more cõſuetudineq; laudabili q̃primũ viſitare teneat. Quẽ quidẽ morem, laudabilẽq; cõſuetudinẽ innouamus, ac inuiolabiliter obſeruari mandamus. Et quoniã epiſcopalẽ dignitatẽ tueri illęſam, & ne improborũ impugnationib⁹, aut accuſantium calũnijs paſſim pateat, muniri par eſt: ſtatuimus, vt nullus Eps aut Abbas, quouis inſtante ac requirẽte, (niſi ſibi copia & facultas legitimę defenſionis permittat) etiam ſi crimina fuerint notoria, diligẽterq; partib⁹ auditis, cauſa plenariè ꝓbata fuerit, dignitate priuari valeat. Néve aliquis ꝑlatus inuitus, niſi alijs iuſtis efficacibusq; rationib⁹ & cauſis, tranferat iuxta formã ac decretũ cõcilij Cõſtantien. Et qm̃ ex cõmendis monaſteriorũ (vt magiſtra rerũ experientia ſępiùs docuit) monaſteria ipſa, tã in ſpiritualib⁹ q̃ in tẽporalibus grauiter lędunt, quippe quorum ædificia, partim cõmendatariorũ negligẽtia, partim auaritia vel incuria collabunt, & indiès Diuinus cultus in his magis diminuitur, paſſimq; obloquendi materia perſonis ꝑſertim ſecularib⁹ prębetur, nõ abſq; dignitatis Apoſtolicę ſedis diminutione, à qua cõmendæ huiuſmodi profiſciſcunt: vt eorũ indemnitati ſalubriùs conſulat, volumus ac ſancimus, vt cùm illa per obitũ Abbatũ, qui illis præerãt vacauerint, nullo pacto cuiquã poſſint commendari, niſi pro cõſeruatione authoritatis Apoſtolicę ſedis, & ad occurrẽdum malitijs illã impugnantium, pro tẽporum qualitate aliter nobis de fratrũ noſtrorum conſilio viſum fuerit expedire. Sed de perſona idonea iuxta ꝑſcriptã cõſtitutionẽ eis ita ꝓuideat, vt illis idonei Abbates (ꝓut decet) ꝑfuturi ſint. Ea verò monaſteria, quæ cõmendata fuerint, cũ per eorũ ceſſum vel deceſſum, quibus erant cõmendata, cõmendæ huiuſmodi ceſſauerint, cardinalibus dũtaxat ac perſonis qualificatis & benemeritis cõmendari poſſint: ita tamẽ, ꝙ eorũ monaſteriorum cõmendatarij, quibus ea decæterò cõmendata fuerint, cuiuſuis dignitatis, honoris & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore & dignitate funganr, ſi menſam habuerint ſeparatã, ac ſeorſum à menſa cõuentuali, quartã ſuę menſę partem pro inſtauratione fabricæ, ſeu pro ornamentis, veſtib⁹ ac paramẽtis emẽdis, farciendisq; aut pauperũ alimonia, aut ſuſtentatione, vt maior exiget ac ſuadebit neceſſitas, ſi verò menſa fuerit communis, tertiam omnium fructuum dicti monaſterij ſibi commendati partem pro ſupradictis oneribus ſup-

portandis & sustentatione monachorum, omnibus alijs deductis oneribus, impartiri teneantur. Ac literæ, quæ super monasteriorum huiusmodi cómendis expedientur, cũ clausula hoc ipsum specificè exprimẽte debeant expediri. Alioqui si aliter expediantur, nullius sint roboris vel momenti. Et quoniam Ecclesijs huiusmodi absq; aliqua fructuũ diminutione ꝓuideri decet, vt tam dignitati ꝓsidentium, q̃ Ecclesiarũ & ædificiorũ necessitati cõsulatur, decernimus pariter ac statuimus, vt super earũdẽ Ecclesiarum fructibus pensiones minimè reseruentur, nisi ex resignationis causa, aut etiã alia quę in secreto nostro consistorio iusta, probabilis & honesta habita fuerit.

Statuimus quoq;, vt decæterò parochiales Ecclesię ac dignitates maiores & principales, aliaq; beneficia Ecclesiastica, quorum fructus, redditus & prouentus, ducẽtorum ducatorũ auri de camera, secundũ cõmunẽ extimationẽ, valorẽ annuũ non constituunt vel attingunt, necnõ hospitalia, leprosariæ, xenodochia cuiuscũq; valoris, quæ ad pauperũ vsum & alimoniã instituta sunt, S.R.E. Card. non cõmendentur, aut alio quouis titulo cõferãtur, nisi per obitum familiariũ suorum vacauerint, quæ illis commendari possint, vt illa ad illarũ personarũ sibi gratarum & idonearũ cõmodũ, infra sex menses dimittere teneantur, quibus etiã quo ad bñficia, ad quæ haberent regressum, prę iudicare non intendimus. Ordinamus etiã, ne Ecclesiarũ, ac quorũcunq; monasteriorũ mẽbra, à suo capite (quod est absurdũ) absq; legitima & rationabili causa disiũgant aut separent. Vniones perpetuę præterq̃ in casib⁹ à iure permissis, vel sine rationabili causa, nequaquã fiant. Dispẽsationes aũt ad plura incõpassibilia vltra duo, nisi qualificatis iuxta formã iuris cõmunis, non cõcedantur, nisi ex magna & vrgenti causa. Ex personis cuiuscũq; dignitatis, parochiales Ecclesias & earum perpetuas vicarias, ac dignitates maiores & principales, etiã per viã vnionis vel cõmendæ ad vitam, vltra quatuor obtinentibus, exnunc terminũ duorũ annorũ ꝓfigimus, vt interim quatuor tãtùm ex eis retentis, reliquas dimittere teneãtur, & bñficia dimittenda huiusmodi resignari valeãt in manib⁹ ordinariorũ, ad effectũ, vt de illis ꝓuideatur personis per eos nominandis, quacunq; reseruatione etiam generali, etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante non obstante: quo elapso termino, nisi dimiserint, omnia vacare censeantur, ac possint liberè vt vacantia impetrari: talesq; prætereà retinentes, pœnas extrauagantis execrabilis recolendę memorię Ioannis Papæ 22. etiam prædecessoris nostri incurrant. Item statuimus, vt speciales reseruationes quorumcũq; beneficiorum, ad cuiusuis instantiam minimè concedantur.

DE CARDINALIBVS.

Et cùm S.R.E. Card. cæteros oẽs in ipsa Ecclesia post summũ Pont. honore ac dignitate ꝓcedant, conueniens ac debitũ est, vt vitæ munditia ac virtutum splendore cũctis ꝓfulgeant. Quapropter non modò hortamur eos ac monemus, verumetiã statuimus & ordinam⁹, vt decæterò quilibet cardinalium pro tẽpore existens, iuxta doctrinam Apostoli, ita sobriè, castè ac piè viuat, vt non solùm à malo, sed ab omni etiã specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Deũq; in primis operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac Diuinis officijs, Missarumq; celebrationibus intenti, habeantq; capellas suas in loco honesto, prout facere cõsueuerunt. Sitq; eorum domus, familia, mensa, supellexq̃;, non fastu aut põpa, neq; superfluis rebus, neq; aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi, excedendiq̃; modũ licentia indè nascat, sed vt æquũ est, modestię & frugalitatis speculũ dici mereant. Illis itaq; sint cõtenti, quæ sacerdotalẽ præ se ferãt modestiam, ac ꝓlatos & quoscunq; alios insignes viros ad Ro. curiã venientes, benignè honorificeq̃;, tam publicè q̃ priuatim, tractẽt, & apud nos & successores nostros, gratiosè liberaliterq̃; eorum negocia commendata suscipiant. 2.Tim.4.a 1.Tim.3.d 1.Thes.5.d

Prætereà ministeriũ indecorũ Episcoporum, prælatorumq̃; in domib⁹ nõ habeant, ne cæteris ꝓesse instituti, & sacro charactere insigniti, in vilia descendant ministeria, passimq̃; pastoralis officij cõtemptum inducãt. Eos itaq; quos vel nũc habent, vel in posterum sunt habituri, honorificè vt fratres ac iuxta eorum status condecentiam tractent.

Cumq̃; Ro. pont. cõmuni omnium Christifideliũ patri assistant, personarũ acceptatores vel aduocatos eos fieri, valdè incõueniens est. Propterea statuimus, ne partialitatem suscipiãt aliquã, neq; principũ aut communitatũ, vel quorumcũq; aliorum contra quenquã (nisi quantũ iustitia & æquitas postulat, eorumq̃; dignitas & cõditio requirit) ꝓmotores aut defensores fiant, sed à priuata omni passione seiuncti, sedandis & cõponendis inter quoscũq; litibus omni diligentia vacent incumbantq̃;: principum & quorumcunq; aliorũ, ac ꝓsertim pauperum & religiosorum, iusta negocia pio promoueãt affectu, oppressos & iniustè grauatos, iuxta vires suas & officij debitum, adiuuent.

Tituli sui loca, si præsentes in curia fuerint, personaliter: si verò absentes, per vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent: clericos & populos Ecclesiarum titulo suo subiectarum, cum diligẽtia inquirant, vigilentq̃ circa cultum diuinum, & bona dictarum Ecclesiarum, moresq̃ in primis & vitam clericorum & parochianorum solerter explorent, eosq̃; omnes & singulos, ad rectè honesteq̃; viuendum paterno moneant affectu.

Pro

¶Pro augmento autem diuini cultus & salute animæ suæ, quilibet cardinalis vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo, quãtum sit satis ad presbyterum vnum commodè ibi sustentãdum: vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subuentione, tantum illi relinquat vel donet, quantum conscientiæ suæ videbitur.

Et cùm minimè deceat, affines & cõsanguineos, præsertim benemeritos & ope indigentes, negligere, sed illis prouidere iustũ & laũdabile sit, nõ propterea tamen vel beneficiorum multitudine, vel Ecclesiasticis redditibus ita eos impleri conuenire arbitramur, vt cæteri damnũ ex huiusmodi largitionis intẽperantia patiantur, & indè scandalum nascatur. Statuimus itaq;, vt Ecclesiarum bona temerè non effundant, sed ea in pijs & sanctis operibus exponant, quorum causa, magni & opimi redditus per sanctos patres statuti & ordinati fuerunt.

Volumus etiã, vt Ecclesijs eisdẽ cardinalibus cõmendatis, etiã si cathedrales, abbatialésve aut prioratus, vel quæcunq; alia beneficia Ecclesiastica fuerint, absq; omi prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo ꝓuideant debitè inseruiri cathedralib⁹, dignos & idoneos vicarios seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cũ digna & cõpetenti mercede apponẽtes, reliquis aũt sibi cõmendatis Ecclesijs aut monasterijs de iusto clericorum vel capellanorũ, seu religiosorum aut monachorum, Deo sufficienter & laudabiliter seruientium numero prouidentes: ædificia quoq;, possessiones, & iura quęcunq; in statu conuenienti cõseruent, & diruta instaurẽt, sicut ad bonorũ prælatorũ & commendatariorum officium spectat.

Statuimus etiam, vt dicti cardinales circa numerum familiarium, equorumq̃; suis impensis alendorũ, magna vtantur circunspectione ac diligenti prouidẽtia, ne maiorem numerũ, q̃ sua facultas, cõditióve ac dignitas patiatur, habentes, luxus ac ꝓdigalitatis vitio notari possint: néve rursus auari, sordidiq̃; habeãtur, si in magnis & amplis redditibus, pauciſſimis victũ ꝓbeant, cùm domus cardinaliũ patens hospitiũ, portusq̃; ac refugium proborũ & doctorũ maximè virorum & pauperum nobilium, honestarũq̃; personarum esse debeat. Sint igitur circa modum & numerũ tenendi prudẽtes, ac de familiarium qualitate in primis curiosi, ne ex alienis vitijs turpem sibi cõtrahant infamię notam, vulgoq̃; obloquendi, calumniandiq̃ue iustas præbeant occasiones.

2.Cor.8.d Et cùm maximè prouidendum sit, vt non solùm coram Deo, cui primùm placere debemus, sed etiam corã hominib⁹ opera nostra probentur, vt cæteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus vt quilibet cardinalis se domus ac familię suæ optimum rectorem, præfectumq̃; ostendat esse, tam circa ea, quæ extrinseca omnibus apparent, quàm quæ intùs latent abscondita. Habeat itaq; eorum quisq; sacerdotes & Leuitas honestis vestimentis indutos: attenteq̃; ꝓuideat, ne quis in familia sua quoquo modo beneficiatus, & in sacris ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eo habitu vtatur, qui ordini Ecclesiastico parũ conueniat. Quare in presbyteratus ordine cõstituti, vestes colorum, quæ clericis à iure non prohibeantur, deferre debeant, vsq; ad talos saltem demissas. Et habentes dignitates in cathedralib⁹, & canonici etiam dictarum cathedralium, ac primã dignitatem in collegiatis habentes, & cardinalium capellani Missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur, scutiferis verò paulò supra talos concedantur.

Parafrenarij, quia in assiduo sunt motu, ministerioq̃; fungunt laboriosiore, breuioribus ac magis expeditis vestib⁹ vti possint, etiãsi fuerit clerici, dũmodò in presbyterat⁹ ordine nõ sint constituti: ita tñ, vt ab honestate nõ discedãt, sed ita viuãt, vt mores Ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent.

Reliqui verò clerici tẽperatè ac modestè oĩa faciãt, & tam ipsi clerici beneficiati, q̃ in sacris ordinibus cõstituti, comam neq; barbam nõ nutriant, neq; mulas aut equos cum phaleris, ornamentisq̃; ex velluto aut serico factis habeãt, sed eiusmodi rebus ex panno tantùm aut corio simpliciter vtantur.

Si quis aũt familiarium prędictorũ cõtrafecerit, aut post tres mẽses legitima monitione ꝓcedente à ꝓsentium publicatione, huiusmodi vestes ꝓhibitas gestauerit, in excõmunicationẽ incurrat. Si verò infra tres alios mẽses nõ se correxerit, à perceptione fructuũ ex bñficijs, q̃ obtinet, suspensus intelligat. Quòd si per alios sex mẽses in huiusmodi pertinacia obstinat⁹ pmanserit, legitima similiter monitione ꝓcedente, bñficijs oñibus, quæcũq; habet, priuatus sit & esse censeat: eaq̃; sic vacãtia, à sede Apostolica liberè impetrari valeant. Quę oĩa & singula in nostris & cuiuscũq; Ro. põt. pro tẽpore existẽtis familiarib⁹, & similiter in oñib⁹ alijs clericis bñficiatis, vel in sacris ordinibus cõstitutis, ac etiã curialibus, locum habere volumus. Hoc vno tm̃ excepto, ꝙ dicti nostri & Ro. põt. familiares, rubri coloris vestimenta gestare possint, pro decentia & consuetudine dignitatis pontificalis. ¶Et quoniam ad Cardinales maximè spectat operũ optimorum cura, pro viribus laborabunt scire, quæ regiones hæresibus, erroribusq̃; ac superstitionibus cõtra veram & orthodoxam fidem infectæ sint, & vbi diuinorum mãdatorũ Ecclesiastica deficiat disciplina: quiq̃; Reges ac principes seu populi bellis infestentur, vel infestari timeant. Hæc & huiusmodi scire, ac nobis & Romani Pont. pro tempore existenti referre operam dabunt,

vt

vt opportuna & ſalutaria talib⁹ malis ac peſtibus remedia vigilanti ſtudio excogitari valeant. ¶Et cùm frequenti ac propè quotidiana experientia notum ſit, prouincijs ac ciuitatib⁹ propter ſuorũ legatorũ delatere abſentiam multa ſæpiùs cõtingere mala, variaq́; non ſine Apoſtolicæ ſedis præiudicio, ſcãdala oriri, ſtatuimus & ordinamus, vt nullis cardinalib⁹ prouincias ac ciuitates legationis titulo obtinentibus, eas per locũ tenentes aut officiales quoſcũq; adminiſtrare liceat, ſed perſonaliter ipſi ꝓ maiori parte tẽporis adeſſe, atq; eas omni vigilãtia regere & gubernare teneantur. Et qui nũc titulũ legationis obtinẽt, aut pro tẽpore obtinebunt, ſi in Italia, intra tres mẽſes: ſi extra Italiã, quinq; à die præſentis publicationis ad ſuas prouincias ire, ac maioré tẽporis partem ibì reſidere teneantur: niſi de noſtro & ſucceſſorũ noſtrorũ mãdato, pro aliquibus grauioribꝰ negocijs in Ro. curia retineãtur, vel ad alia loca, ꝓut neceſſitas poſtulat, mittantur: & tũc in dictis ꝓuincijs ac ciuitatib⁹ vicelegatos, auditores, & locũ tenentes cæterosq́; cõſuetos officiales, cum debitis ꝓuiſionibus ac ſalarijs habeant. Qui præmiſſa omnia & ſingula nõ ſeruauerit, emolumentis quibuſcunq; legationis careat. Quæ quidem propter hoc antiquitùs ordinata & inſtituta fuerunt, vt oportuna legatorum preſentia populis eſſet ſalutaris, nõ vt ipſi laborum & curarum penitùs expertes, lucro tantùm ſub legationis titulo inhiarent. Et cùm card. officiũ in primis verſetur in frequenti Ro. põt. aſſiſtentia & ſedis Apoſtolicę negocijs, propterea ſtatuimus, vt oẽs card. in Ro. curia reſideãt. Et qui ſunt abſentes, ſi in Italia, intra ſex mẽſes: ſi extra Italiã, infra annũ à die publicationis ꝑſentis cõſtitutionis reuertantur. Alioquin fructus bñficiorum & omnium officiorũ ſuorũ emolumẽta amittant, oñibusq́; priuilegijs generaliter & ſpecialiter cardinalib⁹ cõceſſis, quãdiu abfuerint, oñinò careãt, exceptis tñ illis, quos ratione officij ab Apoſtolica ſede iniuncti, vel de Ro. pont. mandato aut licentia, vel iuſto metu, aut quauis alia legitima cauſa impediente, vel ęgrotationis abeſſe cõtingat: priuilegijs, indultis, & immunitatibus, eiſdẽ cardinalibus cõceſſis, & in bulla noſtra ſub data coronationis noſtrę cõtentis & expreſſis, in ſuo robore nihilominùs permanentibus.

Statuimus inſupèr, vt expenſæ funebres cardinalium, cõputatis omnibus, M. D. floreñ. ſummam excedere non debeant, niſi executorũ prouidentia, iuſtis allegatis cauſis ac rationibus, plùs exponendum eſſe duxerit. Exequiæ & caſtrum doloris, prima & nona die fiant: infra octauam verò, Miſſę de more celebrentur.

Pro reuerentia aũt ſedis Apoſtolicæ, vtilitateq́; & honore cõmuni põtificis & ipſorum cardinalium, vt ſcandalorũ, quæ naſci poſſent, occaſio tollatur, maiorq́ue in ſacro ſenatu libertas votorum fiat, liceatq́;, vt pareſt, cardinali cuiq; ſecundũ Deũ & cõſcientiam ſuã, liberè & impunè quodcũq; ſentiat, dicere: ſtatuimus, ne quis cardinalium vota in cõſiſtorio data, & quæcunq; ibì geſta aut dicta, quę in odium, aut præiudiciũ, aut ſcãdalũ alicuius redundare poſſint, ſcripto aut verbo, vel quouis alio modo reuelet ſub pœna periurij & inobediẽtię: & quotieſcũq; à nobis & Ro. pont. pro tẽpore exiſteñ, ſpecialiter & expreſsè vltra præmiſſa indictum fuerit ſuper aliqua re ſilentium, ſi quis contrafecerit, vltra dictas pœnas excõmunicationem latæ ſententiæ incurrat: à qua non poſſit abſolui, niſi à nobis vel præfato pont. Ro. & cum expreſſione cauſæ, præterquàm in mortis articulo.

REFORMATIONES CVRIAE ET ALIORVM.

Et cùm omnis ætas ab adoleſcẽtia prona ſit ad malum, & à teneris aſſuefieri ad bonũ, magni ſit operis & effectus, ſtatuimus & ordinamus, vt magiſtri ſcholariũ & ꝓceptores, pueros ſuos ſiue adoleſcẽtes nedum in grãmatica & rhetorica, ac cæteris huiuſmodi *audire & inſtruere debeant, verùm etiam docere teneãtur ea, q̃ ad religionẽ pertinẽt, vt ſunt præcepta diuina, articuli fidei, ſacri hymni & pſalmi, ac ſanctorũ vitæ: diebusq́; feſtiuis nihil aliud eos docere poſſint, q̃ in rebꝰ ad religionẽ & bonos mores pertinentibus, eosq́; in illis inſtruere, hortari & cogere, inquantum poſſint, teneantur, vt nedum ad Miſſas, ſed etiam ad veſperas diuinaq́; officia audienda, ad Eccleſias accedãt, & ſimiliter ad prædicationes & ſermões audiendos impellant, nihilq́ue contra bonos mores aut quod ad impietatem inducat, eis legere poſſint. Gen. 6. a

for. * erudire

Ad abolendam verò execrabilẽ blaſphemiam, quę in maximũ diuini nominis, & ſanctorum contemptũ ſupra modum inualuit, ſtatuimus & ordinamus, vt quicunq; DEO palàm ſeu publicè maledixerit, cõtumelioſiſq́; atq; obſcœnis verbis Dominum noſtrũ IESVM Chriſtum vel glorioſam virginem Mariam eius genitricẽ expreſsè blaſphemauerit, ſi munus publicum, iuriſdictionẽm ve geſſerit, perdat emolumenta triũ mẽſium ꝓ prima & ſecũda vice dicti officij: ſi tertiò deliquerit, illo eoipſo priuatus exiſtat. Si clericꝰ vel ſacerdos fuerit, eo ipſo q̃ de delicto huiuſmodi fuerit conuictꝰ, etiã beneficiorũ q̃cũq; habuerit, fructibꝰ applicãdis, vt infra vnius * anni mulctẽ: & hoc ſit ꝓ prima vice, qua blaſphemꝰ ita deliquerit: ꝓ ſecũda verò ſi ita deliquerit, & cõuictus (vt pferẽ) fuerit, ſi vnicũ habuerit beneficiũ, eo priuẽ: ſi aũt plura, quod ordinariꝰ maluerit, id amittere cogatur. Quòd ſi tertiò eius ſceleris arguaẽ & cõuincatur, dignitatibꝰ ac bñficijs oĩbus quæcunq; habuerit, eoipſo priuatus exiſtat, ad

for. * anni ſpatium

ad eaq́; vlteriùs retinenda inhabilis reddatur, eaq́; liberè impetrari & cõferri poſſint. Laicus verò blaſphemans, ſi nobilis fuerit, pœna 25. ducatorũ mulctetur: & pro ſecũda vice, L. fabricę Baſilicę principis Apoſtolorũ de vrbe applicãdis: & alijs, vt infrà deducit: pro tertia verò, nobilitatem perdat. Si verò ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerẽ detrudatur. Quòd ſi vltra duas vices publicè blaſphemãs deprẽhẽſus fuerit, mitra infami per integrã diem ante fores Eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogaẽ. Si verò pluriès in hoc ipſum peccatũ lapſus fuerit, ad ꝑpetuos carceres vel ad triremes dãnetur ad iudicis deputati arbitrium. In foro aũt cõſcientiæ nemo blaſphemię reus, abſq; grauiſſima pœnitentia, ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta, poſſit abſolui. Qui verò reliquos ſanctos blaſphemauerit, arbitrio iudicis rationẽ pſonarũ habituri, mitiùs aliquãto puniri volumus. Statuimus etiã, vt ſeculares iudices, q̃ cõtra tales blaſphemię cõuictos nõ animaduerterint, eosq́; iuſtis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidẽ ſceleri obnoxij, eiſdẽ quoq; pœnis ſubijcianẽ. Qui verò in illis inquirẽdis puniẽdisq́; diligẽtes & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decẽ annorũ indulgentiã cõſequanẽ, & tertiã partẽ mulctę pecuniarię habeant. Quicunq; verò blaſphemantẽ audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculũ ſuum id fieri poſſe cõtinget, eũdemq́; deferre, vel notificare apud iudicẽ Eccleſiaſticũ, ſeu ſeculare intra triduũ debeant. Quòd ſi plures dictũ blaſphemantẽ ſimul audiuerint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi fortè oẽs cõuenerint, vt vnus pro cũctis tali fungatur officio. Quos oẽs in virtute ſanctæ obediẽtiæ hortamur & monemus in dño, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, in ſuis dominijs ac terris præmiſſa omnia ſeruari & exactiſſimè exequi mandent ac faciant, vberrimã ab ipſo Deo tam boni ac pij operis mercedem habituri, ſimilemq́; annorũ decem indulgentiam ab Apoſtolica ſede conſecuturi cum tertia parte mulctę, qua dictus blaſphemus plectetur, quotiès tale ſcelus puniendum curauerint. Quam quidem indulgentiam, & reliquã tertiam mulctæ partem accuſatori, blaſphemi nomẽ deferenti, ſimiliter concedi & aſſignari volumus, alijs pœnis cõtra huiuſmodi blaſphemos per ſacros canones expreſſis, nihilominus in ſuo robore manentibus.

Vt clerici præſertim caſtè, continenterq́; iuxta canonum præcepta viuant, ſtatuimus, vt contrafacientes acriter ſecundũ canones puniãtur. Si quis verò tam laicus, quàm clericus, de crimine, ꝓpter quod venit ira Dei in filios diffidentię, conuictus fuerit, pœnis per ſacros canones aut ius ciuile reſpectiuè impoſitis puniatur. Concubinarij autẽ, ſiue laici ſiue clerici fuerint, eorũdem canonum pœnis mulctentur: neq; ſuperiorum tolerãtia, ſeu praua conſuetudo, quę potiùs corruptela dicenda eſt, à multitudine peccãtium, aliáve quælibet excuſatio eis aliquo modo ſuffragetur, ſed iuxta iuris cenſuram ſeuerè puniantur.

Colo. 3.

At bonum verò & quietum regimẽ ciuitatum, ac locorũ omnium Romanæ Eccleſiæ ſubiectorũ conſtitutiones bonæ memoriæ Aegidij Epiſcopi Sabinenſis olim editas innouamus, easq́; inuiolabiliter ſeruari præcipimus & mandamus.

Et vt nefariæ Simonię labes ac peſtis non ſolùm à Ro. curia, ſed ex omni etiã Chriſtiana ditione in perpetuũ eijciatur, cõſtitutiones per anteceſſores noſtros etiam in ſacris cõcilijs cõtra huiuſmodi Simoniacos editas innouamus, easq́; inuiolabiliter ſeruari præcipimus, ac pœnas in eis contentas, pro expreſſis & inſertis haberi, & delinquẽtes etiã authoritate noſtra affici volumus.

Statuimus quoq; & ordinamus, vt quilibet habens beneficiũ cum cura vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinũ officium nõ dixerit, legitimo impedimẽto ceſſante, beneficiorũ ſuorũ fructus ſuos non faciat pro rata obmiſſionis recitationis officij & tẽporis, ſed eos tanq̃ iniuſtè perceptos, in fabricas huiuſmodi bñficiorũ vel pauperũ eleemoſynas erogare teneaẽ. Si verò vltra dictũ tẽpus in ſimili negligentia cõtumaciter permãſerit, legitima monitiõe ꝓcedente, beneficio ipſe priueẽ, cùm ꝓpter officiũ detur bñficium. Intelligatur aũt officiũ omittere, quo ad hoc, vt bñficio priuari poſſit, qui per 15. dies illud bis ſaltem nõ dixerit, Deo tamẽ vltra premiſſa de dicta omiſſione redditurus rationẽ. Quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis totiès ſit, quotiès contra facere conuincãtur.

Et cùm fructuum Eccleſiarum cathedralium & metropolitanarum, monaſteriorũq́; & aliorum quorumcunq; beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio & adminiſtratio, ad nos & Rom. pont. pro tempore exiſtentem, & illos etiam, qui eiuſmodi Eccleſias, monaſteria & beneficia iure & canonicè obtinẽt, ſolùm pertineant, ſeculares q̃; principes, omni etiam diuino iure id prohibente, dictis Eccleſijs, monaſterijs, ac beneficijs intromittere ſe nullatenùs debeant: ſtatuimus & ordinamus, vt fructꝰ, redditus & prouentus Eccleſiarum, monaſteriorum ac beneficiorum, per ſeculares vllos principes, etiam ſi Imperator, Reges, Reginæ ve, ſeu reſpublicæ vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, ſeu iudices etiam Eccleſiaſticos, vel quaſcunq; alias perſonas, publicas vel priuatas, de eorundem Imperatoris, Regum, Reginarúmve ac Principum, rerumque publicarum, vel potentatuum mandato, ſequeſtrari occuparive aut modo aliquo detineri, ipſiq́; huiuſmodi

Eccle-

Eccleſias, monaſteria ac beneficia obtinentes, ſub prætextu fabricæ inſtaurationisque ſine Ro.pont. pro tẽpore exiſtentis expreſſa licẽtia, aut eleemoſynarũ, ſeu quouis alio colore aut fuco, impediri non debeant, quo minus de illis vt anteà liberè ac ſine impedimento diſponere valeant. Et ſi ſequeſtrati fuerint, occupatíve aut detẽti, integrè libereque, ac ſine exceptione vel mora, prælatis ad quos de iure legitimeq; ſpectãt, reſtituãtur: de quib⁹ ſi diſſipati nuſquã reperiri poſſint, eorũ iuſta æſtimatione facta, dictis prælatis ſatisfieri volum⁹ per eos, qui dictas ſequeſtratiões, applicationes, diſſipationesq; fecerint, aut fieri mãdauerint, ſub pœna excõmunicationis aut interdicti Eccleſiaſtici, taliũ principum terris & dñio eoipſo incurrendis. Et vt eorũ, ac eiſdẽ ſubiectorũ bona vbicũq; reperta, ſi moniti parére noluerint, capi & retineri poſſint. Ipſi verò cõtrafaciẽtes, tã ſupradictis pœnis, q̃ priuationis feudorũ & priuilegiorũ, quæ à nobis & Romana vel alijs Eccleſijs nunc & pro tẽpore obtinuerint, & alijs cõtra violatores & oppreſſores libertatis Eccleſiaſticæ etiã per extrauagantes & alias cõſtitutiones, etiã incognitas, & forſan in vſu nõ exiſtentes, impoſitis, quarum omniũ tenores pro expreſſis & inſertis habentes innouamus, ac perpetuũ firmitatis robur habere decernim⁹ & declaramus, ac ſecũdum eas per quoſcũq; iudices, etiam ſanctę Ro.Ec.Card. ſublata & adepta eis aliter iudicandi declarandiq; poteſtate, ſententiari, iudicari, & interpretari debere volumus atque mandamus.

Et cùm à iure, tam diuino q̃ humano, laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones fe. re. Bonifacij papæ VIII. etiam p̃deceſſoris noſtri, quę incipit, Felicis. & Clemẽtis V. quę incipit, Si quis ſuadente, necnõ quaſcũq; alias apoſtolicas ſanctiões, in fauorem libertatis ecclеſiaſticę, & contra eius violatores quomodolibèt editas, & pœnis etiam cõtra talia præſumentes, in bulla, quæ legitur in cœna Dñi, contentis, in ſuo robore permanſuris. Et cùm in Lateranẽ pariter ac cõcilijs generalibus ſub excõmunicationis pœna prohibitũ fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, reſpublicæ, & alij potentatus quicunq; regnis, ꝓuincijs, ciuitatib⁹ ac terris quoquo modo p̃ſidẽtes, collectas, decimas & alia huiuſmodi onera, clericis, p̃latis & alijs quibuſcũq; perſonis ecclеſiaſticis imponant, exigãtq;, néve à ſpõtè etiam dantibus & cõſentientib⁹ etiã recipiant: atq; in p̃miſſis auxiliũ, fauorẽ, cõſiliũm ve palàm vel occultè p̃ſtantes, in excõmunicationis latę ſententię pœnã eoipſo incidãt, & ipſę quoq; reipublicę ac cõmunitates & vniuerſitates circa hoc quomodolibèt delinquẽtes, Eccleſiaſtico eo ipſo ſubijciantur interdicto: prælati etiam præmiſſis abſq; Ro.pont. expreſſa licentia, vltrò conſentientes, excõmunicationis & depoſitionis pœnam ipſo facto incurrãt, ſtatuimus & ordinamus, vt decæterò talia præſumentes, etiã ſi (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra ſupradictas pœnas, quas cõtrauẽiendo eo ipſo incurrere volumus, innouamus, quòd ad omnes actus legitimos, inhabiles & inteſtabiles habeantur. Et cùm ſecundũ leges ciuiles, & ſacrorum canonum cenſuras, ſortilegia per inuocationẽ dęmonum, incantationes ac diuinationes, ſuperſtitionesq; ꝓhibitæ ſint: ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, vt clerici, qui in præmiſſis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio ſuperiorũ infamia notentur: ſi verò non deſtiterint, deponantur, atq; in monaſterium ad tẽpus arbitrio ſuperioris perfiniendum detrudãtur, beneficijsque & officijs Eccleſiaſticis priuentur. Laici verò vtriuſq; ſexus, excommunicationis & alijs pœnis iuris, tam ciuilis, quàm canonici, ſubiaceant.

Et omnes ficti Chriſtiani, ac de fide malè ſentientes, cuiuſcunq; generis aut nationis fuerint, necnon hæretici, ſeu aliqua hæreſis labe polluti, vel Iudaizantes, à Chriſtifidelium cœtu penitùs eliminẽtur, & à quocunque loco, & præſertim à Ro.curia expellantur, ac debita animaduerſione puniant̃, ſtatuimus, vt cõtra eos diligenti inquiſitione vbiq; & in dicta curia maximè, procedatur per iudices per nos deputandos, & eius criminis reos, & legitimè cõuictos, debitis pœnis puniri, relapſos verò, abſq; vlla ſpe venię aut remiſſionis affici volumus. Et cũ cõſtitutiones & ordinationes noſtrę huiuſmodi, quas pro nũc ordinamus, vitã, mores, Eccleſiaſticamq; diſciplinam concernant, tam officiales noſtros, q̃ alios, tam in Ro. curia, q̃ extra vbiq; locorũ cõmorantes imitari conuenit, illis ligari, eosq; ad eorũ obſeruationem inuiolabiliter teneri volumus atq; decernimus. Et ne conſtitutiones ipſæ alijs cenſuris ac pœnis in cõtrafacientes per antiqua iura & cõſtitutiones impoſitis, derogare in aliquo videanť, cùm ad augmentum editæ atq; excogitatæ fuerint, etiã declaramus, per earũ diſpoſitiones ordinationesq;, nihil prorſus iuri cõmuni, vel decretis aliorum Ro.põt. vllatenùs derogatũ eſſe. Quinimmò ſi qua in eis ꝓpter peruerſam tẽporũ, aut locorũ vel hominũ corruptelã, vel abuſum, aut quãcunq; aliam cauſam minimè ꝓbandã, vigorẽ ſuũ amiſerint, ea ex nunc innouamus, cõfirmamus, & inuiolabiliter obſeruari mãdam⁹. Quas noſtras cõſultiſſimas cõſtitutiones, poſt duos menſes ab earũ publicatiõe, ligare debere, etiã decernimus & declaramus: diſtrictiùs inhibentes, ne qs eas gloſare, vel ſuper eis cõmentaria, interpretationésve facere, abſq; ſpeciali noſtra vel ſedis Apoſtolicæ licentia, præſumat. Si quis autem auſu temerario contrauenerit, excõmuni-

municationis latæ ſententię pœnam eo ipſo incurrat. Nulli ergo omninò hominũ liceat hãc paginam noſtrorũ ſtatuti, ſanctionis, reformationis, intẽtionis, ordinationis, exhortationis, monitionis, præcepti, voluntatis, innouationis, confirmationis, mandati, decreti, declarationis, & inhibitionis infringere, vel eo auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę in publica ſeſſiõe, in Lateranenſi ſacroſancta Baſilica ſolenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ 1514. tertio Nonas Maij, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Bulla ſeu ſchedula indictiõis decimę ſeſſionis ſacroſancti Laterani cõcilij, lecta per eundem reuerend. patrẽ dñm archiepiſcopum Neapolitanum in nona ſeſſione.

LEo Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futurã rei memoriam, ſacro approbante concilio. Vt hoc ſacrum Lateraneñ concilium, ad finẽ vberrimæ ſperataq̃; vtilitatis perducať, poſſintq; dicti prælati & alij vocati commodè venire, & perſonaliter adeſſe, vt ſperamus: cumque alia plura & grauiora in eo tractanda, diſcutiendaq̃; remaneant, ad omnipotentis Dei laudem & Eccleſiæ ſuæ exaltationem, decimam ſeſſionem continuationis celebrationis ipſius ſacri Lateraneñ concilij, Cal. Decembris, quæ erit ſexta feria poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli, 1514. Põt. noſtri anno ſecundo, ſacro cõcilio approbãte, indicimus.

Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam noſtræ indictionis, deſignationis, voluntatis infringere, vel ei auſu tèmerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datũ Romę in publica ſeſſione, in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1514. tertio Nonas Maij, põt. noſtri anno ſecundo.

Qua perlecta, idem Archiepiſcopus petijt à ſanctiſſimo domino noſtro, & à Reuerend. patribus concilij, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula, ſeu bullis per eum recitatis. Et omnes præter infraſcriptos, qui votârunt prout infrà, reſpõderunt placere.

Particulares qui votârunt, primò reuerẽdus pater dñs Ieremias archiepiſcopus Traneñ, qui dixit, nõ placere ea, quæ deuiant à iure, & etiam, quia prouidetur quo ad multa non neceſſaria, & generalia omittuntur.

*Seboniceñ Reuerendus pater dominus Ioãnes Staphyleus epiſcopus *Sibiniceñ, dixit placere ſibi, quòd in omnibus in ſchedula cõtentis, quo ad omnes cuiuſcunq; ordinis, ſeruetur diſpoſitio iuris communis.

Reuerendus pater dominus Scaramuza epiſcopus Cumañ dixit, placere verba, ceſſante metu cardinalium.

Reuerend. patri dño Gabrieli archiepiſcopo Dyrrhachieñ placent omnia, præter cõſtitutiones Aegidij Card. quas ignorat.

Reuerẽdo patri dño Chriſtophoro Polignianeñ non placet, quo ad reſignationem beneficiorum, ſed quo ad cætera ſic.

Reuerend. patri dño Michaeli Monopolitano placent, pręter quo ad duo incompatibilia, quia vult, quòd ſint qualificati.

Reuerend. patri domino Benedicto epiſcopo Chieñ placent, præterquàm de incõpatibilibus. reſignandum quo ad præterita, & de accuſandis & repræhẽdendis blaſphemijs in criminalibus. Locus obſcurus.

Deindè ſanctiſſimus dñs noſter auditis votis reſpõdit, ꝙ mutabuntur aliqua verba, ſed nõ mutabitur ſententia: & ꝙ contenta in eis, ſuæ ſanctitati aliâs placent. Super quibus omnibus & ſingulis, dominus Marius de Peruſchis procurator concilij, petijt inſtrumentum & inſtrumenta.

Quibus abſolutis, & incepto hymno per ſanctiſſimum dñm noſtrum Leonẽ, Te deũ laudamus, &c. ad referendũ Deo gratias de bonis operibus expletis, prout eſt de more ſacrorum cõciliorum, & capella cantorum reſpondẽte vſq; ad finem hymni, fuit diſſoluta ſeſſio. Et ſanctiſſimus dñs noſter cum reuerend. dominis cardinalibus & prælatis equitando acceſſerunt ad palatium S. Petri in Vaticano, aſſociantes ſanctiſſimũ dominum noſtrum, vt tenentur. Quo ibì dimiſſo, omnes reuerſi ſunt ad ꝓprias domos & habitationes ad Dei laudem.

LEONI DECIMO PONT. Max. Antonius Puccius humilimè pedes oſculatus, ſeſe commendat.

PAulò poſt tuam ad ſummi Apoſtolatus apicem gratiſſimam omnibus aſſumptionẽ, Beatiſſ. pater, ad vrbẽ profectus, quo Septemuiratus munus, à reuerendiſſimo patruo meo gratia & munificentia tua in me tranſlatum exercerem, nihil ſanè magìs optaui, quàm aliquam dari occaſionẽ, qua ſingularẽ meæ erga ſanctitatem tuam ſeruitutis affectum, ſi nõ implere, aliquo ſaltẽ indicio declarare poſſem. Qua de re ſuperioribus menſibus Beatitudine tua velut æſtuantis deſiderij mei præſaga, perdifficile mihi orandi in Lateraneñ concilio munus demandante, licèt impar meis illud humeris viderẽ, more tamẽ amãtium, non quid vires poſſent ingenij, ſed quantum vis auderet amoris, inſpiciens, qcquid benignè per te fuit iniunctum, prompta mentis hilaritate ſuſcepi, ſuſceptumq; hodiè in Auguſtiſſimo Lateranenſi templo coram inclyto ſanctitatis tuæ cõſpectu, benigna grataq; eius attentione ꝓ viribus prę-ſtiti. Et cùm non ab re fore duxerim, vt quã

adſtantib⁹ voce protuleram, eam literis tibi vni, à quo omnium ſalus vnicè pendet, perpetuò dedicarem: Accipe (quæſo) meæ in te obſeruantiæ ac ſeruitutis qualecunq; teſtimonium, eo præcipuè animo, vt ſi quid fortè aures, mentemq; tuam minùs grauiter vel ornatè dictũ offenderit, nó temeritati, quã cum tanto periculo minimè attẽtaſſem, ſed
In ſermone de Aſſumptiõe virginis Mariæ. flagranti potiùs amori aſcribas, qui (Hieronymo teſte) modum non habet, ordinem neſcit, menſuram ignorat. Si qua verò non tam ex intima rhetorices officina, q̃ præcipuis hauſta theologis, legentem te oblectauerint, ea obedientiæ merito tribuas, cùm diuinæ miſericordiæ munere factum ſit, vt quod optaui & volui, aliqua etiam ex parte poſſem. Reliquum ergo mihi eſt, dies noctesq; clementiſſimum deum orare, vt ſi dicendo expreſſerim, quę tu ꝓ pietate in Deũ, pro morum diſciplina, pacisq; cultu in hac ipſa nona ſeſſione ſacroſancto approbante concilio decreuiſti, vbiq; ab omnibus Chriſtifidelibus ſyncerè ac integerrimè obſeruentur. Vale.

ORATIO HABITA PER REuerendum patrem dominum Antonium Puccium, cameræ Apoſtolicæ clericũ, in nona Sacroſancti Lateranẽſi concilij ſeſſione terto Nonas Maij, 1514.

NVllum tempus vnquã fuiſſe memini, Pont. Max. patres ampliſſimi, & clariſſimi prę ſules, quo magis animum meum commotum, affectum, inflãmatumq; ſenſerim, quàm hodiè totum me apud ſanctitatẽ tuam de vniuerſo Eccleſiæ DEI ſtatu verba facturum, commoueri, affici, inflammariq; ſentio. Licèt enim * diuinæ maieſtatis tuæ conſpectus, rutilãti cuius fulgore imbecilles oculi mei caligant, tot ampliſſimorum patrum cõſeſſus, quorum nemini ingenio vel ſapientia plurimarumq; rerum peritia mereor comparari, ipſius deniq; pertractãdæ rei magnitudo, quę omnem ingenij vbertatem, omnẽ dicendi copiam, omne orationis genus excedit, non mediocriter me dicere incipientem terreat: recreat tamen, recreat, ac ſummoperè animum meum reficit ratio cõmunis boni, quod ex ſacroſancti iſtius conſeſſus cõſilio atq; decreto vniuerſę Chriſtianę fidei, Catholicæq; Eccleſiæ prouenturum ſpero, mihiq; omninò polliceor. Noſter nanq; Deus Ieſus à morte reſurgẽs, & in altum aſſcendens, vt cæleſtia indè dona mortalibus largiretur, ſi Eccleſię ſponſæ ſuæ, à qua corpore diſceſſerat, pro miniſterio exercendo, pro gente illuminanda, pro fide cõſummanda, quoſdam conceſſit Apoſtolos, Prophetas aliquos, nonnullos euangeliſtas, doctores nõ paucos, paſtores verò q̃plurimos,
Ephe. 4. Luc. 2. nimirùm ego velut Simeon alter aĩo & corpore debeo exultare, qui hodiè non virtute ꝓpria excitatus, ſed obedientiæ ratione cõpulſus, eò meruerim oratur⁹ accedere, quò pro vniuerſa tandẽ Eccleſia Dei reformãda ſingulorũ, quos dixi, ſacros, pios q; ſucceſſores ac imitatores, & iam frequentes video cõueniſſe, & frequentiores propediem cõuenturos non dubito. Gaudeo igitur iure optimo, vtq; cõceptum à me gaudiũ vberiori plenitudine cõpleatur, duo dicturo mihi à Beatitudine tua Pont. Max. bona horum ampliſſimorũ patrũ venia, cõcedi flagrãter opto, humilimeq; depoſco. Primũ, vt ſacratiſſimæ Dei ſponſæ (præſenti cuius corpori in melius reformando toto animi inhæres affectu) excellentiam, præcipuas deinde reformandi cauſas, pro mea, quantula ſit, dicendi facultate, in medium afferã, quo cõceptam animo tuo reformationem, & à nobis optatam diu, vehemẽtiſſimeq; ſperatam, omni ſtudio, labore atque conatu proſequi non deſiſtas. Sed antequàm hæc aggrediar, per Angelicam ſalutationem à beatiſſ. Virgine opem ſuppliciter implorabo.

Aue Maria gratia plena &c.

CVpientibus nobis, beatiſſ. Pater, ſuper-
Galat. 4. d næ illius Hieruſalẽ (quã rectè liberam, cõmunemq; omniũ matrẽ ſacra teſtatur pagina) excellentiã, admirabilẽq; gloriã & dignitatẽ accuratiùs indagare, tria potiſſimũ cõſideratione, attẽtioneq; digna in mentẽ veniũt: Primũ, q̃ gratuita dote à ſponſo pelecta, deinde ſpiritali & indiuidua copula illi coniuncta, beatiſſima poſtremò ſobole fœcunda mater effecta eſt. Vniuerſo ſiquidem humano genere protoparentũ noſtrorum tranſgreſſione vanitati ſubiecto, eiusq; rationabili intellectu peccatorum caligine obſcurato, ac diuinorũ ſemitam mãdatorũ prorſus oblíto, impiaq; cordis ſui deſperatione in omnẽ impudicitiam, turpitudinẽ, immunditiã prolapſo, demerſo atq; defixo, ſapientis Dei filius coomnipotenti & coæterno cum patre ſapientiæ ſuę lumine in beneplacita paternę voluntatis diſpenſatione perſpiciens mortales oẽs nó per alium q̃ per ſeipſum filium ab æterno Deum, ſed in extremo tempore hominẽ factum, inter Deũ patrem & homines mediatorẽ futurum, ipſi paternæ maieſtati reconciliari oportere, cęleſtiq; gratia recreari, ac perenni demum cęlorum hæreditate donari, tam inſigne miſericordię ac pietatis & dilectionis erga nos ſacrificium vel in ipſo crucis patibulo offerre non recuſauit. Licèt enim vnicam illam ſponſam, cui per ſpiritale & caſtiſſimũ matrimonium adueniente tẽporis plenitudine in odorem ſuauitatis inſolubiliter iungendus erat, ita ſordidam atq; inopem cõſpicaretur, vt neq; ſordes eius humano more copia rerum delere, neque forma inopiam excuſare poſſet, nimio tamen humanæ ſalutis ardore flagrans, antequàm è paterno ſinu prodiens, mundum ingrederetur, ad patrem

trem ipſum in throno conuerſus clamauit:
Pſal. 39. Hebr. 10. Hoſtiam & oblationẽ noluiſti, Holocauſta & pro peccato nó poſtulaſti, Corpus autem adaptaſti mihi: tunc dixi, Eccè venio. In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt faciam voluntatem tuam. Quam, obſecro, voluntatem ad nos veniens Ieſus Dei filius facturus erat? Illam nẽpe, illã, qua prædeſtinatus adoptionis filios ſanctificauit, cùm ſanctiſſimo illo corpore diuinæ ſuæ naturæ inuiſibili Spirituſſancti artificio, de puriſſima virginis carne aptato, in araq; crucis vltrò ꝓ nobis oblato, de ſacratiſſima ipſius corporis aqua ſanguineq; precioſiſſimo, gratuitã dotem heu nimis charam, nimisq; precioſam, Eccleſiæ ſponſæ ſuę cõſtituit atq; confecit. Quo quidem lauacro, profluuioq; dotali eandẽ ſpõſam ab omni labe ita mundauit, omniq; ſcientiæ ac ſapientiæ theſauro locupletauit, vt omnium meritò pulcherrima atq; ditiſſima prædicari deberet, ſacro illo teſtãte eloCant. 2. a' Pro. 31. d quio: Sicut lilium inter ſpinas, ita amica mea inter filias. Ac rurſus: Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu verò ſupergreſſa es vniuerſas. At per quam reputamus ſpiritualem copulam, tam ſanctũ Chriſti & Eccleſiæ matrimonium cõſummatũ? per eam profectò, theologorũ iudicio, qua nõ ſolùm duo per mutuam cõiunctionẽ caro vna, ſed vnũ potiùs in carne vna effecti ſunt, canẽte ſpõCant. 2. d ſa: Dilectus meus mihi, & ego illi. Id quod ſacrum diuinumq; myſterium prę clarus ille vniuerſarum gẽtium inſtitutor vas electionis diuinitùs contemplatus, magnum matrimonij ſacramentum in Chriſto & EcclePhe. 5. g ſia conſummatum eſſe teſtatus eſt. Quippe qui tãta vnitatis vi, tamq; indiſſolubili amoris nexu mutuò coniuncti ſunt, ligati, atque cõſtricti, vt non minùs difficilè iudicetur, à latere ſponſi cõſortem eius Eccleſiam ſegregari, quàm ſit etiam impoſſibile, Chriſtum Ieſum ſaluatorem noſtrum, aut hominem ſine Deo interpretari, aut Deum ſine homine intelligere, cùm vtranque in ſe naturam pleniſſimè cõtineat: nec aliquo modo Chriſtus exprimi poſſit, quin Deus pariter atque homo, idemque mediator Dei & hominum exprimatur. Non eſt igitur mirum, tale tantumq; matrimonium non modò ſecundum legem diuortium nullũ pati, ſed quod oẽm naturæ ordinem, modum, cõſilium, inſtitutum, atq; decretum excedit, nec ipſa quidẽ temporali ſponſi morte dirimi vllo modo
Matt. 19. a Marc. 10. a potuiſſe. Siquidem mortales matrimonio coniungit Deus, quos licèt homo ſeparare non poſſit, mors tamen ipſa dirimit atq; diſſoluit. In Chriſti verò Eccleſiæq; matrimonio coniungitur ipſe Deus, qui vt per ſe incorruptibilis & immortalis exiſtens, ita incorruptibile & immortale matrimoniũ cum ſponſa contrahens & conſummans, inſolubili eius amplexu atq; conſortio poſt mortem magis quàm in prę ſenti vita potitus eſt. Quam ſanè mutuam, inſolubilemq; cõiunctionem aſſcendente Ieſu ad patrem vehementiſſimè admirantes Angeli conclamã-
Cant. 8. b *de deſerto runt: Quæ eſt iſta, quæ aſſcendit * per deſertum delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Sed quid mirum, cæleſtem ſponſum, ſpecioſum forma prę filijs hominum, perpetua indiſſolubiliq; copula cum ſponſa ſua in terra & in cælo cõiunctum fuiſſe? cùm mortales omnes vxoribus ſenio confectis, non alia ferè quàm ꝓlis ſuſceptæ gratia, diuturno earum conſortio delectentur: ipſe verò ex virgineo ac fœcundiſſimo conſortis ſuæ ventre, non quidem areſcente vnquàm vel ſeneſcente, ſed viridi ſemper atque integro permanẽte, eam ſuſceperit prolem, quæ numero, decore, gloria cæteras ſoboles antecellit. Abrahæ nanq; in aliena regione verſanti, cui domeſticè primo de incarnatione verbi, Spirituſſancti miniſterio factæ ſunt promiſſiones, cælitùs dictũ eſt: Multiplica-
Gen. 22. c bo ſemẽ tuum ſuper numerum arenæ maris &*ſtellę cęli, & in ſemine tuo benedicentur *ſtellas omnes gentes. Quidnã, obſecro, patres tam ampla de futuro Abrahæ ſemine promiſſio innuebat? quid præmonſtrabat? quid pollicebatur, niſi ꝓ nó in pluribus, ſed in vno tm̃ ſemine, in ipſo videlicet dei hoĩmq; mediatore Chriſto, & Dei & hominis filio, DEO pariter atque homine, mortales oẽs diuinæ immortalitatis benedictione replendi erãt, cùm per fœcundiſſimũ Eccleſiæ partũ, vniuerſum terrarũ orbem Deo & patri regenerandum, prolapſaq; omnia ſiue cęleſtia ſiue terrena in integrũ reſtituendũ, ac ipſas ꝑcipuè gentes à recta Dei ſemita alienatas, ſanctorum cõſuetudine deſtitutas, ſine ſpe ambulantes, abſq; timore viuentes, & prorſus ſine Deo in mundo hoc temerè vagãtes, illuminandum, erigendũ, ſaluandumq; ꝓperauit, vt meritò dilect⁹ ille diſcipulus, attonita viſione in admirandum ſuperni Regni lumen abſorptus, in diuina illa ſua Apoca-
Apoc. 7. c lypſi cantârit: Vidi turbam magnã, quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, tribubus & linguis, ſtantes ante thronum. Qua aũt pulchritudine, quo decore, qua venuſtate redẽpti filij, & à ſuperna illa Hieruſalẽ adhuc peregrini, refulſerint: quis tantæ ingenij perſpicaciæ, tamq; perſpicuæ vbertatis eloquij vel poſſet mente concipere, vel oratione auderet attingere? Ij enim per hoſtiam corporis Chriſti ſemel oblatã in æternũ ſanctificati, nõ vltrà carni & ſanguini indulgere, prætereuntemq; caduci ſeculi figuram diligere, ac ſecundum principem & poteſtatẽ caliginoſi huius aẽris ambulare curantes, ſed omni prorſus abnegata impietate, ad verum, vberem, ac ſalutarẽ ſobrietatis, pietatis & iuſtitiæ cultũ cõuerſi,
Matt. 13. f audire de ſe meruerũt: Fulgebũt iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei. Quippe qui diuinis illuſtrati fulgoribus, æternæq; charitatis ar-

dore succensi, de virtute in virtutem ambu-
Psal. 83. lando, in virum perfectum secundũ mensu-
ram plenitudinis ætatis Christi, vnanimi ze-
Ephes. 4. c lo euadere cupiẽtes, magnificati indè & con
summati in opere ministerij, post miserri-
mum carnis suæ habitaculum dissolutũ bea-
tissima demũ digni effecti gloria, illud quo-
que in cælesti regno de se dictum audierũt:
Psal. 88. Beatus populus qui scit iubilationem. quo
sanè iubilo ante regium thalamum psallen-
tes & exultantes, alterno cantu clamare nõ
Apoc. 7. c cessant: Benedictio & claritas & sapientia &
gratiarũ actio, honor & virtus & fortitudo
Deo nostro in secula seculorũ. Hæc illa est
sponsa, beatissime Pater, de cuius excellẽtia
ac dignitate in ipso oratiõis principio apud
S. tuam pollicitus sum me verba facturum.
Hæc (inquam) spõsa est, quæ omnium mater
Ecclesia dicitur, quã ab æterno cælestis eius
sponsus vltronea sanguinis effusione sibi ꝓ-
uidit: prouisam, lateri suo indissolubiliter
copulauit: copulatam, innumera, pulcherri-
ma ac felicissima prole in perpetuũ propa-
gauit. Quid igitur oneris, quid officij, quid
solicitudinis sanctitati tuę incumbat, vt hãc
spõsam pro dignitate regere, extollere, de-
coraręq; possis, etsi nõ parũ ex his, quæ hac-
tenùs oratione perstrinxi, menti tuæ innotuisse arbitror, singulis tamẽ perspectis cau-
sis, quibus ad eiusdem diuinæ sponsæ regi-
men, decus atq; salutem toto debeas animi
studio inhærere, (quod secũdò me prẽstitu-
rum obtulerã) tanto quidẽ id clariùs inno-
tesceret, vt quãtum cæteri ad cõparandos ho-
nores fortunasq; cumulandas, quantum ad
ociosos dies in delicijs cõterendos, quãtum
pleriq; ad humana studia exercenda, volu-
ptatesq; captandas, quãtum ad ipsam animi
corporisq; requiem concedunt tẽporis, tan-
tum tute ipse tibi ad recolendam, persuaden
dam, ac perficiendam totius Ecclesiæ, Chri-
stianæq; reipub. reformationem, sumẽdum
impendẽdumq; fore existimabis. Duæ mihi
præcipuè, Beatissime pater, in mentẽ occur-
runt causæ, quarum vna, vt inceptã Ecclesiæ
reformationẽ alacri animo prosequaris, in-
uitat: altera, ni hoc feceris, horrendum in
Christianos omnes diuinæ vltionis iudiciũ
comminatur. Cùm hoc igitur vniuerso ge-
neri hominum fuerit à natura tributum, si
qua in familia laus præcipua vel animi vel
corporis prẽclarè floruerit, hanc ferè omnes
illius stirpis cupidissimè æmulari, ea in pri-
mis tibi vni Max. Pont. offertur causa, qua
vberrimum Ecclesię Dei fructum sis allatu-
rus, præsens scilicet sacrosanctum œcume-
nicum, Augustumq; Lateraneñ Concilium,
maximi illius Principis Iulij secundi præde-
cessoris tui prouidentia, opera, solicitudine
inchoatum. Vt enim tu Leo Pontifex, diui-
no numine annuente, in regale Romanorũ
Pontificum genus cõsentientibus omnium
suffragijs adscitus, totum in rebus agendis
eorundem maiorum tuorum cõsilium, gra-
uitatẽ, sapientiam, prouidentiã, ac iudicium
debeas imitari, illius tamẽ summi Põtificis,
cui egregijs tuis virtutum meritis succes-
sisti, clarissimum huius indicti Concilij mu-
nus tanto cordis affectu ardorisque studio
amplecti ac prosequi debes, vt velut alter
Adrianus Nicolai successor, præclari huius
muneris author potiùs, q̃ imitator, à Chri-
stianis omnib⁹ iudiceris: cùm præsertim ex
ea hora, qua saluatore Iesu in carne glorioſa
& immortali super omnes cælos, obstupen-
tibus Angelis, ad patris dexterã sublimato,
sacratissimi eius discipuli pro vinea Sabaoth
excolenda in Spiritusancto congregari cœ-
perunt, nihil tam salutare, tamq; magnificũ
& gloriosum in hanc ipsam omnium matrẽ
militantem Ecclesiam profectum esse noue-
rimus, quàm quod ex sacrosancta œcume-
nicorum Cõciliorum celebratione, tanquã
ex peculiari spirituſſancti aula omnium aro-
matum refertissima, diuinitùs emanauit. In-
dè enim dispersæ Dominicæ oues colligun-
tur, varij languores ac morbi dignoscuntur,
opportuna languentibus remedia adhiben
tur, veritas totius Christianæ legis rationali
cuiq; menti clariùs innotescit, suauiùs insi-
nuatur, veriùs persuadetur, tenaciùs impri-
mitur. Id quod in Iosue (si quis diligenter Ios. 18. a
attenderit) figuratũ percipiet, dum ait: Con
gregati sunt omnes filij Israel in Silo, & fuit
illis terra subiecta. Propter quod Põt. Max.
si à perenni testataq; maiorum tuorum Ro-
manorum Pontificum multiplici virtute nõ
te degenerem, immò verò laudabilis totius
eorũ vitæ, consuetudinis, virtutis atq; actio-
nis verum, singularemq; imitatorem, ac ex-
pressorem prẽstare magnoperè cupis, iam tui
cõsilij est, tuæ sapientiæ, hoc vnum te decet,
hoc (inquã) à tua potestate debetur, vt præ-
clara tot Ro. pontificum gesta, tu vnus imi-
taturus, indictum iam biennio Concilium,
ad optatum vsq; finem salubriter, honorifi-
ceq; perducãs. Id autẽ vt omninò perficias,
suauis quoque illa ac periucunda proximæ
sessionis memoria suadet, monet, hortatur,
impellit, qua inconsutilis Christi tunica in
varias forsan (ni Deus occurrisset) particu-
las discindenda, in pristinum suum incon-
sutilem statum per te vnum Leo X. est resti-
tuta. Tunc enim diuinę misericordię bene-
ficio, inauditæq; mansuetudinis tuæ merito
factum est, vt quorũ ferox anteà Imperium
timebatur, promptã obedientiam tui adspe-
xerint oculi: quorum asperæ comminatio-
nes audiebantur, humiles preces tuæ perce-
perint aures: quorum truculenta vulnera
formidabantur, libentia oscula tui excepe-
rint pedes: quasi in te vno vero atque legiti-
mo Christi & Dei vicario, propheticũ illud
debuerit rursus impleri: Adorabunt eum
omnes reges terræ, omnes gentes seruient Psal. 71.
ei. Quid est, obsecro, reliquum, nisi quòd
inuiola-

inuiolabili Ecclesiæ vnitate procurata atq;
composita, tu Leo fortissime tanquam Dei
zelotes, pro domus eius decore atq; salute,
liberiùs cuncta, feruentiùs singula, audenti-
ùs vniuersa prosequaris? Iam nemo recla-
mat, nullus obsistit, oẽs ad petram paruulos
allisẽre, vtq; illis tandem salutarem prębeas
escam, omnes à te expectãt. Quid enim fla-
grantiùs nobiscum simul optare debẽt, qui
modò erant in Ecclesia Dei hospites atque
aduenæ, quàm vt nunc fiant cũ alijs per mo-
rum instaurationẽ sanctorũ ciues & dome-
stici Dei, superædificati supra fundamẽtum
Ephe. 2. Apostolorum & Prophetarum in ipso sum-
mo angulari lapide Christo Iesu, in quo oĩs
ædificatio constructa crescit in templũ san-
ctum, vtq; omnes pariter in vno spiritu ad
ipsum Deum & patrem tendentes, incom-
prehensibilem eius maiestatem & gloriam
vno ore celebrare possimus? Excitare igitur
beatissime Pater, excitare in hoc vnum præ-
clarissimum ac saluberrimũ Christianæ cen-
suræ op⁹, ipsum amplectere, ipsum ad opta-
tum vsque finem prosequere. Væ enim no-
bis. Quid autem nobis? Id enim parùm di-
xisse est. Væ (inquam) vniuersis. Christi fide-
libus, si tam raram futuri boni occasionem,
quod ne quidẽ cogitandum est, frustrà labi
permiseris. At dicet fortasse quispiam: Iam
Ecclesia Dei in integrum fidei, spei, chari-
tatisq; vinculum est restituta. Fateor. Iam
vniuersum illius corpus vni capiti, hoc
est, tibi subditum esse conspicitur. Et hoc
summa cum alacritate affirmo. Iam omnes
vnum Deum, vnam fidem, vnum baptisma,
ipsam deniq; Ecclesiæ vnitatem, extra cuius
gremium quis constitutus, veniam conse-
qui peccatorum nullo modo potest, & cor-
de iustè credunt, & ore salubriter confiten-
tur, nihil horum inficior. Sed quid hæc, ob-
secro, emolumenti sunt allatura, si reges, si
principes Christiani nobilissima Ecclesiæ
membra, temporali adhuc truculentoq; gla
dio, (heu heu miseram nostram nimisq; la-
chrymabilem tempestatem) mutuò vexari,
dilaniari, confici, ac miserrimè trucidari nõ
desistunt? Si vniuersum orbem qua possum
mente colluſtro, præcipuè autem Italiam,
Germaniam, Galliam, Hispaniam, Angliãq;
potissimas eius partes auro, argẽto, diuitijs,
populis, armis, robore, ingenioque refertas
animaduerto. Quid vbique gentium proh
dolor comperio, quod non vehementi me
dolore affligat atq; prosternat? Imminentes
inuicèm hostium terrores, inuasiones, in-
cursiones, impetus, prælia, direptiones, in-
cendia, clades, stragesq; Christianorum in-
numeras. Heu esurientia principum corda,
nondum innoxijs Christianorum viscerib⁹
satiata: heu sitibundam terram, nondum de
feruenti Christiani cruoris gurgite tumefa-
ctam: heu cæcam dęmonum rabiem, nondũ
innumeris fidelium cladibus expletam. Vs-
quequò in humanam peruiciem anhelatis,
æstuatis, ardẽtis? Quingentis Christianorũ
millibus vigesimo ab hinc anno, cruento
gladio confossis atq; prostratis, adhuc esu-
ritis? adhuc sitis? adhuc inhiatis? En, Pater
Beatissime, qui nihil libẽtiùs facere ab ipso
matris vtero didicisti, quàm parcere inimi-
cis: & qui tuam victor amari mansuetudinẽ,
quàm virtutem vincendo formidari maluis-
ti: parce (obsecro) filijs tuis, non corrupti-
bili emptis auro vel argento, sed precioso
ac viuifico Christi sanguine è diabolica po- 1. Pet. 1. c
testate redemptis. Euigila, (quæso) intende,
enitere in saluberrimum componendæ pa-
cis opus, quo perficiendo, dum per Legatos
ac nuncios sedulam impartiris operam, vt
arma interim conquiescant, à Christiano
sanguine temperetur, expetendæ à cunctis
induciæ statuantur, omnem tuam authori-
tatem decretumque interpone. Cùm enim
tantis in rebus tam arduisq; negocijs, Prin-
cipum animos nõ minùs opinio famę, quàm
ratio certa ad alterius vel contemptum, vel
metum, vel odium, vel amorem soleat com-
mouere, optatam hanc ipsam inter Christia-
nos pacem celerrimè confectum iri sperã-
dum est. Sperandum dixi? immò (vt veriùs
loquar) te huiusmodi peragendæ pacis au-
thore tam casto, tam pio, tam religioso con-
stantissimè affirmandum. Quippe cuius ce-
leberrimum nomen apud Christianos Prin
cipes tantæ hucusq; fuit authoritatis & gra-
tiæ, vt quod tu pro cõmuni omnium quie-
te, dignitate, salute, decreueris, ratum, gra-
tumque omnes proculdubiò sint habituri.
Nõ ignari, omnem tibi vni in cælo & in ter-
ra traditam à Domino potestatem, vt non
spiritalibus tantùm viris, sed terrenis quo-
que huius seculi potestatibus in causa com-
munis boni ius dicere non pertimescas.
Quod tum demum (vt ad alteram doloris
causam iam deueniam) felicissimè contige-
rit, si hoc potissimùm tempore, cùm omnis Gen. 6. b
caro vitam suam corrupit, simulque omnes Psal. 13.
declinauerunt à recto, nec est qui faciat bo- & 52.
num, non est vsque ad vnum, ad vniuersam
Christianæ religionis censuram, quo cœpi-
sti ardore, procedas. O nos ignaros, ô cęcos,
ô nostrimet prorsus oblitos, qui iucundo
temporalis pacis solatio perfrui volumus,
horrendis æterni belli supplicijs cruciandi,
qui humanã rabiem sedari cõfidimus, iram
omnipotentis DEI, suum in nos vibrantis
gladium, subituri. Optas tu, summe Pont.
immò nihil te magis hoc optare affirmas,
pacem inter Christianos tuos à Domino im-
petrare? Internas nostras vitiorum simulta-
tes attende, vt his sedatis, quæ sunt externa,
pace suauissima perfruantur. Nam si te ad
secularem in primis hominum statum dili-
gentissimè discutiendum conuerteris, quid
in eis existimas offensum iri, nisi impietatẽ
circa diuina fidei nostræ mysteria, quæ aut

curiosè perquirunt, aut leuiter deridēt, aut ſuperbè contemnunt, blaſphemiam ac deteſtationem aduerſus Deum horribilem, in ſanctoſq; abominabilem, detractionem in Paſtores ſacros impiam atque nefandam, ſacrarum cenſurarum contemptum, ſacrilegia, rerumq́ diuinarum occupationem ac ſurreptionem, auaritiam in comparādis fœnore opibus damnatis, vix Hebræis permiſſo, turpitudinem in quouis obſcœnitatis genere inauditā, odium inextinguibile, ſumēdæq́; pro acceptis iniurijs vindictæ flagrantiſſimam cupiditatem, vndè frequētes rixæ, quotidiana vulnera, homicidiaq́ue crebra proueniunt, extremam denique in quouis flagitio ac facinore perpetrando licentiam? Quæ quidem omnia tanto acerbiori animū tuum dolore conficient, quāto ea in hominibus diuturniora, grauiora, impudentioraq́; eſſe conſpexeris. Quid ſi in obligatiorem obſeruādæ virtuti & honeſtati religioſorum gradum mentem intenderis, nónne ibi quàm plurima deprehendes, quę in maximum animarum fidelium * exēplum, & ex eo ſcandalum, vergere dignoſcuntur? Vt enim præcipuam illam doloris cauſam ſilentio præteream, inter eoſdem ipſos non minùs præcepto quàm nomine fratres, quos partim Conuentuales, partim Obſeruantes trito vocabulo nuncupamus, tam magnum chaos interueniſſe, vt qui Obſeruantum ordine non cenſentur, religioſorum numero excludantur, cùm tamen nomen ipſum Cōuentuale, modò reliquum vitæ reſpondeat, purgatis auribꝰ nil niſi pudicum, ſanctumq́; repræſentet: quonam mœrore, quo gemitu, quo ſingultu reliquum ſacrarum religionum ſtatum expreſſero? Si enim vel temporum malignitate, vel diſſimilitudine voluntatum eò deuentum eſt, vt neceſſariò in Eccleſia DEI conuentus vnus, vnaq́ue obſeruantia ſit futura, quod ego maximè deploro: cur, quæſo, obſeruantia ipſa in plures rurſus obſeruantias ſcinditur, diuellitur, ac laceratur? vt dum vno regendo corpori, plura quidem capita, quàm vix membra in ipſo corpore ſint regenda, præeſſe cernamus, velutì vnum in plures riuulos deriuatum flumen faciliùs exiccari contingit, ita omnem ſpiritalem eorum profectum non mediocriter extenuari timendum eſt, monente
1. Cor. 1. a Apoſtolo Chriſticolas omnes, eos præcipuè, qui & habitu, & diſciplina in vnum conuenerint, eodem ſenſu, eademq́; ſcientia abūdare, idipſum dicere, nullam inter eos ſchiſmatis cauſam fouere, vnum denique corpus atque vnum ſpiritum exiſtentes, vnam ſcilicet obedientiam, vnamq́ue charitatem profitentes, ad optatum ſupernę vocationis brauium properare debere. Ex quo ſit Pater beatiſſime, vt ſi hodiè ſub diuerſis patrū vexillis fideli cuique merere liceat, ne fortè in vanum Propheta cantârit: Adſtitit regina à dextris eius in veſtitu deaurato circundata varietate: illud quidem pro Euangelica diſciplina ſeruāda omninò expediat, vt cuilibet eorum corpori ſuum præſit caput, non autem vni capiti plura ſubinde capita ambitioſè vel monſtroſè potiùs adſtruantur. Nam ſi ad monaſticum indè ordinem te cōtuleris, citra primam illam obſeruantiæ conuentusq́; diſſonantiam, ac nonnullas etiam inter Obſeruantes ipſos obedientiæ contentiones atque ſciſſuras, ne qua præcipua ignorantiæ, ambitionis, auaritiæ, ac ſolicitudinis temporalis labes, intimis eorum præcordijs medullitùs inhæſerit, etiam atq; etiā animaduertendum, inſpiciendumq́ue pro tua ſapientia iudicabis. Vt autem de fœmineo deuotoq́ue ſexu, miſerabilis cuius ſtatus ex conditione viri, qui caput eſt mulieris, attendi poteſt, quæ dicenda ſe offerunt, ex induſtria præteream: iam (obſecro) ad eos, qui in ſortem Domini vocati, clericaliq́ue inſigniti charactere, præcipuam animarum curam ac ſolicitudinem gerunt, omnem mentem & cogitationem conijcito. Quid enim indè regendis ouibus documenti, quid vtilitatis, quid ſalutis ſperari poſſit, clariùs atque apertiùs conſpicaberis. Heu heu miſeros patres, talia ex ore meo de filijs audituros: ſed me longè miſeriorem, proprijs eadem labijs prolaturum: miſerrimos autem eos, qui & vobis audiendi occaſionem, & mihi dicendi cauſam ſuis operibus præbuere. Eò deuenit inſignis noſter clericorum ordo, vt contempto acceptabili tempore, tantaq́ue dierum noſtrorum neglecta ſalute, charitatis regnum vſqueadeò deſtruxerimus, cupiditatis verò tyrannidem auxerimus, vt ne præclaram hanc ipſam militiam noſtram coram Diuina maieſtate dictis factisq́; mentiamur, & vobis pro veſtrę in nos pietatis officio diligentiſſimè aduertendum, & nobis expungenti conſcientiæ ſtimulo vehementiſſimè ſit timendum. Neque enim modò (vt Auguſtini vtar verbis) mendacium illud eſt, falſa proferre, ſed Epiſcopum ſe aut ſacerdotem, vel clericum profiteri, & contraria huic ordini operari.

Pſal. 44.

Sacra parumper volumina reuoluere placeat, vetuſta patrum ſcita perſcrutari, oēm deniq; canonum tenorem repetere: nónne clericū adulatorē, impiumq́; proximi, pditorem, maledicū, fratriſq́; ſui peruerſum inſimulatorē, inuidū, pacisq́; alienæ ſeditioſum perturbatorē, ambitioſum, ſacrarūq́; dignitatum ſacrilegum vſurpatorem, adulterum, cæterarumq́; obſcœnitatū turpiſſimum perpetratorem, crudelem per ſe, iniuriarumq́; ſuarum fœuiſſimum vindicatorem, fœneratorem, turpiumq́ue lucrorum nefandiſſimū quęſtorem: nónne (inquam) huiuſmodi oēs clericos, aut ad ſacerdotiū non promoueri, aut

aut promotos partim ab ordine ſacerdotali deponi, partim verò ſuſpendi ominò debere, eorundem ſacrorum voluminum, ſcitorumq́; patrū, ac priſcorū canonum ſumma authoritate, inuiolabiliq́; decreto didicimus? Quòd ſi eccleſiæ matris noſtræ benignitas, prouidis ſuis conſilijs à tanta priſcorum canonum ſeueritate aliquantulùm nō temperaſſet, quonàm eiuſmodi clerici tempeſtate noſtra confugerent? quò conſciam ſibi tot ſcelerum faciem obuoluerēt? cuius opem ac miſericordiam implorare non formidarent? Nam dum omnibus eccleſię gradibus ita diſcuſſis, ad vrbem ipſam, quā Babylonem Apoſtolorum Princeps diuino af-
1. Pet. 5. g flatus ſpiritu nuncupauit, aciem mentis cōijcio, eiusq́; incolas paſtores, qui quotidiè per vniuerſum terrarum orbem animarum ſaluti præficiuntur, tantorum cauſam errorum interrogare contendo: eccè diuinā illam ſponſam Hieruſalē ſupernam, non myſtici ſui corporis ſplendore fulgentem, aut ipſius ſponſi humanitatis fulgore ſplendētem, ſed lugubri indutam veſte, totā ſqualore confectam, lachrymisq́; perfuſam, ad infimum ſuum corpus, quod hac fidelium vnitate repræſentatur, viſitandum deſcendere, neſcio quo intuitu videor mihi conſpicere, taliaq́ue ad ſacratiſſimos Pontificis
Cant. 1. pedes ſparſis crinibus prouolutam, multo cum gemitu deplorantem audire: Hæccine ego, ſuauiſſime ſponſe, vnica illa dilecta tua atq; formoſa, quæ iam clamare poſſum, Noli me conſiderare quia fuſca ſum? Hęccine inclyta illa mea celebrisq́; domus, quā penè
Eſa. 5. a deſertam, ac ſitu ſqualentem, à nemine video frequentari? Hæccine florida illa vinea, quā vt produceret vuas expectans, eam ſpinas tribulosq́; produxiſſe perſpicio? Vbi ille, iucundiſſime ſponſe, hortus meus irriguus? Vbi lilia mea candentia? Vbi roſæ immarceſcibiles? Nónne hæc omnia, gloria Libani cum decore Carmeli à me tranſeunte, euanuere? Vbi paſcua gregis mei, quę tāquam arua deſerti arefacta perluſtro? Vbi paſtores gregis, quos præeſſe potiùs quàm pdeſſe, diſpergere quàm colligere, mactare quàm ſaluare intelligo? Vbi demū chariſſimi illi filij, quos genui, quos educaui, quos foui, quos decoraui? Illi autem ſpreuerunt me, & aduerſus me vnam tanquàm paruulam, maternaq́; vbera non habētem, cornua erexêre. Accurre pater, ſuccurre fili, occurre ſponſe: ego enim te vt Dei vicarium patrem colo, vt hominem filium diligo, vt eccleſiæ vniuerſæ præpoſitū ſponſum
Iob 19. e amplector. Miſeremini autem, miſeremini meī vos quoque amici mei, quia filij dereliquerunt me, & ex chariſſimis meis non eſt
Thre. 1. a qui conſoletur me. Audiſtis, patres, matris veſtræ ſingultus, lachrymas cōſpexiſtis, vociferatiōes intellexiſtis, implorationē miſericordiæ, pietatiſque veſtræ animaduerti-

ſtis. Eià agite, obſeruādi Antiſtites, vos primò nunc appellare iuuat. Omnem (quæſo) cogitationem, vigilantiam, cōſilium, induſtriam, operam atq; conatum in hanc ipſam tam neceſſariam, tamq́; ſalubrem morū reformationem intendite, adhibete, configite, ac locate. Quid ſobrietatis, quid decoris, quid pudicitiæ, qd hoſpitalitatis, quid ſapientiæ, quid rectitudinis ac iuſtitiæ de quouis perfecto paſtore optatur, ſperatur, ac pdicatur: totum id in cæteros Chriſtifideles, & vitæ candore, & verbo doctrinæ, diuinæ cooperantis gratiæ largitate transfundite, huius præſertim ampliſſimi Senatus fauente conſilio, authoritate, decreto. Vos enim iā appello, patres ampliſſimi, vos obteſtor, vos imploro, vos (inquam) prouidi totius Chriſtiani orbis moderatores, diuini Chriſtianæ fidei conſultores, proprij ac ſingulares Rom. Pont. electores, dilectiſſimi ſedis Apoſtolicæ filij, amplum Ro. Eccleſiæ gremium, latiſſimumq́; omnium bonorū perfugium, firmiſſimi deniq; terrarū cardines, ſolidiſſimæq́; columnæ, quibus vniuerſum noſtræ fidei ædificium ſuffultum atque firmatum, in conſummationem vſque ſeculi perdurabit immobile. Tantam (obſecro) veſtri ordinis dignitatem perpendite, ne ſi fortè eam, veſtrique gregis ſalutem ſinguli neglexeritis, nobiliſſima cuiuſq; veſtrū ani- Cant. 1. a
ma ante horrēdum Chriſti tribunal vel inuita cogaī audire: Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Vt autē dignitatem hanc ipſam veſtram, & animo cognoſcatis, & opere comprobetis, quod in humanis ſtudijs, quod in religiōe, quod deniq; in vniuerſo Romano Chriſtiano q́; clero, ſalutari ac neceſſaria indiget diſcuſſione, cenſura, inſtitutione, pullulantium ſcilicet hæreſum extirpatio, morum diſciplina, regularis obedientiæ vnitas, clericalis amictus inſtitutum, ſacrorū initiatio, multijuga ſacerdotiorum collatio, animarū cura, Paſtorum præſentia, diœceſium viſitatio, annua Epiſcopalium ſynodorum cōgregatio, frequens metropolitanorum Conciliorum celebratio, hæc omnia diligentia, conſilio, integritateq́; veſtra diſcutite, caſtigate, componite. Niſi enim hoc ipſo Concilij tempore, niſi per vos, niſi ſub tanto animarum noſtrarum epiſcopo atq; paſtore, & famā noſtram, q̄ ferè prorſus amiſſa eſt, recuperārimus, & ſalutē ipſam, q̄ ſpe exigua, extremaq́; pēdet, retinuerimꝰ: nihil eſt pterea quò cōfugere, aut in quo ſperare poſſimus. Verùm vt alacriori tandē aīo ad hāc ipſam morū inſtitutionē ſuſcipiendā ſinguli conuertamur, recordare (obſecro) Leo ſanctiſſime, recole atq; cōſidera, q̄ ineſtimabili dotis precio noſtra ſuperna mater eccleſia ſancta vnigenito Dei filio deſponſata, q̄ inſo-

lubili copula cum eo coniuncta,q̃ præclara ſobole fœcunda mater effecta ſit. Contemplare ſingulas vniuerſasq; cauſas, quæ vt ꝑ eo Eccleſiæ corpore (quod nos ſumus) inſtituendo ac reformando,omnes animi vires intẽdas,cunctoq; induſtriæ neruos adhibeas,partim alliciunt & inuitant, partim verò ſtimulant atq; impellunt. Tu quidem in celebri & florida ciuitate natus,ex ſapiẽtiſſimis parentibus ortus, ac eximijs animi dotibus excellẽs,& inter eruditiſſimos homines,liberaliaq; ſtudia nutritus,meritoq;, nondum puerilibus annis egreſſus, Cardinea dignitate ornatus,inter ſacra arduaque negocia diutiſſimè verſatus: tãta præter naturæ bonitatem & rerum experiẽtiam ingenij gloria excelluiſti,vt occurrente Romani Põtificis obitu,ſic aſſcenſus tuus ad ſummum iſtum Pontificatũ celebraretur,quòd veluti cætera in te pręclara fama ingenij ſuperabat,ita ingenij famam expectatio tãtæ dignitatis, expectationem verò aſſumptio ipſa mirabiliter ſuperaret,acclamãtibus cũctis,à Domino factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris: Dextera Domini fecit virtutem,dextera Domini exaltauit te. Ne duriorem autem humeris tuis conditionẽ, quàm ferre poſſis,hæc omnia imponere videantur: ego ille,qui nihil horum ſine magna cura,pietate,ac reuerentia ſupremę dignitatis tuæ,ſacroſanctique huius ampliſſimi ordinis, ac vniuerſi Eccleſiaſtici gradus locutus ſum,prædico, clamo, denuncio, & ſi per viſcera Ieſu Chriſti obteſtarite ſemel licet,nunc vtique obteſtor: Concitare atq; exurge: Sion matrem noſtram ſponſamque tuam circunda,ipſam complectere,in turribus eius mirabilia Dei enarra,fidelium corda virtute inſtrue atque compone. Vrbem primùm, vt iudicium incipiat à domo Domini: indè orbem diſciplinæ tuæ cenſura in priſtinum fidei,ſpei,charitatisq; cultũ reſtitue. Omnia nanq; Chriſtianæ reipub. iura, ſingula bonorum perfugia, innocentũ preſidia,pœnitentum merita,malorum ſupplicia,omnis denique temporum præteritorũ memoria,ratio præſentium, ſpes futurorũ, vt in tua hodiè poteſtate,in tua ſententia,in tuo iudicio ſunt poſita atque defixa, ita & per te vnũ,ſi partim recuperata, partim verò fuerint conſeruata, iam pacatè omnia ſe inter Chriſtianos habebunt. Iam Deo reconciliati,vnanimi conſilio atq; ardore in pſidos ac immanes Chriſtiani nominis hoſtes,bellum & propulſabimus, & aggrediemur. Iam victricem claſſem & exercitũ glorioſum Conſtantinopolim & Hieruſalem verſus,curſu proſpero Deo fauente dirigemus, Propheticum illud memorantes & cõcinentes: Introibimus in tabernaculũ Dei, adorabimꝰ in loco vbi ſteterũt pedes eius. Iam te inuicto nobiſcum Leone pugnante, vniuerſis tandem corporis & animæ hoſtibus debellatis,deuictis, atque conſumptis, ſub felici fauſtoque beatitudinis tuæ vexillo,ſupernam illam Hieruſalem introeũtes, ac ſimul cum ſanctis Apoſtolis, prophetis, euangeliſtis,doctoribus, atque paſtoribus diuinæ hæreditatis effecti participes, ante regium thalamum decantabimus: Regi ſeculorũ immortali & inuiſibili ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſalm.117.

Pſal.131.

1.Tim.1.d

Dixi.

Anno à natiuitate Domini 1514. indictione ſecunda, die verò vigeſimaſexta menſis Nouembris, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri,domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno ſecũdo,præfatus ſanctiſſimus dominus noſter ex certis cauſis vrgentiſſimis,& præſertim,quia ea quæ in decima ſeſſione determinari debent,non fuerunt adhuc abſoluta per reuerendiſſimos dominos Cardinales & congregationes prælatorum, in quibus ea diſcutiuntur,ideo de conſilio prefatorum reuerendiſſimorum Cardinaliũ decimam ſeſſionem ad diem Veneris poſt feſtum ſancti Benedicti proximè futuri, quæ erit dies vigeſimatertia Martij anni ſequentis,prorogauit,prout in ſchedula prorogationis cõtinetur,quæ legitimè affixa, & per curſores executa fuit.

Anno à natiuitate Domini 1515. indictione tertia,die verò vigeſimaſecũda menſis Martij,Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi noſtri,dñi Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno tertio, diſcreti viri Frãciſcus Vacca,& Eurardus Duuiuier, præfati ſanctiſſimi domini noſtri curſores, in valuis baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe & Lateranen eccleſiarum quaſdam literas prorogationis affixerunt & publicauerunt,tenoris infraſcripti:

LEO &c. Licèt aliâs decimam ſeſſiõem continuationis celebrationis ſacri Lateranen concilij,Kalendis Decemb. in vltima nona ſeſſione ſacro approbante Concilio, per nos indictam, ex certis cauſis tunc expreſſis ad diem veneris poſt feſtũ ſancti Benedicti proximè præteriti, quæ erit dies vigeſimatertia Martij præſentis menſis, de fratrum noſtrorum conſilio prorogauerimus,& extenderimus,prorogatamq; & extenſam eſſe omnibus nunciauerimus: quia tamen ea quæ in dicta decima ſeſſione determinari debent, matura indigent diſcuſſione,& per congregationes ſanctæ Romanæ eccleſię Cardinalium & prælatorum in quibus ea diſcutiuntur,non fuerunt adhuc abſoluta: eapropter prorogatiõem decimæ ſeſſionis huiuſmodi,de ſimili fratrũ noſtrorum cõſilio,ad IIII. Noñ. Maij,quę erit dies quarta mẽſis Maij proximè futuri, etiã prorogamus & extendimus,prorogatamque & extenſam etiam omnibus nunciamus.

PLACET. I.

Anno

Anno à natiuitate Domini 1515. indictione tertia,die verò vigeſimaſecunda menſis Martij, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri,domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno tertio, ſupraſcriptæ literæ fuerunt affixæ & publicatæ in valuis baſilicæ principis Apoſtolorum ſancti Petri de vrbe,ac in valuis eccleſię Lateranen,per me Frãciſcum Vacca ſanctiſſimi domini noſtri papæ curſorem.

Eurardus Duuiuier magiſter curſorum.

Anno à natiuitate Domini 1515. indictione 3. die verò vigeſimaſexta menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri,Domini Leonis diuina prouidentia papę decimi anno tertio,reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus, dominus Antonius tituli ſanctæ Praxedis presbyter Cardinalis,de Monte vulgariter nũcupatus,nobis notarijs & ſcribis ſacri cõcilij quaſdam literas ſalui cõductus ducis Ianuen,de mandato præfati ſanctiſſimi Domini noſtri tradidit,mandans nobis, vt eas magnificis oratoribus Chriſtianiſſimi regis Franciæ traderemus,ſeu tradi faceremus,& eiſdem dicere faceremus de mandato præfati ſanctiſſimi Domini,vt eas prælatis Gallicanæ eccleſiæ mitterent,ad effectũ, vt volentes & debentes venire ad ſacrum concilij,tutè & ſecurè poſſent venire. Quas quidem literas ſalui conductus nos Bernardus Sculteti,& Bernardinus de Contreras notarij & ſcribæ infraſcripti, per duos teſtes recognoſci fecimus,& eaſdem literas ſic recognitas,cum earum recognitione à tergo venerabili viro magiſtro Eurardo Duuiuier ſanctiſſimi dñi noſtri Papæ magiſtro curſorum dedimus,vt eas ſupradictis magnificis oratoribus Chriſtianiſſimi regis Frãcię per duos curſores tradi faceret.

Die verò ſabbati vigeſimaoctaua menſis Aprilis eiuſdem anni, diſcreti viri Ioannes Bernardi,& Ioannes Duueti curſores, præfatas literas ſalui conductus ſe magnificis oratoribus Chriſtianiſſimi regis Franciæ præſentaſſe & intimaſſe, ac eiſdem dimiſiſſe,nobis notarijs,prout in ſchedula eorũ manibus ſubſcripta,retulerunt.

Tenor autem literarum ſalui conductus,de quo ſuprà fit mentio,talis eſt:

OCtauianus de Cãpofregoſo,Dei gratia Genuen dux & populi defenſor.

Literis ſanctiſſimi domini noſtri moniti,harum noſtrarũ authoritate damus,concedimus,& impartimur tutum,amplum,validum & generalem ſaluum conductũ,oñimodamq; fidentiam,& liberam facultatem quibuſcunq; prelatis Gallicis,& alijs cuiuſcunq; nationis vocatis à ſummo Pontifice ad ſacrum Lateranen concilium,necnon eorũ ſeruitoribꝰ,equitaturis,bulgijs,valiſijs, bonis & rebus quibuſcunq;, tranſeundo per totum territoriũ & diſtrictum Genuæ, tam mari quàm terra, ſibiq; per tranſitum morandi,& pro libito diſcedendi ac redeundi tutè,liberè & impunè,omniq; impedimẽto & moleſtia reali & perſonali ceſſante, penitusq; remota, non obſtantibus aliquibus guerris,odijs,inimicitijs,cõtrouerſijs & differentijs inter nos & commune Genuen ex vna parte,& alios quoſcũq;,(ſint qui velint) ex altera,vertentibus,ſeu quæ in poſterum verti poſſent,damnis,prædis, iniurijs, & offenſionibus cuiuſq; Genuen per quenuis illatis,vel inferendis, repræſaliſque ſeu repræſaliarum literis cõceſſis,vel concedendis, nec alijs obſtantijs quibuſcunq;, etiam ſi talia forent,de quibus oporteret mẽtionem facere ſpecialem, quæ pro ſpecificatis habeantur. Mandantes quibuſcunq; officialibus & ſubditis totius territorij Genuen, tã in mari,q̃ in terra, vt has noſtri ſalui conductus literas obſeruent, faciantq; ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, ſub pœna indignationis noſtræ. In quorum teſtimoniũ præſentes fieri iuſſimꝰ & regiſtrari, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri. Datum Genuæ in palatio ducali,die 22. Martij,1515.

Idem Octauianus.

Simon.

¶ Tenor verò recognitionis, talis eſt:

Die Iouis vigeſimaſexta Aprilis 1515. cõſtituti in domo dominorum Bartholomæi & Eduardi Doria mercatorum Ianuen, Romañ curiam ſequen, dominus Eduardus ꝑfatus, & dominus Thomas * Pecunia ciues & mercatores Ianuen, medio eorum iuramento recognouerunt, & ſe recognoſcere dixerũt manum & perſonam Illuſt. domini ducis Ianuen Octauiani de Cãpofregoſo, manum & perſonam Cãcellarij & ſigillum eiuſdem ducis in retroſcriptis literis appoſitum &c. Et dixerũt eſſe illorum, quorum inibì eſſe dicuntur.

for.* de Cunia

Ita eſt. B. de * Contreras.

Ita eſt. B. Sculteti.

¶ Tenor verò intimationis.

Anno à natiuitate Domini 1515. indictione tertia, die verò ſabbati vigeſimaoctaua menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno tertio, originales literæ * paſſus præſentatæ & intimatæ ac dimiſſę fuerunt Illuſtriſſimis dominis de Solier, & Noſtromars, oratoribus Chriſtianiſſimi regis Frãciæ, cuius præſens copia extracta & collatiõata fuit à ſuo proprio originali per nos Ioannem Bernardi, & Ioannem Duueti curſores.

for.* paſſim

Eurardus Duuiuier magiſter curſorum.

Anno à natiuitate Domini 1515. indictione tertia, die verò ſecunda menſis Maij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi noſtri, dñi Leonis diuina prouidentia

Papæ

papæ decimi anno tertio, fuit congregatio reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium, & omnium prelatorum exiſtentiam in curia, & intereſſe volẽtium in palatio Apoſtolico in ſuperiori capella. In qua interfuit ſanctiſſimus domin⁹ noſter præfatus, & interfuerunt Cardinales numero viginti & *vnus, & prælati numero *ſexaginta & ſeptem. Et fuerunt lecte per reuerendum patrem dominum Thomam Phædram ſecretarium Concilij ſchedulæ proponendæ in proxima ſeſſione. Et fuerunt ab omnibus approbatæ. Et poſt aliqualem & maturam diſcuſſionem ſuper aliquibus ex ipſis, tandem votatæ & approbatæ ad Dei omnipotentis laudem, & eccleſiæ exaltationem.

*tres *nonaginta.

SESSIO DECIMA.

ANno à natiuitate Domini 1515. die verò Veneris 4. menſis Maij, Indictione tertia, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno 3. fuit celebrata decima ſeſſio ſacroſancti concilij generalis in Eccleſia Lateraneñ in loco ſolito, in qua fuit præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter, & fuerunt præſentes infraſcripti reuerend. Cardinales, Patriarchæ & Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac principum oratores, ac illuſtres domini & barones, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiſſimus dñs Raphael Oſtieñ
Reuerendiſſ. D. Bernardinus Sabineñ.
Reuerendiſſ. D. Dominicus Portueñ.
Reuerendiſſ. D. Franciſcus Tiburtineñ.
Reuerendiſſ. D. Marcus Prænestinus.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Franciſcus tituli ſanctorũ Ioannis & Pauli, Surrentiñ.
Reuerendiſſ. D. Nicolaus tituli ſanctę Priſcæ, de Fliſco.
Reuerendiſſ. D. Hadrianus tituli S. Chryſogoni.
Reuerendiſſ. D. Leonardus tituli ſanctæ Suſannæ, Agenneñ.
Reuerendiſſ. D. Antonius S. Praxedis.
Reuerendiſſ. D. Petrus tituli ſancti Euſebij, Anconitañ.
Reuerendiſſ. D. Achilles tituli ſancti Sixti.
Reuerendiſſ. D. Bandinellus tituli ſanctæ Sabinæ, de Saulis.
Reuerendiſſ. Domin⁹ Laurentius tituli ſanctorum quatuor Coronatorum.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Fredericus de ſancto Seuerino, ſancti Angeli.
Reuerendiſſ. Dominus Hippolytus ſanctæ Luciæ in Silice.
Reuerẽdiſſ. D. Alexander ſancti Euſtachij, Farneſius.
Reuerẽdiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Mariæ in Coſmedin, de Aragonia.
Reuerendiſſ. Dominus Marcus ſanctę Mariæ in via lata, de Cornelijs.
Reuerendiſſ. D. Alphonſus S. Theodori.
Reuerẽdiſſ. D. Iulius S. Mariæ de Nauicula.
Reuerendiſſ. Dominus Bernardus ſanctæ Mariæ in porticu.
Reuerẽdiſſ. D. Innocẽtius ſanctorum Coſmæ & Damiani.

PATRIARCHAE ET ASSIſtentes Papæ Oratores.

Reuerendus pater D. Cęſar patriarcha Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Franciſcus Conſanus.
Reuerẽd. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerendus P. D. Robertus Rheginus.
Reuerend. P. D. Bernardus Taruiſinus.
Reuerẽd. P. D. Ioãnes Franciſcus Taurineñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Pompeius Reatinus.
Reuerend. P. D. Andreas Militeñ.
Reuerend. P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. P. D. Silueſter Vuigornieñ eps, orator Illuſt. regis Angliæ.
Reuerend. P. D. Ioannes Archiepiſcopus Gneznen, orator Illuſtriſſ. Sigiſmũdi regis Poloniæ.
Reuerẽd. P. D. Ludouicus epiſcopus Maurianeñ, orator ducis Sabaudiæ.
Reuerend. P. D. Bertrandus epiſc. Adrieñ, orator ducis Ferrariæ.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Stephanus Patraceñ.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P. D. Hieremias Traneñ.
Reuerend. P. D. Orlandus Auinioneñ.
Reuerend. P. D. Andreas *Mononaſieñ. *Monẽbaſieñ.
Reuerend. P. D. *Gilbertus Surrentiñ. *Gisbert⁹
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Stephanus Gabriel Bareñ.
Reuerend. P. D. Andreas Spalateñ.
Reuerend. P. D. Franciſcus Turritañ.
Reuerend. P. D. Alexander Vienneñ.
Reuerend. P. D. Antonius *Athaneñ. Cataneñ

EPISCOPI.

Reuerend. P. D. Iannotius Troianus.
Reuerend. P. D. Aloyſius Parentiñ.
Reuerẽ. P. D. Bartholomæ⁹ Iuſtinopolitañ.
Reuerend. P. D. Ioannes Aquilañ.
Reuerend. P. D. Iacobus Potentiñ.
Reuerend. P. D. Octauianus Viterbieñ.
Reuerend. P. D. Marinus *Teneteñ. *Cenetenſi
Reuerend. P. D. Hieronymus *Bondoneñ. *niduaneñ
Reuerend. P. D. Iacobus Fauentiñ. *Budineñ
Reuerend. P. D. Ioannes *Cibineñ. *Sibiniceñ
Reuerend. P. D. Paris Piſaurieñ. *Sebonic eñ
Reuerendus P. D. Alexius Melfitañ.
Reuerend. P. D. Siluius Boianeñ.
Reuerend. P. D. Marinus *Caſineñ. *Caſſineñ
Reuerend. P. D. Ioannes Dominicus Terdoneñ.
Reuerendus P. D. *Vaſinus Placentinus. *Vaſinius
Reuerend. P. D. Aloyſius Interamneñ.

*Nãneteñ Reuerend. P. D. Franciſcus *Maneteñ.
*Marius Vgentinus, vel *Ogẽtin⁹ Reuerẽd. P. D. Iuſtinianus * Antmerinus.
Reuerend. P. D. Hugo *Rhegieñ.
*Amerin⁹ Reuerend. P. D. Bartholomę⁹ Mõtis viridis.
*Regineñ Reuerend. P. D. Aloyſius ſancti Marci.
Reueren. P. D. Benedictus Chieñ.
Reuerendus P. D. Paulus Foroſempronieñ.
Reuerend. P. D. Chriſtophorus Cęſenateñ.
oraneñ Reuerend. P. D. Ioãnes Baptiſta *Maraneñ.
Reuerendus P. D. Petrus Caſtelli Maris.
ſuleñ Reuerendus P. D. Hieronymus *Ilcineñ.
Reuerend. P. D. Ioãnes Antonius Calinen.
*Aiaceñ Reuerendus P. D. Philippus *Adiateñ.
Reuerendus P. D. Theſeus Racanateñ.
*Vmbriaticeñ Reuerendus P. D. Matthæus *Vmbriaceñ.
Reuerendus P. D. *Scabonius Imoleñ.
*Scribonius Reuerendus P. D. Gisbertus Rapollañ.
*Arianeñ Reuerend. P. D. Ioannes *Ariaceñ.
Reuerendus P. D. Auguſtinus Peruſiñ.
Reuerend. P. D. Tranquillus Ferentiñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Veuereñ.
Reuerend. P. D. Ioãnes Frãciſcus Veſtanus.
Reuerend. P. D. Hercules Vrbeuetañ.
*Foropopulonieñ Reuerend. P. D. Angelus *Britonorieñ.
Reuerendus P. D. Vincentius Signinus.
Reuerend. P. D. Petrus Paulus Eſineñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Anſareñ.
Reuerendus P. D. Ioãnes Baptiſta Caſertañ.
*Agrieñ Reuerend. P. D. Auguſtinus *Argieñ.
* Guarrinus *Vrgelleñ Reuerendus P. D. *Martinus Nucerinus.
Reuerendus P. D. Ioannes *Algereñ.
*Vigilieñ Reuerend. P. D. Iacobus Marſicanus.
*Comacleñ Reuerendus P. D. Natalis *Veglieñ.
Reuerend. P. D. Siluius *Comaceñ.
Reuerend. P. D. Valentinus Penneñ.
*Lechlineñ Reuerend. P. D. Thomas *Legluneñ.
Reuerend. P. D. Petrus *Sermeñ.
* Ceruieñ Reuerend. P. D. Lactantius Suaneñ.
*Senogalieñ Reuerend. P. D. Marcus *Cenoualieñ.
Reuerend. P. D. Laurentius *Dalameñ.
*Dulcineñ Reuerend. P. D. Sixtus *Saluceñ.
*Salutieñ Reuerend. P. D. Zacharias Terracineñ.
*cachareñ Reuerend. P. D. Euãgeliſta *Cathaceñ.
*Catharineñ Reuerend. P. D. Iulianus Agrigentiñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Aſculañ.

ORATORES.

Illuſt. Dominus Albertus de Carpi, ſereniſſimi Maximiliani electi Imperatoris Orator.
Magnificus dominus Ludouicus de Solier, Chriſtianiſſimi regis Franciæ orator.
Magnificus dominus Hieronymus Vich, Catholici regis Hiſpaniæ orator.
Reuerend. P. D. Michael Brut, Illuſt. regis Portugaliæ orator.
Magnificus dominus Martinus Georgius, Dominij Venetorum orator.
Magnificus dominus Marinus Charatius, Illuſt. ducis Mediolaneñ orator.
Magnificus dominus Frãciſcus Victorius, Dominij Florentinorum orator.
Illuſt. dominus Ioannes Filbertus de Palude, comes de Iaes, & reuerend. pater dominus Petrus de Baonia, Illuſtr. domini ducis Sabaudiæ oratores.

SENATOR, CONSERVATORES, Illuſt. domini temporales.

Magnificus dñs Iacobus Senator vrbis.
Illuſt. D. Proſper de Columna, dux Caniæ.
Illuſt. D. Marcus Antonius de Columna.
Illuſt. D. Ludouicus de Vrſinis, comes Petiliani.
Illuſt. D. Nicolaus Volſchi, miles Polonus.
Illuſt. D. Laurentius de Satmat.
Illuſt. D. Mutius de Columna.
Illuſt. D. Ioannes Franciſcus de Columna.
Magnificus D. Euangeliſta Magdalenæ, cõſeruator vrbis.
Magnificus D. Marius de Creſcentijs, conſeruator vrbis.

Et quàm plures alij nobiles & milites Hieroſolymitañ. Celebrata Miſſa per Reuerẽ. in Chriſto patrem Ioãnem archiepiſcopum Gneznen, oratorem regis Poloniæ, & habita oratione per Reuerẽd. patrem dominum Stephanum archiepiſcopum Patraceñ, quæ iuxta morẽ infrà ponetur. Et cantato euangelio per Reuerendiſſ. dñm Alexandrum S. Euſtachij diaconum Card. ſecundum Matthæum, quod incipit, Dixit Ieſus parabolam hãc, ſimile eſt regnum cęlorum homini regi &c. Et cantatis orationibus conſuetis, & hymno, Veni creator, per prefatum ſanctiſſimum dñm noſtrum preſcripti oratores Illuſt. ducis Sabaudiæ dederunt præfato ſanctiſſimo domino noſtro mandatum pręfati Illuſt. ducis ad intereſſendum nomine ſuo in ſacroſancto Lateraneñ cõcilio. Et idem ſanctiſſim⁹ dedit illud reuerendo patri dño Thomæ Phędrę legendum in ambone. Qui aſſcendens ambonem, legit illud alta & intelligibili voce. Quo perlecto, præfati oratores acceſſerũt ad pedes ſanctitatis ſuæ, & genibus flexis, oſculati ſunt beatiſſimos pedes. Deinde excluſis illis qui de more intereſſe non debent, & clauſis portis cõcilij, Reuerend. pater dominus Bertrandus epiſcopus Adrieñ, aſſcendit ambonem, & legit ſchedulam ſuper confirmatione montis pietatis. Cuius tenor talis eſt:

LEO epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuã rei memoriam, ſacro approbante concilio. Inter multiplices noſtræ ſolicitudinis curas, illã in primis ſuſcipere pro noſtro paſtorali officio debem⁹, vt quę ſalubria & laudabilia, ac catholicæ fidei cõſona, & bonis moribus cõformia, noſtro tempore nõ ſolùm enucleentur, verumetiã ad poſteros ꝓpagẽtur: & q̃ materiam ſcandali prębere poſſent, penitùs ſuccidantur, & radicitùs extirpentur, nec pullulare vſquàm ſinantur, ea in agro Dominico & vinea Domini Sabaoth duntaxat conſeri permittẽdo, quibus fidelium mentes paſci ſpiritualiter poſſint, eradicatis

dicatis zizanijs & oleastri sterilitate succisa. Sanè cùm olim inter nonnullos dilectos filios sacræ Theologiæ Magistros, ac iuris vtriusq; Doctores, controuersiam quãdam non sine populorum scandalo & murmuratiõe exortam, & nuper his diebus innouatam esse comperierimus circa pauperum releuationem, in mutuis eis publica authoritate faciẽdis, qui Montes Pietatis vulgò appellantur, quiq; in multis Italiæ ciuitatibus ad subueniendum per huiusmodi mutuum pauperum inopiæ, ne vsurarũ voragine deglutiãtur, à ciuitatum magistratibus & alijs Christifidelibus sunt instituti, atq; à sanctis viris diuini verbi præconibus & laudati, & persuasi, ac à nonnullis etiam summis Pontificibus prędecessoribus nostris probati & cõfirmati, sint ne præfati montes à Christiano dogmate dissonantes, vel non, vtraque parte diuersimodè sentiente atq; prędicante. Nonnullis enim magistris & doctoribus dicentibus eos montes non esse licitos, in quibus aliquid vltra sortem pro libra, decurso certo tẽpore per ministros huius mõtis ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, & ꝓptereà ab vsurarũ crimine iniustitiáve, seu ab aliqua certi specie mali mundos non euadere, cùm Dñs noster, Luca euangelista attestante, aperto nos præcepto obstrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam vltra sortẽ sperare debeamus. Ea em̃ propria est vsurarum interpretatio, quandò videlicet ex vsu res, quæ non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullóve periculo, lucrum*fœtusq; conquiri studetur. Addebãt etiam ijdem magistri & doctores, in his montibus, neq; commutatiuę neque distributiuæ iustitię fieri satis, cùm tamen iustitię terminos contractus huiusmodi excedere non debeant, si debeãt approbari: idq; prætereà probare nitebantur, quia impensę pro huiusmodi montium conseruatione à pluribus (vt aiunt) debitæ, à solis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueantur: pluraq; interdum vltra necessarias & moderatas impensas, non absq; specie mali ac incẽtiuo delinquendi, quibusdam alijs personis (vt inferre videntur) exhibeantur. Alijs verò pluribus magistris & doctoribus contrà asserentibus, & in multis Italiæ Gymnasijs verbo & scripto conclamantibus pro tanto bono, *tanq̃ reipublicæ pernecessario, modò ratione mutui nihil petatur, neq; speretur: pro indemnitate tamen eorundẽ montium, impensarum videlicet ministrorũ eorundem ac rerum oñium ad illorũ necessariam cõseruationem pertinentium, absq; montium huiusmodi lucro, idq; moderatũ & necessariũ ab his, qui ex huiusmodi mutuo commodum suscipiunt, licitè vltra sortem exigi & capi posse non nihil licere, cùm regula Iuris habeat, quòd qui commodum sentit, onus quoq; sentire debeat, præsertim si Apostolica accedat authoritas. Quã quidem sententiam à fe.re. Paulo II. Sixto IIII. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Iulio II. Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris probatam, à sanctis quoq; ac Deo deuotis, & in magna ob sanctitatis opinionẽ existimatione habitis euangelicæ veritatis prędicatoribus prędicatam esse ostendunt. Nos super hoc (prout nobis est ex alto concessum) oportunè prouidere volentes, alterius quidem partis, iustitiæ zelum, ne vorago aperiretur vsurarum: alterius, pietatis & veritatis amorem, vt pauperibus subueniretur: vtriusque verò partis studium commẽdantes, cùm hæc ad pacem & tranquillitatẽ totius reipublicæ Christianę spectare videantur, sacro approbante concilio, declaramus & diffinimus, montes pietatis antedictos per respublicas institutos, & authoritate sedis Apostolicæ hactenùs probatos & cõfirmatos, in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate dũtaxat, vltra sortẽ absq; lucro eorundẽ montium recipitur, neq; speciem mali præferre, nec peccandi incentiuum præstare, neq; vllo pacto improbari, quinimmò meritorium esse, ac laudari & probari debere tale mutuum, & minimè vsurarium putari, licereq; illorum pietatem & misericordiam populis prędicare, etiam cum indulgentijs à sancta sede Apostolica eã ob causam concessis. Ac deinceps alios etiam similes mõtes cũ Apostolicæ sedis approbatione erigi posse: multo tamen perfectius, multoq; sanctius fore, si oñinò tales montes gratuiti constituerẽtur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus si non omni, saltem vel media ex parte huiusmodi montium ministrorum soluantur impensę, vt ad leuiorem ęris soluendi portionem medio hoc pauperes grauari contingat, ad quos, cũ huiusmodi census assignatiõe, pro impensarum supportatione erigendos, Christifideles maioribus indulgentijs inuitandos esse decernimus. Oñes autem religiosos & ecclesiasticas ac seculares personas, qui cõtra præsentis declarationis & sanctionis formã decæterò prædicare seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excõmunicatiõis latæ sententiæ pœnam, priuilegio quocunque non obstante, incurrere volumus: nõ obstantibus pręmissis, ac cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo oñinò hominum liceat hanc paginã nostrę declarationis, diffinitionis, decreti & excõmunicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare ꝑsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ eius, se nouerit incursurum.

Luc. 6.c

*fœnusq;

*tamq;

Data Romæ in publica sessione, in Lateranen sacrosancta basilica solẽniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtesimo quintodecimo, quarto Non. Maij, põtificatus nostri anno tertio.

Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus suis contenta in schedula. Et interrogati per scrutatores votorum, responderunt placere contenta in schedula, excepto reuerendo patre domino Hieremia archiepiscopo Tranen. qui dixit, non placere, quia didicit per experientiam, quòd præfati montes sunt plùs damnosi q̃ vtiles. Deinde reuerendus pater dñs Bernardus episcopus Taruisinus ascendit ambonem, & legit cõtra exemptos schedulã & alias materias, ecclesiasticam libertatem & dignitatẽ episcopalem concernentes, cuius tenor talis est:

LEO episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbãte concilio. Regimini vniuersalis Ecclesiæ (disponente Domino) ꝑsidentes, iuxta pastoralis officij debitum, libenter intẽdimus vtilitatibus subditorum, & ad conseruandã libertatẽ ecclesiasticam, & remouenda scandala, ponendã concordiam, & nutriendam quietem inter ecclesiarum prælatos & eorum subditos, eo propensiùs Apostolicæ solicitudinis studiũ adhibemus, quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur: necnon indulta pariter & priuilegia eisdem subditis in ipsorum prælatorum dispendiũ, tam per prædecessores nostros, q̃ sedẽ apostolicam concessa, ita libenter moderamur, ne exindè scandala procedant, néve ex eis vlli detur materia malignandi, & personę ecclesiasticæ à bono obedientiæ, necnon diuini perseuerantia seruitij nullatenùs retrahantur. Sanè nuper ad nostrum relatio fide digna perduxit auditum, ꝙ canonici Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, & alij clerici seculares plura præsumunt, quæ ipsis infamiam non paruam pariunt, & alijs inferũt læsionem prætextu exemptionis & libertatis à dicta sede obtẽtæ, ordinariorumq; correctiones & ordinationes subterfugiunt, ac eorum forum siue iudicium declinãt. Nonnulli etiam impunitatem suorum excessuũ per priuilegium exemptionis obtinere sperantes, excessus ipsos cõmittere non verentur, quos, nisi per exemptionem, qua gaudent, crederent se defendi, nullatenùs fuissent commissuri. Hinc itaque accidit, vt ꝓpter eorum audaciam, qui prætextu priuilegij exemptionis, impunitatem excessuum obtinere confidentes, nonnulla multotiès committant enormia, per quæ plurimũ diffamatur ecclesia, & scandala grauia generãtur, potissimè autem cùm talia per eos, ad quos horum spectat correctio, incorrecta remaneant, seu illi, ad quos spectat, illa pu-

nire negligunt: Nos volentes, ne eo prætextu delicta remaneãt impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, sacro approbante concilio statuimus, vt decæterò illi, quibus exemptorum correctio & punitio à dicta sede demandata est, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officij sibi commissi debitum exequantur. Et quam primùm eis, exemptos ipsos deliquisse, legitimè constiterit, ità eosdem exemptos delinquẽtes puniant, ꝙ ijdem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentijs, & alij eorum exemplo perterriti, prosilire ad similia meritò perhorrescant. Et si circa hoc negligentes fuerint, Diœcesani, & alij locorũ Ordinarij eosdem, quibus exemptorũ correctio huiusmodi competit, personaliter, si illorum copia & notitia haberi poterit: alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus iudex fuerit, eos quorũ sua in prędictis interesse putauerint, per edictũ publicum Cathedralium seu aliarum ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere, seu nullis eorundem exemptorum iudicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valuis affigendum, moneant, vt ipsi tales exẽptos delinquentes & criminosos puniant & castigent infra competentem terminum, monentium ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, seu recusauerint, tunc, vt in eo, in quo deliquerint, puniãtur, cognitione huiusmodi ea vice sint priuati, & se non intromittant vllatenùs de eisdem: sed diœcesani & alij locorũ ordinarij huiusmodi, contra tales exemptos delinquẽtes & criminosos authoritate nostra ad inquisitionem, vel per accusationem sine aliquib⁹ tormẽtis procedere, & testes per seipsos examinare possint, ac processum ipsum, quem ratione solennitatis iuris, præterquàm ratione citationis omissæ (dummodò delictum aliâs ritè probatum fuerit) nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum, & eorum sigillo munitum, ad sedis apostolicæ examen, ipsorum exemptorum delinquentium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem ordinarij ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, per proprium vel alium nuncium, quanto citiùs destinare procurẽt, apud eandem sedem per Romanum Pontificem vel alium, cui duxerit committẽdum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos quòd ad condemnationem vel ꝓpter sufficiẽtia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos diœcesanos, seu ordinarios p eos authoritate nostra in causa inquisitiõis seu accusatiõis vlteriùs legitimè procedendum, & causam ipsam, prout iustum fuerit, terminandam remittendum. Notarij autem

dictæ ſedis, quorum officium in ipſis primitiuæ eccleſiæ initijs à fe.re. Clemente Papa primo ad ſanctorum geſta perquirenda atq; conſcribenda noſcitur inſtitutum, ad protonotariatus officium aſſumpti, habitum & ✱rochetum deferentes, & alij noſtri & dictę ſedis officiales, actu ſua officia exercentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ab omni ordinariorum iuriſdictione ſint exempti. Alij verò notarij habitum protonotariatus non deferentes, niſi illum infra trimeſtre, poſt præſentium publicationem aſſumpſerint, & ipſi ac alij in poſterum aſſumendi, habitum & rochetũ huiuſmodi continuè non geſtantes, atq; alij noſtri & dictæ ſedis officiales, officia ſua actu non exercẽtes, tam in criminalibus q̃ in ciuilibus, ratione cauſæ ſummã 25. ducatorũ auri de camera non excedentis duntaxat, eorundẽ diœceſanorum & ordinariorum iuriſdictioni ſubiacẽt. In ciuilibus verò cauſis ſummam huiuſmodi excedentibus, plena gaudeãt exemptione, & à dictorum diœceſanorum & ordinariorum iuriſdictione penitùs ſint exempti. Dignum quoq; & etiam congruum arbitrantes, ꝙ ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium familiaribus illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domeſtici & cõtinui ſunt commenſales, vel ab eiſdem cardinalibus ad ipſorum exequenda negocia miſſi, vel qui recreationis cauſa ad tẽpus à Romana curia abſentes fuerint. Cęteris verò, etiam familiaritatis literas habentibus, quo minùs coercitiõi diœceſanorum & ordinariorum eorundem ſubiaceant, familiaritatis huiuſmodi priuilegium nullatenùs ſuffragetur. Et cùm eiſdem diœceſanis, vt monaſteria monialium ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, in eorum diœceſibus conſiſtentia, ſemel in anno viſitare poſſint, per conſtitutionem in concilio Viennenſi editam, quæ incipit, Attendentes, plena fuerit data facultas: illam innouamus, ac exemptionibus & priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus, diſtrictè ſeruari præcipimus & mandamus. Per p̃miſſa quoque eiſdem diœceſanis & ordinarijs, cæſibus quibus in exemptos à iure iuriſdictio conceſſa eſt, nullatenùs p̃iudicium generetur. Exemptiões autem decæterò abſq; ratiõabili cauſa, & quorum intereſt, minimè citatis, pro tempore conceſſas, nullius roboris & momenti eſſe decernimus. Et cùm eccleſiaſticus ordo cõfundatur, ſi ſua vnicuiq; iuriſdictio nõ ſeruetur, ordinariorum iuriſdictioni (quãtùm cum Deo poſſumus) fauere, ac litibus finem celeriùs imponi, & litigantium immoderatis ſumptibus & expenſis parci ſatagentes, ſtatuimus & ordinamus, ꝙ ſingulæ cauſæ, tã ſpirituales, q̃ ciuiles & mixtæ, ac forum eccleſiaſticum quomodolibèt concernentes, & beneficiales, dummodò beneficia ipſa generaliter reſeruata non fuerint, & ipſorum ſingulorum beneficiorum fructus, redditus & prouentus, 24. ducatorum auri de camera ſecundùm communem extimationem valorem annuum non excedant, in prima inſtantia extra Rom. curiã, & in partibus corã ordinarijs locorum dũtaxat cognoſci & terminari, ità ꝙ nulli ante diffinitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) vllatenùs admitti, niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minimè concernente negociũ principale, quod per appellationem à diffinitiua ſententia reparari nõ poſſit: niſi alter collitigantium aduerſarij ſui potentiam meritò perhorreſcẽs, ſeu alia probabili & honeſta cauſa, aliter q̃ per proprium iuramẽtum ſaltem ſemiplenè probata, coram ordinario non auderet litigare. Eo em̃ caſu cauſę ipſę, etiam appellatiõum, in dicta curia, etiam in prima inſtantia, committi & cognoſci & terminari poſſint. Alioquin appellationes, & illarum etiam aliarum cauſarum huiuſmodi commiſſiones in poſterum, & quicquid indè ſecutum fuerit, nullius ſint roboris vel momenti. Iudices autem & conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerint, aſſeſſorẽ partibus non ſuſpectum, ab ipſis partibus vel earum altera requiſiti, aſſumere, & ſecundùm eius relationem iudicare teneantur. Et quia ſæpiùs & multiplici relatione percepimus, quamplurimas eccleſias, & illis præſidẽtes epiſcopos, tam citra q̃ vltra montes, vexari in eorũ iuriſdictionibus, iuribus & dominijs, actu tur bari à domicellis, principibus & nobilibus eorundem, qui ſub colore iuriſpatronatus, quod in beneficijs eccleſiaſticis habere confingunt, nullo priuilegio Apoſtolico ſuffulti, ſine ordinariorum collatiõibus & literis, & abſq; aliquo ſaltẽ colorato titulo, beneficia non ſolùm clericis, ſed etiam laicis cõferre, ſacerdotes & clericos delinquẽtes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, ad quarum ſolutionem de iure tenentur, ac Cathedralium & alia, quæ legis diœceſanæ & iuriſdictionis ſunt, & ad ipſos epiſcopos duntaxat pertinent, temerè auferre, fraudare, vſurpare, ſeu vt præmiſſa fiãt, mandare, ac ipſa & fructus quoſcunque, ne à ciuitatibus, terris & locis eorum extrahantur, prohibere: feuda, poſſeſſiones & prædia occupare, & indebitè detinere, ſeu ad feuda & bona ipſarum eccleſiarum eis cõcedẽdum, ac beneficia eccleſiaſtica perſonis per eos nominatis conferendum, minis & terroribus ac alijs vijs indirectis inducere & compellere, & alia quãplurima damna, iacturas, & iniurias eccleſijs & earum prælatis, ac clericis p̃ſatis referri, nõ modò permittere, ſed etiàm expreſsè mandare p̃ſumant. Attendẽtes igitur, ꝙ laicis in clericos & perſonas eccleſiaſticas, ac bona eccleſiaſtica non eſt attributa facultas, atq; æquũ & iuſtũ eſſe, vt in eos

eos iura inſurgant, qui illa offendere præſumunt: necnon conſiderantes, quantum ex his tam noſtro & Apoſtolicæ ſedis honori, q̃ perſonarum eccleſiaſticarũ quieto & proſpero ſtatui, non ſine damnãda pernicie derogetur: ✱accipiẽtes eos, quos ad obſeruantiam iurium, virtutum præmia non inducũt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, q̃ adijciendarum de nouo formidine à temerarijs auſibus refrenare, omnes & ſingulas conſtitutiones, quæ ſuper decimarum ſolutione, & contra violatores & raptores eccleſiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S. R. E. cardinales, quàm venerabiles fratres noſtros epiſcopos, & alias p̃ſonas eccleſiaſticas, ſeculares & regulares capientes, detinentes, & eorum iuriſdictiõem & iura quomodolibèt indebitè occupãtes, aut eos in eorum iuriſdictionis exercitio perturbantes ſeu moleſtantes, eos quoq; ad conferendum beneficia eccleſiaſtica perſonis per eos nominatis, aut aliâs de illis pro eorum libito voluntatis diſponendum, & feuda ac bona eccleſiaſtica in emphyteoſim concedendum, aut aliâs vendendum temerè compellentes, necnon ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam facientes, & ad præmiſſa, auxilium, conſilium vel fauorem p̃ſtantes hactenùs emanârunt, innouamus. Et cùm ea, nedum iuri contraria, ſed etiã eccleſiaſticæ libertati opprobrioſa ſint quamplurimùm & aduerſa, vt de officio nobis credito dignam Deo poſſimus reddere ratiõem, affectibus & monitis paternis Imperatorẽ, reges, principes, duces, marchiões, comites, barones, & quoſcunq; alios alterius cuiuſcunq; nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ ſeu poteſtatis, excellẽtiæ vel dignitatis exiſtentes, attentè hortamur in Dño, eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ mãdantes, vt ipſi conſtitutiones prædictas obſeruent, & faciant à ſuis etiam ſubiectis inuiolabiliter obſeruari, quacunq; conſuetudine contraria nõ obſtante, ſi diuinã offenſam & ſedis apoſtolicæ debitam vitare voluerint vltionem. Ac collationes de dictis beneficijs ſic factas, nullas & irritas nihilominùs eſſe decernim⁹: ac illis vtentes, reddantur inhabiles ad alia beneficia eccleſiaſtica obtinẽda, donec cum eis ſuper hoc p̃ ſedẽ p̃dictam fuerit diſpenſatum. Maturè quoque conſiderantes, quòd poſt Chriſtĩ ad cælos aſſenſionẽ, Apoſtoli p̃ ſingulas vrbes & diœceſes epiſcopos diſtribuerunt, ſicut ſancta Romana Eccleſia per orbem conſtituit, eoſdem epiſcopos in partem ſolicitudinis vocãdo, onera gradatim diſtribuendo per patriarchas, primates, archiepiſcopos & epiſcopos: ac ſacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos p̃ morum correctione, & controuerſiarum deciſione & determinatione, ac mandatorũ p̃ñi obſeruatione, fieri debere conciliũ prouinciale, ac ſynodum epiſcopalem, vt deprauata corrigerentur, & illa facere negligẽtes, canonicis pœnis ſubiacerent: cùm conueniat, nos circa ea q̃ rempublicã Chriſtianã cõcernunt, eſſe intẽtos, deſiderãtes canones ipſos firmiter obſeruari, eiſdẽ patriarchis, primatibus, archiepiſcopis & epiſcopis diſtrictè iniungimus, vt de officio eis commiſſo dignam Deo poſſint reddere rationem, canones, cõcilia & ſynodos, huiuſmodi fieri mãdantes, quocunq; priuilegio nõ obſtãte, inuiolabiliter obſeruent, p̃terq̃ quo ad concilium prouinciale, quod decæterò ſingulis triennijs fieri mandamus, ad illa q̃; etiam exemptos accedere debere decernimus, priuilegio acconſuetudine quacunq; contraria non obſtantibus. Circa hoc autem negligẽtes, pœnas in eiſdem canonibus cõtentas ſe nouerint incurſuros. Et cùm conſtitutione in cõcilio Viennenſi edita, q̃ incipit, In pleriſq;, vt Pontificiæ dignitatis honor ſeruaretur, ſtatutũ fuerit, ne eccleſijs Cathedralibus bonis temporalibus, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt, priuatis, ac clero & populo Chriſtiano carentibus, de aliquibus perſonis p̃ſertim religioſis, p̃uideretur, conſtitutionẽ ipſam innouamus, illamq́ue inuiolabiliter obſeruari debere volum⁹ atq; mandamus, niſi aliqua iuſta cauſa, in cõſiſtorio noſtro ſecreto approbanda, aliter duxerimus faciendũ. Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod p̃miſſorum contigerit attentari, irritum decernimus & inane, contraria quacunq; cõſtitutione vel priuilegio nõ obſtãte. Nulli ergo omnino hoĩm liceat hanc paginam noſtrorũ ſtatuti, prohibitionis, præcepti, conſtitutionis, ordinationis, hortationis, iniunctionis, innouationis, voluntatis, mandati & decreti infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare p̃ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Romæ in publica ſeſſione in Lateranẽ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dñicæ 1515. 4. Nonas Maij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et oñes reſponderunt placere, dempto præſato Reuerend. patre dño Hieremia archiepiſcopo Tranen. qui dixit, non placere inquantùm ſchedula dat ordinem, ꝙ epiſcopi cõtra exemptos debeant formare proceſſus & mittere ad curiam.

Poſtmodùm verò reuerendus pater Dñs Franciſcus epiſcopus Nannetenſis aſcendit ambonem, & legit ſchedulam ſuper impreſſione librorum, cuius tenor talis eſt:

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã, ſacro approbante concilio. Inter ſolicitudines noſtris humeris incumbẽtes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in

viam veritatis reducere, ipsosq; lucrifacere Deo(sua nobis cooperãte gratia) valeamus. Hoc est quod profectò desiderãter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulò destinamus affectum,ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sanè licèt literarum peritia p librorum lectionem possit faciliter obtineri,ac ars imprimendi libros temporibus potissimùm nostris,diuino fauẽte numine, inuenta seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cùm parua impensa copia librorũ maxima habeatur,quibus ingenia ad literarum studia percõmodè exerceri,& viri eruditi in omni linguarũ genere,præsertim autem Catholici, quibus sanctam Romanam ecclesiam abundare affectamus,facilè euadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeãt sacris institutis instruere, fideliumq; collegio per doctrinam Christianæ fidei salubriter aggregare: quia tamen multorum querela nostrum & sedis Apostolicæ pulsauit auditum, quòd nõnulli huius artis imprimendi magistri,in diuersis mundi partibus libros, tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ & Chaldææ linguarum in Latinum translatos, quàm alios,Latino ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide ac pernicioſa dogmata etiã religiõi Christianæ contraria,ac contra famam personarum etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere ac publicè vendere præsumunt,ex quorum lectura non solùm legentes non ædificantur,sed in maximos potiùs, tam in fide,quàm in vita & moribus prolabuntur errores,vndè varia sæpè scãdala (ꝓut experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & maiora indiès exoriri formidantur.Nos itaque ne id,quod ad DEI gloriam & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inuentum,in contrarium conuertatur,ac Christifidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habẽdam fore duximus, ne decæterò cum bonis seminibus spinæ coalescãt,vel medicinis venena intermisceantur. Volentes igitur de oportuno super his remedio prouidere,hoc sacro approbante cõcilio, vt negocium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur feliciùs,quo deinceps indago solertior diligentiùs & cautiùs adhibeatur, statuimus & ordinamus,quòd deceterò perpetuis futuris temporibus nullus librum aliqué, seu aliam quãmcunq; scripturam, tam in vrbe nostra, q̃ alijs quibusuis ciuitatib⁹ & diœcesibus imprimere seu imprimi facere præsumat,nisi priùs in vrbe per vicarium nostrũ & sacri palatij magistrum, in alijs verò ciuitatibus & diœcesibus per episcopum vel alium habentem peritiam scientiæ, libri, seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodẽ episcopo ad id deputãdum,ac inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis siue diœcesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret,diligenter examinẽtur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia gratis & sine dilatione imponendam,approbentur. Qui autem secùs præsumpserit, vltra librorum impressorum amissionem,& illorum publicam cõbustionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apostolorum de vrbe sine spe remissionis solutionem, ac anni continui exercitij impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demùm ingraueſcente contumacia taliter per episcopum suum vel vicarium nostrum respectiuè per omnia iuris remedia castigetur,quòd alij eius exemplo similia minimè attentare præsumant.

Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam nostrorum statuti & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Data Romæ in publica sessione,in Lateranen sacrosancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimoquinto,quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

¶Qua perlecta,petijt, an placerent paternitatibus suis contenta in schedula. Et responderunt omnes placere, excepto reuerẽdo patre domino Alexio episcopo Melfitano,qui dixit, placere de nouis operibus, nõ autem de antiquis.

¶Deinde reuerendus pater dominus Petrus episcopus Castelli maris, ascendit ambonem,& legit schedulam super præfixione termini contra profitentes pragmaticã sanctionem,& super indictione vndecimæ sessionis,cuius tenor talis est:

LEO episcopus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriã, sacro approbante concilio. Cùm inter alia in hoc sacro concilio expedienda, quid super sanctione, per nonnullos prælatos Gallicæ nationis,tam clericos quàm laicos etiam nobiles,ac alios illis fauentes,quã ipsi pragmaticam vocant, edita, determinãdum & declarandum foret, expedire & declarare summoperè desideraremus, prout etiam felicis recordationis Iulius papa II. prædecessor noster huius concilij indictor desiderabat, & prælati & alij clerici ac laici præfati, ad comparendum tam coram præfato Iulio prædecessore,quàm nobis pluriès citati fuerint,& eorum cõtumacia in dicto concilio sæpiùs allegata,seu accusata extiterit:cumque postmodùm pro parte prælatorum,clericorum, & laicorum etiam nobilium, ac fautorum prædictorum, ad hoc (vt præfertur)legitimè vocatorum, allegatũ fuerit,nullum locum, per quem transeundum esset,

esset,vt tutè venire ad comparendum in dicto concilio possent,habere:nos,ne eo prætextu quoquo modo se excusare possent, à communitate Ianuensium, per quorum loca tutè ad Romanam curiam, ad allegãdum ea,quæ in huiusmodi causa pragmaticæ allegare voluerint,venire possint,amplum saluum conductum concedi curauimus,& eisdem assignari.Et ne aliquid ampliùs contra præmissa allegare,& iustam possint prætendere ignorantiam,clericos & laicos etiã nobiles,etiam ꝓlatos & fautores, clericorumq; ac secularium collegia,ad eorum contumaciam conuincendam, sacro approbante cõcilio, de nouo pro vltimo & pemptorio termino requirimus & monemus, vt ante Kalendas Octobris proximè futuri, omni excusatione & dilatione cessantibus, legitimè comparére debeant, quem terminum & dilationem huiusmodi,ex causis prædictis ad omnes accusationes tollendas, ad dictã diẽ Kalendas Octobris pro vltima & peremptoria dilatione (vt præfertur)prorogamus, & de nouo concedimus & assignamus.Quo termino elapso, ad vlteriorã & terminationem dicti negocij etiam diffinitiua sententia,ꝓcedetur, eorum contumacia & nõ comparitiõe mininè obstãtibus, in prima extũc futura sessione, quam ad hoc & alia quamplura vtilia peragẽda, videlicet vndecimam sessionem, quæ erit die quartadecima Decembris post festum beatæ Luciæ proximè futurum, præfato sacro approbante concilio,indicimus.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum requisitionis monitionis,prorogationis,cõcessionis,assignationis & indictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare ꝑsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.Datũ Romæ in publica sessione,in Lateranen sacrosancta basilica solenniter celebrata,anno incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo decimoquinto, quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

Qua perlecta, magnificus dominus Ludouicus de Solier, orator Christianissimi regis Franciæ accessit ad pedes sanctitatis suæ,& dixit in excusatione profitentiũ pragmaticam sanctionem, quòd prælati Franciæ fuerunt impediti per inimicos Francorum, non verentes censuras contentas in bulla cœnæ Domini, & ideo sanctitas sua habuit eos aliàs excusatos. Cùm igitur de præsenti eodem impedimento detenti sint, & non audeãt venire, quia inter Delphinatum & Lombardiam est periculum,quare ꝓ parte eorũ supplicatur sanctitati suæ, vt habeat eos nunc excusatos.Et cùm dabitur eis tutus accessus,offerunt se venire ad concilium & allegare de iuribus suis. Et idem magnificus orator dedit schedulam tenoris infrascripti:

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO D. N. PAPAE.

PAter beatissime,nouit optimè sanctitas vestra, & nos Christianissimi regis oratores apud eandem fidem facimus,prælatos ecclesiæ Gallicanæ ad pedes & imperium sanctitatis vestræ, & ad sacrum concilium venientes, prohibitos fuisse, ac impeditos comminationibus, & detectis in sidijs inimicorum regis eiusdẽ Christianissimi, non verentium censuras & pœnas in bulla Cœnæ Domini comprehensas: & ideo iure ac meritò Beatitudo vestra tunc prælatos illos excusatos habuit. Non enim citatum legimus quenquam teneri se periculis committere maris, latronum, itinerum & inimicorum. Cùm igitur pater beatissime,eodem notorio impedimento perdurante, maximè inter Delphinatum & Liguriam & Lombardiam, prælati ipsi ad hoc sacrum concilium venire non potuerint,nõ etiam venturi sint,donec liberè liceat & expeditè,supplicatur humiliter pro parte illius Gallicanæ ecclesiæ,quòd & nunc sanctitati vestræ placeat illam, eosdemq; prælatos excusatos habere: & ita pro sua prudentia solita prouidere, quòd tutus esse possit accessus ac expeditus ad eãdem sanctitatem & sacrum concilium: tunc etenim & quamprimùm ad sanctitatis vestræ pedes prælati ipsi, aut alij dictæ ecclesiæ nomine venient, immò obtemperaturi eiusdem imperio,& sanctæ sedis Apostolicæ:alioquin per illos non stabit,prout nec stat,quo minùs aduenient. Cæterùm pater Beatissime,pro exoneratiõe Ludouici de Solerijs,oratoris regis Christianissimi,qui has offert, supplicatur humilimè,vt placeat iubere notarijs omnibus & singulis in præsenti concilio & sessione assistentibus,quos rogat,quòd de excusatiõe huiusmodi,declaratiõe,oblatione,vnà cum decreto sanctitatis vestræ actum sumant, & indè instrumentum conficiant, eidem oratori expediendum ad ecclesiæ Gallicanæ & aliorum, quorum interesse poterit,vberiorem cautelam.

Eiusdem Sanctitatis vestræ humilimus Seruitor, Christianissimi Francorum regis orator Loys de Soliers.

¶Præfatus sanctissimus dominus noster respondit præfato oratori,quòd ex prouincia Prouinciæ erat facilis & tutus transitus p Ianuam,& quòd prouiderat de saluo cõductu Ianuen,& eis mãdauerat tradi,& si opus esset, prouideret de meliori & tutiori saluo conductu,& propterea volebat sanctitas sua quòd schedula ꝑdicta staret in suo robore,

¶Deinde præfatus reuerendus pater do-

minus Petrus episcopus Castelli Maris petijt, an placerent paternitatib⁹ suis cõtenta in schedula. Et respondẽrũt oẽs placere. dẽpto reuerend. dño Iacobo episcopo Potentino, qui dixit non placere, q̃ detur iste terminus, pfitentibus pragmaticã, quia contemnunt bullas & mandata Apostolica.

Demùm dñs Marius de Peruschis sacri concilij procurator, accusauit cõtumaciam non intersentium, in concilio interesse debentium. Et petijt per sanctitatem suam declarari. Et præfatus dominus noster declarauit, nisi ad primam comparérent. Et hæc fuerunt pro decima sessione.

Fuerunt insupèr data mandata infrascripta per procuratores infrascriptos, excusando principales suos, videlicet reuerend. pater dominus Ioannes Franciscus de Ruuere episcopus Taurineñ, dedit mandatum reuerendi patris dñi Ioãnis de Sabaudia episcopi Gebenneñ. Et venerabilis vir dñs Humbertus Caneti, dedit mandatum reuerendi patris domini archiepiscopi Tarentinensis. Et dominus *Zudfeldus Vardemberch dedit mandatum reuerendi patris domini Ioannis episcopi Hauelbergeñ. Et reuerendus pater dominus Gisbert⁹ episcopus Rapollañ, dedit mandatum reuerendi patris domini Ioãnis Baptistę episcopi Valueñ & Sulmoneñ. Et reuerend. pater dominus Ioannes archiepiscopus Gneznеñ, dedit mandatum reuerẽdi patris D. Fabiani episcopi Narniensis. Et discretus D. Ludouicus Molon clericus Cæsaraugustañ, dedit mandatũ reuerendi patris D. Ludouici episcopi Ampurieñ. Et reuerendus pater dominus Bartholomæus episcopus Iustinopolitanus, dedit mandatum reuerendi patris domini Bernardini episcopi Cluggieñ. Et reuerendus pater dominus Bernardus episcopus Tarusiñ, dedit mãdatum reuerendi patris domini Georgij episcopi Noneñ. Et reuerendus pater dominus Ioannes episcopus* Sibiniceñ, dedit mandatum reuerendi patris domini episcopi Fareñ. & dominus Petrus Raymiardi, dedit mandatum reuerẽdi patris domini Antonij episcopi *Regieñ. Et reuerendus pater dominus frater Guillelmus de Saluaterra, dedit mandatum reuerendi domini Guilelmi episcopi *Gerundeñ. Et dominus *Zutfeldus Vardemberch, dedit mandatum Reuerendi domini Henrici episcopi *Rotheburgeñ. Et reuerendiss. in Christo pater & dominus D. Antonius de monte, tituli sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, dedit quasdam literas missiuas, & quoddam mãdatum reuerẽdi patris domini Iacobi archiepiscopi Vpsaleñ, ad excusandũ eũ in sacro Laterañ cõcilio, & interesseñ noĩe suo & suæ ꝓuinciæ. Et reuerend. pater dñs Ferdinandus episcop⁹ Scaleñ, dedit mandatũ reuerẽdi patris dñi Bernardi episcopi Sorani. Et reuerendissimus in Christo pater & dñs D. Nicolaus tituli sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis, de Fliſco nũcupatus, dedit mandatũ reuerẽdi patris dñi Hieronymi episcopi* Torcellañ. Et reuerendus pater dñs Andreas archieps Spalateñ, dedit mandatũ reuerẽdi patris dñi Antonij epi* Calamoueñ. Et reuerendus pater dñs Ioannes Antonius eps Calineñ, dedit mandatũ reuerẽdi patris dñi Gallesij epi* Beluneñ. Et reuerẽdus pater dñs Petrus Paulus episcopus Esinus, dedit mandatum reuerendi patris domini Antonij Episcopi Auximañ.

*Sebonicen

*Regen

*Geruntinen

*Rascheburgen

* Claramõteñ

*Belluneñ

Quibus perlectis, sanctiss. dñs noster incepit, Te Deum laudamus. Et cantato per capellam cantorum, expletaq̃; decima sessiõe, ꝓfatus sanctiss. dñs noster equitauit ad palatium associantibus reuerẽdissimis dominis Cardinalibus, & alijs prælatis & curialibus in copioso numero.

ORATIO R. P. D. STEPHANI Archiepiscopi Patracen & episcopi* Torcellañ, habita in Concilio Lateraneñ coram Leone X. Pontifice Max. in decima sessione dicti concilij, 4. Maij, 1515.

Magnus Dominus & laudabilis nimìs in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Psal. 47.

REm grandem & summè difficilẽ, ac paruitati meæ imparem, P. B. ne obedientię bonum perderem, hodiè hoc in loco amplissimo, ornatissimoq̃; huius sacrosanĉti Lateranensis concilij, coram tuo iudicio grauissimo & tantorum patrum iustissimo tractandã suscepi. In qua quasi meĩ ipsius & senectutis ac aduersæ valetudinis oblitus, zelo tamẽ fidei Catholicæ & Apostolicæ perfusus, quo anima mea iam diu comesta fuit, in discrimen maximum, decorum actionis meæ posui, cùm ab hoc genere dicendi per annos plures me abstinuerim. Et hoc quidem, si assumptæ propositioni, in qua de summa omnium rerum agitur, in tanta angustia temporis in quo breuitati in dicendo satisfaciendum esse cẽseo altissimo & ꝓfundissimo sacramẽto magnæ & vltimæ reformationis, diuinis mysterijs ꝓpositi psalmi inuoluto, correspõdere nõ valuero. Nã quis est adstãtiũ speculatorũ S.E. etiã summa doctrina (vt par est) repletus, qui in se, & non in Christo viuẽs, *quo tantæ psalmodiæ fracto alabastro, in quo opus creatiõis, mysteriũ reparatiõis, sacramentũ reformatiõis, & vltimę cõsummationis decretum miro secreto continentur, non in litera, sed in spiritu: nõ in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis: non in montibus philosophantium Gelboe, vbi, propheta dicente, Ceciderũt fortes Israel, sed in mõtib⁹ sanctis & for* qui 2.Reg.1.c

& ęternis, in quibus positum est fundamentum fundamentorum, sancti sanctorum, in odorem tantorum vnguentorum suauissimum, de quo Apostolus, Fundamẽtum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: dignè possit & valeat mentes adstantium patrum tantis vnguentis optimis inungere, tum pro cognitione veritatis boni & mali consilij, tum pro reformatione Ecclesiæ & orbis, ac contra hostes fidei expeditione summè necessaria, vt Christi bonus odor Deo fieri possit? inuenire etiam longa meditatione non valeo. Verùm P. S. in tantorum mysteriorum, quę latent in litera propositi psalmi, cõtemplatione quasi ecstatica mente & corde iam positus, profiteor me in dicendo hodiè nihil aliud scire, quàm Christum & hunc pro nobis cruci affixum. Ideo cum Apostolo libera voce clamabo: Viuo iam, sed non ego, viuit verò in me Christus. Non mirum igitur adstantibus accedat, si pro declaratione psalmi Dauid, ipsi Dauid, scilicet Christo, pro secunda sabbati in filijs Core, qui Caluariarum filij in Apostolis interpretantur à custodia serotina (sic enim eius titulus est) humanę sapientię verbis insistere non curabo. Sed quambreuissimè spiritum vitæ in tanti psalmi demonstratione perquiram non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, prout aliâs consueui, sed in ostensione tantùm spiritus & virtutis, præsertim coram te Leone X. Pontifex Max. quem diuina fauente clementia hoc tempore magnæ reformationis, persecutionisq̃ infidelium, canonicè electum existimo, vt sis Leo in sede Petri, non ab re decimus, pro Christi regno, nostro tempore, si volueris, toto orbe terrarum innouando, assumptus: quandoquidem non frustrà in vltimo decalogi positus, Leo X. vocatus fueris. Et ego quidẽ iam septuagenarius, cuius cithara versa est in luctũ, & organũ cum Iob in vocẽ flẽtium, in oculis meis abiectus, & omnium speculatorum sanctæ Ecclesiæ minimus, in decima quoque tanti concilij sessione, pro mysterijs Regis magni enucleãdis te iubẽte oraturus, nõ frustrà etiã assenderim. Quapropter vt hæc tam diuina, tam excelsa & sublimia, ac mira, mirandaq̃que, quæ in dicta psalmodia continentur, & ad præsens humili sermone meo dicenda veniunt, à spiritu Christi, in quo est mihi vita, in dicendo progressu orationis digniùs, largiusq̃que disponantur, ipsa virgo beata, angelorum domina, fons omnium gratiarum, quæ omnes hæreses interemit, cuius opera, magna reformatio, concordia principum, & vera contra infideles expeditio fieri debet, opem ferre dignetur, quòd talia dignè cum profectu audientium dicenda suo ore, sicut in apostolis, sua facundia, sicut in doctoribus, & sua gratia, sicut in martyribus, electisq̃ omnibus, ita in nobis pro assumpta breuitate copiosè, tam pro vera tanti concilij conclusione, quàm pro necessaria & celeri contra hostes fidei nostræ expeditione infundere velit, quòd lumen Christi plùs solito ad gloriam & honorem tanti Concilij in cordibus auditorum accendi valeat. Cuius auxilium desupèr implorantes humiliter prostrati, cãticum nouum pro nouo suffragio cantabimus, dicentes:

1.Cor.3.c

2.Cor.2.d

1.Cor.1.a

Gal.2.d.

Iob.30.d

Omnium splendor, decus & perenne
Virginum lumen, genitrix superni,
Gloria humani generis Maria
Vnica nostri.

Sola tu virgo dominaris astris,
Sola tu terræ, maris, atque cæli
Lumen, inceptis faueas, rogamus,
Inclyta nostris.

Vt queam sacros referare sensus,
Qui latent chartis nimiùm seueris:
Ingredi & celsæ, ducete, benigna
Mœnia terræ.

Si omnia P. B. quæ pro declaratione propositi psalmi dicenda sese offerunt, perquirere vellem, longa esset oratio. Quandoquidem hæc tam altissima & profundissima psalmodia, non solùm in se opera creationis vniuersi, mysterium reparationis humani generis, pro innouatione seculi prima sabbati, & sacramentum magnæ reformationis pro secunda sabbati in magno Lateraneñ nostro Concilio demonstrandum, ac decretum vltimæ consummationis vniuersi per finale iudicium miro & ineffabili modo contineat, verùm etiam & mysterium incarnationis verbi DEI pro ciuitate magni domini in cælis & in terris ex lapidibus viuis cõstruenda præ se ferre inuenitur, ꝓ qua Rex magnus ab initio & ante secula præparauerat terram immaculatam, in qua ædificaret sibi domum, de qua glorioſè educeret immaculatam æternam sponsam, matrem iustorum lætantem, & non minùs in posterum fidem catholicam & Apostolicam suam, iuxta decretum sacrosanĉti consistorij Trinitatis & vnitatis diuinæ, pro communi salute per orbem vniuersum promulgandam esse statuerit, tam pro intellectuali, quàm pro rationali Ecclesia beatificanda, exaltandaq̃que temporibus præfinitis à patre, in quibus eam toto orbe terrarum per suos principes constituendos super vniuersam terram annunciaret & prædicaret, in qua quidem prædicatione luce meridiana clariùs ostenderent, quòd æternitas CHRISTI, antequàm ex virgine nasceretur, in mysterio præmõstrata ac prædestinata esset, ita quòd mysterium non præiudicaret tempori, nec econtrà, quin ipse ille solus esset, qui ante mundi constitutionem, vsque ad consummationem omnia operaretur, secundùm arcanum suæ Psal. 44.

diuinæ mentis in cælis & in terris,tã pro natura angelica, quàm pro humana, donec in Christo Deo omnes vnum fierẽt,& magnus ipse dominus tũc in ciuitate Dei,& in mõte sancto eius nimiùm laudabilis inueniretur, tum in gradibus,tum in domibus suis, dum eam carnem,quam ab æterno prædestinauerat,ac pro temporis plenitudine præparauerat,vnione ineffabili,in supposito verbi assumeret de domo Mariæ semper virginis,dicente propheta:Deus in domib⁹ eius cognoscetur,dum suscipiet eam. De hac ergo ineffabili susceptione,tum pro prima, tum pro secunda sabbati,in qbus & ædificatio & reformatio ciuitatis magni Regis ex mõte Sion & lateribus Aquilonis cum exultatione vniuersæ terræ continetur,quàm breuissimè dicemus: Reliqua verò maiora & ꝓfundiora mysteria,in tribus alijs orationibus meis, pro tanto Concilio, à die susceptι oneris in dicendo dispositis,legenda relinquã. Et nõ minùs breuitatis causa in volumine decẽ librorum, in quibus ab origine vsque ad consummatiõem vniuersi, speculum lympidissimum militãtis Ecclesiæ instar triumphantis mirificè cõtinetur,S.D.N.dedicato,calamo exarãda reseruabim⁹. Siquidẽ & audita modò durissima inter duos infideles reges pugna,& illorum iniquam intẽtionem contra rempublicam Christianam nostram ex illorum antè malè gestis mecum perpendẽs, aliam, quam ad præsens recitamus,breuiorem orationem humiliori stylo non absque causa disposuimus. Verùm P. S. non minùs nunc quàm tunc, quando reges terræ malè conuenerunt in vnum, tam primò cõtra regnum Iudęorum,quàm secũdò Christianorum, vt destruerent fidem vnigeniti à patre super terram, Reges nostri cæli ecclesiæ & terræ,nunc etiam benè conuenerunt in hoc sacrosancto Laterañ Concilio in vnum, ad reformatiõem tum ecclesiæ, tum orbis vniuersi pro gloria regni Christi, & suæ sanctæ Romanæ ecclesię & Apostolicę sedis exaltatione,ac hostium tantæ fidei extirpatione, quæ per veros spirituales venatores de proximo iuxta temporum computatiõem pro secunda sabbati fieri debet in magna & vltima reformatione,sicut prima sabbati ędificatio fuerat per piscatores,dicente Hieremia pro secunda sabbati, sicut dixerat pro prima de piscatoribus:Et eccè mittam venatores meos,& venabuntur eos de montibus, & de collibus, & speluncis, & de cauernis terræ. Et ideo propheta alio in psalmo dixerat,Veritas iam diu de terra Virginis orta est,& iustitia de cælo ad eam, pro ædificatione ciuitatis DEI magni, in terram prospexit: quæ non minùs ad præsens pro reformatione, innouatione, dilationeque illius per orbem vniuersum respicit. Et id quoque pro nostro tempore perficere summoperè quærit,festinatque,ne fiant nostra, in persecutione tum Turcarum, tum Sophi & aliorum impiorum, peiora peioribus, quòd culpa nostra, nostro vtiquè tempore stante magno Lateranensi Concilio diuinitùs, pro tempore magnæ tribulationis, in ciuitate magni Regis congregato, non fiat in eo,& sit illa vera & magna reformatio, pro qua priores Pontifices hactenùs ideo laborauerunt in vanum. Quòd nostro quoque tempore rex noster magnus Christus in Concilio nostro Lateranẽ non minùs nimirùm laudabilis pro reformatione inueniretur,quàm anteà fuerat pro ædificatione, quando præstantiùs solito per vniuersi orbis secundam conuersionem & obedientiam sedatis bellis,quæ in orbe Christiano culpa malorum vigent, hostibusque fidei nostræ virtute altissimi superatis,& ad nostram fidem miraculosè etiam conuersis, ac Mahumeti spurcissima secta vnà cum omnibus alijs vbiquè terrarum dextera excelsi extincta, solus rex magnus noster CHRISTVS sedere habeat in monte sancto Apostolicæ sedis eius, de qua scribitur: Et sedes eius sicut sol in conspectu meo semper,& id profectò cum exultatione conuersionis vniuersæ terræ, de qua etiam habetur:Venientes autem venient cum exultatione,portantes manipulos suos. Et alibì: Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit,& in eo parabit vasa mortis. Quandoquidem abyssus, abyssus tanti Sacramenti, abyssum reconciliationis cum DEO, plùs solito imminente durissima persecutione domus Ottomannorum & Sophi, per opera Lateranẽ Concilij, agente Leone decimo Pont.Max.inuocat,vt sit in vrbe Roma, quæ (DEO præuidente) regnante impiorum Ecclesia sub idololatria caput orbis ideo data fuerat, qũòd regnante successiuo tempore iustorum Ecclesia sub vera latria multo amplior, gloriosior & præstantior in magnæ ciuitatis reformatione fieret, quàm anteà fuerat. Rectè ergo ille dixerat,Vidi ciuitatem sanctam nouam Hierusalem descendentem de cælo,à DEO paratam sicut sponsam ornatam viro suo. In hac igitur tali ac tanta ciuitate DEI,sancta videlicet Romana Ecclesia, magn⁹ dominus nimiùm laudabilis etiam inuenitur,& in monte sancto Apostolicæ sedis eius pro secunda sabbati, plùs solito exaltari & magnificari iure æterno reperitur. Et nimiùm quidem laudari dicitur,quoniam quantùm laudari debeat,nec angelica,nec humana lingua exprimi posset,præsertim cùm ipse sit magn⁹ dominus,& magna virtus eius,& sapientię eius nõ est numerus. Qui quidem pro sua magnitudine,in concilio impiorum laudari nõ reperitur,quãdo in talium ore sua laus fordescat:non in atrijs Synagogæ Pharisæorum & hypocritarum,quorum os maledictione plenum est: nec in palatijs Regum & Princeipum,

Psalm.47.
Hier.16.d
Psalm.84.
Psalm. 88.
Psalm.125.
Psalm. 7.
Psalm. 41.
Apoc. 21.
Psalm.146

pum, quorum manus plenæ sunt sanguine & infidelitate:nec deniquè in Babylone philosophantium de corde suo,ac iuris humani peritorum,vbi omnis confusio contra veritatem sanctæ Ecclesiæ adducitur. Sed vbi, dicit quispiam,laudabitur?Dicat propheta: In ciuitate Dei,in sancta vtiquè immaculata Ecclesia Dei, & quod fortius & dignius est, in monte sanctæ Apostolicæ sedis eius. De quo Esaias:Et erit in nouissimis diebus mons præparatus in domo domini super verticem omnium montium, qui est potestas plenitudinis Christi eius in sede Apostolica, per legẽ immaculatam,super omnia regna mundi sedens,& confluent ad eum omnes gentes,& adorabuut eum,& dicent: Gloria tibi domine,qui es Deus & homo. Dicente etiam Ioanne,Rex regum & Dominus dominantium,pẽr mysterium incarnationis,per opus redemptionis,& gloriam resurrectionis:In qua omnia innouâsti,& mũdum Ecclesiæ tuæ super omnes & omnia exaltâsti,& qui eras ante mundi constitutionem per mysterium sacramenti in vnitate psonæ vnigenitus à patre. Propter quod dixeras,Antequàm Abraham fieret, ego sum: quoniam in Christo erat æternitas ab initio & ante secula,& in Abraham breuitas,in qua Deus homo fact⁹ est, vt homo in tali breuitate fieret D E V S,& in mundi plenitudine primogenitus virginis matris in terris fieret, qui erat vnigenitus filius D E I in cælis, de quo Hieremias:Nouum faciet dominus super terram,fœmina circundabit virum. Quod, cõmutata forma verborum talium, Plato ipse,qui à sacra Hebræorum vera philosophia & Dei scientia lumen habuerat,dixerat,Deum circunrotundum & decurtatũ, quando vnigenitus Dei filius factus est homo. Propter quod Petrus Apostolus,reuẽlante patre,ei dixerat:Tu es CHRISTVS filius Dei viui,pro prima sabbati. In qua ꝓlatione fidem Catholicam & Apostolicam, ab æterno patre pro æterno filio ordinatam ad fundamentum Ecclesiæ,confessus est. Et nunc quoque,quod ipse venturus sit in spiritu pro secunda sabbati ad magnam orbis reformationem,non minùs opera spiritussancti & virtute insinuare reperitur,vt orbis terrarum & vniuersa quæ cæli ambitu continentur,ad montem sanctum Apostolicæ sedis eius in vtroque gladio cum vera obedientia veniant Et tunc cognoscat vnusquisquè nostrũm,suum vas possidere in Dei magna ciuitate ad sanctificationem & honorem per humilitatem scientiæ DEI& non per superbiam humanæ scientiæ, ad contumeliam & errorem, in quo & Auerroistæ in scientia diaboli,& Iuristæ in scientia mundi,& Mahumetistæ in scientia carnis, extollunt se aduersus scientiam Dei ac lumen fidei Catholicæ.Et idcircò à spiritu-

Pfal.47.
Esa.2.a
Apo.19.c
Ioan.8.d
1.Theff. 4.a
Hiere. 31..d vel e
Matth. 16.c

sancto dicitur:Super quem requiescam,nisi super humilem & trementem sermones meos?Siquidẽ & spiritussanctus disciplinę effugit fictũ,nec habitat in corpore subdito peccatis. Hinc etiam scribitur:Vani sunt omnes sensus hominis,in quibus non subest scientia Dei.

¶ Verùm P.S. si hæc talis ac tanta scientia Dei,in nostro Laterañ magno Concilio,nũc mundi & diaboli & carnis spreta sciẽtia,grato animo iam susciputur,vera & repentina reformatio per totam Ecclesiam,orbemque vniuersum,glorioſè miraculoseque absque liuore fiet. Et hoc certè, si in nouitate vitæ depositis veteribus pannis, cum veris Iebusæis corde contrito & humiliato,ad pientissimum regem nostrum Christum accedere curabimus. In qua humiliatione vera cum Christo rege magno reconciliatio fiet, sine qua nec vnionem Principum Christianorum,nec expeditionem contra hostẽ potentissimũ summè necessariam obtinere valebimus. Quandoquidem cognita magnitudine ipsius magni domini,exuere nos oportet veterem hominem cum omnibus malis actibus suis, in quibus ira Dei contra nos populumque suum prouocata iam diu fuit, & nouum hominem Christum,in sanctitate & veritate induere: alioquin peribimus regnante diluuio maximæ tribulationis in vinea domini.Siquidem magnus ipse dominus vitia,scelera & peccata, ac blasphemias contra Deum, Virginem& sanctos turpissimas,quæ in Romana & vniuersali Ecclesia, ac populo suo Christiano,& orbe vniuerso perpetrantur,pro sua iustitia ampliùs tolerare non valeat,ne magnitudo sua ludibrio iri vlteriùs in tanta vniuersi corruptione habeat,quasi hæc inferiora ipse,qui est, neglexerit:nam & sua negligere non valet,quoniam domini est terra & plenitudo eius:& neglecto per suos ministros in terris regimine vniuersi,in quibus & status clericorũ & religiosorum ac laicorum, terminos,quos posuerant sancti patres,dicente scriptura, Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui,transgredi non verentur,corrigere, & de medio auferre summoperè intendat & quærat. Ideò opera Lateraneñ Concilij dignè reformanda veniunt, ne pereamus de via iusta. At verò adhuc in nostro seculo, patres optimi, multi sunt legis diuinę peruersores,qui non modò prẽmissa fouere,sed & leges veteris mũdi in maligno positi, quę proprio fine carent,cõtra immaculatam legem Dei ponere satagũt,quando tales potestatem coactiuam Imperij,preferre Romano pontifici:& regnũ mortis Principis tenebrarum,regno Christi anteferre:& Imperium puri & mortalis hominis, imperio Dei & immortalis hominis:ac leges maculatas ad animarum perditionem, legi immacula-

Esa. 66.
Sap. 1.b
Sap.13.a
Psal. 23.
Pro.22.d
Col.3.b

maculatæ cõuertenti animas anteponere co
nantur. Et ita tales peruersi, & non con-
uersi & inreligiosi, & non, religiosi totius
Christianæ fidei decorum, contra magni-
Ioan. 10.b tudinem magni nomini deturpare non ve-
rentur: quasi CHRISTVS bonus pastor
animam suam pro ouibus suis, in quibus
ædificaret sibi Ecclesiam sine ruga & ma-
cula, in mortem solus non posuerit, & per
sanguinem sanctorum, super se lapidem viu-
um & angularem, talem dilectam non
ædificâsset. O hypocritarum & perdito-
rum hominum pessimam conditionem, ô
inimicorum fidei perditionem, ô ignoran-
tium, pro salute animarum, viam mandato-
rum DEI. Quis vos ita fascinauit, quòd
indè diuino iudicio rei facti estis, quando
terminos sanctorum diuinæque scripturæ
transgredientes, iura puri hominis, contra
veritatem Dei hominis, & magnitudinem
æterni Regis, ac contra scientiam DEI ex-
tollere adhuc contenditis, & cornua con-
tra sedem Apostolicam erigere per magi-
stros erroris non erubescitis, vndè tot mala
religioni Christianæ non minùs, quàm ex
alijs malè gestis prouenerant? Sed heu heu,
quàm calamitosa erit de proximo talium
perditio, & laborantium in DEI scientia &
obseruatione mandatorum Dei exaltatio:
quoniam de magna Turcarum & infidelium
aliorum à tot annis persecutione, iam rex
noster Christus ad reformationem vniuersi,
sua magnitudine miro modo educet bonũ
pro secunda sabbati, sicut cùm prima sab-
bati in maxima persecutione Romanorum,
Regnum cælorum Romanæ Ecclesię in ipsa
vrbe adduxerat, vt esset in ea gloria omni-
bus sanctis eius, qui sanguinem suum fude-
rant pro firmamento Apostolicæ sedis & se-
dentis canonicè in ea, & non minùs in sua
Rom. 13.d instanti reformatione nunc id futurum ex-
istimo. Ideo iam hora est, patres optimi, ho-
ro (inquam) est, nos de malo somno surge-
re, & magno domino vigilare, quoniam ipse
est, qui nostro quoque tempore in fremitu
suæ magnitudinis propter lachrymas Mag-
dalenæ & Marthæ, id est, contemplatiuæ &
Ioan. 11.f. actiuæ rogantis ecclesiæ, Lazarum quatri-
duanum & iam diu in lasciuia mundi fœten
tem, suscitabit, p̃ sua magnitudine in secun-
da orbis conuersione demonstranda, in qua
status clericorum in Lazaro designatus, præ
alijs opera Virginis gloriosæ ad vitam con-
templatiuam pro 7. statu Ecclesiæ trahetur.
Et non minùs religiosorum quatuor rotarũ
Marc. 5.c status, in filia mortua in domo archisynago-
gi demonstratus, ad primam vitam, in qua
spiritus vitæ erat in rotis, miro modo à mor
tuis reuocabitur: status verò laicorum in fi-
Luc. 7.e lio matris viduæ extra ciuitatem resuscitato
præfiguratus, vbiquè terrarum multo glori-
osiùs quàm alia, ad fidei Catholicæ obser-
uãtiam Apostolicæq; doctrinæ, quasi remi-

niscẽdo primitias fidei nostrę vocabitur, &
pientissimè intra ciuitatẽ Dei sub matris suę
Ro. ecclesię obedientia adducetur, q̃ indè Ioan. 10.e
gloriosè toto orbe terrarum vnum ouile &
vnus pastor vsq; ad seculi cõsummationem,
in magnitudine vtiq; ipsius magni nomini
fiat. Nam & hãc magnitudinem in cęlo em-
pyreo in primo magno generali Cõcilio in-
tellectualis ecclesiæ pro hominis susceptio-
ne, in quo magnus Dominus, suo tẽpore ele
uandus in terra suppositi verbi Dei ad vni-
uersi decorũ erat, vt in illo cõstitueret vnam
sanctam ecclesiam, electorum omnium ma-
trem & Reginã: si Lucifer, q̃ tanti boni Con
cilij in cælo diuisionem fecerat, & primam
viam mali Concilij inuenerat sua malitia, su-
perbiaq̃ue cum suis cohærentibus iuxta le-
gem & conditionem eis appositam, p̃ signo,
in quo ipse habebat signaculum similitudi-
nis Dei, susc ipere (vt par erat) per veram obe
dientiam voluisset, & æterni Sacerdotis ma-
gni ante eum geniti, Regnum & Imperium
ac Hierarchiam, harmoniam & monarchiæ
vniuersorum temperatissimum Principa-
tum, æqua mente in magnitudine creatoris
sui & omnium præponderare quæsiuisset, &
se supra se extollere non concupiuisset, à tã-
ta magnitudine Domini, tanquàm primus
hęresiarcha sub anathemate perpetuę dãna-
tionis, ad ima deiectus, & extra bonorum
Angelorum Ecclesiam & bonum Conciliũ
factus, nec donis supernaturalibus, in qui-
bus plenus decore erat, spoliatus fuisset.
Hanc magnitudinem, si Adam suasione mu-
lieris serpentina lingua deceptæ, in se non
concupiuisset, donis gratuitis denudatus,
sub maledicto terræ in ope suo, extra para-
disum deliciarum eiectus in sudore vultus Gen. 1.d
sui non vixisset. Hanc magnitudinem si Im-
peratores & Reges, tum Romanorum, tum
aliorum, si philosophi, si sapientes in scien-
tia noctis non ignorarẽt, idola non adoras-
sent, Dei potentiam in agẽdis secundis cau-
sis non suppositissent, & primas sex veritates
in diuinis Philosophus non negasset: hanc
magnitudinem si Principes seculi, si populi
& idolorum sacerdotes cognoscere voluis-
sent, idololatriam contra veram latriam per
orbem vniuersum non prædicassent: Baby-
lonem omnium confusionum & errorum
matrem, cõtra ciuitatem Dei & istorum ec-
clesiã nõ erexissent: nec monarchias septem
Luciferi, suorumq̃ue principum & Imperiũ
puri hominis supra regnũ & Imperiũ Chri-
sti filij DEI viui, extollere falso titulo non
perquisiuissent. Nec minùs sacerdotes &
principes synagogæ Iudæorum, si talem ma
gnitudinem domini suo grato animo susci-
pere voluissent, nunquàm dominum gloriæ
crucifixissent, nunquàm regno, sacerdotio,
& ciuitate Dei priuati fuissent: Nec Impera-
tores & principes Romani Imperij, qui vbi-
què terrarum in sanguinem sanctorum de-

debacchãtur, si celsitudinem verè magnitu-
dinis in fide Christi cognoscere voluissent,
in qua sui principes & ministri, ac milites nõ
in potentia armorum & seculi fauore, sed in
virtute p̃fecta, in vita immaculata, in signis
& miraculis, in sciẽtia Dei & doctrina Chri-
sti, in qua dęmones expellebãt, idola destru-
ebant, cathedram pestiferæ doctrinæ deijci-
ebant, & cathedram veræ & Apostolicæ do-
ctrinę sola operatione perfecta exaltabant,
nunquàm vsque ad magni Constantini tem
pora, in quibus ipse Constantinus à diuina
gratia afflatus desupèr, cognita æternitate
Regis gloriæ & potestate in Regno suæ Ec-
clesiæ, & se possessorem malæ fidei in mundi
Principatu post resurrectionẽ illius ex mor-
tuis aduertens, sceptrum Imperij orbis & vr-
bis ac monarchiam vniuersi, vero & proprio
domino & omnium creatori victori Deo, &
homini in sede sua Romana Siluestro Pon-
tifici Max. in iure primæuo & naturali Chri-
sti æterni Sacerdotis secundùm ordinem be
nedicti patris plenè cessit, & CHRISTVM
regem magnum in suo vicario per obedi-
entiam adorauit, aliamq̃; sedem iussu illius
& concessione Apostolica quæsiuit, & sub
obedientia sedis Apostolicæ in Byzantio
erexit, & contra hostes fidei nostræ semper
gloriosè pugnauit. Quæ quidem omnia sic
diuinitùs gesta, si alij Imperatores cogno-
scere & susc ipere voluissent, nunquàm (in-
quam) tales Imperatores in sanctorum san-
guine tam crudeliter polluti fuissent. Nec
minùs etiam post Constantini tempora, si
Imperatores, si legum Imperialium cultores
& conditores, & nostri etiam temporis illa-
rum professores, talem magnitudinem Re-
gni Christi & saluatoris nostri Iesu, æterni
Sacerdotis aduertere voluisseut, omnia tem
poralia & potestatem, tum in diuinis, tum in
humanis, spreto iugo Christi, in suis vica-
rijs ad Imperium trahere non præsumerent.
Nec Cæsares electiones Pontificum pro eo-
rum argumento confirmasse assererent. Nec
talia malè gesta, diutiùs suo tempore eua-
cuata allegarent. Nec potestatem coacti-
uam & tyrannicam, iteratò, super libram,
vnicam & supremam vicarij Christi potesta-
tem & sanctæ Ecclesiæ ponerent. Nec sola
spiritualia Pontifici Romano ascriberent,
nec verba Christi, dicta sanctorum & sacro-
rum Conciliorum summorumq̃; Pontificũ
decreta, opera Spiritussancti edita, ac sacras
sanctiones obliqua interpretatione aberrã-
tes ab vtero sacrarum literarum violassent.
Nec deniquè nostris temporibus, si cardines
orbis, si reges tum cæli ecclesiæ, tum terræ, si
quatuor rotarum patres & religiosi, si Magi-
stri & Doctores, si Aduocati & Procurato-
res, si iudices & Romanæ curiæ officiales, ec
clesiarumq̃; rectores, tãtam magnitudinem
magni Domini & inuiolabilis iustitiæ suæ
sceptrum, recta, simplici ac pura mente, iu-

xta legis Dei & regularum diuinum intelle-
ctũ, susc ipere vellent, tot enormia & legi im-
maculatæ contraria, fracto iugo Christi, si-
ne charitate ac Dei timore, plebem Christi
quasi panem deuorantes, non perpetrarent,
& terminos, quos posuerunt sancti Patres, Pro. 22. d
non transirent. Quapropter Bernardus ad
Eugenium tanquàm ad summũ Hierarchi-
cum in cæloEcclesiæ virũ, in quo erat omnis
potestas supra omnes potestates tam cæli
quàm terræ, rectè scripserat, Tibi data
est omnis potestas, in qua qui totum dicit,
nihil excludit. Sed cogita, vtrùm omnia
concedere debeas. Quod si non debes,
serua modum, vt iustificeris, cùm iudicaris. Psal. 50.
Et alibi: Vt quid in palatio tuo leges Iu-
stinianæ garriunt, & tuæ Christianæ silent?
in qbus si tãtùm, patres optimi, leges Chri-
sti non siluissent, & p̃sidentes in Dei eccle-
sia in regimine eis cõmisso modum in oñi-
bus seruassent, sancta Ecclesia tantorum hę-
reticorum hæreses & schismata ac impiorũ
persequutiones non sustinuisset, nec scele-
ratam Mahumeti sectam, nec Ottomanno-
rum & Sophi instantem maximam perse-
cutionem subire cogeretur: si tamen Do-
minus ipse magnus, magnitudinem suam
contra potentissimum hostem, sicut sub
*Eliseo contra Sennacherib, & Macchabæ- *Esaia vel
orum tempore contra Antiochum non ap- Ezechia le-
posuerit, quòd indè virtus fidei suæ eluce- gendum.
scat. Rectè ergo ad nos conuersa mater no-
stra ecclesia, voce lugubri dicere potest: Filio-
os enutriui & exaltaui, ipsi autem spreue- Esa. 1.a
runt me, vt non sit in pace adhuc amaritu-
do mea amarissima. Siquidem & amara Esa. 38.d
fuit tyrannorum in filijs meis occisio, sed in
dè fidei meæ amplificatio: & non minùs
amarior hæreticorum persecutio, sed Ca-
tholicæ fidei exaltatio: verùm & iam diù, sed
fortiùs nunc, propter falsam & simulatam
hypocritarum irreligionem, facta est mihi
amarissima, quando talium causa, spurcissi-
ma secta Mahumeti tantùm per orbem cre-
uerit, quæ tamen de proximo virtute dexte-
rę excelli, & non humana, extincta eritvt sit
pro septimo statu in vera pace amaritudo
amarissima, & pax in terra hominibus bonæ
voluntatis. Quibus quidem sic stantibus, P. Luc. 2. b.
S. talibus iam speculationibus tanti Psalmi
postpositis, ad illas tantùm pro conclusio-
ne orationis nostræ summè & repentinè, ne-
cessaria veniamus, in quibus anima mea
iam corde & mente immersa, dolores par-
turientis Romanæ Ecclesiæ nostræ & vni-
uersalis, tam vehementer in se suscepit,
quòd contremiscunt labia, viscera quati-
untur, oculi lachrymarum flumina deside-
rant, lingua calculum ignis Christi exoptat,
vt circunquaquè lingua velociter dicentis
diffundere valeat, quanta sit latitudo, sub-
mersio & periculum imminentis tribulatio-
nis, tũ Sophi & impiorũ hominũ, tum Tur-

carum,in qua dñs ꝓpter scelera,vitia & peccata,quæ in regibus tum cæli, tum terræ,ac populo Christiano hoc nostro tempore vigent,ad nostri temporis flagellum potentissimos fidei nostræ hostes excitauit,& negligentissimos Principes Christianos pro illius defensione adhuc multis flagellis à somno turpissimo excitare non valuit,quandoquidem in maleuolam animam intrare sapientia diuina nequeat,vt fiant nostra posteriora peiora prioribus,in quibus ab annis multis populus Christianus Christi sanguine redemptus,ductus est captiuus incuria & negligentia prælatorum Ecclesiæ & Principum Christianorum, qui quærentes quæ etiam sua non sunt,quæ Christi sunt,neglexerūt,ac ad præsens fortiùs solito negligūt, quādoquidem bella durissima ab annis 20. inter se exercentes, tantorum bellatorum sanguinem,tum in Italia,tum extra,sine pietate fuderunt,presbyteris,religiosis, nobilibus,honestisq; viris, sanctimonialibus,virginibus, viduis,aliorumque vxoribus, pueris &puellis,tam turpiter abusi fuerūt,quòd nec sexui,nec ætati,nec religioni, nec ecclesiæ, nec sacris rebus pepercerunt, acsi feræ syluarum immanissimæ, & sine ratione fuissent in membrorū Christi cōculcatiōe turpissima sæuiētes,& nō minùs in extinctione veteranorum militum laborauerūt, in qbus robur exercitus Christianorum contra tantos hostes tutissimum erat. O miserrimā populi Christiani conditionem. O summis lachrymis deplorandam tot animarū perditionē:O miseræ Italiæ crudelissimam conculcationē, depræda tionemque,in qbus latior via, extinctis nostris ꝓsidijs,hostibus fidei nostræ data est. Siquidē tales authores,crudelissimique belli nimia propria cupiditate ducti,Reipublicæ Christianæ defensionem distulerūt,& bella inter Christianos exercētes,stragem maximam sanguinis Christiani dederunt.Et ideo vada(quoàd potuerūt)ad occupandum maiora indiès, Turcis & alijs infidelibus aperuerunt.Et eo quidē tempore,in quo si Principes christiani vniti essent, facilimè,stāte taliū infideliū durissima strage inter se,dominia Christianorum occupata recuperare possent. Propterea dominus per Esaiam conqueritur,dicēs: Ideo populꝰ meus ductus est captiuus,quoniam non habuit scientiam,scilicet veræ doctrinæ & immaculatæ vitæ,in qua ecclesiæ pastores,non pastores fuerunt tunc,sed lupi rapaces,ꝓut multis notum est.Veruntamen quanto maior erit nostrī causa persecutio, tanto gloriosior erit per conuersionem omnium, in Christo Rege nostro, & non à nobis,liberatio. Et hinc fuit,patres optimi,quòd brevi tempore quatuor patriarchales ecclesiæ, aliæque innumerabiles,in quibus Hebræorum & Græcorum Ecclesiæ de titulo Crucis abrasæ opera diaboli fuerūt, acꝓpter illarum hæreses & rebellionem contra obedientiam sanctæ sedis Romanæ,ad manus infidelium deuenerunt. Siquidem & in sede Romana in suo vicario Deus sibi obediētiam incommutabilem reseruauerat,instar illius,quam in ligno paradisi Adę posuerat,vt imperaret mundo,& soli Deo vnicè seruiret & obediret,& tantam obedientiam à subditis exigeret, quantam ipse DEO præstaret. Idcirco aduersantes obedientiæ ligni sedis Apostolicæ,à Crucis ligno assumptæ,dicente Propheta: DOMINVS regnabit à ligno, grauissimè durissimeque puniti fuerunt, quòd talium exemplo etiam sedens in ipsa Apostolica sede animaduerteret, qua censura plectendus veniret,si ipse DEO non obediret: quandoquidem DEVS illum sibi soli iudicandum seruauerat, prout in pontifice Aaron & Petro concipere potuimus. Quapropter nostro tempore duo Imperia,tot tantaque regna & Christianorum dominia,ad spurcissimam sectam Mahumeti cum maxima iactura Reipublicæ Christianæ & regentium in ea venerunt,quoniam ab obedientia sedis Apostolicæ recesserunt. De quibus valdè timeo, & pertimesco,quoniam obstinationem in malo in rectoribus tum Ecclesiæ, tum residui populi Christiani in orbe terrarum non ignoro, quòd dicente Ezechiele, Dominus iam per flagellum Turcarum siue impiorum,à pastoribus requiret gregem suum,tempore nubis & caliginis malè præsidentium dispersum, & ab vberibus sanctæ Ecclesiæ euulsum per inobedientiam. O me miserum, quid audio?quid mente concipio ex his? Væh inquā mihi,qa tandiu tacui,vt indè vir pollutus labijs essem.Veruntamen tacui ô patres, ô domini,ô maiores mei,quia aliquantisper propheticus ille sermo me retardauit quo dicitur: Qui intelligit, taceat, quoniam prauum tempus est,in quo alij supplantant, alij qui in eum,qui cecidit,insiliunt,alij super eum plaudunt:qui autem manum porrigat ex affectione, non est. Et quoniam charitas extincta est,admonitiones ex charitate sublatæ sunt, concordiæque etiam nomen ipsum ad præsens ignoratur.O tempora:à summis ad ima facta transgressio: improbitati probitas, inopiæ copia, superbiæ humilitas,auaritiæ charitas cessit. Non mirum igitur, si causis diuersis, vti natura est, diuersi pro temporibus oriuntur effectus. Nam & sancti Apostoli,& illi qui nostram Ecclesiam suo sanguine ædificārunt, cælestia & bona immortalia, nos verò caduca &mortalia terrena quærimus:illi miracula & virtutes, nos piacula & scelera. Illi summis virtutibus gratiam,nos vitijs iram consecuti fuimus. Sed væ væ gubernacula Christianorum malè flectētibus,qui propria duntaxat curantes,mentiū animarūque salutem neglexerunt, gregemque rapientibus

Sap.1.a
Gen.2.d
Psal.95.
Ezc.34.c
Esa.6.b.
Amos.5.d
Esa.5.c

bus lupis non modò non obuiant, sed vada (quoàd possunt) per desidiam ampliāt.Iam iam tempus vindictę aderit,nisi per verā Lateranen Concilij ordinationem,pœnitentiam de commissis & omissis in populo Christiano,te iubente P.S. qui plenitudinem potestatis in te habes, prædicabitur, & vera reformatio tam in spiritualibus,quàm in temporalibus,vbiq;terrarum tuo decreto diffusa fuerit. Arripe ergo gladium diuinæ potestatis tibi traditum bis acutum,&iube,impera & manda,vt pax vniuersalis & colligatio per decennium inter Christianos ad minùs fiat,&Reges ad id in compedibus magnitudinis magni Regis liga,&nobiles in manicis ferreis censurarum constringe, quoniam tibi data est omnis potestas in cęlo & in terra. Matth.16. Vtere ergo illa,vt pacē inter Christianos habeas,&expeditionem contra hostes fidei(vt par est)euestigiò obtineas: quandoquidem hostis noster,tanquam draco sæuissimus,ad nos deuorādos ꝓperat & festinat. Et si ante promissionem nostram ingredietur terrā nostræ promissionis Italiam,quid tibi tunc pater sancte dignitas Pontificalis ꝓderit?quid gemmę?qd preciosa latera domus?quid dominia & Principatus tui & tuorū?quid sponsæ fidei tuę commissę ornamenta?quid vasa preciosa, & palatia dignè constructa? Quid Cæsari maximo nostro Imperij sceptrum,& regni Romani dignitas valebit,si eo viuente &negligēte,talis calamitas eueniret?Quid regibus Christianissimo & Catholico, talis denominatio Christianissimi & Catholici operabitur,si de illorum negligentia rei diuino iudicio fient?Quid alijs Regibus Christianis,cęterisq; tum Italię,tum extra,dominia,Regna,thesauri maximi,filij, & paratus armorum, si sanctam ecclesiam Romanam dominam & Reginam,ac omnium matrem prophanari permiserint?Quid vobis,patres optimi,dignitas maxima cardinalatus?quid arca plena nummis? quid vasa aurea & argentea? quid lapides preciosi? quid equorum & familiæ ornatus, & domorum cæterarumque rerum vsus deceptione plenus? Quid denique Ecclesiæ sanctæ prælatis dignitas,potestas & diuitiæ? Quid Romanis, alijsque populis,& Romanæ curię officialibus,cæterisque miseræ Italiæ cultoribus vita &opera ipsorum tunc prodesse poterunt? Dicat à memoria mea calamitosa illa Constantinopolitanę ciuitatis clades.Probet totius illiꝰ Imperij dura sanguinis effusio.Confirmet Trapezūdę & oīium populorū Hellespontici maris circunquaq; euersio. Clamet Thessalonicarum,*Mityleni &Peloponęssi occupatio.In mediū afferāt Asię & Europę ditissimę deuastatę prouincię.Insinuēt totius Thessaliæ,Macedoniæ,Epiri &Illyrię opulentissimę sine numero deprędatę ciuitates,oppida & castra.Exclament tot millia millium populorum totius ferè plagę Oriētis, Meridiei,ac Septentriōis,q ab annis ducētis,sed turpiùs duriusq;nostris temporibꝰ, ab infidelibus subiugati fuerunt,& iam successiuis temporibus(quod dolēter dico)à fide nostra diuersi,quorū sanguinem,dicēte Ezechiele,in die districti examinis dominus de manibꝰ illorum, qui tunc in Dei ecclesia indignè prę fidebāt,durissimè requiret. Declaret tantarum virginum violatio,puerorū vlulatus,mulierum planctus, matrimoniorum diuisio,captiuorum venditio,& aliorū absq; numero occisio. Aperiat,& ante oculos nostros ponat huiꝰ matris nostrę,& spōsę Dei tantarum Ecclesiarum vbiquè fornicatio, & sanctarū religionum dissipatio,& in reliquijs sanctorum cōculcatio:quæ quidē omnia in illa misera *Calcidij, seu* Euboię,Croię,Driuasti,Alissij,Scodræ,Motoni,& Coronę,& aliorum direptione fuerūt, quæ cuncta hęc domus Ottomānorum brevi temporis spatio debacchata est.Et deniq; proclamet in auribus nostris crudele ac nefandum Hydrunti excidiū,in quo quàm sęua fuerit Turcarum rabies, nemo nostrūm ignorat.Nam & quo in periculo tunc fuerit & Romana ecclesia & tota Italia,quòd tertium væ Apocalypsis nō sustinuerit,sicut Hierosolymitana primum & Constantinopolitana secundum propter illarum auersionem cōtra regnum Christi & suę sanctę Apostolicæ sedis sustinuerunt,misericordia & miseratio magni,domini ad suorū fideliū preces apertissimè declarauit, quando instante periculo nostro, opportuno tēpore Turcarum principē Imperatorē sęuissimum Mahumetū *Soldanum interemit.Hęc nos doceant,hæc nobis ad doctrinam fiant, hæc in exemplum accedant,hęc nos excitent, hæc nos cautiores & diligentiores faciāt & reddant. Et quę nobis vsui & ornatui sunt, pro salute nostra & multorum,ac pro liberatiōe totiꝰ reipublicę nostræ Christianæ nos ipsimet potiùs exponamꝰ,largissimeq; effundamus,q̄ ad talium pollutas manus vna nobiscum deueniant. Quod vtiq; dignè fiet, P.B. si,quæ diximus,opere complere curabimꝰ. Verùm quo id à nobis digniùs, prę stātiusq; exequatur,colligite,vos patres,vos domini, vos ecclesiarū Rectores ac Præsides, vos(inquam)etiā Reges & principes Christiani populi,vos iterùm(inquam)qui in sanguinem Christi & sanctorum nimiùm impinguati & dilatati estis,colligite fragmenta Alabastri, confractæ in dicendo psalmodię ne pereāt, & implete cophinos animarum vestrarum, sicut Apostolorum numerus,prima sabbati, pro secunda sabbati orbis cōuersione complenda,quaū priora reminiscendo,& posteriora ꝓuidendo,iussu dominī duodecim cophinos,iuxta partes duodecim orbis secundò cōuertendas impleuerunt,de qbus Propheta:Reminiscentur,&conuertentur ad te omnes fines terrę. Quapropter vos cardines

for.* Mytilenes.

for.* Chalcidis
*Euboeæ
*Sulthanū

Apoc. 8.d & 18.c
Marc.6.f
Lucæ 9.b
Ioan.6.b
Psal.21.

orbis, vos principes terræ, docéte Rege nostro Dauid, circúdate iam digniùs ac præstãtiùs solito mõtem Sion speculatricem, videlicet sanctam Apostolicam sedem vestram. Et vos etiam veri Episcopi & sanctę ecclesię digni prælati, matrem nostram Rom. ecclesiam, vnicam dominam omnium & Reginam, vero & pio affectu complectimini, & vestra immaculata vita, doctrina, & operatiõe perfecta fouete eam, orationibus instãtes, ieiunia & eleemosynas obseruantes, sacras vigilias adamantes, & distribuite fragmẽta Apostolicæ doctrinæ in domibus eius, scilicet in ecclesijs illius, in quib⁹ tãquàm Turres *dati estis cum propugnaculis contra hostes fidei, vt enarretis pro progenie altera, quæ adiugum fidei catholicæ & Apostolicæ vẽtura est: qm̃ hic magnus Dominꝰ, nimiùm laudabilis in ciuitate Dei & in monte sancto eius: ipse, & nõ alius, est Deus Dominus noster, & solus saluator & liberator, q̃ dignè & gloriosè miraculose q̃ue cum exultatione vniuersa terræ, ab omni periculo nos liberabit, & in fremitu fortitudinis suę cõculcabit omnes contrarias potestates: & ipse, inquam, & non alius, cũ gloria & honore nominis sui reget nos in secula seculorum, Amen.

Psalm. 47.

*Dauid

DEO GRATIAS.

Die verò 20. præfati mẽsis Maij, Reuerẽdissimus in Christo pater & dominus, dominus Antonius tĩtuli sancti Vitalis, nũc verò sanctæ Praxedis presbyter Card. ꝓtector Illustr. Caroli Ducis Sabaudiæ, dedit mandatum præfati Illust. domini. Cuius tenor talis est.

Mandatum Ducis Sabaudiæ.

CArolꝰ Dux Sabaudię, Chablaisij, & Augustę, sacri Romani Imperij princeps vicariusq; ꝑpetuus, Marchio in Italia, princeps Pedemõtium, Comes Gebẽnesij, Bangiaci & Rotundi mõtis, baro Vuãdi, *Foncigmaci & Gaij, Nicięq;, Breyssię ac Vercellarum &c. Dominus, vniuersis & singulis præsentes patentes literas inspecturis facimus manifestũ, q̃ cũ quõdàm fe. re. Iulius papa secundus, sacrum Lateranen̄ cõcilium in vrbe Roma celebrãdum indixerit, quod sanctissimus dominus noster, dominus Leo diuina prouidẽtia papa decimus, p̃fato Iulio (sicut Domino placuit) de medio sublato, ad summi Apostolatus apicem diuina fauente clementia assumptus, pro rebus vniuersalis ecclesiæ ac totius Christianæ religionis salubriter dirigendis, disponẽdisq; (vt experientia edocet) cũ maxima catholicorum principum, Christianiq; populi frequentia prosequitur: nos igitur tã salubre & laudabile suæ beatitudinis propositum, ac ꝑmaximè necessarium opus collaudantes, illisq; pia deuotione & reuerentia assistẽtes, licèt superioribus proximis diebus speciales Oratores nostros suę beatitudini, tanquàm Vicario Christi & beati apostolorum principis Petri vero successori, reuerentiam obedientiamq; præstãdam destinauerimus, nihilominùs vt sanctis institutis suæ beatitudinis, cuiꝰ & sanctæ matris ecclesiæ membrum nos esse profitemur, iuxta Illustrissimorum progenitorum nostrorum laudabilem consuetudinem conformemur, ex nostra certa sciẽtia, maturaq; deliberatione, citra tamẽ quorumcunque procuratorum nostrorum hactenùs per nos cõstitutorum reuocatiõem, tenore p̃sentium facimus, constituimus, & deputamus nostrum verum, legitimum, & indubitatum procuratorem specialem, ita tamẽ, quòd specialitas generalitati nõ deroget, nec econtrà, videlicet Reuerendiss. in Christo patrem & dominum, dominum Antonium sanctæ Romanę ecclesię tituli sancti Vitalis presbyterũ cardinalem, nostrum & negociorum nostrorũ in Romana curia protectorem, specialiter & expresè ad se nomine nostro in dicto sacrosancto concilio, illiusq; sessionibus (quatenùs expediat) præsentandum, illisq; interessendum, ad dicendum, proponendum, tractandum & procurandũ, necnon laudandum & emologãdum omnia & singula, quæ ad laudem Dei, animarum salutem, morum reformationem, vniuersalisq; Ecclesiæ, ac totius religionis Christianæ bonum, pacem quoque & vnionem Christifidelium cõcernere videbuntur, & quæ præfatus sanctissimus dominus noster papa sacro huiusmodi Concilio approbante duxerit reformanda, statuenda & ordinãda, necnon & ad alia faciendum, dicendum, gerendum & exercendum, quæ nos ipsi in p̃missis, & circa ea faceremus, diceremus, & ꝑponeremꝰ, & ageremus, si p̃sentes personaliter interessemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum. Quę quidẽ omnia & singula promittimꝰ bona fide nostra, & in verbo principis perpetuò habere & tenere rata, grata, valida & firma, in nulloq; contrafacere, dicere, opponere vel venire, nec contrauenire volenti aliqualiter consentire clàm, palàm, tacitè vel expresè, sub obligatione omniũ bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, cum renũciationibus & cæteris clausulis solitis & oportunis. In quorũ testimoniũ has duximus cõcedendas, quas per secretarium nostrum sub signatum fieri iussimus, sigillo cancellariæ nostræ roboratas. Datæ Taurini, die quarta mensis Maij, 1515.

Carolus.

Primùm præsentibus dominis Illust. Philippo de Sabaudia Comite Gebenneñ, R. Ioanne de Sabaudia episcopo Gebẽnarum, R. Vrbano de *Myolano Electo Valẽtineñ, Angelino de Prouais præside patrimoniali, G. dño Salloysonis Barone sancti Germani, Reuerend. domino de Piouana Abbate Noualesij, Frãcisco Piouana, Ioanne de Lucerna,

cerna, Francisco de Boscho domino Pressiaci magistro hospitij, Iasebro Paserij aduocato Fiscali.

¶ Anno à natiuitate Domini 1515. indictione tertia, die verò vigesimaprima mensis Iunij, pontificatus sanctissimi in CHRISTO patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno tertio, dominus Marius de Peruschis sacri Concilij aut Fisci procurator, petijt quoddã instrumentum, datum coram sanctissimo domino nostro per magnificum dominum Ludouicum de Solerijs, & in libris cameræ Apostolicæ registratum, in actis Concilij de nouo registrari tradens illud facto tenoris infrascripti.

¶ In nomine Domini, Amen. Anno natiuitatis Dominicæ 1515. & die vigesimasecunda mensis Februarij, pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno secundo. Nouerit modernorum præsentia, & futurorum posteritas nõ ignoret, quòd magnifici & spectabiles iurium professores domini Geruasius de Bello monte miles & præsidens, Bertrandus Duranti dominus de Podiouerio, Simon de Tributijs dominus de sancta Margarita, Gaspar de Pererio, Marcellinus Giuremandi, Bertrandus Rostagui, Antonius de Albis, Claudius Sarente dominus de Souassu Regij consiliarij, in suprema curia insignis Parlamenti Prouinciæ, & item magnifici etiam iurium doctores domini Aymericus de Andrea præsidens computorũ, Ioannes Arbaudi, & Michael Guirani Magistri rationales magnæ Regiæ curiæ, & cameræ computorum Aqueñ, necnon egregij domini Iacobus de Angelo & Franciscus Guarini iurium licentiati, Regij generales procuratores constituti infra Cameram Concilij dictæ supremæ curiæ, certificati (vt dixerunt) de actis, gestis, & promissis per magnificum & spectabilem militem dominum Ludouicum Forbinum dominum de Solerijs, primum in dicta parlamenti curia Regium consiliarium, & apud summum pontificem pro Christianissimo domino nostro Francorum Rege oratorem dignissimum, eorúmve spectabilium dominorum procuratorem, constante de eius procuratoria potestate instrumento, in notam sumpto, & rogato per me notarium & secretarium Regium infrascriptum, apud dictum sanctissimum dominum nostrum Papam iuxta potestatem eorum parte illi datam, prout de actis, gestis, atque promissis iam dictis spectabilibus dominis constitit per actum, seu illius exemplum nupèr eisdem transmissum per Reuerendum & spectabilem Iurium doctorem Dominum Petrum de Brandis Archidiaconum Veneteñ, etiam Regium in dicta curia parlamenti consilia-

rium Romæ existentem. Cuius quidem exempli tenor sequitur:

¶ Anno à natiuitate Domini, 1514. indictione secunda, die verò decimaquinta mensis Nouembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis Diuina prouidentia papæ decimi anno secundo, constitutus personaliter coram præfato sanctissimo domino nostro, ac testium, & mei notarij cameræ Apostolicæ infrascriptorum Romæ in palatio Apostolico, ac in aula seu camera ipsius palatij, præfatus magnificus dominus Ludouicus procurator, & procuratorio nomine præmissorum in eodem procuratorio nominatorum, asserens & notificãs eidẽ sanctissimo domino uostro, quòd ipsi consiliarij Regij superiùs nominati, voluntariè & scienter nõ admiserant contenta in dicto monitorio, sed quodammodò in anteà intendebant esse obedientes filij suæ sanctitatis, & nihilominùs vigore facultatis sibi in dicto instrumento attributæ, omnes & singulas prohibitiones, mandata & decreta per ipsos consiliarios, ac parlamentum huiusmodi hactenùs contra ecclesiasticam libertatem & canonicas & pontificum sanctiones factas, & facta ac gesta, eis omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus meliùs potuit, sciuit, & debuit, coram ipso sanctissimo domino nostro reuocauit, cassauit & annullauit: ac reuocat, cassat & annullat, & ad pristinum statum omnia reducit, ac eisdem literis monitorialibus expresè (quantùm potuit) obediuit & obtemperauit, & quòd dicti sui principales illis obedient & obtemperabunt, ac facient & exequentur in futurum in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis monitorialibus pleniùs cõtinetur, expresè dixit atque promisit, me notario præsente & stipulante &c. prout etiam ipsi principales sui iam in partibus publicè reuocauerant, cassauerant, & annullauerãt, & alia fecerant (prout in publicis documentis desupèr factis constantibus) de quibus fidem facit, ac ea mihi notario infrascripto consignauit inserenda, quorum tenores inferiùs describuntur. Et insupèr eosdem principales suos, & eorum quemlibet in solidum virtute dicti mandati & potestatis sibi attributæ quodammodò in anteà ipsi sui principales & eorum quilibet, quantùm in eis vel eò est, omnia & singula contenta in dicto monitorio adimplebunt, & præmissis omnibus parebunt, & Ecclesiasticam libertatem non perturbabunt, sed tanquàm catholici & obedientes filij suæ sanctitatis mandatis acquiescent. Et quòd non contrauenient in futurum directè vel indirectè alio quouis quæsito colore. Et eorum, & cuiuslibet ipsorum bona quęcunque specialiter & expresè obligant, & pro eis & eorum quolibet, de rato & ratihabitione. Ac

se acturum & curaturum, quòd infra quatuor menses proximè futuros dicti sui principales, omnia & singula, suprà & infrà scripta ratificabunt & approbabunt. Et quòd omnia & singula in dictis monitorialibus semper & perpetuò obseruabunt & adimplebunt, prout in eisdem literis continetur & præcipitur, solenniter & expressè promisit, me notario infrascripto tanquàm publica & authentica persona, pro sancta Romana ecclesia & omnibus alijs quorũ interest, stipulañ & recipiẽ.

¶ Quibus sic gestis, præfatus sanctissimus dominus noster more pij patris, motus benignitate & clementia, considerans & attendens, quòd præfati consiliarij ad correxi sunt, & quòd sancta sedes Apostolica post lapsum cum humilitate ab ea veniam petentibus & recurrentibus ad eam, non consueuit claudere suæ pietatis gremium, etiã ad vniuersas preces ipsius magnifici domini Ludouici præfatos consiliarios superiùs nominatos & eorum singulos authoritate Apostolica, & ex sua solita clementia præmissis visis & intellectis, exceptis duntaxat his, qui per secũdum monitorium ad comparendum personaliter sunt adstricti, à censuris & pœnis etiam inhabilitatis, factionis testamenti, eorumq́ue posteritatem & generatiões & descẽdentes ab eis, absoluendos duxit & absoluit, & facto signo sanctæ crucis in personam præfati magnifici domini Ludouici eorum procuratoris, benedixit, & interdictum ecclesiasticum præmissorum occasione forsan appositum, penitùs & omninò relaxauit, eosq́ue & eorum quemlibet rehabilitauit, & ab eis & quolibet eorum omnem infamiæ maculam siue notam penitùs remouit, ac eos & eorum singulos (quatenùs opus sit) ad pristinos honores, gradus, dignitates, beneficia & officia restituendos duxit, & restituit cum reincidentia & sine aliqua suspensione, reuocatione, & præiudicio dictarum literarum monitorialium, & processus perindè, ac si præsens absolutio facta non fuisset, nisi omes singuli principales p̃dicti infra dictos quatuor menses proximè futuros præmissa omnia & singula sic (vt præfertur) ratificauerint & approbauerint.

Ipsi verò spectabiles & magnifici domini parendo mandatis & beneplacitis ipsius sanctissimi domini nostri papæ, quantùm in eis est, & eos tangit, seu tangere poterit in futurum communiter & diuisim omnia & singula per dictum spectabilem dominum de Solerijs, iuxta mandatum sibi datum, acta, gesta, promissa & procurata, & quæ in exemplo superinserto continentur, omnibus melioribus modo, via, iure & forma, quibus potuerunt & debuerunt, approbârũt, laudârunt, emologârunt, & ratificârunt, laudãtq́;, approbant, emologant & ratificant, promittentes emologationem, approbationem & ratificationẽ huiusmodi, ac omnia alia & singula supradicta, firma & valida habere, tenere & obseruare, ac nunquàm in aliquo contrafacere, dicere, vel venire, per se vel aliam interpositam personam, tacitè vel expressè sub expressa hypotheca & obligatione omnium bonorum supranominatorum spectabilium dominorum, & cuiuslibet ipsorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac sub omni iuris & facti renunciatione pariter & cautela. Et ita ad sancta Dei euangelia per eosdem seriatìm tacta, vnus post alium iurârunt, de quibus prẽmissis omnibus fieri & expediri iusserunt & voluerũt vnum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per me notarium & secretarium Regium infrascriptum. Acta fuerunt hæc omnia in ciuitate Aqueñ, vbi suprà, videlicet infra cameram Regij Concilij dictæ curiæ supremæ parlamenti, præsentibus ibidèm nobilibus viris magistris Guillelmo Morini, Ioanne Malhart, & Antonio Malbequi regijs secretarijs & eiusdẽ curiæ Grafferijs, testibus ad p̃missa vocatis & assumptis. Et me Ioanne Boycelli ciue Aqueñ, Regio Secretario & notario publico, & comitatibus prouinciæ & Fortulquerin, terrisq́ue illis adiacentibus Regia & aliâs vbiquè terrarum Apostolica authoritatibus constituto. Qui præmissis ratificationi, approbationi & emologationi, promissioniq́ue & obligationi, & alijs supradictis vnà cum prænominatis testibus præsens fui, eaq́ue in notam sumpsi, legi & publicaui, à qua, seu illius originali extenso, hoc instrumentum publicum, in hanc publicam formam redactum aliena manu, mihi fideli virtute gratiæ mihi concessæ extrahi feci, & indè collatione facta cum eodẽ extenso, compertaq́ue conformitate, hîc me subscribens, signum meum interposui authenticum, in fidem, robur & testimonium omnium præmissorum.

¶ Anno prædicto, & die vigesimasexta mensis supradicti Februarij in loco supradicto, videlicet infra cameram Concilij in præsentia nobilium Stephani de Gennes commentarieñ palatij, & Ioannis Draconis Villæ* exeratum, meiq́ue notarij secretarij Regij suprà & infràscripti cõstituti, magnifici & spectabiles iurium professores domini, Petrus Matthæi dominus de Renesto Brossiæ, & Ioannes Toruatiris dominus de Canilhaco, etiam Regij in dicta curia consiliarij, certiorati per lecturam præsentis instrumenti, de ratificatione, approbatione & emologatione gestorum & promissorum p̃ supraſcriptum magnificum dominum de Solerijs, illam & omia in huiusmodi instrumento contenta, grata & ratam, rataq́ue & grata

grata habentes, omnibus melioribus modo, via & forma quibus potuerunt & debuerũt, quantum in eis est, & eosdem coniunctim & diuisim tangit, seu tangere potest, ratificârunt, approbârunt & emologârunt, ratificantq́ue, approbant & emologant sub illis, & eisdem promissionibus, obligationibus, renũciationibus, & iuramẽto suprascriptis, acsi præsentes in præmissis interfuissent. Et hanc ratificationem & approbationem iusserunt notari, & describi per me dictum notarium & secretarium, hîc me propria manu subsignantem.

Boycelli.

Vniuersis & singulis has p̃sentes testimoniales literas inspecturis, visuris & audituris. Nos Guillelmus de cordoano Iurium licẽtiatus, sanctę metropolitañ Aqueñ ecclesię canonicus, vicariusq́ue generalis in spiritualibus & temporalibus totius Archiepiscopatus Aqueñ. Notũ facimus & attestamur, nobilem virum magistrum Ioannem Boycelli ciuem Aqueñ, qui præsens siue prædecẽs instrumentum ratificationis sumpsit, subscripsit & subsignauit, fore & esse Regium Secretarium, notarium publicũ Apostolica & Regia authoritatib⁹ notum, virumq́; boni nominis & famæ, ac laudabilis conuersationis, ad eumq́; tanq̃ notarium & publicum & personã publicã, cõmunem & publicũ haberi recursum & pro tali in tota patria Prouinciæ reputari, fuis quoque instrumẽtis & actis publicis, manu & signo suis roboratis, in iudicio & extra stari, & fidem indubiam adhiberi. Et vt præscripto instrumento fides indubia per quoscunque adhiberi valeat, has p̃sentes testimoniales literas, per Honoratum Parcatoris notarium, & curiæ Archiepiscopalis Aqueñ scribam fieri, sigilliq́; eiusdem curiæ cum manus nostræ subscriptione fecimus & iussim⁹ debita appẽsione communiri. Datæ Aquis die vigesimatertia mensis Februarij, anno à natiuitate domini 1515. tertiæ indictionis.

G. de Cordoano
vicarius p̃fatus.

Anno à natiuitate domini 1515. indictione tertia, die verò octaua mensis Iulij põtificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidẽtia papæ decimi anno tertio, reuerendiss. in Christo pater & dominus, Dominus Antonius tituli sanctæ Praxedis presbyter Card. de mãdato præfati sanctissimi dñi nostri, Dñi Leonis papæ decimi, sibi viuæ vocis oraculo facto, mandauit nobis Bernardo Sculteti, & Bernardino de Contreras, notarijs & scribis sacri cõcilij, vt daremus in publica forma magnifico domino Ludouico de Solerijs, Christianissimi Francorũ regis oratori, instrumentun authenticum cuiusdam protestationis per eum factæ in decima sessione, excusando prælatos Gallicanæ nationis, quod quidem instrumentum eidem magnifico oratori fuit traditum tenoris infrascripti.

Vniuersis & singulis præsentis publici instrumenti seriem inspecturis, visuris, lecturis pariter & audituris, notum sit, quòd anno à natiuitate domini 1515. indictione tertia, die verò veneris quarta mensis Maij, pontificat⁹ sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno tertio, Romæ in basilica Lateraneñ fuit celebrata decima sessio sacrosancti generalis concilij Lateraneñ. In qua quidem sessione fuit præfatus sanctissimus domin⁹ noster. Et post multa tractata & acta in præfata sessione, circa finem reuerendus pater dominus Petrus episcopus Castelli maris ascendit ambonem, & legit schedulã tenoris suprascripti.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, &c. vt superiùs.

¶ Qua perlecta, magnificus dominus Ludouicus de Solerijs orator Christianissimi Regis Franciæ, accessit ad pedes prefati sanctissimi domini nostri, & dixit, excusando prælatos ecclesiæ Gallicanæ profitentes pragmaticam sanctionem, quòd prælati Franciæ fuerunt impediti per inimicos Christianissimi Regis Francorum, non verentes censuras contentas in bulla Cœnæ domini, & ideo sanctitas sua habuit aliàs excusatos. Cùm igitur de præsenti eodem impedimento detenti sint, & nõ audent venire, quia inter Delphinatum & Lombardiam est periculum, quare pro parte eorum supplicatur sanctitati suæ, quòd habeat eos nunc excusatos, & cùm dabitur tutus accessus, offerũt venire ad concilium, & allegare de iuribus suis. Facta itaque prædicta excusatione, idẽ magnificus orator dedit quandam schedulam. Præfatus sanctissimus dominus noster respondit præfato oratori, quòd ex prouincia Prouinciæ erat facilis & tutus transitus per Ianuam, & quòd prouiderat de saluoconductu Ianueñ, & eis mandauerat tradi, & si opus esset, prouideret de meliori & tutiori saluoconductu: tamen volebat sanctitas sua, quòd schedula suprædicta staret in suo robore.

Tenor autem schedulæ datæ per oratorẽ, de qua suprà fit mentio, talis est:

Sanctissimus &c. prout superiùs.

Super quibus omnibus & singulis idem magnificus dominus orator petijt à protonotarijs, notarijs & scribis concilij instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc in præfata basilica Laterañ, in decima sessione sacrosancti Lateraneñ concilij generalis sub anno, indictione, die, mense, & pontificatu, quibus suprà, præsentibus ibidèm reuerẽdo patre dño Thoma Phędra & Bartholomæo Saliceto secretarijs, & Francisco de Actauantis, & Bñdicto Trocileti, & Aurelio

relio Amerino notarijs & ſcribis prefati concilij, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego Bernardus Sculteti decretorũ doctor, Decanus Vuarmieñ, publicus Apoſtolica & Imperiali authoritatib⁹ notarius, & ſacri Laterañ generalis concilij ſcriba deputatus, quia prẽmiſſis oĩbus & ſingulis, dum ſic (vt prẽmittitur) fierent & agerẽtur, vnà cum p̃nominatis teſtibus, ac infraſcripto collega & cõnotario meo p̃ſens interfui, eaq; oĩa & ſingula ſic fieri vidi & audiui, ac in notam ſumpſi. Ideo hoc p̃ſens publicũ inſtrumentũ manu alterius fideliter ſcriptum, exindè confeci, ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicã formã redegi, ſignoq; & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui & communiui, rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimoniũ oĩum & ſingulorum præmiſſorum.

Et ego Bernardinus de Cõtreras clericus Burgeñ, Iuris vtriuſq; doctor, publicus Apoſtolica authoritate notarius, ac ſacri Laterañ concilij ſcriba, quia prẽmiſſis oĩbus & ſingulis, dum ſic (vt prẽmittitur) fierẽt & dicerentur, vnà cum prænominatis teſtibus p̃ſens interfui, ac fieri vidi & audiui, & in notam ſumpſi, ex qua p̃ſens publicum inſtrumẽtum manu alterius fideliter ſcriptũ, ſubſcripſi & publicaui, ſignoq; & nomine meis ſolitis ſignaui, in fidem & teſtimoniũ oĩum & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

CONGREGATIO GENERALIS pro diſcuſſione eorum quæ tractanda ſunt in vndecima Seſſione.

ANNO à natiuitate domini 1516. indictiõe quarta, die verò decimaquinta menſis Decembris, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno quarto, fuit congregatio generalis Prælatorũ in palatio Apoſtolico, in ſuperiori capella dicti palatij, pro diſcutiendis & examinandis ſchedulis in vndecima ſeſſione legendis. In qua quidem congregatione fuerunt præſentes Reuerendiſſ. domini

CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Dominicus Eps Portueñ.
Reuerendiſſ. D. Antonius tituli ſanctę Praxedis.
Reuerendiſſ. D. Petrus ſancti Euſebij.
Reuerendiſſ. D. Laurentius ſanctorum quatuor Coronatorum.
Reuerendiſſ. D. Alexander ſancti Euſtachij.

ARCHIEPISCOPI, EPIſcopi & Oratores.

Reuerendus P.D. Ioannes Reualienſis ep̃us, orator Marchionis Brandenburgeñ.
Reuerend. P.D. Bertrandus eps Adrieñ, orator Ducis Ferrariæ.

Reuerend. P.D. Hieronymus Antibareñ.
Reuerend. P.D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend. P.D. Hieremias Traneñ.
Reuerend. P.D. Ioannes *Traneñ. *Ariaueñ
Reuerend. P.D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P.D. Stephanus Gabriel Bareñ.
Reuerendus P.D. Andreas Cornelius *Spoletañ. *Spalateñ
Reuerend. P.D. Ioannes Thebañ.
Reuerend. P.D. Marcus * Monobaſieñ. *Monembaſieñ
Reuerend. P.D. Iulianus * Salutiarum. *Sulcitanus
Reuerend. P.D. Hugolinus Lycieñ.
Reuerend. P.D. Alexius Melfitañ.
Reuerend. P.D. Bernardus Taruiſiñ.
Reuerend. P.D. Andreas Militeñ.
Reuerend. P.D. Paulus Foroſempronieñ.
Reuerend. P.D. Ioannes Dominicus Terdoneñ.
Reuerend. P.D. Bonifacius Iporegieñ.
Reuerend. P.D. Benedictus Chieñ.
Reuerend. P.D. Petrus Caſtelli maris.
Reuerend. P.D. Alexander Hieronymus ſancti Dominici Inſulæ Hiſpaniarum.
Reuerend. P.D. Scaramuza Cumañ.
Reuerend. P.D. Marius Aquinateñ.
Reuerend. P.D. Simon Arimineñ.
Reuerendus P.D. Iacobus Antonius Sutrinus.
Reuerendus P.D. Ioannes Baptiſta Caſertanus.
Reuerend. P.D. Marcus Senogallieñ.
Reuerend. P.D. Paris Piſaurieñ.
Reuerend. P.D. * Scabonius Imoleñ. *Scribonis
Reuerend. P.D. Bernardus Soranus.
Reuerẽd. P.D. Petrus * Acceraneñ. *Aceren⁹
Reuerend. P.D. Angelus * Lozaneñ. *Acerren⁹
Reuerend. P.D. Baltaſſar ciuitatis Caſtellañ. *Lauſaneñ
Reuerẽd. P.D. Bartholomę⁹ Mõtis viridis.
Reuerend. P.D. Tranquillus Ferentinus.
Reuerend. P.D. Thomas Lechelieñ.
Reuerend. P.D. Valentinus * Parmeñ. *Penneñ
Reuerend. P.D. Vincentius Arbeñ.
Reuerend. P.D. Zacharias Sebaſteñ.
Reuerẽd. P.D. Petrus * Lancilinus. *Lauellinus vel Lauelleñ
Reuerend. P.D. Paulus * Nimoſieñ. *Nemauſeñ
Reuerend. P.D. Ioãnes Baptiſta Caualliceñ. *Limoleñ
Reuerend. P.D. Maximus Iſernieñ.
Reuerend. P.D. Thomas Saoneñ.
Reuerend. P.D. Petrus Paulus Eſiñ.
Reuerendus P.D. Ioannes Baptiſta Auximanus.
Reuerend. P.D. Guarinus Nucerinus.
Reuerend. P.D. Theſeus * Macerateñ. *Racanateñ
Reuerend. P.D. Auguſtinus * Nebieñ. *Nubieñ
Reuerend. P.D. Iacobus Marſicanus.
Reuerend. P.D. Ioannes Baptiſta Valueñ.
Reuerend. P.D. Hieronymus * Budueñ. *Biduaneñ
Reuerend. P.D. Philippus * Primateñ. *Budineñ
Reuerend. P.D. Chriſtophorus * Polimaceñ, *Brumãteñ
Reuerend. P.D. Gisbertus Rapollañ. * Polignianeñ
Reuerend. P.D. Simon Modruſieñ. *Vincẽtin⁹
Reuerend. P.D. Ioannes Baptiſta * Vencieñ. *Viceñ
Reuerend. P.D. Ioannes * Algareñ. *Veneteñ
Reuerend. P.D. *Vrgelleñ

Reuerendus P.D. Chriſtophorus Cæſenatenſis.

Ac vallis Vmbroſæ, & ſancti Dominici, ſancti Franciſci, ſancti Auguſtini, & ſanctæ Mariæ Seruorum, ordinum Generales. Quibus oĩbus congregatis & ſedẽtibus more ſolito, dominus Andreas Piperarius ſecretarius Concilij, de mandato præfatorum reuerendiſſ. Card. legit ſchedulam continentem cõcordata per S.D.N. cũ Chriſtianiſſimo Frãcorum Rege. Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et omnes reſponderunt ſimpliciter placere, exceptis infraſcriptis, qui dederunt vota particularia, & primò reuerend. dñs Bertrandus epiſcopus Adrieñ. dixit placere, p̃ſertim quia erant concordata cum S.D.N. Reuerendus dominus Hieronymus epiſcopus Antibareñ, dixit q̃ placebant: quia credebat, q̃ proueniebant à Spiritu ſancto. Reuerend. dominus Hieremias Traneñ Archiepiſcopus dixit, q̃ licèt in illis concordatis lectis in ſchedula multa eſſent, q̃ ſibi diſplicerent, quòd ſint facta & concordata, tamẽ poſtquàm S.D.N. iam fecerat & dederat bullam, & ſe obligauerat in vim contractus facere approbari per Concilium, non deuiabat à voluntate ſanctitatis ſuæ. Et *ſi placebant ea de cauſa. Reuerendus Dominus Maximus epiſcopus Iſernienſis dixit placere, q̃a placuit ſanctiſſimo domino noſtro. Reuerendus dñs Ioannes Dñicus epiſcopus Terdonenſis dixit, quatenùs tribuũt iuriſdictionem laicis cõtra Eccleſiaſticos, nõ placere. *ſic

Deindè præfatus Dominus Andreas legit ſchedulam abrogationis pragmaticæ ſanctionis. Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et oĩb⁹ vnanimiter & ſimpliciter placuerũt.

Poſtmodùm verò fuit per eundem Andream lecta ſchedula ſuper ijs, quæ debent obſeruare prædicatores prædicantes verbũ Dei. Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et placuerunt omnibus, excepto reuerendo Dño Mario epiſcopo Aquinatenſi, qui ſibi placere dixit, quòd prædicatores prædicent, ſecundùm quod ſpiritus eis inſpirat.

Demum idem dñs Andreas legit ſchedulam concernentẽ priuilegiũ religioſorũ. Qua perlecta, petijt, an placerent contenta in ſchedula paternitatibus ſuis. Sed propter diuerſitatem votorum prælatorum exiſtentium in congregatione circa narratiuam & diſpoſitiuam ſchedulæ, viſum fuit p̃fatis reuerendiſſimis Cardinalibus, q̃ ſchedula aptaret, & die ſequenti fieret alia congregatio in eodem loco, & iterùm legeretur ſchedula aptata, & deliberaretur per ea.

Die verò decimaquinta ſupradicti menſis Decembris, fuit cõgregatio in eadem capella. In qua interfuerunt reuerendiſſimi in Chriſto patres & dñi, Antonius S. Praxedis, Petrus ſancti Euſebij, & Laurentius ſanctorum Quatuor Coronatorum tituli, S.R.E. presbyteri Card. Prẽlati verò * quadraginta ſex, & generales ordinum, qui in ſupradicta congregatione interfuerunt. Et fuit lecta p̃ ſupradictum D. Andream ſchedula, continens priuilegia religioſorum. Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis. Et reſponderunt omnes placere, hoc tamen addito, quòd reuerẽd. dñs Vincentius epiſcopus Signinus dixit, quòd videbatur ſibi q̃ narratiua, vbi ponebantur illa verba, quòd epiſcopi fuerunt aſſumpti à Pontifice, debebat poni, q̃ fuerunt aſſumpti à Chriſto. Et reuerend. dñs Scaramuza epiſcopus Cumanus dixit, q̃ placebant ei contenta in ſchedula, dummodò excluderetur approbatio priuilegiorum: & eiuſdem opinionis fuerũt Brumateñ, Ceruieñ, Senogallieñ, Ferentiñ, Soranus, & Polignianeñ. Schedulæ verò, de quibus ſuprà fit mentio, inſeruntur in infraſcripta vndecima ſeſſione. *LXVI.

SESSIO XI.

IN nomine dñi, Amen. Anno à natiuitate dñi 1516. indictione 4. die verò decimanona menſis Decembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & D.N.D. Leonis diuina prouidẽtia Papæ X. anno quarto, fuit celebrata vndecima ſeſſio in baſilica Laterañ de vrbe, in loco conſueto, p̃ſente p̃fato ſanctiſſ. Dño noſtro. Et fuerunt præſentes infraſcripti reuerendiſſimi dñi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & epiſcopi: & Abbates, & magiſtri generales ordinum, oratores principũ, & quamplures alij illuſtr. domini, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiſſ. Dominus Raphael Oſtienſis.
Reuerendiſſ. D. Bernardus Sabinenſis.
Reuerendiſſ. D. Dominicus Portueñ.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Franciſcus tituli ſanctorum Ioannis & Pauli, Surrentiñ.
Reuerendiſſ. D. Nicolaus tituli ſanctæ Priſcæ, de Fliſco.
Reuerẽdiſſ. D. Hadrian⁹ tit. S. Chryſogoni.
Reuerendiſſ. D. Leonardus tituli S. Suſannę, Agenneñ.
Reuerendiſſ. D. Antonius ſanctæ Praxedis.
Reuerendiſſ. D. Bandinellus tituli ſanctæ Sabinæ, de Saulis.
Reuerendiſſ. D. Laurẽtius tituli ſanctorum quatuor Coronatorum.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiſſ. D. Alexander S. Euſtachij, Farneſius.
Reuerendiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Marię in Coſmedin, de Aragonia.
Reuerendiſſ. D. Marcus S. Mariæ in via lata, de Cornelijs.
Reuerendiſſ. D. Iulius ſanctæ Mariæ de Nauicula.

Reuerendiſſ. D. Bernardus ſanctæ Mariæ in porticu.
Reuerendiſſ. D. Innocentius ſanctorum Coſmæ & Damiani.

PATRIARCHAE, ET ASSISTENTES Papæ, & Oratores.

Reuerend. P. D. Cæſar Alexandrinus.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend. P. D. Robertus Reginus.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Taruiſinus.
Reuerend. P. D. Scaramuza Cumanus.
Reuerend. P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. P. D. Andreas Militeñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Reualienſis epiſcopus, orator Marchionis Brandeburgenſis Electoris Imperij.
Reuerẽd. P. D. *Bertrãdus epiſcopus Adrieñ, orator Illuſt. Ducis Ferrarienſis.

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI.

Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicoſieñ.
Reuerend. P. D. Hieremias Traneñ.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Clemens Coloſſeñ.
Reuerend. P. D. Stephanus Gabriel Bareñ.
Reuerend. P. D. Andreas Spalateñ.
Reuerend. P. D. Alexander Vienneñ.
*Monenbaſieñ Reuerend. P. D. Marcus *Monobaſieñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Thebanus.
Reuerend. P. D. Alexius Melſitanus.
Reuerend. P. D. Angelus Lauſaneñ.
Reuerend. P. D. Bonifacius Iporegienſis.
Reuerend. P. D. Benedictus Chienſis.
Reuerend. P. D. Bernardus Soranus.
Reuerẽd. P. D. Balthaſar ciuitatis Caſtellañ.
Reuerend. P. D. Blaſius Theleſineñ.
Reuerend. P. D. Chriſtophorꝰ Cæſenateñ.
Reuerẽd. P. D. Chriſtophorus Polignianeñ.
Reuerend. P. D. Franciſcus Digneñ.
Reuerend. P. D. Guarinus Nucerinus.
Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollanus.
Reuerend. P. D. Galeſius *Beluneñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Dñicus Terdoneñ.
Reuerẽd. P. D. Iacobus Antonius Sutrinus.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Caſertanꝰ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Auximañ.
Reuerend. P. D. Ioannes Vrgelleñ.
Reuerend. P. D. Gabriel Calueñ.
Reuerend. P. D. Iannotius Troianus.
Reuerend. P. D. Hieronymus Aſculanus.
Reuerend. P. D. Maximus Iſernieñ.
Reuerend. P. D. Marius Aquinateñ.
Reuerend. P. D. Marcus Senogallieñ.
Reuerend. P. D. Matthæus S. Leonis.
Reuerend. P. D. Thomas Saoneñ.
Reuerend. P. D. Petrus Ceruieñ.
Reuerend. P. D. Paulus Foroſempronieñ.
*Minoreñ Reuerend. P. D. Petrus Caſtelli maris.
Reuerend. P. D. Paulus *Nimoſieñ.
Reuerend. P. D. Petrus Paulus Eſinus.
Reuerend. P. D. Philippus Brumateñ.
*Acerreſi Reuerend. P. D. Petrus *Acerneñ.

Reuerend. P. D. *Racomanus Venafranus. *Ricardus
Reuerend. P. D. Tranquillus Ferentinus.
Reuerend. P. D. Theſeus *Maceranateñ. *Racanateñ
Reuerend. P. D. Auguſtinus Peruſinus.
Reuerend. P. D. Altobellus Poleñ.
Reuerend. P. D. Auguſtinus Nobieñ.
Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Potentinus.
Reuerend. P. D. Ioannes *Sibiniceñ. *Sebonicenſi
Reuerend. P. D. Paris Piſaurieñ. *Sulcitanꝰ
Reuerend. P. D. Iulianus *Salutiarum.

ABBATES ET GENERALES Ordinum.

Reuerend. P. dominus Ioannes, ſancti Sebaſtiani extra muros vrbis Abbas.
Generales Vallis Vmbroſæ, ſancti Franciſci, S. Dominici, & S. Mariæ Seruorum.

ORATORES, ET ILLVST. DOMINI temporales.

Illuſtr. dñs Laurentius de *Medicis, nepos ꝑfati S. D. N. ſecũdũ carnẽ, dux Vrbinateñ.
Illuſtr. dñs Albertus de Carpi, Orator inuictiſſimi Imperatoris.
Magnificus D. Hieronymus Vich, Orator Catholici regis Hiſpaniarum.
Magnificus D. Michael de Silua, orator Illuſtr. regis Portugalliæ.
Et quamplures alij nobiles, & milites Hieroſolymitani.

Celebrata Miſſa per Reuerend. dñm Gabrielem Archiepiſcopũ Dyrrhachieñ, & cãtato per reuerendiſſ. in Chriſto patrẽ & dñm, Dñm Marcũ S. Mariæ in via lata Diaconum Cardinalẽ Euangelio ſecundũ Matthæum, Matt. 24. incipieñ, Sedente Ieſu ſup montem Olueti &c. ac cantato hymno per ſanctiſſimũ dñm noſtrum, incipieñ, Veni creator ſpiritus, ac peractis orationibus cõſuetis, oratores Patriarchæ Maronitarum Montis Libani, ꝑſtiterunt obedientiã nomine dicti Patriarchæ ſanctiſſ. dño noſtro, & ꝑſentauerũt quoddã mandatum in lingua Chaldæa ſeu Arabica. Et ꝑſtita obedientia, vnus dictorum oratorum aſſcendit ambõem, & legit dictum mãdatum in lingua propria. Deindè Reuerẽd. dñs Andreas ſecretarius Concilij aſſcendit ambonem, & legit dictum mãdatum interpretatum in lingua Latina. Cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

MANDATVM PATRIARCHAE Maronitarum.

GRATIAS DEO REVERENTER agimus ſub mũdiſſimis pedibus patris noſtri ſanctiſſimi Chriſti vicarij & D. noſtri Papę Leonis decimi, qui vices beati Petri veritatis petræ gerit in terris, ſedetq́; ſuper Apoſtolicam ſedẽ ipſius ſanctiſſimæ benedictionis ſuper nos, Amen. Cogimur in Diuinas laudes erumpere, Deoq́;, à quo oñe bonum, gratiarum actio-

actiones indeſinenter agere, qui puriſſimæ S. V. menti illabi dignatus eſt, eamq́; ꝓ inſpirationem pulſare, vt nos per ſanctũ nũcium ſuum fratrem Ioannẽ Franciſcũ de Potentia viſitaret. Is emꝫ fratre Franciſco Reatino interprete, & viã ſalutis nobis oſtẽdit, & ſancta documenta reliquit: nempe quó ſanctũ cõficiatur chriſma, ex puro videlicet oleo & balſamo, nihilq́; ꝑter hæc immiſcẽdum, quo etiam tẽpore aquis ſalutaribus infantes ablui debeant, & ſacro baptiſmatis fonte renafor. neque ſit *non ſitq́; quadrageſimus poſtulandus dies, ſicuti anteà erroris tenebris inuoluti ꝑſtolari conſueuimus, ſed in octauo, vel etiã antè cum neceſſitas expoſtulauerit. qua verò ratiõe iuxta patrũ & ſanctæ Rõ. Eccl. inſtituta matrimonia cõtrahantur, q̃ eadẽ impediant: ac ſacri quonam pacto conferantur ordines, q̃bus itẽ verbis in cõſecratiõe dñici corporis ac ſanguinis vti debeamꝰ, & ꝙ ſpirituſſanctus à patre ꝓcedat & filio, ſicuti ab vnico principio & vnica ſpiratiõe, & ꝙ chriſianus, q̃ in hac vita ſufficientẽ de ſuis delictis pœnitentiã non egit, ea functus, ad quendã (diuina ꝓmittente iuſtitia) ducat̃ locum, qui purgatoriũ dicit̃, vt ibidẽ (quouſq; dignior ſit cælum aſſcendere) maneat: & ꝙ ſemel ſaltem in anno noſtra ꝓprio ſacerdoti confiteamur peccata, ſanctiſſimumq́; Euchariſtiæ ſacramentũ in Paſchate ſuſcipiamꝰ D. N. Ieſu Chriſti, qui in ſanctorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli natali hoc cõſueuerimus adimplere, & vt ſemp & in oñibus Apoſtolicæ ſedis ac S. V. eiusq́; ſucceſſorũ ſubmittamur mãdatis ꝑſentibꝰ Archiepiſcopis, epis, necnõ doctoribus noſtris cleri & populi maioribꝰ, & claro nos docuit eloquio, & dulciter inſtruxit. Hæc emꝫ, pater ſancte, & nonnulla alia ab eo inſtituta, noſtrarũ ſalutẽ cõcernẽtia aãrum, & in Arabico cõſcripta ſermone nobis relicta, quibus euitãtur peccata, moresq́; reformantur in melius, ꝓmpta obedientia acceptamus, & cõfitemur, adimplereq́; ſperamꝰ. Et ꝓpterea apprimè in dño exultauimus, & animi noſtri immodicã ſpiritalẽ conceperũt lætitiã, Deoq́; Opt. Max. ac S. V. gratias egimus, fratres hos ſanctos ad nos dirigenti, q̃ ſalutis iter nobis oſtenderũt, & animas noſtras in Dño recreârunt. Nos verò cum ꝑlibato fratre Ioãne Frãciſco quoſdã ex noſtris ad S. V. deſtinamus, ea ducti opiniõe, vt patrum inſtituta ac S. R. E. dogmata addiſcãt, & cùm edocti fuerint, ad nos docturi alios poſtmodùm redeant. Interea nõ paruo afficimur tædio, qm̃ ad deoſculandũ, adorandumq́; ſanctiſſ. S. V. pedes accedere ꝓhibemur, & q̃ mente gerimus, fixis in terrã poplitibus ꝓprio ore exprimere ipſi nequimꝰ. Vt autẽ affectui nr̃o ac voto vtcunq; ſatisfaciamus, cum prefato S. V. nuncio fratre Ioanne Franciſco, oratorẽ noſtrũ Acuri Ioſeph cum Helia, ac Helia monacho, ad S. V. deſtinandum decreuimus, vt nr̃o ac totius cleri, Maronitarumq́; populi nomine, terram fronte tangens, flexisq́; genibus ſanctiſſ. S. V. & adoret, & deoſculetur, ac S. Apoſtolicæ ſedi coram fratribus veſtris S. R. E. Cardinalibus, S. V. obedientiã ꝑſtet, & fidelitatẽ iuret, & ꝙ veraciter S. ſedis Apoſtolicæ & S. V. ſerui fideles ſumus, demiſſo capite firmiter ꝓteſtetur, Amẽ, Amen. Quẽdã verò alia ſupradicto fratri noſtro Ioanni Franciſco reſeruauimꝰ, *quem vt S. V. enarret, ſub Dei atteſtatiõe *quæ adſtrinximꝰ. erit enim veluti noſter amabilis frater bñdicti monaſterij S. Mariæ de Camibin in monte Libano ſancto, actotius cleri & Maronitarum populi ad pedes S. V. ſolicitus ꝓcurator. Oĩa quidem noſtra, & quo modo ſub infidelium deteſtanda ſeruitute, tanq̃ omni auxilio orbati, infeliciſſimã vitã ducimus, ꝓprijs oculis ipſe conſpexit. Hoc eſt reſponſum puritatis noſtræ ſanctiſſ. & puriſſimo patri noſtro. Cuius ſanctas benedictiones miſericors Deus ad nos tranſmittat, Amẽ, Amẽ, Amẽ. Scripta ſunt hęc anno dñicę incarnationis 1515. menſis Februarij die 14.

A Tergo.

¶Præſentabuntur cum dei gratia in manus ſanctiſſ. D. N. Leonis, qui ſuper ſanctam ſedem Petri Apoſtoli reſidet, pro parte pauperis diſcipuli ſui Petri patriarchæ Maronitarum ex monaſterio Camibin in mõte Libano ſerui ſeruorum Dei.

Quo perlecto, dicti oratores acceſſerunt ad ſanctiſſ. D. N. & deoſculati ſunt eius beatiſſimos pedes, ꝑſtantes eidem S. D. N. noſe quo ſuprà debitam obedientiam & reuerẽtiam. Qua præſtita, D. Marius de Peruſchis procurator concilij, petijt inſtrumentum & inſtrumenta dictæ obedientiæ.

Deinde reuerendus pater dominus Ioannes epiſcopus Reualieñ, orator Marchionis Brandeburgeñ electoris imperij, aſſcẽdit ambonem, & legit ſchedulam diſponentẽ circa modum prædicandi, cuius tenor talis eſt:

LEo epſ ſeruus ſeruorum Dei, ad ꝑpetuam rei memoriã, ſacro approbante concilio. Supernæ maieſtatis præſidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cæleſtia ſimul & terrena diriguntur, ſuper gregem Dominicum nobis commiſſum, ſpeculatoris officium (quãtùm imbecillitati noſtræ conceditur) exercẽtes, totaq́; mente nobiſcum ipſi reuoluentes, inter alia complura & magna ad nos pertinere, vt munus prędicationis, quod in eccleſia Dei præcipuum ac perneceſſarium, magnię; fructus atq; vtilitatis, dummodò rectè & ex ſyncera charitate erga Deũ & proximum ꝑceptisq́; & exemplis ſanctorum patrum, qui hæc profitentes cum fidei fundatione & ꝓpagatione plurimùm eccleſiæ contulerunt, exerceatur: quippe quod redemptor noſter primus fecit, & docuit, & eius præcepto & imitatione duodenus ille Apoſtolorum numerus, quaſi totidẽ cæli, Dei veri gloriam enar-

enarrantes per orbem terrarum, vniuersum genus humanum, quod sub peccati iugo vetusta seruitute continebatur, sensim ab eorũ tenebris educẽtes, & ad perpetuæ salutis lucem excitantes, verbum ipsum in omnẽ terram & in fines orbis terræ, tum ipsi priùs, tũ deinde sui successores, longè lateq́ue propagauerunt, altissimeq́ue fundârunt, vt qui nunc tantum subeunt onus, meminisse debeant, creberrimeq́ue secum reuoluere, prẽter authoris ipsius ac fundatoris Iesu Christi pientissimi redemptoris, Petri etiam & Pauli cæterorumq́; Apostolorum & ꝺnomini discipulorum se vices, quo ad hoc officium, subire ac sustinere. Sanè fidedignorum relatione percepimus, quòd nonnulli prædicatores nostris temporibus (quòd dolenter referimus) non attendentes, se eorum, quos diximus, & insupèr sanctorum Ecclesię ꝺoctorum, aliorumq́; sacram Theologiam, ꝑfitentium, qui assistẽdo iugiter Christianis, ac se falsis prophetis rectam fidem subuertere annitentibus opponentes, Ecclesiã militantem illæsam priùs, per se talem eam esse manifestârunt, officium exercere, & non nisi vtilia concurrenti eorum sermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum deniq; salutẽ fidelium, meditanda & perficiẽda debere assumere, multa tamen & varia contra institutiones & exempla, q̃ diximus, quandoq; etiam scãdalosa populis prædicare, quod mẽtem certè nostram mirum in modũ cõmouit, dum nobiscum ipsi mente voluimus, ꝙ illi officij immemores sui, in suis sermonibus non ad vtilitatem audientium, sed ad suam potiùs ostentationem laborantes, vanis quorundã auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deuenisse appãrẽt, vt verificetur dictum apostoli, ad Timotheum ita scribentis: Erit enim tẽpus cùm sanam doctrinam non sustinebũt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate q̃dẽ auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur: quorum falsas & inanes mentes; prędicantes ipsi præfati, non modò in rectam veramq́; viam reducere minimè studeant, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum sine vlla canonum attestatione vel reuerentia, immò contra ipsas canonicas sanctiones, sacrę scripturę sensum multifariàm peruertẽtes, temereq́; ac perperàm plerunq; interpretantes, contra veritatem prædicare, terroresq́; ac minas, multaq́; mala propediẽm affutura, iamq́; ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo duntaxat sensui obsequentes comminantur, repræsentant, adesseq́; asseuerant, plerunq; etiam vana q̃dam & inania, & alia huiusmodi populis ingerere, & (quod enormius est) ab æternitatis lumine, & sancti spiritus admonitione aut infusione, illa se habere asserere audent. Cumq́; ij sub confictorum miracu-

Pſal. 18.

Quo tẽpore publicatum est edictum hoc, cœperat iã tum monachus ille, q̃ Germaniã suis ꝑstigijs demẽtauit, virus suum diffundere, q̃q̃ nõ certũ an adeò, vt singularis iam tum Romæ eius notitia esset.

2. Tim. 4. a

lorum mendacijs, varios errores fraudesque disseminant, deniq; populos, quos in Euangelica doctrina sedulò instruere, & in vera fide retinere & conseruare deberẽt, sermones suos à sensu & præceptis vniuersalis ecclesiæ retrahentes, à sacrisq́; constitutionibus, quas maximè sequi deberent, deuiãtes, auditores suos amouent ac longè faciunt à salute. Per hæc nanq; & alia huiusmodi simpliciores homines, vt ad deceptionem procliuiores, à via salutis & obediẽtia Romanę Ecclesiæ deuiantes, in errores varios perfacilè inducuntur. Propterea Gregorius huiꝰ muneris pitissimus, & feruore charitatis incensus, ꝑdicatores vehementer hortatur & monet, vt dicturi ad populum, prudẽtes cautiq́; accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus quasi iaculis audientium corda cõfigant, & cùm sapientes fortasse videri desiderant, decepti, speratæ virtutis cõpagem insipienter discindant. Sæpè nanque verborum effectus amittitur, cùm loquacitate importuna vel incauta, audiẽtium corda leuigantur. Et sanè in nullo alio rudem ij plebem maiori dãno scandaloq́; afficiunt, q̃ cùm vel tacenda ꝑdicant, vel falsa & inutilia docendo, eam in errorẽ indυcunt. Quæ qm̃ huic sacræ religioni diuinitùs institutæ, vt noua & aliena, omninò contraria esse noscuntur, graui certè accuratoq́; sunt examine digna, ne scandalum populo Christiano, & suorum authorum ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur sanctæ Dei ecclesiæ (cui disponente ꝺno ꝑsidemus, q̃ quidem vna est, & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter & syncerè cõfitetur, iuxta illud Prophetæ vaticinium, Qui habitare facit vnius moris in domo) vniformitatem, quãtùm cum Deo possumus, posthabitam reducere, & retentam conseruare, quiq́; ꝑpulo verbum Dei ꝑdicant, tales esse cupientes, vt eorum ꝑdicatione, ꝺei ecclesia nullum scandalum patiatur, & si qui corrigibiles sunt, ab his, q̃ proximis nostrisq́; temporibus ꝑsumpserunt, cùm nonnullos eorum, ꝑter illa q̃ duximus, in prædicationibus nõ viam ampliùs Dñi in virtute docentes, non Euangelium (vt deberent) explanantes, sed cõficta miracula, & noua ac falsa vaticinia, aliaq́; leuia & ab anilibus fabulis parùm distantia, magnumq́; scãdalum parientia, nulla deuotionis & authoritatis, (eius q́; improbantis ac repellentis hæc) habita ratione, vastis clamoribus imprimere ac suadere vbiq; conantes, & ne Pontificali quidẽ dignitate fulgentibus, & alijs Ecclesiæ ꝑlatis parcentes, quibus potiùs honorẽ ac reuerentiã exhibere deberent, sed in eorum personas ac statum audaciter ac temerè inuehi consueuisse, & alia huiusmodi commisisse constat, in futurũ abstineãt, vt tam piculosum cõtagiosumq́; malũ, ac mortifera pestis radicitꝰ euellaã, & arefactũ ita penitùs deleaã, vt nec me-

Pſal. 67. a

memoria eius remaneat: sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus secularis, q̃ cuiuscunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure q̃ de cõsuetudine vel priuilegio aut aliâs pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi priùs per superiorẽ suũ respectiuè diligenter examinatus, (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic, quôcunq; posteà ꝑdicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas authẽticas, seu aliâs sui examinatoris approbatoris q́;, episcopis & alijs locorum ordinarijs fidem legitimè faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus sustinent, quiq́; in futurũ sustinebunt, vt Euangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxta declaratiõem, interpretationem, & ampliationem doctorum, quos ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legẽdosq́; hactenùs recepit, & in posterũ recipiet, ꝑdicent & explanẽt: nec quicquam eius proprio sensui contrarium aut dissonũ adijciant, sed illis semper insistant, q̃ ab ipsius sacræ scripturæ verbis, & præfatorũ doctorum interpretatiõibus, ritè & sanè intellectis, non discordant. Tempus quoq; prefixum futurorum malorum, vel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij ꝑdicare, vel asserere nequaq̃ præsumant, cùm veritas dicat, Non esse vestrum nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate: ipsosque qui hactenùs similia asserere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa, reliquorum etiam rectè ꝑdicantium authoritati nõ modicum detractum fuisse constet: inhibentes omnibus & singulis clericis secularibus vel regularibus præfatis, cæterisq́; cuiuscunque status, gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne decæterò in sermonibus suis publicis, alia q̃q; futura ex literis sacris constanter ꝑdicere, nec illa à spiritu sancto vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanesq́; diuinationes asseuerando, aut alio quocunq; modo tractanda assumant, sed ex diuinæ vocis ꝑcepto euangeliũ omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent & declarent, & pacem ac dilectiõem mutuam à redemptore nostro tantoperè commẽdatam, vbiq; fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab episcoporũ & ꝑlatorum, ac aliorum superiorum, eorumq́ue status scandalosa detractione, quos coram vulgo & laicis non modò incautè, sed etiã intemperanter reprehẽdunt & mordent, & ab eis malè gestorum expressis q̃q; nominibus apta & manifesta redargutione abstineant. Deniq; constitutionẽ felicis recordationis Clementis papæ V. q̃ incipit, Religi-

for. explanationem

Act. 1. a

osi, quã tenore ꝑsentium innouamus & approbam⁹, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratiõe ad vtilitatem populi ꝑdicantes, & cũ ꝺno lucrifacientes, talentũ, quod ab illo acceperant, suplucrari, & eiusdẽ gratiã & gloriã consequi mereant. Cæterùm si quibusdã eorum Dñs futura q̃dam in Dei ecclesia inspiratione quapiã reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus apostolus ꝑdicatorum prin ceps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, ꝓphetias nolite spernere, hos aliorum fabulosorum & mẽdacium gregi connumerari, vel aliter impediri minimè volumus. Extinguit nanq; ipsius gr̃a Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor cõtradictiõe sopitur: & tunc spũsancto iniuria certè fieri dicit. Et qm̃ res magni momenti est, cõ ꝙ nõ de facili credendum sit oñi spiritui, sed sint ꝓbandi spũs, teste Apostolo, an ex ꝺeo ꝓcediant: volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspiratiões, anteq̃ publicent, aut populo ꝑdicentur, ex nunc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligant. Quòd si sine moræ piculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis secũ tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negocio cum eis diligenter examinato, qm̃ id expedire videbunt, (super quo eorum conscientias oneramus) licentiã concedere possint. Si qui autẽ cõtra ꝓmissorũ aliquod cõmittere quicquã ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excomunicationis etiã sententiam, à qua non nisi à Rom. Pon. ꝓterq̃ in mortis articulo cõstituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exẽplo alij attentare similia minimè audeant, eis ꝑdicationis etiam officiũ interdictũ esse ꝓpetuò decernimus. Nõ obstãtibus constitutiõibus, ordinatiõibus, ac priuilegijs & indultis, & literis Apostolicis, ordinibus & ꝑsonis ꝑfatis, etiã in mari magno cõprehensis, ac etiã à nobis forsan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quo ad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari.

1. Thess. 5. d

1. Ioan. 4. a

Nulli ergo omninò hoĩm liceat hãc paginã nostri statuti, ordinatiõis, mãdati, inhibitionis, innouatiõis, approbatiõis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare ꝑsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ eiꝰ, se nouerit incursurũ. Data Romę in publica sessiõe, in Lateranen sacrosancta basilica soleniter celebrata, Anno incarnationis Dñi 1516. 14. calendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno 4.

*19. Decẽb.

¶Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus suis contenta in schedula. Et omnibus vnanimiter placuerunt.

¶Postmodùm verò reuerendus pater D. Maximus cps Iserniẽ, assẽdit amboné, & legit

git ſchedulam, in qua continentur concordata cum Chriſtianiſſimo rege Francorum, Cuius tenor ſequitur & eſt talis:

Prou.8.b

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, ad perpetuam rei memoriã, ſacro approbante concilio. Diuina diſponente clementia, per quam reges regnant, & principes imperant, in eminenti Apoſtolatus ſpecula, & ſuper gentes & regna meritis licèt imparibus conſtituti, animo reuoluentes, q̃ etſi ea, quæ pro ſalubri & quieto regimine Regnorum, & ad pacem & iuſtitiam populorum perpetua eorundem Regnorum ſtabilitate Regibus, p̃ſertim de fide Catholica & de Republica Chriſtiana & Apoſtolica ſede benemeritis, laudabili & prouida noſtra ordinatiõe cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalib⁹ conceſſa, ac ad effectum huiuſmodi geſta, ſtatuta, ordinata, decreta, factáve ſunt, plenã roboris obtineant firmitatem: illis nihilominùs interdum, ſacro approbante cõcilio, noſtræ innouationis & approbationis robur adijcimus, vt eo firmiùs illibata perdurent, quo ſæpiùs erũt noſtra authoritate, ac etiam generalis concilij præſidio cõmunita, efficacemq; operam circa eorundem conſeruationem libenter adhibemus, vt reges & ipſorum regnorum perſonæ, conceſſionibus, priuilegijs, ſtatutis & ordinationibus huiuſmodi in Domino plenè gaudentes, in pacis & tranquillitatis acamœnitatis dulcedine conquieſcant, & in eorum ſolita erga eandem ſedem deuotione feruentiùs perſeuerent. Nuper ſiquidẽ, vt Eccleſia ſpõſa noſtra in ſancta vnione conſeruaretur, & per Chriſtifideles ſacris canonibus à Rom. Pont. & ſacris generalibus concilijs duntaxat editis vteretur, quaſdam Conſtitutiones, quas decæterò loco pragmaticæ ſanctionis & contentorum in ea, in Regno Frãciæ *pro bono pacis & concordiæ, ac illius cõmuni & publica vtilitate, cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum rege Chriſtianiſſimo, dũ Bononiæ cum noſtra curia eſſemus, tractatas, & cum eiſdem fratribus noſtris diligenter examinatas, & de eorum conſilio cum præfato Rege concordatas, & per ipſius regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorũdem fratrum conſilio & vnanimi conſenſu ſtatuimus & ordinauim⁹, prout in noſtris literis deſupèr confectis pleniùs continetur, quarum tenor ſequitur, & eſt talis:

for. *habe-rent, pro

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Primitiua illa Eccleſia in angulari petra à Saluatore noſtro Ieſu Chriſto fundata, Apoſtolorum præconijs elata, martyrumq; ſanguine cõſecrata & aucta, vbi primùm iuuante Domino per orbem terrarum lacertos mouere cœpit, quidè attendẽs, quantũ oneris humeris impoſitum haberet, quot oues paſcere, quot cuſtodire, ad quot etiã remotiſſima loca oculos intendere oporteret, piuino quodam conſilio parochias inſtituit, diœceſes diſtinxit, epiſcopos creauit, & metropolitanos p̃fecit, vt tanq̃ membra capiti obſequentia, cũcta ſecundùm eius voluntatem ſalubriter in dño*, & tanq̃ riuuli à pen- for. *pere-gerent, &

ni fonte, Romana videlicet eccleſia, derijuãtes, ne angulũ quidẽ dñici agri irrigatũ dimitterent. Vndè ſicut alij Rom. Pon. p̃deceſſores noſtri ſuo tempore omni ſtudio curãrunt, vt dicta Eccleſia vniret, & in ſancta vnione ſine ruga & macula conſeruaretur, & omes vepres ab eadem Eccleſia abolerent, cui propriũ eſt, Diuina opitulãte gratia, virtutes colere, & vitia radicitùs extirpare: ita & nos tẽpore noſtro & p̃ſenti durante concilio, ea facere & curare debemus, q̃ vnioni & cõſeruatiõi eiuſdẽ eccleſiæ cõducere videntur. Eapropter omes ſpinas, q̃ vniõi huiuſmodi obſiſtũt, & ſegetẽ dñi pullulare non ſinunt, tollere, prſus & extirpare, ac virtutes in vinea dñi inſerere ſatagim⁹. Sanè inter arcana noſtræ mentis reuoluẽtes, quot tractatus inter piæ me. Piũ II. Sixtũ IIII. Innocẽtiũ VIII. Alexandrũ VI. & Iuliũ II. Rom. Pont. p̃deceſſores noſtros, & cla. me. Reges Frãciæ Chriſtianiſſ. ſup abrogatiõe certæ cõſtitutionis in dicto regno Franciæ vigentis, q̃ pragmatica vocat, habiti fuerũt, & licèt Pius II. p̃fatus, nuncijs ad cla. me. Ludouicũ vndecimum Franciæ regẽ Chriſtianiſſ. deſtinatis, tantis eidẽ p̃ſuaſerit ratiõibus, vt rex ipſe pragmaticã ſanctionẽ huiuſmodi, tanquã in ſeditione & ſchiſmatis tẽpore natã, ſuis patẽtibus literis abrogauerit, tñ huiuſmodi abrogatio, nec etiã literæ Apoſtolicæ p̃fati Sixti ſuper cõcordata cum Oratorib⁹ p̃fati regis Ludouici, ad p̃fatum Sixtũ p̃deceſſorem deſtinatis habita, expeditæ, per p̃latos & p̃ſonas eccleſiaſticas dicti regni receptæ fuerunt, nec ipſi p̃lati & p̃ſonæ eccleſiaſticæ illis parére, nec monitis Innocentij & Iulij p̃dictorum aures p̃bere, ſed eidẽ pragmaticæ conſtitutioni inhærere voluerunt. Vndè p̃fatus Iulius p̃deceſſor in p̃ſenti concilio Lateranẽſi, vniuerſalẽ eccleſiã rep̃ſentante, per eam legitimè indicto, abrogatiõis pragmaticæ ſanctiõis huiuſmodi negociũ, & illius diſcuſſionẽ venerabiliũ fratrũ ſuorũ Card. de quorũ numero tunc eramus, & aliorum p̃latorum congregationibus, relationemq; diſcuſſorum ſibi & eidem concilio faciendam cõmiſit, Gallicosq; prælatos, capitula eccleſiarum, & monaſteriorũ conuentus, ac Parlamenta & laicos illis fauẽtes, cuiuſcunq; dignitatis, etiã ſi regalis, exiſterẽt, ſanctione p̃dicta vtentes, ſeu illã approbantes, omesq; & ſingulos alios ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictũ publicũ, cùm ad partes illas tutus non pateret acceſſus, in certis eccleſijs tunc expreſſis affigẽdum, moneri & citari infra certum competẽtem terminum

minum præfigendum, ad comparẽdum corã eo in Concilio præfato, cauſasq; dicendum, quare ſanctio pręfata in concernentibus authoritatem, dignitatem, & vnitatem Eccleſię Romanæ & Apoſtolicæ ſedis, ſacrorumque Canonum & eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari nõ deberet. Et cùm ſuper his in forma iuris in pręfato Concilio Lateraneñ procederetur, dictusq; Iulius prædeceſſor (ſicut Domino placuit) rebus fuiſſet humanis exemptus, nosq; diuina fauente clemẽtia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuiſſemus, & contra prælatos, capitula, cõuentus & perſonas huiuſmodi ad nonnullos actus proceſſiſſemus, tandẽ conſiderantes pacem eſſe vinculum charitatis & ſpiritualem virtutem, qua ſaluamur, dicẽte Domino: Qui biberit aquã, quam ego dabo ei bibere, non ſitiet in æternum: & quòd in pace conſiſtat ſalus vniuerſorum, Caſſiodoro teſtãte, Omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur: matura deliberatione cognoſcimus, non per nũcios aut legatos noſtros, ſed in præſtatione obedientię filialis, quam chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Francorum rex Chriſtianiſſimus perſonaliter nobis præſtitit, hęc cum maieſtate ſua corãm diſcutere, eumq; paternis hortari monitis, vt ad laudem Dei & ſuî honorem, prompto animo libens ac volẽs dictę pragmaticæ ſanctionis abrenunciare, & ſecundum Canones & cõſtitutiones ſanctę Romanæ eccleſię, quẽadmodùm cæteri Chriſtiani viuere, mãdatis Apoſtolicis & prouiſiõibus, quę à ſede Apoſtolica pro tempore emanarẽt, parére & obedire vellet: & cùm ex electionibus, quę in eccleſijs Cathedralibus & metropolitanis ac monaſterijs dicti regni, à multis annis citra fiebant, grandia animarum pericula prouenirent, cùm plereq; per abuſum ſecularis poteſtatis, nonnullæ verò præcedentibus illicitis & Simoniacis pactiõibus, aliæ particulari amore & ſanguinis affectione & nõ ſine periurij reatu fierent, cùm electores ipſi, etiam ſi ante electionem per eos faciendã, magis idoneum, & nõ eum, quem promiſſione aut datione alicuius rei tẽporalis, ſeu prece vel precibus per ſe vel alium interpoſitis, electionẽ procurare didiciſſent, eligere ſpontè iurarẽt, iuramentum huiuſmodi non ſeruarent, ſed contra proprium huiuſmodi iuramẽtum in animæ ſuæ præiudiciũ venirent, vt nobis notoriè cõſtat ex crebris abſolutionibus & rehabilitationibus, à nobis & prædeceſſoribus noſtris petítis & obtentis: Idẽ Franciſcus rex noſtris paternis monitis, tanquàm verus obedientiæ filius, parére volens, tam bono obedientiæ, in qua magnum meritum verè conſiſtit, quàm pro cõmuni & publica regni ſui vtilitate, in locum dictæ pragmaticę ſanctionis, & ſingulorum capitulorum in ea cõtentorum, conſtitutiones infraſcriptas inuicèm tractatas, & cum fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus diligenter examinatas, & de eorũ cõſilio cum præfato rege cõcordatas, per dilectum filium Rogeriũ Barnæ regiũ aduocatum oratorẽ ſuũ, ad hoc ab eodẽ Franciſco rege ad nos deſtinatũ, habentẽ ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum, acceptauit, de eorundẽ fratrum cõſilio & vnanimi cõſenſu, ex certa noſtra ſciẽtia, & poteſtatis plenitudine ſtatuimus & ordinamus, q̃ decæterò perpetuis futuris temporibus loco dictę pragmaticæ cõſtitutionis, ac oũium & ſingulorum capitulorũ in ea contentorũ, in dicto regno, Delphinatu & Comitatu Dieñ ac Valẽtineñ, infraſcriptæ obſeruẽtur cõſtitutiones, videlicet q̃ Cathedralibus & Metropolitanis eccleſijs in Regno, Delphinatu & Comitatu p̃dictis nunc & pro tẽpore, etiam ſi per ceſſionem in manib⁹ noſtris & ſucceſſorũ noſtrorum Romañ Pontificũ canonicè intrantium ſpontè factã vacãtibus, illarũ capitula & Canonici, ad electionẽ ſeu poſtulationem inibì futuri prælati, procedere nõ poſſint: ſed illarum occurrente huiuſmodi vacatione, Rex Frãcię pro tẽpore exiſtẽs, vnum graué magiſtrũ ſeu licẽtiatũ in Theologia, aut in vtroq; ſeu in altero iuriũ doctorẽ aut licẽtiatum, in vniuerſitate famoſa & rigore examinis, & in 27. ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum, & aliâs idoneũ, infra ſex menſes à die vacatiõis Eccleſiarum earundẽ cõputandos, nobis & ſucceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus ſeu ſedi prędictę nominare, & de perſona per regem huiuſmodi nominata, per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedẽ prædictã prouideri: & ſi cõtingeret, pręfatum regẽ, perſonã taliter nõ qualificatã, ad dictas Eccleſias ſic vacãtes nominare, p nos & ſucceſſores ſeu ſedẽ huiuſmodi de pſona ſic nominata eiſdẽ eccleſijs minimè prouideri debeat, ſed teneatur idem rex infra tres alios menſes, à die recuſationis pſonæ nominatę nõ qualificatæ, ſolicitatori nominationẽ nõ qualificatã proſequẽti, cõſiſtorialiter factæ, intimãdę cõputandos, aliũ ſupradicto modo qualificatũ nominare: alioquin, vt diſpẽdioſæ Eccleſiarũ huiuſmodi vacationi celeriter cõſulatur, Eccleſię tũc ſic vacãti, per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedẽ huiuſmodi de perſona (vt præfertur) qualificata, necnon Eccleſijs per obitũ apud ſedem prædictã vacãtibus ſemper, nulla dicti Regis præcedente nominatione, liberè prouideri poſſit: decernẽtes, electiones cõtra præmiſſa attẽtatas, ac prouiſiones per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedẽ huiuſmodi factas, nullas & inualidas exiſtere. Conſanguineis tñ præfati regis, ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili & legitima, in nominatiõe & Apoſtolicis literis exprimenda, necnõ religioſis mẽdicantibus reformatis, eminẽtis ſcientiæ & excellentis doctrinæ, qui iuxta ſui ordinis regularia inſtituta ad gradus huiuſmodi aſ-

sumi nō possint, sub ꝓhibitione ꝓmissa minimè cōpræhēsis, sed de eorū personis dictis Ecclesijs pro tēpore vacātibus, ad dicti regis nominationē per nos & successores nostros, seu sedē huiusmodi, liberè prouideri possit. Monasterijs verò, & prioratibus cōuentualibus & verè electiuis, videlicet in quorū electionib⁹ forma capituli, *Qua, ꝓpter, ſeruari & cōfirmationes electionū huiusmodi solēniter peti cōsueuerunt, in regno, Delphinatu & Comitatu, huiusmodi nunc & pro tēpore etiā per similē cessionē vacātibus, illorū Conuentus ad electionē seu postulationē Abbatis seu Prioris, procedere non possint, sed idē rex illorū occurrēte huiusmodi vacatiōe, religiosum eiusdē ordinis in ætate 23. annorū ad minùs cōstitutum, infra simile tempus sex mensiū, à die vacatiōis monasteriorū & prioratuū huiusmodi, cōputandorum, nobis & successoribus nr̄is, aut sedi huiusmodi noīare, & de psona p regē huiusmodi monasterio vacanti noīata, p nos & successores nr̄os, seu sedē huiusmodi, ꝓuideri: Prioratus verò, psonę ad illū per eundē regē nominatę, cōferri debeat. Si verò idē rex presbyterū secularē, aut religiosū alterius ordinis, aut minorē *23 annorū vel aliàs inhabilē, nobis aut successorib⁹ nr̄is infra dictū semestre, seu sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenùs sibi prouideri debeat: sed rex ipse infra trimestre, à die recusationis supradicto modo intimāde cōputandos, aliū modo supradicto qualificatum, monasterio seu prioratui tunc vacāti nominare, & de persona ad monasteriū nominata, illi prouideri: ad prioratū verò nominato, priorat⁹ ipse p nos & successores nostros, seu sedē prędictā cōferri debeat. Alioqn dictis nouē mēsibus effluxis, nulla, seu de persona minùs idonea, & modo ꝓmisso nō qualificata facta nominatione, ac etiā vacātibus apud sedē prædictā, semp, etiā nulla dicti regis expectata nominatione, per nos & successores nr̄os, seu sedē prædictam, monasterijs ꝓuideri: Priorat⁹ verò, personis (vt præfert) qualificatis dūtaxat cōferri liberè possint Electiōes aūt & illarū cōfirmationes, necnō prouisiōes, per nos & successores nr̄os, & sedē prędictā cōtra ꝓmissa pro tēpore factas, nullas, irritas & inanes esse decernimus. Per ꝓmissa tn̄ nō intēdimus in aliquo ꝓiudicare capitulis Ecclesiarum, Cōuentibus monasteriorū & prioratuū, huiusmodi priuilegia à sede Apostolica propriū eligēdi prælatū obtinentiū, quo minùs ad electionē episcoporū ac abbatū & Priorū, iuxta priuilegia eis cōcessa, liberè ꝓcedere possint, iuxta formā in eorū priuilegijs contentā, & si in eorū priuilegijs forma aliqua expressa non fuerit, tūc formā cōcilij generalis, quia propter, seruare teneant, dūmodò de priuilegijs sibi cōcessis huiusmodi, per literas Apostolicas seu alias authenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adēpta. Volumus quoq; & ordinamus, ꝙ in regno, Delphinatu, & Comitatu prędictis, decęterò nō dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ ac speciales vel generales reseruatiōes ad vacatura beneficia, per nos & sedē prædictā nō fiant: & si de facto per importunitatē, aut aliàs à nobis & successoribus nostris & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus. In cathedralibus tn̄, Metropolitanis & collegiatis Ecclesijs, in quarū statutis cauetur expressè, ꝙ nullus ibidē dignitatē, personatum, administrationē vel officium obtinere possit, nisi in illis actu Canonicus existat, Canonicos ad effectū duntaxat inibi *obtinendum dignitatē, personatū, administrationē vel officiū huiusmodi, & nō *cōsequendum primā præbendā vacaturā, creare posse intendimus. Statuimus insuper, ꝙ ordinarius collator in vnaquaq; Cathedrali ac etiā Metropolitana Ecclesia Canonicatū & præbendā theologalē inibi cōsistentem, cōferre teneat vni magistro seu licentiato, aut baccalaureo formato in Theologia, qui per decenniū in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit, ac onus residētiæ, lectur̄ & prędicationis actu subire voluerit, quiq; bis aut semel ad minùs per singulas hebdomadas, impedimento cessante legitimo, legere debeat, & quotiès ipsum in huiusmodi lectura deficere cōtigerit, ad arbitriū capituli per subtractionē distributionū totius hebdomadę puniri possit, & si residētiā deseruerit, de illis alteri, ꝓuideri debeat. Et vt liberiùs studio vacare possit, etiāsi absēs fuerit à diuinis, habeat pro ꝑsente, ita vt nihil perdat. Præfatiq; ordinarij collatores, seu patroni Ecclesiastici quicūq; fuerint vltra dictā præbendā theologalem, quā (vt præfert) qualificato cōferre tenentur, tertiā partē omniū dignitatū, personatuum, administrationū & officiorū, cæterorūq; beneficiorū ecclesiasticorū, ad eorū collationē, ꝓuisionē, nominationē, ꝑsentationē seu quāuis aliā dispositionē quōlibet spectātium, viris literatis, graduatis, & per vniuersitates nominatis hoc modo, videlicet primo mēse post ꝓsentiū acceptationē, & earundē publicationē præfati ordinarij collatores, dignitates, personatus, administratiōes, & officia ad eorū collationē, prouisionē, noīationē, ꝑsentationē, seu quāuis aliā dispositionē (vt præfert) spectātia graduatis huiusmodi, ꝙ literas suorū graduū cū tēpore studij debitè insinuauerint, cōferre teneant. Beneficia verò, ꝙ in duobus sequētibus mensibus vacare cōtigerit, illa iuxta iuris cōmunis dispositionem personis idoneis liberè cōferre, seu personas idoneas ad illa præsentare possint. Beneficia autem, quæ in quarto mense vacare contigerit, viris graduatis per vniuersitatem nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tēpore studij debitè insinuauerint, conferre seu ꝓsentare teneantur. Beneficia verò, quæ quinto mense & sexto vacare contigerit,

for. *Quia propter

for. *obtū nendi

* cōsequēdi

for. *q̄ 23.

In Concil Lateran sub Innocentio 3. cap. 24.

tigerit, simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas grad⁹ cum tēpore studij debitè insinuauerint, cōferre teneātur. Beneficia verò, quæ octauo & nono mensibus vacare cōtigerit, pari modo personis idoneis cōferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneātur. Beneficia autē, quæ mense decimo vacare cōtigerit, graduatis nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tēpore studij debitè insinuauerint, per eosdē ordinarios cōferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Beneficia aūt quæ vndecimo & duodecimo mensibus vacare cōtigerit, per eosdē ordinarios personis idoneis iuxta iuris cōmunis dispositionē conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant.

Si quis verò cuiuscunq; status, etiā si cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis cōtra prędictū ordinē, & qualificationes superiùs ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officijs, seu quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis huiusmodi, aliter quàm modo præmisso disposuerit, dispositiōes ipsę sint ipso iure nullæ: collationesq; & prouisiones, ac dispositiōes illorū ad immediatum superiorem deuoluātur, qui eisdē personis modo pręmisso qualificatis ꝓuidere teneat. Et si cōtrauenerit, ad alium superiorē deuoluatur prouisio & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem Apostolicam fiat deuolutio. Prætereà volumus, ꝙ collatores ordinarij & patroni Ecclesiastici ꝑfati, q̄ dignitates, personatus, administrationes & officia ac beneficia, in mēsibus graduatis & nominatis assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus aut nominatis illa cōferre, aut ad illa eos dūtaxat ꝑsentare, teneantur, q̄ per tēpus cōpetens in vniuersitate famosa studuerint. Tempus aūt competēs, decenniū in magistris seu licentiatis aut baccalaureis in theologia: Septenniū verò, in doctoribus seu licētiatis in iure canonico, ciuili, aut medicinis: quinquenniū aūt, in magistris seu licētiatis in artib⁹ cum rigore examinis à logicalib⁹ inclusiuè, aut in altiori facultate: Sexenniū aūt, in baccalaureis simplicib⁹ in theologia: Quinquenniū verò, in baccalaureis iuris canonici aut ciuilis, in quib⁹ baccalaureis iuris canonici aut ciuilis, si ex vtroque parēte nobiles fuerint, trienniū esse decernim⁹. Præfatiq; graduati & noīati, Collatorib⁹ Ordinarijs siue patronis ecclesiasticis, semel ante vacationē beneficij de literis gradus seu noīationis, & de ꝑfato tēpore studij, p literas patētes vniuersitatis, in qua studuerint, manu scribę & sigillo vniuersitatis signatas, fidē facere teneant. Cū verò ꝓbatio nobilitatis fieri deberet, ad effectū, vt nobiles ipsi gaudere possint beneficio minoris temporis studij, tūc nobilitas ipsa p quatuor testes deponētes in iudicio corā iudice ordinario loci, in quo est natus ille, de cuius nobilitate ex vtroq; parēte cōstare debet, etiā in partis absentia, ꝓbari possit: teneāturq; ꝑfati graduati, tam simplices q̄ noīati, patronis Ecclesiasticis aut Collatorib⁹ ordinarijs, q̄bus grad⁹ aut noīationis lr̄as huiusmodi insinuare deberēt, lr̄as suorū gradus & noīationis, certificationis studij, & attestatiōis nobilitatis, duplicatas dare, ac singulis annis, tempore quadragesimæ, per se vel procuratorē suū, Collatoribus, nominatorib⁹, seu patronis ecclesiasticis, aut eorū vicarijs, eorū noīa & cognomina insinuare, & eo anno quo prędictā insinuationē facere omiserint, beneficiū in vim gradus aut noīationis huiusmodi petere nō possint. Et si collatoribus ordinarijs, aut patronis Ecclesiasticis in mēsibus deputatis graduatis simplicib⁹, aut graduatis noīatis, non esset graduat⁹ aut noīatus, q̄ diligētias ꝑfatas fecerint, collatio seu ꝑsentatio per collatorē seu patronū Ecclesiasticū etiā eisdē mensibus facta alteri, q̄ graduato vel noīato, nō ꝓpter hoc irrita censeat, si tn̄ graduat⁹ simplex *aut beneficiū post insinuationē gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis vacans petierit, & inter suā insinuationē & præfatā requisitionē nō superuenerit quadragesima, in q̄ nomē & cognomen insinuare debuerit, ad beneficiū sic vacans, eum capacē, ipsumq; illud consequi posse & debere decernimus.

for. *aut . . . minatus.

Statuimus quoq; & ordinamus, ꝙ Collatores ordinarij & patroni Ecclesiastici ꝑfati inter graduatos, qui literas gradus cū tēpore studij & attestatiōe nobilitatis debitè insinuauerint, quo ad beneficia in mēsibus eis deputatis vacātia, gratificare possint illū ex eis, quē voluerint: quo verò ad beneficia in mēsibus graduatis nominatis deputatis, antiquori nominato cōferre, seu antiquiorē nominatū, qui literas noīationis, tēporis studij, & attestationis nobilitatis, debitè insinuauerit, ꝓsentare seu noīare teneant. Cōcurrentib⁹ aūt noīationibus ciusdē anni, doctores licētiatis, licētiatos baccalaureis, dēptis baccalaureis formatis in theologia, quos fauore studij theologici, Licētiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina, ꝑferendos esse decernimus: Baccalaureos iuris canonici aut ciuilis, magistris in artib⁹ ꝑferri volumus. Cōcurrentibus aūt plurib⁹ doctoribus in diuersis facultatibus, doctorē Theologū, doctori in iure, doctorē in iure canonico, doctori in iure ciuili, doctorē in iure ciuili, doctori in medicina ꝑferendos esse decernim⁹. Et idē in licentiatis & baccalaureis seruari debere volum⁹. Et si in eisdē facultate & gradu cōcurrerent, ad datā noīatiōis seu gradus recurrendū esse volumus. Et si in oībus his cōcurrerent, tūc collator ordinarius inter eosdē cōcurrentes gratificare possit. Volumus aūt, ꝙ noīati literas noīationis ab vniuersitatib⁹, in q̄bus studuerint, obtinētes, in nominationum

literis beneficia per eos poſſeſſa,& eorũ verũ valorẽ exprimere teneantur:alioqn literę noīatiõis huiuſmodi,eo ipſo nullæ ſint & eſſe cẽſeantur.Si qs verò ex dictis qualificatis,graduatis ſimplicib⁹,aut noīatis,tẽpore vacationis beneficij in menſibus eis deputatis vacantis, duas obtineat præbẽdas in Cathedralib⁹ etiã Metropolitañ aut collegiatis,ſeu dignitatem vel p̃bendã,vel aliud beneficiũ ſeu alia beneficia,quorũ inſimul vel cuius fruct⁹,redditus & ꝓuentus tẽpore reſidẽtię, & horis diuinis intereſſendo,ad ſummã ducentorũ florenorum auri de camera aſſcenderẽt,beneficiũ,in vim grad⁹ ſeu noīationis huiuſmodi,tũc petere ſeu cõſequi nõ poſſit. Et inſupèr,q̃ tam graduati ſimplices,q̃ noīati, beneficia in mẽſibus eis aſſignatis vacãtia, petere & cõſequi poſſint ſecundũ ꝓpriæ p̃ſonæ cõdecentiã & cõformitatẽ, videlicet ſeculares ſecularia, & religioſi regularia beneficia eccleſiaſtica, ita q̃ ſecularis nominatus,beneficia regularia in mẽſibus deputatis vacãtia,prætextu cuiuſuis diſpẽſationis Apoſtolicę,& ecõtrà religioſus beneficia ſecularia,petere aut cõſequi minimè poſſint. Quodq́; beneficia ſimpliciter vel ex cauſa permutatiõis in mẽſibus, graduatis ſimplicib⁹ & noīatis aſſignatis vacãtia,eis nõ ſint affecta nec debita,ſed ex cauſa permutationis cũ permutãtibus dũtaxat, ſimpliciter verò vacãtia bñficia huiuſmodi,p̃ſonis idoneis p ipſos ordinarios liberè cõferri poſſint.

Statuimus quoq;,q̃ Parochiales Eccleſiæ in ciuitatibus aut villis muratis exiſtẽtes, nõ niſi perſonis modo p̃miſſo qualificatis,aut ſaltẽ q̃ per tres annos in Theologia vel altero iuriũ ſtuduerint, ſeu magiſtris in artib⁹, q̃ in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudẽtes, magiſterij gradũ adepti fuerint, cõferantur.Monemus aũt p̃fati Regni vniuerſitates,ſub pœna priuatiõis oĩm & ſingulorũ priuilegiorũ, à nobis & ſede Apoſtolica obtentorũ,ne collatorib⁹ ſeu patronis eccleſiaſticis habeãt aliquos nominare,niſi eos, q̃ ſecundũ p̃fata tẽpora ſtuduerint,& ſecundũ dictarũ vniuerſitatum ſtatuta ad gradus & non per ſaltũ prouecti fuerint.quòd ſi ſecùs fecerint,vltra nullitatis pœnam, quam in præfatarũ nominationum literis declaramus,vniuerſitates ipſas nominandi priuilegio ad tempus,ſecundum culpæ qualitatem,ſuſpendimus.

Si quis aũt graduatorum aut nominatorũ in mẽſibus deputatis,à collatoribus ordinarijs aut perſonis eccleſiaſticis,beneficium vacãs in vim grad⁹ aut nominatiõis petierit, & collatorẽ ordinarium in vim præfati gradus aut nominatiõis in ꝓceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit, illũ vltra expenſarũ, dãnorum & intereſſe cõdemnationem, à fructibus ſui gradus & noīationis priuandũ eſſe decernimus:eodemq́; vinculo collatores ordinarios & patronos eccleſiaſticos, quib⁹ graduati & nominati debitè (vt ſuprà) qualificati, ſuos gradus & nominatiõis literas inſinuauerint, adſtringimus,vt beneficia ad eorum collatiõnem vel præſentationem ſpectantia,in menſibus graduatorũſimpliciũ & nominatorum vacantia,ſtantibus p̃fatis graduatis aut nominatis debitè qualificatis,illa proſequentibus,alijs, q̃ graduatis aut nominatis cõferãt, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferendi beneficia in octo mẽſibus, illo anno ad collationẽ eorũ ac præſentationẽ liberã ſpectãtibus.Statuimus quoq; & ordinamus,q̃ quilibet Rom.Pont. ſemel duntaxat tẽpore ſui Põtificatus,literas in forma mãdati iuxta formã inferiùs annotatã, & nõ vltrà dare poſſit hoc modo, videlicet vnũ collatorẽ habẽtem collationẽ decẽ beneficiorũ,in vno:habentẽ aũt collationẽ quinquaginta beneficiorũ & vltrà,in duobus beneficijs duntaxat grauare poſſit,ita tñ,q̃ in eadem Eccleſia Cathedrali vel Collegiata, Collatorẽ vnũ pro tẽpore in duabus p̃bendis nõ grauet. Et vt obuietur litibus,quæ occaſione literarum mandatorũ huiuſmodi oriri poſſent,mãdata huiuſmodi ſub forma,q̃ eſt inferiùs annotata,dari volum⁹,quã ad perpetuã rei memoriã in Cãcellaria Apoſtolica publicari, & in illius quinterno regiſtrari mãdamus,declarãtes,proſequẽtes huiuſmodi mãdata, quo ad beneficia ſub illis compræhenſa,ordinarijs collatoribus & graduatis ſimplicibus & nominatis p̃ferendos eſſe,nosq́; & ſucceſſores noſtros iure p̃uẽtionis,dignitates,perſonatus, adminiſtrationes & officia,cæteraq́; beneficia eccleſiaſtica,ſecularia,& quorũuis ordinũ regularia, quęcunq; & quomodocũq; qualificata, tam in menſibus graduatis,ſimplicibus & nominatis,quàm ordinarijs collatoribus præfatis aſsignatis,vacantia,ac etiam ſub dictis mandatis compræhenſa,liberè conferre.

Statuimus inſupèr,quòd in prouiſionib⁹, quas perſonis quibuſuis de beneficijs vacantibus ſeu certo modo vacaturis,p nos & ſucceſſores noſtros,ac ſedem prædictam, etiam motu proprio,etiã promotis ad eccleſias cathedrales,& Metropolitañ,ac monaſteria,vt obtenta per eos beneficia retinere poſſint,fieri cõtigerit,illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turoneñ,ſeu alterius monetæ, valor ſecundum cõmunem extimationẽ exprimi debeat: alioquin gratiæ ipſæ ſint ipſo iure nullæ.

Statuimus quoq; & ordinamus, q̃ in Regno,Delphinatu & Comitatu p̃dictis, oẽs & ſingulę cauſę,exceptis maioribus in iure expreſsè denominatis,apud illos iudices in partibus,q̃ de iure aut cõſuetudine p̃ſcripta, vel priuilegio illarũ cognitionẽ habẽt,terminari & finiri debeãt. Et ne ſub vmbra appellationũ q̃ nimiũ & nõnunq̃ friuolè interponi cõſueuerũt,atq; etiã in eadẽ inſtãtia ad ꝓgationẽ litiũ ſępè multiplicari,iniuſtis vexationibus materia p̃beatur: volumus,q̃ ſi quis offenſus,corã ſuo iudice iuſtitiæ cõplementum habere nõ poſſit,ad immediatũ ſuperiorem,

orẽ,etiã ad nos & ſucceſſores noſtros, vel ſedem prædictã,omiſſo medio,nec à grauamine in quacũq; inſtãtia ante diffinitiuã ſententiã quólibèt appelleẽ: niſi forſitã tale grauamẽ extiterit,quod in diffinitiua reparari nequiret,& eo caſu nõ niſi ad immediatũ ſuperiorẽ liceat appellari. Si qs verò immediatè ſubiectus ſedi Apoſtolicæ,ad eandẽ ſedẽ duxerit appellandũ,cauſa cõmittatur in partib⁹ p reſcriptũ vſq; ad finẽ litis, videlicet vſq; ad tertiã ſententiã conformẽ incluſiuè,ſi ab illis appellari cõtigerit,niſi ꝓpter defectũ denegatæ iuſtitiæ,aut iuſtũ metũ:& tũc committi debeat in partib⁹ cõuicinis,& cũ cauſarũ expreſſione,q̃ etiã de illis, etiã legitimè aliãs, q̃ p iuramentũ,corã iudicib⁹ à ſede Apoſtolica deputãdis,cõſtare debeat.Proceſſus aũt contra p̃miſſa attẽtatos, nullos & irritos eſſe volumus:ac reſcripta contra præmiſſa impetrãtes,in expenſis,dãnis & intereſſe condemnari debere decernim⁹ atq; declaramus.Sanctæ verò Ro.Eccleſiæ Card. qui ꝓ vniuerſali Eccleſia cõtinuè laborãt,necnõ dictæ ſedis officiales,officia ſua actu exercẽtes, ſub p̃ſẽti decreto nõ intendimus cõpręhendi. Statuimus etiã & ordinamus,q̃ iudices cauſas,q̃ in partib⁹ terminari debẽt, corã eis pro tẽpore pendentes,ſub pœna excõmunicationis & priuatiõis beneficiorũ per eos obtentorũ, eo ipſo incurrẽda,infra bienniũ terminare debeant. Pars verò diffugiẽs,& expeditionẽ ipſius cauſæ malitiosè impediẽs, grauiſſimè per coſdẽ iudices mulctẽt,etiã vſq; ad priuationẽ iuris in huiuſmodi proceſſu prætenſi, ſi eis viſum fuerit,ſuper quo eorũ cõſcientias oneramus. Ab interlocutorijs aũt ſecundò,à diffinitiuis verò tertiò dũtaxat,ꝓuocare licere decernim⁹. Volumusq́; ſecundã ſententiã interlocutoriã conformẽ,& tertiã diffinitiuã etiã conformẽ,oñi mora ceſſante,executioni debitę demãdari debere,quacũq; appellatiõe interpoſita,nõ obſtãte. Statuimus quoq;,q̃ quicũq;,dũmodò nõ ſit violẽtus, ſed habẽs coloratũ titulũ, pacificè & ſine lite p̃laturã,dignitatẽ,perſonatũ,adminiſtrationẽ,vel officium,ſeu quodcunq; beneficiũ eccleſiaſticũ triẽnio ꝓximo hactenùs poſſidet,vel ꝓ tempore poſſidebit,in petitorio vel poſſeſſorio, à quo q̃ etiã ratiõe iuris nouiter repti moleſtari nequeat,præterq̃ p̃textu hoſtilitatis aut alter⁹ legitimi impedimẽti, de quo ꝓteſtari, & illud iuxta conciliũ Vienneñ, intimari debeat.Lis aũt hoc caſu quo ad futuras controuerſias intelligat̃,ſi ad executionẽ citationis, iurisq́; ſui in iudicio exhibitionẽ, aut terminorũ omniũ obſeruationẽ proceſſum fuerit. Monemus etiã ordinarios,vt diligẽter inquirant,ne quis ſine titulo beneficiũ poſſideat: & ſi quẽ beneficiũ ſine titulo poſſidere repererint,declarẽt, illi ius nõ cõpetere, cuiuſuis tẽporis detentione nõ obſtãte, de ipſoq́; beneficio poſſit illi,dummodò nõ ſit intruſus, vel violẽtus,aut aliãs indignus,vel alteri idoneo ꝓuideri.Et inſupèr ſtatuimus,q̃ quicũq; clericus cuiuſcũq; cõditionis,ſtatus,religionis,dignitatis,etiã ſi Pontificalis, vel alterius pręeminẽtię fuerit,qui poſt habitã præſentium notitiã,quã habere pręſumat̃ poſt duos mẽſes poſt earundẽ præſentiũ publicationẽ, in eccleſijs cathedralibus factã,quã ipſi diœceſani oĩnò facere teneañ,poſtq̃ pręſentes ad eorũ notitiã puenerint, publicus cõcubinarius à perceptiõe fructuũ omniũ beneficiorum ſuorũ triũ menſiũ ſpatio ſit ipſo facto ſuſpẽſus, quos ſup̃ ſuperior in fabricã vel aliam euidentẽ eccleſiarũ vtilitatẽ,ex quibus hi fructus percipiunt̃,conuertat. Necnõ huiuſmodi publicũ concubinarium, vt primũ talẽ eſſe nouerit,mox ſuus ſuperior monere tenea tur, vt infra breuiſſimũ terminũ concubinã dimittat,& ſi illã non dimiſerit,vel dimiſſam ſeu aliam publicè reſumpſerit, iubemus, vt ipſum oĩbus ſuis beneficijs oĩnò priuet.Et nihilomin⁹ hi publici cõcubinarij,vſq;quo cũ eis p ſuos ſuperiores poſt ipſarum cõcubinarum dimiſſionẽ,manifeſtamq́; vitę emẽdationẽ fuerit diſpẽſatum, ad ſuſceptionẽ quorũcunq; honorũ, dignitatũ, beneficiorũ officiorúmve ſint inhabiles.Qui ſi poſt diſpenſationẽ recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicũ cõcubinatũ redierint, ſine ſpe alicuius diſpẽſationis ad p̃dicta prorſus inhabiles exiſtant.quodq́; ſi hi,ad quos talium correctio ptinet,eos(vt p̃dictũ eſt)punire neglexerint, eorũ ſuperiores, tam in ipſos de neglectu, q̃ in illos pro concubinatu modis oĩbus digna punitione animaduertãt. In Concilijs etiam prouincialib⁹ & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes,vel de hoc crimine diffamatos,etiã per ſuſpenſionẽ à collatiõe beneficiorũ,vel alia cõdigna pœna ſeueriter ꝓcedatur.Et ſi ij,quorũ deſtitutio ad nos & ſedẽ prædictã ſpectat,per concilia ꝓuincialia,aut ſuos ſuperiores propter cõcubinatũ publicũ reperiant̃ priuatiõe digni,ſtatìm cũ proceſſu inquiſitiõis ad nos deferant̃.Eadẽ diligẽtia & inq̃ſitio in q̃buſcunq; generalibus capitulis etiã prouincialibus,quo ad eos ſeruet̃,pœnis alijs cõtra p̃dictos,& alios nõ publicos cõcubinarios à iure ſtatutis,in ſuo robore ꝓmanſuris.Publici aũt intelligẽdi ſunt, nõ ſolũ hi, quorũ cõcubinatus per ſententiã aut cõfeſſionẽ in iure factã,*ſed per rei euidentiã,quę nulla poſſit tergiuerſatiõe celari,notori⁹ eſt, ſed etiã,q̃ mulierẽ de incontinentia ſuſpectã & diffamatã tenẽt, & per ſuum ſuperiorẽ admoniti,ipſam cũ effectu non dimittũt. Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionẽ eccleſiaſticam habentes,pecuniarios quæſtus à concubinarijs percipere non erubeſcũt,patiẽtes eos in tali fœditate ſordeſcere,ſub pœna maledictionis æternæ pręcipimus,ne deinceps ſub pacto, compoſitiõe, aut ſpe alterius quæſtus talia quouis modo tolerẽt,aut diſſimulent: alioquin vltra præmiſſam negligẽtiæ pœnã,duplum eius,quod

Pœna publici concubinarij.

Publici concubinarij qui ſint.

propterea acceperint, restituere, & ad pios vsus omīnò cōuertere teneātur & cōpellantur. Ipsas aūt cōcubinas aut suspectas prælati omībus modis curēt à suis subditis per auxilium & brachij secularis inuocationē (si op⁹ fuerit) penitùs arcere, qui etiam filios ex tali cōcubinatu ꝓcreatos, apud patres suos cohabitare non permittāt. Iubemus insupèr, ꝙ in prędictis synodis & capitulis prędmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionē moneat, diligenter iniungimus. Præterea omnibus secularibus viris, etiā si Regali præfulgeāt dignitate, ne vllum qualecunq; inferāt impedimentū, quocunq; q̄sito colore, prælatis, q ratiōe officij sui aduersus subditos suos pro huiusmodi cōcubinatu, & alijs casib⁹ sibi à iure pmissis ꝓcedunt. Et cū oīe fornicatiōis crimē lege diuina prohibitū sit, & sub pœna peccati mortalis necessariò euitandū, monem⁹ oīes laicos tā vxoratos q̄ solutos, vt similiter à cōcubinatu abstineant. Nimìs eī reprehensibilis est, q vxorē habet, & ad aliā vxorē seu mulierem accedit. Qui verò solutus est, si cōtinere
1. Cor. 7. b nolit, iuxta Apostoli cōsilium, vxorē ducat. Pro huiusmodi aūt diuini obseruātia ꝑcepti hi ad quos ptinet, tā salutarib⁹ monitis, q̄ alijs canonicis remedijs oīi studio laborēt. Statuim⁹ insupèr, ꝙ ad vitandū scādala & multa pericula, subueniēdumq́; cōscientijs timoratis, ꝙ nemo deinceps à cōmunicatiōe alicuius in sacramentorū administratiōe vel receptione, aut alijs q̄buscunq; diuinis vel extra, ꝑtextu cuiuscunq; sententię aut cēsurę Ecclesiasticę, seu suspēsiōis aut ꝓhibitiōis ab hoīe vel à iure gn̄ali ꝓmulgatæ, teneat abstinere, vel aliquē vitare, vel interdictū ecclesiasticū obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio
for.*, ecclesiam, vel cēsura huiusmodi, fuerit vel cōtra personā, collegiū, vniuersitatē *ecclesiasticā, aut locum certū, aut certā, à iudice publicata, & denūciata specialiter & expresè, aut si notoriè in excōmunicationis sententiā cōstiterit incidisse, ꝙ nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eum à cōmunione illius abstinere volum⁹ iuxta canonicas sanctiōes. Per hoc tñ huiusmodi excōmunicatos, suspēsos, interdictos seu ꝓhibitos nō intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibèt suffragari. Et qm̄ ex indiscreta interdictorū ꝓmulgatione multa cōsueuerunt scādala euenire, statuimus, ꝙ nulla ciuitas, oppidū, castrū, villa, aut locus ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa seu culpa ipsorū locorū, aut dn̄i, seu rectoris vel officialiū. Propter culpā aūt seu causam alterius cuiuscunq; priuatæ personę, huiusmodi loca interdici nequaquā possint authoritate quacunq; ordinaria vel delegata, nisi talis psona priùs fuerit excōmunicata ac denunciata, seu in Ecclesia publicata, aut dn̄i seu rectores vel officiales ipsorū locorum, authoritate iudicis req̄siti, huiusmodi personā excōmunicatā, infra biduū indè cum effectu nō ciecerint, aut ad satisfaciendū compulerint, qua etiā post biduū eiecta, recedēte vel satisfaciēte, mox diuina resumi possint. Quod etiā impendētibus locū habere decernimus. Necnō constitutionē de eorundē fratrum nostrorū cōsilio editā, quā cum irritāti decreto statuimus, decernimus & ordinamus, ꝙ extūc decæterò perpetuis futuris tēporibus de cessione regiminis & administrationis ecclesiarū & monasteriorū, facta per eos q Ecclesijs & monasterijs ipsis pręerunt, seu illa in administrationē seu cōmendā, aut vt alijs vnita, aut aliâs obtinebāt, seu resignatione aliorū quorumcunq; beneficiorū Ecclesiasticorum, seu cessione iuris in eis vel ad ea quomodolibèt cōpetentis, aut priuatiōis vel depositiōis, aut censurarum fulminationē, etiā in literis Apostolicis, à nobis & sede Apostolica etiā motu proprio pro tēpore emanatis, q̄ in manibus Ro. Pont. factæ dicerent, contētis, etiā si supillis narrātis fundaretur intētio, cōstare & apparere deberet per publica instrumenta, vel documenta authētica: alioquin tam in iudicio, q̄ extra illud, narratiuæ & assertionibus huiusmodi in ꝓiudicium tertij minimè stari, nec ex illis alicui ꝓiudiciū afferri debere, nisi de huiusmodi narratiua & assertione etiā in literis Apostolicis facta, altero ex præmissis modis doceretur: innouam⁹, illam q̄; ppetuis futuris tēporib⁹ inuiolabiliter obseruari mādam⁹. Et qa ad supradictā cōcordiā cū ꝑfato Francorū rege, ob illius syncerā deuotionē, erga nos & sedē ꝑdictam ostēsam, cū ad præstandā nobis reuerentiā & filialē obedientiā, ad ciuitatē nr̄am Bononien̄ personaliter accessit, cōsentimus, illā q̄; inuiolabiliter obseruari desideram⁹, illā veri cōtractus & obligatiōis inter nos & sedē Apostolicā ꝑdictam ex vna, & ꝑfatū Regē & Regnū suū ex altera partib⁹ legitimè initi vim & robur obtinere: *ac
for.*nec illi & ꝑsentibus in aliqua suî parte per quascunq; literas & gr̄as, ꝓ nos & successores nostros desupèr cōcedēdas, derogari: clausulā q̄; cū earundē derogatiōe ꝑsentiū latissimè extendēda, ac ꝙ eædē ꝑsentes literæ, & earū tenor pro expressis habeant̄ in q̄busuis supplicationib⁹ pro tēpore signatis, appositā nihil penitùs operari: & illius vigore in literis Apostolicis super ipsis supplicationibus cōficiendis, quicquā, ꝓ quod ꝑsentibus, aut alicui partic̄ulę de cōtētis in eis derogaret̄, seu derogari videret̄, narrari nō possit: ¶ & sic ꝙ quoscūq; iudices & cōmissarios, etiā causarū dicti palatij Apostolici auditores, & ꝑfatæ Ro. Ecclesię cardinales, in q̄busuis causis super ꝑmissis vel eorum aliquo, pro tēpore motis, iudicari, diffiniri & sententiari debere, sublata eis aliter sententiandi & diffiniendi omnimoda facultate & authoritate: necnō irritū & inane, q̄cqd sec⁹ sup his vel eorū aliquo à quoquā quauis authoritate etiā per nos & successores nostros præfatos, scienter vel ignorāter contigerit

rit attētari, decernimus. Volumus aūt, ꝙ si ꝑfatus Rex ꝑsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta, q̄ in prima futura sessione ꝑsentis Concilij Lateranen̄ approbari & confirmari facere promisimus, infra sex menses à die approbationis & cōfirmationis computādos, nō approbauerit & ratificauerit, & ea perpetuis futuris tēporibus in Regno suo, & omnibus alijs locis & dominijs dicti Regni, ꝓ oīes prælatos & alias etiam Ecclesiasticas personas, ac curias parlamentorū legi, publicari, iurari & registrari ad instar aliarū cōstitutionum Regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento & registratione prędictis, infra ꝑdictum tempus ꝓ oīm & singulorū supradictorū patētes literas aut authenticas scripturas nobis nō trāsmiserit, aut nuncio nr̄o apud ipsum Regē existēti, per eū ad nos destinādas nō cōsignauerit, & deinde singulis annis etiam legi, ꝓut alię ipsius Francorū Regis cōstitutiōes & ordinatiōes, q̄ in viridi sunt obseruātia, obseruari debēt, inuiolabiliter obseruari cū effectu non fecerit, ꝑsentes literæ & indè secuta quæcūq;, sint cassa & nulla, nullius q́; roboris vel momēti. Et cùm omnium, quæ in Regno, Delphinatu & Comitatu prædictis agātur, nntitiā nō habeamus, cōsuetudines, statuta, seu vsus libertati ecclesiasticæ & authoritati sedis Apostolicæ quomodolibèt ꝓiudicantia, si qua in Regno, Delphinatu & Comitatu prędictis aliâs quàm in ꝑmissis existant, nō intendimus nobis & eidē fedi in aliquo præiudicare, seu illa tacitè vel expresè quomodolibèt ap̄bare.

¶ Et nihilominùs ꝑfato Frāciſco & ꝓ tempore existenti Francorum Regi in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenùs per se vel alium, seu alios in dignitate Ecclesiastica cōstitutos, prędentes literas ac omnia & singula in eis contenta, quādo & quotiès opus fuerit, publicari, & ea inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores, cuiuscunq; dignitatis & præeminētiæ fuerint, per censuras ecclesiasticas & pecuniarias pœnas, aliaq́; iuris & facti quæuis oportuna remedia, appellatione qualibet omninò postposita, cōpescendo. Non obstātibus oīibus supradictis, aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim ab eadē sit sede indultum, ꝙ interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionē. Forma verò supradicti mādati Apostolici, sequitur & est talis:

Leo episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri episcopo N. & dilectis filijs, capitulo, singulis q́; canonicis ecclesię N. salutem & Apostolicam benedictionē. Vitę ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutū merita, super quibus dilectus filius N. apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducūt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, ꝙ nos cupiētes, vt eidem N. iuxta illius, quæ olim per fe. re. Gregorium papam 9. prædecessorem nostrū ad tunc episcopum Nouiomen̄. directa extitit, q̄ incipit, Mandatum, & aliarum duarum illā immediatè sequētium decretalium formas, de canonicatu & prębeñ aut dignitate, personatu, administratiōe, vel officio vestrę vel alterius ecclesiæ, aut alio beneficio, cū cura vel sine cura, etiam si Parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, siue perpetua capellania ad vestram collationem, nominationem seu præsentationem, & aliam quamcunq; dispositionem prouideri possit: ac volentes prędicto N. meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsum q́ue N. à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq́ue ecclesiasticis sentētijs, censuris & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasiōe vel causa latis, si q̄bus quomodolibèt innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore cēsentes, nec non omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, quæ præfatus N. etiam ex q̄busuis Apostolicis dispensationibus obtinet & expectat, ac in quib⁹ & ad quæ ius sibi quomodolibèt competit, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, eorum q́; fructuum, reddituū & prouen̄ veros annuos valores & huiusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, motu proprio, non ad ipsius N. vel alicuius alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs si vobis pro alio non scripserimus, qui simile mandatum aut similem gratiam prosequatur, canonicatum & prębendam aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium vestræ vel alterius ecclesiæ aut aliud beneficiū ecclesiasticum cum cura vel sine cura, etiam si parochialis Ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella vel perpetua capellania fuerit, ad vestrā collationem, prouisionem, prędentationem, nominationem, seu quauis aliam dispositionem pertinens, etiam si dignitati, personatui, administratiōi, vel officio huiusmodi cura immineat animarum, dummodò talis dignitas electiua nō existat, cum creatiōe in canonicum vestræ vel alterius ecclesię, etiam si in eo statuto & priuilegio expresè caueatur, quòd nulli de dignitate, ꝑsonatu, administratione vel officio prouideri non possit, nisi cum effectu illius ecclesiæ canonic⁹ existat, canonicatū huiusmodi ecclesiæ cum plenitudine iuris canonici, & nō obstañ, de certo canonicorum numero ad effectum huiusmodi dignitatem, personatū, administrationem, vel officium dūtaxat obtineñ, & non aliâs, authoritate Apostolica, tenore præsentium cōferimus, & de illo etiam prouidem⁹, si quenquam vel quod post mensem, post-

quàm præſentes literæ vobis præſentatę fuerint, extra Romanam curiam vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentijs ſuis eidem N. conferatis, & de illo aut illa, quos ideatis, ſeu ipſum ad illum, illam, vel illud præſentetis, aut nominetis, ipſumque N. in canonicum & in fratrem veſtræ vel alterius Eccleſię, ad effectum tantùm obtinendi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium huiuſmodi, recipiatis, ſtallum ſibi in choro, & locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici aſſignetis, inducentes eundem N. vel procuratorem ſuum eius nomine, in corporalē poſſeſſionem canonicatus & præbendę, aut dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis, vel officij, ſeu beneficij huiuſmodi, iuriumq; & pertineń vniuerſorum prędictorum, defendentesq; inductum, ac facientes N. vel pro eo procuratorem prædictum, ad prębendam aut dignitatem, perſonatum, adminiſtratiōem, vel officium ſeu beneficium huiuſmodi, quodcunq; fuerit, vt moris eſt, admitti, ſibiq; de illius, vel illorū fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuētionibus vniuerſis integrè reſpōderi, non obſtātibus de certo canonicorū numero (vt præfertur) & alijs conſtitutiōibus & ordinationib⁹ Apoſtolicis, ac dictæ veſtrę vel alterius Eccleſię iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatitis & conſuetudinib⁹ cōtrarijs quibuſcunq;, aut ſi vobis ab Apoſtolica ſit ſede indultū, q̄ ad receptionē vel puiſionē alicui⁹ minimè teneamini, quodq; de canonicatibus & p̄bendis ſeu dignitatib⁹, perſonatibus, adminiſtratiōibus vel officijs veſtræ vel alteri⁹ eccleſię, aut alijs bñficijs eccleſiaſticis quibuſcunque, ad veſtrā collationem, prouiſionem, præſentatiōem, nominationem, ſeu quauis aliam diſpoſitionē, cōmuniter vel diuiſim pertinentibus, nulli valeat prouideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionē: & qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, cuiuſcunq; tenoris exiſtāt, per quam p̄ſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus huiuſmodi gratię impediri valeat quomodolibèt vel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habēda ſit in noſtris literis mētio ſpecialis, ſeu ſi dictus N. p̄ſens nō fuerit ad præſtandū de obſeruantijs, ſtatutis & conſuetudinibus veſtræ vel alterius eccleſiæ ſolitum iuramentum, dummodò in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cùm ad eccleſiam ipſam acceſſeris, corporaliter illud præſtes. Data &c. ¶Dilectis filijs N. & N. ac N. officialibus, ſalutē & Apoſtolicam benedictionem. Hodiè cupientes, vt dilecto filio N. clerico N. diœc. iuxta illius, quæ olim per fe. re. Gregorium papam 9. prædeceſſorem noſtrum ad tūc ep̄m Nouiomen̄ directa extitit, quæ incipit, Mandatum, & aliarum duarum illam immediatè ſequentium decretaliū formas, de canonicatu & p̄benda, aut dignitate, perſonatu, adminiſtratiōe, vel officio eccleſiæ N. aut alio beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura prouideri poſſet, motu proprio venerabili fratri noſtro epiſcopo N. & dilectis filijs, capitulo, ſingulisq; canonicis eccleſiæ N. per alias noſtras literas mādauimus, quatenùs ſi eis communiter vel diuiſim pro alio nō ſcripſiſſemus, q̄ ſimile mandatum aut ſimilem gratiam p̄ſequeretur, eidem N. canonicatū & præbendā, aut dignitatem, perſonatū, adminiſtrationē, vel officium, aut beneficium Eccleſiæ N. aut aliud beneficium Eccleſiaſticum, ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, nominationem ſeu quauis aliam diſpoſitionem, communiter vel diuiſim pertinētia, ſi quenquam vel quod poſt menſem poſt præſentationem earūdem literarum vacare contingeret, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinētijs ſuis, prout ad eos cōmuniter vel diuiſim pertineret, cōferrent & aſſignarent, aut eum ad illa præſentarent, eligerent, nominarēt, ſeu de illis prouiderent, prout in eiſdem literis pleniùs continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mādamus, quatenùs vos vel duo, aut vnus veſtrū, per vos, vel alium ſeu alios, ſi eps, capitulum & canonici prædicti canonicatum & præbēdam, aut dignitatem, perſonatum, adminiſtratiōem vel officium, aut beneficium huiuſmodi eidem N. conferre & aſſignare, ac de illis etiam prouidere recuſauerint, ſeu diſtulerint, aut negligentes fuerint, canonicatum & præbendam, aut dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium huiuſmodi cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinētijs ſupradictis eidem N. conferre & aſſignare, necnō eundem N. ad illa (vt moris eſt) admittere, & in canonicum recipere & in fratrem, ſtallo ſibi in choro & loco in capitulo aſſignatis, omniaq; & ſingula alia in dictis literis cōtenta, aliās iuxta earūdem continentiam ac formam, in omnibus & per omnia facere & exequi curetis, contradictores (prout iuſtitia ſuadebit) ad hoc compeſcendo, non obſtantibus oñibus, quæ in dictis literis voluimus non obſtare. Datum &c. Pro regularibus aūt ſimilis forma illis cōueniens detur &c. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, ſuſpenſionis, adſtrictionis, declaratiōis, præcepti, iniectionis, nominationis, innouationis, conſenſus, decreti, voluntatis, promiſſionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præſumpſerit, indignationem oñipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1516. quintodecimo Calen-

Calendis Septembris, pōtificatus noſtri anno quarto.

¶Nos igit̄, vt literæ ipſæ, q̄ ob id p̄cipuè editę fuerūt, vt in corpore myſtico, ſancta videlicet Eccleſia, ppetua charitas & pax inuiolata perdurēt, & ſi qua mēbra diſſentiant, ea cōmodè ſuo reinſerantur corpori, eo magis obſeruentur, quo clariùs conſtiterit, ipſas literas ea matura & ſalubri deliberatione à nobis, dicto ſacro Laterañ approbante cōcilio, approbatas & innouatas, qua ſtatutę & ordinatæ fuerunt, licèt ad earundem literarū ſubſiſtentiam & validitatem, alia approbatione non indigerent, ad abundātiorem tamē cautelam, vt eo tenaciùs obſeruentur, & difficiliùs tollantur, quo tantorum patrum fuerint maiore approbatione munitæ, literas prædictas cum oñibus & ſingulis ſtatutis, ordinationibus, decretis, diffinitionib⁹, pactis, conuentionibus, promiſſione, voluntate, ac pœnis, inhibitione, alijsq; oībus & ſingulis clauſulis in eis contentis, illa præſertim, qua voluimus, q̄ ſi præfatus Francorum Rex ſupradictas literas, ac omnia & ſingula in eis contenta, intra ſex menſes à data præſentiū computandos, non approbaret & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in Regno ſuo & alijs locis & dominijs dicti Regni, per oēs prælatos & alias Eccleſiaſticas perſonas, ac curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & regiſtrari ad inſtar aliarum conſtitutionum Regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramēto & regiſtratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorum patentes literas, aut authenticas ſcripturas nobis non trāſmitteret, aut nūcio noſtro apud ipſum Regem exiſtente, per eum ad nos deſtinandum non conſignaret, & deinde ſingulis annis etiam legi, prout alię ipſius Francorum Regis cōſtitutiones & ordinationes, quę in viridi ſunt obſeruantia, obſeruari debent, inuiolabiliter obſeruari cum effectu non fecerit, literæ ipſæ & indè ſecuta, quæcūque eſſent, caſſa & nulla, nulliusque roboris vel momenti, ſacro Lateraneń cōcilio approbante, Apoſtolica authoritate & poteſtatis plenitudine approbamus, & innouamus, easq; inuiolabiliter & irrefragabiliter obſeruari & cuſtodiri mandamus, roburq; perpetuæ firmitatis in euētum dictarū approbationis & ratificatiōis, & nō aliter, nec alio modo obtinere, omnesq; in dictis literis cōprehenſos, ad ipſarum literarum ac omnium & ſingulorum in eis expreſſorum obſeruationem, ſub cenſuris & pœnis, ac alijs in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem & formam, teneri & obligatos eſſe decernimus & declaramus, non obſtantibus conſtitutionibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, mādati, decreti, declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare præſumpſerit, indignationem oñipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in publica ſeſſione, in Lateraneń ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1516. quartodecimo Calend. Ianuarij, pontificatus noſtri anno quarto.

Viſa Ie. Saluius.
Bembus.
A. de Caſtillo.

¶Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et oñibus placuerunt ſimpliciter, excepto reuerendo patre domino Dominico epiſcopo Lucerino, qui dixit, q̄ placebant ſibi contenta in bulla, dummodò Galli acceptent bullam reuocationis pragmaticæ ſanctionis. Et in eodem voto fuit reuerendus pater dñs Philippus epiſcopus Brumateń, & etiam reuerend. dominus Petrus epiſcop⁹ Caſtelli maris. Reuerēdo patri domino Benedicto Chień placuerunt omnia, excepto, q̄ inquātùm diſponitur circa reſignatiōes factas in curia, q̄ requiratur conſenſus Regis, hoc non placuit. Nec etiam placuit eidem Benedicto, q̄ appellationes non admittantur, ſed placeret ei, q̄ appellationes admitterentur. Reuerendo patri domino Ioanni Dominico Terdoneń, nō placuit conſuetudo parlamētorum, q̄ habeant iuriſdictiōem in perſonas eccleſiaſticas. Et inquantùm ſupraſcripta bulla tribuit iuriſdictionem ſecularibus in perſonas eccleſiaſticas, nō placet ei. Reuerendo patri domino Hieronymo epiſcopo Aſculano placent contenta in ſchedula, dummodò acceptentur per partes hincindè.

¶Deinde reuerendus pater dominus Ioānes Baptiſta ep̄s Caualliceń, aſſcendit ambonem, & legit ſchedulā abrogationis pragmaticę ſanctiōis ſeu corruptelæ, Cuius tenor ſequitur & eſt talis.

LEo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante concilio. Paſtor æternus gregē ſuum⁹ vſq; ad conſummationem ſeculi nunquàm deſerturus, ita Apoſtolo teſte, obedientiā dilexit, vt, p̄ expiādo primi parētis inobediētiæ peccato, ſeipſum humiliauerit, factus obediens vſque ad mortem: migraturus verò ex mundo ad patrem, in ſoliditate petræ, Petrum eiusq; ſucceſſores vicarios ſuos inſtituit, quibus ex libri *Regum teſtimonio ita obedire neceſſe eſt, vt qui non obedierit, morte moriatur. Et vt alibi legitur, in eccleſia eſſe non poteſt, qui Romani Pont. cathedram deſerit: quoniam Auguſtino Gregorioque authoribus, ſola obedientia eſt mater cuſtosque oñium virtutum, ſola fidei meritum poſſidēs: ſine qua, quiſque

Matt. 28.
Philip. 2. a
Deut. 17.

quisq; infidelis conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaq; nos, eodē *Petro docēte, soliciti esse debemus, vt q̄ à Ro. pon. p̄decessoribus nostris, præsertim in sacris Concilijs p̄ obediētiæ huiusmodi, authoritatis, libertatisq; ecclesiasticæ, & sedis Apostolicæ defensione, maturè & ex legitimis causis incho ata sunt, nostris studio, cura & diligentia debitè absoluant̄, & ad optatū finem p̄ducantur: simplicium quoq; animæ, quarum etiam rationem Deo reddituri sumus, à dolis & laqueis tenebrarum principis liberentur. Sanè fe. re. Iulius papa II. prædecessor noster, post indictum ex legitimis tūc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum S. R. E. Card. de quorum numero tunc eramus, consilio & assensu, sacrum Laterañ concilium, prouidè considerans cum eodē sacro Lateraneñ concilio, Bituricēn Regni Franciæ corruptelam, quam illi pragmaticam sanctionem vocant, cum maximo animarum periculo & scandalo, ac dignitatis sedis Apostolicæ detrimēto & vilipēdio, retroactis temporibus viguisse, & adhuc vigere, eiusdē pragmaticæ sanctionis negocium, eodem approbante concilio, discutiendum certis tunc nominatim deputatis cardinalibus & prelatis certę congregationis commisit. Et quanquàm sanctio præfata ex multis nullitati notoriè subiaceret, schismaq́ue manifestum foueret & contineret, & propterea citatiōe aliqua minimè p̄cedente, per se irrita, nulla & inualida declarari potuisset, ex abundanti tū cautela idem Iulius prædecessor Gallicos prælatos, capitula ecclesiarum & monasteriorum parlamenta, & laicos illis fauentes, & dicta sanctione vtentes, omnesq́; & singulos alios in p̄missis sua communiter vel diuisim interesse putantes, per edictum publicum, cùm ad partes illas tutus tunc non pateret accessus, in Mediolanensis, Asteñ, & Papieñ ecclesiarum valuis affigendum, monuit & citauit, vt infra tunc expressum terminum, coram eo & dicto concilio comparérent, causasq́; dicerent, quare sanctio p̄fata, illiusq́; corruptela & abusio in concernentibus authoritatem Ro. Ecclesiæ, & sacrorum canonum, ac ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari non deberet. Cumq́ue dicto Iulio prædecessore in humanis agente, diuersis impedimentis causantibus, citatio exequi & reproduci, ac negocium abrogationis huiusmodi plenè discuti, vt intentio ipsius Iulij prædecessoris fuerat, nō potuisset, sed eodem Iulio prædecessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitimè executa, & per procuratorem fiscalem sacri concilij promotorem reproducta, ipsorumq́; citatorum non comparentiū contumacia accusata, & ad vlteriora procedi petitum fuisset: nos, diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicē assumpti, oīmbus ritè pensatis, petitioni prædictæ ex certis causis nullum tunc responsum dedimus.

Ac deinde cùm p̄ dictos monitos & citatos diuersa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (vt præfertur) præfixo comparére non potuissent, vt omnis iustæ excusationis & querelæ occasio eis auferretur, terminum citationis & monitionis huiusmodi p̄fixum, eodem sacro approbāte Concilio, ad alium tūc expressum terminū iamdiu effluxum, in diuersis sessionibus pluriès, p̄rogauimus. Cùm autem moniti & citati prędicti, sublatis iam omnibus impedimentis, effluxisq́ue oīmbus terminis, coram nobis & dicto concilio non comparuerint, nec comparére curauerint, ad allegandum causam, quare sanctio prædicta nulla declarari nō debeat, ita vt excusationi vltrà locus non sit, possintq́ue meritò contumaces reputari, prout eos exigente iustitia reputamus: nos maturè attendentes, pragmaticam sanctionē vel potiùs (vt dictum est) corruptelā, schismatis tēpore à non habentibus potestatem, editam, reliquæ Christianæ reipublicæ ecclesiæq́ue sanctæ Dei nullatenùs conformem, & à clame. Ludouico XI. Francorum Rege Christianissimo reuocatam, cassatam atq; abolitam, authoritatem, libertatem, ac dignitatē dictæ sedis violare ac diminuere, facultatemq́; Ro. pontificis pro tempore existentis de S. R. E. Card. pro vniuersali ecclesia assiduè laborantium, virorumq́ue doctorum personis, q̄bus abūdat curia, & quorum consilijs sedis apostolicæ & Ro. pōtificis atq; vniuersalis ecclesiæ authoritas & potestas conseruantur, negociaq́; diriguntur, & in prospero statu conseruētur, de ecclesijs & monasterijs, eisdemq́; personis de reliquis beneficijs ecclesiasticis iuxta eorum status exigentiam prouidendi, penitùs auferre, prælatis verò ecclesiasticis illarum partium causam præbere, vt ipsi neruum ecclesiasticæ disciplinæ obedientię sanctum frāgant & violent, ac contra nos & sedem prædictam eorum matrem cornua erigant, & eis ad p̄missa audendum viam aperire, ipsamq́; notoriè nullaten⁹ subiacere, nullo q́; nisi alicuius tēporis seu potiùs tolerātiæ cuiusdā adminiculo fulciri, & si Ro. pōt. p̄decessores nostri p̄fati (prout ipsi suo tempore summoperè optare demōstrārūt) corruptelam & abusiōem huiusmodi, vel malignitate tēporū, vel aliàs illi p̄uidere, & in totū occurrere nō valentes, suis tēporibus tolerasse visi fuerunt, considerantes tamen ab ipsius Bituricensis sanctionis editione vix annos septuaginta fluxisse, nullumq́; infra hoc temporis spatium præter hoc Lateraneñ concilīū legitimè fuisse celebratū, in quo cùm (disponente Domino) constituti simus, ab eiusdem improbę sanctionis extirpatiōe & totali annullatione, sine nostra & tantorum patrum in p̄senti cōcilio congregatorum nota, ac nostrę & dictorum illa vtētium animarum periculo, abstinere seu desistere nō posse, Augustino teste, iudicam⁹ atq; censemus. Et sicut pię memoriæ

memorię Leo papa I. p̄decessor noster, cuius in hoc libenter, quoàd possumus, vestigia imitamur, ea quæ in secunda Ephesina synodo temerè cōtra iustitiam & catholicam fidem gesta fuerūt, postmodùm in Chalcedoneñ concilio mandauit ac fecit, pro dictæ fidei firmitate, reuocari: ita & nos à tam nefariæ sanctionis & contentorū in ea reuocatione, retrahi aut desistere, salua cōscientia ac nostro & ipsius ecclesię honore, nō posse aut debere, censemus. Nec illud nos mouere debet, q̄ sanctio ipsa & in ea contenta, in Basileensi concilio edita, & ipso concilio instante, à Bituricēn congregatione recepta & acceptata fuerunt, cùm ea oīmia post translationem eiusdem Basileeñ concilij, per Re. me. Eugenium papam quartum, etiam p̄decessorem nostrum factam, à Basileeñ cōciliabulo, seu potiùs * conuenticula, quæ præsertim post huiusmodi translationem conciliū ampliùs appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint: cùm etiam solum Ro. pontificem, p̄ tempore existentem, tāquàm authoritatem super omnia concilia habentem, conciliorū indicendorum, transferendorum, ac dissoluēdorum plenum ius & potestatem habere, nedum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Romanorum pōtificum etiam p̄decessorum nostrorum, sacrorumq́ue canonum decretis, sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione manifestè cōstet: quorum aliqua referre placuit, reliqua verò, vtpotè notoria, silentio p̄terire. In Alexandrina enim synodo Athanasio ibidèm existente, Felici Ro. pont. ab eadem synodo scriptum fuisse legimus, Nicenā synodum statuisse, nō debere absq; Ro. pōt. authoritate cōcilia celebrari. Neq; nos latet, etiam eundem Leonem pontificem Ephesinam secundam synodum ad Chalcedoneñ trāstulisse. Martinum etiam papam V. p̄sidentibus suis in Concilio Seneñ potestatem transferendi Concilium, nulla cōsensus ipsius Cōcilij mentione habita, dedisse. Ephesinam quoq; primam synodum Cælestino, ac Chalcedoneñ eidem Leoni, sextam Agathoni, septimam Hadriano, octauam Nicolao, octauam etiam Cōstantinopolitañ synodū Hadriano Ro. pont. prædecessoribus nostris maximā reuerentiā exhibuisse, eorundemq́; pontificum institutionibus & mādatis in sacris concilijs per eos editis & factis, reuerenter & humiliter obtemperasse. Vndè Damasus papa & cæteri episcopi Romæ congregati, scribentes de Concilio Arimineñ Episcopis in Ilyrico constitutis, p̄iudiciū aliquod per numerum Episcoporum Arimini congregatorum fieri non potuisse testant: quandoquidem constet, Roma. Pont. cuius ante omnia decebat spectari decretum, talibus non præbuisse consensum: eundemq́ue Leonem pontificem, vniuersis Siciliæ episcopis scribentem, idem voluisse appāret. Consueueruntq́ue antiquorum conciliorum patres, pro eorū, q̄ in suis Cōcilijs gesta fuerūt, corroboratiōe à Ro. pon. subscriptionē, approbationēq́; hūiliter petere & obtinere, p̄ut ex Nicena & Ephesina ac Chalcedoneñ huiusmodi & 6. Constātinopolitañ, & 7. eadē Nicena, & Ro. sub Symmacho synodis habitis, earumq́ue gestis, necnon in Aimari libro de synodis manifestè colligitur, quod etiā nouissimè Constātieñ patres feciss cōstat: quā laudabilē consuetudinem si Bituricēn & Basileenses secuti fuissent, huiusmodi molestia proculdubiò careremus. Cupientes quoque huiusmodi negociū ad debitū finem perduci, ac tam vigore citationū hactenùs à nobis & præfato Iulio prædecessore ex abundanti emanatarum, quàm aliorum p̄missorum, q̄ ita notoria sunt, vt nulla valeant excusatione aut tergiuersatiōe celari, etiam ex nostro pastorali officio procedētes, omnesq́; & singulos, tam iuris q̄ facti defectus, si qui forsan in præmissis interuenerint, supplentes, ex certa nostra scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, eodem sacro approbante Concilio, tenore præsentium præfatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam, eiusq́ue approbationem quomodolibèt emanatam, omniaq́; & singula decreta, capitula, statuta, constitutiones, siue ordinationes in eodem quomodolibèt cōtentas, seu etiā infertas, ac ab alijs priùs editas, necnon consuetudines, stylum, vsus siue potiùs * abusum ex ea in hāc viq; diem quomodolibèt emanatos seu obseruatos, nullius roboris vel momēti fuisse & esse decernimus & declaramus. Necnon ad abundatiorē cautelā eandem Bituricēn sanctionem siue corruptelam, eiusq́; approbationem tacitā vel expressam, vt præfertur, & in ea contenta omnia & singula, etiam inserta quęcunque reuocamus, cassamus, abrogamus, irritamus, annullamus ac damnamus, & p̄ infectis, reuocatis, cassatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & dānatis haberi volumus, decernimus & declaramus. Et cùm de necessitate salutis existat, oīmes Christifideles Romano Pontifici subesse, prout diuinę scripturę & sanctorum patrum testimonio edocemur, ac constitutione fe. me. Bonifacij papæ 7. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Vnam sanctā, declaratur: p̄ eorundem fidelium animarum salute, ac Ro. Pontificis & huius sanctæ sedis suprema authoritate, & ecclesiæ sponsæ suæ vnitate & potestate, constitutionem ipsam, sacro præsenti concilio approbāte, innouamus & approbamus, sine tamen præiudicio declarationis sanctæ me. Clementis papæ 5. quæ incipit, Meruit. inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis & censuris infrà dicendis, oīmbus & singulis Christifidelib⁹, tam laicis quàm clericis secularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicantiū regularibus, & alijs q̄ibuscunque

Nota de cōcilio Basileensi.

Authoritas Rom. Pont. supra concilia.

* abusus

cunq; perſonis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus & conditionis exiſtant, etiam S.R.E. Card. Patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis, & quibuſuis alijs, eccleſiaſtica vel mundana, vel quauis alia dignitate fulgentibus, omnibusq́; alijs & ſingulis prælatis, clericis, capitulis, & cõuentibus ſecularibus, & ordinum prædictorũ regularibus, etiã monaſteriorum abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, principibus, baronibus, parlamentis, officialibus etiam regijs, iudicibus, aduocatis, Notarijs & tabellionibus eccleſiaſticis vel ſecularib⁹, & q̃buſuis alijs p̃ſonis eccleſiaſticis regularib⁹ & ſecularib⁹ (vt p̃ferẽ) quacũq; dignitate fulgentib⁹, in p̃fato regno Francię, Delphinatu, & vbicunq; prædicta pragmatica directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè vigeret, quomodolibèt exiſtẽtibus, vel protẽpore futuris, ne decęterò p̃fata pragmatica ſanctiõe, ſeu potiùs corruptela, quomodolibèt ex quauis cauſa, tacitè vel expreſsè, directè vel indirectè, aut quouis alio q̃ſito colore vel ingenio, in quibuſcunq; actib⁹ iùdicialibus vel extraiudicialibus vti, ſeu etiã eam allegare, vel ſecũdũ eã iudicare, aut quoſuis actus iudiciales vel extraiudiciales, ſecũdum dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta, per ſe vel aliũ ſeu alios nullatenùs facere præſumant, aut per alios fieri permittant ſeu mandent, nec præfatã pragmaticam ſanctionem, aut in ea contenta capitula ſeu decreta, vlteriùs in domibus ſuis, aut alijs locis publicis vel priuatis teneant: quinimmò illã ex quibuſuis archiuis etiã regijs, ſeu capitularibus & locis prædictis, infra ſex menſes à data præſentium computandos, deleãt ſeu deleri faciant, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, necnon quo ad eccleſiaſticas & regulares perſonas p̃dictas, oñium etiam patriarchalium, Metropolitanarum & aliarum Cathedralium eccleſiarũ, monaſteriorum quoq; & prioratuum, etiam conuentualium, & quarumcunq; dignitatum aut beneficiorum eccleſiaſticorũ ſeculariũ & quorumuis ordinum regularium priuationis & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda: quo verò ad ſeculares, p̃fatæ excommunicationis, necnõ amiſſionis quorumcunq; feudorum, tam à Romana q̃ alia eccleſia ex quauis cauſa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in poſterum obtinẽda, inhabilitatis q́; ad oẽs & ſingulos actus legitimos quomodolibèt faciendos, infamesq́; ac criminis læſæ maieſtatis in iure expreſſis pœnis, eo ipſo & abſq; vlteriori declaratione per omnes & ſingulos ſupradictos, ſi (quod abſit) contrafecerint, incurrendis: à quibus vigore cuiuſcunq; facultatis, aut clauſularũ etiam in confeſſionalib⁹ quibuſuis perſonis ſub q̃buſuis verborum formis conceſſis contẽtarum, niſi à Ro. Pontifice canonicè intrante vel alio ab eo ad id in ſpecie facultatem habẽte, præterq̃ in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant. Non obſtantibus præmiſſis, necnon conſtitutionib⁹ & ordinationib⁹, decretis ac ſtatutis Apoſtolica, ſeu quacunq; alia etiam conciliari authoritate quomodolibèt, etiam ex certa ſcientia & Apoſtolicę poteſtatis plenitudine editis & emanatis, & ſæpiùs innouatis, repetítis, confirmatis & approbatis: q̃bus illorum oñium & ſingulorum tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur, ad effectum præmiſſorum, pro ſufficiẽter expreſſis & inſertis habentes, illis aliâs in ſuo robore permanſuris, ſcientia, poteſtate & tenore præmiſſis, ſpecialiter & expreſsè derogamus contrarijs quibuſcunque: Aut ſi communitatibus, vniuerſitatib⁹, & perſonis ſingulis ſupranominatis, etiam Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, marchionibus, & ducibus pręfatis, vel quibuſuis alijs, communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut propterea priuari, & inhabiles reddi non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem: & quibuſcunque alijs priuilegijs, indulgentijs & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcũque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus nõ expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectum earundem impediri valeat quomodolibèt vel differri, & de quibus quorumq́ue tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam noſtri ſupplementi, decreti, declarationis, reuocationis, caſſationis, abrogationis, irritationis, annullationis, damnationis, voluntatis, conſtitutionis, innouationis, approbationis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Romæ in publica ſeſſione, in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata anno incarnationis Dominicæ, 1516. quartodecimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Viſa Ie. Saluius.

F. De ſancto Ioanne.

¶Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et omnibus placuerũt ſimpliciter, excepto reuerendo domino epiſcopo Terdoneñ, qui dixit, quòd non placebat ſibi reuocatio illorum, quæ habuerint originem à Baſileeñ & Bituriceñ concilijs ſeu conuenticulis.

¶Poſtremò Reuerend. pater dominus Ioannes epiſcopus *Sibiniceñ, aſcendit ambonem, & legit ſchedulam diſponentem circa religioſos & eorum priuilegia. Cuius tenor talis eſt: *Sebenicen

Leo

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante concilio. Dum intra mentis arcana reuoluimus, & diligenti conſideratione penſamus operoſa ſolicitudinis ſtudia, cõtinuoſq́ue labores pro diuini nominis gloria, exaltatiõe Catholicæ fidei, eccleſię vnitate ſeruãda, & inſtitutione ac ſalute fidelium animarum per coepiſcopos eorumq́ue ſuperiores, in diuerſis orbis partibus ac regimen ſuarum eccleſiarũ à ſede Apoſtolica conſtitutos, necnon per fratres diuerſorum ordinum, præſertim mendicantium, indefeſsè & indefeſsẽter impẽſos tanta ex eorum in vinea Dñi fructuoſis operibus & oportunè ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro prouenit ſatisfactio, vt ijs quę ad pacem & quietem inter eos conſeruandam conducere cognoſcimus, omni ſtudio intẽdamus. Nouimus enim epiſcopos ipſos in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorum honor & ſublimitas (teſte Ambroſio) nullis poteſt comparationibus adæquari. Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianæ religionis defenſione & ampliatione complura feciſſe, ac vberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita vt eorundẽ epiſcoporum ac religioſorum bonis operibus orthodoxam fidem incremẽta ſumpſiſſe, & per orbem terrarum vndiq; dilatatã fuiſſe, fidelium nullus ignoret. Et ſicut ipſi ſæpenumerò vigilãtiſſima & ſolerti cura ſchiſmata in Dei eccleſia extinguere, & eccleſię vnitatẽ reddere, & vt eidem eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitârunt: ita quoq; par eſt, eos inter ſe, noſtris prouiſiõibus, pacis vinculo ac fraterna charitate & vnitate coniungi, vt eorum concordi doctrina & mutuis operib⁹ vberiores in eccleſia Dei fructus proueniant. Sanè cupientes vt iura ſpiritualia, q̃ ad Dei laudem & Chriſti fideliũ aĩarum ſalutẽ p̃tinent, & quorum exercitium p̃fatis epiſcopis & eorum ſuperiorib⁹ in ſuis diœceſibus, cùm ipſi in partẽ ſolicitudinis (vt pręfertur) aſſumpti, ac diœceſes diſtinctę, & cuilibet eorundem epiſcoporũ aſſignatæ fuerunt, cõmiſſum extitit, vt p ipſos epiſcopos exerceanẽ, & ius illa liberè exercendi, quantùm fieri poteſt, eis illæſum præſeruetur: & ſi aliqua dictis fratribus mẽdicantibus in eorundem epiſcoporũ lęſionẽ per Romañ pontifices p̃deceſſores noſtros & ſedẽ Apoſtolicã cõceſſa fuerint, cõceſſiones huiuſmodi eiſdem religioſis factas, in ſubſequentibus duxim⁹ moderãdas, vt ipſi fratres potiùs ab eiſdem epiſcopis omni cum charitate foueantur, q̃ aliquo modo moleſtentur & inquietẽtur. Vna enim eſt regulariũ & ſeculariũ, prælatorũ & ſubditorũ, exẽptorum & nõ exemptorum vniuerſalis eccleſia, extra quã nullus oñinò ſaluatur: eorumq́; omniũ vnus dñs, vna fides: & ꝓpterea decet eos, qui eiuſdẽ ſunt corporis, vni⁹ etiã eſſe volũtatis, et ſicut fratres nexu inuicẽ charitatis adſtricti ſunt, ſic nõ cõuenit alterũ in alteri⁹ iniuriam ſeu iacturã p̃ſilire, dicẽte Saluatore: HOC eſt præceptũ meum, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Ad conſeruãdam igitur inter epiſcopos & eorũ ſuperiores, ac prælatos & fratres huiuſmodi mutuam charitatem & beneuolẽtiam, diuini quoque cultus augmentũ, pacemq́; & trãquillitatẽ vniuerſalis eccleſiæ ſtatus, quod ita demùm fieri poſſe cognoſcimus, ſi vnicuiq; quantùm fieri poteſt, ſua iuriſdictio conſeruet, ſacro approbãte cõcilio, ſtatuimus & ordinamus, q̃ epiſcopi & eorũ ſuperiores & alij p̃lati præfati, parochiales eccleſias ad eoſdẽ fratres ratione locorũ ſuorũ legitimè ſpectãtes, quo ad ea, q̃ ad parochianorũ curam, & ſacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemq́; ptinent, ſine tamẽ viſitatorum inſolito grauamine vel impẽſa, viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illã delinquẽtes, ſi religioſi fuerint, iuxta ipſi⁹ ordinis regularia inſtituta intra ſepta regularis loci: ſeculares verò presbyteros & fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, liberè tanquàm ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire. Ac tam p̃lati q̃ presbyteri ſeculares, qui vinculo excõmunicationis ligati nõ fuerint, miſſas in eccleſijs domorũ eorundem deuotiõis cauſa celebrare volẽtes, celebrare poſſint: Ipſi q́; fratres tales celebrare volentes, libẽter recipere debeant. Ac ab eiſdem prælatis ad p̃ceſſiones ſolennes pro tẽpore faciẽdas req̃ſiti, dummodò eorũ loca ſuburbana vltra vnum milliare à ciuitatibus reſpectiuè non ſint remota, accedere: necnon ſuperiores eorundẽ fratrum fratres, quod ad audiendas cõfeſſiones ſubditorum eorundem prælatorum pro tempore elegerint, eiſdem prælatis perſonaliter exhibere ac præſentare, ſi eos ſibi exhiberi & p̃ſentari petierint: alioquin eor viũ carijs, dummodò ad prælatos vltra duas diętas accedere nõ cogantur, omninò teneãtur. Poſſintq́; illi per eoſdem epiſcopos & p̃latos, ſup ſufficiẽti literatura & aliqua ſaltẽ huiuſmodi ſacramẽti peritia duntaxat examinari: talibusq́; p̃ſentatis admiſſis, vel etiam indebitè recuſatis, confitentes conſtitutioni, quę incipit, Oñis vtriuſq; ſexus, quo ad confeſſionem, duntaxat ſatisfeciſſe cenſeãtur, ipſiq́; fratres etiam forenſium confeſſiones audire valeant. Laicos tamen & clericos ſeculares, à ſententijs ab homine latis, nullatenùs abſoluere poſſint. Euchariſtię verò & extremę vnctionis, aliaq́; eccleſiaſtica ſacramenta illis, quorum etiam infirmorum ac decedentium confeſſiones audierint, dicẽtibus proprium ſacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, dare nequeant: niſi denegatio ſine legitima cauſa facta, vicinorum teſtimonio, ꝓbata, aut requiſitio corã notario publico facta, doceretur. Eorundem verò fratrũ obſequio infiſtentib⁹, ſacramenta huiuſmodi nullatenùs miniſtrare valeant, niſi illorum durante obſequio. Ioan. 15. b

Pacta aũt & cõuentiones inter eosdẽ fratres & prælatos atq; curatos pro tẽpore inita, valeant, niſi per ſubſequutum capitulum proximum generale vel prouinciale refutata, ac per eos refutatio huiuſmodi intimata debito tempore fuerint. Parochias autẽ cum cruce ad leuanda funera eorum, qui apud eccleſias domorum & locorum eorundem ſuam elegerint ſepulturam, intrare nõ poſſint, niſi priùs præmonito & requiſito * ac recuſante
for. *ac non parochiano presbytero, & tunc ſine eius ac ordinati præiudicio: niſi eiuſdẽ fratrib⁹ ſup hoc antiqua cõſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia & cum pacifica poſſeſſione, ſuffragetur. Volentes quoq; ſepeliri in habitu eorundẽ fratrum in clauſtro nõ degẽtes, ſed in ꝓprijs domib⁹ habitãtes, in eorũ vltima volũtate ſepulturam ſibi liberè eligere poſſint. quodq; fratres ipſi ad ordines ꝓmouendi, p ordinarios de grãmatica & ſufficiẽtia examinari, & dũmodò cõpetenter reſpondeãt, per eoſdem ordinarios liberè admitti, ac nullatenùs in eorum eccleſijs ſeu domibus, aut alijs eorũ locis, ab alio q̃ à diœceſano epiſcopo,
for. *nec vel eius vicario, ſuper hoc cum debita reuerentia requiſito, * & abſq; rationabili cauſa cõtradicente, vel ea in diœceſi abſente, ad dictos ordines promoueri debeãt. Nec ab alio epiſcopo conſecrationẽ eccleſiæ, vel altaris, aut cœmeterij benedictionem petere, ſeu in eccleſijs per eas pro tempore ædificandis, primum lapidẽ per alienum epiſcopum poni facere poſſint, niſi vbi ordinarius bis aut ter cũ debitis reuerentia & inſtãtia requiſitus, ſine legitima cauſa id recuſauerit. Et abſq; curatorum conſenſu ſponſum & ſponſam benedicere nequeant. Et vt debitus honor matrici eccleſiæ reddat̃, tam ipſi fratres q̃ alij clerici ſeculares, etiam ſuper hoc Apoſtolicæ ſedis priuilegio muniti, die ſabbati maioris hebdomadæ, anteq̃ cãpana Cathedralis vel matricis eccleſiæ pulſauerit, campanas in eccleſijs ſuis pulſare minimè poſſint. Cõtrafacientes, pœnam cẽtum ducatorum incurrãt. Cenſuras autem per eoſdem ordinarios latas & promulgatas, ac in matrici eccleſia ciuitatum, necnon in collegiatis & parochialibus eccleſijs caſtrorum & oppidorum reſpectiuè ſolẽniter publicatas, qũ ſuper hoc ab eiſdem ordinarijs req̃ſiti fuerint, in eccleſijs domorum ſuarum publicare ac ſeruare: Et vt animarum vtriuſque ſexus Chriſtifidelium ſaluti vberiùs conſulatur, illos, quorum confeſſiones pro tempore audierint, cuiuſcunq; ſtat⁹ & conditionis fuerint, ad ſoluendũ decimas, ſiue aliam bonorũ ſeu fructuum quotã in locis, in q̃bus decimę ipſæ aut ſimilia ſolui conſueuerunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarũ monere & hortari, ipſiſq; etiã illas ſoluere recuſantibus, abſolutiõem denegare, & ſuper hoc requiſiti, id populo etiam publicè prædicare & perſuadere teneantur. Conſeruatores autem eiſdem fratribus pro tẽpore à ſede Apoſtolica deputandi, doctrina & probitate præſtantes, & in eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeãt: & coram eis per eoſdẽ fratres, quibus dati fuerint, vltra duas ⁊ dietas à loco ſuę ſolitę habitatiõis nullus trahi poſſit, priuilegijs ſuper hoc aliâs eis cõceſſis, nul latenùs ſuffragãtibus. Excõmunicati quoq; ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de intereſſe tertij agetur, abſolui nõ poſſint, niſi præuia ſatisfactione. Procuratores quoq;, & negociorum geſtores, ac operarij eorundem fratrum ſeruitijs inſiſtentes, ſententijs excõmunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus, conſilium, auxilium vel fauorem præſtiterint. Fratres autem & ſorores tertij ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pizochatæ, Chordellati, & alij quocũ que nomine nũcupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam, vbi voluerint, eligere valeant: ſed die Paſchatis tantùm euchariſtiam, necnõ extremam vnctionem, cęteraq; eccleſiaſtica ſacramenta, pœnitentiæ ſacramento duntaxat excepto, à proprio ſacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbũt, perferẽda teneantur, ac in foro ſeculari corã iudicibus ſecularibus conueniri poſſint. Et ne cenſura vileſcat eccleſiaſtica, & minoris authoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti tertij ordinis, ad diuina audiẽda in eccleſijs ſuorum ordinũ tempore interdicti nullatenùs admittãtur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant ſeu foueant, aut dantibus, auxilium, conſilium vel fauorem quoquo modo præſtiterint. Collegialiter autem viuentes, ſeu cum clauſtralib⁹ habitantes, ac mulieres virginalem ſeu cælibem, aut caſtam vidualem (expreſſo voto, & ſub dicto habitu) vitam ducẽtes, priuilegijs, quibus fratres ordinis, cuius tertię regulę habitum geſtant, gaudere debeant. Omnia etiã ſingula ſupradicta, ad reliquos religioſos ordinum quorumcunq; extendi, & per eos etiã ſeruari debere volumus atq; decernim⁹. Saluis tamẽ in reliquis deſupèr non expreſſis, tã eꝓrum quàm fratrum & aliorum religioſorum prędictorum iuribus, quibus p præmiſſa in aliquo præiudicare, ſeu quicquam innouare non intendimus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus dictorũ ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis ãlia firmitate roboratis, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis Apoſtolicis, cõtra ꝓmiſſa ſeu aliquod ꝓmiſſorum eiſdem ordinibus conceſſis, etiam in mari magno contentis, quibus, etiam ſi ad illorum derogationem, de eis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbũ, non aũt per generales clauſulas id importãtes, mentio ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores præſentibus pro

pro ſufficienter expreſſis & inſertis habẽtes, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;, decernentes exnunc irritũ & inane, ſi ſecùs ſup his à quoquã quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Eoſdem inſupèr fratres in virtute ſanctę obediẽtię monemus, vt eoſdẽ epiſcopos, loco ſanctorum Apoſtolorũ ſubrogatos, pro debita & noſtra ac Apoſtolicæ ſedis reuerentia, congruo honore & conuenienti obſeruantia venerentur: Ipſos quoq; epiſcopos hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri reqrimus, vt fratres ipſos affectu beneuolo proſequentes, charitatiuè tractent ac benignè foueãt: ſeq; illis minimè difficiles, ac duros vel moroſos, ſed potiùs faciles, mites, propicios, piaq; munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tanq̃ in agro Dominico coopatores, eorũq; laborum participes prõpta benignitate recipiant, eorumq; iura omni cum charitate cuſtodiant atq; defendãt, vt tam epiſcopi q̃ fratres præfati, quorum opera veluti lucernæ ardentes ſupra mõtem poſitæ, omnibus Chriſtifidelibus lumen prębere debẽt, ad Dei laudem, fidei catholicę exaltationem, populorumq; ſalutem, de virtute in virtutem proficiãt, ac exinde à largiſſimo bonorum omniũ retributore Dominо perennis vitæ pręmium conſequi mereantur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, voluntatis, derogationis, decreti, monitiõis, exhortationis & requiſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Romæ in publica ſeſſione, in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſolenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1516. decimonono Decembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

Qua perlecta, idem epiſcopus legit indictionem duodecimæ ſeſſiõis, videlicet ſexto Noñ. Martij proximè futuri. Et petijt, an placerent lecta in dictis ſchedulis paternitatib⁹ ſuis. Et fuerunt vota infraſcripta aliqualiter diſcrepantia, *alijs cæteris reſpondentib⁹ per verbum, placet. Nam Reuerend. dominus Iacobus epiſcopus Potentiñ dixit, ꝙ non fuerat vocatus nec informatus; & ea de cauſa remittit ſe ad ſanctiſſimum Dominũ noſtrũ, à quo bona cuncta procedunt.

Cumanus & Taruiſinus dixerunt, ꝙ videbatur eis, ꝙ eſſet adimenda illa clauſula, ſaluis &c. & quòd poneretur, approbare, vbi dicit, innouare.

Cauellicenſi etiam non placuit illa clauſula, ſaluis &c.

Melfitañ dixit, placere ſibi, quo ad ea, quę reſtituuntur ordinarijs, in alio verò ſine pręiudicio ordinariorum & ſucceſſorũ ſuorum.

*Iporegien vel Iporedien *Iporienſi placuerũt, ſine approbatione priuilegiorũ. Et in eodem voto fuit *Beluaceñ. *Belluneñ

Terdonenſi placuerunt, exceptis duobus, videlicet de conſeruatoribus, quibus dari deberent aſſeſſores, & ſine approbatione priuilegiorum, quia vnius incluſio, eſt alterius excluſio.

Cęſenatenſi placuerunt, ſine approbatione priuilegiorum.

Brumatenſi placuerunt, dummodò tollatur clauſula, ſaluis, aut verbum, innouare, deponatur, & ponatur, approbare.

*Vincẽſi, Ferẽtino & Senogallienſi placuerũt, ſine approbatiõe priuilegiorũ fratrum. *Vincẽtino *Vicentiñ vel Venereñ

†Allegarieñ placuerunt, pro ſe, ſed pro alijs, quib⁹ eſt ꝓcurator, dicit ſe nihil velle dicere. *Aſtoriceñ

Dignenſi placuerunt, ſine præiudicio eccleſiæ ſuæ. *Vrgelleñ vel Algoriceñ

¶Fuerunt inſupèr data mandata prælatorũ abſentium, & primò reuerendus dominus Zutfeld⁹ Vuerdẽberg dedit mãdatũ reuerẽdi patris domini Hẽrici epiſcopi Coronieñ. Et dominus Petrus de Candia, dedit mandatum reuerendi patris domini Auguſtini epiſcopi Graſſeñ.

Reuerendus dominus Ioãnes Noendõman, dedit mandatum reuerendi patris dñi Theodorici epiſcopi Lubeceñ.

Reuerẽdus dominus Benedictus epiſcopus Chieñ, dedit mandatum reuerẽdi domini Iacobi epiſcopi Fauentiñ.

Reuerendus dñs Ioannes de *Treda nomine epiſcopi Caietañ, ſiue de Lipari, dedit mandatum reuerendi patris domini Petri epiſcopi *Luceñ. *Lucañ

Reuerendus dominus Hieronymus epiſcopus Aſculañ, dedit mandatum reuerendi dñi epiſcopi Ioannis Antonij Calineñ.

Reuerendus dominus Alexius eꝑs Melfitañ, dedit mandatum reuerendi domini Iuliani Cibo epiſcopi Agrigentiñ.

Reuerendus dñs Ioannes epiſcopus *Algareñ, dedit mandatum reuerendi dñi Guilelmi epiſcopi Tyraſoneñ. *Vrgelleñ

Reuerendus dominus Petrus epiſcopus Caſtelli maris, dedit mandatum reuerendi domini Franciſci epiſcopi Spoletañ.

Reuerendiſſ. dominus cardinalis ſancti Georgij, dedit mandatum reuerẽdi domini Alberti Magdeburgeñ & Moguntiñ archiepiſcopi, ac marchionis Brandeburgeñ.

Reuerendus dominus Ioãnes Ingenvuinkel, dedit mandatum reuerẽdi domini Frederici epiſcopi Traiectẽñ.

Reuerẽdus dominus Ioannes epiſcopus *Algareñ, dedit mandatum reuerẽdi domini Petri Conceptionis in inſula Hiſpañ. *Vrgelleñ

Reuerẽdus pater dominus Georgius archiepiſcopus Nazarenus, dedit mandatum reuerendi domini epiſcopi Tribunieñ & *Marcharieñ. *Marturaneñ

Et dominus Zutfeldus *Noiodeburgeñ, dedit mandatum pro reuerendo domino Ioanne epiſcopo Hauelbergeñ. *Vuardenberg

Et dominus Petrus de Soto, dedit mandatũ reuerendi dñi Alfonsi archiepiscopi Compostellañ.

Reuerendus domin⁹ Alexius episcopus Melfitañ præfatus, excusauit reuerendum dominum Nicolaum episcopum *Bergomeñ.

Reuerendus dñs Ioannes Pels, dedit mandatum *Menardi reuerendi domini *Meynardi abbatis sancti Adalberti in Egmonda, ordinis sancti Benedicti Traiecteñ diœcesis.

¶Quibus finitis, cantores inceperunt, Te Deũ laudamus. Quo finito, sanctissimus dominus noster, comitantibus reuerendissimis dominis cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis & episcopis, & alijs prælatis & nobilibus viris, equitando redijt ad sacrum palatiũ Apostolicum in Vaticano.

PROROGATIO SESSIONIS duodecimæ.

ANno à natiuitate domini 1517. indictione quinta, die verò vigesimaseptima mensis Februarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi anno 4. præfatus sanctissimus dominus noster de S. R.E. cardinalium consilio duodecimam sessionem ex certis rationabilib⁹ causis & legitimis prorogandam duxit, & prorogauit, prout in schedula per cursores in basilicæ principis Apostolorum de vrbe, & sancti Ioannis Lateraneñ ecclesiarum valuis, ac cãcellariæ, & audientiæ Apostolicæ portis affixa apparuit. Tenor verò schedulæ & executionis earum, sequitur & est talis:

LEO episcopus seruus seruorũ Dei, duodecimam sessionem spiritusancto fauente legitimè congregandã, quam aliàs 6. Noñ. Martij proximè futuri faciendam in 11. sessione indixeram⁹, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Card. consilio, vnanimiq; consensu, ex certis rationabilib⁹ & legitimis causis, ad 16. diem dicti mẽsis Martij, quæ erit 16. Kalend. Aprilis, Põtificatus nostri anno quarto, prorogamus pariter & extendimus. Data Ro. apud sanctum Petrum tertio Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Fiat.

¶Tenor exequutiõis sequitur & est talis:

¶Die 27. Februarij 1517. præsentes literæ fuerunt affixæ ad valuas audientiæ p me Michaelem de Billeno cursorem.

¶Anno, mense, die & pontificatu supradictis, pſentes literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis seu portis basilicæ principis Apostolorum de vrbe, & sancti Ioannis Lateraneñ, ac cancellariæ Apostolicæ, necnõ in acie Campiflorę per me Michaelem de Billeno cursorem.

ANno à natiuitate Domini 1517. indictione quinta, die verò decimatertia mensis Martij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidẽtia papæ decimi anno quarto, fuit congregatio prelatorum in superiori capella palatij Apostolici, in qua interfuerunt infrascripti reuerendissimi domini cardinales, & reuerẽdi patres archiepiscopi & episcopi. Et quia fuerat differentia in quadam congregatione priuata inter reuerendum patrem dominum Petrum episcopum Syracusanum, Catholici Hispaniarum regis oratorem ex vna, & reuerendum patrem dominum *Marinum Patriarcham Aquilegieñ ex alia, super anteſedentia, hoc est, quis eorum in priori loco sedere deberet, ex ordinatione reuerendissimorum dominorum cardinalium infrascriptorum, in hac congregatione prælati sederunt non ordine consueto, sed vnusquisque prout ingrediebatur capellam, ad libitum volũtatis. *Marium

Reuerẽdissimorũ dominorum cardinaliũ nomina sunt hæc:

CARDINALES.

Reuerendiss. D. Antonius sanctę Praxedis.
Reuerendiss. dominus Petrus sancti Eusebij, Anconitañ.
Reuerendiss. dominus Laurẽtius sanctorum quatuor Coronatorum.

PATRIARCHAE, ARCHIEPISCOPI, Episcopi, & oratores.

Reuerend. P. D. Bernardus eps Taruisinus.
Reuerend. P. D. Dominicus Lucerinus.
Reuerend. P. D. Bertrandus Adrieñ, orator Ducis Ferrariæ.
Reuerend. P. D. Petrus episcopus Syracusanus, orator catholici regis Hispaniarum.
Reuerendus P. D. Stephanus Gabriel archiepiscopus Bareñ.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptista Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Amadeus Augusteñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius archiepiscopus Seneñ.
Reuerend. P. D. Andreas Militensis. *Othaceñ. vel Othaneñ
Reuerend. P. D. Vincentius *Octocieñ. *Biduaneñ vel Budineñ.
Reuerend. P. D. Altobellus Poleñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus *Budeñ.
Reuerend. P. D. Gabriel archiepiscop⁹ Dyrrhachieñ.
Reuerend. P. D. Franciscus Salamantinus.
Reuerend. P. D. Petrus Ceruieñ.
Reuerend. P. D. Philippus *Brunateñ. *Brumateñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Reualieñ.
Reuerend. P. D. Maximus Isernieñ.
Reuerend. P. D. Georgius archiepiscopus Nazarenus.
Reuerend. P. D. Christophorus Cæsenateñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptista *Vincieñ. *Veroneñ.
Reuerend P. D. Ioãnes Dñicus Terdoneñ.
Reuerend. P. D. Galesius *Beluneñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Dominicus archiepiscopus *Traiocen. *Belluneñ.

*Tarseñ, vel Tarraconeñ, vel Treuereñ, vel Tarentinus, vel Strigonieñ, vel Tharantasieñ, vel Turoñ.

Reuerend. P. D. Simon Ariminen.
Reuerend. P. D. Bernardus Soranus.

Reuerend. P. D. Iacobus ciuitatis Ducalis.
Reuerend. P. D. Paulus Forosempronieñ.
Reuerend. P. D. Octauianus Viterbieñ.
*Lauellinus Reuerend. P. D. Petrus *Lauelinus.
Reuerendus P. D. Gisbertus Rapollanus.
Reuerend. P. D. Simon Andreñ.
Reuerend. P. D. Zacharias Sebasteñ.
*Nubieñ. Reuerend. P. D. Augustinus *Nebieñ.
Reuerend. P. D. Franciscus Digneñ.
*Dulchineñ. Reuerend. P. D. Laurentius *Dulcineñ.
*Sarneñ. Reuerend. P. D. Ludouicus Sorneñ.
Reuerend. P. D. Valentinus Penneñ.
*Abellineñ Reuerend. P. D. Augustinus Grasseñ.
Reuerend. P. D. Archangelus *Auellineñ.
Reuerend. P. D. Baltassar ciuitatis Castelleñ.
*Lausaneñ Reuerend. P. D. Angelus *Lauzaneñ.
Reuerend. P. D. Simon Modrusieñ.
Reuer. P. D. Marc⁹ Archieps Monobasieñ.
Reuerend. P. D. Camillus Tiburtinus.
Reuerend. P. D. Guarrinus Nucerinus.
*Racanateñ Reuerend. P. D. Theseus *Macerateñ.
Reuerend. P. D. Bartholomę⁹ mõtis viridis.
*Catherineñ. vel Catharceñ. Reuerend. P. D. Tryphon *Cathareñ.
Reuerend. P. D. Vincentius Arbeñ.
*Minoreñ vel Limoleñ. *Nemauseñ. Reuerend. P. D. Paulus *Minosieñ.
Reuerend. P. D. Paris Pisaurieñ.
Reuerend. P. D. Scaramuza *Comeñ.
Reuerend. P. D. Petrus Castelli maris.
*Cumanus. Reuerend. P. D. Petrus *Acerneñ.
*Acerreñ. Reuerend. P. D. Basilius Tudertinus.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptista Casertan⁹.
Reuerend. P. D. Georgius Castreñ.
Reue. Ioannes archiepiscopus Corinthieñ.
*Scaboni⁹ Reuerend. P. D. *Scribonius Imoleñ.
Reuerend. P. D. Vincentius Signinus.
Reuerend. P. D. Philippus Philadelphieñ.
*Sulcitan⁹. Reuerend. P. D. Iulianus *Salutiarum.
Reuerend. P. D. Hieremias archieps Traneñ.
Reuerend. P. D. Ioannes archieps Thebanus.
Reuerend. P. D. Marcus Senogallieñ.
Reuerend. P. D. Hippolytus Albeñ.
Necnon sancti Dominici, sancti Augustini ordinum Generales.

¶De mãdato reuerendissimi domini Antonij tituli sanctę Praxedis presbyteri cardinalis, de Monte nuncupati, & aliorum cardinalium ibidèm præsentium supranominatorum, dominus Andreas Piperarius secretari⁹ Concilij legit tres schedulas, vnam videlicet super confirmatione & extensione Paulinæ de rebus ecclesiæ non alienandis, aliam verò super punitione inuadentium domos cardinalium, ac aliam super impositione decimarum, ac absolutiõe sacri Lateraneñ Concilij.

¶Quibus perlectis petijt, an placerent cõtenta in dictis schedulis paternitatibus suis. Et super schedula Paulina fuerunt diuersæ opiniones, & varię altercationes, ꝓpter quas visum fuit præfatis reuerendissimis dominis Cardinalibus, quòd dicta schedula omitteretur, & quòd Paulina remaneret in eodem statu, in quo tunc existebat.

¶Super Schedula impositionis decimarũ, & absolutionis Concilij, fuerunt opiniones infrascriptæ, videlicet:

Salamantino non placuit, quòd clauderetur Conciliũ, immò fuit opinionis, quòd de nouo vocentur prælati, ex quo non est pax generalis, vt possint securè venire. Quo ad approbationem gestorũ, dixit, quòd approbat ea, quæ ap̃probauerat: & quo ad decimas, quòd exigãtur postquàm fuerit indictum bellum contra Turcas.

Adrienſi placuit, excepto, quòd cupiebat, quòd vbi dicit in schedula, esse relatũ à Cardinalibus & prælatis, nulla remanere indiscussa & inexaminata, placeret, quòd adderentur ista verba, ex deductis seu propositis.

*Budenſi non placuit, quòd approbentur omnia hactenùs gesta per Concilium. *Budineñ *Biduaneñ

Imolenſi non placuit, quòd soluatur Cõcilium cum impositione decimarum.

Et sic post varias & diuersas discussiones, fuit absoluta prædicta congregatio.

SESSIO XII.

ANno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimoseptimo, Indictione quinta, die verò decimasexta mẽsis Martij, Pontificat⁹ sanctissimi in Christo patris & dñi nostri, domini Leonis diuina prouidentia Papæ decimi anno quarto, fuit celebrata duodecima & vltima sessio sacrosancti Concilij gñalis in ecclesia Lateraneñ in loco solito. In qua fuit præsens præfatus sanctissimus dominus noster. Et fuerũt præsentes infrascripti reuerẽdissimi dñi Cardinales, Patriarchę, Archiepiscopi & episcopi, necnon Principum oratores, & Illustres dñi & Barones, & alij quãplurimi doctores & nobiles, videlicet:

EPISCOPI CARDINALES.

Reuerendiss. dominus Raphel Ostieñ.
Reuerendiss. dominus Bernardinus Sabineñ.
Reuerendiss. D. Dominicus Portueñ.
Reuerendiss. D. Franciscus Albaneñ.

PRESBYTERI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Nicolaus tituli sanctæ Lucię, de Fliſco. *Priſcæ
Reuerendiss. D. Hadrianus tituli S. Chrysogoni.
Reuerendiss. D. Leonardus tituli sancti Petri ad vincula, Agenneñ.
Reuerendiss. D. Antonius S. Praxedis.
Reuerendiss. D. Petrus tituli sancti Eusebij, Anconitañ.
Reuerendiss. D. Achilles tituli sancti Sixti.
Reuerendiss. D. Bandinellus tituli S. Mariæ in Transtiberim, de Saulis.
Reuerendiss. D. Laurẽtius tituli sanctorum quatuor Coronatorum.

DIACONI CARDINALES.

Reuerendiss. D. Alexander sancti Eustachij, Farnesius.

Reuerendiſſ. D. Ludouicus ſanctæ Mariæ in Coſmedin, de Aragonia.
Reuerendiſſ. D. Marcus ſanctæ Mariæ in via lata, de Cornelijs.
Reuerendiſſ. D. Iulius S. Mariæ de Nauicula.
Reuerendiſſ. D. Bernardus ſanctæ Mariæ in porticu.
Reuerendiſſ. D. Innocentius ſanctorum Coſmæ & Damiani.

PATRIARCHAE, ET ASSISTENTES Papæ, & Oratores.

Reuerend. P. D. Alphonſus Antiocheñ.
Reuerend. P. D. Cæſar Alexandrinus.
*Mariue Reuerend. P. D. *Marinus Aquileieñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Vincentius Seneñ.
Reuerend. P. D. Latinus Rhegieñ.
Reuerend. P. D. Gabriel Dyrrhachieñ.
Reuerend. P. D. Bernardus Taruiſinus.
Reuerend. P. D. Franciſcus Salamantiñ.
Reuerend. P. D. Dominicus Luceriñ.
Reuerend. P. D. Vincentius Neapolitañ.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptiſta Caualliceñ.
Reuerend. P. D. Andreas Militeñ.
Reuerend. P. D. Amadeus Auguſteñ, Gubernator.
Reuerend. P. D. Petrus Epiſcopus Cæſarauguſtañ, orator Regis Hiſpaniarum.
Reuerend. P. D. Ioannes Reualieñ eps, orator Marchionis Brandenburgeñ.
*Bertrãdus Reuerend. P. D. *Beltrandus Adrieñ, orator Ferrariæ.

ARCHIEPISCOPI.

Reuerend. P. D. Aldronandinus Nicoſieñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Antibareñ.
Reuerend. P. D. Hieremias Traneñ.
Reuerend. P. D. Clemens Coloſſeñ.
Reuerend. P. D. Georgius Nazarenus.
Reuerend. P. D. Stephanus Gabriel Bareñ.
Reuerend. P. D. Andreas Spalateñ.
Reuerend. P. D. Alexander Vienneñ.
*Monemba ſieñ. Reuerend. P. D. Marcus *Monobaſieñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Thebanus.

EPISCOPI.

Reuerend. P. D. Altobellus Poleñ.
*Budineñ. Reuerend. P. D. Hieronymus *Budeñ.
Reuerend. P. D. Simon Arimineñ.
Reuerend. P. D. Iacobus Potentiñ.
Reuerend. P. D. Iacobus ciuitatis ducalis.
Reuerend. P. D. Georgius Caſtreñ.
*Sulcitanus Reuerend. P. D. Iulianus *Salutiarum.
Reuerend. P. D. Vincentius Signinus.
Reuerend. P. D. Theſeus *Macerateñ.
*Racanateñ Reuerend. P. D. Marcus Senogallieñ.
Reuerend. P. D. Hugolinus Lycieñ.
Reuerend. P. D. *Scabonius Imoleñ.
Scriboni *Dulchineñ Reuerend. P. D. Laurentius Dulcineñ.
Reuerend. P. D. Iannotius Troianus.
Reuerend. P. D. Paulus Foroſempronieñ.
Reuerend. P. D. Octauianus Viterbieñ.
Reuerend. P. D. Bartholomæ⁹ Mõtis viridis.
* Polignianeñ. Reuerend. P. D. Chriſtophor⁹ *Pollimaneñ.
*Belluneñ. Reuerend. P. D. Galeſius *Beluneñ.
Reuerend. P. D. Maximus Iſernieñ.

Reuerend. P. D. Philippus *Brunateñ. *Brumateñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Aſculanus.
Reuerend. P. D. Petrus Ceruieñ.
Reuerend. P. D. Franciſcus *Dignieñ. *Digneñ.
Reuerend. P. D. Auguſtinus *Nebieñ.
Reuerend. P. D. Petrus Paulus *Exiñ. *Nubieñ. *Eſinus.
Reuerend. P. D. Ioannes Caſertañ.
Reuerend. P. D. Baſilius Tudertinus.
Reuerend. P. D. Iacobus Antonius Sutrin⁹.
Reuerend. P. D. Baltaſar ciuitatis Caſtellæ.
Reuerend. P. D. Angelus *Lazaneñ. *Lauſaneñ.
Reuerend. P. D. Gratianus *Alandriñ. *Alatrinus.
Reuerend. P. D. Simon Andreñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta Auximan⁹.
Reuerend. P. D. Ioãnes Baptiſta *Salmoneñ. *Sulmoneñ.
Reuerend. P. D. Hieronymus Aretinus.
Rererend. P. D. Ludouicus Sarneñ.
Reuerend. P. D. Petrus *Laualeñ. *Lauelleñ.
Reuerend. P. D. Zacharias Sebaſteñ. *Lauellinus
Reuerend. P. D. Paulus *Nimoſieñ. *Minoreñ
Reuerend. P. D. Blaſius Theleſinus. *Limichoneñ. vel Limoleñ. *Nemauſeñ.
Reuerend. P. D. Tryphon *Catareñ.
Reuerend. P. D. Vincentius *Octocieñ. *Catherineñ, vel Catharceñ.
Reuerend. P. D. Bonifacius *Iporieñ.
Reuerend. P. D. Auguſtinus Graſſeñ.
Reuerend. P. D. Benedictus Chieñ. *Othaiceñ. vel Othaneñ,
Reuerend. P. D. Iacobus Marſicanus.
Reuerend. P. D. Chriſtophorus Cæſenateñ. *Eporedieñ vel Iporieñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta *Vincieñ.
Reuerend. P. D. Ioannes Baptiſta *Marineñ. *Veroneñ.
Reuerend. P. D. Petrus Caſtelli maris & *Perſpoletañ. * Maraneñ, vel Moraneñ,
Reuerend. P. D. Marius Aquinateñ.
Reuerend. P. D. Tranquillus Ferentiñ.
Reuerend. P. D. Auguſtinus Peruſinus.
Reuerend. P. D. Bernardus Soranus.
Reuerend. P. D. Valentinus Penneñ.
Reuerend. P. D. Matthæus S. Leonis.
Reuerend. P. D. Ioannes *Algareñ.
Reuerend. P. D. Hippolytus Albeñ. *Vrgelleñ.
Reuerend. P. D. Archangelus *Auelineñ.
Reuerend. P. D. Petrus *Acerneñ. *Abellineñ, *Acarreñ.
Reuerend. P. D. Petr⁹ Ioãnis Mõtis *Marini. *Marani.
Reuerend. P. D. Gisbertus Rapollañ.
Reuerend. P. D. Thomas Saoneñ.

ABBATES ET GENERALES Ordinum.

Generales ordinum Vallis Vmbroſæ, Carmelitarum, ac minorum, & S. Dominici.
Abbas S. Sebaſtiani, Abbas S Gregorij.

ORATORES, ET SENATOR Vrbis.

Illuſt. D. Albertus de Carpi, Maximiliani Romanorum Imp. electi Orator.
Magnificus D. Ioãnes Baptiſta Senator vrbis.
Magnificus D. Hieronymus Vich, Orator Catholici regis Hiſpaniarum.
Magnificus D. Michael Siluius, orator regis Portugalliæ
Magnificus D. Marcus Minius, orator dominij Venetorum.
Reuerendus P. D. Alexander Archidiaconus

nus Mantuanus, orator Marchionis Mantuani.
Magnificus D. Virgilius de Poetis, orator Bononieñ.

ILLVST. DOMINI TEMPORALES.

Honoratius Dux *Traiecti.
Illuſt. dominus Franciottus de Vrſinis.

Celebrata Miſſa per reuerendiſſ. dominũ Bernardinum Epiſcopum Sabineñ, Cardinalem ſanctæ Crucis, & facta oratione per Reuerendũ patrem dominum Maximum Epiſcopum Iſernieñ, cuius tenor ex more cõſueto ponetur in fine ſeſſionis preſentis. & cantato Euangelio ſecundũ Matthæum per Reuerendiſſimum dominum Bernardum ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem, quod incipit, Aſſcendens Ieſus in nauiculam &c. cantatisq; orationibus & litanijs conſuetis, ſanctiſſimus dominus noſter incepit hymnum, Veni creator ſpiritus. Quo finito, dominus Andreas ſecretarius Concilij aſſcendit ambonem, & legit quaſdam literas ſereniſſimi domini Maximiliani electi Imperatoris, quarum tenor talis eſt:

BEatiſſime pater, domine reuerendiſſime, nuncius beatitudinis V. apud nos reddidit nobis breue ſanctitatis V. in quo nobis ſignificat Illuſtrem victoriam Turcarum Tyrãni aduerſus Sultanũ Aegypti dominũ: noſq; toto animo hortatur, rogat, obteſtatur, vt ſanctã expeditionẽ aduerſus tam impiũ Chriſtiani nominis hoſtem ſumere velimus, & vnà cum beatitudine V. illius furorem cõprimere, & Chriſtianæ reipub. pariter cõſulere. Idq; etiã ex relatione præfati nuncij ſui intelleximus, & quo fidei amore, qua pietate optet animã ſuam pro ouibus ſibi cõmiſſis ponere. Quæ quidem res gratiſſima nobis, ſed & moleſtiſſima fuit. Quippe non potuimus non afflictim dolere Chriſtiano nomini inimiciſſimi tyranni tantam & tam nobilem victoriam: cui, vbi ille, quem optat, finem impoſuerit, ac ſuam ſibi potẽtiam firmauerit, in quos potiùs aut libentiùs debacchabit, quàm in miſeros Chriſtianos? Miſeros eos appellamus, qui quum opibus florẽtiſſimi ſint, viribus & animi magnitudine egregij: quorum virtuti non Aſia ſolùm cederet, ſed & ſi alter terrarũ orbis reperiretur: quaſi tamen nullibì locorum diuitiæ extent, niſi inter ipſos Chriſtianos, nullibì ciuitates, ſeſe inuicèm abſumũt: perfidos autem Chriſti hoſtes, hac & illac victores impunè vagari permittunt, quin & (ſi Deo placet) de ſemet triumphũ referre ſinũt: Cæterùm quum animo noſtro repetimus, q̃ nullus Deus fortis eſt, præter Deum noſtrũ, nullus porrò alius, qui cõuinciat gẽtes in fortitudine brachij ſui: in eam ſententiam deuenimus, vt pro certo habeamus, Turcarum victoriam Chriſtianis ſalutarem fore. Voluit enim diuina maieſtas per hãc cęcas Chriſtianorum aliquorum mentes illuminare, & dormientes excitare, ac ianuam pulſare, tempus iam eſſe ex ſomno ſurgere. Quæ nobis cogitantibus omis mœror ille à nobis recedit, & in lætitiam potiùs vertitur. Speramus enim iam propè futurum, cùm externæ & infidæ gentes agnoſcent Chriſtum Dominum Deum ſuum, neq; Turcarum tanta victoria nobis formidoloſa eſſe debet. Scim⁹ enim quotiès omnipotens deus hoſtibus ſuis vires dederit, vt ſuorum ſcelera ac peccata vlciſceretur. Nouimus etiã, quotiès voluerit fidos numinis ſui cultores parua manu ingentes hoſtium copias fundere. Sperauerunt in eo patres noſtri, ſperauerũt, & liberauit eos. *quaſi * for. quòd tam cæcæ aliquorum mentes erunt, quę tam ſi certis futuri exitij nuncijs nondũ reſipiſcãt, non tamẽ nobis deſperandum erit tali Pontifice, qualem multa ſecula non tulerunt. Scimus egregias virtutes, inclytas animi dotes beatitudinis V. & nũc cernimus, quo feruore, qua pietate pro commiſſo ſibi grege inſudet. Quæ quanquàm nobis gratiſſima ſunt, vnum tamen nobis ſummę admirationi fuit, admirationí ne an potiùs mœrori, quòd ſanctitas V. optat, vt Deus aures noſtras aperiat ad audiendam aliquando veritatis vocem: quaſi verò veritati aures hactenùs occluſerimus. Atquì ita de nobis reſpõdemus, nos nõ tam profundo ſomno ſopitos in hanc vſque horam obdormiuiſſe, vt hæc demùm Turcarum victoria nos excitaret, ſed diu antè prẽuidimus ea, quæ nunc ante oculos habemus, ſanctiſſimæq; memoriæ prædeceſſores ſanctitatis V. q̃ ætate noſtra vixerũt, monuimus, rogauimusq;, & per viſcera miſericordię dei obteſtati ſumus, vt Chriſtianę reipub. conſulerent. Quorum aliqui nobiſcum conſenſerunt, ſed tamen ſemper reperti ſunt, qui tam glorioſæ & tam deo acceptæ expeditioni inuiderent, & omni nixu nobis aduerſarentur. Quòd ſi illi ijdem ſanctitatis V. prędeceſſores viuerent, qui ætate noſtra fuere, redderẽt veritatis teſtimonium, & nobiſcum vnà Chriſtianæ reipublicæ tam lugubrem hoſtium victoriam ingemiſcerent, & ſponte ſua fateren tur expeditionem iſtam non hac tempeſtate magìs, quàm ſemper neceſſariam fuiſſe. Verùm Deo Opt. Max. gratias agim⁹, quòd maieſtas ſua nos potiſſimùm excitare voluit, beatitudine V. eius vicem gerẽte, & gregẽ ouium ſuarum egregiè tutante. Quæ ſi cœptum iter peregerit, duce virtute ſua, nullũ diſcrimen, nulla calamitas Chriſtianæ reipublicæ ſubeunda aut pertimeſcẽda eſt. Noſq;, quoad vita ſupererit, nunquàm deſeremus tam glorioſam prouinciam, tam neceſſariam, tam ipſi Deo acceptam: ſed opes, vires, ſanguinem noſtrum etiam ad certum exitium pro Chriſti fide conferemus. Non laboret in nobis itaque ſanctitas V. qui à teneris annis, cùm adhuc, quid eſſet bella gerere, per ætaRom. 13. Pſal. 22.

tem neſciremus,cùm tamen audiremus, eſſe Turcas,qui Chriſti religionem negligerent, odiſſent,perſequerẽtur,eos potiſſimùm cùm primùm licuiſſet, radicitùs euertere optabamus.Non laboret in nobis,qui vbi adoleuimus,& militarem artem didicimus,non eam ſcire voluimus ad Chriſtianorũ ciuitates occupãdas,ſed potiùs ad eas vindicandas è manibus Tyrannorum:non ad fines adimẽdos, ſed tuẽdos:nõ ad eorum dedecus,ſed ad laudem: non ad perniciem deniquè, ſed ad cuſtodiam:huiuſq; rei teſtes erunt cuncta bella quæ geſſimus ſemper inuiti,ſemper laceſſiti, ſemper coacti.Et nunc cùm videremus beatitudinem V. tot perſuaſionibus nos ad pacem & cõcordiam cohortari, & ita velle, pro bono Chriſtianitatis flecti nos permiſimus, & conditiones quaſcunque ſuſcepimus, ne mora vlla in nobis eſſet, ne per nos defuiſſe videretur,quin labanti fidei Chriſtianæ opitularemur:nẽve vnquàm vox iuſti corã Deo ſuper nos clamaret. Neque verò nos cohortetur ſanctitas V.qui poſtquàm Imperij ſceptrum ſuſcepimus, ipſi nũquàm deſtitimus, cum quocunque Pontifice agere,vt ſanctam hanc expeditionem ſuſciperet.Scimus enim eam & neceſſariam, & vtilem, & glorioſam fore.Excitet modò ſe beatitudo V. & Chriſti vexillum erigat,& cum reuerendiſſimis illis patribus iter feliciſſimè aduerſus hoſtes arripiat:nos comitabimur eam,& opes ac vires noſtras omnes conferemus. Neque ætas noſtra,quæ iam celeri gradu ad ſenectutem feſtinat, nos tantillùm morabitur: quin ſi mors illa,p Chriſti nomine optatiſſima obtigerit, reuiuiſcere nos ad æternam gloriam ſperamus.Sed quid de nobis dicimus?Nemo tam impudens erit, aut tam Chriſtiano nomini inimicus,qui ſi viderit Dei vicarium cũ reuerẽdiſſimis Cardinalibus bellum in Turcas mouentem,ac met in expeditionem euntem, non omni renunciata merce, etiam ad certam mortem conuolet. Imbecillis nimirùm ſexus, & infirma ætas beatitudinem V. ſequetur.Quare nos itidèm rogamus ſanctitatem V.imploramus,obteſtamur, vt prouideat, ne quid detrimenti Chriſtiana reſpublica capiat. Confirmet opinionem, quam omnes de ea conceperunt, ſuccurrat nutanti reipublicæ Chriſtianæ,líberet è faucibus ſæuiſſimorum luporum oues ſibi commiſſas. Neque expectet, quòd Chriſtiani Principes congregentur, (quippe longum illud eſſet, & fortaſſe periculoſum)ſed ſanctitas V. gladio nomini ſuper femur potentiſſimum cincta,iter auſpicatiſſimum ingrediatur. Quæ quanto magìs ab alijs principibus derelicta erit,tanto erit glorioſior, tantoq; magìs immenſa Chriſtianorum multitudo confluet, Deo victimas gratas offerri optantium. Nos verò qui aut vbi ſanctitatem V. deferemus, qui vltrò cupimus hãc fragilem & corruptibilem coronam,quam gerimus,cum illa precioſiſſima & æterna martyrij corona permutare?Neque verò ſubuereatur beatitudo veſtra Turcarum potentiam.Non tot apparatibus,non tanta bellatorum copia indigemus. Ipſe nanque Deus eſt pro quo certaturi ſumus. Ipſe docebit manus noſtras ad præliũ, Pſal. 17.
& ponet vt arcũ æreum brachia noſtra, ipſe dabit nobis protectionem ſalutis ſuæ, & dextera eius ſuſcipiet nos. Quòd ſi hęc tam ſancta deliberatio in auras euaneſcat,prout alię hactenùs fecerunt, neque alia expeditio fiat, tum ſummum illum rerum opificem obteſtamur,per nos non defuiſſe,quin vita & ſanguine noſtro Chriſtianæ reipub. conſuleremus: videbuntque gentes, & ipſe, cui nihil ignotum eſt Deus, nos nulla alia pro re magìs vnquàm elaboraſſe. Per quem verò deerit,is ſciat ſe rationem ante tribunal Dei redditurũ. Cętera intelliget ſanctitas V.ab Oratore noſtro,cui latiùs ſcribimus. Datum in oppido noſtro Mechliniæ,die vltima menſis Februarij,anno domini milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo. Regnorum noſtrorum Romani triceſimoſecundo, Hungariæ verò viceſimoſeptimo.

Maximilianus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,Hungariæ,Dalmatiæ,Croatię &c.Rex.Archidux Auſtriæ, Dux Burgũdię, Brabantiæ &c. Comes Palatinus &c.

Maximilianus.

Ad mandatum Cæſareæ Maieſtatis proprium.

Ia. de Panniſſis.

A tergo.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri & domino, Domino Leoni decimo,diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici,dño noſtro reuerendiſſ.

Quo finito,reuerendus pater domin⁹ Andreas epiſcopus Militeñ, aſſcẽdit ambonem, & legit quandam ſchedulam contra inuadẽtes domos Cardinalium. Qua perlecta,petijt an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula.Et reuerendiſſ. domino Franciſco epiſcopo Albaneñ non placuit narratiua,inquantùm narrabãtur caſus particulares. Reuerendiſſ.dño Antonio Cardinali S. Praxedis placuit,quo ad extenſiones canonum Bonifacij & aliorum Roma.Pontificum,diſponentes contra contemnentes reuerendiſſ.domi nos Cardinales, & in eorum res & bona manus violentas imponentes, alia verò non placuerunt. Et in eodem voto fuerunt Petrus tituli S.Euſebij,& Hadrianus tituli S. Chryſogoni,& Leonardus S.Petri ad Vincula. reuerendo patri domino Amadeo Epiſcopo Auguſteñ placuit,dummodò extendatur ad prælatos exiſtentes in eccleſijs eorum, quia patiuntur multas inſidias. Et in eadem opinione fuerunt Bareñ, Spalateñ, Vienneñ, ac *Monoueſieñ archiepiſcopi,necnon Ariminеñ,Potentiñ,& Poleñ Epiſcopi. Et propter vota

vota reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium ſupradictorum,ſchedula fuit aptata,in hunc,qui ſequitur,modum:

LEo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante Concilio. Temerariorum quorundã, qui S.R.E.Card.præcipuas Catholicę eccleſiæ columnas,ea,qua cõuenit,reuerentia obſeruare contemnunt,& in eorum res & bona manus violentas auſu ſacrilego inijcere non verẽtur,effrenata libido nos admonet & inducit,vt ad eorum audaciam,antequàm longiùs prorepat,comprimendam,ea quę à prędeceſſoribus noſtris in dictorum Card. dignitatis conſeruationem prouida ſunt conſideratione ſtatuta,pro illorum obſeruantia firmiore noſtrę innouationis munimine roboremus,extendamus & ampliemus, prout temporum qualitas exigit,& tam eminẽti in eccleſia Dei dignitate conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Sanè ab aliquibus citrà temporibus damnabilis quidam in Vrbe inoleuit abuſus & licentia delinquendi, quo dum Apoſtolica Sede vacante,per Cardin.in conclaui exiſtẽtes,de futuri Romani Pontificis electione tractatur,ſi qua de vno ex eiſdem Cardin.quòd in Pontificem ſit electus, vox prodeat,etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur,& ſuper ea diripienda,cum ipſius Cardinalis conclaue nondùm egreſſi familiaribus eam cuſtodientibus vi contendit: & ſi etiam effractis foribus, aut pariete effoſſo,aditus pateat,in prædã omnium bonorum,quæ ibi extant, hoſtiliter corruit,niſi armatorum præſidio defendatur. Nonnulliq́ue quandoque reperiuntur,ita temerarij & audaces,vt alijs etiam temporibus prætextu rixarum,domos Cardinalium boſtiliter & cum armis aggredi non vereantur: in eaq́ue morantes offendere & vulnerare,ex quibus Cardinalatus honori, quibus ſacroſancta militans eccleſia tanquam purpureo tota decoratur amictu, non parùm detrahitur,& eorum generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum ſcandalorum occaſio exhibetur.Nos igitur huiuſmodi temerarios conatus debita volentes animaduerſione reprimere, ſacro approbante Concilio, ſe.re.Honorij tertij & Bonifacij octaui Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum,contra aliquem dictæ eccleſiæ Cardin.hoſtiliter inſequentes, & illis præſentia, conſilio,aut fauore aſſiſtentes, eósve ſcienter receptantes aut defendẽtes,& eorum domos & ædes (vt ſuprà) inuadentes,& eorum
for. & diripientes *poſteros bona,editas cõſtitutiones authoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus,decernentes eas vbiq; debere perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominùs conſtitutiones eaſdem cum omnibus & ſingulis in eis contentis cenſuris & pœnis, ad omnes & ſingulas, perſonas cuiuſcunque ſtatus, conditionis & excellentiæ exiſtentes,qui alicuius dictorum Card.domum tam tempore dicti conclauis, etiam ſi in Roman.tunc Pontificem ſit electus,quàm aliâs quandocunq; & ex quacunque cauſa armata manu inuadentes, & in ea violenter aut hoſtiliter aliquid diripientes, aut quenquam ex inibì exiſtentibus vulnerantes,& eorum ſocios, & qui id fieri mãdauerint,vel factum eius nomine ratum habuerint, ac ipſis inuaſoribus conſilium in præmiſſis vel fauorem præſtiterint & defenderint,extendimus & ampliamus.Non obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationib⁹ Apoſtolicis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam noſtræ innouationis,decreti,extenſionis& ampliationis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum.Data Romæ in publica ſeſſione, in Lateraneñ ſacroſancta baſilica ſoleñniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptimodecimo, Decimoſeptimo Kalen.Aprilis,Pontificatus noſtri anno quarto.

¶Deinde reuerendus pater dominus *Marinus Patriarcha Aquileieñ,aſſcendit ambonem, & legit ſchedulam impoſitionis decimarum & abſolutionis Concilij.Cuius tenor talis eſt: *Marius

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,ſacro approbante Concilio. Conſtituti iuxta verbum Prophetæ,meritis licèt imparibus, ſuper gentes & regna, officij noſtri debitum decenter exequimur, cùm vniuerſi ſtatus eccleſiaſtici ac vniuerſalis eccleſiæ, eorumq́ue negociorum reformationem per nos vtiliter factam innouamus,& pro illius inuiolabili obſeruatiõe oportuna remedia adhibere,& eccleſijs Cathedralibus ac etiã metropolitañ, ne diutiùs ſuis paſtoribus careant,prouidere cogitamus, ac ad illa curis aſſiduis vigilamus, & operibus intendimus indefeſſis,per quę dominicum gregem curæ noſtræ commiſſum, in conſpectu diuinæ maieſtatis acceptum & obſequentem reddere valeamus. Turcas verò & infideles alios, tam in Orientalibus q̃ in Meridionalibus partibus conſiſtentes,qui veri luminis,veræq́ue ſalutis iter pertinaciſſima mentium caligine contemnentes, viuificæ Cruci, in qua Saluator noſter mortem vltrò ſuſcipere voluit, vt mortem noſtram moriendo deſtrueret,ac vitã ſacratiſſimæ vitæ ſuæ ineffabili myſterio repararet, inſidiantes, & hoſtes Deo odibiles, ac Chriſtianæ religiõis perſecutores acerrimos ſeſe reddũt, reprimere, ac infeſtiſſimis crebrisq; eorũ inſultib⁹,q̃bus in Chriſtianũ ſanguinẽ crudeli- Hier. 1.

ter debacchantur, non ſolùm ſpiritualibus, verùm etiam temporalibus muniti preſidijs, poſſimus authore & fautore Domino cõtrarire. Sanè cùm Fel. Rec. Iulius Papa ſecundus prędeceſſor noſter, ſacrum generale Laterañ Cõcilium, de venerabilium fratrum ſuorum S.R.E. Cardinalium, de quorũ numero tunc eramus, cõſilio & aſſenſu, laudabiliter, legitimè, & ex rationabilibus cauſis, ſpiritu ſancto cooperante, conuocaſſet, & in eo quinque ſeſſiones tenuiſſet, ac ſextam ſeſſionem indixiſſet: nos, quibus etiam in minoribus conſtitutis inſitum cordi deſiderium ſemper fuerat, generale Concilium, vt potè agri dominici culturam præcipuam, celebrari videndi, dicto Iulio prædeceſſore humanis rebus exempto, Diuina fauente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti, honeſto, vtiliq; deſiderio noſtro debitum ex iniuncto nobis curæ paſtoralis officio acceſſiſſe conſpicientes, rem hanc ardentiori voto, & tota animi alacritate ſuſcepimus, ac in dicta ſeſſione illius prorogationem ex tunc expreſſis & alijs cauſis noſtrum & dictorum fratrum animum mouentibus, de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu, ad certum tunc expreſſum tempus per nos factę, approbante eodem ſacro Lateraneñ Concilio, approbauimus, & Concilium ipſum vſque ad perfectionẽ cauſarum propter quas indictum extiterat, & p̃ſertim inter Principes & potentatus Chriſtianos bellis atrocibus pacatis, hoſtilibusq; armis depoſitis, vniuerſalis & firma pax componi valeret, pro qua tanquam pro ſaluberrimo bono, intactum nihil relinquendo, conatus omnes noſtros adhibere intendebamus, proſequi, & fine debito terminare velle: noſtriq; incommutabilis animi & intentionis fore & eſſe declarauimus, vt his, quæ ad Dei laudem eccleſiæq; præfatæ exaltationem, & Chriſti fidelium concordiam pertinent, abſolutis, ſancta & perneceſſaria expeditio contra Catholicæ fidei hoſtes fieri, feliciterq; de illis, altiſſimo fauente, triumphari poſſet: & vt ad tam perutile Concilium accedere debentes, ab acceſſu huiuſmodi nullatenùs retrahantur, nullamq; omninò cauſam prætendere poſſent, omnibus & ſingulis ad celebrationem Concilij per Iulium prædeceſſorem conuocatis, & ad dictum Concilium Laterañ venientibus, ipſorumq; venientium ſeruitoribus ad Concilium Laterañ ad vrbem huiuſmodi veniẽdi, & in ea liberè commorandi ſaluum cõductum, dicto ſacro Lateraneñ approbante Concilio, dedimus & conceſſimus, ac Reges & Principes hortati ſumus, vt pro ſedis Apoſtolicæ reuerentia venientes huiuſmodi non moleſtarẽt, ſed eos liberè venire permitterent: ac ſeptimam ſeſſionem indiximus, in qua cùm nihil magis affectaremus, quàm vt cauſæ vtiles & neceſſariæ, propter quas dictum Concilium Laterañ indictum fuerat, vt deſiderij noſtri erat, ad finem debitum perducerentur, tres Cardinalium aliorumq; prælatorum, qui cauſas huiuſmodi & alias conciliares materias audirent & diſcuterent, auditaq; & diſcuſſa in eodem Concilio referrent, particulares deputationes fecimus, atque mandauimus: quarũ quidem deputationum vna, pacis vniuerſalis componendæ inter Reges ac Principes Chriſtianos, quæ vna ex principalioribus cõgregationis Concilij præfati cauſa fuerat, & ſchiſmatis extirpationis: Altera, generalis reformationis, etiam curiæ: reliqua verò, diſcuſſionis & abrogationis pragmaticæ ſanctionis, & rerum Orthodoxam fidẽ concernentium, peculiarem curam haberẽt. Et cùm vnaquæque deputatio, quàm plura vtilia & neceſſaria diligenter examinauerint, & accuratè nobis retulerint, ac p̃ eos diſcuſſa & examinata in alijs quinque ſeſſionibus ſucceſſiuè per nos tentis, ſacro approbante Concilio, per nos fauente Domino abſoluta & terminata fuerint, proculdubiò cognoſcimus, Deum ipſum bonorum datorem pijs noſtris, & non niſi ad commune bonum tendentibus deſiderijs, pro ſua immenſa pietate & miſericordia plurimùm fauiſſe, ac nobis, vt quæ mente noſtra geſſimus, & circa quæ plurimùm laborauimus, videlicet vt Concilium ipſum cauſis, propter quas indictũ fuerat, iuxta votum terminatis, feliciter claudi & abſolui poſſet, conceſſiſſe. Chariſſimus nanque in Chriſto filius noſter Maximilianus in Imperatorem electus, Iulij prædeceſſoris præfati, noſtro verò tempore Cla. Me. Ludouicus Francorum Rex, & cæteri Reges & Principes Chriſtiani ſummo cum omniũ gaudio Laterañ Concilio in ſpiritu ſancto legitimè congregato adhæſerunt, ac Piſanum cõciliabulum per quoſdam nullam poteſtatem habentes indictum, & per eundem Iulium prædeceſſorem damnatum, iuxta ipſius Iulij prædeceſſoris ſententiam pro damnato habuerunt, & ſchiſma ex his pullulare cœptum, (quod ſemper dum viguit, quàm plurimas calamitates prelatis alijs Chriſti fidelibus ex diuerſis ſchiſmatũ temporibus & alijs generalib⁹ Concilijs hactenùs celebratis attuliſſe cõſtat) extinctum ac vniuerſalis eccleſiæ pax & vnio ſecuta extitit: necnon tam eccleſiaſticarum quàm ſecularium & aliarum perſonarum mores, quãtùm expedire viſum fuit, reformati: & nonnullæ cauſæ, orthodoxam fidem concernentes, terminatę: ac nonnullæ aliæ materiæ, in dictis tribus deputationibus Cardinalium & prelatorum diligenter examinatæ & diſcuſſæ, in dicto Concilio ſolerti cura expeditæ & terminatæ fuerunt: nobisq; per Cardinales & prælatos deputationum huiuſmodi pluries relatum fuit, nulla negocia eis diſcutienda, examinandaq; remanſiſſe, & à pluribus menſibus citra nulla prorſus de nouo à quoquam ad eos prolata fuiſſe: epiſcoposq;, in partem ſolicitudinis

Deputationes quæ & quot huius concilij.

nis ad curam gregis Dominici nobiſcũ perferendam vocatos, ac alios prælatos in dicta vrbe præter ſacrorũ Conciliorum conſuetudinem, cum eorũ & eccleſiarum ſuarum incommodo ac damno, diutiùs permanſiſſe.

Itaq; ex præmiſſis omnibus, quæ per nos & dictas deputationes in ipſo Concilio expediri deſiderabantur, ſola Regum & principum pax & animorum concordia reſtare videbatur: pro qua, qualis mens noſtra ſemper fuerit, quantúmve omni ſtudio noſtro circa illã componendam laborauerimus, cunctis literas à nobis emanatas legentibus apertiſſimè conſtare poteſt: nouitq; Deus ipſe, qui ſumma eſt omniũ rerum lux & veritas, quot precibus, quámve aſſiduis orationibus ab eo petere & implorare nunquàm deſiterimus, vt Chriſtianum gregem, cuius cuſtodiã nobis (licèt immeritis) commiſit, mutuo charitatis feruore accenſum, ad firmam ac perpetuam pacem ineundam pro ſua clementia inducere dignaretur. Et nihilominùs tam nuncijs noſtris, quos apud Maximilianum Imperatorem electum ac eoſdem Reges & Principes habem⁹, quàm literis, eos multis & efficaciſſimis rationibus, p̃ſertim ſi religioni Chriſtianæ & Catholicę fidei, in graue periculum ac diſcrimen propter tyranni Turcarum potentiam nuper dilatatam & auctam deducte, vt par eſt, conſulere & prouidere vellent, in Domino, cuius cauſa p̃cipuè agitur, hortati fuimus, ac ex eorum nunciorum, Regumq; & Principum ipſorum literis percepimus, exhortationes noſtras tantæ apud eoſdem Reges & Principes authoritatis & efficaciæ fuiſſe, illorumq; corda & animos adeò flexiſſe & cõmouiſſe, vt ferè inter oẽs pax tandiu à nobis pro reipublicæ Chriſtianæ vniuerſali bono deſiderata, animo concluſa fuerit, & ſi quid ſupereſt, propedièm componendũ (ipſo Deo fauente) ſperetur: quod mente animoq; noſtro ſubindè nobis reuoluentibus, exultat cor noſtrum in Domino noſtro Ieſu Chriſto, ipſiq; ſuper hoc gratias agimus omnium gratiarum largitori, quòd ipſos ad optatam nobis cõcordiam induxerit: ac per omnes Chriſti fideles ea ſigna lætitię, quæ in ſimilibus fieri conſueuerunt, & gratias Deo agendas, ipſumq; Deum, vt pax concluſa perduret, rogandum eſſe, cenſemus. Solùm itaq; ſupereſt, vt ſancta ac perneceſſaria contra infidelium rabiem, Chriſtianum ſanguinem ſitientium, expeditio capiatur: necnon omnia & ſingula, quę in vndecim ſeſſionib⁹ partim per nos, partim per Iulium prædeceſſorem huiuſmodi, hactenùs tentis, geſta & facta, potiori pro cautela, approbẽtur & innouentur, ac inuiolabiliter obſeruari mandentur. Habita igitur ſuper his cum fratribus noſtris & alijs prælatis matura deliberatione, ſacro approbante Concilio, omnia & ſingula in dictis vndecim ſeſſionib⁹ geſta & facta, ac literas deſupèr editas, cum omnib⁹ in eis contentis clauſulis, exceptis quibuſdam quę certis perſonis pro vniuerſalis eccleſiæ pace & vnione duximus cõcedenda, necnon executorum in illis deputatione Apoſtolica authoritate approbamus & innouamus, illaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus atq; mandamus, & illorum executores ad illa & in eis contenta obſeruari faciendum, in Ro. Curia gubernatorem almæ vrbis noſtræ, & vicarium noſtrum pro tẽpore exiſtentes, ac cameræ Apoſtolicæ generalem auditorem, qui perſonas ſibi reſpectiuè ſubiectas, ad id cogere & cõpellere valeant: extra verò eam, omnes & ſingulos locorum ordinarios deputamus, inhibentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, ne in præſenti Concilio geſta & facta ſine noſtra & dictæ ſedis licentia ſpeciali, gloſare aut interpretari præſumant. Ac fidei vrgente nos zelo, dictam contra infideles expeditionem, per nos & dictum Iulium prædeceſſorem, dictis cauſis Cõciliaribus expeditis, totiès in dictis ſeſſionibus propoſitam & promiſſam, & cum Oratoribus Regũ & Principum apud nos exiſtentibus pluriès cõmunicatam & diſcuſſam, piæ me. Nicolaum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, qui poſt Conſtantinopolitanæ vrbis calamitoſum excidium, ad vindicandas Chriſti iniurias & infidelium furorẽ reprimendũ, generalem contra eos expeditionem indixit, & quem ſolerti ſtudio Re. Me. Calixtus tertius, ac Pius ſecundus Rom. Pontifices etiam prędeceſſores noſtri imitati fuerunt, imitantes, ad triennium proximè futurum cum facultate per nos, vnà cum eiſdem fratribus noſtris, decimas fructuũ ex eccleſijs & monaſterijs, ac alijs beneficijs in vniuerſo orbe conſiſtentibus, imponendi & exigẽdi ac omnia & ſingula alia, quæ ad huiuſmodi expeditionem neceſſaria ſunt, & quæ in ſimilibus expeditionibus fieri cõſueuerunt, faciendi, ſacro approbante Concilio, ſumendam, faciendam, & proſequendam decernimus. Et vt felicem fortiatur effectum, pias, humiles, ac deuotas ad omnipotentem Deum preces iugiter fundimus, idémq; omnibus vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus faciendum mandamus, eoſdem Maximilianum in Imperatorem electum, ac Reges, Principes & potentatus Chriſtianos, quorum virtutem Deus excitare nos iubet, hortãtes, ac per viſcera miſericordię Dei noſtri Ieſu Chriſti obſecrantes, perq; tremendũ eius iudicium obteſtantes, vt ipſi, memores ſe de ipſa Eccleſia Chriſti ſanguine redempta, & per eos etiã propriæ vitæ non parcendo, tuenda & cõſeruanda rationem reddituros eſſe, omnibus inuicèm poſthabitis odijs, mutuiſq; diſſenſionibus ac ſimultatibus obliuioni perpetuæ demandatis, ad defenſionem Chriſtianæ fidei, ſicut proprio & neceſſario eorum incumbit officio, fortiter & potenter

tenter exurgant: & in tantæ neceſſitatis articulo, prout eorum fuerint facultates, prompta auxilia prębere ſtudeant, eoſdem nihilominùs paterno affectu monętes ac requirentes, vt pro ſummi Dei & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, pacem per eos initam, ſaltem dicta expeditione durãte, inuiolabiliter obſeruare procurẽt, ne tantum bonum, quod dextera Domini aſſiſtente ſecuturum ſperamus & optamus, aliqua interueniente diſcordia & diſſenſione, valeat impediri. Et ne prælati aç alij ad præſens Concilium, quod ferè quinquennium durauit, laboribus & expenſis vlteriùs fatigentur, & vt eorũ eccleſias viſitare & conſolari poſſint, ac alijs certis rationabilibus & iuſtis cauſis præſens Concilium abſoluimus, & cũ benedictione domini dimittimus, omnibusq́; & ſingulis in eo exiſtentibus ad propria remeandi, ſacro eodẽ approbante Concilio, licentiam concedimus. Et vt ad propria, aliquibus ſpiritualibus muneribus refecti, cumulatiori gaudio remeare poſſint, illis eorumq́ue familiaribus plenariam oñium peccatorum ſuorum remiſſionem & indulgentiam ſemel in vita, & in mortis articulo elargimur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, cõſtitutionis, mandati, deputationis, inhibitionis, decreti, monitionis, requiſitiõis, abſolutionis, dimiſſionis, cõceſſionis, & largitiõis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę in publica ſeſſione, in Laterañ ſacroſancta baſilica ſolẽniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptimodecimo, decimoſeptimo Kalẽdas Aprilis, Pontificatus noſtri anno quinto.

Qua perlecta, petijt, an placerent paternitatibus ſuis contenta in ſchedula. Et oñibus placuerunt, exceptis infraſcriptis, qui dederunt vota, prout infrà.

Adrienſi placent omnia, excepto, q̃p in confirmatione geſtorum per Concilium, placeret ſibi, quòd ad illa verba, oñia negocia: addantur iſta verba, ex propoſitis: ita quòd ſenſus ſit, quòd oñia negocia ex propoſitis fuerunt expedita.

Tranenſi non placuit clauſura Concilij.

Dyrrhachieñ, quo ad decimas placet, quãdo erit incepta expeditio contra Turcas.

Salamantino placet quo ad decimas, quãdo erit incepta expeditio: ſed quo ad diſſolutinem Concilij, non placuit.

Teruiſieñ placet, quòd cõfirmentur ea, quæ ſibi placuerunt in alijs: & quo ad decimas, quando erit incepta expeditio.

Graſſeñ, Chieñ, Montis viridis, Montis Marani placent, quo ad decimas, quãdo erit incepta expeditio.

Imolenſi nõ placuit de decimis ſimpliciter.

Ceruieñ, *Licieñ, Ferentiñ, Peruſiñ, Sorano, Macerateñ, & Nubieñ placent, quo ad decimas, prout Dyrrhachieñ & alijs, quando erit incepta expeditio.

Algareñ placet, quo ad decimas, q̃p obſeruet cõſuetudo antiqua, qñ fuit facta expeditio. *Vrgelleñ

Generali prędicatorũ *placet diſſolutio Cõcilij, in reliquis dixit ſe paratum obedire. for. *nõ placet

Et ſic collectis votis per ſcrutatores, & facta relatione Sanctiſſimo D. N. venerabilis vir domin⁹ Marius de Peruſchis, Procurator ſacri Concilij, petijt inſtrumentum & inſtrumenta omnium geſtorum.

Demum reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus, dominus Alexãder ſancti Euſtachij, S.R.E. diacon⁹ Cardinalis, alta & intelligibili voce cãtauit: Domini, ite in pace. & cantores capellæ domini noſtri, in eodem tono reſponderunt, Deo gratias. Et conſequenter inceperunt canticum, Te Deum laudamus. Quo finito, ſanctiſſimus domin⁹ noſter equitauit, comitantibus reuerendiſſimis dominis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & quàm pluribus alijs Illuſt. dñis, & redijt ad palatium Apoſtolicũ.

Maximi Coruini epiſcopi Iſernienſis, oratio in duodecima ſeſſione ſacroſancti Lateraneñ Concilij dicta 17, Kalendas Aprilis, anno dñi 1517.

SEDENTE LEONE X. PONT. MAX. ANNO V.

CVm ab ineunte ætate, ſanctiſſime pater, ſacri Principes atq; Pontifices, ſtatuiſſem eos, q̃ ob rem Apoſtolicam, laborem ocio, communem vtilitatem priuatę gratię, prędarã mortem caducæ vitæ, non anteferrent, malè de fide Catholica ſentire, & ab hinc fermè triginta annis in omni meæ vitæ ratione, pro huius Imperij fide, dignitate & authoritate, omne meum tempus, ſtudium, laborem, atq; induſtriam, etiam aduerſus hoſtes & inimicos, caſtè & integrè impendiſſem: nihilo ſeciùs, ex quo huius ſanctæ ſedis beneficio in hoc ſacrum collegium Pontificum cooptatus ſum, non obſcura res eſt, quot labores, pericula, diſcrimina, iacturas, carceres, calamitates, domi foriſq́ue, difficilimis huius ſacri Imperij temporibus, eius iuſſu ſubierim. Ex quibus, optimo cuiq; ſatìs datur cernere, quanto cum mei capitis periculo, hanc ſanctam ſedem iuuauerim, quanta cum innocẽtia inſimulantium inuidiam & ementientium calumniam peruicerim, & quanto meo cum labore viuat mecum ſimul exemplum tum priuatæ, tum publicæ fidei. Nunc quoniam hãc prouinciã in hoc ſacroſancto Laterañ Concilio mihi decreuiſtis, facilè intellexi, neque meorum laborum memoriã apud vos abolendam eſſe, neque veſtram erga me gratiam. Quare vt meo priſtino more, & veſtro obtẽperare

perare iudicio, & huic quoq; prouincię fructum afferre videar, ab ipſa Laodiceñ Concilij ſententia, q̃ Pontificem quenq; in oñi Concilio de oñi re atq; vtilitate totius Catholicę eccleſię dicere voluit oportere, breui & compendioſa dicendi ratione non diſcedam. Itaq; cùm in eo genere oñes ingenij vires aut periclitandæ, aut tanq̃ chordæ intendendæ ſint, & veſtræ aures ita caſtę & religioſæ haberentur, vt ſi quis ſe illis accõmodare velit, nõ ſolùm eleganter, verũ etiã Atticè dicat oportet, omnem meę orationis aditum, (ſicuti in ſacris fieri conſueuit) diuino numini conſecrare inſtitui. Quapropter te Deum ſolum Regem, te ſolum Dominũ, qui in vna ſubſtantia trium perſonarum, per ſimplicem, ſummam, fontalem & perfectam vnitatem, vnus ſupra oñe Concilium, & in omni Concilio, tam præſens, q̃ verus exiſtis, quem propter beneficia Chriſtianæ reipublicæ, optimũ: propter vim atq; potentiam, maximum nominamus, & qui meæ fidei laborumq́; meorum teſtis, ingenij atq; concilij adiutor, & orationis ac ditionis author ſemper exiſtis, precor & quæſo, vt ex tui diuini eloquij fonte, hodierna die mihi caſta & religioſa contingat oratio. Verũ (quod vitio dari ſolet) ne meę orationis membra, ab ipſo deprecatiõis capite abhorrere videãtur, dicam breuitèr, quàm res tanta dici poteſt, primò de origine & maieſtate Concilij, *dicam de myſterio & beneficio, poſtremò dicam de doctrina atq; virtute. In quibus oſtendam potiſſimùm, quãtùm Põtifices & ſacerdotes eccleſię, & quãtùm Pontificibus & ſacerdotibus debeat Chriſtiana reſpublica. for. *deindè

Cõcilij originẽ (ſicutì ego accepi) à deo Opt. Max. initium & formam ſumpſiſſe, ſatìs conſtat. Nam cùm in principio cælum & terrã creaſſet, cęlum ipſum in tres Principatus (quos Hierarchias vocant) inſtituit, ac quemlibet Principatum in totidẽ Angelorum choros diſtinxit. Quos cùm ipſe Princeps & parens Deus, vnitas prima, lux pura, diuina & infinita creaſſet, eos deiformes ſpiritus, mentes intellectus & intelligentiæ capaces, & quaſi oculos eſſe voluit, qui ad Deum ipſum cõuerſi, & ab eo diuinitùs excĭti, lucem, eſſentiam, vitam, & omnem perfectionem acciperent, & rurſus ita diuini & ſancti ignis imaginem præ ſe ferrent, vt primus Principatus (qui in cælo empyreo ſub Trinitatis ſede exiſtit) ſola luce diuinę vnitatis, nullis interiectis ſpiritibus, ſecũdus in cryſtallino eodẽ fulgore, per primum tranſmiſſo, extimus verò in ſapphireo orbe, quę firmamentũ vocant, radijs diuinæ maieſtatis, ex transfuſione ſecundi, qui ſecundus *laco ſupremi lumine cõſperſus inluſtraretur, & inluſtraret: purgaretur, & purgaret: perficeretur, & perficeret. Hic eſt fons diuinæ lucis, hæc origo atq; maieſtas cõcilij. Cuius quidẽ cõcilij cùm ſedem tum regnum Lucifer (qui vt alij, primæ: vt alij, ſecundæ Hierarchiæ Principatũ gerebat) ilicèt adfectaret, cælũ Trinitatis ſuperbia inuadere voluit. Vndè ingenti cum exercitu, qui fuit ex oñi choro Angelorũ, ſubitò tanq̃ fulgur in terram excuſſus, in monſtrum deformatus, & in barathrũ detruſus fuit. Cuius occaſu, diuini concilij regnum inluſtratum, purgatum, & perfectum eſt. Sed neq; ab re dictũ fuiſſe velim, Luciferum, fulguris in morem, cecidiſſe. Nam quid aliud ſuperbia eſt, niſi fulgur, cuius furor quanto magìs ardere videtur incurſu, tãto magìs ſubito occaſu extinguitur? Diuino igitur cõcilio in hũc modum illuſtrato, ſtatuit Deus, magno quoq; myſterio & beneficio terrã (hoc eſt, humanum genus, quod terra dicitur) illuſtrare, q̃ primùm veneno cadentium ſpirituũ, mox primi parentis noxa (quandò ſi Angelus nõ cecidiſſet, homo nõ peccaſſet) corrupta fuerat. Verùm cùm omnis cęlorum virtus, vehiculo lucis ad terram trãsferatur, Angelorum miniſterio (qui in extimo ſunt orbe, & quib⁹ ſacra myſteria, cæremoniæ, regna, vrbes, mortales curæ ſunt) factũ eſt, vt diuini concilij myſterium & beneficium in terram tranſueherẽtur, quibus poſſent animę corporibus clauſæ, diuini ſpiritus lumine, vi & gratia, per immortalis virtutis participationem (quam cum angelis habere videtur) in cælum trahi, quãdo, qui trahuntur ſpiritu, ij filij Dei ſunt, non autem Luciferi exemplo, qui non extolli, ſicuti cæteri Angelorũ chori, qui radijs diuinæ gratiæ illuſtrantur, ſed aſſcẽdere voluit. Demens, & ipſa quoq; ſuperbia demẽtior, cui tam p̃clarum munus à Deo collatum fuiſſet, ſi in fide permanſiſſet. Igitur Deus viuo oraculo elegit ſibi Põtifices & ſacerdotes, Moſen & Aaró, qui inter deſerta loca montis Oreb, gregẽ paſcebant, quorum monitis, ſignis & legibus ab Aegyptiorũ tyrannide liberati ſunt populi, promiſſam in terram ducti, cæleſti rore nutriti, ſubmerſi tyranni, debellati hoſtes, deiecta idolorum ſimulacra, deuorati ab ipſis terrę faucibus ſchiſmatis authores, formati mortalium mores, auctus Pontificum & ſacerdotũ numerus, conſtituti duces, principatus, cõuentus, collegia, ordines, inſtituta ſacra altaria, ſacrificia, deniq; prępotẽti deo tabernaculum (quod eſſet vnum in populo, & vnum in quolibet mortaliũ) conditũ eſt. Sed ne ſingulis in figuris meæ narrationis immorari videar, tacebo ipſius montis loca circumadiacẽtia, ſiccitatem omniũ doctrinarum (in quibus greges dñi fruſtrà paſcebãtur) ſignificare: Tacebo Moſen & Aaron à deo Opt. Max. Pontificalis & ſacerdotalis ordinis ſumpſiſſe originẽ, cuius ordinis doctrina & beneficio, ſpiritu ſancto authore, à ſeruitute vitiorum liberati populi, & viam rectã ingreſſi, ad promiſſum ſalutis regnum

3. Hierarchiæ Angelorum.

Luc. 10. c

perducerentur. Tacebo etiã, ſublata idolorum ſimulacra, diuerſorum tyrannorũ prauos animos, malis artibus imbutos, & variarũ diſciplinarũ prodigia, & vanitates oſtendere, quæ cùm mortalium vitam & ingenia captiuare aſſueſcerent, Euangelicę veritatis eloquio abolerentur. Aggrediar tamen, nõ tranſuerſis locis aut tranſlationibus, vt pleriq; faciunt hallucinatores, ſed veris ſentẽtijs, ab ipſo Moſis & Eſdræ ſecretioris doctrinæ ſenſu depromptis tabernaculi diuinum & neceſſarium opus. Cuius quidem ſi quæris ædificium, totũ ſpiritus, totũ Eccleſia, totũ cælum & Chriſtus eſt. Nam primò, quid ſibi volũt loca illa in eo ſancta, niſi vt pacem & ſanctitatẽ ſequamur, ſi deũ ipſum videre, ſi placidum & fautorem habere volumus? Quid columnæ argenteæ, niſi Pontifices & ſacerdotes, qui patiẽtia, fide, iuſtitia, pietate, continentia, doctrina & mentis candore, ſtabiles, firmi, nitidi, & præfulgentes ſint, vt ipſi quoq; Dei tabernaculũ fieri poſſint, quo ſancto impleri ſpiritu, diuino frui eloquio, & alios docere queant, ſi Pontifices, ſi ſacerdotes eſſe volunt? alioquì nõ columnæ, ſed vmbræ: nõ argenteæ, ſed plũbeę erunt & obtuſę. Quid candelabrum ſeptem luminibus diſtinctum, niſi ſeptifariũ ſanctiſpiritus lumen? Cuius fulgore Pontificum & ſacerdotum lumina ita noctes & dies accenderẽtur, vt ſemper vigilare, ſemper inſidias ſatanæ intueri poſſint. Quorũ lumbi caſtitate p̃cincti, ſpe firmi, bonis exẽplis robuſti, manus charitatis & fidei lucernis accenſas prętenderent. Quid alia? Ipſa enim menſa Chriſtus eſt, in qua duodecim panes *propiciationis, duodecim ſunt Apoſtoli, qui Ieſu Chriſti virtute atq; doctrina imbuti, panem quotidianum Angelorũ, panem ſalutis noſtræ, panem euchariſtiæ quo veſcimur, panem deniq; euangelicę doctrinæ & admirabilis, ac diuini verbi quod audiuimus, obtulerũt. Thuribulum, ſanctorũ oratiões & mortaliũ ſupplicationes, quę per ora ſanctorum aſſcenduut ad Deum. Quid illa duo altaria? vnum incenſi, hoc eſt, odor charitatis & fidei, qui Angelorũ miniſterio fertur ante tribunal, & ante ipſum ſancti & puri agni altare diuinum? alterum victimarum, in quo continentiæ cultro ſuperbiam quaſi taurum, arietem quaſi iracũdiam, hircum ipſam luxuriam, hœdum vitiorum fœditatem, & vitulum quaſi ſaginam omnium voluptatũ cupiditatumq́; immolare debemus? Arca teſtamenti, in qua ſecundæ legis tabulę, hoc eſt, nouum inſtrumentum Euangelicę veritatis, & Ieſu Chriſti myſteria (quę in arca eccleſię, in arca animorum noſtrorũ perpetuò erant permanſura) portendiſſe videtur. Virga Aaron, virga recti, virga regni, virga Pontificum & ſacerdotum, quę ſancta eſt inſtitutio, ſumma dignitas, & iuſta ac ſuprema iuriſdictio, & quæ non vitiorum vi, non terreo putris dominatus humore, ſed ſuo ingenito virtutis & dignitatis victitat ſucco, & vigore floreſcit diuinitùs. Vrna Mannæ auro intercluſæ, ſubtilis diuini verbi intellectus, & dulcis ſancti eloquij cibus, qui non aurario in plumbo obliquæ & obtortæ diſſimulationis, ſed ipſo puro in auro fidei ſeruatus, Pontificum & ſacerdotũ miniſterio, peregrinantibus in hoc vitæ curriculo ſenſim exhibetur. Ipſas etiam gẽmas, coccum, byſſum, purpuram, hyacinthum, & quorum ornatu, ſæpè Angeli coruſcare videntur: nitorem, mũditiam, ſcientiam, charitatem, iuſtitiã, ſpem, fidem, & cæteras virtutes, quas tametſi totius eccleſię, tñ Pontificum & ſacerdotum ornatus & indumenta eſſe ſatìs conſtat. Vna & altera Cherub, quę ſupra arcam explicatis alis ſunt poſitæ, ſciẽtiæ, intelligentiæ & ſapientiæ fulgores, ab illa pura, diuina, & infinita luce per tranſennam eccleſiæ, in animos Pontificũ & ſacerdotum tranſmiſſos, accendunt. At verò ſancta ſanctorum quæ ſemel duntaxat intrare fas eſt, cælum ipſum *oſtendere, vbi in latiſſima & lucidiſſima regia, quã vigor humanę mentis penetrare nequit, perpetua in maieſtate atq; vnitate cũ patre & ſpiritu ſancto, Ieſus Chriſtus ſuper Seraphim charitatis igne incendit, ſuper Cherubim intelligẽtiæ ſplendore fulget, ſuper verò thronum ſedet iudex ſeculorũ. Infelix Iudæa, quæ cùm per tot annos ſediſſet ſuper cathedram Moſis, & ſpirituſſancti ſacrarium ſępè extitiſſet, nõ in Abraham, non in Iſaac, non in Iacob, nõ in Moſe tabernaculum intellexit: qui cùm per ſanctitatem Deum excoluiſſent, non excaducis arborum frondibus, ſicuti ſuperſtitioſa & cæca Iudæorũ turba quotannis facere, conſueuit, ſed ex virentibus virtutum omnium ramis ita animos formauerunt, vt ſinguli, Dei tabernaculum & ſpirituſſancti ſacrarium fierent. Infelix Græcia, quę olim humanarum rerum arbitra, atq; omniũ doctrinarum inuẽtrix, & orbis terræ flos ſemper extitit, vſqueadeò ab hinc cẽtum annis pertinaciter illam caſtam & ſanctã Hilarij, Athanaſij, Chryſoſtomi, Cyrilli, Pamphili, Hierothei, Epiphanij, Baſilij, Gregorij, & aliorum ſanctorum patrum doctrinam deſeruit, vt ea deſerta, collapſa ſit religio: qua collabente, ita corruit Imperium, vt hodiè non ſolũ ab illo ſancto tabernaculo abhorrere, verùm etiã fidei & doctrinæ ignara videatur. Infeliciáne dicam, an ingrata Chriſtianæ reipublicæ regna atque imperia, quæ nequiſſimorũ ſpirituũ fallacijs, & ſuperbo tyrãnorum dñatu cùm diu captiuata eſſent, ac Ieſu Chriſti myſterio, & Apoſtolorũ, Põtificũ & ſacerdotũ beneficio in tabernaculũ recepta fuiſſent, tãta diſcordię, cupiditatis, & luxus infelicitate, tãta bonorũ ingratitudine tenenẽ, vt iure, multò infeliciſſima & ingratiſſima dici poſſint? quid eñ in huma-

Tabernaculi veteris myſtica interpretatio.

for. *propoſitionis

for. *oſtẽdunt,

na natura infelicius, quid miſerius eſſe poteſt illo, quem nimia inſperatę fortunę aura euexit, quem nimia diuitiarũ affluentia impleuit, necdum expleuit, & quem nimia felicitatis opinio corripuit? quid etiam ingratius, quid deteſtabilius, q̃ nulla beneficiorũ memoria, ſicuti noſtra tempeſtate omnibus datur cernere, nullis laborũ & virtutũ meritis tangi, aut nulla eos gratia proſequi, qui vt grati viderẽtur, ſub ipſo laborũ faſce defeſſi, ſpoliati, vexati, euerſi, afflicti, & necati ſunt, quorum merita non ſolùm perpetuæ obliuioni tradita, verùm etiã qui viuũt, ab oñi honoris aditu aut excluduntur, aut vexantur aſſiduè? Rurſus verò, quid infelicius & ingratius ſimul eſſe videtur, q̃ nullo virtutis p̃mio (in quo humana felicitas collocata eſt) adduci, nullo Iudæorũ aut Græcorum exemplo vitam in melius inſtituere, ſuper modiũ voluptatum ſedere, animi vigorem pro fide Catholica non accendere, finitimis & ſocijs arma inferre, Oriẽtis Imperium (quod totiès declamatum, acclamatum, & conclamatum eſt) nõ vindicare, tot populorum ſeruitutem nõ reſpicere, corruenti tabernaculo eccleſiæ nõ occurrere, infelicitatis & ingratitudinis pœnam nõ expaueſcere, deniq; nulla iuſtitia, nulla pietate, nullo Dei metu p̃moueri? Atrox eſt eñ, ferum & inhumanum, ita ſuis cupiditatibus incubare, ita ſibi indulgere, ita ſui obliuiſci, ita fortunam non metiri ſuam, vt aliorũ calamitates, labores, iacturas, merita, virtutes, benefacta, aut neglexiſſe, aut toto pectore non excepiſſe videatur. Sed ô ferrea, deuia, & dura tempora, ô cupiditatũ cæcam & diuturnã curam, ô miſeram beneficiorũ obliuionem, & ô tenacem, noxiam, atq; ſuperbam ingratitudinis naturam, infinitamq́ue duritiem, q̃ quanto magìs tuarum cupiditatum venenis indulges, tanto magìs mortalium odia acuis, vitę labores exaggeras, animi anxitudinem accumulas, pietatis lumen extinguis, atq; vltoris Dei iram, furoremq́; tibi aſſiduè prouocas. Nũc verò de doctrina atq; virtute, quarum tametſi magnus eſt campus, tñ omnia in breuiſſimam arcam à me deducenda erunt. Omnis enim quæ à Magis, Chaldæis, gymnoſophiſtis, Bragmanis, Dryidis, Vatibus, Pythagoricis, & cæteris Philoſophis effluxit ſapientia, tam vana & incerta, q̃ inanis & ſuperſtitioſa ſemp viſa eſt, & ſicuti in prouerbio, ingenita leuitas, & erudita vanitas. Docuit diuino eloquio Moſes Dei diſcipulus, cùm primas veteris diſciplinæ tabulas confregiſſet, ſecundas verò digito dei viui (hoc eſt, virtute verbi humanati) inſcriptas, in quibus Euangelicæ veritatis myſteria cõtinebantur, in arca teſtamenti, quod Chriſti morte ſancitũ eſt, ſeruãdas duxiſſet. Docuit Salomon rex, cùm opulentiſſimum Dei templũ, ad illius ſanctiſſimi tabernaculi exemplũ, pro abrogatione vet[illegible]ius & diſciplinæ, ac receptione nouæ & Euãgelicæ doctrinæ, à fundamentis ędificaſſet: cuius velũ, in quo ſancta ſanctorũ erant, & tanq̃ cælũ ab alijs partib⁹ diſcludebanẽ, in morte Chriſti ſciſſum eſt, vt diuina myſteria humano generi manifeſta fierẽt, & vt per altioris Euangelij ſacramentũ atq; eius virtutem, tum primùm mortalibus viam, ad illã veram ſapientiã & cæleſte Regnum, patefactã eſſe oſtenderet. Poſtremò docuit Chriſtus, ſolus magiſter & Põtifex futurorũ bonorum, cùm tẽplum & tabernaculum nõ manu factũ, ſed maius & perfectius, hoc eſt, ipſum cælum, p̃ ſe ferret, cuius ſemel nõ per ſanguinẽ hircorũ aut vitulorũ, ſed per proprium cruorẽ primus introiuit ſancta ſanctorum, admirabilẽ, p̃fectam, ſanctã atq; diuinam ſapientiã & doctrinam, vita, virtute & eloquio docuit & oſtẽdit, ſuos Pontifices & ſacerdotes in terris conſtituit, diuino igne adflauit, legatos ſpirituſſancti elegit, columnas eccleſię effecit, eccleſiã eorum humeris impoſuit, & p̃cones diuini eloquij eſſe voluit: atq; ſicuti ipſe miſſus à patre ſub legibus fuerat, identidẽ eos in vniuerſum terrarum orbẽ, tanq̃ agnos inter lupos miſit, nõ vt vanã & vacuã Barbarorum, Græcorum, Latinorúmve ſapientiã docerent, ſed vt oñi creaturæ Euãgeliũ, Euangeliũ dico, euangeliũ p̃dicarent.

Matt. 27.

Heb. 9. cd

Luc. 10. a

Marc. 16. d

Eſt igitur Euangelij inſtrumentum, ſola intelligentia, ſola diſciplina, & ſola, vera, caſta & ſancta ſapientia: cuius non mortalis, ſed ipſe Deus Opt. Max. author, effector, & illuſtrator exiſtit: ex quo quidẽ Euãgelio, omnium doctrinarum, virtutum & rerum diuinarum atq; admirabilium, tanquàm ex Oceano, cùm venæ tum fontes effluxerũt. Quorum ſanctos latices cùm Pontifices & ſacerdotes ebibiſſent, dæmonia & dæmoniorum miniſtros (qui per tyrannidem Catholicæ fidei cultoribus aqua & igni interdixerãt) eiecerunt: ſerpentes, vitia, ſchiſmata, hæreſes & hæretiſtas, atq; eorum p̃digia (quorum venenum terrã oñem ſubuerterat) ſuſtulerũt: Linguis loquuti ſunt nouis, cùm ſanctiſpiritus eloquio pleni, mortales ad pœnitentiã permouerẽt, ac diuinæ ſapientiæ arcana, tot editis voluminibus, nobis aperirẽt: Mortiferum poculum impunè biberunt, cùm nullis illecebris, nullis cupiditatib⁹ tacti, per medios venenorum potus, ignes, gladios, aculeos, interitus & mortes, vitã & immortalitatẽ inuenirent. Deniquè ſup ægros manus impoſuerunt, cùm eccleſiã, fidem, atq; religionem, ægras, exanimes, & iam collabentes, ad ſanitatẽ, vitã, & in ſuã ſedem reſtituerent, corporum ægritudines curarent, ſordes animorum delerẽt, ac ſolo ſancto & ineffabili Ieſu Chriſti nomine oẽs ad ſalutem reducerent. Quorum illuſtres animæ, reb⁹ ſanctè & feliciter geſtis, ea via, qua Ieſus Chriſtus victor & triumphator

ad patrem assendit,semel duntaxat sancta sanctorum ingressæ, diuinum templum & tabernaculum tot varijs stellis,tot innumerabilibus luminibus,tot claris sideribus ita ornârunt,vt eorũ fulgoribus assiduè sacrosancta illustretur,purgetᵉ,& perficiatur ecclesia.Quapropter te in primis sanctissimũ patrem,qui Pontificum & sacerdotũ omnium Pontifex optimus maximus existis, deinde vos sacros Principes, qui tanq̃ viuę leges in senatu assiduè consistitis, maximè & q̃ maximè decet,cùm pro diuini cõcilij maiestate,tum pro sacrosanctę ecclesiæ dignitate,quiete & authoritate hunc ordinẽ sacrorum Põtificum & sacerdotũ, quos Deus elegit,Iesus Christus instituit,spiritussanctᵘˢ firmauit, ac vestra mẽbra, vestros Angelos, quos ad manum haberetis,& quos in vniuersum mitteretis,esse voluit:in sacrosancta Catholica & Apostolica ecclesia,cuius onus (vt hoc sanctum Imperiũ latè propagarent) suppositis humeris per tot annos sustinuerunt,labores obiẽrunt, insectationes, iniurias,pericula,cruces & cruciatus subiẽrunt, ob tot meritorum magnitudinem, ac eorũ ipsorum p̃cipuam dignitatem, fidem,virtutem,doctrinã,constantiam,patientiam atq; vigiliam,quibᵘˢ maximè addicti sunt, in ea, quá diuini verbi eloquio à Deo acceperũt, gratia,potestate,& libertate seruare,colere, ornare,honestare:vt & sua sibi reddatur ecclesia,& vt ecclesiæ dignitas, dignitati authoritas, authoritati Christiana Respublica,Christianæ verò reipublicæ,pax,iustitia, pietas,& ipsa Iesu Christi sacra & sancta institutio restituatur.

Dixi.

FINIS.

¶ Explicit Lateranẽ Concilium, extractũ à proprio originali, Romæ per Iacobũ Mazochium Romanæ academiæ Bibliopolã, de mandato sanctissimi dñi nostri, dñi Leonis Papę 10. Pontificatus sui anno octauo,25.Mensis Octobris,1520.

BVLLA APOSTOLICA

LEONIS PAPAE X. CONTRA ERRORES MARTINI Luteri & sequacium.

LEO episcopus seruus seruorũ dei, ad perpetuã rei memoriam. Exurge dñe & iudica causam tuam: memor esto improperiorũ tuorũ, eorum q̃ ab insipientibus fiunt tota die: inclina aurem tuã ad pretes nostras, qm̃ surrexerũt vulpes q̃rentes demoliri vineã, cuius tu torcular calcâsti solus, & assensurus ad patrem, eius curã, regimen,& administrationẽ Petro tanq̃ capiti,& tuo vicario, eiusq; successoribus instar triumphãtis ecclesiæ commisisti.Exterminare nitiᵉ eam aper de sylua,& singularis ferus depascatᵉ eam. Exurge Petre,& pro pastorali cura p̃fata tibi(vt p̃fertur)diuinitùs demãdata, intende in causam S.R.Ecclesiæ,matris oĩm ecclesiarũ, ac fidei magistrę:quã tu,iubente Deo,tuo sanguine cõsecrâsti:cõtra quã,sicut tu p̃monere dignatus es, insurgunt magistri mendaces,introducẽtes sectas perditionis, sibi celerem interitum superducentes:quorũ lingua ignis est,inquietũ malũ, plena veneno motifero:q̃ zelum amarũ habentes & contentiones in cordibᵘˢ suis,glorianᵉ & mẽdaces sunt aduersus veritatẽ.Exurge tu quoq; q̃sumus Paule,qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuminâsti atq; illustrâsti. Iam em̃ surgit nouus Porphyriᵘˢ, quia sicut ille olim sanctos apostolos iniustè momordit,ita hic sanctos pontifices p̃decessores nostros cõtra tuã doctrinã eos nõ obsecrando,sed increpãdo,mordere,lacerare,ac vbi causę suę displicuit,ad cõuicia accedere nõ vereᵗ,more hæreticorum,quorum (vt inquit Hieronymus) vltimũ p̃sidium est,vt cùm conspiciãt causas suas damnatum iri,incipiãt virus serpentis lingua diffundere: & cùm se victos cõspiciant,ad cõtumelias prosilire. Nam licèt hæreses esse, ad exercitationẽ fidelium, tu dixeris oportere,eas tñ,ne incrementum accipiant,néve vulpeculæ coalescãt, in ipso ortu,te intercedente &adiuuante,extingui necesse est.Exurgat deniq; ois sanctorũ ac reliqua vniuersalis ecclesia, cuiᵘˢ vera sacrarum literarum interpretatione posthabita, quidã,quorum mentem pater mẽdacij excæcauit, ex veteri hæreticorum instituto, apud semetipsos sapiẽtes, scripturas eãdem aliter q̃ spiritussanctus flagiter, proprio dũtaxat sensu,ambitionis, auræque popularis causa,teste Apostolo,interpretant, imò verò torquent & adulterant: ita vt iuxta Hieronymum, iam nõ sit euangelium Christi, sed hominis,aut quod peiᵘˢ est, diaboli. Exurgat,inquã,p̃fata ecclesia sancta Dei,& vnà cum beatissimis apostolis p̃fatis, apud Deũ oĩpotentem intercedat, vt purgatis ouiũ suarum erroribᵘˢ, eliminatisq; à fidelium finibus hæresibus vniuersis,ecclesiæ suæ sanctæ pacem & vnitatem cõseruare dignetur. Dudùm siquidẽ,quod p̃ animi angustia & mœrore exprimere vix possumᵘˢ,fide dignorum relatu ac fama publica referẽte, ad nostrum puenit auditũ:immò verò, proh dolor,oculis nostris vidimus ac legimus multos & varios errores, quosdã videlicet iam per cõcilia ac p̃decessorum nostrorũ cõstitutionᵉ dãnatos,hæresim etiã Græcorũ & Bohemicã expressè continentes: alios verò respectiuè vel hæreticos,vel falsos,vel scandalosos,vel piarũ auriũ offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, à falsis fidei cultoribus, q̃ per superbã curiositatẽ mũdi gloriã cupiẽtes, cõtra Apostoli doctrinã pl⁹ sapere

Psal.73.d

Ioan.21.

2.Pet.2.a

Iaco.3.b

1.Cor.11.d

2.Tim.4.a

sapere volunt,q̃ oporteat: quorũ garrulitas (vt inquit Hieronymus) sine scripturarum authoritate nõ haberet fidem,nisi viderenᵗ peruersam doctrinam etiã diuinis testimonijs,malè tñ interpretatis,roborare.A quorũ oculis Dei timor recessit, humani generis hoste suggerente, nouiter suscitatos, & nup apud quosdã leuiores in inclyta natione Germanica seminatos. Quod eo magìs dolemus ibi eueniss̃e,q̃ eandem nationem & nos,& prędecessores nostri, in visceribus semp gesserimus charitatis.Nã post translatum ex Grecis à Romana ecclesia in eosdẽ Germanos imperiũ,ijdem p̃decessores nostri & nos,eiusdẽ ecclesiæ aduocatos,defensoresq; ex eis semp accepimus. quos q̃dem Germanos,catholicæ veritatis verè germanos,cõstat hæresum acerrimos oppugnatores semp fuisse,cuius rei testes sunt laudabiles illæ cõstitutiones Germanorũ Imperatorũ pro libertate ecclesię,proq; expellẽdis exterminandisq; ex oñi Germania hereticis,sub grauissimis pœnis etiã amissiõis terrarũ & dñiorum,cõtra receptatores vel nõ expellentes olim editę, & à nostris p̃decessoribus cõfirmatę:q̃ si hodiè seruarentur,& nos &ipsi vtiq; hac molestia careremus.Testis est in cõcilio Constantien̄ Hussitarũ ac Vuicleffistarũ,necnon Hieronymi Pragen̄ dãnata ac punita pfidia.Testis est totiès cõtra Bohemos Germanorũ sanguis effusus. Testis deniq; est p̃dictorũ errorũ seu multorũ ex eis per Colonien̄ & Louanien̄ vniuersitates,vtpotè agri Dñici pijssimas religiosissimasq; cultrices,nõ minùs docta q̃ vera ac sancta cõfutatio,reprobatio, & dãnatio. Multa quoq; alia allegare possemus,q̃,ne historiã texere videamur,p̃termittenda cẽsuimus.Pro pastoralis igitur officij diuina gr̃a nobis iniũcti cura,quã gerimᵘˢ,p̃dictorũ errorũ virus pestiferũ vlteriᵘˢ tolerare seu dissimulare,sine Christianę religiõis nota atq; orthodoxę fidei iniuria,nullo modo possumus.Eorũ aũt errorũ aliquos p̃sentibus duximus inserẽdos, quorũ tenor sequiᵗ & est talis: ¶ Hęretica sententia est,sed vsitata, Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam illis dare,qui non ponunt obicem.

Primę Luteri hæreses.

In puero post baptismũ negare remanens peccatũ,est Paulũ & chr̃m simul cõculcare.

Fomes p̃cti,etiã si nullũ adsit actuale p̃ctm̃, moraᵗ exeũtẽ à corpore aĩam ab ĩgressu cęli.

Impfecta charitas morituri, fert secũ necessariò magnũ tĩorẽ,q̃ se solo satìs est facere pœnã Purgatorij,&impedit ĩtroitũ regni.

Tres esse partes pœnitentiæ, contritionẽ, confessionem & satisfactionem,nõ est fundatũ in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus.

Contritio quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorũ, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ ponderando peccatorum grauitatem,multitudinem,fœditatẽ,amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem,hæc contritio facit hypocritam,immò magìs peccatorem.

Verissimum est prouerbium,& omnium doctrina de contritionibus hucusq̃ data præstantius, decæterò non facere, summa pœnitentia:optima pœnitentia,noua vita.

Nullo modo p̃sumas cõfiteri p̃cta venialia, sed nec oĩa mortalia,quia impossibile est,vt oĩa mortalia cognoscas.Vndè in primitiua ecclesia solũ manifesta mortalia cõfitebãᵗ.

Dum volumus omnia purè confiteri, nihil aliud facimus,q̃ quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

Peccata nõ sunt vlli remissa,nisi remittẽte sacerdote,credat sibi remitti: immò peccatũ maneret,nisi remissum crederet:non em̃ sufficit remissio peccati, & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

Nullo modo confidas absolui propter tuã contritionem,sed propter verbum Christi, Quodcunq; solueris &c.Hìc, inquam, cõfide,si sacerdotis obtinueris absolutionẽ, & crede fortiter te absolutũ, & absolutus verè eris,quicquid sit de contritione.

Si p̃ impossibile cõfessus nõ esset cõritus, aut sacerdos nõ seriò,sed ioco absolueret,si tñ credat se absolutũ,verissimè est absolutᵘˢ.

In sacramẽto pœnĩæ ac remissione culpæ, non plùs facit Papa aut eps,q̃ infimus sacerdos:immò vbi nõ est sacerdos,q̃ tñ q̃libet chr̃ianus,etiam si mulier aut puer esset.

Nullus debet sacerdoti respõdere,se esse contritum,nec sacerdos requirere.

Magnus est error eorũ q̃ ad sacramẽta Eucharistię accedũt,huic innixi,q̃ sint cõfessi, q̃ nõ sint sibi cõscij alicuius p̃cti mortalis, q̃ p̃miserint oratiões suas &p̃paratoria,oẽs illi ad iudiciũ sibi mãducant & bibũt: sed si credant & cõfidant se gratiã ibi consecuturos,hęc sola fides facit eos puros & dignos.

Consultũ videᵗ, q̃ ecclesia in cõmuni cõcilio statueret laicos sub vtraq; specie communicãdos,nec Bohemi cõmunicantes sub vtraq; specie,sunt hęretici, sed schismatici.

Thesauri ecclesiæ,vndè Papa dat indulgẽtias,non sunt merita Christi & sanctorum.

Indulgentię sunt pię fraudes fidelium, & remissiones bonorum operum : & sunt de numero eorum quæ licent, & nõ de numero eorum quæ expediunt.

Indulgẽtiæ his q̃ veraciter eas cõsequunᵗ, non valent ad remissionẽ pœnę q̃ peccatis actualibus debitę apud diuinam iustitiam.

Seducuntur credentes indulgentias esse salutares,& ad fructum spiritus vtiles.

Indulgẽtiæ necessariæ sunt solùm publicis criminibus,& propriè conceduntur duris solummodò & impatientibus.

Sex generibus hominum indulgẽtię nec sunt necessarię,nec vtiles:videlicet mortuis seu morituris,infirmis, legitimè impeditis,

his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt, sed non publica, his qui meliora operantur. ¶Excómunicationes sunt tm̃ externæ pœnæ, nec priuant hoīem coībus spūalibꝰ ecclesiæ oratiōibus.

Docēdi sunt Christiani plùs diligere excommunicationem, quàm timere.

Romanus pōtifex Petri successor, nō est Christi vicarius sup oēs totius mūdi ecclesias ab ipso Christo in B. Petro institutus.

Verbum Christi ad Petrum, Quodcunq; solueris super terram &c. extenditur duntaxat ad ligata ab ipso Petro.

Certum est in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus nō esse, statuere articulos fidei, immò nec leges morum seu bonorum operū.

Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret: adhuc nō est peccatum aut hæresis, contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium vniuersale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta est enarrādi authoritatē cōciliorum, & liberè cōtradicendi eorū gestis, & iudicādi eorum decreta, & cōfidenter cōfitendi, quicquid verū videt, siue probatū fuerit, siue reprobatū à quocūq; cōcilio.

Aliqui articuli Ioannis Huss condemnati in concilio Cōstantien̄, sunt Christianissimi, verissimi, & Euangelici, quos nec vniuersalis ecclesia posset damnare.

In omni opere bono iustus peccat.

Opꝰ bonū optimè factū, est veniale pctm̃.

Hæreticos cōburi, est cōtra volūtatē spūs.

Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.

Nemo est certus, se nō semp peccate mortaliter ꝓpter occultissimum superbię vitiū.

Liberū arbitriū post pctm̃, est res de solo titulo: & dum facit quod in se est, peccat mortaliter. ¶Purgatoriū non potest probari ex sacra scriptura, quę sit in canone.

Animę in Purgatorio nō sunt securæ de eorum salute, saltē oēs: nec probatū est vllis aut rationibus aut scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut augendæ charitatis.

Aīæ in Purgatorio peccant sine intermissione, q̄diu q̄runt requiē, & horrent pœnas.

Aīæ ex Purgatorio liberatæ suffragijs viuētium, minùs beanť q̄ si p se satisfecissent.

Prælati ecclesiastici & prīcipes seculares nō malefacerēt, si oēs saccos mēdicitatis delerēt

Qui quidē errores, respectiuè, q̄ sint pestiferi, q̄ pnicioſi, q̄ scandaloſi, q̄ piarum & simpliciū mentium seductiui, q̄ deniq; sint contra oēm charitatē, ac S.R.E. matris oīm fideliū, & magistræ fidei reuerētiā atq; neruū ecclesiasticæ disciplinę, obedientiam ſ. q̄ fons est & origo oīm virtutū, sine qua facilèvnusquisq; infidelis esse cōuincit, nemo sanę mentis ignorat. Nos igit̄ in p̄missis, vtpotè grauissimis, ꝓpensiùs (vt decet) procedere, necnō huiusmodi pesti, morboq́; cancroso, ne in agro dn̄ico tanq̄ vepris nociua vlteriùs serpat, viam p̄cludere cupiētes, habita super p̄dictis erroribus & eorū singulis diligenti trutinatiōe, discussione, ac districto examine, maturaq́; deliberatione, oīmbusq́; ritè pensatis ac sæpiùs ventilatis cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, ac regulariū ordinum Prioribus seu ministris gn̄alibus, pluribusq́; alijs sacrę theologiæ, necnō vtriusq; iuris ꝓfessoribus siue magistris, & quidē peritissimis: reperimus eosdem errores, respectiuè (vt p̄fertur) aut articulos non esse catholicos, nec tanq̄ tales, esse dogmatizādos, sed cōtra ecclesiæ catholicæ doctrinā siue traditionē, atq; *ab ea verā diuinarū scripturarū receptā interpretationē, cuius authoritati ita acquiescēdum censuit Augustinus, vt dixerit se euangelio non fuisse crediturū, nisi ecclesiæ Catholicæ interueniſſet authoritas. Nā ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo vel aliquibus palàm sequitur, eandem ecclesiā, q̄ spūsancto regit̄, errare & semper errâsse. Quod est vtiq; cōtra illud, quod Christus discipulis suis in assensione sua (vt in sancto euangelio Matthęi legitur) promisit, dicens: Ego vobiscum sum vsq; ad cōsummationem seculi. Necnon cōtra sanctorū patrum determinationes cōciliorum quoq; & summorū pontificū expressas ordinationes seu canones: quibus nō obtemperasse, oīmium hæresum & schismatū, teste Cypriano, fomes & causa semper fuit. De eorundē itaq; venerabilium fratrum nostrorū cōsilio & assensu, ac oīm & singulorū p̄dictorum matura deliberatione p̄dicta, authoritate oīpotentis Dei, & beatorū Apostolorū Petri & Pauli, & nostra, p̄fatos oēs & singulos articulos seu errores, tanq̄ (vt p̄mittitur) respectiuè hæreticos: aut scādaloſos, aut falſos, aut piarum aurium offensiuos, vel simplicium mētium seductiuos, & veritati catholicę obuiantes, damnamus, reprobamus, atq; oīmnò reijcimus, ac ꝓ dānatis, reprobatis & reiectis, ab oībus vtriusq; sexus Christifidelibꝰ haberi debere, harum serie decernimus & declaramus: inhibentes in virtute sanctæ obedientię, ac sub maioris excommunicationis latæ sententiæ: necnō quo ad eccleſiasticas & regulares personas, epalium oīm etiā ꝓ patriarchaliū, metropolitanarū, & aliarū cathedraliū ecclesiarum, monasteriorū quoq; & prioratuum etiā cōuentualium, & quarūcunq; dignitatū, aut bn̄ficiorum ecclesiasticorū, secullariū aut quorumuis ordinū regulariū, priuationis, & inhabilitatis ad illa & alia in posterū obtinēda: quo verò ad conuentus, capitula, seu domos aut pia loca secularium vel regulariū, etiā Mēdicātium, necnō vniuersitatis etiā studiorum gn̄alium, quorūcunq; priuilegiorū indultorum à sede Apostolica vel eiꝰ legatis, aut aliàs quōlibēt habitorū vel obtētorū, cuiuscūq; tenoris exist̄t: nec-

*adeò verā

Matt. 28.

necnō noīs & potestatis studiū gn̄ale tenēdi, legēdi, ac interpretādi quasuis sciētias & facultates, & inhabilitatis ad illa & alia in posterū obtinēda: Prædicatiōis quoq; officij, ac amissionis studij gn̄alis, & oīm priuilegiorū eiusdē. Quo verò ad seculares eiusdē excómunicationis, necnō amissionis cuiuscūq; emphyteoſis seu quorūcunq; feudorū tā à Ro. Ecclesia, q̄ aliàs quōlibēt obtentorū, ac etiā inhabilitatis ad illa & alia in posterū obtinēda. Necnō quo ad oēs & singulos superiùs noīatos, inhibitionis Ecclesiasticę sepulturæ, inhabilitatisque ad oēs & singulos actus legitimos, infamiæ ac diffidationis, & criminis lęsę maiestatis, & hęreticorū & fautorū eorūdē in iure expressis pœnis, eo ipso & absq; vlteriori declaratiōe per oēs & singulos supradictos, si (quod absit) cōtrafecerint, incurrēdis. A qbꝰ vigore cuiuscunq; facultatis & clausularū etiā in confeſſionalibꝰ qbuſuis p̄sonis, sub qbuſuis verborū formis cōtentarū, nisi à Ro. pōt. vel alio ab eo ad id in specie facultatē habente, p̄terq̄ in mortis articulo cōstituti, absolui nequeāt. Oībꝰ & singulis vtriusq; sexus Christifidelibꝰ, tā laicis q̄ clericis, secularibꝰ & quorūuis ordinū regularibꝰ, & alijs qbuscūq; p̄sonis, cuiuscūq; status, gradꝰ vel cōditiōis exist̄t, & quacūq; Ecclesiastica vel mūdana p̄fulgeāt dignitate, etiā S.R.E. cardinalibꝰ, patriarchis, primatibus, Archiepis, Epis, patriarchaliū, Metropolitanarū, & aliarū cathedraliū collegiatarum ac inferiorū Ecclesiarū p̄latis, clericis, alijsq́; p̄sonis Ecclesiasticis, secularibꝰ & quorūuis ordinū, etiā Mēdicantiū regularibꝰ, Abbatibus, prioribꝰ, vel ministris gn̄alibꝰ vel particularibꝰ, fratribꝰ seu religioſis, exēptis & nō exēptis: Studiorū quoq; vniuersitatibꝰ, secularibꝰ & quorūuis ordinū etiā Mendicātium regularibꝰ: necnō regibus, Imperatoris Electoribꝰ, principibꝰ, ducibꝰ, marchionibꝰ, comitibꝰ, baronibꝰ, capitaneis, cōductoribus, domicellis, oīmbusq́; officialibꝰ, iudicibus, notarijs, Ecclesiasticis & secularibꝰ, cōmunitatibus, vniuersitatibꝰ, potētatibꝰ, ciuitatibꝰ, castris, terris & locis, seu eorū vel earū ciuibus, habitatoribꝰ & incolis, ac qbuſuis alijs p̄sonis ecclesiasticis vel regularibꝰ (vt p̄ferť) per vniuersum orbē, vbicunq;, p̄sertim in Alemania existētibꝰ, vel ꝓ tēpore futuris, ne p̄fatos errores, aut eorū aliquos, peruersamq́; doctrinā huiusmodi asserere, affirmare, defendere, p̄dicare, aut illi quōlibēt, publicè vel occultè, quouis q̄sito ingenio vel colore, tacitè vel expresè fauere p̄sumāt. Insuper, qa errores p̄fati & plures alij cōtinent in libellis seu scriptis cuiusdā Martini Luter, dictos libellos & oīmia dicti Martini scripta seu p̄dicationes, in Latino vel quocūq; alio idiomate reperiant̄, in qbꝰ dicti errores seu eorū aliquis cōtinentur, similiter dānamus, reprobamꝰ, atq; oīmnò reijcimus, & ꝓ oīnò dānatis, reprobatis, ac reiectis (vt p̄ferť) haberi volumus: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis p̄dictis eo ipso incurrendis, oīmbus & singulis vtriusq; sexus Chr̄ifidelibꝰ superiùs noīatis, ne huiusmodi scripta, libellos, p̄dicationes seu schedulas, vel in eis cōtenta capitula, errores aut articulos supradictos cōtinentia legere, asserere, p̄dicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se vel aliū seu alios, directè vel indirectè, tacitè vel expresè, publicè vel occultè, aut in domibꝰ suis, siue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquo modo p̄sumāt: quinimmò illa statìm post harū publicationē vbicunq; fuerint, per ordinarios & alios supradictos diligēter q̄sita, publicè & solenniter in p̄sentia cleri & populi, sub omnibus & singulis supradictis pœnis, cōburant. Quòd verò ad ipsum Martinum attinet, bone Deus, quid p̄termisimus, quid nō fecimus, qd paternæ charitatis omisimꝰ, vt eum ab huiusmodi erroribus reuocaremus? Postq̄ enim ipsum citauimus, mitiùs cū eo procedere volētes, illū inuitauimus: atq; tā per diuersos tractatus cū legato nr̄o habitos, q̄ per literas nr̄as, hortati fuimus, vt à p̄dictis erroribus discederet, aut ad nos, oblato etiam saluo cōductu & pecunia ad iter necessaria, sine metu seu timore aliquo, quē perfecta charitas foràs mittere debuit, veniret, ac Saluatoris nr̄i Apostoliq́; Pauli exemplo, non in occulto, sed palàm & in facie loquereť. Quod si feciſſet, ꝓ certo (vt arbitramur) ad cor reuersus, errores suos cognouiſſet: nec in Ro. curia, quā tātoperè, vanis maleuolorū rumoribus, plùs q̄ oportuit tribuendo, vituperat, tot reperiſſet errata: docuiſſemusq́; eū luce clariùs, sanctos Ro. pōtifices p̄decessores nr̄os, quos p̄ter oēm modestiā iuriosè lacerat, in suis canonibus seu cōstitutionibus, quas mordere nitit̄, nunq̄ erraſſe: qa iuxta Prophetā, nec in Galaad resina, nec medicus deest. Sed obaudiuit semp, & p̄dicta citatione, oīmbusq́; & singulis supradictis spretis venire contēpsit, ac vsq; in p̄sentē diē cōtumax atq; aīo indurato, cēsuras vltra annū sustinuit: & quod deteriꝰ est, addēs mala malis, de citatiōe huiusmodi notitiā habēs, in vocē temerarię appellatiōis ꝓrupit, ad futurū cōciliū, cōtra constitutionē Pij 2. ac Iulij 2. p̄decessorū nr̄orū, qua caueť, taliter appellātes hęreticorū pœna plectendos, (Fruſtrà etiā cōcilij auxiliū implorauit, q̄ illi se nō credere palàm ꝓfiteť) ita vt cōtra ipsū, tanq̄ de fide notoriè suspectū, īmò verè hęreticū, absq; vlteriori citatione vel mora, ad cōdēnationē & dānationē eiꝰ, tanq̄ hęretici, ac ad oīm & singularū supraſcriptarū pœnarū & censurarū seueritatē ꝓcedere possemus. Nihilominꝰ de eorūdē fratrū nr̄orū cōsilio, oīpotētis dei imitātes clementiā, q̄ nō vult mortē pctōris, sed magìs vt cōuertat̄ & viuat: oīm iniuriarū hactenꝰ nobis & Apostolicæ sedi illatarū obliti, omni qua possumus pietate

Hier. 8. g

Eze. 18

pietate vti decreuimus, & quãtùm in nobis
eſt, agere, vt propoſita mãſuetudinis via, ad
cor reuertaſ, & à p̃dictis recedat errorib⁹, vt
Lucæ 15. ipſum tanq̃ filiũ illum ꝓdigũ ad gremiũ Ec-
cleſiæ reuertentẽ, benignè recipiam⁹. Ipſum
igit̃ Martinum, & quoſcunq; ei adhærentes,
eiusq́; receptatores & fautores, per viſcera
miſericordię Dei nr̃i, & p aſperſionẽ ſanguis
Ioan. 17. p̃ nr̃i Ieſu Chr̃i, quo & per quẽ humani
gn̄is redẽptio, & S. matris Eccleſię ædifica-
tio facta eſt, ex toto corde hortamur & ob-
ſecramus, vt ipſius Eccleſiæ pacẽ, vnitatẽ &
veritatẽ, ꝓ qua ipſe Saluator tã inſtãter ora-
uit ad patrẽ, turbare deſiſtãt, & à p̃dictis tam
pernicioſis errorib⁹ ꝓrſus abſtineãt: inuen-
turi apud nos, ſi effectualiter paruerint, &
paruiſſe per legitima documẽta nos certifi-
cauerint, paternę charitatis affectũ, & apertũ
mãſuetudinis & clemẽtię fontẽ. Inhibentes
nihilominùs eidẽ Martino exnũc, vt interìm
ab oñi p̃dicatiõe ſeu p̃dicatiõis officio oĩnò
deſiſtat. Alioquin, vt ipſum Martinũ, ſi fortè
iuſtitiæ & virtutis amor à peccato nõ retra-
hat, indulgẽtiæq́; ſpes ad pœnitentiã nõ re-
ducat, pœnarum terror coërceat diſciplinæ,
eundẽ Martinũ, eiusq́; adhęrẽtes, cõplices,
fautores, & receptatores tenore p̃ſentiũ re-
quirimus & mone⁹, in virtute ſanctę obe-
diẽtiæ & ſub p̃dictis oĩb⁹ & ſingulis pœnis,
eo ipſo incurrẽdis, diſtrictè p̃cipiendo mã-
dam⁹, quatenùs infra 60. dies, quorũ 20. pro
primo, 20. ꝑ ſecũdo, & reliquos 20. dies pro
tertio & peremptorio termino aſſignamus, ab
affixione p̃ſentiũ in locis infraſcriptis, im-
mediatè ſequẽtes numerãdos, ipſe Martin⁹,
cõplices, fautores, adhęrentes, & receptato-
res p̃dicti, à p̃fatis errorib⁹, eorumq́; p̃dica-
tione ac publicatione & aſſertiõe, defenſio-
ne quoq;, & librorũ ſeu ſcripturarũ editiõe
ſuper eiſdẽ ſiue eorũ aliquo omninò deſi-
ſtant, librosq́; ac ſcripturas oẽs & ſingulas,
præfatos errores ſeu eorũ aliquos quõlibèt
cõtinentes, cõburant, vel cõburi faciãt. Ipſe
etiã Martinus errores & aſſertiões huiuſmo-
di oñinò reuocet, ac de reuocatione huiuſ-
modi per publica documẽta in forma iuris
valida, in manib⁹ duorum p̃latorũ cõſignata, ad nos infra alios ſimiles 60. dies trãſmit
tenda, vel per ipſummet (ſi ad nos venire vo
luerit, quod magis placeret) cum p̃fato ple-
niſſimo ſaluo cõductu, quẽ exnunc cõcedi-
mus, deferenda, nos certiores efficiat, vt de
eius vera obediẽtia nullus dubitatiõis ſcru-
pulus valeat remanere. Aliàs ſi (quod abſit)
Martinus p̃fatus, cõplices, fautores, adhæ-
rentes, & receptatores p̃dicti ſecùs egerint,
ſeu p̃miſſa oſa & ſingula infra terminũ p̃di-
ctũ cum effectu nõ adimpleuerint, Apoſtoli
imitãtes doctinã, qui hęreticũ hominẽ, poſt
primã & ſecundã correptionẽ, vitandũ do-
cuit, exnunc prout extũc, & ecõuerſo, eun-
dem Martinum, cõplices, adhærẽtes, fauto-
res, & receptatores pręfatos, & eorũ quem-
libet, tanq̃ aridos palmites in Chriſto non
manentes, ſed doctrinã cõtrariam catholicę
fidei inimicã, ſiue ſcandaloſam, ſeu damna-
tam, in nõ modicam offenſam diuinę maie-
ſtatis, ac vniuerſalis Eccleſię & fidei Catho-
licæ detrimentũ & ſcandalũ dogmatizantes
& prædicantes, claues quoq; Eccleſiæ vili-
pendentes, notorios & pertinaces hęreticos
eadem authoritate fuiſſe & eſſe declarãtes,
eoſdem vt tales, harum ſerie cõdemnamus,
& eos pro talibus haberi ab omnib⁹ vtriuſq;
ſexus Chriſtifidelibus ſupradictis volumus
& mandamus. Eosq́; oẽs & ſingulos omni-
bus ſupradictis & alijs cõtra tales à iure in-
flictis pœnis, p̃ſentium tenore ſubijcimus, &
eiſdẽ irretitos fuiſſe & eſſe decernimus &
declaramus. Inhibemus pręterea ſub oñib⁹
& ſingulis pręmiſſis pœnis, eo ipſo incurrẽ-
dis, oñibus & ſingulis Chriſtifidelib⁹ ſupe-
riùs nominatis, ne ſcripta, etiam p̃fatos erro-
res nõ cõtinentia, ab eodẽ Martino quomo-
dolibèt condita vel edita, aut condenda vel
edẽda, ſeu eorũ aliqua, tanq̃ ab homine or-
thodoxę fidei inimico, atq; ideò vehemẽter
ſuſpecta, & vt eius memoria oñinò deleaſ
de Chr̃ifideliũ cõſortio, legere, aſſerere, pre-
dicare, laudare, imprimere, publicare ſiue
defendere per ſe vel alium ſeu alios, directè
vel indirectè, tacitè vel expreſsè, publicè vel
occultè, ſeu in domibus ſuis ſiue alijs locis,
publicis vel priuatis, tenere quoquo modo
p̃ſumant: q̃nimmò illa cõburant, vt p̃fertur.
Monemus inſupèr oẽs & ſingulos Chr̃ifide-
les ſupradictos, ſub eadẽ excõmunicationis
latę ſentẽtię pœna, vt hæreticos p̃dictos de-
claratos & cõdemnatos, mãdatis noſtris nõ
obtẽperantes, poſt lapſum termini ſupradi-
cti euitẽt, & quantũ in eis eſt, euitari faciãt,
nec cũ eiſdẽ vel eorũ aliquo cõmerciũ aut
aliquã cõuerſationẽ ſeu cõmunionẽ habe-
ant, nec eis neceſſaria miniſtrẽt. Ad maiorẽ
p̃tereà dicti Martini, ſuorumq́; cõplicũ, fau-
torũ & adhærentiũ, ac receptatorũ p̃dicto-
rum, ſic poſt lapſum termini p̃dicti declara-
torũ hæreticorũ & cõdemnatorũ confuſionẽ, vniuerſis & ſingulis vtriuſq; ſexus Chr̃i-
fidelib⁹, patriarchis, archiepis, Ep̃is, Patriar-
chaliũ, Metropolitanarũ, & aliarũ cathedra-
liũ, collegiatarũ, ac inferiorũ Eccleſiarũ p̃la-
tis, capitulis, alijsq́; perſonis Eccleſiaſticis,
ſecularib⁹ & quorumuis ordinũ etiã Mẽdi-
cantiũ (p̃ſertim eius cõgregationis, cuius di-
ctus Martinus eſt ꝓfeſſus, & in qua degere
vel morari dicit̃) regularib⁹, exemptis & nõ
exẽptis, necnõ vniuerſis & ſingulis princi-
pibus, quacunq; Eccleſiaſtica vel mũdana ful-
gẽtib⁹ dignitate, Regib⁹, Imperatoris Elec-
torib⁹, ducib⁹, marchionib⁹, comitib⁹, baroni-
bus, capitaneis, cõductorib⁹, domicellis, cõ-
munitatib⁹, vniuerſitatib⁹, potẽtatib⁹, ciuita
tibus, terris, caſtris, & locis, ſeu eorũ habita-
torib⁹, ciuib⁹ & incolis, oñibusq́; alijs & ſin-
gulis ſupradictis, per vniuerſum orbẽ, p̃ſer-
tim

tim in eadem Alemania conſtitutis manda-
mus, quatenùs ſub prædictis omnib⁹ & ſin-
gulis pœnis, ipſi vel eorũ quilibet, pręfatum
Martinũ, cõplices, adhærentes, receptantes,
& fautores perſonaliter capiãt, & captos ad
noſtrã inſtantiã retineant, & ad nos mittãt:
Reportaturi pro tam bono opere, à nobis &
ſede Apoſtolica remunerationẽ præmiumq́;
condignũ: vel ſaltẽ eos & eorũ quẽlibet, de
metropolitanis, cathedralib⁹, collegiatis &
alijs Eccleſijs, domib⁹, monaſterijs, cõuenti-
bus, ciuitatib⁹, dñijs, vniuerſitatibus, cõmu-
nitatib⁹, caſtris, terris ac locis reſpectiuè tã
clerici & regulares, q̃ laici oẽs & ſinguli ſu-
pradicti omninò expellant. Ciùitates verò,
dominia, terras, caſtra, villas, comitatus, for-
talicia, oppida, & loca q̃cunq; vbilibèt cõſi-
ſtẽtia eorũ & earũ reſpectiuè: metropolita-
nas, cathedrales, collegiatas & alias Eccleſi-
as, monaſteria, prioratus, domus, cõuentus,
& loca religioſa vel pia cuiuſcunq; ordinis,
vt p̃fertur, ad quę p̃fatũ Martinũ, vel aliquẽ
ex p̃dictis, declinare cõtigerit, quandiù ibi
permãſerint, & triduo poſt receſſum, Eccle-
ſiaſtico ſubijcimus interdicto. Et vt p̃miſſa
oñibus innoteſcant, mãdamus inſupèr vni-
uerſis patriarchis, archiep̃is, Ep̃is, patriarcha-
liũ, metropolitanarũ, & aliarũ cathedralium
ac collegiatarũ Eccleſiarũ prælatis, capitulis,
alijsq́; perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus &
quorũuis ordinũ ſupradictorũ regularib⁹,
fratribus religioſis, monachis, exẽptis & nõ
exẽptis ſupradictis, vbilibèt p̃ſertim in Ale-
mania cõſtitutis, quatenùs ipſi vel eorũ q̃li-
bet ſub ſimilib⁹ cẽſuris & pœnis, eo ipſo in-
currẽdis, Martinũ, oẽsq́; & ſingulos ſupradi-
ctos, qui ẽlapſo termino huiuſmodi mãda-
tis ſeu monitis noſtris nõ paruerint, in eorũ
Eccleſijs, p̃nicis & alijs feſtiuis die⁹, dũ ini-
bì maior populi multitudo ad diuina cõue-
nerit, declaratos hęreticos & condemnatos
publicè nunciẽt, faciãtq́; & mãdent ab alijs
nũciari, & ab oñib⁹ arctiùs euitari. Necnon
omnibus Chriſtifidelib⁹, vt eos euitent, pari
modo ſub p̃dictis cẽſuris & pœnis. Et p̃ſen-
tes literas vel earũ tranſſumptũ ſub forma
infrà ſcripta factũ, in eorũ Eccleſijs, mona-
ſterijs, domib⁹, cõuentib⁹, & alijs locis, legi,
publicari, atq; affigi faciant. Excõmunicam⁹
quoq; & anathematizamus oẽs & ſingulos,
cuiuſcunq; ſtatus, gradus, cõditionis, præ-
eminentiæ, dignitatis aut excellẽtiæ fuerint,
qui, quo minùs p̃ſentes literæ, vel earũ trã-
ſſumpta, copiæ ſeu exẽplaria in ſuis terris &
dominijs legi, affigi & publicari poſſint, fe-
cerint: vel quoquo modo ꝓcuraverint per
ſe vel alium ſeu alios, publicè vel occultè,
directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè. Po-
ſtremò, quia difficile foret præſentes literas
ad ſingula quæq; loca deferri, in quibus ne-
ceſſarium foret: volumus & Apoſtolica au-
thoritate decernimus, q̃ earum trãſumptis
manu publici notarij cõfectis & ſubſcriptis,
vel in alma vrbẽ impreſſis, & ſigillo alicuius
Eccleſiaſtici prælati munitis, vbiq; ſtetur &
plena fides adhibeatur, prout originalibus
literis ſtaretur & adhiberetur, ſi forẽt exhi-
bitæ vel oſtenſæ. Et ne præfatus Martinus,
omnesq́; alij ſupradicti, quos p̃ſentes literæ
quomodolibèt cõcernunt, ignorantiã earũ-
dem literarũ, & in eis cõtentorum omnium
& ſingulorũ pretendere valeant, literas ipſas
in baſilicæ principis Apoſtolorum, & cancel-
lariæ Apoſtolicę, necnon Cathedralium Ec-
cleſiarum Brandeburgẽſi, Miſnẽſi, & Mer-
ſpergẽſi, valuis affigi & publicari debere vo-
lumus: decernentes, q̃ earundem literarum
publicatio ſic facta, ſupradictum Martinũ,
oẽsq́; alios & ſingulos prænominatos, quos
literæ huiuſmodi quomodolibèt cõcernũt,
perindè arctent, acſi literæ ipſæ die affixio-
nis & publicationis huiuſmodi, eis perſona-
liter lectæ & intimatæ forent: quum non ſit
veriſimile, q̃ ea quæ tam patenter fiunt, de-
beant apud eos incognita remanere. Non
obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationi-
bus Apoſtolicis, ſeu ſi ſupradictis omnibus
& ſingulis, vel eorũ alicui, aut quibuſuis alijs
à ſede Apoſtolica p̃dicta, vel ab ea poteſta-
tem habẽtibus, ſub quauis forma, etiam cõ-
feſſionali, & cum quibuſuis etiã fortiſſimis
clauſulis, aut ex quauis cauſa ſeu grandi cõ-
ſideratione, indultum vel cõceſſum exiſtat,
quòd interdici, ſuſpendi vel excommunica-
ri non poſſint per literas Apoſtolicas, non
facientes plenam & expreſſam, ac de verbo
ad verbum, non autem per clauſulas gene-
rales id importantes, de indulto huiuſmodi
mentionem, eiuſdem indulti tenores, cauſas & formas, perindè acſi de verbo ad ver-
bum inſererentur, ita vt omninò tollantur,
præſentibus pro expreſſis habentes. Nulli
ergo omninò hominum liceat hãc paginam
noſtræ dãnationis, reprobationis, reiectio-
nis, decreti, declarationis, inhibitionis, vo-
luntatis, mãdati, hortationis, obſecrationis,
requiſitionis, monitionis, aſſignationis, cõ-
ceſſionis, condemnationis, ſubiectionis, ex-
cõmunicationis & anathematizationis in-
fringere, vel ei auſu temerario contraire. Si
quis autẽm hoc attentare præſumpſerit, in-
dignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum
Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit
incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum,
anno incarnat. Dominicæ 1520. 17. Calend.
Iulij, Pontificatus noſtri anno octauo.

Viſa. R. Milaneſius
Albergatus.

BREVE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI, D. ADRIANI DIVINA PROVIDENTIA Papæ ſexti, ad Fredericum Saxoniæ ducem aduerſus Luterum.

Dilecte

DIlecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Satis & plùs q̃ satis sustinuim⁹ dilecte in Christo, si fortè DEI pietas tuam animã dignetur inuisere, ac dare pœnitentiã ad cognoscendum veritatẽ, vt resipisceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris. Nouimus te paternè monitum à fe. re. prædecessore nostro, vt à te separares perniciem illã Christianæ religionis Martinum Luterum: & cùm iam toti orbi manifestę essent scelestissimæ machinationes illius, sperauimus & te ad cor pœnitens reuersurum. Sed quoniã expectauimus vuas, & eccè quia frustrà cõflauit conflator, malitiæ enim tuæ non sunt cõsumptæ: coẽgit nos miseratio tuî, coẽgit patern⁹ amor, quo te & tibi subditos Saxones in Dño semper fuimus prosequuti, salutaribus & paternis monitis adhuc cõuenire, vt vel tandem resipiscatis, antequàm planè in vos cõueniat, quod mox subdit Propheta: Argẽtum reprobum vocate eos, quia dñs proiecit eos. Et quid dicemus vobis, quàm quod Galatis suis Paulus: O insensati, quis vos fascinauit veritati non obedire? Currebatis benè. Interrogate patres vestros, ac dicent vobis: maiores vestros, & annunciabũt vobis. Quod ab ea ætate, quo vno eodemq; tẽpore vixere Adrianus Rom. põt. & Carolus ille Magnus Imperator, Saxonicæ fidei plantatores, ad nostra vsque & charissimi in Christo filij nostri Caroli tẽpora, aui & ꝓaui vestri, atq; adeò Saxones oẽs, semper habiti estis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: talesq;, vt non immeritò Gregorius V. natione Saxo, olim Ro. pont. Saxoniæ ducé in RO. Imperatoris cõstituerit electorẽ. Quõ ergò tam citò mutatus est color optimus? Cur tam facilè transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã Christi, in aliud euangeliũ, quod non est aliud, nisi sunt quidã, qui vos conturbant, & volũt cõuertere euangelium Christi? Quis vineam Domini Sabaoth tam pulchrè plantatã est demolitus? Certè exterminauit eã aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Sed vę illud à vobis, à domesticis & amicis, à cruciatu præcordiorũ. Obsecramus te fili dilecte in Christo, leua oculos tuos in directũ, & vide vbi sis ꝓstratus. Cõsidera quantam Ecclesiæ Christi, tot malis vndiq; circũuallatæ ac penè oppressæ, pro opera qua illi subuenire debueras, cladem insupèr intulisti. Oppugnatur foris ab infestissimo illo ac potentissimo Christiani nominis hoste. Dissident intùs principes Reipub. Christianæ, & in mutuã armati perniciem, cruentissimis inter se odijs cõflictãtur: & in fraterna viscera ferrum stringunt, vt vix ethnici inter se crudeliùs. An hæc ita tibi visa sunt non satìs grauia, nisi cõtritionem induceres super contritionẽ, nutriens ac fouens serpentem illum in sinu tuo, qui veneno linguæ suę Ecclesiam & terras infecit adeò, vt nunc peruenerit gladius etiam vsq; ad animam? Quanto aũt pluris est anima, quàm corpus: tãto grauius est prædictis omnibus hòrrẽdum illud & plùs quàm tartareum venenum, quo hæresum ac schismatum cõtagione tot myriades animarum interiẽrunt, intereuntq;. Ita tibi debemus oẽs, quòd nunc passim ab vnitate matris Ecclesię recedatur: quòd auertatur vulgus indoctũ, ac bìs mille præstigijs ac fascinationibus retrahatur à fide, quam suxit ab vbere materno: Quòd basilicæ sint sine plebibus, plebs sine sacerdotibus: sacerdotes sine debita reuerentia, & sine Christo deniq; Christiani: Quòd sacramenta fidei, non sacra censeantur: Quòd sanctuarium Christi, sanctũ esse negetur: quòd dies festi festiuis frustrentur solennijs: Quòd moriantur homines in peccatis suis, rapiantur animę ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliati, nec sacra communione muniti: Quòd pulcherrimus ille tabernaculi ordo confusus sit, & ꝓ Christiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifesto Christianæ reipu. discrimine, veluti classico passim excitati. Pro quibus egregijs tuis in Ecclesiam Christi meritis, quo te præmio, immò quo non supplicio dignum censebimus? At dices fortè, Serpens me decepit. Dignam certè recepisti mercedem, qui illum nutriuisti in sinu tuo. Sed itáne stultus es ac sine corde, vt in eis maximè rebus, in quib⁹ errare, damnari est: vni homuncioni cooperto peccatis, q̃ tot sanctiss. ab initio patrib⁹, qui in lege Dei meditati sunt die ac nocte: & q̃ tot vniuersalibus concilijs, aduersus quę impudens os illud velut sepulcrum patens, se aperire non erubescit: sanctæ deniq; & catholicæ Ecclesiæ, cuius ritum, consuetudinem & decreta, à temporibus Apostolorum ad nos vsq; inuiolabiliter obseruata, vn⁹ iste sacrilega temeritate dãnare præsumit, plùs credere potueris? O cæcam dementiam, ac plùs q̃ Iudaicam cæcitatem. At fortassis hoc tibi impositum, quòd veterator ille Martinus & eius sequaces, de capitulis scripturarum visi sunt sua confirmare. Et quis tandem hæreticorũ ita non fecit? An nõ hæ sunt veteris serpentis astutiæ, qui hac veluti esca obducto hamo, miseris animab⁹ mille technis & versutijs semper est insidiatus: quiq;, quo angularem infringeret verę fidei lapidẽ, ac Christianam scinderet vnitatẽ, in scripturarum agrum, suum seminare semen & peruersam scripturarum intelligentiam, iampridèm est aggressus? Cùm itaque maxima semper pars Ecclesiarum, imperita turba sit, & vix vnus reperiatur aut alter, qui spiritualibus oculis de scripturarũ intelligentia dignè valeat iudicare:

Esaiæ 5.a
Hier. 6.g
Ibidèm.
Gala. 3.a
Deut. 32.a
Thre. 4.a
Gala. 1.b
Esaiæ 5.a
Psal. 79.b

dicare: siquidẽ librum signatũ legimus, quẽ solus Leo de tribu Iuda dignatus est aperire, ac soluere signacula eius: quę tandem est ista diabolica excæcatio, vni carnali homuncioni, semper eructanti crapulam & potum, quàm reliquo orbi vniuerso, quàm tot spiritualibus patribus, quorũ voluntas semper fuit in lege Domini, qui vitæ sanctimoniã, ostensione spiritus, ac virtute, glorioso deniquè martyrio suam doctrinam cõprobauerunt, in scripturarum intelligentia plùs te fidei habere potuisse? O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus apostata tibi potuit persuadere, fefelliss̃e priores vniuersos, errare posteros, & in solum se & quos decepit peruenisse Regnum Dei, peruenisse totas miserationum Dei diuitias, ac gratiam vniuersitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu nomine: ergóne decepisti populum tuum? Quin potiùs, cur nõ deuitatis (secundùm Apostolicum præceptum) quæstionibus ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contẽtiones, blasphemiæ, suspiciones malę, conflictationes hominum mente corruptorũ, & subuertunt corda audientium, ex operibus suis, iuxta Dominicã desiginationẽ, studuistis cognoscere filium prophanum istum, qui ad vos venit primùm in vestimentis ouium, lupus intrinsecùs rapacissimus? Siquidem non ex foliis, non ex floribus, sed ex fructibus arbor cognoscenda erat. An nõ manifesti sunt nequissimi fructus eius? Siquidem sacrilegus hic aduersus Deum, imagines sacras, atq; adeò ipsam crucem Christi, sceleratis manibus cõfringere, & pollutis cõculcare pedibus nõ formidat: cõtra sacerdotes Dei furore impio temerariè debacchans, nõ definit laicos, ad lauandas sibi in eorũ sanguine manus, sedulò concitare: Ecclesiam Christi parricidalibus armis oppugnans, hoc agit assiduò, vt suffocẽtur homines in peccatis suis: hoc vnum elaborat, ne diuina misericordia suis sacramentis, quæ peccatorũ remedia efficacia esse voluit, vulueratos in Ecclesia sua curet. Ita eñ ea aut sustulit vniuersa, aut hæreseos suæ pestifero infecit veneno, vt toxicum magìs requirat, quàm animarũ medicinas. Præcepit suis, ne indignanti Deo quis satisfaciat: ne ieiunijs, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hostia illa placens Deo, corpus & sanguis Dñi nostri Iesu Christi, à sacerdotibus offeratur quotidiè pro peccatis nostris. Vota docet non reddere Domino Deo suo. Et cùm ipse sit apostata, ac professionis suæ desertor, vt plurimos sui faciat similes, sancta illa Deo vasa polluere non veretur, consecratasq; Christo virgines, & vitã monasticã professas, extrahere à monasterijs suis, & mundo, immò diabolo, quem semel abiurauerunt, reddere. Quod in veteri lege in vmbraticis sacerdotibus Dominus nõ tulit, quod ethnici in idolorum suorum flaminibus omnes sunt abominati, Christi sacerdotes etiam vilissimis copulat meretricibus. Sanctos patres illos, quorum vita & doctrina illustrauit vniuersum mundũ, non solùm debito honore non prosequitur, sed multò quàm Cain scelestiùs despicit, deridet, cõtemnit, insectatur. Sacrosanctis oñibus vniuersalibus Concilijs impudenti ore palàm contradicit, ac sacrilega lingua detrahit: libertatis specie, licentiosam quandam vitam, nullis constrictam legibus ac verè ferinam, inducere conatur. Vndè & ex lex homo, contemptor ac violator legum omniũ, in tantam erupit mẽtis vesaniam, vt sanctissimorum patrum decreta & Ecclesiasticos canones igne publico concremare non formidârit. Et breuiter Christianã veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam deniquè Ecclesiæ faciem, à Christo, ab Apostolis, Apostolicisq; viris ac sanctissimis patribus ab initio constitutam, vnus hic post tot centenos annos discindere, inuertere, ac deformare molìtur. Quòd si nondùm satìs etiam internoscis, de Christiano magisterio, an de Antichristi spiritu ista proficiscãtur: si ita fascinauit te præstigiator ille, vt credere possis vnum hunc perfidissimum apostatam, veluti alterum Helisæum habere duplicẽ spiritum Heliæ, aut alterum esse (quem se iactitat) Danielem, in quo sit spiritus amplior & intelligentia scripturarum maior, quàm in omnibus olìm sanctissimis illis doctissimisque viris, quàm in sacrosancta Ecclesia Catholica, quid est te vno cæcius? Aut si iam ex fructibus arborem cognoscens, in errore persistis tamen, quid te miserius? Sed esto: transfiguratus sit coram te satanas ille in angelum lucis, & quę manifesta sunt ꝓpera carnis ac diabolica, spiritus esse & CHRISTI ꝓpera, venenata sua facundia persuadere potuerit. Nunquìd non vbiquè vel hoc ipso prodidit, cuiúsnam spiritus sit, quòd omnis eius sermo amarus est, virulentus, arrogans, ac maledicentissimus, nusquàm nõ scatens conuicijs, blasphemijs, ac scommatibus plùs q̃ venenatis, aduersus omne Christianæ pietatis, modestiæ, mansuetudinis ac benignitatis officium? Nunquìd ita docuit Paulus, cuius se iactitat spiritum habere, cùm nulla eius extet epistola, quę non pacẽ & vnitatem, ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos suos hortatur in nño, vt in charitate fraternitatis se diligant, inuicèm sectentur quæ sunt pacis, & quæ ædificationis custodiant? Corinthijs an non testatur, se docere in Ecclesijs, Deum, non dissensionis, sed pacis DEVM esse? Et breuiter, nunquìd non vbiquè clamat, vbiq; docet Euangelica illa tuba, vt dignè ambulemus in omni humilitate ac mãsuetudine, cum patientia supportantes inuicèm in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, vtq; deponamus oẽm ira-

Apoc. 5. b
Hier. 4. e
1. Tim. 6. a
Matt. 7.
2. Cor. 11.
Rom. 12. c
1. Co. 14. g
Galat. 6.
Ephe. 4.
Col 3.

iram,indignationẽ,malitiam,blaſphemiam, turpem ſermonem? Quo igitur pacto maledicentiam,amaritudinem,iram,indignationem,blaſphemiam,inflationem, iactationẽ, quæ ita huic peculiaria ſunt, vt illa Paulo,ac illius diſcipulis vniuerſis, q̃ mitis eſt ac humilis corde: non Paulini,nõ Chriſtiani, ſed diabolici ſpiritus eſſe certiſſima indicia, vel cæco nõ clariſſimè appareat? Ex verbis illius quomodò nõ intellexiſti, Chriſtum in corde ſuo,an verò Antichriſtum haberet, ſecũdùm quod ipſa veritas in Euãgelio ait: Progenies viperarum, quomodò poteſtis bona loqui,cùm ſitis mali? De abundantia enim cordis,os loquitur. Et cùm ſcriptũ ſit,quòd maledici regnũ Dei non poſſidebunt: Item cùm in Euãgelio dicat DOMINUS, Quicunq; dixerit fratri ſuo Racha, reus erit Concilio: Qui autem dixerit,fatue, reus erit gehennæ incendio: illúmne eſſe Antichriſti apoſtolum, cuiquam obſcurum eſſe poterit? Qui non modò ſacerdotes Dei,ſed & principem ſacerdotum Petri ſucceſſorem, Ieſu Chriſti in terris vicariũ, tam nefandis infamibuſq; nominibus, tam inauditis cõtumelijs, conuicijs,ac blaſphemijs,nuſquàm non lacerat, diſcerpit,& inſectatur,vt ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ: Qui Apoſtolicam cathedram,in qua præſedit caput APOSTOLORUM Petrus,cui præfuerunt tot ſancti Pontifices, quã ECCLESIAM principalem, vndè ſit exorta vnitas ſacerdotalis, ſanctus ille & glorioſus martyr Cyprianus nõ dubitat aſſerere,impio ac peſtilenti ore cathedram peſtilentiæ,antichriſtianam, diabolicam, & ſi quæ potuit excogitare nefandiora, totiès appellare non ceſſat: Qui ſcholas Chriſtianas, quæ tã multos doctiſſimos ſanctiſſimoſq; viros, tam egregias in ECCLESIA Dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua ſua, lupanaria, Sodomas & Gomorrhas vbiq; vocare non verecundatur: Qui non ſatis habet, omnipotentis Dei ſacerdotes probris omnibus,cõuicijs, contumelijs, ac blaſphemijs horrendis & inauditis, nunquã non publicè ac priuatim inſectari, quibuſuis canibus viliores facere, niſi etiam laicos cõcitet ad lauandas ſibi manus in ſanguine ipſorum: Cùm tamẽ quãto honore haberi velit ſacerdotes ſuos, maximè autẽ principem ſacerdotum, idem ipſe Dominus in Deuteronomio teſtatus eſt,dicens:Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram,& iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſſcende ad locum,quem elegerit Dominus DEVS tuus, veniesq́ue ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudicẽ qui fuerit illo tempore, quæresq́; ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunq; dixerint,qui præſunt loco quem elegerit Dominus,& docuerint te iuxta legem eius,ſequérisq́; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui aũt ſuperbiẽrit, nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille,&auferes malum de Iſraël: cũctusq́; populus audiens timebit,vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et Samuel cùm ſperneretur à filijs Iſraël, an non dicit DOMINUS:Non enim te ſpreuerunt,ſed me, ne regnem ſuper eos: manifeſtè oſtendens,inuiſibilem ſe contemni, cùm viſibilẽ quis ſpernit ſacerdotem? Quare & Moſes murmuranti,aduerſus ſe populo reſpondit: Nõ aduerſus me murmurâſtis, ſed aduerſus Dominum Deum veſtrum. Quòd ſi Leuiticos illos ſacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus, qui exẽplari tantùm ac vmbræ deſeruiebant cæleſtium,in vmbratico illo tabernaculo ſacrificiorum officia cõſummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claues regni cælorum? tãtamq́; tribuit poteſtatem,vt quæ ligarent ſuper terram,ligarentur & in cælis: & quæ ſoluerent ſuper terram, ſoluta eſſent & in cælis: vtq́; quorũ ipſi dimitterẽt peccata,dimiſſa forent:quorum retinerent, forent & retenta? Qui non ſanguinẽ hircorum aut vitulorum, ſed hoſtiam viuam,ſanctam,immaculatam,corpus & ſanguinẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti offerunt quotidiè pro peccatis noſtris,conficiunt verbo ſuo ac manibus tractant, & breuiter ſacramenta omnia,quibus hominibus vita ſalusq́; tribuitur animarũ,ſuis perficiũt orationibus. Quanto,inquam,honore hos præcellere voluerit Dominus, quis tandem dubitabit,quod nec ipſe tacuit in Euãgelio, cùm dicit ad eos: Qui vos audit, me audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit:qui autem me ſpernit, ſpernit & eum qui miſit me? Et quid cõſequitur? Quòd in eundem Chriſtũ blaſphemus eſſet & maledicus,qui ſacerdoti Chriſti blaſphemat aut maledicit. An nõ hoc primum mãdatum in retributione,Honora patrem & matrẽ, vt ſis longæuus ſuper terram? Qui autẽ maledicit patri aut matri, morte moriatur. Nunquìd ad carnales tantùm parentes illud eſt referendum? Et num minùs ad eos qui nos in Chriſto regenerauerunt, per quos Chriſtiani ſumus, qui nobis peccata dimittũt, qui cæleſtibus nos paſcunt ſacramentis? Quid ſi peccatores ſunt & mali ſacerdotes?quid ſi & parentes?Nunquid ꝓptereà eos non honorare,aut eis maledicere licebit? Nunquìd non & Iudas erat inter eos, quos Dominus miſit ante faciem ſuam,& ad quos dicebat: Quicunq; non receperit vos,neq; audierit ſermones veſtros, exeuntes foràs de domo aut ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amẽ dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæorũ in die iudicij,quàm illi ciuitati.

Matt.3.b 12.c 23.d
1.Cor.5.
Matth.5.
Deut.17.b
1.Reg.8.b
exod.16.b
Matth.16.
Luc.10.
Exod.20. Deut.3.
Luc.10.
Matt.10.

tati.An nõ præcepit ita Apoſtolus,Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis? Quòd ſi malis & peccatoribus non ſit obediendum, quibus tãdem? Quoniam ſi dixerimus,peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Ouis es,noli diſcutere paſtorẽ:Noli te iudicem Dei conſtituere & Chriſti. An non ita præcepit Dominus in Euangelio, dicens: Super cathedrã Moſis ſederũt ſcribę & phariſæi: omnia quæcunq; dixerint vobis,ſeruate & facite: Si quæ autẽ fecerint malè,facere nolite:manifeſtè ſignificans, habere eos dignitatem, tametſi vitæ eſſent perditæ.Nunquìd idẽ Dominus,cùm poſteà tempore paſſionis alapã accepiſſet à ſeruo ſacerdotis, dicenti ſibi: Sic reſpondes pontifici? aduerſus pontificem quicquam dixit cõtumelioſè? quin magìs innocẽtiam ſuam aſſerens & oſtendens, Si malè, inquit, locutus ſum, exprobra de malo: ſin benè, quid me cędis?An non & Paulus,cùm cęderetur in concilio iuſſu Ananiæ, diceretq́ue ad eum, Percuciet te Deus paries dealbate: Et tu ſedens iudicas me ſecũdùm legem, & contra legem iubes me percuti: Audiens ab adſtãtibus,Sic inſimulas ſacerdotẽ Dei,maledicendo ipſum,tamẽ inane nomen & vmbram quãdam ſacerdotis cogitans, expauit? Neſciebam,inquit, fratres,quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim:Principi populi tui nõ maledices. Quo magìs miramur, quòd ex iſtis diabolici ſpiritus operibꝰ, veluti fructibus nequiſſimis, arborem peſſimã nondùm cognouiſtis. Et quis tandem eſt ita hebes animo, vt non videat quò nunc prorumpant furioſiſſimi conatus iſtius, cùm vt quiſq; eſt facinoroſiſſimus, deſperatiſſimus aut perditiſſimꝰ latro aut homicida, ſub iſtiꝰ vexillis ac ſignis cõueniant? Eccleſiam iam Chriſti parricidalibꝰ armis ac ſacrilegis manibus,non clàm, ſed palàm oppugnãtes,cõſecrata Deo loca,templa & monaſteria exurunt & prophanant: Chriſto dicatas virgines,ſacerdotes Chriſti & monachos crudeliſſimè perſequuntur,Eccleſiarum bona diripiunt:& breuiter,rapinis,latrocinijs,cædibus ac incendijs confundunt vniuerſa: excæcante nimirùm eos iuſto Dei iudicio, & in inſaniam tam manifeſtam erumpere permittẽte, vt neminem iam latére poſſint ſceleſtiſſimę machinationes iſtius. Atq; hi,qui peſtifera contagione ipſius infectos ſeſe nũc tandem cognouerunt, ſchiſmatico errore depoſito,ac hæretico furore deſerto, vnitatis ac veritatis domicilium fidei ſanitate repetunt. Inter quos,dilecte nobis in Chriſto Ieſu, cùm & te nõ expoſtremis reuerſurum ad ſalutarem matris ſinum ſperaſſemus,quẽ reuertentem libenter & obuijs excepiſſemus manibus: bona ſpe tandem noſtra fruſtrati, videmus ſupra petram indurauiſſe te faciem tuam: videmus perniciem illam animarum Luterum ſub tuo patrocinio latitantem,ſuum adhuc virus longè lateq́; ſpargere. Sed quoniam adhuc potens eſt DOMINUS Deus etiam de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę,antequàm egrediatur vt ignis indignatio eius, & ſuccendatur, nec ſit qui extinguat:ideò te fili dilecte in Chriſto obſecramus per viſcera noſtri redemptoris DOMINI noſtri IESV Chriſti, per Chriſtianam vnitatem, per patriæ charitatem, per tuam deniquè ipſius tuorumq́; ſalutem, miſerere Eccleſię Chriſti,& tot iam malorum procellis vndique exagitatæ ac penè oppreſſæ tua maximè culpa, aliquando feropem: miſerere patriæ noſtræ, quæ ſynceræ olim fidei, eximiæ religionis, ſanctæ ſub iugo Domini ac religioſæ obedientiæ inſigni præcellens gloria, perniciem iſtam religionis Chriſtianæ, ac fidei ac pietatis publicum hoſtẽ Martinum, in ſuis ſe peperiſſe ac fouiſſe viſceribus, nunc erubeſcit. Miſerere deniquè tui ipſius, tuorumq́; miſerè ſeductorum Saxonum. Quos,niſi reſipiſcatis,& quidem citò, manet præſens & certa vltio Diuina, quam neq; in hoc ſeculo effugietis,neq; in futuro. Hæc dicit Dñs Deus: Audi populе ſtulte, audi princeps qui nõ habes cor:qui habetis oculos,& non videtis:aures,& non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis?nunquìd nõ audiſtis,quę fecerim in diebus antiquis?Legite ſcripturas,in quibus putatis vos vitam æternã habere, & inuenietis, quàm grauis ſemper fuerit, & quã terribilis Diuina vindicta in illos qui in populo Dei ſchiſmata cõcitauerunt. Nunquid non legiſtis horribilem Diuinam vltionem aduerſus Dathan & Abiron, quòd multitudinem aduerſus Moſen cõcitauiſſent, quos dehiſcens ſub pedibus terra, & aperiens os ſuum,deglutiuit,& omnia quæ ad eos pertinuerunt,ita vt deſcenderent viuentes in infernum? Et aduerſus Core, quem eandem ob cauſam cum ducentis & quinquaginta viris cæleſtis flamma deuorauit. Quòd ſi ob durius imperium fortaſſis, aut quorundam paſtorum ſeu ignauiam, ſeu malitiam, ſchiſmata excitanda putatis:nunquìd non ex libro REGUM audiſtis adeò indignatum fuiſſe Dominum aduerſus decem tribus filiorum Iſraël,& in omne ſemen eorum, vt dimouerit eos,& tradiderit in direptionem, donec proijceret eos à facie ſua?Ob quam tandem culpã, niſi quòd ob durius imperium Salomonis,& imprudentius arrogãtiusq́; reſpõſum Roboam regis Hieruſalẽ, ſciſſæ fuerũt à tribu Iuda & Beniamin? Quàm præſens ſemper fuerit Dominus vindex ſacerdotibꝰ ſuis, an non Saul ab regio abiectus honore, & Ozias REX Iuda percuſſus lepra,propterea quòd quæ ſacerdotum erant, contra ſacerdotes DOMINI ſunt auſi vſurpare,ſufficienti vobis potuerunt eſſe argumento? Et breuiter:An nõ omnes teſtantur hiſtoriæ,vniuerſos vltrice Dñi manu infelici perijſſe exitu,

Hebr.13.c
1.Ioan.1.
Matth.23.
Ioan.18.
Acto.23.a
Exo.22.d
Matth.3.
Hier.5.
Ioan.5.
Num.16.
4.Reg.17.
3.Reg.12.
1.Reg.15.
2.Para.26.

qui in Christos Domini sacrilegas manus inijcere non formidauerunt? Cótrà autem, felicia omnia & longam illis contigisse vitã, qui Christum in sacerdotibus suis venerati sunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis sit expectandum, qui venerabilem Dei chorum, in manus tentatis tradere prophanas. ¶ Proinde quod Dominus per Mosen præcepit vniuerso populo Israël, vt separarentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec tangerent quicquam quod ad eos pertineret, ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipuè autem tibi dilecte fili, eiusdẽ Domini nostri authoritate præcipimus & obsecramus & Christo Iesu, vt separemini à Martino Lutero, auferatis à vobis petram illam scandali, neq; tangatis quod illius est, ne & vos diuina vltio inuoluat subitò in peccatis illius. Expurgate quamprimùm fermentum illud, quod reliquã fidei vestræ massam corrupit, vt sitis noua conspersio, nouaq; creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem sicut vicisti in Ecclesiæ DEI persecutione, tam grauem animarum perniciem sub tuo nutriens patrocinio: ità reuersus ad cor, effice vt oẽs intelligant tuam conuersionem: vtq; qui per te sunt scandalizati, in te rursus glorificent Deum. Maximè autem hoc præsta quamprimùm, vt impurum os illud obstruatur, vt capuletur blasphema lingua, quæ contra DEVM ac sanctos eius loqui non cessat, & virus suum vndiquè spargit. Et vt propheticis vos verbis admoneamus, state super vias, & videte ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. State, inquam, & doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, per quam ambulauerũt patres vestri, quam demonstrauerunt tot myriades martyrum, docueruntq; tot' millia cõfessorum, & ambulate in ea. Quod si à vobis impetrauerimus, sicut & syncerè speramus, erit quod gaudeamus cũ angelis de peccatore pœnitentiam agente, & perditã ac rursus inuentã oué humeris nostris ad ouile Domini gaudentes reportabimus, paternaque pietate quantùm in nobis fuerit, stolam vobis pristinam restituemus. Quòd si dixeritis, Non ambulabimus: & paternè salubriterque vos monenti respõdebitis, Non audiemus. Ideò audite gentes, dicit Dominus, & cognoscite congregationes, quanta ego faciam eis.

Num. 16.

1 Cor. 5.

Hier. 6.

Heb. 13.

Lucæ 15.

Hier. 6. a

Eccè ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denunciamus in virtute omnipotentis DEI, & Domini nostri Iesu Christi, cuius in terris vicarius sumus, nec te in præsenti seculo hoc laturum impunè, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Adrianus & religiosissimus Imperator Carolus, meus chariſſimus in Christo filius & alumnus. Cuius tu edictum verè Christianum aduersus Luteranã perfidiam, & quod talem decebat Imperatorem, non sine graui offensa ac vilipensione Cæsareæ maiestatis violare non timuisti. Non committemus, vt quos olim cũ Magno Carolo Adrianus põtifex in Christo genuerunt, nunc Adrianus põtifex & Imperator Carolus sub schismatico ac hæretico tyranno, hæresum ac schismatum sinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor, & resipiscite tu tuiq; miserè seducti Saxones, nisi vtrunq; gladiũ, Apostolicum simul & Cæsareum, olim velitis experiri.

Scripta Romæ anno Domini M.D.XXII.

CONSTITVTIO AD REMOVENDOS ABVSVS ET ORDINATIO AD CLERI VITAM REFORMANDAM, PER REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM ET DOMINVM, D. Laurentium tituli sanctæ Anastasiæ,

S. Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem, & ad Germaniam &c. de latere legatum, nuper anno Domini M. D. XXIIII. Ratisponæ edita.

LAVRENTIVS miseratione Diuina tituli sanctæ Anastasiæ sanctæ Romanę Ecclesię presbyter Cardinalis, per vniuersam Germaniam, ac Hũgariæ & Bohemię, Polonięq; Regna, & quæcunque alia loca ad quæ nos declinare contigerit, domini nostri papæ & Apostolicæ sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam. Ex legationis officio à sede Apostolica nobis commisso obligamur, vt circa statum personarum Ecclesiasticarum sub finibus nostræ legationis cõsistentium, in melius reducendum, propensiùs cogitemus, vt quæ in eis à sanctorum patrum decretis & ordinatione deuiare perpendimus, ad

ad debitam reformationis normam dirigentes, eis opem & operam adhibeamus efficaces. Nuper siquidem cùm sanctissimus dominus noster Clemens papa septimus, cùm pro pastorali suo officio, tum pro ea affectione qua inclytam nationem Germanicam paternè prosequitur, intellectis eius fluctuationibus, hæreticorumq; impietate indiès crescente: Nos ad vniuersam Germaniam suum & Apostolicæ sedis legatum de latere miserit non aliam ob causam, quàm vt tranquillitati prouinciæ & saluti animarum, quę periclitantur ob dictam nuper natam impurissimam omnis hæreseos sentinam, consulat. Quod onus, licèt humeris nostris impar, eius tamen præceptis & mandatis obedire, vt tenemur, volentes, freti Christi fauore Seruatoris nostri, cuius negocium agatur, subiuimus: nihil hîc prorsus nostris viribus tribuentes, aut prætereà cupientes, q̃ quod ad munus hoc feliciter implẽdum attineat. Cumq; aliquot mensium experientia, multa collapsa & præter omnem opinionẽ difficultatibus plena perpenderimus, cum serenissimo Ferdinando Hispaniarum principe, Archiduce Austriæ, Imperiali locum tenente generali, communicatis consilijs, cõcordi sententia particularem cõuentum in ciuitate Ratisponę conuocare decreuimus: in quo vnà nobiscum interfuerunt præfatus serenissimus princeps & archidux, reuerendissimus Matthæus sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli sancti Angeli presbyter Cardinalis Archiepiscopus Saltzburgensis, ac illustrissimi Guilielmus & Ludouicus Palatini Rheni Duces in superiori & inferiori Bauaria fratres germani, venerabiles in CHRISTO patres Bernardus Episcopus Tridentinus, Ioannes administrator Ecclesiæ Ratisponensis, Palatinus Rheni Dux Bauariæ, ac nuncij siue oratores omnes cum pleno mandato venerabilium in Christo patrum & illustrissimorum principum Vigandi Episcopi Bambergensis, Georgij Episcopi Spirensis Palatini, VVilhelmi Episcopi Argentinensis, Christophori Episcopi Augustensis, Hugonis Episcopi Constantiensis, Christophori Episcopi Basileensis, Philippi Episcopi Frisingensis, Palatini Rheni Ducis Bauariæ, Ernesti administratoris Ecclesiæ Patauiensis ac Palatini Rheni Ducis superioris & inferioris Bauariæ, & Sebastiani Episcopi Brixinensis. Cum quibus pluribus hincindè in discussionem allatis, & precipuè quibus consilijs, quibusque modis præfatæ nationi Germanicę periclitanti cõsuleretur, paribus sententijs receptum fuit, hanc perditissimam hæresim rudi populo plausibilem, ob libertatem illi falsò persuasam prætextu Euangelicæ charitatis, non paruam habuisse occasionem partim à perditis moribus & vita clericorum, partim ob non diutiùs dissimulandum sacrarum sanctionum Ecclesiasticarumque constitutionum abusum, & proinde nõ parùm momenti fore extirpandæ hæreticorum Luteranorum & eorum sequacium sectæ, vt clerici ad honestatem vitæ moresq; suos illos, quos diuus Paulus exigit & præscribit, debita censura reducti, abususque laicos malè offendentes, sublati fuerint. Itaque habitis maturis deliberationibus & pijs consilijs præfatorum Ferdinandi principis, cardinalis, ac ducum, & Episcoporum, atq; nunciorum suorum, infrascriptos salutares aliquot tam necessarię reformationis sacerdotum, presbyterorum, religiosorum & clericorum modos præscribere, statuere, sancire, atque edere necessarium duximus. Quocirca authoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, statuta & ordinationes per nos (vt præfertur) edita ab omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, & alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, ac parochialium Ecclesiarum aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum rectoribus, presbyteris, religiosis ac clericis, in vniuersa Germania residentibus, prout eos & eorum quemlibet respectiuè tangit, aut tangere poterit in futurum, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari volumus, decernentes irritum & inane, si secùs super his à quoquã quauis authoritate sciẽter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominùs vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac alijs personis in ecclesiastica dignitate cõstitutis, necnon Metropolitanarum & aliarum cathedralium Ecclesiarum canonicis, ipsorumq; Archiepiscoporum & Episcoporum officialibus & vicarijs generalibus per præsentes committimus & mandamus, quatenùs ipsi & eorum quilibet, si & postquàm pro parte illorum quorum interest, aut in futurum interesse poterit, fuerint requisiti, statuta & ordinationes huiusmodi, & horum singula, inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores per censuras Ecclesiasticas & alia iuris remedia compescendo, inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstante constitutione felicis recordationis Bonifacij papæ octaui, qua cauetur, ne quiuis extra suam ciuitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnã diætam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur. Seu ne iudices à sede Apostolica vel eius authoritate deputati, extra ciuitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, cõtra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices suas committere præsumant. Et in cõcilio generali de duabus diætis & personis, vltra certum numerum ad iudicium nõ vocandis, & alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Verùm quia difficile foret,

præsentes literas ad singula loca ad quæ expediens fuerit, differri: volumus & authoritate Apostolica decernimus, quòd transumptis præsentium literarũ, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ea fides adhibeatur, quę eisdem originalibus, si essent exhibitæ vel ostensæ, adhiberetur. Et vt huiusmodi statuta & ordinationes ad singulorum notitiam deducantur, vniuersis locorum ordinarijs authoritate Apostolica præfata in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenùs statuta & ordinationes huiusmodi per se vel aliũ seu alios in eorum Ecclesijs vel ciuitatibus publicẽt, seu publicari faciant, quæ post publicationem ipsam eosdem quorum interest aut interesse poterit, perindè arcent, àc si eis personaliter intimatæ essent aut intimarentur. Tenor verò statutorum & ordinationum prædictarum, sequitur & est talis:

1 Cùm potissimùm anima verbo quod ex ore Dei procedit, viuat: id autẽ nec passim, nec ab omnibus expediat prædicari, admonente Apostolo, qui inquit: Quomodò ẽm
Rom.10.c prædicabunt, nisi mittantur? Ideò statuimus & ordinauimus, vt nõ liceat cuiquam, etiam religionem professo, ac quomodolibèt exempto Euangelium docere, nisi ab ordinario vel eius vicario, tam moribus quàm doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes literas, quæ præter Notarij mercedem gratis prorsus concedantur. Missi itaq; atq; probati, Euangelicum negocium tractabũt rectè, sobriè & purè, loca quæq; recondita magis & abstrusa, intellectuq; difficilia, nõ ad nouum & adulterinum sensum, sed iuxta sanctorum patrum & ab Ecclesia receptorum doctorum, ꝑcipuè Cypriani, Chrysostomi, Ambrosij, Hieronymi, Augustini & Gregorij, exponant & interpretentur. Omni etiam ope studeant, ne pro veris somnia & aniles fabulas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha, & iamdudũ explosa, damnataq; ab orthodoxa Ecclesia, tradant vel depromant. Idq; omni modestia, ne vnquã eos ad conuicia iniuriasq; delabi cõtingat, locusq; ille cum populi offendiculo dehonestetur. Itaq; ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos constituat, qui per diœcesim inquirant, qui sint ad Euangelicã doctrinam idonei dissemināndam, quiq; ad impias nouitates & perfidiam aliquam nõ deflectãt, vt remedia adhibeantur, quo populus rectè instituatur in Christiana lege: & ab ea deficiens, ne secum alios trahat, debitè coërceaẽ: cultus diuinus obseruetur: peragaturq; his modis & ritibus, qui per manus sanctorũ patrũ nobis traditus, & per maiores nostros obseruatus est in sacrificio altaris, officijs defunctorũ, canonicis horis, cæterisq; diuinis laudibus atq; cæremonijs.

2 Hinc hortamur atq; monemus omnes & singulos, qui sacris initiati sunt, vt viuant vitam, quã ꝓfessio exigit, & Christꝰ requirit, inquiens: Sic luceat lux vestra coram homi- Matth.5.
nibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Cum
1.Tim.2.c vestitu honesto incedãt, quem Paulus alibi præscripsit. Quapropter singulari cura intẽdat quisq; prælatus, ne hi quibus præest, in sacris ordinibus cõstituti, vestes varij coloris velut virgatas & fimbriatas deferant, sed longis atq; talaribus vtantur. Nulla arma induant, nisi itinerantes: barbam & comã non nutriant, coronam & tonsuram deferentes, tum summopere curantes, ne quem Laicorum indecentia vestitus offendant, vt sacris canonibus cautum est.

Insuper tabernas publicas euitẽt, nisi eas 3
peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi q̃ domi & alibi à crapula & ebrietatibus, omniq; ludo à iure prohibito, blasphemijs, rixis, ac alijs quibuscunq; excessibus & offensionibꝰ penitùs abstineãt. Choreas, spectaculaq; & cõuiuia publica vitent, ne ob luxum, petulantiamq; eorum, nomen Ecclesiasticum malè audiat.

Cumq; secundùm Apostolum, Nemo mi- 4
litans Deo, sese negocijs secularibus implicare debeat: Nemini liceat cõtra prouincialia statuta & synodalia domi suæ tabernam
2.Tim.2.a compotandiq; locum aperire Laicis: quoniã non rarò sequi solent ebrietatem rixæ, cædes, & multa hoc genus scelera, quæ sacerdotalem polluunt dignitatem. Prætereà negociationibus mercimonijsq; more mercatorum abstineant.

Sacerdotes* quoq; curati, quiq; vicẽ eo- 5
rum referunt, subditos in remedijs & alijs * autem
iuribus parochialibus, vltra ea quæ sibi de iure debentur, non grauent, vltraq; depositionẽ, eos ad peractiones septimi, tricesimi vel anniuersarij peragi faciendas nõ cogãt, tum præter oblationes festis solennibus fieri solitas, cùm illa pro arbitrio fieri non debeant, ab inuitis non exigant.

De sepultura quoq; ac administratione 6
sacramentorũ, alijsq; spiritualibꝰ pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit aut debeat, & ꝓpter eiusmodi à parochianis neglecta, cuiquã nõ liceat aliquod sacramẽtorum denegare: Neq; ꝓpter debita quempiã ab Ecclesiastica sepultura ꝓhibere. Parochialia tamẽ iura, quę vsus recepit, & debentur altari seruienti, per prędicta nõ abrogamus.

Cùm aũt in diœcesibus nõ sit eadẽ con- 7
suetudo, & inter subditos & pastores multa & varia emergãt dissidia, pastoribꝰ quibusdã plura exigere ꝓpensis, subditis verò ob penuriam & egestatẽ reclamãtibus & recusantibus: ordinamus, q̃ quilibet ordinarius infra sex menses post ꝓsentium publicationẽ, oñibus perpẽsis, beneq; & sufficienter examinatis super ꝑdictis, certã legẽ ordinationemq; vnà cum principũ aut dominorũ secularium

cularium cõsilio, quos ista negocia tangũt, constituat, ne viduæ, pupilli & alij pauperes nimiùm vltra vires iniustè grauentur, quod nos, si neglectũ fuerit, si in ꝓuincia adfuerimus, vel successor noster, habita de his plena informatioe, facturos pollicemur, aut rẽ ipsam sanctissimo dño nostro relaturi sumꝰ, qui huic rei ꝓspiciendæ iudices deputabit.

Conuiuia presbyterorũ quæ in exequijs & fraternitatibꝰ publicè in tabernis hucusq; exhibita sunt, prorsus abrogamus, q̃ plerũquè laicis sint scãdalo. si autem conuiuium vel cõsuetudo, vel locorum distãtia exiget, fiat illud in domo sacerdotis: honesteq;, nõ ad luxum, sed ad necessitatẽ, instruatur. Siquidem neq; cõmessationi, neq; cõpotationi vacandum est sacerdotibus, cùm q̃ non
Phil.3.d audiant, Quorum Deus venter est: tum q̃ officij eorum est, & sobriè & castè pro peccatis Deo dona sacrificia q̃; offerre.

9 Porrò ne & ipsi videantur pecunię aucupium magìs, q̃ salutis animarũ studium amplecti, dum laicos grauiora delicta cõfessos hincindè remittunt non sine famæ rerumq; dispendio: cõstituimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confessor absoluere possit laicos contritos & confessos à quibuscunq; peccatis occultis, quãtumcunq; grauibus & enormibꝰ, quę ordinarij suæ authoritati reseruauerant, exceptis duntaxàt homicidis, hæreticis, & excõmunicatis, ad Episcopum vel eius vicarium mittẽdis. Quo aũt ad clericos, nihil, quo ad hoc statutum, intelligaẽ innouatum. Pro condonatione autem & remissione peccatorum, quam absolutionem vocant, nihil omninò ab inuito exigant.

10 Statuimus quoq; iuxta Apostoli sententiã,
1.Tim.5.a q̃ dicit, Nemini citò esse manũ imponẽdam: ne cui temerè cura animarum committatur. Itaq; ꝓbetur priùs per Episcopum vel eius officialẽ, etiã religionẽ professus. Nec liceat vlli, vicarium Ecclesiæ & plebis suæ sufficere, illámve locare, siue emolumẽtum, quod absentiæ noïe recipiet, constituere sine authoritate ẽpi aut vicarij. Nã cùm os boui tri-
1.Cor.9.b turanti nõ sit alligandum, Episcopi vel officialis arbitrio eiusmodi emolumenta locationũ & absentiarum moderãda censemus.

11 Domos quoq;, fundosq; dotales beneficiorũ collapsos instaurent possessores, quãtùm necessitas postulauerit, reparataque in debita structura cõseruent, & per Archidiaconos & Decanos rurales, ac alios ad quos de iure vel cõsuetudine spectat, vbi negligẽtes fuerint, per subtractionẽ ꝓuentuum authoritate nostra arctiùs compellantur.

12 Expresè cauentes, ne cura Ecclesiarum beneficiorumq; concedaẽ religionem quãcunq; professis, etiam exemptis: quòd si hactenùs aliqui admissi vel recepti essent, nisi de voluntate fauoreq; superioris sui legitimisq; causis cõstiterit, extra sua monasteria degere nequaquàm sibi integrum fore pu-

tent, quando illos sic vagos, per ordinarios vel vicarios ad superiores suos, per victꝰ denegationem aut alia iuris remedia remittẽdos esse iubemus.

Monasteriorum prælati vnitas Ecclesias 13
habentes, ꝑdictos vicarios perpetuos vel ad nutum amouendos, in eisdẽ Ecclesijs in posterum nõ cõstituant, nisi priùs per ordinarios aut eorũ vicarios, vt idonei & apti, fuerint admissi. Ecclesiæ tamẽ suis monasterijs vnitę vsque adeò propinquæ, q̃ religiosi earundem curã habituri, sub religione in monasterio sub debitaq̃; obedientia stare possent, modò sint habiles & idonei, per huiusmodi religiosos prouideri possint. Id quoq; permittimus de monasterio, quod tã tenue est, vt debitã sustentationẽ habere nequeat, volentes religiosos & qualitercunq; exemptos, curata beneficia habentes, ordinario loci esse subiectos. Cumq; in Ecclesia DEI magìs ꝓstet, paucos bonos & doctos, q̃ plures, indoctos & imperitos habere ministros, id quod ratio nostrorũ temporum exigere videẽ: idcircò deinceps nõ initientur sacris ordinibus, nisi viri morum vitæ candore & doctrina præ cæteris spectati, probatiq̃; per testimonium examinis ritè seruandi.

Quòd attinet ad ordinatos in vrbe vel in 14
alia quacunq; aliena diœcesi, sancimus, vt & illi suarũ ordinationũ literas & titulos ostẽdant. Et simili modo ad diuina peragenda priùs nõ admittãtur, quàm ab Episcopo vel vicario seu officiali fuerint ritè admissi.

Prętereà, cùm nihil æquè conueniat omi- 15
bus numeris, àc eos esse mundos qui vasa Domini portant, & in sacrario operanẽ, quales sacerdotes constituit ipse Dñs, qui quotidiè sacrosancta tractant, & in illis versanẽ: Igitur volumus, atq; iuxta sanctiones canonicas feliciter à diuis patribꝰ institutas sancimus, vt castè continenterq̃; viuant: Sacerdotes concubinarij, incontinenterq̃; vitam agentes, Canonum pœnis in ordinem redigantur, nulla consuetudine eis, nulla conniuentia, immò damnosa prælatorum negligentia, patrocinante.

Quo verò ad quęstores, qui vulgò statio- 16
narij appellantur, statuimus, ne quis quauis authoritate & literarum occasione, vel ad ꝑdicandum, vel subsidia eleemosynasq̃; colligendas se ingerat, vtcunq; se iactet indulgentijs abundare, nisi priùs literę admissionis & approbationis ordinariorum vel vicariorum ab eo prolatę fuerint, adstringentes ipsos ordinarios, vt tales admittãt, qui ꝓbæ vitę testimoniũ habeant, & de prædicatione sua, dum opus erit, rationẽ reddere possint, eleemosynis piorumque oblationibus non abusuri per luxũ ꝓprium, religione iurisiurandi affirmaturi, se nec quotam nec totam colligendi facultatem certa summa pecuniarum pactos esse. Fratribus tamen mendicantibus integras saluasque concessiones, à

sede Apostolica factas, relinquimus.

17 Et vt pastor agnoscat vocem ouis, & illa vicissim vocem pastoris audiat, tollaturq́ue omnis vagandi occasio: ordinamus, ꝙ presbyteri peregrini & ignoti, ad Missarū sacrificium non admittant: nec vltra mensis spatium in cōsortio presbyterorum tolerētur, nisi exhibeāt literas admissionis alterius ex Archiepiscopis vel Episcopis, in cuius diœcesim se transtulerint, ac documenta & literas testimoniales sui ordinarij, à cuius diœcesi proximè discesserunt, quibus de eorum ordinibus & honestate constet, Ne aliquis incorrigibilis post perpetratos excessus, impunè ad aliam diœcesim transeundo euadat.

18 Vt autem Christifidelium Eleemosynæ in vsum, pro quo erogantur, vertantur: non liceat procuratoribus seu vitricis fabricarū, in singulis Ecclesijs quicquam de pecunijs ad fabricā prouenientibus, distribuere, aut in ædificiorū vel alterius rei vsum dispensare sine rectoris scitu, sed ad armaria fabricæ reponantur, vt hactenùs seruatum est, duabus vel tribus clauibus pro loci consuetudine tenendis: quarum vna ipsi rectori seruanda tradatur, obseruato vsu, in clauibus & rationibus reddendis à principibus & superioribus hactenùs recepto.

19 Statuimus quoque & ordinamus, ne episcoporum in Pōtificalibus vicarij, in cōsecrandis Ecclesijs & altaribus, quod sacri iubent canones, quicquam omninò exigant, excepta procuratione. Conuenit nanq;, vt pro qualitate status ipsorum, Episcopi prospiciant, præstando præcipuè pensiones super fructibus mēsæ Episcopalis à sede Apostolica constitutas, ne aliquid attentare habeant in dedecus Episcopalis dignitatis.

20 Nec ab re, immò iustis de causis adducti, festorum multitudinem constringendā esse duximus: statuentes & ordinantes, vt deceterò Dominica dies, quæ in gloriam Dominicæ resurrectionis ad nos vsq; à primitiua Ecclesia maximè celebris semper habita est. Dies quoque natiuitatis Christi, sancti Stephani, Ioannis & Innocētium, Circuncisionis, Epiphaniorum, Paschæ cum feria secunda & tertia duntaxàt, Ascensionis, Georgij, Pentecostes cum feria secunda & tertia dūtaxàt, Corporis Christi, & p̄sertim quatuor beatæ virginis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis, Natalitia Apostolorum, Ioānis Baptistæ, Magdalenæ, Laurentij, Dedicationis, Michaēlis, omium Sanctorum, Martini, Nicolai, & Catharinæ, & per diœcesim Saltzburgēsem festiuitates sancti Ruperti, sicuti hactenùs obseruatæ fuēre, celebres quoq; & festi habeantur. In cæteris autem festiuitatibus, quacunq; ratione vel institutis vel receptis, & quæ sub præcepto celebrari debeant, permittimus, liberumq́; cuiq; facimus, vt Missa audita, ad operas suas, quibus suam suorumq́; alimoniam quærere cogitur, redire possit: Festis tamen Dedicationum & patronorum principalium, nihil derogantes, quo ad eorum celebrationem in Cathedrali sede, ciuitateque ac loco etiam Episcopalis residentiæ duntaxàt.

Cumq́; in certis locis & diœcesibus inter 21
Pastores & gregem propter nuptiarum celebritatem, quam alij inthronizationē, alij solennizationē vocare solent, multa & iurgia & scādala eueniāt: declaramus & statuimus, quòd matrimonia in cōspectu Ecclesię possint solennizari, nullo ab ordinario ad hoc cōsensu petito, aut quapiam re pro ea exposita, exceptis tamen tota quadragesima, vltima hebdomada aduentus, festis Paschæ, Pentecostes & Natiuitatis Dominicæ, cum octauis ac diebus Rogationū: Ieiunia quoque ab Ecclesia instituta, sub debito obedientiæ sanctæ Ecclesiæ Catholicæ in posterū indíci debent omisso excommunicationis verbo, ne infirmorū consciētiæ offendantur, cùm his temporibus pietas penè omnis iaceat, sacerdotibusq́; parùm deferatur.

Vt igitur extinctus cultus excitetur, po- 22
pulusq́; non fiat indiès negligentior: statuimus, vt propter cædem Clericorum, persona tantùm, non autem locus interdicendus veniat, nisi cœtu concursuq́; populari facinus patratum esset.

Inhibemus insuper, ne in posterum Epi- 23
scopi Clericis legitimis, ab intestato decedentibus, in patrimonialibus bonis aut industria propria acquisitis, succedere possint aut debeant.

Cumq́ue quotidiè ob nouas, immò iam 24
olim damnatas hæreses, apostatarum numerus tam religiosorum, quàm sacerdotum in immensum crescat, quàm plurimis eorum vxores ducētibus, vt ergo sacrilegia hæc impunita non remaneant, cōcedimus quibuscunq; principibus, statibusq́; potestatis secularis, eorumq́; officialibus facultatem, vt eiusmodi apostatas & sacrilegos capere possint, modò reos ipsos ordinarijs infra tēpus debitum tradant & assignent, absq; aliqua in eos tortura & animaduersione, debitè puniendos: quib⁹ enixè mandamus, vt omni posita mora fauoreq́;, diligentiùs quàm hactenùs factum fuit, iuxta sacras sanctiones omninò puniant facinorosos, adeò quòd criminis enormitate expostulante, possit Episcopus, seruata forma Capituli primi de hæreticis in Sexto, reum Curiæ seculari relinquere, vel ad perpetui carceris ærumnam damnare. Negligentia autē ordinariorū ad Apostolicam sedem deducta, Iudices Ecclesiastici ab ea deputabunt, qui cōstito de ordinariorū negligentia, ad preces principum aliorūq́; secularium reos maximè hæreseos meritis pœnis afficient. Quod iā Episcoporum quidā, vt accepimus, de beneficiorum pensioni-

pensionibus atque absentijs decimas exigant, cùm sit in contrarium iuri, longeq́ue prestet, malè inductos vsus delere, quàm inusitatum quid admittere: idcirco decimas eiusmodi vlteriùs exigi soluiq́ue interdicimus, vsumq́ue talem qualitercunquè receptum cassantes, cassatumq́; esse censentes.

25 Item improbamus, & vt absonum prorsus reijcim⁹, ab Episcopis medios exigi fructus de beneficijs, q̄ vnius sustentationi vix sufficiunt, vt sunt q̄ non excedunt valorem trigintaduorum Rhenensium, de quibus in Rom. Curia medij fructus non exiguntur. Quod etiā ab ordinarijs obseruandum esse præcipimus, nisi concordatis aliter cautum esset, vel honesta ratione aliquid, sine tamē reprehensibili grauamine, accipiant.

26 Cæterùm quo maior fiat coniunctio, firmaq́ue magìs inter prouinciales stabiliatur concordia totius prouincię, antiquum morem synodorum innouantes, statuimus vt singulo triennio post Pascha prouinciale Concilium celebretur.

27 Ad hæc, cùm beneficia propter officia, iuxta patrum sanctiones, dari cōsueuerint, fieriq́; vix possit, vt in tanta præbendatorū caterua non reperiatur, qui officij oblitus horas negligat canonicas: hinc statuentes volumus & ordinamus, vt locorum ordinarij per Archidiaconos & decanos de huiusmodi sacerdotibus negligentibus sese diligenter edoceāt, & secundùm vniuscuiusq; negligentiam atque desidiam, fructus perceptos vel in vtilitatē Ecclesię, vel in vsum pauperum vertāt. Quòd si post legitimas monitiones & simul primam correctiōem, in eandē negligentiam, quæ dissolutę prorsus mētis indicium est. quis relabatur, tum beneficio etiam Ecclesiastico priuet, Collatoriq́ue vel patrono de alio idoneo prouidendi aut præsentandi sit potestas.

28 Sanctionem patrum, qua Ecclesiastica sepultura priuatur, quisquis nō cōfessus, nec Eucharistiæ Paschali tempore communionem sumpserit: inuiolabiliter obseruādam esse statuimus, ac vbi quem contigerit inopinata morte obire inconfessum, sepultura præfata illum carere non volumus, modò ipsius curato constet, vel doceat ille, ipsum secundùm iam dictam sanctionem confessum esse, & simul communicatum, aliudq́; non obstet canonicum impedimentum.

29 Ad tollēdam execrabilem blasphemiam diuini nominis ac diuorum, quos temnere fas non est: statuimus & ordinamus, vt quicunq; clericus vel sacerdos Deo palàm maledixerit conuicijs cōtumelijsq́;, atq; adeò obscœnis verbis incesserit Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, aut nunquā satìs laudatam matrem eius gloriosam virginem, pari blasphemia lingua impetierit, aliosq́ue sanctos blasphemauerit, fructuum vel bonorum priuatione seu alijs pœnis ꝓ qualitate blasphemiæ & delicti plectatur.

Contra Simoniæ labem non discedimus 30
à patrum sanctionibus, iubētes eas sub pœnis in illis contentis obseruari.

In sortilegos, diuinaculos, incātatores q́; 31
clericos, quos tam sacræ leges q̄ patrum decreta execrantur, statuimus & ordinamus, vt arbitrio superiorum infamia notentur: si qui moniti non destiterint, ordine amoueantur: inq́; monasterium ad tēpus iuxta arbitrium superioris relegētur, beneficijs officijsq́; suis Ecclesiasticis priuati. Cęteri aūt pseudochristiani, de fideq́; parū probè sentiētes, citra delectum personarum, hæretici quoq; vel Iudaismū referentes, à sancta cōgregatione Christianorū procùl arceantur. Cōtraq́; eos diligenti inquisitiōe procedat per ordinarios vel eorundem vicarios aut hęreticę prauitatis inq̄sitores, vel p̄ iudices à sede Apostolica, vel p̄ nos deputandos, vt non respicientes, pœnis puniantur debitis.

Prohibemus etiam tam clericis quàm la- 32
icis, de sacrosancta fide temerè, præcipuè inter pocula atq; conuiuia, disceptare: iniungentes sacerdotibus, vt omni modestia vtātur, & peculiariter operam impendant nouo veterię; testamento legendo, vt par est, ne per ocia in vitia voluptatesq́; labantur.

Statuimus & ordinamus, vt quilibet Epi- 33
scopus diligenter prouideat, atq; in primis id curet, vt vicarij siue perpetui, siue ꝓ nutu positi, competentem viuendi portionem assequantur, ne detur eis ansa suos subditos ob rei familiaris penuriam grauandi. Porrò, quod proximè accedit ad Apostolorum institutiōem, moremq́; primitiuę Ecclesiæ, hortamur, cùm Prælatos, tum reliquos sacerdotes, vt meminerint pauperum, & eleemosynis studeant alter alterum vincere.

Sunt item pleraq; alia à summis Pontifi- 34
cibus, sacris concilijs, prouincialibusq́ue & synodalibus constitutionibus prodita, quę mirè decent & adornāt candorem vitę clericalis. Nec minùs obuiāt offendiculis, quæ Christus passim cauenda præcepit, quæ velut sancta teneri & obseruari mandamus, transgressores secūdùm canones ipsos prædictasq́ue constitutiones puniri volentes.

Inhibentesq́ue propterea omnibus & 35
singulis vicarijs & officialibus, necnon & Archidiaconis & Decanis ruralibus, alijsq́; ad quos criminum denunciatio correctioq́; quomodolibèt spectant, aut quibus id per ordinarios committetur: ne ad excessus transgressionesq́ue alicuius dictarum constitutionum, statutorum & ordinationum nostrarum, ob pecuniam etiam vltrò oblatam, aut alterius rei gratia conniueant, sed potiùs ad pœnas de iure vel consuetudine debitas, contra delinquentes pro delicti qualitate & officij sui debito procedant. Atque vt ita fiat, quoniam nihil proderit leges condere, nisi sint qui conditis viuant,

mentemq; earum exequãtur, vtq; refloreat Catholica fides, ecclesiasticaq; dignitas, hæresibus radicitùs extirpatis, suum locum recuperet: idq; vix alio medio aptiùs atq; cõmodiùs fieri possit, q̃ synodis: Itaq; priscum synodorum morẽ renouare cupientes, statuimus & ordinamus, vt singulo anno saltẽ synodus diœcesana opportuno tempore à singulis Episcopis celebretur cum potioribus prælatis, Decanis Ruralibus, virisq; dignis. In quibus per quartas designentur iudices, qui diligenter intendant, si statuta p̃dicta ac alia per synodos de scitu Episcopi statuenda, obseruentur: inuocato ad hoc, si opus fuerit, brachio seculari. Mandantes propterea, vt huius nostræ constitutiõis ordinationisq; series, in præfatis synodis tam prouincialibus quàm diœcesanis, in earundem principio diligenter legatur, ne quis in futurum ignorantiam prætexere possit. Datum Ratisponæ à Natiuitate Dñi millesimo quingentesimo vigesimoquarto, Nonis Iulij, pontificatus præfati domini nostri papæ Anno primo.

Visa. Iul. Flo. Montinus.
D. de Paternina.
G. Prego.

DECRETA PROVINCIALIS CONCILII SENONENSIS, CELEBRATI SVB REuerendissimo Domino, Antonio à Prato, tituli sanctæ Anastasiæ presbytero Cardinali, Senonensi Archiepiscopo, Galliarum & Germaniæ Primate, necnon Albigiensi Episcopo, Franciæ Cancellario, Anno Domini M. D. XXVIII.

ANtonius miseratione Diuina, tituli sanctæ Anastasiæ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesię presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Senonensis, Galliarũ & Germaniæ Primãs, Albigiensis Episcopus, ac Franciæ Cancellarius: vniuersis præsens hoc scriptum inspecturis, salutem in eo qui est omnium vera salus.

Cùm frequẽs Conciliorũ celebratio, agri Dominici præcipua sit cultura, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit: Generalia autẽ non facilè possint aut soleant adunari, quibus suboleſcentes errorum fibræ, animaduersionis tempestiuæ sarculo præcidantur: prouidè admodùm à sanctis patribus institutum est, vt metropolitani prouincialia subindè Concilia cõuocarẽt: quibus, vnà cum suis suffraganeis, irrepentibus animorum morbis & commissæ sibi plebis contagioni, digna cautione mederentur. Quod etsi semper vtiq; fuerit nõ segniter obseruandum, ea tamẽ sese nobis obtulit necessitas, vt in tanta curarum nostrarum mole, nulla dilatione negocio tam sanctum protrahi pateretur. Siquidem cùm grauis & lœtifer morbus afflictat corpus ac depascit, adhibenda est euestigiò salutaris medicina sine vlla procrastinatione, quę pulsato morbo, pristinam ægroto sanitatẽ instauret. Et periculosa tum solet esse mora, cùm per illum languor exitialis inualescit ampliùs, & valentiores sumit vires. quid igitur factitandum, cùm extrema quædam animorum pestis immaniter grassatur in omnes, & lues sua mortifera longè lateq; debacchatur? Nónne reiecta omni prorogatione, incunctanter occurrendum est & maturè tam pestiléti malo remedijs salutaribus & accõmodis, ne si oscitãter idipsum & lentè agatur, interea tabes illa pestifera latiùs proserpat in plures, & diffusiùs propagetur? Tale autem quiddam nostra accidisse ætate circa fidei & morum corruptelã, vel tacentibus linguis, res ipsa planè loquitur: Adesse iam tempora illa periculosa, de quibus ad Timotheum scribit Apostolus, 2. Tim. 3. ipsa rerum experiẽtia dilucidè comprobat. Tanta enim, Martini Luteri & perditorum quorundam hominum auspicijs, in orthodoxam fidẽ pestis efferbuit, tam grauis Ecclesiæ procella superioribus hisce diebus incubuit, vt electi (quod est apud Matthęũ) Matt. 24. propemodùm viderentur in errorem induci, & dirum cõcussæ Petri nauiculæ naufragium intentari. Nempe eò dementię proruperunt Ecclesiæ perduelles, in eam venêre perfrictæ frõtis impudentiã, dum extinctarum quondàm hæresum cineres exuscitãt, dum hæresiarchas ab omi fidelium theatro quondã explosos, orthodoxis patribus anteponunt, vt sacrosanctam Cõciliorum authoritatem respuãt, nullum vel apertissimũ scripturæ locum non deprauent, sed corruptum atq; adulteratum in suam vtcunquè sententiam detorqueant. Ne serpat ita que latiùs hic cancer, ne quis è commissa nobis plebe, vanæ cuiusdã libertatis prætextu, aut adulterino scripturarũ fuco deceptus, tam dirum ac pestilẽs venenum hauriat: de suffraganeorum nostrorum consilio Decreta promulgari iussimus, quibus exitiale Luteri &cęterorum id genus hęreticorum virus, aliqua ex parte detegatur. Adiectæ sunt & nonnullę Cõstitutiones, quibus insoleſcẽtes nostra tẽpestate mores & suppullulãtes quidã excessus cõprimantur. Disciplinæ tñ ordinẽ sequuti, à generali primùm decreto susceptũ fidei negociũ inchoamus, ad specialia subindè progressuri. Datum Parisijs, Anno Dñi 1528. die verò 20. mẽsis Februar.

Psal. 128. SCribẽs Regius Psaltes de Ecclesia eiusq; aduersarijs, & vano atq; inani eorum conatu: Sępè, inquit, expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel: Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim nõ potuerunt mihi. Quibus sanè verbis indicat, Ecclesiæ vel à primordijs suis hostes non defuisse: qui atrociter quidem illam impugnârũt, sed minimè deuicerũt: hostiliter quoq; exercuerunt, sed non pro sua potuerunt libidine extinguere. Quarè cùm præposuisset, Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: mox subiunxit, Etenim non potuerũt mihi. quod idem facilè cognoscet, quisquis veteres hæresiarchas & eorum errores paulùm discusserit. Nam à plurimis aduersarijs oppugnatam Ecclesiam fuisse percipiet, sed semper de illis nobiliter triumphâsse. Impugnârunt in primis Ecclesiam in primo fuæ iuuentutis flore Simoniani, Nicolaitæ, Gnostici, Carpocratiani, Chiliastę, Ebionęi, & plerique alij hæretici, qui falsò arbitrati, vafris suis argutijs & dolis supplantare Ecclesiam, tanq̃ fumus euanuerunt: Ecclesia autem victrix gloriosaq; permansit. Subsequuti sunt deinde alij, Ecclesiã insidiosiùs & occultiùs adorti: qui sacras literas aliquatenùs suscipiẽtes, & nudo earum cortici inhærentes, eius authoritatẽ non solùm molíti sunt imminuere, verùm etiam prorsus eneruare. Huiusmodi fuerunt, Manichæus, Aërius, Vigilantius, Valdo, Marsilius Patauinus, & Ioannes Vuiclefus. At fruſtrà id tẽtârunt: quandoquidem solido fundamẽto innixa, euerti non potuit. Voluit nempe Deus tantam esse Ecclesiæ suæ stabilitatem & potestatem, vt per eam veluti per infallibilem quandam regulam, ad salutem mortales dirigerentur. Nam vt sanctæ scripturæ contestantur, nulli ad vitam beatam patet Matt. 18. aditus, qui Ecclesiam certè non audiãt, aut qui ab eius communione exclusus sit. Nec certè gloriari possunt hæretici, quàsi apud illos resideat Ecclesia Catholica. Nam cùm illa sit vniuersalis, omnesq; fideles complectatur, (alioquì Catholica non esset) angulis aut latibulis hæreticorum nequit circũscribi. Huic accedit, q̃ in integritate fidei, Ecclesia Catholica eadem semper perseuerat, nec vllis erroribus coinquinatur. At cõtrà, nefarijs suis cõuenticulis veluti infamibus prostibulis, fidem hæretici prostituere ac violare satagunt, dum impiè in suis adinuentionibus fornicantur. Præterea, in finẽ vsq; seculi, iuxta Christi pollicitationẽ, perduratura est Ecclesia catholica, quod nullis adhuc hęreticorum sectis contigit. Quare nõ potest apud hæreticos Catholica Ecclesia residere, licèt secùs arbitrati sunt Manichæus, Aërius, Vigilantius, & cæteri præ- Matt. 28. nominati. Quorũ pernicioſos errores paulo diffusiùs explicare cõstituimus, quòd ijdem sint aut ferè similes illis, qui hac tempestate repullulare videntur. Præfatorum itaq; hæresiarcharum primus, fuit non minùs impius, quàm ridiculꝰ, Manichæus: qui Manichęus tollens liberum arbitrium, duplicem in homine statuit naturam: alteram bonam, alteram malam: & bonam quidem à deo, immò de Dei substantia conditam asserit, & eandem semper benè agere: malam verò à principe tenebrarum, semper malè. Agunt enim iuxta illius sententiam non liberè & volũtariè, sed necessariò & naturaliter: ob idque nihil imputandum putat humanæ voluntati, sed naturis illis, maximè inter se contrarijs. Nec ea in re multùm distat à Manichęo Luterus. Nam cuncta quę ab homine fiunt, Luterus necessariò fieri Luterus credit, nec in hominis situm potestate, vias suas bonas facere aut malas. Aufert etiam ipse, vt Manichæus, liberum arbitrium, licèt aliàs ab eo dissentiat. Manichæus nanq; humanam salutẽ ponit in operibꝰ bonæ illius naturæ. At Luterus sola fide & fiducia in Deum eiusq; promissa, secluſis bonis operibus, homines iustificari arbitratur. Errat Manichęus, errat Pelagius. & Luterus. Errauit cõsimiliter Pelagius, dũ aliud extremum secutus, ad vitam beatam comparandam, minimè necessariã putat diuinam gratiã: sed ad id sufficere censet liberum arbitrium, si modò adsit diuinæ legis cognitio. Porrò talia deliramenta respuens Ecclesia catholica, hæc tria ad salutẽ requiri docet: fidem, bona opera, & diuinam gratiam, neq; absq; his patére homini adulto viam salutis. Accedẽtem siquidem ad Deũ, Heb. 11. oportet primùm diuinæ gratiæ munere adiutum, credere: deinde bonis operibus intendere: in quibus efficiendis & liberũ arbitrium operatur, & gratia: primò tamen & principaliùs, gratia. Quapropter qui hominem benè operari & salutem cõsequi arbitratur absq; gratia, aut primatum boni operis libero arbitrio ascribit, nõ gratię, Pelagianus censendus est: Qui verò saluari hominem existimat, neglectis bonis operibꝰ, à libero arbitrio procedentibus, hic Manichæus est & Luteranus. Nam in errorẽ Manichæi incidit Luterus, dum nimìs anxiè & scrupulosè deuitat Pelagiũ. Metuens nanq; liberum arbitriũ cum Pelagio nimìs efferre, omne bonum opus quod est in homine, Deo tribuit & diuinæ gratiæ, nihil prorsus libero arbitrio. sicq; tollens omninò liberũ arbitrium Luterus, factus est Manichæus, dum refugit esse Pelagianus. Debuerat certè Luterus ex Apostolo nõsse, ita necessariã esse diuinã gratiã ad benè operãdum, vt cũ ea tamen liberum arbitrium, bonum opus efficiat. Testis siquidẽ est Apostolus, diui- 1. Cor. 15. nam gratiam in se vacuam non fuisse: cùm abundantiùs (inquit) laboraui, non ego autem,

tem,ſed gratia Dei mecum. Vndè rectè cõficitur,ipſum diuinæ gratiæ, vt & reliquos
2. Cor. 6. fideles,cooperatum fuiſſe:quos ipſe cohortatur,ne in vacuum gratiam Dei recipiant: laborem eorum pronuncians nequaquàm fore vanum,ſi ſic gratia vtantur, vt nõ fruſtrà illam videantur ſuſcepiſſe. Vtrunq; nimirùm alteri connectens Apoſtolus,noluit liberum arbitrium ocio torpeſcere cũ Manichæo:& arrogantiam deuitans Pelagij,ſic cooperatiõem tribuit libero arbitrio, vt ex ſe tñ & citra diuinæ gratiæ munus,ſufficere non poſſit ad ſalutem. Hæc vtiq; ſententia eſt Eccleſiæ Catholicæ, quã ſemper Catholici doctores tenuerunt:& in oppoſitã partem declinantes hæreticos,diuinorum eloquiorũ teſtimonijs confutârunt & damnârunt,quales(vt præmiſſum eſt) fuerunt Pelagius,Manichæus,& hoc tẽpore Manichæi diſcipulus,Luterus. Atquì Manichæo ſucceſſit Aërius,diſſimili quidem volũtate, ſed
Aërius. ſimili vanitate oppugnans Eccleſiam. Hic nanq; carnalem molitus ſtatuere libertatẽ, ſolenniter indicta ab Eccleſia nolebat ieiunia ſeruari,ne legi viderent fideles obnoxij. Arbitrabatur enim,ſi ieiunia ab Eccleſia cõſtituta ſeruarent, aut ſacris eius legibus ac inſtitutis obtemperarent,eos in ſeruitutem redigendos,Chriſtianis hominibus minùs cõuenientem. Qua in re liquidò oſtendit,q̃ ignarus,quamq; in Diuinis ſcripturis parũ eſſet exercitatus. Intelligere ſiquidem debuerat ex apertiſſimis ſacræ ſcripturæ documentis,q̃ vera libertas Chriſtianorũ,qua
Libertas chriſtiana fideles Chriſtus liberauit, non libertas eſt carnis,ſed ſpiritus,per quã mortificatur caro cum ſuis concupiſcentijs, ſpiritus autem viuificatur. Aduerſatur enim prorſus libertati ſpiritus libertas carnis, vt præclarè ſub typo Iſaac & Iſmael, Saræ & Agar, ad Galatas Apoſtolus deducit. Volẽs itaq; Deo in-
Galat. 4. ſpirante Eccleſia hanc ſpiritualem libertatẽ Chriſtiana pietate dignam ſtatuere, moderata indixit ieiunia, ac rationabilem ciborũ delectum certis temporibus & diebus ſapientiſſimè ſanciuit,non hæc (vt volebat inſipiens Aërius)arbitrio relinquens filiorum,
Gene. 6. quorum vt pia mater ſalutem affectaret & haberet ſolicitudinẽ. Nouerat enim, ſenſus humanos; cordis cogitatiões, prona eſſe ad malum ab adoleſcentia:nec facilè ex ſe & ſuapte voluntate, ad hanc libertatem ſpiritus peruenire poſſe. Tanta autem moderatione,tantaq; circunſpectione oĩa digeſſit,vt ijs qui Chriſtiano animo ſunt imbuti, nullus prorſus iuſtæ querelæ locus relinquat̃,atq; illa inſtituens,haudquaq̃ nos rurſum in legis Moſaicæ ſeruitutem obtrudit: quæ iam oĩnò deſijt,ſed in libertatẽ aſſerit filiorum Dei. Vndè cõſtat q̃ fallatur Aërius,dum in carnalẽ fideles nititur deijcere libertatem. Quamobrem cum ſua Iſmaelitica aut Agarena,eaq; carnali atq; impia libertate,nõ heri aut nudiuſtertiùs,ſed ante annos mille damnatus eſt,& cum eo ſatanica eiuſmodi libertas funditùs eſt euerſa, quam nihilominùs homines impij,his temporibus incaſſum laborant rurſus excitare & erigere: dicẽtes,nequaq̃ Eccleſię hoc eſſe conceſſum,vt fideles valeat lœtiferæ noxæ reddere obnoxios,aut ſic ad mortale peccatũ obligare,vt lœtalem noxã præceptorũ eccleſiæ incurrãt tranſgreſſores: cùm tamẽ ex ſacris literis,donatã eſſe à Chriſto Eccleſiæ eiuſmodi authoritatẽ,clarè innoteſcat, qui inter ethnicos eos ſanè deputauit, qui Matt. 18.
pceptis Eccleſiæ non obediunt. Contraria aũt aſſertio,non catholicorum eſt,ſed hereticorum:qui hoc vnum præter cætera,ſuorũ habent errorum fundamẽtum. Hoc amplexãtur Aërius,Iouinianus,Lamperius. Huic adſtipulantur Valdenſes,Vuicleſiſtæ,Boëmi,ex eo fonte oẽs ferè Luteranæ impictatis blaſphemiæ proficiſcuntur. Nec mirum, ſi tantoperè huiuſmodi ſententiã probant hæretici,& oppoſitam reijciunt:cùm ſciant, ſicut baculo canes,ita vniuerſas ſuas hæreſes Eccleſiæ repelli authoritate,& ſe, vt putrida membra,ab eius cõſortio reſecari. Sic olim reiectus eſt delirus Manichæus, & cũ carnali ſuã libertate inſanus Aërius. Reiectus eſt & poſt eos Epicureus Vigilantius, Vigilãtius
infenſus admodùm eccleſiaſticæ pudicitię, quandoquidẽ immũdo ſpiritu agitatus, in tantam prorupit amentiam, vt cõtinentiam hæreſim,pudicitiã dicat libidinis ſeminariũ. Quare ſacrã continentiæ legẽ nõ ferens, libidini frena permittit, nullos volens ſacris initiari, qui vxores priùs nõ duxerint: neq; ijs credi pudicitiã,qui cælibes viuant, quaſi nihil ſit quo hoĩes, diuina gratia adiuti, diſtẽt à porcis, nihil quo differãt à brutis animantibus, nihil quo à iumentis ſeparentur. Peſſimè certè de reſtituto à Chriſto humano genere iudicat,q̃ ita cenſet. Nam qui ita de hoĩbus ſentit, homines humana exuit dignitate,& in ſeruilẽ brutorũ deijcit cõditionẽ,vt ſint tanq̃ equus & mulꝰ,quibus nõ Pſal. 31.
eſt intellectus. Probãda itaq; eſt Latinæ eccleſiæ continentia,vtpotè q̃ ſanctitate p̃fulgeat,libertatemq; præſtet Dñm ſine impedimẽto obſecrandi,necnõ profectui eccleſiæ maximè ſit accõmoda. Non ab re ergo Eccleſiaſtica cẽſura repulſa eſt Vigilantij & aſſeclarũ eius aſſertio impudẽtiſſima. Sequẽtes aũt Vigilantiũ Valdẽſes, homines idiotę Valdẽſes,
& literarũ expertes,ordinẽ hierarchicũ Eccleſiæ cõfundũt,perturbãt, deſtruũt:liberũ cuiq; eſſe aſſerentes,p̃dicare & docere verbũ Dei:nullũ ſexus aut ſtatus diſcrimen faciẽtes,ſacerdotes itidèm & p̃ſules, cùm primùm lœtaliter deliquerint,oĩ ſpoliant dignitate ſacerdotij aut epiſcopatus:neq; eos tũ poſſe cõſecrare, aut ſacerdotes ordinare aſſeuerant. Præcepta inſup̃ Eccleſiæ paruipẽdunt,q̃ alicuius eſſe momẽti minimè credunt.

dunt. Purgatorium etiam inficiantur, neq; orant pro defunctis:omne rurſus iuramentum,illicitum arbitrantur, ſimul & iudiciũ, nihil demùm teneri aut agi volunt, quod non fuerit expreſſum in ſanctis ſcripturis: quæ ſanè aſſertio,aliorum multorum baſis eſt & fundamentum errorum, cùm tñ per eaſdem ſanctas ſcripturas manifeſtè elidat̃. Porrò huiuſmodi iſtorum rudium & indoctorũ inſanos errores diuulgantiũ,mox reiecta eſt impietas,atq; per Eccleſiæ cenſurã reciſa. Poſt hos autẽ ignaros homines, ſurrexit Marſilius Patauinus: cuius peſtilens
Marſilius Patauinꝰ. liber,quod defenſoriũ pacis nũcupatur, in Chriſtiani populi pernicię, procurantibus Luteranis,nup excuſus eſt. Is hoſtiliter Eccleſiã inſectatus,& terrenis principibus impiè applaudens,omnem ſlatis adimit exteriorem iuriſdictionẽ:ea duntaxat excepta, quam ſecularis largitus fuerit magiſtratus. Oẽs etiã ſacerdotes, ſiue ſimplex ſacerdos fuerit,ſiue Epiſcopus, Archiepiſcopus, aut etiã Papa,æqualis ex Chriſti inſtitutiõe aſſerit eſſe authoritatis:quodq; alius plùs alio authoritate præſtet,id ex gratuita laici principis conceſſione vult prouenire,quod pro ſua volũtate poſſit reuocare. Verũ ex ſacris literis coërcituſ eſt delirantis huius hęretici immanis furor:quibus palàm oſtẽditur, nõ ex principũ arbitrio depẽdere Eccleſiaſticã poteſtatẽ,ſed ex iure diuino, quo Eccleſiæ conceditur, leges ad ſalutem condere fidelium,& in rebelles legitima cẽſura animaduertere. Ijſdẽ quoq; literis apertè monſtratur,Eccleſiæ poteſtatẽ longè alia quauis laica poteſtate nõ modò ſuperiorem eſſe, ſed & digniorem. Cæterùm hic Marſilius & cęteri p̃nominati hæretici,aduerſus Eccleſiam impiè debacchati, certatim eius aliqua ex parte nitunt̃ diminuere authoritatẽ. Nam quod in bonis & in malis operibus ſtatuit ſcriptura,tollit Manichæus liberũ arbitriũ: ad ſuum nutum reuocat Aërius Eccleſiaſtica ieiunia: Vigilantio,cõtra Eccleſię decretum,ſacrilegæ Eccleſiaſticorum nuptiæ ,p̃bantur. Vitijs prælatorũ tantoperè Valdenſes offenduntur, vt indè eorum ſtatum damnent. Excellens à Chriſto conceſſa Eccleſiæ poteſtas,grauis eſt Marſilio, nec illã poteſt ferre. At verò his ſuccedens Luteranæ ſectę fons &origo Vvicleſus,cuiq; Luterus
Vuicleſus. per omnia fermè conſentit,non aliqua tantùm ex parte,vt priores illi hæretici, ſed radicitùs totam Eccleſiæ eneruare authoritatem contendit. Is enim nõ cum vno,aut altero tantùm hæreticorum priorum,cõmercium habet,ſed cum ſingulis. Cũ Manichęo nanq; humanorum actuum tollit libertatẽ: cũ Aërio,nihili facit p̃cepta Eccleſiæ. Vigilantium ſecutus,Eccleſiaſticorũ pudicitiam proſtituit,terrenis etiã illos poſſeſſionibus exuens. Paſſim & ab vnoquoq;,iuxta hæreſim Valdenſium,p̃dicandum verbũ Dei decernit,nulla habita ratione prohibitiõis ſuperiorum. Marſilij item dogma probat, ne quis excõmunicari poſſit, qui ad ſeculares iudices prouocârit. Cumq; oĩbus his cõſentiat,non tñ quieſcit mala mens,nec prauum impiumq; ingenium ſibi ſatisfacit,niſi oĩes longè ſuperet impietate, ſeq; hoſtem prodat Eccleſiæ,alijs multo infeſtiorẽ. Hinc certè q̃quid ab Eccleſia Spiritu ſancto ſuggerente cõſtitutũ eſt,hoc ille delirus,veluti dæmonio arreptus,cõterere, lacerare, abijcere molitur. Hic eſt qui vniuerſitates aſpernatur & generalia ſtudia, ciuilia Dñia perplexa reddit & incerta:Eccleſia ſticis poſſeſſiões adimit & decimas,clericos ſubijcit laicis,ipſos bonaq; eorũ, laicorũ tribuens iuriſdictioni:religiones & religioſorũ abijcit inſtituta,cenſuras Eccleſiæ ſloccipẽdit, minimeq; curandas pronunciat, Quid plura? Sacrum ille ridet Canonẽ Miſſæ,dies feſtos ſanctorũ pariter &reliquias tollit,preces fideliũ ad eos dirigi vetat. Horas Canonicas &vocales cõcentus,eos potiſſimùm q̃ in tẽplis alta voce efferuntur,ſubſannat. Sanctas etiã in Eccleſia piè ac laudabiliter cõſtitutas cæremonias,ridet. Nec his cõtentus eſt, niſi ſuæ virus pſidiæ,in diuina quoq; ſacramẽta Euchariſtiæ,ordinis, Cõfirmationis,& Pœnitentiæ euomat. Quanuis aũt oĩa fermè hęreſum portenta,q̃ inducere ſtudet:anteq̃ ipſe naſceretur,falce Eccleſiaſticæ cenſuræ eſſent præciſa:ne tñ haberet, in quo gloriarẽ incircunciſus Philiſtęus in ſuperbia ſua, exprobrareq̃; agminibus Dei viuentis non poſſet,aut in Deum & Eccleſiã ſponſam ſuã tam execrandas blaſphemias effutire:in cęleberrimo illo Cõſtantienſi cõcilio repreſſa eſt Vuicleſi (& in eo, Luteri & ſequaciũ) tam effrenis & priùs inaudita inſania. Proindè dũ reiecta eſt impijſſimi hæretici Vuicleſi dementia,dum Marſilij,dũ Valdenſiũ, dum Vigilãtij, dum Aerij,dum deniq; Manichęi:ſimul etiã corruit & funditùs euerſa eſt temeraria & impudens aſſertio eorũ,qui calumnias,blaſphemias,atq; hæreſes p̃ſcriptas tuent̃ & imitãtur. Cuiuſmodi ſunt Luterus,ſequaces q̃; illius,Melanchthon, Carloſtadius,Lambertus,Zuinglius,Oecolampadius,& cæteri huiuſce cõiurationis execrãdæ cõplices,quos ideo ex noĩe citauimꝰ, ne peſtiferos illorũ libros q̃s legere audeat, ne vipereis dogmatibus inficiat̃. Quo fit,vt nõ parùm demiremur, quonã pacto tã impudentes ſint hodiè, aut tam arrogãtes Luterani,vt damnatã Vuicleſi dãnati viri doctrinam audeant diſſeminare, eamq́ue probare,prædicare,ſcribere,aut diuulgare non erubeſcant,quã ſemper eccleſia Spiritu ſancto illuſtrata reiecit, reſpuerũt orthodoxi, probati doctores execrati ſunt: quaſi verò magis ſit paucis,ijſdemq; temerarijs, errorum ſatoribus credendum, quàm omnibus doctoribus,ſanctis martyribus, academijs,

Epiſco-

Episcopis, ſummis Pontificibus, generalibus concilijs, quo ſtultius dici nihil poteſt, aut furioſius. Nam q̃ maior ſtultitia, ſi non inſania dicẽda eſt potiùs, q̃ q; prædamnatas tot rẽtrò ſeculis hæreſes reuocare conãtur, & extinctos execrandarũ blaſphemiarũ cineres, ſtudẽt ex inferis denuò ſuſcitare? At certè irr vanũ laborant, cùm aduerſus Chriſtum & Eccleſiam nihil vnq̃ feliciter attentetur. Quapropter quãtumlibèt tumultuẽtur, irrnumeras licèt inſipiẽtium huiuſmodi cateruas, in animarũ & corporum pernicie, ad nefariam impietatem tuendam technis & fraudibus alliciant: quotquot libros ad firmandã execrabilẽ hanc ſectã conſcribãt, quantunuis nugas & calumnias ſuas cõpoſito fucatoq́; ſermone ſatagant adumbrare, quantunuis deniq; in Eccleſiæ Catholicæ cõſpirent exitium, impij tñ eorum conatus in ventos tandem effluent & vaneſcẽt. Zelatur enim Chriſtus zelo magno Eccleſiæ ſponſæ ſuæ integritatem, q̃ in fidei & charitatis potiſſimùm ſynceritate conſiſtit, nec paſſurus eſt aliq̃n fidẽ Eccleſiæ iniquis hæreticorum coniurationibus corrumpi. Eapropter dum eam illi oppugnant, potenti brachio virtutis ſuæ illos repellit, ac vana eorũ molimina fruſtratur. Et quemadmodùm facilè ſolis calore nix diſſoluitur, faciliùs longè diuina virtute impiorũ conſilia vixdum exorta diſſipari, & cordis eorũ cogitationes diſpergi ſolent. Hoc vtiq; in Luteranis hodiè videmus impleri, qui quãuis longè ab Eccleſiæ Catholicæ dogmatibus abſint: tñ inter ſe admodùm diſſident, dum alij vnũ, alij aliud tenẽdum arbitrantur. Ex eis enim nonnulli ſanctorũ imagines deijciunt, alij contrà erigunt: quidam humanas diſciplinas, vt venenum pietatis reprobant, quas alij vt apprimè vtiles defendũt: iteratũ baptiſmũ ab aliquibus ſuſceptũ, alij oñinò execrantur. De Euchariſtia inſuper minimè cõueniunt. Nam eorum nõnulli, ſolùm eſſe ſignũm corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia, cõtendunt: alij verò veraciter eſſe Chriſti corpus & ſanguinẽ certò profitentur: in hoc tñ à veritate diſſidentes, q̃ ſubſtantiã panis & vini cum corpore Chriſti aſſerũt remanere. Eò etiam veſaniæ deuenerunt eorũ nonnulli, vt Spiritũ Dei iactãtes ſe habere, ſcripturas ſacras luce clariores affirment, omnibus ſacris interpretibus reiectis, quibus tñ pleriq; alij refragantur. Sunt & alia nõ pauca, de quibus inter ſe Luterani digladiantur. Hæc autẽ diſcrepantia planè indicat, q̃ à veritate ſint alieni. Veritas ſiquidem vbiq; ſibi conſtat, nuſquã diſſidet. Non enim Spiritus Dei, ſpiritus eſt diſſenſionis. Cùm itaq; in his q̃ ad fidem ſpectant, tam manifeſtariè diſſideãt: perſpicuum eſt, eos nullatenùs in ſolidæ veritatis radice ſtabiliri. Eos enim qui ab vnitate Eccleſiæ diſſident, relinquit Deus in manu conſilij ſui, vt nec ſibijpſis, nec alijs hæreant. Cõtrà verò catholicorum dogmatũ incõcuſſam veritatem, demonſtrat vnus & idem cõſenſus: inter q̃ nulla vnquàm poterit inueniri diſcordia. Vndè ſatis exploratum eſt, illa à Deo proficiſci, neque aliquando diſſolutum iri, quantunuis ea euertere nitantur veritatis inimici. At verò Luterana doctrina, à patre mendacij (qui diſſenſiõis ſpiritus eſt) exorta, tandem veluti fœnum exareſcet: nempe vſqueadeò pudendos atq; execrandos illa continet errores, & tam malè ſibi cohærentes, vt facilè fugienda appareat & deteſtanda. Et quia ſuapte natura talis eſt eiuſmodi doctrina Luteri, ſerpẽtina quadam malitia laborant (quod dolentes referimus) Luterani, orthodoxorũ procerum libris eam inſerere, quo eorũ prętextu faciliùs ſuſcipiaẽ. Hinc impijs tum p̃fationibus, tum annotationibus marginibus adiectis, tum ſcholijs, tum indicibus: lympidiſſimos illos fontes catholicæ pietatis, & antiquorum doctorũ libros, virulẽto ſulfure damnati ſui erroris inficere moliũtur: ſed non poteſt aduerſus veritatem p̃ualere falſitas: veritas enim ſuper oñia vincit. Nam cùm Deus veritas ſit, & Deum nemo valeat ſuperare, nec veritas certè poterit aliquãdo vlla hęreticorũ verſutia ſupplantari. Quare non eſt, quod editorũ librorũ copia gloriẽtur Luterani. tam enim poteſt nefanda ſcriptorũ farrago damnatã impietatem firmare, q̃ ſtramineę ſtipulę fundamentũ domus reddere ſtabilius. Non enim pluris faciunt huiuſmodi libros orthodoxi, q̃ puluerem quem proijcit ventus à facie terræ: habituri idem iudiciũ, tam pro dogmatibus q̃ libris, quod p̃cedentes hæreſiarchæ, quorũ ita ſunt ſcripta ꝑpetuis tenebris ſepulta, vt ne eorũ veſtigia quidẽ ſuperſint: quapropter fruſtrà laborãt, in ſcribendis libris ſuæ perfidiæ, aut ſuã veſaniam publicis concionibus prodendo. Nec enim ſtabilientur, ſed peribunt, ſicut priorum, ſic horũ impiorum hęreticorum cum ſuis ſcriptis deſideria, neq; contra Eccleſiam Dei p̃ualebunt, quæ glorioſa in ſecula permanebit, de illis (prout & de cęteris hactenùs hęreſiarchis) inſignem relatura triumphum.

Luterano-rum inter ipſos diſcordia.

3. Eſd. 3.

Pſalm. 1.

GENERALE DE-

cretum, Continens hæreſum quæ nunc pullulant ſpecies: earum deteſtationem, modum iudicandi ac diſcernendi hæreticos ac relapſos, formam & ordinẽ procedendi contra eoſdem: eorũdem etiã acerbas pœnas, ac demùm exhortationem ad principes poteſtates q̃ ſeculares de illis profligandis & exterminandis.

ANtonius miſeratione Diuina, tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię presbyter cardinalis, Archiepiſcopꝰ Senonenſis, Galliarũ & Germaniæ

maniæ Primãs, Franciæ cancellarius: vniuerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutẽ in eo qui eſt omniũ vera ſalus. Inter cunctas paſtoralis officij ſolicitudines, quibus premimur inceſſanter, illa fortiùs non angit, vt cũctis hæreticis de finibus Chriſtianorum expulſis, ſuiſq́ue falſis & virulentis ſcriptis ac peſtilentibus doctrinis, penitùs extirpatis: fides catholica, quæ ſolidæ ſemper fuit ſubnixa petræ, integra illibataq́; ꝑmaneat: ac populus Chriſtianus, noſtræ potiſſimùm prouinciæ, in fidei ſynceritate (quolibet obſcuritatis ſemoto velamiue) immobilis inuiolatusq́; perſiſtat. Sanè proſpicientes (quod non ſine graui diſplicentia referimus) inſurrexiſſe nonnullos pſeudochriſtos ac pſeudoprophetas, quorum dux & vexillifer eſt Martinus Luterus, qui à veritate excidẽtes, nonnullos ac penè infinitos, etiam ſi fieri poſſit, electos (vt eſt apud Matthæum) ad errores inducunt homines: hauddubiè hæreſiarchas faſtuoſos, ſeditioſos, Luciferiana ſuperbia ac rabie lupina erectos: ac demùm quales Apoſtolus ad Timotheum graphicè deſcribit, ſuiſq́; pingit coloribꝰ, & adamuſſim exprimit. Qui rurſus (vt inquit Petrus) ſectas perditas ac damnatas introducunt, libertatem promittentes, cùm ipſi ſint ſerui corruptionis, in maximam certè Reipublicæ Chriſtianæ perniciem & iacturam: ac tandèm niſi citò occurratur, ruinam & euerſionem: vtpotè quos non pudet nouas hæreſes effingere, ſed etiam ſatagunt ac ſtudent veteres, & iam diu per Eccleſiam ſopitas, inſtaurare. Et inter hæc, primùm de ſacramentis Eccleſiæ multa perniciosè dogmatizant: affirmantes, laicos & mulierculas æquè, atq; presbyteros, poſſe abſoluere. Et quod hactenùs fuit inauditum, laicis vt ſacerdotibꝰ, Euchariſtiæ conſecratiõem permittunt. Inter ſacerdotes & plebem, nihil intereſſe dicunt: ſed oñes ſacerdotes putant, quicunq; ſunt Chriſtiani. In clericis, in ſacris ordinibꝰ conſtitutis, cælibatum non admittunt. Monachis & alijs voto obſtrictis, libertatem laſciuiendi indulgent. Quibus relicto velo & abiecta cuculla, ad ſeculum redeundi facultatem relaxant, & apoſtaſiam permittunt. Romanorum pontificum decreta, decretales epiſtolas, etiam & Canones conciliares eneruare contendunt. Veteres Eccleſiæ cęremonias, ac receptas tot annis laudabiles conſuetudines, ridiculas cenſent. Et vt ad impietatis cumulum addant, ſacram ſcripturam figere ac refigere non dubitant, ac relicto ſenſu patrum orthodoxorum, vellicare, & ad ſuum ſenſum reprobum cõtorquere. Conuicijs ſemper & maledicentijs pleni, & non ſolùm aceto perfuſi, ſed vbiq; veneno reſpſi. Articulos inſupèr infinitos (quos non magno operè attinet referre) diſſeminãt, aut ſcandaloſos, aut temerarios, aut blaſphemos, aut piarum aurium offenſiuos. Ac tandèm ſuper exitiali peſtilentiq́ue dogmatum veneno, pleraq; alia tam fœda ac malè olentia nauſeabundi euomunt, vt quaſi ex profeſſo habeant, ſpeciem ac decorẽ ſanctę matris Eccleſiæ, non habentis maculam neque rugam, fœdare, ſpurcare, ac cõtaminare. Veriti ergo, ne hoc veneficum virus, in nobis credito nñico agro radices ageret, ac velut cancer creſceret in perniciem aliorum: officij noſtri paſtoralis eſſe duximꝰ, vepres huiuſmodi nociuas falce authoritatis eccleſiaſticæ reſecare, & plantulam priuſquàm ſuboleſceret, & in plures ſerpet, radicitùs euellere. Hinc eſt quòd in hoc noſtro prouinciali concilio, quod ad corrigendos exceſſus & extirpandas hæreſes, iuxta Chalcedonen ac Lateranenſe concilia, adunatũ eſt: ad Dei honorem, fidei orthodoxæ exaltatiõem, ac ſubditorum noſtrorum pacem, augmentũ, & tranquillitatem: duximus habito ſuffraganeorum noſtrorum conſenſu, ac multorũ Diuini & humani iuris interpretum cõſilio, his tantis periculis ſalubriter ac celeriter ꝓuidendum: Antiquos ſcilicet canones (quorum vtiquè cuſtodes & executores conſtituimur) aut declarantes, aut renouantes, ſeu ex poteſtate nobis conceſſa, interdùm adiectione pœnæ communiẽtes. In primis iuxta ſacrum Lateranen concilium, excommunicamus & anathematizamus oñem hæreſim, extollentem ſe aduerſus orthodoxam & catholicam eccleſiam. Vniuerſos inſupèr, qui aliter quàm Romana credit & prædicat eccleſia, credere & pertinaciter aſſerere attentant: eiuſmodi Concilij authoritate, velut hæreticos & pertinaces, & à communiõe fideliũ ſeparatos declaramus. Eccleſia quippe vniuerſa, errare non poteſt: vtpotè quæ regitur ſpiritu veritatis, ſecum manente in æternũ, & cum qua Chriſtus manet ad vſque ad conſummationem ſeculi. Quæ etſi diuerſa, & nonnunquàm (quod ſæpiùs neoterici hæretici obijciunt) pugnantia propoſuerit decreta, nihil tamen eſt in tanta decretorum multitudine, quod fidei orthodoxæ *obuerſetur. Sed ab vno eodemq́; ſpiritu edocta fuit, vt ita pro conditione tẽporum ſtatueret, vt viſum fuerit conducibilius: Eiuſdemq́; concilij authoritate, credentes, receptatores, defenſores, & fautores hęreticorũ, excommunicationi ſubiacere decernimus. Suſpectos autem de hæreſi & notatos, poſt vnam aut alteram correptionem, decernimꝰ ab omnibus deuitandos, ſcientes (vt dicit Apoſtolus) quòd ſubuerſi ſunt, & ſuo planè iudicio condemnati. Ac ſubinde dum intelligunt ſe à cõſortio hominum ſeparatos, rubore plerunq; ſuffuſi, ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectũ faciliùs inclinentur. Damnati de hæreſi, ſi ad vniõem fidei catholicæ redire voluerint, maneãt de foro Eccleſiæ, & ad agendam perpetuã pœnitentiam in pane doloris & aqua triſtitiæ,

Ephe. 5.

Ca. qñ 18. diſt.

Ca. ſicut olim. de acc.

Matt. 24.

2. Tim. 4.

2. Pet. 2.

Ca excommunicamus 1. in principio de hær.

Ioan. 14.

Matt. 18.

*aduerſet.

Dicto cap. excommunicamus, 1. § credẽtes.

Tit. 3.

Dicto cap. excommunicamus, ſecundo.

Perpetuo carceri deputentur. Damnati de hęresi, si eá abiurare noluerint: si laici sunt, statim sunt iudicio seculari relinquẽdi. Sed clerici, præsente potestate seculari, sunt à suis ordinibus degradandi, & pronunciãdum est, vt eos secularis iudex in suum forũ recipiat. Cæterùm quia episcoporũ numerus p sacros canones ad degradationẽ requisitus, non facilè potest adunari: concedimus, vt cũ sacerdos aut alius in sacris ordinibus cõstitutus, fuerit pro crimine hæresis degradandus: possit, accersitis Abbatibus alijsq; prælatis, solus episcopus degradare. Qui in hæresim semel abiuratã reciderint, ac velut canes ad vomitũ redierint: tanq̃ palmites aridos in vite non manẽtes, foràs mittẽdos decernimus, & seculari iudicio sine vlla audiẽtia relinquendos. Relapsos aũt in hæresim, iuxta decretũ Alexãdri 4. declaramus eos, q̃ in iudicio hæresim abiurârunt, & pòst committunt in ipsa, licèt prius crimẽ hæresis nõ plenè contra ipsos probatum fuisset. Insup eos, q̃ in vna specie hæresis commiserunt, aut in vno fidei articulo errauerunt, & pòst simpliciter vel generaliter hæresim abiurârunt, si ex tunc in aliam speciem hæresis cõmittunt, velut relapsos in hæresim decernimus iudicandos. Præterea, is de cuius lapsu in hæresim ante abiurationẽ constiterit, vel nunc constat: si post illam hæreticos deducat, acceptet, siue associet, vel dona ac munera eis mittat, seu fauorem eis impendat qui excusari non possit, meritò debet iudicari relapsus: cùm illum ex approbati à se erroris consequẽtia, non sit dubium id feciſſe. Nouissimè, abiurans in iudicio hæresim, ꝓpter vehementẽ pſumptionem, si iteratò labitur, licèt non fuisset plenè probata, relapsus dicitur. Cæterùm relapsis etsi resipiscentia nõ ꝓfuerit ad euitationẽ pœnæ temporalis, tñ cùm Ecclesia nulli claudat gremiũ redeunti, non sunt ipsis relapsis, si pœnituerint, & pœnitentiæ signa apparuerint, Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta deneganda. Qui de hæresi deprehensi fuerint sola suspicióe notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq; personæ, innocentiam suã congrua purgatione mõstrauerint: anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignã ab omnibus euitentur. Hæreticorum bona tanquã reorũ læsæ maiestatis, si laici sint, fisco seculari applicẽtur: si verò clerici, Ecclesijs à quibus stipendia receperint. Confiscationis autem executio non fiat per iudicem secularẽ, nisi priùs à iudice Ecclesiastico super crimine sententia pronunciata extiterit.

Cæterùm quia intelleximus, per nonnulla loca prouinciæ nostræ quosdam (qui in nulla vnquã academia incorporati fuerint, sed in verba Luteri iurârũt, aut Lutero sunt nequiores) monopolia illicita facere & occulta cõuenticula, necnon cum laicis sese in penetralibus domorũ recipere, & cum idiotis ac mulierculis cõuersari, de fide catholica disputare, & non secùs q̃ impius mõtanus cũ suis Priscilla & Maximilla, simpliciũ animos eludere & fascinare, inter hæc iactantes se habere spiritũ dñi: Propterea, ne vitia sub specie virtutũ subintrent, ꝓcipimus suffraganeis nostris, vt congregationes huiusmodi occultas & adeò pernicioſas prohibeant, ac transgressores pœna condigna puniant. Deus enim q̃ est lux vera, & qui illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundũ, adeò execratur opera tenebrarũ, vt Apostolos in vniuersum mundũ ꝓdicaturos missurus, ꝓceperit eis apertè: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Rursus etiã intellexi-mus, nonnullos Martini Luteri libellos pernicioſos, iampridèm cum suo authore à sanctissimis pontificibus Leone papa & Adriano, necnon Clemente papa moderno damnatos: à nõnullis nihilo seciùs, timore diuino & pudore humano, prsus abiectis, adhuc euulgari, legi, & circunferri. Propterea prohibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne qui cuiuscunq; conditionis aut status existant, ꝓdicti Luteri libellos, aut qui ab eo & suis sequacibus prodijsse asseruntur: deinceps comparent, habeant, & circunferant: aut in concionibus publicis seu priuatis cõfabulatiõibus laudẽt, approbent, tueantur, aut euulgent. Porrò cùm secundùm Apostolũ alios dedit Dñs Apostolos, alios doctores, alios prophetas: hinc est, ꝓ districtè iuxta sacrum generale Lateranẽ concilii, ꝓhibemus, ne passim liceat cuiuis, ꝓdicatiõis officiũ vsurpare: neq; ad ꝓdicandum, ꝓdeant, nisi quibus aut à iure, aut à papa, aut episcopo loci, licẽtia concedet. Quõ enim ꝓdicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa dicit in euangelio: Rogate Dñm messis, vt mittat operarios in messem suam. Ioãnes quoq; baptista, specialis suę missiõis testimonium protulit de scriptura, dicens: Ego vox clamantis in deserto: dirigite viã Dñi, sicut dixit Esaias propheta. ¶ Ordinam⁹ insupèr, ꝓ suffraganei nostri si viderint aliqua loca esse de hæresi suspecta: per se aut alios idoneos quamcitiùs ad illa accedant, & ab illis de vicinia exigant sacramentũ de prodendis huiusmodi hæreticis, ac conuenticula illicita facientibus. Quibus etiã districtè ꝓcipimus, vt ad hæc exequenda diligẽter inuigilent, & in negocio huiusmodi hæreticæ prauitatis, summariè & de plano procedãt. Et si in expurgando huiusmodi fermẽto fuerint remissi aut negligentes, intelligant se pœnas incursuros, quæ in sacro generali Lateranẽ concilio continentur. Pœnas insupèr reformident, contra inquisitores in officio delinquentes, in sacro Vienneñ concilio promulgatas. Cõstitutiões autẽ Vrbani V. Clementis V. & Bonifacij VIII. diligenter obseruẽt suffraganei nostri. Obsecramus autem per viscera

1. relapsi quatuor modis cognoscunt

2.

3.

4.

Ca. excoĩcamus. 1. § damnati de hære.

15. q. 7. ca. si quis.

Ca. 1. de hære. in 6.

Ca. sup eo. de hære. in 6.

Cap. vergẽtis. de hære.

Ioann. 1.

Marc. 16. Matt. 10.

Ephe. 4.

Cap. excoĩcamus 1. §. quia verò

Rom. 10.

Matt. 9.

Ioan. 1. Esaię 40.

Dicto cap. § adijcis.

Ca. statutai de hær. in 6

Dicto cap. excoĩcam⁹ 1. §. volum⁹. Cap. volentes. de hær. in cle.

viscera misericordiæ Dei nostri Christianissimum regem & principem ac dñm nostrum supremum, vt pro suo singulari zelo, miroq; affectu & incredibili deuotione religionis Christianæ, à suis terris & dominijs vniuersos hæreticos confestim repellat, exterminetq; hanc tetram & diram luem hæreticorum, quæ indiès magìs ac magìs pullulat. Res hauddubiè inaudita, cùm ab exordio nascentis ecclesiæ vsq; ad hæc nouissima tẽpora, regnum hoc Christianissimum (vt inquit Hieronymus) hæreticorum prodigiosis monstris caruerit. Proindè principes orthodoxi, si Christiano nomini cõsultum esse volunt, si religionis Christianæ ruinã metuunt: necesse est in exterminandis profligandisq; hæreticis omnes suos conatus intendant, omnem suam potestatem exerceãt. Periculũ alioquì est, ne Petri nauicula operiatur fluctibus, ac demergatur in profundum. nunq̃ eñ sic vndis iactata est Ecclesię nauis, sic ventis validis (id est, vanis doctrinis) impulsa, sic vndiq; procellis agitata. Indè, quod Christo in naui dormiente apud Matthæum Apostoli fecerunt instante naufragio, clamemus necesse est, & dicamus: nomine, salua nos: perimus. Nouissimè ordinamus, ꝙ rectores & consules ciuitatum, iuxta sacrum generale Lateraneñ concilium corporaliter præstent sacramentum, ꝙ fideliter & efficaciter ecclesiam in huiusmodi negocio hæresis (cùm fuerint requisiti) iuxta suũ officium pro viribus adiuuabunt, manusq; porrigẽt adiutrices. Episcopi autem vel inquisitores dum in huiusmodi negocio procedunt, & à secularibus iudicibus forsan excommunicatis subsidia postulãt: nullam ex participatione huiusmodi, excommunicationem incurrant. Præcipimus tandèm singulis suffraganeis nostris, vt hoc nostrum tam salubre, tamq; pro conditione temporũ necessarium statutum, suis statutis synodalib⁹ adijciant, ac in prima eorum synodo faciãt publicari. Datum Parisijs in prima sessione concilij nostri, facta apud fratres Eremitas sancti Augustini, Anno dñi 1527. die tertia Februarij.

Cap. volentes. de hær. in cle.

Hieronym⁹

Matt. 8.

Cap. excoĩcamus 1. §. moneãtur. de hæreticis.

INDEX DECRETORVM FIDEI.

¶ De vnitate & infallibilitate ecclesiæ. 1
Quòd ecclesia non sit inuisibilis. 2
De authoritate sacrorum conciliorum. 3
Quòd ad Ecclesiã spectet determinare, qui libri sint canonici. 4
Aliqua esse firmiter credenda, quæ nõ cõtinentur expresè in scriptura 5
De constitutionibus humanis. 6
De ieiunijs ecclesiasticis. 7
De cælibatu sacerdotum. 8
De votis, & præsertim monasticis. 9
Quòd septem sunt sacramenta ecclesiæ. 10
De sacrificio Missæ. 11
De satisfactióe, purgatorio, & commemoratione defunctorum. 12
De veneratione sanctorum. 13
De veneratione sacrarum imaginum. 14
De libero arbitrio. 15
De fide & operibus. 16
Annotatio aliquot errorum, quondàm damnatorum, sed nunc repullulantium. 17
Exhortatio ad principes Christianos, vt extirpandis hæreticis animum intendãt. 18

Indicis decretorum fidei, finis.

DE VNITATE, SANCTITATE & infallibilitate Ecclesiæ.

DECRETVM I.

Matth. 19. Ephe. 5.

Anctũ quidé & indissolubile, viri & vxoris vinculum. At verò magnum istud, in Christo & Ecclesia sacramẽtum: quam ille tantoperè dilexit, vt seipsum traderet ꝓ ea, quò illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & exhiberet sibi gloriosam, non habentem maculam neq; rugam. Cùm igitur eam sibi in fide desponsauerit, ab eo profectò per infidelitatem, aut vllum circa mores errorem, non est aliquando diuellenda, nec vllo patietur Christus à se diuortio illam separari, cum qua se futurũ spopondit vsque ad consummationem seculi. Ea quippe non modò sponsa, sed & domus illa Dei est, quæ columna est & firmamentũ veritatis, firmiter ædificata, benè fundata supra firmam petram. In quam licèt descendat pluuia, irruant venti, inundent flumina:

Osee 2.

Matt. 28.

1. Tim. 3.

Matt. 7. Matth. 16.

euerti tamen non poterit, neq; portæ inferi præualebunt aduersus eam, aut aliquãdo poterunt illi, qui expugnant illam à iuuentute sua. Non enim dormitabit neque dormiet, qui custodit eam: Is nimirùm, qui assendẽs in altum, dedit quosdam quidẽ Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euãgelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus parauli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circunuentionem erroris: sed maneat nobiscum in æternum spi-

Pſal. 128. Pſal. 120.

Ephe. 4.

Ioan. 14.

ritus veritatis, & sanctificet nos in veritate. Ea inquã, tabernaculũ illud Dei cum hominibus, in quo habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cũ eis, erit eorum Deus. Extra quam, non secùs, àc quondàm extra arcam Noe, nemo saluus esse possit, quin insurgẽtibus hæresum ꝓcellis obruatur. Ea ipsa, vna est domus, in qua agnus paschalis manducari est iussus, & extra quã participatio mensæ Domini nequaquã potest haberi. Eadem quoq;, vnica est domus Raab, qua concluſi, euadunt exterminium vrbis Hiericho, neq; ancipitẽ sentiunt gladium, in exitiũ hostiũ fidei & ecclesiæ exertum. Vna igitur sancta & infallibilis ecclesia, quæ nec à charitate decidere potest, nec ab orthodoxa fide deuiare: cuius authoritatem qui in fide & moribus secutus nõ fuerit, quasi Deum abnegauerit, (cui gloria in ecclesia & Christo Iesu in omnes generationes) infideli deterior habeatur.

Ioan. 17. Apoc. 21. 1. Pet, 3. Exod, 12. Iosuæ 6. Ephe. 3.

QVOD ECCLESIA NON SIT inuisibilis. DEC. II.

CVm adeò explorata sit ex scripturis tũ vnitas ecclesiæ, tum sanctitas, vt qui secùs ausit affirmare, manifestæ statim impietatis conuincatur: apertissimum autem in hæreticos argumentum, & quo minore negocio contundi queant, sit eius authoritas: cuius definitiones & decreta, propter suã claritatem, non facilè sint cauillis & tergiuersationibus obnoxia: operæprecium se facturos esse putauerunt, si quã inficiari non possunt, dolo tandèm & versutijs eludant. Id quod tum demùm assequuti fuerint, si pro sententia Luteranorum, inuisibilis & tota spiritualis, ac proindè nobis incognita, credatur ecclesia. Nam quis futurus contentionis modus, vbi prouocatur ad iudicem, qui nec inueniri, nec inuentus, internosci possit? Atquì (inquit Christus) si te corripiente frater tuus non audiêrit, dic ecclesiæ. Quid autem crassius, aut quid inutilius fingi possit, si prorsus occulta sit & imperuestigabilis ecclesia, cuius maiores natu admonet Apostolus, vniuerso gregi non quidem inuisibili attendere, in quo eos spiritus sanctus posuerat episcopos ad regendam ecclesiã Dei? Nunquìd inuisibilis illa, à qua pro Petro, cũ carcere teneretur, assidua fiebat oratio, aut in qua Timotheũ conuersari docet apostol⁹? Non igitur fide tm̃ & internis charismatib⁹, sed confessione fidei, & externa ac visibili sacramentorum participatione cõstat, semperq; constitit Ecclesia, q̃ ab ipsis incunabulis, communi & ꝑscripta vnius & eiusdẽ fidei ꝓtestatione non caruit. Vnum corpus, inqt Paulus, vnus spiritus, vnus Dñs, vna fides. Sed ne ab his inuisibilibus tantùm pendere videreẽ ecclesia: vnũ, adiecit, baptisma. Etem̃ in vno spiritu oẽs nos in vnum corpus baptizati sumus: siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: oẽs in vno spiritu potati sumus. Quisqs igitur tergiuersandi studio, inuisibilem & incertis sedibus errantem dixerit ecclesiam: non hæresim tãtùm dixisse, sed hæresum oĩm puteum fodisse iudicetur.

Matt. 18. Act. 20. Act. 12. 1. Tim. 3. Ephe. 4. 1. Cor. 12.

DE AVTHORITATE SACRORUM conciliorum. DEC. III.

ABsurdũ non ab re videri possit, si tanto studio veteri synagogæ Deus affuit, vt si quid in lege difficile vel ambiguum occurreret, quod citra controuersiam à iudicibus & legisperitis absolui nõ posset, designato tamen cœtu non carerent, cuius arbitrio res tota finiretur: Ecclesiam aũt longè synagoga potiorem, ità necessarijs destituat auxilijs, vt prorsus non habeat, cui suborta de fide quæstione, tutò satìs inniti possit. Proindè cùm certa sit & infallibilis ecclesiæ regula, nec aliquando inuisibilitatis ꝓtextu tandèm eludi queat: ea profectò sacris generalibus cõcilijs authoritas derogàri nõ potest, q̃ proximè vniuersalem repræsentat Ecclesiam. His enim concilijs si ea decernẽdi quæ ad synceritatem fidei, & extirpationem hæresum, Ecclesiæ reformationem, & morum integritatem pertinẽt, potestas adimatur: nihil certũ, nihil stabile futurum est, nihil deniq;, quo hæreticus ab orthodoxo possit internosci: cùm ille frequẽter tum impendiò loquacior, tum peruicacior, pluribꝰ (licèt perperàm intellectis) scripturarum testimonijs falsò glorietur. Nec erat, quo veterum quondàm hæreticorum retunderentur insultus, nisi Ecclesiastici proceres apostolorum exemplo concilia celebrâssent, q̃bus sancti spiritus authoritatẽ ferocientibꝰ illis & rerum humanarũ scientia tumentibꝰ, opponerent. Quo fit, vt si conciliorum authoritati, sub hac temporũ calamitate, tãtillùm depereat: protinùs velut ab inferis suscitandæ sint damnatæ hæreses, neq; defuturi sint, qui hinc Arrio, inde Nestorio, cæterisq; id genus pestibus, palàm subscribere non formident. Etsi autem nonnihil quoq; laicorum interſit, quid credendum sit, quid agendum: id tñ ab Apostolis (quibus succedunt episcopi) legimus obseruatum, vt siue murmuri Græcorum occurrendũ foret, seu pacanda super legalibus oborta seditio: nõ centurionem, non promiscuam è plebe multitudinem accerserent, sed ꝑsentẽ sibi spiritũ sanctum affirmarent: cuius instinctu, quod iustum esset & æquum, sanciretur. Quòd si vbi duo vel tres in nomine Domini congregantur, (licèt sibi ipsis relicti, falli possint) continuò tñ in medio eorum sit Dñs: quanto magìs, vbi summus pontifex, cæteriq; primores ecclesiastici conueniunt, vt hæresibus subindè pullulãtibus occurrant, & dominicum agrum subortis expurgent zizanijs? Sancta igitur & inuiolabilis est sacrorũ conciliorũ vniuersalium authoritas, cui qs quis pertinaciùs refragatur, hostis fidei iure optimo censeri debet.

Deut. 17. Acto. 6. & 15. Acto. 6. Acto. 15. Matt. 18.

QVòD

QVòD AD ECCLESIAM PERtinet determinare, q̃ libri sint canonici, & qui non, & scripturæ sensum interpretari. DEC. IIII.

MAgna profectò fuit, semperque futura est scripturæ sacræ authoritas: in qua nihil falsum, nihil ociosum esse possit. Cùm enim non humana voluntate allata sit aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sint sancti Dei homines: oĩs scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiẽdum, & ad erudiendum in iustitia. At nihilo minùs mutilum est & prorsus inualidum, sumptũ è scripturis argumentum, si pro cuiusuis arbitrio, quod adductum fuerit, sacrum aut prophanum, canonicum aut apocryphum habeatur, vel quod in canonem admissum receptumq; fuerit, indocti & instabiles deprauent ad suam ipsorum perditionem, ac passim cerdones, ac infimæ plebis homines, in eam quam semel imbiberint, sententiam pertinaciùs detorqueãt. Nam quid promouebis, cùm si quid defenderis, negetur? ex diuerso, si quid negaueris, defendatur? & tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequéris, nisi bilem de blasphematione. Nullus quidem tam deploratus quondàm surrexit hæreticus, qui non suum errorẽ scriptura tueri conaretur: nulla tam absurda, tam impudens hæresis, quæ non sacris vtcunquè fulciatur eloquijs, sed corruptis, & à genuino sensu deprauatis. Immò verò si quis literæ corticem tantùm, suo fretus ingenio percurrat, si penitissimos sensus cùm Ecclesiasticis interpretibus non penetret, vix vnquàm confutabitur hæreticorum versutia. Obortis igitur de fide dissidijs, fruſtrà sæpè scriptura cõsulitur, nisi Ecclesiæ certa & infallibilis litem dirimat authoritas, q̃ canonicum librum ab apocrypho, catholicũ sensum ab hæretico, germanum ab adulterino discernat. Hac nempe velut internuncia, patrum & sacrorum conciliorum organis, spiritus sanctus docet nos omnia, & suggerit nobis omnia: sine quorũ auspicijs, qui scripturæ sacræ sensum habere se iactant, non intelligunt quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant: sed videntes non vident, & audientes non audiunt. In annumerandis itaq; canonicę scripturę libris, qui præscriptum ecclesiæ vsum & authoritatem non sequitur, sacrum Carthaginense concilium tertium, Innocentij & Gelasij decreta, & deniquè definitum à sanctis patribus librorum catalogum respuit: aut in exponendis scripturis non pascit hœdos suos iuxta tabernacula pastorum, sed fodit sibi cisternas dissipatas, quæ cõtinere nõ valẽt aquas: & spretis orthodoxorũ patrũ vestigijs, proprij spiritus iudicium sequitur: is velut schismaticus, & hæresum omnium incentor & fautor, à tanta temeritate reprimatur.

2. Pet. 1. 2. Tim, 3. 2. Pet. 3. Tertull. de præscrip. hæretic. Ioann. 14. 1. Tim. 1. Matt. 13. Esa. 6. Cap. 47. Cant. 1.

ALIQVA ESSE FIRMITER tenenda, quæ non continentur expresè in scriptura sacra: sed à Christo vel Apostolis ipsis, familiari colloquio & quasi per manus ad nos deuenerunt. DEC. 5.

AMpla certè scripturæ latitudo, ingens & incomprehensibilis profunditas, pernicioſum est tamen eo errore laborare, vt nihil admittendum putetur, quod non è scriptura depromptum sit. multa quippe à Christo ad posteros, per manus Apostolorũ ore ad os & familiari colloquio transfusa sunt: quæ etsi in sacra scriptura expresè cõtineri non videantur, inconcusè tamen tenenda veniũt. Nã ꝙ genua flectamus orãtes ad orientem, sed & sacrosanctæ Eucharistiæ percipiendæ ritus, vel eorum quæ dicuntur in baptismo verborum, gestorumq; & ordinum, atq; interrogationum & responsionũ, quis facilè explicet rationem? Et tamen oĩa hæc, operta licèt & velata, portamus super humeros, atq; ita implemus, vt à magno põtifice Christo aut primitiuæ Ecclesię proceribus tradita. Ad hæc, vbì quæso scriptũ est illud, quod à Christo dictum commemorat Apostolus, Beatius est magìs dare, quàm accipere? Quis scripto redegit ea, quæ per dies à resurrectione quadraginta Dominus cũ discipulis de regno Dei disseruit? atque alia id genus multa, quæ si scribantur per singula, nec ipsum mundum (iuxta Ioannem) arbitramur posse cape eos, qui scribendi sunt, libros. A quibus nõ longè sunt aliena, Symbolum illud Apostolorum, & quòd sine vnctione non fit confirmationis sacramentũ, & in superbenedicto Missæ sacrificio aqua vino misceatur, aut fideles viuificæ crucis signo frontem communiant: pluraq; id genus, quæ velut ex receptione quadã & quasi per manus, ab Apostolis emanârunt. Hinc Paulus non eas tantùm traditiones iubet à Thessalonicensibus obseruari, quas per epistolam, sed etiam quas per sermonem didicissent. Neq; prætermisisse putandus est cætera, quæ circa venerandum eucharistiæ sacramentum Corinthijs sese dispositurum, cùm veniſſet, vltrò spoponderat. Quorum plurima licèt à Christo fortè non sint instituta, id tamen ratum est, quod dictante spiritu sancto Apostoli tradiderunt, veluti quod Christus ipse tradidit, & in sui cõmemorationem fieri præcepit. Oportet itaque nos authoritati patrum, consuetudiniq; maiorum, vsq; ad tantum tempus per tãtam annorum seriem protelatæ, etiam non percepta ratione credere, eamq; vt antiquitùs tradita est, iugi obseruantia ac reuerentia custodire. Quam si quis eo prætextu pertinaciùs reijciat, quòd non legitur in scripturis sacris, vt hæreticus & schismaticus habeatur.

Diõ. eccle. hier. cap. 2. Orig. hom. 5. sup Num. Cap. ecclesiasticarum 11. distinct. Act. 20. Acto. 2. Ioann. 21. 2. Thess. 2. 1. Cor. 11. Cyp. in ser. de ablu. pedum. Cassianus coll. 21. c. 12.

DE CONSTITVTIONIBVS humanis. DEC. 6.

SI tanta erat synagogæ maiestas, tanta Leuitici sacerdotis authoritas, vt q superbiret, nolēs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore DOMINO ministrabat, decreto iudicis moreretur: vt hac animaduersione auferretur malum de Israel, cunctusq; populus audiens timeret, & nullus deinceps intumesceret superbia: qua fronte in eam prorupit hereticus audaciam, vt quicquid scriptura non expressum, à sacrosanctis concilijs & summis Ecclesiæ pontificibus statutum sit, ausu temerario respuat & subsannet? An nō attendit verba Christi? qui, ne quispiam à pstanda scribis & pharisæis obedientia, ob quantunuis apertam morum impuritatem auocaretur: Omnia, inquit, quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm autem opera illorum, nolite facere. & ad suos conuersus, quibus regendam committebat Ecclesiam: Qui vos audit, inquit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Atq; id optimo quidem iure. Nam cùm filios patribus, & subditos potestatib⁹ sublimioribⁿ oporteat esse morigeros, non solū propter iram, sed etiam propter conscientiam: nec in ijs tantùm quæ iure diuino cauta sunt, sed quæ vel ad familiam, aut ad rempublicam pertinent: profectò qui præsunt Ecclesijs, patres sunt. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, inquit Paulus, sed nō multos patres. Ego enī (ait) in Christo per Euāgelium vos genui. Nec patres tantùm sunt, sed & in sibi commissos potestatem accepêre, seculari non inferiorem, in ædificatiōem quidem, & non in destructiōem. Quæ oīa cùm essent priscis olim patribus persuasissima, non inueniebatur, qui nō vltrò iussa capesseret, cùm synagogæ primores ieiunium aliquod & dies festos indicerēt: vel apostoli à sanguine, suffocato & idolothytis abstinēdum esse. Quin Paulus hominem contentiosum, legem illam de velandis mulieribus non probantem, quòd ea fortè non inniteretur scripturæ, Ecclesiastica consuetudine refellendum censuit, quæ contentiones huiusmodi non admittit. Oportet itaq; præpositis obedire & subiacere eis, qui peruigilāt, quasi ratiōem pro animabus nostris reddituri, qui si quid instituerint, quanuis huius rei certum de scripturis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas: cùm hoc facimus quod vniuersæ placuit Ecclesiæ, quam ipsa scripturarum commendat authoritas. In omnibus igitur, in quibus nihil certi definiuit scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum, pro lege habēda sunt: & sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum, coercendi.

Deut. 17.
Matt. 23.
Lucæ 10.
Ephe. 6.
Rom. 13.
1. Cor. 4.
2. Cor. 10. & 13.
1. Para. 20. Act. 15.
1. Cor. 11.
Heb. 13.
Auguſt.
Idem.

DE IEIVNIIS ECCLESIASTICIS. DEC. 7.

CVm in omnibus Ecclesiasticis constitutionibus, vtilis quædam honestas & spiritualis profectus incremētum eluceſcat: in indicendis tamen ieiunijs insigniter emicuit, quibus nihil aptius retundendæ carnis petulantiæ potuit institui, cùm id genus dæmoniorum (vt ad spiritum, dictum Christi referamus) ieiunio tantùm & oratione pellatur. Nec sanè quippiam, exemplo Mosis, promouendæ mentis puritati commodius: aut demùm exemplo Niniuitarum, ad impetrandum, aut iram Dei placandam, efficacius ab ecclesiasticis quondàm prēsidibus potuit ordinari. Quæ res Apostolos impulit, vt quadragesimale ieiunium sanctificarent, quo Christifideles, non tam Mosen aut Heliam, quàm Christū imitati, totius anni decimam exoluerēt. Quæ verò à Calixto martyre in quatuor anni partes discreta sunt ieiunia: quarti, quinti, septimi, & decimi mensis legem referunt, ac figuram adimplent. Et velut quædam nostri temporis primitię, sub illis quatuor anni partibus offeruntur: ea q- dem obseruantia, vt duodenarius dierū numerus, duodecim mēsium numero respondeat. Neq; dissimili religiōe statuta sunt cætera vigiliarum ieiunia, quo puriores sacris solennitatibus accedamus. Cæterùm quòd ad ciborum delectum attinet, & si iam olim exoleuerit vetus illa Mosaicæ legis seruitus, quam vmbram futurorum Apostolus appellat, nec iam aliquid commune dicendum sit aut immundum: nihil tamen sanctius, nihil vtilius potuit institui, quo pruriens carnis lasciuia frenaretur, quàm vt ieiuniorum & statutis ab ecclesia abstinentiæ diebus, à carnium esu temperantes, cibis tantùm aridioribus vesceremur. Neq; profectò minor esse debet apud nos sacrosanctæ matris Ecclesiæ authoritas, quàm apud filios Rechab, morituri patris imperiū: qui, ne patris edictum violarent, à vino perpetuò abstinuerunt. Si quis igitur Aērianorum huiusmodi errorem, mille ab hinc annis damnatum, & à Iouiniano, Vigilantio, Valdensibus, Vuicleuo, Hussitis, ac nouissimis istis diebus à Lutero & sequacibus suscitatū, sequutus: quadragesimale ieiunium, non tam terrena cogitatione initiatum, quàm cælesti maiestate consecratum, & cætera Ecclesiastica ieiunia, vel præscriptas à patribus abstinentias non obseruauerit, aut nō obseruādas duxerit: sacrorū conciliorū authoritate, anathema sit.

Marc. 9
Exod. 34. Deut. 9. Ionæ 3.
76. dist. ca. 1.
Zach. 8. De cōsecra. dist. 3. & 5. in pluribus ca.
Act. 10. 15. Heb. 10. Coloss. 2.
De cōsecra. dist. 3. c. ieiunia. & pluribus alijs. Hier. 35.
Maximus.

DE CAELIBATV SACERDOTVM. DEC. 8.

NON satis esse, visum est Luteranæ factionis authoribus, si quis in fordibus est, sordescat adhuc: nisi Luciferiana quadam malitia magnam stellarum partem secum traherent: & qui iamdudū impudicitiæ frena laxâssent, multò plurimos in sacrilegos

Apoc. 22.

legos incestus & nefanda prodigiosæ libidinis exempla, secum præcipites agerent. Vt enim qui lasciuia diffluebant, plures haberent sui similes, & coaceruata multitudine suam vtcunquè turpitudinem adumbrarēt, in eam proruperunt audaciam, vt sacerdotes Euangelicos nulla cælibatus lege teneri velint: sed contra totius Ecclesię ritum, & præscriptam ab eius incunabulis consuetudinem, liberas quibuscnnque post adeptum sacerdotium affirment nuptias. Leuiticis quidem sacerdotibus licita fuêre cōiugia, vtpotè qui paucis tantùm diebus sua vice ministrarent, & ex ea tantùm tribu, iure successionis sacerdotio fungerentur. Neque voluit orientalis Ecclesia suos ea seueritate coerceri, vt contractis primùm matrimonijs vti non liceret. At sacerdotio Christi, vtpotè sublimiori & excellentiori, superinductas aliquando fuisse de iure nuptias, exemplo caret: & tanquàm ab apostolis interdictum, secundo Carthaginensi concilio prohibetur. Neq; potuit quicquam illo sanctiⁿ institui, quō ministri puriores sacris accedant altaribus, & iugi penè sacramentorum administrationi reddantur aptiores: q̄ neminem nec ad subdiaconatum quidem admitti, qui non sese voto perpetuæ castitatis adstrinxisset. Etenim si lege veteri, ij tantùm sanctis panibus vescebanť, qui ab vxoribus mundi forent: si procùl à suis domibus habitabant, quibus sua vice sacrificandum erat, ne coniugum fortè polluerentur amplexibus: si quibus orandum est, à coniugali commercio sit ad tempus abstinendum: si deniquè à viduis, quas suis sumptibus Ecclesia quondàm alendas admittebat, continentiæ votum exegerit: iure quidem optimo à summis pontificibus & sanctis Ecclesiæ concilijs indictum est, vt qui sacris vltrò sese ordinibus manciparēt, ppetuo cælibatus vinculo necterentur. Nam qui sine vxore est, solicitⁿ est quæ DOMINI sunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodò placeat vxori, & diuisus est. Degrauat quippe animum, & ad terrena deijcit vsus matrimonij: amor liberorum, auarum & solicitū reddit. Quisquis igitur contra sacrorum conciliorum & patrum decreta, sacerdotes, diaconos aut subdiaconos lege cælibatus non teneri docuerit, aut liberas illis concesserit nuptias: inter hæreticos, omni tergiuersatione reiecta, numeretur.

Leui. 21.
1. Paral. 24. Ambr. in 1. ad Tim. ca. 3
Cap. 2.
Dist. 32. cap. Si quis.
1. Reg. 21.
82. dist. cap. proposuisti. 1. Cor. 7.
1. Timo. 5
1. Cor. 7.
Carth. 2. c. 2 Carth. 5. c. 3 Tolet. 1. c. 4

De votis, & præsertim monasticis. Decretum IX.

NOn absimili sanè versutia, veritatis inuersores declinauerunt in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis: dum vota perpetua, & in his potissimùm monastica, nō vanitatis tñ, sed & impietatis accusant: & abiecta pessimo quidem exemplo

Psalm. 140.

cuculla, ad sacrilegas se conuertunt nuptias. Quod infandū apostasię genus, hac vna maximè prætexunt ratione, quasi vota eiuscemodi, libertati Christianæ præiudicium afferant, nec satis in nostra sit potestate iugis illa perpetuaq; castitas. Atque his strophis in desideria carnis pelliciunt eos, qui paululùm effugiunt: libertatem eis promittentes, cùm ipsi sint serui corruptionis. At verò nulla maior libertas, quàm cùm repressa carnis tyrannide, corpus in obsequium Christi trahitur: nec tam cōcupiscētia ducimur, quàm spiritu. Nempe vbi spiritus DOMINI, ibi libertas: neque quicquam est, quod non possumus in eo, qui nos confortat Christus: quippe qui non patitur nos tētari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Cuius auxilio freti, inuenti sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Ac proindè certa sit damnatio viduarum, quæ cùm luxuriatæ forent, in Christo volebāt nubere, turpi certè trāsfugio primam fidem irritam faciētes, nō quam baptismo, qui nuptiarum fœdera non respuit: sed iuxta expositionem cōcilij Carthaginēsis, quam ppetuæ castitatis professione spopondissent. Ab hoc autem perpetuæ castitatis voto qui Christum aliquando dehortantem facit, in eum blasphemat, & Apostolo cōtrarius est: qui palàm nec semel tantùm ad perpetuæ virginitatis obseruantiam instigâsse legitur. Cæterùm cùm Christus apertè suadeat, vt qui vult perfectus esse, abneget semetipsum, & tollat crucē suam: vadat & vendat omnia quæ habet, & det pauperibus, ad perpetuæ profectiò tum obedientiæ, tum paupertatis vota cohortatur. Si quis igitur votum aliquod huiusmodi vouerit DOMINO, etiam si perpetuum fuerit: nō faciet irritum verbum suum, sed deiparæ virginis, Annæ matris Samuelis, & Rechabitarum exemplo, omne quod promisit, implebit, neq; tardabit reddere, sed quę semel de labijs suis egressa fuerint, obseruabit, & faciet sicut promisit DOMINO: quādoquidē ruina est homini, deuotare sanctos, & post vota retractare. Quòd si quis secùs fecerit, aut hæretica prauitate corruptus, secùs facere licitum esse docuerit: is velut iuris tū diuini, tum naturalis infractor, nedū sacrosanctis concilijs iniurius, condigna per suos superiores animaduersione plectatur.

1. Cor. 7.
Luc. 9.
Matth. 19.
Num. 30. Deut. 23. Lucæ 1. Hiere. 35.
1. Reg. 1.
Pro. 20.

QVòD SEPTEM SVNT SACRAMENTA, à Christo instituta: & q̄ illa conferant gratiam, obicem non ponenti. Decretum X.

ETsi nihil intentatum reliquit hereticus, quō Christianam fidem oīi parte profligaret: in abrogandis tamen sacramentis, vipereo dente sacra matris Ecclesię viscera crudeliter dilāniat. Et quibus aliquando spiritualibus coaluit incrementis, ea non in-

grato tantùm,sed & pfido per nefas ausu co natur abrumpere. Nec enim satìs esse visum est,si sacramentorum Ecclesiasticorum numero detraxerit, dum pleraq; ex eis humanum &recens inuentum esse dicit,nisi tandé omnibus conferendæ gratiæ vim negaret.

De baptismo.

Zach.13. Ezech.36. 1.Pet.3. Tit.3. Ephe.5. Galat.3. Roman. 6.

VErũ vt ad singula descédamus, quàm efficax sit baptismi sacramentum,primùm innotescat. Hoc certè est fons ille patens domui Dauid & habitãtibus Hierusalem,in ablutionem peccatoris. Hæc aqua munda,cuius effusione mundamur ab omi bus inquinamentis &spurcitijs nostris.Hoc quod nos saluos fecit baptisma,quo denuò nascimur.Per hoc lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti,quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum,iustificati gratia ipsius, hæredes sumus secundùm spem vitę æternę.Hoc aquæ lauacro mundat Christus ecclesiam in verbo vitæ, vt eam sibi exhibeat gloriosam, non habẽtem maculam neq; rugam. Quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu, Christum induimus: cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Cùm igitur ablutio peccatorum,ab inquinamentis & spurcitijs emundatio,salus, renouatio, regeneratio spiritussancti,cętera q;id genus, infusionem gratiæ palàm insinuent: perspicuũ euadit,baptismi sacramẽtum sua virtute pratiam conferre.

De sacramento ordinis.

1.Pet.2. Apoc.1. Roman. 12. Exod. 19. 1.Cor.4. 1.Cor.3. 2.Cor.5. 1.Cor.12 Ephe.4. Tit. 1. 1.Cor.12. Luc.22. Ioan.20.

POrrò sacramẽtum ordinis vel hinc facilè colligi potest,quòd etsi omnib⁹ àdeò commune sit internum illud sacerdotium, quo exhibem⁹ corpora nostra hostiam sanctam, viuentem, Deo placentem, vt priscis quoque sub Mosaica lege patribus conueniret:non protinùs tamen quilibet, dispensator ministeriorum Dei,vel architectus ędificij spiritualis habendus est.Non continuò,si puer aut mulier baptismum susceperit,legatione ꝓ Christo fungitur,sed diuisiones ministrationum sunt:dedit q́ue Deus quosdã qdem apostolos, quosdam prophetas,alios euangelistas,alios autem pastores & doctores:ad cõsummationem sanctorum,in opus ministerij,ad ædificationem corporis Christi. Atque eius gratia Titum Cretæ reliquit Apostolus,vt cõstitueret p ciuitates presbyteros.Nam si totum corp⁹ oculus, vbi auditus?si totum auditus,vbi odoratus? Deniq; si omnia essent vnum membrum, nec esset aliquis qui nõ sit sacerdotali ordine insignitus,vbi corpus?aut quid deniquè cõfusius, quid perturbatius esse queat?Quosdam itaque Christus sacerdotes instituit,quibus sui corporis potestatem cõmisit: Veri quidem, dũ instituto sui corporis & sanguinis sacramento:Hoc facite,inquit,in meam commemorationẽ.Mystici verò, dum posteaquàm in discipulos insufflâsset, Accipite, inquit, spiritumsanctũ: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Quibus palàm euadit,in susceptione ordinis conferri gratiam. Rectè igitur Timotheum Paulus admonet, vt nõ negligat gratiam quæ data est ei,cũ impositione manuum presbyterij, sed eam resuscitet potiùs. Quod si pro suî dignitate quis fecerit,duplici honore dignus habeatur. 1.Tim.4. 2.Tim.1. 1.Tim.5.

De sacramento Eucharistiæ.

1.Cor.10.

QVis autẽ viuificum esse neget Eucharistię sacramentum,quod tam apertis testimonijs scripturæ comprobatur? Calix enim benedictionis,cui benedicimus,nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? & panis quem frãgimus, nónne participatio corporis dominiest?hic nempe calix ille pręclarus inebrians: hoc frumentum, hoc vinum germinans virgines. Probet itaque seipsum homo,&sic de pane illo edat,&de calice bibat.Nam qui manducat &bibit indignè,iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dominI. Caro enim mea(inquit dominus)verè est cibus,& sanguis meus verè est potus:qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem,in me manet & ego in illo.Et rursum: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem,habet vitam æternam. Quibus hac luce clariùs constat, hoc sacrosanctum Eucharistiæ sacramentũ non solùm gratiam conferre:sed & alia pleraque aduersus hæreticos roborari, quæ de ipso catholica tradit ecclesia:atq; adeò quidem,vt post tam aperta scripturarum oracula,plura consarcire,superuacuum foret. Psalm.23. Psalm.4. Zach.9. 1.Cor.11. Ioan.6. Ibid.

¶De sacramento Confirmationis.

Matt.19. Actor.8. Actor.19. Actor.8. Heb.10.

NEc obscurius quidem sacramentum cõfirmationis Christus instituit cùm paruulis manꝰ imponeret. Quod & ab apostolis legimus promulgatum, cùm ad Samaritas miserunt Petrum & Ioannem,à quibus illi(licèt à Philippo diacono anteà baptizati)per impositionem manuum, spiritumsanctum acciperẽt. Quod & ex Actis apostolorum apud Ephesios à Paulo,& ex Dionysio, Clemente & Fabiano pontificibus,à primitiua quódàm ecclesia legimus obseruatum. Vndè & nunc Impositionis manuum, nunc Cõfirmationis,appellatum est sacramẽtum. Baptismo siquidem regeneramur ad vitam: post baptismum hoc sacramẽto confirmamur ad pugnã, in baptismo abluimur, post baptismum hoc sacramẽto roboramur:cuius conferendi potestas,episcopis à Christo cõcessa,donum Dei est:quod asseruit Petrus pecunia possideri non posse.

De sacramento pœnitentiæ.

POenitentiæ verò tam necessarium est sacramẽtum,quàm impossibile est baptismum iterari. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis,iam non

1.Pet.3. Rom.6. Iacob.3. Prouer.20. Hieronym⁹ Rom.2. Hier.2. 2.Cor.7. Psal.50. Psal.146. Psal.59. Esa.47.

non relinquitur pro peccatis hostia. Neque ei qui semel tantùm passus est Christus,sępiùs consepeliri possumus per baptismum. Cùm igitur in multis offendamus omẽs,neque sit qui possit dicere,Mundũ est cor meum,& purus sum à peccato,necessaria est ꝓfectò secunda post naufragiũ tabula. In qua discussa diligenter conscientia,quicquid occurrit Dei offensiuum,detestemur. Nam ad pœnitentiam nos adducit benignitas Dei. secundùm autem duritiã & impœnitẽs cor, homo thesaurizat sibi iram, nisi resipiscens sciat & videat,quàm malum est & amarum, reliquisse dominum & non esse timorem eius apud se. Contrà verò,quę secundùm Deum tristitia est,pœnitentiam in salutem stabilem operatur.Neque enim cor contritum & humiliatum despicit Deus:qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum. sed commouet terram, & conturbat eam: tum sanat contritiones eius, quia commota est.Nemo igitur tantum de fide sua præsumat,nemo adeò pœnitentiam nouam vitam existimet,& nõ recogitet annos suos in amaritudine animæ suæ.

¶De confessione.

Prouer. 28. Matth.3. Ioan.11. Matth.8. Ioan. 20. Hiero.in Ecclesiasten. Cyprianus. sermone 5. de lapsis. Chryso.super Matth. homilia 5.

SEd vt vetustissimũ illud,ita verissimum: Qui abscondit scelera sua,non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.Neque satìs fuerit de peccatis conteri, & ea apud sese Deo confiteri,nisi sacerdoti quoque sacramẽtali confessione detegãtur.Ea quippe,nec humanum nec recens inuentũ esse potest, quæ tot & tantis fulcitur scripturarum oraculis. Ad hanc enim,præter multas Mosaicæ legis figuras, propiùs manuduxisse videtur, primùm ille Christi præcursor:à quo qui baptizabantur,confitebantur peccata sua. Tum Christus ipse,dum suscitatum Lazarum, ab apostolis solui iubet:& ei quem à lepra curauerat,ꝓcipit vt sese sacerdotibus ostẽdat. At tum demùm huiuscemodi confessionem instituit & præcepit,cùm postquàm in apostolos insufflâsset, Accipite, inquit, spiritumsanctum: Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis: & quorum retinueritis,retenta sunt.Nam quomodò remittet, quæ sibi cognita non fuerint?aut quo pacto eorum iudex esse poterit, quæ prorsus ignota sint? Oportet itaque,quem antiquus ille serpens occultè momorderit,abstrusissimum quodque vulnus medico detegere, omnem indigestum &virulentum humorem(etsi stomacho mentis altiùs insederit)euomere:pudorem,in satisfactionis partẽ, de singulo quouis errato patiːne,dum occultis peccatorum vinculis sese teneri dissimulat,horrendæ tandèm sub omnium oculis æternæ damnationis laqueo constringatur. Proindè statìm ab ipsis Ecclesiæ nascentis incunabulis,facer iste confitendi ritus,de interioribus,nedùm de exterioribus tantùm.,inoleuit:vt tum ex Iacobo,tum ex diui Dionysij,Alexandri,Vrbani, & Cypriani scriptis manifestum euadit.Rectè igitur hanc exomologesis legem à Christo institutam, per apostolos ad nos vsque deductam, & ab vniuersali Ecclesia inuiolabiliter obseruatam, à cunctis Christi fidelibus sectandam esse: & contraeuientes,authoritate Concilij Constantiensis & aliorum complurium damnatos declaramus. Iacob.5. Dionysiꝰ in epistola ad Demophi.

¶De extrema Vnctione.

Marc.6. Iacob.5. Pfal.38.

AD vnctionis autem extremę sacramẽtum, Christus manuduxisse primùm videtur,cùm apostoli oleo vngerent multos infirmos,& sanarentur. Neque enim id suo sensu, sed præceptoris instituto, feciſſe putandi sunt. Sed ne hic noster vngendi infirmos ritus,Christi præceptum,non tamen sacramentum, esse videretur: si quis infirmatur (inquit Iacobus) in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ,& orent super eũ,vngẽtes eum oleo in nomine domini.& oratio fidei saluabit infirmum,& alleuiabit eum dominus:& si in peccatis sit,remittentur ei. Quibus liquidò constat, extremam vnctionem non ægritudinis tantùm corporalis medicamentum esse,sed etiam cæterorum sacramentorum instar,remissionem peccatorum efficaciter operari:ac proindè nec ab Iacobo quidem fuisse institutum,sed ab eo tantùm,cui peculiare est, vt gratiam & gloriam conferre possit.

¶De sacramento Matrimonij.

Ephe.5. 1.Cor.7. Heb.13. 1.Tim.2. 1.Thes.4. Tob.6.

POstremò matrimonium esse sacramentum,abundè satìs,sacrosanctę matris ecclesię tum vsu, tum authoritate comprobatur.Hoc quippe sacramẽtum, magnum est, in Christo quidem & ecclesia, quo sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem, & mulier infidelis per virum fidelem.Hoc honorabile coniugium,torus immaculatus: in quo nõ solùm saluatur mulier per filiorum generationem,sed fas est vnicuique vas suum possidere in sanctificatione & honore:ꝓ quod coniuges benedictionem consequuntur in filijs,nec habet in eos dæmonium potestatem,nisi ita coniugiũ suscipiant,vt Deũ à se & sua mente excutiant, & suæ libidini vacent,sicut equus & mulus,quibus non est intellectus.Qui negat itaque matrimonium esse sacramentum,aut deniquè septem sacramenta non admittit,inter hæreticos habeatur.

De sacrificio Missæ.

Decretum XI.

Prouer.21. Iob 10. Psal.72.

QVàm verè à sapiente dictum est, Vir qui errauerit in via doctrinę, in cœtu gigantum commorabit. Errauit quidé Luterus in via doctrinę,cum quicquid agamus,peccatũm esse censuit.At tum demùm irruit quasi gigas,& posuit in cælum os suum:cùm,ne quid nostrum Deo gratũ esse fateretur, sacrosanctũ illud

illud Missæ sacrificium abrogari voluit, tanto perè nobis necessarium, tãtis scripturę testimonijs roboratum. Nam si omnis põtifex
Heb. 5. ex hominib⁹ assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: quod tãdèm proprium & peculiare nouę legis sacrificiũ à sacerdote offerendũ esse queat, nisi superbenedictũ istud corporis & sanguinis Christi symbolum, quod esu paschalis agni, manna, cæterisque propemodùm omnibus Mosaicæ legis cæremonijs figuratum est? Neque enim lex esse potest, quæ sacerdotio careat:
Heb. 9. quòd si sacerdotiũ habet, habet & sacrificium. Porrò etsi Christus, assiduus pro nobis pontifex, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione
Psalm. 109. inuenta: negari tamen non potest, sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech: ac proindè huius exemplo, sacrificium aliquod obtulisse, quod exteriore panis & vini forma, veteri illi Melchisedech oblationi responderet. Erat enim sacerdos DEI
Gen. 14. altissimi. quod vtiquè fecit in suprema cœna illa. Nam accepto pane gratias egit, & fregit, deditque discipulis suis, dicens: Hoc est
Luc. 22. corpus meum, quod pro vobis datur, & ab euangelicis sacerdotibus iugi semper obseruantia præcepit iterari. Hoc facite, inquit,
Ibid. in meam cõmemorationem. Hoc enim holocaustum, hæc victima pro peccato, hæc hostia pacifica, hoc iuge sacrificium, hæc mun-
Mala. 1. da (iuxta Missæ nominis hebraici rationem) oblatio, quam in omni loco Malachias prædixit offerendam, cùm repudiatis legis antiquæ cæremonijs, ab ortu solis vsque ad occasum, magnum esset nomen domini in gentibus. Nihil igitur in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi, nulla potior oblatio. Qua in re, cum vniuersalis Ecclesiæ ritu, tam apertè consentiunt Ignatius, Irenæus, Cyprianus, Athanasius, Chrysostomus, ac reliqui posteriores, & concilia propè innumera: vt qui contrarium sensisse præsumpserit, manifestam hæreseos labem incurrat.

¶ De satisfactione, purgatorio, & commemoratione defunctorum.

Decretum 12.

VNVM illud videmus in primis hactenùs obseruatum ab ijs, qui propagandis hæresibus animum intenderint, vt ea sibi dicenda putent, quæ maximè placitura videantur, quo prurientes multitudinis aures demulceant, & à secretioribus patrũ auertant institutis. Hac ratione Mahometica quondàm pestis inualuit. Hoc aucupio Luterus plures illaqueat, dum simul cum culpa semper omnem cuiusuis pœnæ temporalis reatum aboleri contendit. Purgatorium tollit, & quô laicos grauiùs in clericorum odium exasperet, sacrificia, oblationes, & omnes id genus pro defunctis orationes, recens esse sacerdotum commẽtum, impudenter asseuerat. Præuidit enim versutus artifex, nihil esse quod effreni plebeculæ possit esse iucundius, quàm si facilima prorsus in cælum prædi cetur via, si omnis acerbæ illius purgatoriæ pœnæ decutiat metus: si quid habeat, quod aliquo tandèm prætextu sacerdotibus impingat. Ne igitur incautus fortè quispiam, vafris huiusmodi blanditijs pellectus, errorum scopulis illidatur: sacro approbãte prouinciali concilio, firmiter tenendum decreuimus, culpa per pœnitentiam abolita, frequenter superesse temporalis pœnæ reatum, velut superstites quasdam peccati reliquias,
Matth. 3. quæ per dignos pœnitentiæ fructus veniant expiandę: adeò, vt iniquitate & culpa pecca-
Luc. 3. ti dimissa, peccator adhuc pœnæ temporali
Num. 14. sit obnoxius. Hinc murmurãti aduersus DO-
2. Reg. 12. minum Israëliticæ plebi, indè Dauid dimissam primùm adulterij noxam scriptura commemorat, pro qua tamen subindè pœna tẽporalis irrogata est. Superabũdans quidem atque exuberans, est Christi satisfactio: cui-
1. Pet. 2. Rom. 6. us plenitudinem assequimur, dum sicut semel tantùm mortuus est, ita semel illi conse-
pelimur per baptismum. Peccata verò quæ post baptismum commissa fuerunt, pœniten tia quidem expiantur, sed quæ morienti Christo non semper configuret. Cùm autem huiusmodi pœnę tẽporalis, aut venialis tantùm peccati reus, repentè nonnunquàm in-
Matt. 12. tereat, de omni verbo etiam ocioso rationẽ
Apoc. 21. redditurus, nec illi pateat aditus in cælestem illam Hierusalem, in quam nihil intrat coinquinatum: nec item gehẽnę subiaceat, quip-
2. Cor. 5. pe qui gratiæ sit particeps, ac pœnæ temporalis tantùm debitor: fit vt primùm purgetur ex ijs quæ gessit in corpore, saluus tan-
1. Cor. 3. dèm aliquando futurus, sic tamen quasi per ignem: de sua semper interìm salute, ex remanentibus in eo fide, spe & charitate, secu-
Matt. 12. rus. Neque enim ex eorum est numero, quorum blasphemia non remittitur neq; in hoc seculo, neque in futuro, quorum superbia
Psalm. 73. ascendit: sed eorum potiùs, quos sub terra DEO laudem acclamantes, sacer Apoca-
Apoc. 5. 2. Mac. 12. lypsis liber commemorat. Sancta igitur & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Nec ab re ab Apostolis traditum, vt in tremendis & viui-
Chrysost. ficis mysterijs, agatur commemoratio defũctorum. Sciebant enim, illis indè multum cõtingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm igitur tam sanctum Apostolorum institutũ,
Dionysius eccles. Hier. a. cap. 7. ab initio nascentis ecclesiæ, ex sacro Diony-
De cõsecra. dist. 2. cap. sio legamus obseruatum, & in Cabilonen-
visum. si ac pluribus subindè Concilijs promulgatum: quisquis Catharorum, Armeniorum, Vuiclesi, Bohemorum, Luteri aut Valdensium exemplo, hos errores cum sacro Con-

stantiensi concilio non damnârit, hæreticæ prauitatis pœnas incurrat.

¶ De veneratione sanctorum.

Decretum 13.

Pſal. 41. VT abyssus abyssum inuocat, & in aliud scelus ex alio labimur: in eam demùm hæreticus incidit insaniam, vt qui pijs animabus quæ purgatorio detinentur, suffragia viuorum adimit: vicissim quoque viuos sanctorum, qui in cælis sunt, defraudet auxilijs: quasi vel preces nostras non audiant, vel nostris calamitatibus non tangantur: quasi diuinæ clementiæ deroget, quòd qui Christo ministrauerit, hoc honore dignus habeatur, vt pro cæteris intercedat. Sed quàm sit primum horum non modò veritati, sed scripturis quoque dissonum: facilè intelligit, qui beatis peruium esse non ignorat omniforme illud diuinitatis speculum, in quo quicquid eorum intersit, illucescat. Et-
Dan. 9. Tob. 12. si neque desint nobis Angeli, Gabriele Danielis, Raphaele Tobiæ haudquaquàm segniores, qui nobis ab exordio precum nostrarum assideant, vt illis mox offerant, quorum suffragium imploramus. Nec pigriùs
Pſalm. 67. quàm olim, præueniant principes coniuncti psallentibus, è quorum manibus ascen-
Apoc. 8. dat fumus aromatum de orationibus sanctorum. Porrò quòd ad secundum attinet, quî fieri potest, vt nostris non afficiantur incommodis, quorum nunquàm exci-
1. Cor. 13. dit charitas, quibus tantum gaudium in
Luc. 15. cælo, super vno peccatore pœnitentiam agente? Abraham, cùm hîc diuersaretur, pro
Gene. 18. salute Sodomitarum apud Dominum semel & iterùm, quinimmò & sæpiùs interpellauit, vt pro certo iustorum numero, qui inter eos reperiretur, toti parceretur ciuitati. An nunc cùm cælo gloriosus regnat, vsque adeò refriguit eius charitas & imminuta est, vt immemor filiorum suorum factus, nõ oret pro ijs, qui in hoc procelloso mari adhuc cõstituti, diris iactantur mundi fluctibus? Nec enim à beatorum communione
Sanctorum cõmunionẽ in symbolo. (quorum alter alterius, membra sumus) possumus aliquando separari, quin auctiore
Rom. 12. nobis charitate consulant, quàm cùm terrena nobiscum conuersatione tenerentur.
Zacha. 1. & 2. Macab. 15. Hinc Angelus ille Zachariæ, & Hieremias iamdudum in sinum Abrahæ receptus, multùm orant pro populo & vniuersa sancta ciuitate, & pro pœnitentis impietate orabit
Pſalm. 31. omnis sanctus in tempore oportuno. Nihil autem diuinæ benignitati vel omnipotentiæ deperit, quæ summa & incomprehensibili sapientia, infima quæque per intermedia moderatur & regit: neque minùs vnus
1. Tim. 2. est mediator DEI & hominum IESVS
1. Cõcilij aurel. cap. 23. aliàs 29. Christus, si iuxta sacram Aurelianensis concilij atque aliorum complurium institutionem, litanijs ad aliquos sanctorum conuertamur: CHRISTO tamen accepta feran-
De cõsec. dist. 3. cap. rogationes. tur omnia: per quem, omne id genus interueniendi munus, cæteraque in humanum genus beneficia, deriuentur. Absit igitur, vt tanti sint apud aliquem, hæreticorum præstigiæ, vt cum Manichæis, Catharis, Bohemis, & Valdensibus, beatis illis cælestis au-
Basilius. læ proceribus (ex quibus, non secùs ac ex igne splendor, odor ex vnguento, nostra omnium dimanat vtilitas) cultum exhiberi non sinat: dicata martyribus templa subsannet, dies festos inscribi, & eorum (vt aiunt) passiones palàm in Ecclesia legi, cachinnis infectetur. Pluris sit sacrorum conciliorum authoritas: quibus si quis pertinaciùs obstiterit, hunc pœnis in hæreticos à iure statutis, declaramus coercendum.

De veneratione sacrarum imaginum.

Decre. 14.

SI tam candidè quàm curiosè hæreticus ea loca perlustrâsset, quibus scriptura passim ab idolorum & simulacrorum cultu reuocat, nequaquàm certè tanto strepitu Christianos ab imagi-
De cõsecra. dist. 3. c. per latũ. Et cap. venerabiles. num honore deterreret. Neque enim dum catholicus quispiam sanctam CHRISTI veneratur imaginem, aliquod numen illi subesse putat, aut quasi DEVM colit: sed ob recordationem filij DEI, vt in eius amo-
Gregorius ad Secundinum. re recalescat, cuius imaginem videre desiderat. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem, ante imaginem prosternimur: sed illum adoramus, quem per imaginem, aut passum, vel in throno sedentem, recordamur. Et dum per ipsam picturam quasi per scripturam, ad memoriam filium DEI reducimus: animum nostrum de resurrectione lætificat, aut de passione mulcet, non maiore quidem idololatriæ periculo, quàm
Philip. 2. cùm in nomine IESV omne genu flectitur cælestium, terrestrium & infernorum. Quem enim vocula cursim auribus insinuat, hunc eundem fidelibus oculis imago sedulò repræsentat. Accedit & ex imaginibus alia non inferior vtilitas, idoneum vide licet atque accommodum indoctæ plebi rudimentum: vt cùm sacratissimæ virginis Mariæ, aut sancti cuiusquam imago sese offert, ea velut archetypo, ad propositę sanctitatis imitationem & veram vtcunquè pietem, rudi quadam introductione, simplex populus animetur. Et sepositа tantispèr distractione dum ad vnius imaginis contuitũ se colligit: vno obtutu sibi plura proponit, quàm diuturna librorum euolutione
Damascen. lib. 4. cõprehẽderet. Non ab re igitur apostoli viuificam Crucem & sacras erexerunt imagines: quæ quum ab initio nascentis Ecclesiæ, debita semper ab orthodoxis veneratione colerentur, nihil illis à sacrosanctis quatuor vniuersalibus Concilijs dero-
Augustinus lib. de visitatione infirmorum. gatum est. Quin & ab Augustino moribundis proponi iubentur, & à Gregorio

rio Magno, tum ad Richaredum, tum ad Secundinum missę leguntur. Et insurgentibus tandèm imaginum euersoribus, Romani pontifices, Constantinus, Gregorius secundus, & tertius, Paulus primus, Stephanus tertius, & Adrianus primus, tanta animi constantia restitêre, vt illi septima tandèm apud Niceam synodo, concordi patrum assensu damnarentur: & Carolus ille cognomento Magnus, Francorum rex Christianissimus, Franckfordiensi conuentu, eiusdem erroris suppresserit insaniam, quam infelicissimus quidam Felix in Gallias & Germaniam inuexerat. Quisquis igitur de Christi vel sanctorum imaginibus aliter senserit, is Christo & sanctis iniurius, cum Valdensibus pestiferam hæreseos labẽ se nouerit incurrisse.

Carolus Magnus.

¶De libero arbitrio.

Decre. XV.

ETsi nulla penè sit tam aperta catholica veritas, nullus tam manifestus sacræ scripturæ locus, quem non hæretici suis cauillis & tergiuersationibus eludant: nulla tamen in re tam impudenter, tantaque rei Christianæ iactura debacchati sunt, quàm in exterminando profligandoque libero arbitrio. Nam quid Christi fidelibus pnicios̃ius excogitare potuit hostis ille veritatis, quàm si vel à Pelagio seducti, omnia sine præsidio gratiæ sibi tumidiùs arrogent, vel fatiscenti pusilloque animo, cum Vuiclefo, necessitati fatisq; cõmittant omnia? Nihil profectò reliquũ erit, tum diuinis legibus, tum humanis: nullus consilijs aut electioni, nullus precibus aut obiurgationi, cæterisq; id genus, locus: nulla deniq; iustitia futura est, qua quibusdam pœnæ, quibusdam constituta sint præmia: si pro Vuiclesi & Luteranorũ sententia, omia de necessitate eueniant. Prodierat hic error primùm apud gentiles, sed summo omnium consensu mox explosus est: adeò, liberũ esse arbitrium, velut euidenti quodam experimento cognitum, omnium mentibus sese inculcat. Cùm igitur reliquerit Deus hominem in manu consilij sui, appositeritq; corã eo ignem & aquam, bonum & malum: vt ad quodcunq; voluerit, porrigat manũ suã: nec ab re beatus ille dicatur, q̃ potuit transgredi, & nõ est trãsgressus, & facere mala, & non fecit: quòd sub eo sit appetitus eius, & dominetur illius: ac deniquè percurrenti sacram scripturam passim obuium sit, quòd liberũ vtramuis in partem hominis arbitriũ asseueret: satis esse visum est sacro ꝓuinciali concilio, libertatis huiusmodi vires & metas exponere. Neq; enim liberũ arbitrium asserentes, diuinam excludimus propterea gratiam: quod illi falsò totiès imponere non verentur, atque hoc fumo credulorum oculos perstringere. Sed iuxta sacram scripturam eò extendimus, vt voluntas humana misericordiæ præuenientis auxilio suffulta, & interiori quodam & occulto secretioris inspirationis afflatu contacta, sese conuertat in DEVM, Deo appropinquet, & ad veram illam gratiam se prępparet, qua tandèm accepta sit ad vitam æternam. Neque tamen tanta gratiæ necessitas libero præiudicat arbitrio, cùm illa semper sit in promptu, nec momentum quidem prætereat, in quo Deꝰ non stet ad ostium & pulset: cui si quis aperuerit ianuam, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo. Nec deniquè tale sit huiusmodi trahentis Dei auxilium, cui resisti non possit.

Iacob. 4. Zach. 1.

1. Reg. 17.

Amos. 5.

Apoc. 3.

Quotiès enim Dominus voluit congregare filios Hierusalem, sicut gallina congregat pullos suos ab alas, & noluerunt? Fruſtrà certè Stephanus Iudæos, duræ ceruicis & incircuncisi cordis argueret, qui semper spiritui sancto resisterent. fruſtrà Paulus Thessalon. admoneret, spiritum ne extinguerent, si diuinis inspirationibus homines ineuitabiliter raperentur. Trahit quidem Deus, sed in eius odorem currimus: non vi, non vnco raptamur. Prædestinat, eligit, vocat, sed eos demùm adultos glorificat, q̃ in fide & charitate radicati, per bona opera certam suam vocationem, electionemque fecerint. Et licèt attingat à fine vsque ad finem fortiter, disponit tamen omnia suauiter. Hanc igitur hæresim, arbitrij libertatem prorsus auferentem, non tam damnamus, quippe quæ iam olim ab ecclesia & sacrosanctis concilijs damnata sit, quàm communi hominum cõceptioni & apertis scripturæ testimonijs declaramus esse contrariam.

Matth. 23.

Actor. 7.

1. Thess. 5.

Cant. 1.

2. Pet. 2.

Sap. 8.

Concil. Cartha. 4. cap. 1. Sexta synodo Constantinop. sess. 8.

De fide & operibus, merito & gratia.

Decre. XVI.

FRequens illud est apud imprudẽtes, & qui non tam animi moderatione, q̃ impetu feruntur: vt dum ab altero vitiorum incautè diffugiunt, in alterum prolabantur. Cuius rei Luterus fidẽ facit, qui dum operum fiduciam nimìs infectatur, nihil tandèm operibus reliquum facit: atq; ita vnius fidei patrociniũ suscipit, vt solam agnoscat, opera reijciat & condemnet. Verùm si rectè perpendantur, quæ pro fide producit de scripturis, testimonia, reliquas virtutes non excludunt. Quæ verò contra opera citat, ea omnia vel ad nimiã in operibus fiduciam, vel ad legales cęremonias pertinent. Fide quidem viuimus: & sine hac, impossibile est placere Deo. Si quis nihilo minùs habuerit omnem fidem, ita vt montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil est. Fide iustificamur: sed & spe salui facti sumus: Et dimissa sunt Mariæ Magdalenæ peccata multa, quoniam dilexit multùm, si quis enim (dicit Dominus) diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Nunc igitur manent fides, spes, charitas, tria hęc, maior autẽ horũ est charitas, & in viuificando iustificandoq; potior:

Ecclı. 15.

Ecclı. 31.

Gen. 4

Psalm. 58.

Abac. 2. Heb. 11. 1. Cor. 13.

Rom 9. Rom. 8. Luc. 7. Ioan. 14.

1. Cor. 13.

potior: quandoquidem fides sine operibus mortua est. Tum demùm vtilis est ad salutem, cùm per dilectionem operatur. At charitas non est ociosa, sed per bona opera satagit, vt certam vocationem nostram electionemque faciat. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: dum ille reddet vnicuique iuxta opera sua, dum vnusquisq; mercedem accipiet secundùm laborem suum. Quandoquidem omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Vbi eos qui à sinistris erunt, non solùm increpabit Dominus, quia non crediderunt, sed quia misericordiæ non vacârunt. Eos autem qui à dextris erunt, commendabit non tam à fide, quàm à bonis operibus: opera enim illorum sequũtur illos. Talibus siquidem hostijs promeretur Deus, facietq; tandèm omnis misericordia locum vnicuique, iuxta meritum operum suorum, non absoluta condignitate quidem, (neque enim condignæ sunt passiones huius seculi ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis) sed gratuita magìs & liberali repromissione: qua, conuentione facta de denario diurno, conduxit operarios in vineam suam. qua, inquã, qui suffert tentationem, cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. & ei qui fidem seruauerit, certauerit bonum certamen, cursum consummauerit, coronam iustitiæ reddet in illa die iustus ille iudex, qui nos, etsi seruos inutiles, sua misericordia dignos facit, in partem sortis sanctorum. Non iustificat igitur sola fides, sed magìs charitas. nec queuis opera, peccata sunt: sed eatenùs adultis ad salutem necessaria, vt meriti quoque rationem non respuant.

Iaco. 2. Galat. 5. 1. Cor. 13. 2. Pet. 1 Rom. 2.

1. Cor. 3.

2. Cor. 5.

Apoc. 14.

Heb. 13.

Eccl. 16.

Roman. 8.

Matth. 20.

Iacob. 1.

2. Tim. 4.

Luc. 17.

Coloſ. 1.

¶Decretorum fidei, finis.

¶ Annotationes aliquot errorum, iam olim damnatorum, & nunc repullulantium paucis constrictæ. 17.

HIs sanè decretis, possent plura alia adiungi. verùm nimia huiusmodi decretorũ multiplicatiõe, orthodoxos lectores grauare metuẽtes, haudquaquàm alia in præsentia censemus adijcienda. Quia tamen plurimæ aliæ sunt hæreses, quas aut editis libris, aut publicis prædicationibus, aut familiaribus etiam colloquijs minimè erubescunt homines peruersi hodiè ꝓmulgare, pestilentibus dogmatibus enitentes inficere populum Christianũ: generali quadam definitione tales damnatæ doctrinæ assertiones operæprecium est indicare, quo faciliùs vitentur. Exploratum nempe est, quòd non alia via conuenientiùs hæreticorum calumniæ, hæreses atque impietates cauentur, quàm vbi deteguntur & manifestãtur. Tũc enim omnibus facilè constat, quàm vana sint ac futilia, immò q̃ stulta & impia eorum dogmata. At verò vt cõmodiùs tales errores discernantur, certis subnectuntur indicibus modo sequenti.

¶ Nusquàm legitur Dei cognomen apertè tribui Christo, in apostolorum & euangelistarum literis, præterquàm in duobus aut tribus locis. Audemus spiritum sanctum appellare Deum, quod veteres ausi non sunt.

Error fauẽs Arrio.

Error fauẽs macedonio.

Christus suam mortem deplorari non voluit, sed adorari: vt quæ sponte pro salute totius mundi suscipiebatur. Non enim deflenda est mors innocentis. A cõsortio Ecclesiæ resecatur, quisquis admittit crimen lœtale.

Error Ioan. Hus, dãnat⁹ in concilio Cõstantiẽsi sessione 15.

Ecclesia non constat nisi ex bonis. Primatus summi põtificis, nõ est à Christo. Nõ rectè aut piè ab ecclesia canunt illę orationes, Salue regina misericordiæ, Regina cæli, Aue maris stella.

Error Ioan. Hus, dãnat⁹ in concilio cõstantiensi sessione 15.

Nouissima pars capituli vltimi euãgelij beti Marci, ex apocrypho quopiam euãgelio asscripta appãret à lectore studioso.

Indecorũ vel ridiculũ videtur, quòd idiotæ & mulierculæ psitaci exemplo, psalmos suos & precationem Dominicam latinè murmurant: quum ipsæ quod sonent, non intelligant. Baptizati infantes, cùm veniunt ad annos discretionis, sunt rebaptizandi.

Error Bohemorum.

Infantes non sunt baptizandi.

Baptizati paruuli postquàm ad pubertatis annos peruenẽrint, vt in communibus fidei articulis fuerint instructi: interrogentur, ratũm ne habeant quod susceptores nomine illorum polliciti sunt in baptismo. Id si non approbent, fortassis expediet illos nõ cogi, sed suo relinqui animo, donec resipiscant: nec ad aliam vocari pœnam, nisi vt ab eucharistia sumenda, reliquisque sacramentis arceantur. Cæterum nec à sacris, nec à concionibus excludantur.

Fomes peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur animam ab ingressu cæli.

Iustus in omni bono opere peccat.

Omne opus bonũ, optimè factũ, est veniale.

Deus obligauit hominem ad impossibile, in nono & decimo præceptis, prohibens non concupiscere: quod qui negat, pessimè facit: & qui hoc falsum esse dicit, plusquã pessimè facit.

Hoc est mortalium mortalissimum, nõ credere sese damnabili & mortali peccato esse obnoxium coram Deo.

Modus celebrandi missam, quo vtitur ecclesia catholica, non est conueniens.

Error fauẽs Vuiclefo.

Missa debet dici lingua vulgari.

Error Bohemorum.

Manifestus est error, Missam applicare seu offerre pro peccatis, pro satisfactionibus, ꝓ defunctis aut quibuscunque necessitatibus suis, aut aliorum.

Error Aẽrianorũ & Arthotiratarũ

Non est dubium, vniuersos hodiè sacerdotes & monachos, cum episcopis & omnibus suis maioribus, esse idololatras: in statu

Error Donatistarũ, Acitarũ & Apostolicorum.

periculosissimo agentes, ob Missæ seu Sacramenti ignorantiam, abusionem & irrisionem.

Magna est fides, cognoscere Christũ corporaliter esse, vbi sacramentaliter est. Sed maior est, cognoscere eum absolutè vbiquè corporaliter esse.

Nihil cõducit ad susceptionẽ eucharistię, se præparare per contritionẽ, confessionem, satisfactionem, & alia bona opera.

Non licet inducere homines ad pœnitentiam per timorem gehennæ.

Episcopus non potest quod non possit simplex sacerdos.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quòd nõ possint cõtrahere matrimoniũ. Humana instituta, si obseruas vt humana, nihil te iuuant: sin vt diuina, mendacium committis. Lex euangelica, quo tutiores sint homines à periurio, damnat omẽ iusiurandum: vt iam fas nõ sit iurare neque per Deum, neque per cælum, neque per terram.

Catharorũ error & Valdensium.

Excoïcationes nõ sunt timẽdę, sed optãdæ. Qui venialia peccata docent esse distincta à mortalibus, ad insaniam perditissimè rituntur trahere hominum conscientias.

Error Vuiclesi dánat in cõcilio Cõstantiẽsi sessione 8.

Opera nihil sunt coram Deo: aut omnia sunt æqualia, quantùm ad meritum attinet.

Meritũ tribuere operibus, propemodùm cum eis est sentire, qui credunt nos ex operibus iustificari posse, de quo errore damnãtur Iudæi plurimùm.

Error fauẽs Iouiniano.

Illi qui habent charitatem, nullis præceptis humanis sunt subiecti.

Error Begardorum.

Habentes charitatem, non tenentur ieiunare, orare, vigilare, aut alia consimilia bona opera efficere: sed liberum est illis, facere aut omittere huiusmodi bona opera, pro suo beneplacito.

Error Vuiclesi.

Indulgentiæ prorsus sunt abijciendæ.

Error fauẽs Vuiclefo.

Fũdatiões obituũ, sunt inuẽtiones diaboli.

Error dãnatus in cõcilio Cõstantiẽsi.

Ecclesiastici nõ debent gaudere priuilegijs & immunitatibus plùs quàm laici.

Nõ licet ecclesiasticis habere bona immobilia. Deus non vult pseudoapostolos & hęresiarchas extingui, sed tolerari, si fortè resipiscant, & è zizanijs vertant in triticũ. Quòd si non resipiscant, seruentur suo iudici, cui pœnas dabunt aliquando.

Error Catharorũ, Valdensium, Begardorũ, & Hussitarum.

Decimę sunt purę eleemosynę: & possunt parochiani, propter peccata suorum prælatorum, ad libitum suum eas auferre.

Error Vuiclesi.

In ecclesia non debent esse varia viuẽdi genera, quæ religiones appellantur.

Error Vuiclesi, dãnatus in concilio Cõstantiẽsi sess. octaua.

Nulli licet, inuitis parentibus, intrare religionem.

Si ꝓximũ voco in ius, si ei dãna procuro: ꝙ necessariò vocationẽ illam prętorialem sequunt, si etiã tanꝙ ethnicũ omi sanctorũ cõsortio & participatiõe totius ecclesię, eũ priuatũ iri obtineo: quomodò nõ facio iniuriã ꝙ iustitiã peto? quomodò mandatũ Dei non soluo, qui sanctam inter me & fratrem dilectionis necessitudinem violo?

Ad principes Christianos exhortatio, vt elaborent pro hęreticis exterminandis. 18.

PLurimos hactenùs errores cõmemoraui⁹: sed nõ illorũ sufficit cõmemoratio. Opus nãq; est, ꝙ chrianissimi principes suppetias ferãt, zelo zelãtes, ꝙ domo Domini exercituũ, quę iuxta Apostolum est Ecclesia. 1 Tim. 3. Posset haud dubiè Deus, absq; illis, vniuersam hęreticorũ cohortẽ cõterere ac exterminare: nullius enim creaturæ suæ eget ministerio. Vult tamen pro sua benignitate homines sibi cooperari: ampla quoque eos donat mercede, qui ei cooperãtur, in ijs præsertim negocijs, quæ ad fidei dinoscuntur spectare integritatem, quemadmodùm multæ indicant historiæ. Laborârũt olim aduersus hæreticos strenuè Christianissimi principes, Constantinus, Valentinianus, Theodosius, Clodoueus, Carolus Magnus, & Ludouicus pater sancti Ludouici. sed nunquìd præmio defraudati sunt? minimè certè. Nam apud Deum gratiam inuenerunt, qua nihil in vita est expetibilius, & apud homines immortale sui nominis decus adepti sunt. Contrà verò principes, qui hæreticorum consuetudine abusi & eorum deliniti consortio, impijs erroribus non obstitêre, sed impenderunt subsidium, iram Dei vindicem sensêre. Diuino siquidem fauore destituti, in graues ærumnas prolapsi sunt, miserabilem vitę exitum sortiti. Cuius rei (vt alios taceamus) testes sunt, vel locupletissimi, Licinius à Constantino deuictus, Iulianus apostata, Valens Arrianus, Philippicus, Constantinus quintus, & Leo eius filius, sacrarum imaginum impij euersores. Hi profectò detestandam impietatem consectati, digna suæ perfidiæ reportârunt stipendia. Longum esset, reliquorum principum qui à fidei synceritate deficientes, pestifero hæreticorum contagio infecti sunt, miserias enumerare & calamitates. Longum itidèm esset, eorum felicitatem & gloriam recensere, qui fidei catholicæ *incõcussæ adhærentes, hæreticos tanꝙ capitales suæ coronæ hostes, ad internecionem vsque deleuerunt. Hęc ita quę attendẽtes, ꝓ nostri officij debito Christianos principes instanter rogamus, & in Domino exhortamur: si fuæ saluti consulere, si suæ ditionis iura illibata custodire, si in pace & tranquillitate subditas sibi nationes continere exoptant: potenti brachio fidem catholicam tueantur, ac eius hostes viriliter fatagãt debellare. Id aũt haud factu erit difficile, vbi antiqua Christianissimorum principum in hæreticos, eorum libros & fautores edicta instaurabuntur. Quæ si salutari iudiciorum seueritate executioni demandentur, nulla prorsus hæreticorum monumenta, nulli libri,

*incõcussè

bri, nulla scripta in suis prouincijs reperientur. Malesanæ item conciones cessabũt, necnon & clandestina conuenticula: in quibus peregrinos cultus à Christiana pietate degenerantes, inducere solent hęretici. Vsque eò effrenis insupèr impiorum audacia retũdetur, vt iam orthodoxæ fidei ac ecclesiæ catholicæ sacris quę eius constitutionibus, audeat nemo contraire. Hoc profectò nostrũ desiderium, hæc votorũ summa, hæc nostri conatus gloria. Hoc est quod tota mẽte exposcimus, & assiduis precibus à Domino efflagitamus: sperantes, dum strenuè Christianissimi principes hæreticos debellant, & nos pijs laboribus, ne credite nobis oues, luporum morsibus trucidẽtur, prohibituros. Et tum demùm donabit nobis Dominus sua pietate, tantoperè à fidelibus exoptatã atq; expetitam pacem & tranquillitatem in hac vita: & post huius vitæ decursum, cõsummatam felicitatem. At verò quia scimus non satìs esse, ad hæc obtinenda fideles adhortari, nisi rebelles conuenienti districtione reprimanꝰ, salutari antidoto decreuimus huic negocio ꝓuidere. Authoritate itaq;, qua fungimur, omnes in nostra prouincia constitutos, qui tam impia dogmata ausu temerario asserere, docere, scribere, præsumpserint, his scriptis sentẽtia excommunicationis innodamus. Necnõ & eos, qui illis auxilium, consilium, aut fauorem quouis modo fuerint impartiti. Sub eadem quoque pœna omnibus nobis subditis inhibemus, ne Luteri libros siue Luteranorum quorumcunque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promouendam conscripti sunt.

INDEX MATERIARVM, IN SEQVENTIBVS MORVM DECRETIS contentarum, per capitum ordinem digestus.

FRequẽtandas esse preces in ecclesijs, ꝓ tranquillo statu totius ecclesiæ & regnorum orbis Christiani. Cap. 1

Omnem exactionem indebitam, pro sacramẽtorum, aliarumq; rerũ diuinarũ administratione, esse à viris ecclesiasticis summoperè deuitandam. 2

Quòd promouendi ad sacros ordines, exhibeant literas testimoniales de sufficiẽtia ætatis & honestate vitæ suæ. 3

Neminem ad sacrum subdiaconatus ordinẽ esse promouendum, nisi sufficiẽtem exhibeat titulum beneficialem, vel patrimonialem. 4

Quomodo diœcesani examinare debẽt petẽtem literas dimissorias, antequã illas ipsi concedant. 5

Diligẽtem etiã inquisitionem debere fieri à diœcesanis super ętate, moribus & literatura iam promotorum ad sacerdotiũ. 6

Promotos in curia Romana ad sacros ordines, non esse admittẽdos ad illorũ executionẽ, nisi priùs à diœcesanis fuerint examinati. 7

Instituendi ad curam animarum, diligenter antè examinẽtur à diœcesanis, an sint idonei gerendæ illi prouinciæ. 8

Ad beneficia ecclesiastica obtinenda assumantur idonei à diœcesanis, qui suo erga Deũ & ecclesiã ritè fungantur officio. 9

Quotidianas distributiones satìs largas & sufficienses assignari debere ijs, qui diuino officio in Ecclesijs celebrando interfunt. 10

Curati resideant in suis ecclesijs, nisi sint legitimè excusati: & populũ sibi cõmissum, diligenter instruant documentis fidei & morum. 11

De ijs, quæ curati suos studiosè debẽt admonere parochianos, ad ipsorũ salutem. 12

De fundationibus antiquis eccleũarũ accuratè obseruãdis, & sedulò cõplendis, 13

In oratorijs priuatis, sine diœcesani facultate nõ esse celebrandum neque in capellis hospitiorum, neglecta ecclesia parochiali. 14

Die Dominico nõ celebrẽtur Missę in capellis, etiam ex fundatione, nisi post cõpletã Missam parochialem. 15

In ecclesijs nihil inhonestũ aut indecens fieri debere, quo diuinũ impediatur aut minùs reuerenter audiatur officium. 16

Psalmodia maturè & cũ distinctione peragatur: ac musicus cãtus, organorumq; modulatio, ad deuotionẽ excitãs, nõ lasciuiam, in ecclesijs exhibeatur. 17

De horis canonicis, debitè, reuerenter & honestè in ecclesia decãtandis, distincto tẽpore, & congruo pulsu. 18

De ijsdem integrè, maturè & deuotè legẽdis à viris ecclesiasticis, sine aliquo leuitatis aut irreligiositatis exemplo. 19

De tabula officiariorum in choro ponenda, & tempore ingressus in chorum, cùm diuinum celebratur officium. 20

Canonici, cùm primũ ręcepti fuerint in cõsortiũ capituli, suos fructus integrè recipiant, sine dilatione aut expectatione per aliquot annos. 21

De regulari disciplina, in victu, vestitu & moribus, in monasterijs tam religiosorum ꝙ monialium, exactè obseruanda. 22

De honestate morum in vita & habitu à clericis seruanda, sine vestium preciosarum pompa & luxu. 23

Qualis debet esse habitus clericorum, & virorum ecclesiasticorum. 24

De honestate clericorum obseruãda in incessu, cõuersatione cũ laicis, in euitatione chorearũ & actiõis ludorũ scenicorũ. 25

Incontinentes sacerdotes & concubinarios, clericos itidèm venatores, & negocijs secularibus deditos, grauiter esse puniendos. 26

Quid agendum, quando prioratus religiosorum aut monialium, nõ habent prouẽtus

tus sufficientes ad plurium in illis locis educationem. 27
De numero monialium, in monasterijs earũ instituendo, perpetuaq; ipsarum clausura vigilanter obseruanda. 28
De visitatione & reformatione diligenti hospitalium, leprosariarum, & similium domorum faciẽda per eos, ad quos idipsum legitimè spectat, & de gubernatoribus earundem domorum. 29
Confratrias non esse de nouo erigendas, nisi ex consensu & approbatione diœcesanorum: antiquarum autem statuta & fundationes, vt visitentur, illis exhiberi debere. 30
De excommunicationibus non concedendis, nisi pro ardua & graui causa: neq; decernẽdis pro iniurijs verbalibus, nisi sint admodùm atroces, de quo officiales locorum dijudicent. 31
Diœcesani per se aut vicarios suos visitent frequenter parochias, in quibus audiunt hæreticos habitare, & ad illorũ exterminationem atque extirpationem, pro viribus elaborent. 32
Libri de fide & moribus differentes, non imprimantur ampliùs, nec alibì impressi venundentur: sine speciali diœcesanorum authoritate & permissione, qui eos priùs visitent. 33
Libros lingua vernacula compositos, & de fide ac moribus tractantes, legi vulgò nõ debere: nisi à diœcesanis antè visitati sint & approbati, atque permissi vt publicè legantur. 34
Non esse admittendos quoscunque ad exercendum prædicationis ad populum, officium, nisi à diœcesanis approbati fuerint & missi. 35
Quales esse debent verbi diuini prædicatores, & quid potissimùm prædicare studeant, & quibus vti sermonibus. 36
Solos illos mendicantes habere potestatem absoluendi, qui antè per suos prælatos diœcesanis præsentati fuerint, & per eosdẽ commissi. 37
Abbates sacramentum confirmationis non conferant, nec calicum consecrationem attentent: nisi diœcesano antè exhibuerint speciale (si quod habent) super hoc priuilegium. 38
Cum quanta reuerentia, grauitate, & honestate sacramentum matrimonij est suscipiendum. 39
Imagines sacræ, præcedente episcopi visitatione, in Ecclesijs collocentur. neque prætextu noui miraculi erigatur capella aut altare nouum, nisi episcopus loci de eo negocio antè definiẽrit. 40

Indicis capitum, decreta morum complectentium, finis.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Sequuntur constitutiones editæ in sacro prouinciali Concilio Senonensi, celebrato Parisijs per Reuerendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Antonium, miseratione diuina & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, tituli sanctæ Anastasiæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyterum Cardinalem, archiepiscopum Senonensem, Galliarum & Germaniæ primatem, Franciæ cancellarium, & Reuerendos in Christo patres Episcopos, suffraganeos eiusdem Reuerendissimi patris, videlicet episcopos, Carnotensem, Parisiensem, Meldensem, Antissiodorẽsem, Trecensem, Niuernensem, & Petrum de Stella, vicarium episcopi Aurelianensis, per eundẽ Reuerendissimum admissum, vnà cum clero totius prædictæ prouinciæ, legitimè congregato & euocato, Anno ab incarnatione Domini 1527. die tertia mẽsis Februarij, qua fuit inchoatum prędictum concilium & cõtinua prosecutione deductum vsque ad nonam diem Octobris anni vicesimi octaui supra millesimum & quingentesimum. Qua quidem die, extrema fuit manus supradicto Concilio imposita.

Frequentandas esse preces, & publicas & priuatas in ecclesijs, pro trãquillo statu ecclesię catholicę & regnorum orbis Christiani. Cap. I.

PAulus gentium apostolus, cùm Timotheum in primis admonuisset, vt à pseudoapostolis creditam sibi plebem auocaret, qui volentes esse legis doctores, non intelligebãt quę loquebantur, neque de quibus affirmabant: protinùs ad mores conuersus, Obsecro. inquit, primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate cõstituti sunt, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & castitate. Proindè Paulum imitati, de suffraganeorum nostrorum consilio & assensu in primis districtè iniũgimus, vt per cathedrales, collegiatas, parochiales & alias quascunque ipsius nostræ prouinciæ ecclesias, fiant preces tam publicè quàm priuatim, quibus auertatur ira Dei, & de peccatis nostris meritam non sumat vltionem. Nam si precibus locus aliquando affuerit, si qua olim orandi necessitas institit: ea profectò nobis hac nostra tempestate sese offert, qua atroces assiduosque bellorum tumultus, inter Christianos principes exardescere videmus: & nauis Ecclesiæ pluribus schismatum vndis iactata, vanæ doctrinæ ventis fluctuat. Orandus igitur benignissimus Deus, vt qui nostris iniquitatibus offensus, hactenùs in puppi dormitâsse videtur, exurgat, & dissipentur inimici eius, imperet mari & ventis, cessetque tempestas: pestilentes hæreses indiès pullulãtes tollat, falsa amputet dogmata, dissidẽtes & exulceratos principum animos conciliet: pacatisque hæresum procellis, fatiscentem Petri nauiculã tuta tandèm statione recipiat. Sanctissimum dominum nostrum papam, & statum hierarchicum ecclesiæ in pfecta charitate contineat: & Christianissimum regem nostrum ac supremum dominum, incolumem nobis seruet, votorumq; compotem efficiat, vt commissus illi populus, Deum vnicũ pacis authorẽ agnoscat, & in agendis illi gratijs totus inhiet & inardescat.

1. Timot. 1.

1. Timot. 2.

Omnem exactionem indebitam, pro sacramentorum, aliarumq; rerum diuinarum administratione, esse à viris ecclesiasticis summoperè deuitandam. Caput II.

SAcro hoc approbãte cõcilio, statuimus & ordinamus, vt omnia syncerè, purè & mundè fiant in domo domini, sine labe labis ve suspicione, aut specie mali. Ad quod prælati, ecclesiarum cathedralium & collegiatarum capitula, archidiaconi, abbates, abbatissę, & alię quæcunque personæ ecclesiasticæ, diligentem gerant curam & studium exercendi, administrandi, & exequẽdi onus eis à domino concessum, (ne sanguis subditorum, de manibus eorum requiratur) non quęstus causa & pecuniæ. Ideo statuimus, inquam, & ordinamus, conformiter ad sacrorum conciliorum, sanctorumq; patrum decreta, vt manus suas illibatas, integras & intactas seruent, iuxta iuris communis dispositionem & ordinationem, ab omni exactione abstinentes: non obstantibus quibuscunque iuramentis, statutis & cõsuetudinibus introductis, & in futurum introducendis. Irrationabilem illam consuetudinem iudicãtes, qua ad vnam prębendam receptus, suorum in dicta præbenda prædecessorum non receptorum (à quibus ius nõ habet, sed à conferente vel instituente) plures receptiones soluere compellatur. Prouideant autẽ diœcesani, ne ecclesiarum parochialium rectores, matricularij, aut alij quicunq;, indebitas exactiones pro sacramentorum, sacramentalium q̃ ac diuinorum administratione faciant.

Ad vnã recęptus prębendã, non soluat plures receptiones

Quòd promouendi ad sacros ordines, exhibeant literas testimoniales de sufficientia ætatis, & honestate vitæ suæ. Caput III.

ET vt deindè de ministris ecclesiæ prouideamus, ne circa promouendos ad sacros ordines fraus aliqua cõmittatur: sacro approbante prouinciali cõcilio, de fratrum nostrorum suffraganeorum sententia & cõsensu statuimus, vt promotionis tempore, ordo qui proximè sequitur, diligẽter obseruetur. Vt quantùm attinet ad ætatem & mores, non priùs promoueant diœcesani suos ad aliquem sacrum ordinem, quàm viderint literas testimoniales presbyteri parochialis, quæ contineant duorum aut trium testium probatorũ, non suspectorũ, dispositiones iuramẽto solenni firmatas de sufficiẽtia ętatis promouendi, & de probata & inculpata illius vita. Quo absoluto, inquirant, si promouendus habeat scientiam, à iure ad ordinem suscipiendum requisitam. Neque aliquẽ ad sacerdotium promoueant, nisi qui (quantùm fragilitas humana patitur) sciat ea quæ continentur in canone, Quæ ipsis. 38. distinctione.

Neminem ad sacrum subdiaconatus ordinẽ esse promouendum, nisi sufficientem exhibeat titulum beneficialem, vel patrimonialem. Caput IIII.

POrrò in graue clericalis ordinis scandalum ac dedecus, videmus haud paucos sacerdotes, nudos ac mẽdicos. Prohibemus itaq;, ne aliqui ad sacrum subdiaconatus ordinem assumantur, nisi sub titulo beneficij viginti librarum Parisiensium ad minus, vel patrimonij similis valoris. Super quo per vicarios nostros in nra dioœceli, aut in dioœcesi suffraganeorũ nostrorum, per eosdem suffraganeos eorúmve vicarios vel officiales, fiat diligens inquisitio per testes, omni exceptione maiores. Si autem titulus patrimonialis ad eum peruenerit ex cessiõe aut donatione alterius: similiter inquiratur, an prędictam summam possit redditus rei cessæ repręsentare. Deindè super fraude, si qua interuenerit inter cedentem & cessionarium, exigat sacramentum cedẽtis ac cessionarij. Iurabit autem cedẽs, se donâsse sine vlla fictiõe, aut spe in futurum recuperãdi: Cessionarius autem affirmabit, nullum esse inter se & cedẽtem, pactum de restitutione rerũ cessarum: suęq; intẽtionis esse, illa retinere, ac quãdiu viuet, illis vti & frui. Prohibemus aũt districtè, ne ordinatus ad titulũ patrimonialem, eundem vendat aut alienet sine permissione episcopi ordinantis, donec beneficiũ aut patrimoniũ prętaxati valoris fuerit assecutus.

Quomodò diœcesani examinare debẽt petentem literas dimissorias, antequã illas ipsi concedant. Caput V.

ET quanuis episcopus originis, beneficij, aut domicilij, non solùm ad ordines promouere, sed etiam literas dimissorias ad ipsos ordines concedere possit: iniungimus tamen suffraganeis nostris, vt si quando literas dimissorias ad sacros ordines indulgere voluerint, ne indigni assumantur, obseruent ordinem qui sequitur: videlicet

quòd volétes impetrare literas dimissorias, accedãt ad dicœcesanos: qui super premissis ætate, literatura, moribus, beneficio seu patrimonio inquirant, seruentq́ diligenter prædictas solennitates, perindè ac si in propria ordinare vellẽt. Ac tunc sic examinato concedantur literæ dimissoriæ: remittaturq́; ita examinatus cum literis ipsis: In quibus etiam declaretur prædicta solennitas sic obseruata, fiatq́ue mentio expressa de beneficio aut patrimonio, vt episcopus ad quem se cõferet ordinandus, eum sine scrupulo promouere & ordinare possit. Quòd si propter infirmitatem aut aliam causam rationabilẽ, is qui literas dimissorias obtinere cupit, non possit commodè accedere ad suum episcopum: tunc remittatur super ætate, literatura ac moribus, vt priùs, examinãdus ad episcopum, cui literæ dimissoriæ præsentabuntur, inseraturq́ue in illis literis dimissorijs clausula, Super quo conscientiam tuam oneramus. Prouiso tamen, quòd nunquàm concedantur literæ dimissoriæ, nisi illi qui habuerit beneficium aut patrimonium prætaxati valoris.

¶Diligentem etiam inquisitionem debere fieri à dicœcesanis super ætate, moribus & literatura iam promotorum ad sacerdotium.

Caput 6.

Sed quantùm attinet ad iam promotos ad sacerdotium, iniũgimus suffraganeis nostris, vt super illis diligẽtem & accuratam faciant inquisitionem. Et quos inuenerint, promotos ante ætatem legitimam, iuxta iuris dispositionem ab executione ordinũ suspẽdant, donec ad ætatem legitimam peruenerint: Et quos vita reprehensibiles cognouerint, debitè coerceãt: Quos insuper non esse literaturæ sufficientis deprehenderint, ab executione ordinum suspendant, donec in scientia quæ ordini est requisita, ad plenum fuerint instructi.

Promotos in curia Romana ad sacros ordines, nõ esse admittendos ad illorum executiõem, nisi priùs à dicœcesanis fuerint examinati.

Caput 7.

Rursus quia nonnulli, fuę ignorantię & incapacitatis & delictorum cõscij, fugientes examen suorum episcoporum, sciẽtes se non esse ab illis promouẽdos, ad curiam Romanam confugiunt, etiam absq; literis dimissorijs eorundem episcoporum, & in eadem curia se faciũt promoueri ad omnes sacros ordines, per quosdam asserẽtes se esse episcopos, & habere à Romano põtifice authoritatem ordinandi, de quorum potestate ac commissione non appáret: sintq́; ordinati huiusmodi, promoti extra tempora, ac interdùm tribus successiuis diebus: Talibus dicœcesani non permittant executionẽ suorum ordinum, nisi visis diligenter eorundẽ literis: constito etiam sufficienter de potestate ordinantium, & eorum commissione, eis à Romano pontifice concessa. Ad hæc etiã, q̃ rursus examinent de vita, sciẽtia, ętate, ac inquirat de beneficio seu patrimonio. Qui si in prędictis aut aliquo præmissorum inuenti fuerint minùs sufficientes, declarentur suspensi ab executione ordinum modo & forma suprà declaratis.

¶Instituendi ad curam animarum, diligenter antè examinentur à dicœcesanis, an sint idonei gerendæ illi prouinciæ.

Caput VIII.

Caeterùm q̃a ecclesiæ Dei nihil magìs officit, q̃ q̃ indigni p̃ficiãtur curę animarum, & ad aliorum assumantur regimen, qui seipsos regere nõ possunt: dicœcesani ergo ad parochiales ecclesias non instituant præsentatos ab ecclesiasticis laicísve patronis, nisi eos priùs diligenter examinauerint: neq; indignos prę̃ficiant, aut incapaces admittãt. Quòd si qui sint instituti vel prouisi, etiam per sedem Apostolicã, nihilo minùs dicœcesani eos examinẽt: & si minùs idonei fuerint inuenti, ad administrationem beneficij non admittãtur, sed loco eorum per episcopos instituantur vicarij idonei, quibus congrua portio assignetur. Et tandiu in beneficio administrent, donec sic instituti aut prouisi, literaturam sufficientem assecuti fuerint, aut sint ætatem legitimam adepti.

¶Ad beneficia ecclesiastica obtinenda, assumantur idonei à dicœcesanis, qui suo erga Deum & ecclesiam ritè fungantur officio.

Caput IX.

Cvmq́; graue nimìs sit & absurdum, q̃ quidam ecclesiarum prælati, cùm possint viros idoneos ad beneficia ecclesiastica promouere, assumere nõ verẽtur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum sufficiẽtia suffragatur: carnalitatis sequẽtes affectum, non iudiciũ rationis: vndè quanta ecclesijs damna proueniant, nemo sanę mentis ignorat. Nos ergo volentes huic morbo mederi, prę̃cipimus omnibus & singulis collatoribus, vt (prętermissis indignis) idoneos assumant, qui Deo & ecclesijs gratum valeãt impendere famulatum. Fiatq́; iuxta sacrum Lateranense concilium, in prouinciali concilio diligẽs inquisitio, vt qui post primam & secũdam correptionem fuerit repertus culpabilis, à beneficijs conferendis per ipsum prouinciale concilium suspendatur: instituta in eodem concilio persona prouida & honesta, quæ suspẽsi suppleat defectum in beneficijs conferendis.

Quotidianas distributiones satìs largas & sufficientes, assignari debere ijs, qui diuino officio in ecclesijs celebrando intersunt.

Cap. X.

Ad

Adnos (quod amariùs dolendum est) peruenit, q̃ in multis cathedralib⁹ & collegiatis ecclesijs huius nostræ prouincię, nullæ sunt aut vsqueadeò tenues quotidianæ distributiones, vt vix tertiam partẽ grossorum fructuum assendant. In quibus hactenùs inualuit consuetudo, q̃ illarum ecclesiarum canonici absentes, per interessentiã vnius diei grossos fructus totius anni percipiant. Ex quibus vagandi materia oritur, cultus diuinus (quem augeri optamus) diminuitur, officium (propter quod, beneficium ecclesiasticum datur) omittitur, quibusdam clericis admodùm ignaris tenui precio conductis, cura diuini officij committitur: quod vnico contextu, non seruatis interstitijs temporum, ab Ecclesia præfixis, per huiusmodi mercenarios transcurrendo & syncopando celebratur, vt aliundè ex quæstu Missarum vitam sibi mendicent. Nos igitur cupientes prædictis occurrere, & quantùm possumus, aduersus futura cauere: sacro approbante concilio, huiusmodi consuetudines tanq̃ ecclesijs nociuas, & cultui diuino detrahentes, cassamus & reuocamus. Hisq́ue non obstantibus statuimus, q̃ dicœcesani in suis dicœcesibus dictarum ecclesiarum canonicos, per iuris remedia, etiam suarum præbendarum priuationẽ, ad suas ecclesias reuocent: dictosq́; grossos fructus, pro maiori parte, in quotidianas distributiones conuertant. Et residẽtes & diuino officio actualiter interessentes, secundùm mensuram laborum, plùs minúsve capiant emolumenti: sub obtestatione diuini iudicij, omnibus p̃cipientes, vt respectu huiusmodi quotidianarum distributionum, iura antiqua sacrorum conciliorum & patrum decreta integrè obseruari faciant.

Dãnatur irrationabilis cõsuetudo.

¶Curati resideãt in suis ecclesijs, nisi sint legitimè excusati: & populum sibi commissum diligenter instruant documentis fidei & morum. Cap. XI.

Rectores ecclesiarum (quorum singularis est electa industria) compellantur per suffraganeos nostros, quoàd fieri poterit, ad personalem residentiam: neq; cum illis de non residẽdo, nisi causa probabili intercedente, dispensetur.

¶Et in ecclesijs parochialibus per singulos dies dominicos, presbyteri parochiales curati per se aut vicarios eorum, clara voce & intelligibili ac verbis maternis, annuncient decem præcepta decalogi & articulos fidei. Et si qui fuerint presbyteri, quibus nõ suppetat doctrina aut prædicandi gratia, legant & declarent p̃dicta die dominica vnũ capitulum Ioannis de Gerson, in opere suo tripartito.

¶De ijs, quæ curati suos debent admonere parochianos ad ipsorum salutem.

Cap. 12.

Admoneant frequenter curati suos parochianos, vt intersint Missæ parochiali dieb⁹ dominicis, & festis per hebdomadã occurrentibus. Et vt ad omnia illa, quæ per singulos dies dominicos in pronis præcipiuntur, diligenter attendant. Quòd si legitimo cessante impedimento, absq; licentia sui curati, per tres dominicos neglexerit interesse Missæ parochiali: denunciẽt statìm promotoribus, vt pro mensura contemptus vel offensæ puniantur.

Hortentur insupèr ijdem curati eosdem parochianos suos, vt frequenter peccata sua confiteantur, & sacramentũ eucharistię percipiãt, prę̃sertim in festis solennib⁹, & tẽpore infirmitatis aut pestis, aut vbi instat periculũ mortis: seu cùm mare sunt nauigaturi, aut p̃ diuersa loca peregraturi. Quos etiam cõmoneãt, ne peregrinent fine literis testimonialibus Christianitatis eorum: quas ijdẽ curati, per se aut eorũ vicarios, si petantur, liberaliter tradant.

Curati diligenter aduertant, si parochiani eorum ad minùs semel in anno, sanctam ecclesię cõmunionem eucharistiam q̃; percipiant: & cõmunicãtium nomina, si cõmodè fieri potest, scripto redigant.

De fundationibus antiquis ecclesiarum, accuratè obseruandis & cõplendis.

Caput XIII.

Volumus etiam, q̃ in singulis parochialibus ecclesijs non solùm dicat Missa parochialis dn̄icis, sed etiam alijs per hebdomadam diebus diuina officia, secundùm primam fundationem ipsius ecclesię, vel illius augmentationem, celebrentur.

Et ne diuinus cultus (quẽ omninò augeri desideramus) minuatur, fundatorúmve intẽtio fraudetur: per dicœcesanos compellantur omnes & singuli rectores ecclesiarum parochialium, capellani, alijq́; beneficiati, leprosariarũ aliarumq́; domorũ administratores, ad ostendẽdas exhibendasq́; literas fundationis, institutionis & augmẽtationis beneficiorũ & suorũ administrationum: vt oĩbus visis, de diuinis officijs iuxta fũdatorum intentionem, quod opportunum fierit, ab eisdem dicœcesanis statuatur.

Inhibemus capellas de nouo erigi, construi, etiam omninò dirutas reędificari, sine dicœcesanorum licentia & permissione. De capellis nõ temerè de nouo erigendis.

In oratorijs priuatis, sine dicœcesani facultate, non esse celebrandum: neq; in capellis hospitiorũ, neglecta ecclesia parochiali. Cap. XIIII

Non liceat in oratorijs priuatis, quæ in domibus priuatorum interdùm habẽtur, missas celebrare prętextu dispensationis sedis apostolicę: nisi priùs visis ab episcopis, recognitis & approbatis dictis literis dispẽsationis: transgressores autem, p̃ ordinarios locorum pœna condigna plectantur.

Sed quia in diuersorijs aut hospitijs sunt inter-

interdùm capellæ,vbi viatores ac tranſeuntes paſſim celebrari faciunt, neq; curant ad eccleſiam parochialẽ, vel aliã eccleſiam accedere:præcipimus ſuffraganeis noſtris, vt inhibeant ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, oñibus & ſingulis presbyteris ſibi ſubditis, ne in huiuſmodi capellis deinceps celebrare attentent. Quia tamẽ extranei ſacerdotes à celebratione Miſſæ, aut tranſeuntes ab auditione facilè cohiberi non poſſent: idcircò ijdem ſuffraganei noſtri prohibeant ſub pœna excommunicationis vel alia pœna, magiſtris dictorum hoſpitiorum ſeu diuerſoriorum, quòd non patiantur deinceps in illis capellis celebrari.

¶Die dominico non celebrentur Miſſæ in capellis, etiam ex fundatione, niſi poſt cõpletam Miſſam parochialẽ. Cap. 15.

ITem ne populus diſtrahatur à Miſſa parochiali, & ab auditione mandatorũ Dei & Eccleſiæ: prohibemus, ne in capellis ab antiquo etiam epiſcoporũ authoritate fundatis, aliæ Miſſæ celebrentur, q̃ illæ quæ de fundatione extiterint. Et ſi q̃ ſint Miſſæ, quę ex tenore fundationis dici debeant die dominico, nõ dicantur niſi poſt Miſſam parochialem.

Admonemus inſupèr ſuffraganeos noſtros, vt ex cauſis præmiſſis, & præſertim hoc tempore, quo videmus multos adduci ad contemptum p̃ceptorum eccleſiæ, & miniſtrorum eiuſdem: non facilè admittant fundationes capellarum, quibus ordinatur celebratio miſſę dominico die, ea potiſſimùm hora, qua populus vniuerſus conuenire debet ad audienda diuina, p̃ceptaq́; Dei & Eccleſiæ.

De altarib⁹ portatilib⁹ non facilè conſecrãdis

Et vt magìs ac magìs tollatur occaſio celebrandi Miſſas in locis ac oratorijs priuatis, iniungitur ſuffraganeis noſtris, vt non ſint faciles ad conſecranda altaria portatilia: ſed tunc demùm ad ea cõſecranda accedãt, cùm intellexerint, ea eſſe requiſita pro eccleſijs aut alijs locis, in quib⁹ licitè celebratur. Et per ſuos decanos rurales, aliósve officiarios prouideant, ne prædicta altaria portatilia retineantur in domibus priuatorum.

¶In eccleſijs nihil inhoneſtum aut indecens fieri debere, quo diuinum impediatur, aut minùs reuerenter audiatur officium. Cap. 16.

Pſal. 92. Pſal. 75.

CVm autem deceat domum Dei ſanctitudo, vt cuius in pace factus eſt locus, eius cultus ſit cum debita veneratiõe pacificus: ſit itaq; iuxta Gregorij X. conciliũ generale Lugduneñ, ad eccleſiã humilis & deuotus ingreſſus: ſit in ea, quieta cõuerſatio, Deo grata, inſpicientib⁹ placita, quę cõſiderantes non ſolùm inſtruat, ſed & reficiat. Ceſſent in eccleſijs vniuerſitatũ & ſocietatũ quarumlibet concilia, conciones, & publica parlamẽta. Ceſſent confabulationes q̃libet: ceſſent vana, & multo fortiùs fœda & prophana colloquia. Ceſſent poſtremò quæcunq;, q̃ diuinum poſſunt perturbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere: ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi. Prohibemus idcircò, ne hiſtriões aut mimi intrent eccleſiam, ad pulſandum tympano, cithara, aut alio inſtrumento muſicali: neq; in eccleſia aut iuxta eccleſiam, ſuis pulſent inſtrumẽtis. Prohibemus inſupèr, ne fiat deinceps feſtum fatuorum aut innocentium, neq; erigatur decanatus patellæ.

Mimi non intrent Eccleſiam ad pulſandum ſuis inſtrumentis.

¶Pſalmodia maturè & cum diſtinctione pagatur: ac muſicus cantus, organorumq́; modulatio, ad deuotionem excitans, non laſciuiam, in eccleſia exhibeat. Cap. 17.

ET cùm in eccleſijs Dei pſalmodia cantanda præcipiatur, vt fidelium deuotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumq́; officium & Miſſarum celebritates, aſſiduè clero ac populo, ſub maturo tenore diſtinctaq́; gradatione cantentur, vt eadem diſtinctiõe collibeant, & maturitate delectent. Propterea præcipimus, vt in eccleſijs ſint muſici cantus diſtincti ac diſcreti, mouẽtes cor ad deuotionem compunctionemq́;. Porrò in eccleſijs prætextu muſici cantus, non ſunt audiendæ publicæ cantilenæ, & laſciuiæ. Neq; enim (inquit Hieronymus) in tragœdiarum modum, guttur & fauces medicamine ſunt leniendæ: ne, dum blanda vox quæritur, cõgrua vita negligatur. Nam vt cãtor miniſter Deum moribus ſtimulat, cùm populum vocibus delectat: ita laſciuus animus dum laſciuioribus delectatur modis, eos ſæpè audiens emollitur & frangit. Curent ergo ſacerdotes & clerici ſic ſuos cantus inſtituere, vt modeſta honeſtaq́; pſallẽdi grauitate, placidaq́; & grata modulatione, ſic audientium aures deliniãt, vt p̃uocent excitentq́; ad deuotionem, compunctionemque: non ad laſciuiam, cordísve aut animi titillationem.

Organorũ vſus.

Organorum vſum eccleſia à patribus ad cultum ſeruitiumq́; diuinũ recepit. Nolum⁹ itaq;, q̃ organicis inſtrumentis reſonet in eccleſia impudica aut laſciua melodia: ſed ſonus oñinò dulcis, qui nihil præter hymnos diuinos & cantica ſpiritualia repr̃ſentet.

¶De horis canonicis, diſtinctè, reuerenter & honeſtè in eccleſia decantandis. Cap. 18.

ET vt in maiorib⁹ eccleſijs cult⁹ Dei viui ſanctior, iuxta maiorum traditiones in melius reformẽt: ſtatuimus, vt in cathedralibus ac collegiatis & cõuentualibus eccleſijs, horis debitis, ſignis congrua pulſatione p̃miſſis, laudes diuinæ per ſingulas horas, nõ curſim ac feſtinanter, ſed tractim cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorum, debitam faciẽdo inter ſolenne & feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur.

Horas

Horas autem canonicas dicturi, cum tunica talari ac ſuppellicijs mundis & cappis, iuxta temporum diuerſitatem, ingrediãtur eccleſias: caputia, almutias, vel birreta tenẽtes in capite. Qui cùm in choro fuerint, grauitatem ſeruent, quam locus & officium expoſcunt: non cum alijs confabulantes ſeu colloquentes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes.

De grauitate in choro ſeruanda.

Et cùm pſallendi gratia ibidèm conueniant, muta aut clauſa labia tenere non debẽt: ſed omnes, præſertim qui maiori fungũtur honore, in pſalmis, hymnis & canticis. Deo alacriter modulentur.

Philip. 2.

Cùm dicitur, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, omnes conſurgant.

Cùm nominatur illud nomen glorioſum Ieſus, in quo oñe genu flectitur cæleſtium, terreſtriũ & infernorũ, oñes caput inclinẽt.

De officio horarũ, nõ dicendo à quopiã priuatim in choro, cùm illæ cantantur.

Nemo ibidèm, cùm horæ in cõmuni cantantur, legat vel dicat priuatìm officiũ. Nam non ſolùm officiũ quo obnoxius eſt choro, ſubtrahit, ſed & alios pſallentes perturbat.

Super his debitè obſeruandis, alijsq́; ad diuini officij proſecutionem ac chori diſciplinam ſpectantib⁹, decanus & capitulũ, vel cui onus incũbit, diligenter inuigilet, hinc indè, ne quid inordinatè fiat, circunſpiciẽs.

Horum autem trãſgreſſores, illius horæ, in qua circa p̃dicta exceſſerint, vel alia maiori, prout tranſgreſſionis grauitas exegerit, plectatur pœna.

¶De horis canonicis, integrè, maturè & deuotè legendis à viris eccleſiaſticis, ſine aliquo leuitatis aut irreligioſitatis exemplo. Cap. 19.

ADmonemus beneficiatos & alios in ſacris ordinibus cõſtitutos, qui ad horas canonicas tenentur, vt ſi orationes ſuas Deo acceptas fore cupiunt, non in gutture, vel inter dentes ſeu deglutiendo aut ſyncopando dictiones, vel colloquia aut riſus intermiſcendo: ſed ſiue ſoli, ſiue aſſociati, diurnum nocturnumq́; officium reuerẽter, verbisq́; diſtinctis peragant: ac tali in loco, vndè à deuotione non retrahantur.

Quicunq; in eccleſia beneficiatus, p̃ſertim de maioribus, diuinorum tempore per eccleſiam, vel foris circa eam deambulãdo, aut cum alijs colloquendo viſus fuerit: non ſolùm illius horæ, ſed totius diei diſtributiones ipſo facto amittat. Et ſi ſemel corrept⁹ non deſtiterit, per menſem diſtributionibus careat: & ſi pertinacia exegerit, grauiori pœnæ ſubijciatur. Regulares, qui in conuentualibus eccleſijs circa prędicta exceſſerint, ſuperiorum arbitrio caſtigentur.

¶De tabula officiariorum, in choro ponenda: & tempore ingreſſus in chorũ, cũ diuinũ celebratur officium. Cap. 20.

CONſtituatur tabula in choro, in qua quid per vnũquenq; ex canonicis vel alijs beneficiatis, in ſingulis horis p̃ hebdomadam aut maius tempus, cantandum legendúmve ſit, deſcribatur. Qui autem ſecundùm quod ibi perſcriptum fuerit, facere per ſe vel alium neglexerit: pro qualibet hora, diſtributiones vnius diei amittat.

Qui in matutinis & veſperis, ante Gloria patri primi pſalmi, conſimiliter in alijs horis: in Miſſa, ante finem epiſtolæ vſq; in finẽ, diuino officio nõ interfuerit, (niſi fortè neceſſitate cogente, ac petita ac obtenta licentia, diſcedere oporteat) pro illa hora abſens cenſeatur: ſaluis eccleſiarum conſuetudinibus, ſi quæ fortè circa hæc arctiores exiſtãt. Idem obſeruetur in ijs, qui à principio vſq; ad finem, in p̃ceſſionibus nõ permanſerint. Pro cuius executione deputẽ aliquis, onus habens notandi perſonas ſingulas, ſtatuto tempore non cõuenientes, iuramẽto adſtrictus agere fideliter, & nulli parcere.

De diſtributiõib⁹, cuiq; ſecũdũ mẽſuram laboris faciẽdis.

Præcipimus etiã cõformiter ad ſtatutũ p̃cedentis cõcilij, q̃ in illis eccleſijs, quib⁹ ſingulis horis certæ diſtributiões ſtatutæ non ſunt, oñinò etiã de groſſis fructibus (ſi opus ſit) deputẽtur: vt iuxta menſurã laboris, plus minúsve quiſq; capiat emolumenti. Tollentes prorſus abuſum illum, quo in vna duntaxat hora præſens, totius diei diſtributiões vſurpat. Et illum, quo p̃poſiti vel decani & alij officiales, ex hoc ſolo q̃ officiales ſunt, licèt actualiter, p̃ vtilitate eccleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones percipiunt.

Damnantur abuſus circa quotidianas diſtributiones.

¶Canonici, cùm primùm recepti ſunt in conſortium capituli, ſuos fructus integrè recipiant, ſine dilatione aut expectatione per aliquot annos. Cap. 21.

CVm autem (ſecundùm Apoſtolum) is qui altari ſeruit, de altari viuere debet: ſtatuimus ad iuris diſpoſitionem, vt oñes & ſinguli canonici Eccleſiarum cathedralium & collegiatarum noſtræ p̃uinciæ, lucrentur & percipiant poſt eorum receptiõem & admiſſiõem in fratres, groſſos fructus & alios quoſcunq; ſuarũ p̃bendarum, perſonaliter reſidendo & deſeruiẽdo ſuis bñficijs, ęqualiter inter ſe diſtribuendo. Niſi ex fundatione eorũdem locorum ſpeciali & legitima, ſufficienter probata, p̃dicti groſſi fructus p̃ certo tempore alijs eccleſijs aut pijs vſibus, expreſsè pertineant & deputentur. Damnabilem illam conſuetudinem iudicantes, qua in certis eccleſijs prædicti fructus ad certum tempus, in vtilitatẽ cedunt iam receptorum: ſiue qua cauetur, vt ad certũ tempus ſint de nouo recepti, expectantes: veram corruptelam & notoriũ abuſum, tales & ſimiles, declarantes per hoc præſens noſtrum ſtatutũ. Et q̃m diſpoſitione iuris duo canonici aſſiſtentes epiſcopis, ſeu de familia eorum exiſtentes, ſimiliter & alij priuilegiati, debent gaudere groſſis fructibus ſuarum p̃bendarum: ideo non intendimus eis p̃iudicare per hoc præſens ſtatutum, ſed volumus eos illibatos conſeruare in dictis ſuis priuilegijs.

1. Cor. 9.

Damnatur cõſuetudo in aliquib⁹ eccleſijs inualeſcens.

Dicæ-

De visitandis per diœcesanos breuiarijs & missalibus.

Diœcesani statim post dissolutum psens concilium, diligenter visitabunt breuiaria, missalia, antiphonalia, ac sanctorum Legendas. Et quæ deprehenderint in illis superflua, aut non satis pro ecclesiæ dignitate conuenientia, ipsi continuò tollent & resecabunt: & quæ viderint esse necessaria, adijcient.

De regulari disciplina, in victu, vestitu, & moribus, in monasterijs tam religiosorũ q̃ monialiũ, exactè obseruãda. Cap. 22.

FIdei dignorum relatio ad nostrum auditum perduxit, quantùm in multis monasterijs sit à primæ institutiõis puritate recessum. Siquidem illorum cœnobitæ sic vitã monachalem & regularem reiecerunt, vt & moribus & nomine & habitu, religiosi haberi & nominari vereantur. Quòd si in præmissis gubernaculum disciplinæ contemnatur, hoc solũ restare videm⁹, vt religio naufragetur. Rebus itaq; in deteriora prolabẽtibus obuiàm ire volentes, statuimus vt abbates, abbatissæ, priores, prioriſſæ, & alij religiosorum superiores, quocunque nomine censeantur: sic sua monasteria in cultu diuino, vita & moribus, vestimẽtis monachalibus, cibis & potibus reforment, & suos religiosos & moniales, ad vitã regularem & monasticam, secundùm institutiones suorũ ordinũ & *alias regulares, reducant, q̃ in eis nihil reperiatur, quod diuinã maiestatem & simplicium animos offendere possit. In præmissis autẽ, per diœcesanos in suis visitationibus diligens inq̃sitio fiat. Et q̃ repererint deformata, reforment, & oñinò corrigant: q̃ super p̃dictis facta fuerint, sequenti concilio referant. Et ne notoriũ illũ abusum, quo nonnulli regularẽ apostasiã incurrẽdo, sine habitu regulari etiam in publicum incedere non erubescunt, sub dissimulatiõe p̃transire videamur: statuimus q̃ canonici regulares decæterò super veste exteriori togam lineã, tam intra q̃ extra monasteriũ, ferre oñinò teneantur. Nisi fortè super huiusmodi toga non deferenda, priuilegiũ habeãt: quod suis diœcesanis exhibere infra duos menses, à die publicationis cõputandos, habeant. Qui viso priuilegio, super alio habitu patenter distincto à vestimentis clericorũ secularium, ordinabunt, vt expedire & iuris esse videbit.

*aliàs

De toga linea, sup vestem à canonicis regularibus ferenda.

De honestate morum in vita & habitu, à clericis seruanda, sine vestium preciosarũ pompa & luxu. Cap. 23.

OMnes clericos, maximè in sacris cõstitutos, admonitos esse volum⁹: se, cùm in sanctorum loco sint, necessitatẽ benè viuendi, non licentiam peccãdi, esse assecutos. Idcircò eos hortamur, vt opera sanctorũ exerceant, luceant q̃; coram hominibus opera eorũ, sint q̃; verè illud sal euãgelicum. In ministerio vigilantes & soliciti, plantent, euellant, dissipent: & cum summo studio ædificent, quæ pietatem respiciunt.

Matt. 5.

Hiere. 1.

Insuper professionem suam probent habitu, scilicet vt per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatẽ ostẽdant. Vestitus ergo clericorum, maximè in sacris constitutorum, non sit expectoratus: sed à collo desup vndiq; clausus, à manicis, lateribus, & retrò.

De vestibus fericeis, nõ deferendis à clericis.

Cùm elatiõis habeat calumniã, quicquid propter venustatẽ, nõ p̃pter necessitatẽ, accipitur: & ne bona ecclesiæ, q̃ pauperũ sunt, in fastum & corporis ornatum (qui à sacrato ordine alienus esse debet) conuertantur: inhibemus oñibus & singulis ecclesiasticis nostræ p̃uinciæ, ne vestimentis extẽrioribus & sagis oblõgis fericeis, in publico aut domesticè vtant, sub pœnis arbitrio diœcesanorum imponendis. Non tñ intẽdimus, ecclesiasticis ex sanguine regio aut ducali ortis, huiusmodi vestimentorũ fericeorũ delationem p̃hibere: quos tñ hortamur, vt in vestimentis decentiã ecclesiasticã obseruẽt.

Qualis debet esse habitus clericorũ, & virorum ecclesiasticorum. Cap. 24.

VEstes sint talares, nõ frõciatæ aut partitæ: nec nimia amplitudine sup̃fluæ, nec plùs æquo cõstrictæ: in quibus clericalis ordinis honestas & modestia, non fastus iactantia, vel elationis vitiũ, dep̃hendatur. Nõ etiã camisias gestẽt (quod dicũt) fronciatas.

Non pannosi sint clerici, aut in vestibus laceri. Neq; enim affectatę sordes, aut exquisitæ deliciæ, laudem pariunt.

De honestate à clericis seruanda, in crinibus & tonsura.

Non caligas partitas aut scacatas assumãt, neq; circa genu dissutas. non lunatis seu cornutis, ac nimis fenestratis, calceis vtãtur. Nõ annulos in digitis deferant: nisi fortè huiusmodi sint, quibus id ad decorem suarũ dignitatum permittatur.

Ipsi quoq; clerici, in sacris præsertim cõstituti, & eorum commensales, neque comã relaxent, aut barbam nutriant: Sed tonsurã, coronam, seu rasuram habeant, secundùm ordinem suum honestè rasam.

Deniq; iuxta concilium Lateranẽ, pãnis rubeis aut viridibus nõ vtãtur: Ab ijs deniq; abstineant, q̃ in eodem concilio continẽt.

De honestate clericorum, obseruanda in incessu, cõuersatione cum laicis, in euitatione chorearum & actionis ludorum scenicorum. Cap. 25.

INincessu quoq; honestatem exhibeant, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendant. Incompositio enim corporis, risus dissolutus, indecens oculorum vagatio, inæquulitatem indicãt mentis.

In conuersatione autem cum laicis, ità se habeant, vt neque ex nimia familiaritate, aut conuersatione æquali, reddatur cõtemptus dignitatis: neque ex nimia austeritate, fastu aut pompa superbi aut plùs æquo elati iudicentur.

Qui ludi à clericis sunt vitandi.

Neq; in publico ludãt pila aut alijs ludis, maximè cum laicis. A ludo alearum, alijs q̃; qui à sorte pendent, abstineant: neq; ludentium

tium fautores, spectatores, aut testes existãt.

Non se admisceant choreis publicis, tripudiationibus, aut saltationibus: Non turpes, amatorias, aut lasciuas depromant cantilenas, seu cantantibus faueant aut adsint.

Non in scenam velut histriones prodeãt, non comœdias vernaculas agant: nõ spectaculum corporis sui faciãt in publico, priuatóve loco.

Quę oña, cũ oíb⁹ sacerdotib⁹ sunt indecora, & ordini clericali multũ detrahẽtia, tum illis p̃cipuè, quibus aãrum cura est cõmissa.

¶Incontinentes sacerdotes, & cõcubinarios clericos, itidẽ venatores & negocijs secularibus deditos, grauiter esse puniendos. Cap. 26.

INcõtinentes sacerdotes, & concubinarios clericos, episcopi p̃ se vel suos officiales, ad continentiam & ecclesiæ regulam remedijs conuenientibus reuocabunt. Salutares pœnas, iuxta sanctorũ patrum decreta, & sacrorum ac generaliũ cõciliorum canones, in illos (si moniti nõ desistãt) exequent.

Cõtra clericos venatores, vel negocijs secularib⁹ implicitos, si à venãdi, negociãdíve cõsuetudine, moniti nõ desistãt, ad pœnã aurelianen cõcilij & alteri⁹ Lateranen p̃cedet.

Quid agendũ, q̃n prioratus religiosorum aut monialium, nõ habent prouẽtus sufficientes ad plurium in illis locis educationem. Cap. 27.

ET cùm sacrum Vienneñ concilium statuerit, vt monachi in suis sibi cõmissis administrationib⁹ vel prioratib⁹ nõ p̃sumãt soli habitare, sed si prouentus prioratuũ vel administrationũ huiusmodi fortè non suppetant, duobus alijs vicinioríb⁹ locis, ad eorum monasteria ptinentibus, vel ipsorũ monasteriorum officijs, aut inter se inuicẽ, p̃ut erit cõmodius, cũ cõsensu & cõsilio abbatũ, per locorum ordinarios vniantur: Nos illud Vienneñ concilij tam salubre, tamq̃; prouidum statutum, obseruari præcipimus.

De reuocatione religiosarum, in aliena diœcesi existentium.

Ad hoc statuim⁹, q̃ moniales cuiuscunq; ordinis existant, morantes in prioratibus, q̃ non sunt idonei ad confouendam reformationem, & conuentum custodiendum, neq; ad id fortè redditus eorũ suppetere possunt: remittantur ad abbatiam seu monasterium, vndè huiusmodi prioratus dep̃dent. Redditus autem prædictorum prioratuum, applicentur abbatiæ vel monasterio, vbi etiam pro mensura augmenti augeatur numerus religiosarum. Ex ordinatione autem episcopi, prouidebitur de seruitio competenti in p̃dicto prioratu, celebrãdo p̃ presbyterum secularẽ: cui de consensu religiosarũ, p̃ eundem episcopum congrua portio assignabit.

Et q̃n̄ sunt aliqua monasteria sita extra prouinciam nostrã, à quibus dependẽt prioratus, infra limites prouinciæ nostræ cõstituti: rogamus diœcesanos locorum, vt religiosas illorum prioratuum aduocent ad suas abbatias seu monasteria: offerentes, q̃ nos & suffraganei nostri etiã curabimus modo consimili, ad abbatias nostrarum diœcesum reuocare religiosas, existentes in prioratib⁹ extra prouinciam nostram sitis, quibus insufficientes redditus esse, nobis constiterit.

De numero monialiũ, in monasterijs earum instituendo: p̃petuaq̃; ipsarũ clausura, vigilanter obseruanda. Cap. 28.

ITem constituimus, vt in monasterijs monialium tot instituantur moniales, quot de facultatibus eorundẽ monasteriorũ (reparationibus ecclesiæ, clausuræ, & aliarũ regularium domorum, necnõ & processuum expensis, deductis) cõmodè & sine penuria sustẽtari possint. A quibus pro ingressu aut receptione, nihil prorsus p̃textu consuetudinis aut quouis alio q̃sito colore, exigatur. Si qua tñ vltra eas in huiusmodi monasterijs se recipi petat, id nõ interdicimus, dummodò congruam secum afferat pensionem, qua cum cęteris religiosis numerarijs alatur. Nõ tamẽ in locum numerariarum succedat: sed decedentibus numerarijs, aliæ nouæ & pauperes surrogentur.

De statu regulariũ. ca. periculoso, in 6.

Prouideant etiam episcopi, vt illud salubre ac frugiferum decretũ, incipiens, Periculoso: in eo p̃sertim, quod continet de clausura perpetua monialium: seruetur, ac p̃petuò custodiatur. Nihil em̃ magìs officit regulari monialiũ disciplinæ, spiritualiq̃; profectui, q̃ referatis claustri septis, portisq̃; pro cuiusq; earum nutu patentibus, frequens & licentiosa extra monasterium euagatio, & tanq̃ ruptis obicibus, dissoluta ac insolens vltra metas conuentus eruptio. Siquidẽ exindè dedecorosa enascitur earum cũ laicis personis tam viris q̃ mulieribus cõuersatio: & p̃ter cætera salutis animarum detrimenta, ingens in præcipiti pendentis earũdem castitatis periclitatio.

De visitatione & reformatione diligenti hospitalium, leprosariarũ, & similium domorũ: facienda per eos, ad quos idipsum legitimè spectat. Cap 29.

CVm autem ea, q̃ ad certum vsum pium sunt largitione fidelium destinata, nõ debeant in alium vsum conuerti: p̃cipimus iuxta concilium Vienneñ, xenodochia, leprosarias, eleemosynarias, & alia hospitalia quocunq; nomine censeant, visitari & reformari per eos, ad quos de iure, statutóve in locorum fundatione appositio, vel ex cõsuetudine p̃scripta, aut priuilegio sedis Apostolicæ spectat & pertinet. Gubernatio verò, viris prouidis & discretis ac boni testimonij, committatur. Qui instar tutorum & curatorum, præstare iuramenta, ac de locorũ ipsorum bonis inuentarium cõficere, & ordinarijs seu locis illis quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem: Volentes, quòd hæc in prouisiõe

seu

seu commissione, quæ fiet de eisdem hospitalibus, exprimantur.

Confratrias non esse de nouo erigendas, nisi ex consensu & approbatione diœcesanorum: antiquarum autem statuta & fundationes, illis, vt visitentur, exhiberi debere. Cap. xxx.

CVm ex multiplicatione confratriarũ, sæpè monopolia oriri contingat: & q̃ in vius pios consumenda sunt, in crapulam cõuerti videantur: siquidem dies festos cõfratriarum, non aliter se cõfratres dignè celebrare putant, nisi comessationibus & ebrietatibus deseruiant: Sacro approbante concilio, sub pœna excommunicationis inhibemus: ne aliqui, cuiuscunq; status extiterint, confratrias erigere & de nouo instituere, sine episcoporum expresso consensu & approbatione, audeant. Antiquas autẽ, quas per episcopos institutas, aut aliter approbatas fuisse constiterit, toleramus. Omnem baculorum delationem, confratribus & alijs quibuscunq;, tam extra q̃ intra ecclesiã, necnon conuenticulares comessatiões, maximè diebus festis illarum confratriarum, & ex denarijs earundem fiendas seu soluẽdas, sub prædictis pœnis prohibentes.

Ordinamus insupèr, ꝙ quantùm ad antiquas confratrias attinet, teneantur cõfratres seu procuratores infra sex menses à die publicationis præsentium, afferre diœcesanis eorúmve officialib⁹ aut vicarijs, statuta, si qua habeant: & eosdem diœcesanos instruere de modo & forma, quam in eis seruant: de quantitate redditum, & in quos conuertãt vsus: vt sic iustitia mediãte, quod super his opportunũ fuerit, statuatur, oĩaq; ad sobrietatem & modestiam reuocentur. Alioquin, elapsis sex mẽsibus, ad earum annullationem procedatur.

Eisdem confratribus & alijs, delationem calicum, vasorum sacrorum, & capparum ecclesiasticarum, prohibemus. Iniungentes de suffraganeorum nostrorum consensu, sacerdotibus & alijs per prouinciam nostram constitutis, ne ipsas deinceps concomitentur, aut illis deseruiãt. Ex nunc autem, iuramenta quæ solent præstari in ingressu, oĩnò reprobamus & cassamus. Prohibentes, ne deinceps iuramenta super obseruatione statutorum prædictarum cõfratriarum, aut præstentur, aut exigantur. Et etiam vbi cõfratriæ erunt permissæ, volumus ꝙ ab inuitis pro egressu nihil exigatur.

De calicib⁹ & cappis ecclesiæ non deferẽdis in festo cõfratriarum per laicos.

Confratriarum prouisores, procuratores, seu magistri, vel gagiatores ecclesiarum parochialiũ, teneanť p̃stare iuramẽta in initio officij susceptj, coram episcopis aut eorũ officialibus, eligantur q́ue singulis annis, mox reddituri de receptis & solutis rationem. Et pecuniæ quæ supererunt, applicentur per eos vel in vsum reparationis ecclesiæ, aut curam seu alimoniam pauperum, aut alios pios vsus, prout episcopus arbitratus fuerit.

¶De excommunicationibus non cõcedendis, nisi ꝓp ardua & graui causa: neque decernendis pro iniurijs verbalibus, nisi sint admodũ atroces. Cap. 31.

INsupèr, ne quis per excommunicatiõem (quam pro ꝑcipuo mucrone ecclesia habet) à fidelium cõmunione ex leui causa innodetur: sacro approbante concilio, ꝓhibemus, quatenùs decæterò nullæ excõmunicationes concedantur, nisi pro graui causa: & ea cognita, secundùm formam iuris. Generales q́; monitiões in forma malefactorũ, non decernãtur pro iniurijs verbalibus, nisi fortè atrociorib⁹: quarũ distinctio, arbitrio officialium relinquatur. Quos nihilominùs diligenter & districtè monemus, vt omninò caueant ab illarum multiplicatiõe, ne in vilipendium & contemptum deducantur.

¶Diœcesani per se aut vicarios suos visitent frequẽter parochias, in quib⁹ audiũt hæreticos habitare: & ad illorum exterminationẽ pro viribus elaborẽt. Cap. 32.

STatuimus & præcipimus, vt ad tollẽdas hæreses, q̃ magìs ac magìs (quod dolẽtes referimus) pullulant, diœcesani iuxta sacrũ generale concilium, aut per se aut archidiaconos seu alias honestas p̃sonas, bis in anno, aut sæpiùs, si ita res postulauerit, parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeant. Et ibì tres aut plures boni testimonij viros, vel etiam vbi opus fuerit, totam viciniam iurare cõpellant, si quos ibidèm hæreticos, vel aliqua occulta conuenticula celebrãres, vel à cõmuni cõuersatiõe fidelium dissidentes, sciuerint: & quos sciuerint, episcopis seu eorum officialibus indicare. Qui verò ex his, iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare fortẽ noluerint: hoc ipso tanq̃ suspecti de hæresi reputentur, & contra eos tanquàm hæreticorum fautores ꝓcedatur. Qui autẽ sic indicati fuerint, nisi se ab obiecto crimine purgauerint, vel si post purgationẽ, in pristinã lapsi fuerint perfidiam, canonicè puniantur.

¶Libri de fide & moribus differentes, nõ imprimantur ampliùs, nec alibì impressi vendantur, sine speciali diœcesanorũ authoritate & permissione. Cap. 33.

QVia hæreticorũ mos est, non solùm sacram scripturã cõuellere, ac relicto vero sensu, ad suam phantasiam contorquere: sed & sacros libros transferre, & in eisdem libris ac sacrorum doctorũ, scholia quædam & annotationes marginales, sed deprauatas adijcere, quo eam, quã pollicenť, libertatem ob oculos obtrudãt simpliciũ, eosq́; fallacibus errorũ inuolucris quasi tenaci visco inuoluant, & in errorum labyrinthum cõijciant: Indè est ꝙ hui⁹ sacri cõcilij authoritate, ac de consensu suffraganeorum nostrorum, prohibemus, ne deinceps per prouinciam nostram imprimantur libri sacri aut sanctorum

rum doctorum, qui vel de fide aut moribus ecclesiasticis habeant tractatum, sine nostra suffraganeorumq́; nostrorum per suas diœceses speciali authoritate & permissiõe. Contrà facientes, ipso facto, sententię excommunicationis subiaceant.

Et si qui sint tales libri, seu in prouincia seu alibì impressi, prohibemus sub eadẽ excõmunicationis pœna, prædictos libros vẽdi vel publicari, sine nr̃a (vt priùs) suffraganeorúmve nostrorum permissione. Adijciẽtes sub prædictis pœnis, ꝙ eisdem libris non adijciãtur annotationes marginales quę hæresim sapiant, aut scandalosæ sint, ac piarum aurium offensiuæ.

¶Libros lingua vernacula compositos, de fide & moribus tractantes, legi vulgò non debere, nisi à diœcesanis antè visitati sint & approbati. Cap. 34.

VErùm quia intelleximus libros nõnullos scriptos lingua vernacula, impios & scandalosos, per nostrã prouinciam enchiridij more, à quibusdã circunferri: & à laicis, pueris, ac mulieribus, interdum publicè, aliquando occultè legi: q̃ etsi fortè incertos habeant authores, nemini tamen dubiũ est, eos ex materia operis, ab hæreticis & perditionis magistris prodijsse: de fratrum & coepiscoporum nostrorum consilio & consensu, præcipimus sub excõmunicationis pœna, omnibus & singulis, cuiuscunq; status, cõditionis aut sexus, vt si quos habuerint libros, fidem aut mores concernentes, à viginti annis citra in vulgari seu latino sermone editos, eosdem ad diœcesanum suum confestim deferant: vt cùm ab eo aut eius vicarijs & commissis visi fuerint sedulò & examinati diligenter, eorũdem librorum vel interdicatur vel permittatur lectio. Quorum quidem librorũ, seu iam impressorum, siue posthac imprimẽdorum, si lectio permissa fuerit: addatur eisdẽ libris decretum episcopi, quo significet per se aut alios doctos & ap̃probatos viros, seipsum examinationem diligentẽ fecisse, ac tũc demùm eorũ publicationẽ permittere. Volumus autẽ hoc præsens tam vtile tamq́; salubre statutũ, per singulas parochias prouinciæ nostræ, ter aut quater in anno publicari.

¶Non esse admittendos quoscunque ad exercendum prædicationis ad populum officium, nisi à diœcesanis approbati fuerint & missi. Cap. 35.

INuidens semper humanæ saluti zizaniorũ sator diabolus, quod in agrum dominicũ per se directè non potest, id nonnũquàm per suos quos possidet cupiditatis igne succẽsos exquisitis modis efficere conatur. Siquidem dum nonnulli prædicatores, quæstores, vel falso nonnunquàm simulatę religionis habitu subintrant, prædicationis officium circunuẽtis parochialibus presbyteris vsurpãt, nouas doctrinas & sæpenumerò hæreses apud rudem plebeculã dissẽminant. Et beneuolentiam vulgi captantes, administratorib⁹ tam ecclesiasticis, quàm secularib⁹ detrahũt, subditos suis maioribus rebelles & penitùs inobedientes reddunt: plantare fingentes, destruunt, seditiones excitant, scandala immittunt. Et dum quem venantur, quæstum fuerint assequuti, cõtinuò recedentes, anxias suorum auditorũ animas, promissæ sibi salutis spe vacuas, sed & varijs expositas periculis, relinquunt errorũ laqueis multiplicibus inuolutas. Nos ergo talibus viam (quantùm cum Deo possumus) præcludere cupientes, præcipimus oĩbus & singulis suffraganeis nostris, ne vllos (cuiuscunque status, ordinis, vel cõditionis existãt) prædicatores, q̃stores, religiosos seu seculares, extraneos siue diœcesanos, quauis occasiõe seu causa, ad officium prędicatiõis in ecclesijs per suas diœceses constitutis pmittant, toleréntve: nisi ab ipsis suffraganeis, eorúmve vicarijs ap̃probati, & ad hoc nominatìm missi extiterint. Quomodò enim, secundùm Apostolum, prædicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa dicit in euangelio: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Proinde suffraganei nostri nullos ad prædicandum mittant, nisi viros ætate maturos, moribus graues, & in sacris literis sufficienter eruditos. Rom. 10. Matth. 9.

Eosdem etiam suffraganeos admonemus, vt si per se aut alios probos ac delectos viros prædicare voluerint, euãgelium Christi syncerè populo annuncient & prædicent. Imitentur vestigia Christi, præcipientis apostolicis viris: Prædicate euangelium omni creaturę. Et iterùm: Docete omnes gentes, seruare quæcunq; mandaui vobis. Cessent in sanctis illis concionibus, prophanarum legum minimè necessariarũ citationes: poetarumq́; authoritates superuacaneæ; subtilium quæstionum & plerunquè futilium inanes allegationes. A ridiculis etiam, histrionicisq́; sermonibus abstineant. Quę materia fidelibus prædicãda. Mar. 16. Mat. 28.

¶Quales esse debent diuini verbi prædicatores, & quid potissimùm prædicare debeant, & quibus vti sermonibus. Cap. 36.

SInt prædicatores, iuxta Gregoriũ, in verbo discreti: ne vel tacenda proferant, vel dicenda reticeant. Prędicent rursus sacrum euangelium: innitãtur interpretationibus sacrorum doctorum. Instruant populũ ad obseruationem præceptorum Dei, vt fidem inconcussè teneant: atque omnibus mandatis Dei & Ecclesiæ pareãt, nec ab eiusdem ecclesiæ decretis & sanctionibus deuient. Gregorius.

Sint etiam prædicatorum sermones, casti & examinati, ad amorem Dei populum trahentes, detestentur vitia concionatores verbi diuini, alliciantq́; auditores ad amplexus virtutum. Habeant præ oculis pro scopo honorem Dei & profectum animarum: nihil ad gloriam & ostentationem faciant: non quæ-

stui sint intenti, aut vindictæ appetentes.

Quòd si secùs fecerint, aut si populũ more scurrarum vilissimorũ, dum ridiculas & aniles fabulas recitãt, ad risus cachinnationesq́; excitauerint: aut (quod deterius est) si prælatis ecclesiæ, principibus, sacerdotibusq́; detraxerint, ac tandèm populum ab obediẽtia superiorum retraxerint: eundemq́; à solutione decimarum ac aliorum, ad quæ iure diuino & positiuo sunt omnes obstricti, abalienauerint: Nos volumus tales, tam ineptos & pernicioſos concionatores, ab officio prędicationis suspendi, & à suis superioribus, pro modo & mẽsura excessus, acriter puniri. Per præsens tamen statutum, nõ intendimus derogare Clementinæ, Dudùm.

De prohibẽdis & puniendis ineptis prędicatoribus.

Solos illos mendicantes habere potestatem absoluendi, qui antè per suos prælatos diœcesanis prẽsentati fuerint, & per eos commissi. Cap. 37.

NOs prætereà cupientes animarum periculis (quantùm cum Deo possumus) consulere, volumus omnes & singulos intelligere, q̃ illi soli mendicãtes habent potestatem absoluẽdi, qui primùm per suos prouinciales, custodes, ministros, priores, gardianos, aliósve eorundẽ mendicantium prælatos, electi fuerint tanquàm sufficiẽtes & idonei, vita probati, discreti, modesti, atq; periti: indè suffraganeis nostris, in suis diœcesibus per præfatos mendicantiũ prælatos præsentati, qui ab eisdẽ episcopis ad audiendas confessiones sint commissi. qui sic electi, præsentati, deputati seu cõmissi, iuxta canones conciliares, & Romanorum pontificum decreta, confessiones sibi confiteri volentium liberè audire possunt, imponere pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis impẽdere. Declaramus autem, non cõpetere mendicantibus sic deputatis & cõmissis, in absoluẽdo ampliorem potestatem, quàm curatis vel parochialibus sacerdotibus est à iure concessa: nisi forsan eis ecclesiarum prælati, vberiorẽ in hac parte gratiam, specialiter duxerint faciẽdam. Gardianos autem, custodes, & alios fratrum mendicantium prẽfectos, hortamur in Domino, vt in ecclesiarum suorum conuẽtuum loco ad legendum aptiore, chartã præsentatorum suorum nomina continenté statuant: quatenùs qui volent mendicantibus cõfiteri, videant priùs si sint de nominatorũ & approbatorum numero: aliâs absolutos se non fore intelligant.

Abbates sacramentum confirmationis non conferant, nec calicum cõsecrationem attentent, nisi diœcesano antè exhibuerint speciale (si quod habent) super hoc priuilegium. Cap. 38.

QVoniam abbates nonnunq̃ attentant munus Cõfirmationis conferre, idq́; vendicant ex consuetudine præscripta ad se pertinere: nos attendentes hanc impositionẽ manuum, à Christo primùm institutam & ab apostolis receptam, solis episcopis (qui apostolorum sunt successores) reseruatã, consuetudinem huiusmodi (quæ potiùs corruptela dicenda est) reprobamus. Quòd si qui sint, qui cõtendant sibi competere hanc facultatem ex priuilegio: volumus q̃ cùm primùm fuerint requisiti à suffraganeis nostris, de priuilegio fidem facere teneantur. Et idem statuimus obseruandum, quantùm ad illos, qui calicum consecrationem attentant. Marc. 6. Act. 8.

Cum quanta reuerentia, grauitate & honestate sacramentum matrimonij est à fidelibus suscipiendum. Cap. 39.

SAnè cùm matrimonium à Deo rerũ omnium conditore, in paradiso & in statu innocentiæ institutum fuerit, sitq́; teste Apostolo sacramentum: proindè cum magna reuerentia ac deuotione suscipiendum, vtpotè in quo (sicut & in reliquis sacramẽtis) gratia conferatur: prohibemus, ne in sponsalibus aut nuptiali benedictione fiant risus, cachinnationes, aut alia ridicula verba enunciẽtur. Quinimmò moneãtur affidati, quatenùs ieiuni, contriti, & confessi, ac cum multa reuerentia, ad hoc sacramentum accedant. Illum quoque abusum, qui inualuit in quibusdam partibus, vt benedictio nuptialis & Missa celebrentur statim post mediam noctem, tollimus & amputamus: statuentes quòd talia deinceps non fiant, nisi post ortum solem ac illucescentem diem. Siquidem exemplo pernicioso interdùm compertum est, solennitates huiusmodi nuptiales sic in latebris & occulto factas, clandestinis matrimonijs viam aperuisse, & occasionẽ dedisse contemnendi tam re. excellens sacramentum, & lasciuias ac spurcitias quasdam committendi. Gen. 2. Ephe. 5. Bẽdictionẽ nuptialẽ & missam, solũ in die celebrari debere.

Sed cũ ex clandestinis matrimonijs grauia eueniãt indiès scandala ac pericula, volumus omnes cõtrahentes, cõsulentes, scienter interessentes, auxiliãtes, & adiuuãtes, sententię excõmunicationis ipso facto subiacere. De clandestinis matrimonijs non attentãdis.

Imagines sacræ, præcedente episcopi visitatione, in ecclesijs collocentur: neque prætextu noui miraculi erigatur capella aut altare nouum, nisi episcopus loci de eo negocio antè definierit, quid sit tenendum. Cap. 40.

ET vt nihil sine discretione in ecclesia Dei fiat, expediens & rationabile visum est, propter lasciuas imagines & veritati scripturę non cõuenientes: si in posterũ, præcedente episcopi aut commissi eius iudicio & visitatione, imagines in ecclesijs collocẽtur.

Ex multorum fida relatione didicimus, simplicem populum aliquando leui assertione miraculorum, ad vnum & alterum locum populariter concurrisse, candelas & alia vota obtulisse. Vt igitur credulę simplicitati nobis cõmissæ plebis consulamus, & nouis impudentibusq́; hominum mẽte corruptorum ad

ad quæstum occasionibus obuiemus: sacro approbante prouinciali concilio, districtè prohibemus, ne quis posthac miraculum de nouo factum prętendat: néve intra aut extra ecclesiam, titulum, capellam, aut altare prætextu noui miraculi erigat, aut populi cõcursum in miraculi gratiam & venerationem recipiat: nisi priùs loci episcopus de negocio, quid sentiendum tenendumq́; sit, causa cognita, decreuerit.

Decretorum ad mores spectantium, finis.

Concilij postrema conclusio.

ETqa parùm esset, iura & statuta condere: nisi essent, qui ea tuerentur & executioni demãdarent: idcirco volumus, statuimus & ordinamus sub pœnis antè dictis, omia & singula suprascripta, sic, vt præmittitur, in dicto sacro prouinciali concilio decreta, statuta & ordinata, per omnes suffraganeos nostros in suis synodis intimari & publicari, illaq́; in futurũ inuiolabiliter obseruari, executionem huiusmodi pœnarum eisdem nostris suffraganeis tenore præsentium committentes. In quorũ omniũ & singulorum fidem & testimonium, prędictes literas, seu præsens publicum instrumentum, decreta & statuta nostra in se continentes siue continens, exinde fieri, & per notarios publicos subscriptos, dicti prouincialis cõcilij scribas seu graffarios, signari & publicari, sigilliq́; nostri iussimus & fecimus appẽsione communiri. Datum & actum Parisijs, quo ad præmissorum conclusionem & definitionem, nobis in eodem concilio præsidẽtibus in domo solitæ habitatiõis nostrę. Sub anno Domini 1528. indictione secũda, die verò nona mensis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Clementis diuina prouidentia papę septimi anno quinto. *grapharios

¶ Actorum & decretorum Prouincialis concilij Senonensis, inchoati anno 1527. & consummati anno 1528. finis.

CANONES CONCILII
PROVINCIALIS COLONIENSIS, CELEBRATI Anno M.D.XXXVI.

INDEX TITVLORVM PRINCIPALIVM AC Capitulorum Concilij prouincialis Colonienſis, anno 1536. celebrati.

PARS PRIMA.

DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Episcopi, post verbi prædicationem, consistit potissimùm in impositione manuum, & visitatione Ecclesiarum.

Impositione manuũ, quę est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Cap. 1.

Ad certum titulum, ecclesiæ ministros canonicè deligendos ordinandosque. 2
Manum nemini citò imponendam. 3
Humani adfectus & venalitas in beneficijs ecclesiasticis, execrabiles. 4
Beneficia ecclesiastica, priusquàm vacẽt, nemini promittenda. 5
Dignis tantùm beneficia esse conferenda. 6
Idoneos tantùm in prælatos eligendos esse. 7
In eligendo, ætas, mores, literatura & sacer ordo, spectanda. 8
Electionem synceram esse oportere. 9
In confirmatione electionis, quę expendenda. 10
Per patronos, idoneos pśentari oportere. 11
Quid incumbat archidiaconis. 12
Aliquot abusus Officialium inter visitãdum corrigendi. 13
Omnes qui de beneficijs disponunt, sui officij admonendi. 14
Moderatio patronos laicos respiciens. 15
De officio vicariorum in pontificalibus. 16
Quid episcopis potissimùm curandũ sit. 17
De ętate ordinandorum. 18
Testimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos sacris, exhibendum. 19
De eruditione ordinandorũ inquirendũ. 20
Videndũ quo affectu ad ordines accedat. 21
Quãto temporis spatio ante maiorum ordinum receptionem, initiandi se prẽsentare debeant. Item & quid initiandi tum secũ allaturi sint. 22
Quale testimonium afferendum. 23
Die Mercurij proxima ante susceptionẽ ordinũ, examinandi qui initientur sacris. 24
Neminem ab examinatione immunem esse oportere. 25
Cuius admonendi sint pridiè ordinationis, initiandi sacris. 26
In minoribus ordinibus conferẽdis, quę cura adhibenda. 27
Ab initiandis nihil exigendum. 28
Literæ dimissorię nulli temerè cõcedẽdæ. 29
Tituli ordinandorũ diligẽter discutiẽdi. 30
Peregrini clerici quomodò admittendi. 31
Odiosa beneficiorũ pluralitas in vna eadẽq́; persona. 32
Dispensationes inspiciendæ, vt occurratur abusibus. 33
In resignationibus ac permutationibus beneficiorum, quæ cura adhibenda. 34
Prẽstat paucos esse bonos, quàm multos inutiles sacerdotes. 35

De visitatione vltimo loco dicendum. 36

PARS II.

DE officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus Clericorũ generatim. ca. 1
Vndè clerici appellatio deriuata. 2
Clericũ suo officio intentũ esse oportere. 3
Duplex clericorum ministerium. 4
Biblia à clericorum manibus nunquàm deponenda. 5
De horarijs precibus indiès perlegẽdis, & reformandis Breuiarijs. 6
Pro cuiuslibet affectu, non facilè nouandum quid in ecclesiastico officio. 7
Quo affectu horarias preces psoluere oporteat. 8
Summa deuotione Missæ sacrum celebrari oportere. 9
Arguuntur, qui polluta mente ad altare domini accedunt. 10
Reuidenda Missalia ac Breuiaria. 11
Quę omitti aut decurtari vel organorum vel cantorum concentu haud debeant. 12
Quemadmodùm Missa legenda. 13
Quid post eleuationem Eucharistiæ agendum. 14
Organorum melodia quemadmodùm temperanda. 15
Singulis dominicis diebus, quæ ipsis peculiaria sunt, officia dicenda. 16
Confessio, Missę præambulum, deuotè recitanda. 17
Cur sacerdos in altari ministrum habeat. 18
Omnis cultus diuinus summa cum veneratione peragendus. 19
De vita ac moribus clericorum. 20
Ob quam causam clerici malè audiant, ac puniantur. 21
Præcipuæ causæ omnis mali, tres. 22
Ambitionem ac fastum, clericali officio maximè repugnare. 23
Omnis luxus clerico interdictus. 24
Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, nisi necessitatis causa, intrare. 25
Habitus seu exterioris corporis cultus modestia, à clericis exigitur. 26
Mali exempli est, sacerdotem se venditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ. 27
Suspecta mulierum cohabitatio clericis interdicta. 28
Auaritia in clero execrabilis. 29
Honesto artificiolo victum quærere Clerico licet. 30
Clerici ne mercatores sint, multo minùs fœneratores. 31
Damnantur clerici superstitiosi, scurrę, curiosi ac leuiculi. 32

PARS III.

DE metropolitanis, cathedralibus & collegiatis ecclesijs, & in his ministrantibus. Cap. 1
De officio Decanorum. 2
De officijs in eiusmodi ecclesijs ministrantium, generatim. 3
De canonicorum vita & officio. 4
Quemadmodùm preces horariæ, aliæq; diuinæ laudes, decantandæ. 5
Inter sacra nihil ne cogitandum quidẽ, quod Dei aut ecclesiæ oculos offendat. 6
Decani templi summi potestas in pręuaricatores. 7
Quem oporteat esse vestitum ministrantium in hisce ecclesijs. 8
Decani vndiquaquè aduigilabunt. 9
Ante omnia verò, vt Canonici sacris adsint. 10
Vicarij, vt diuinis laudibus decantandis interfint, adigendi. 11
Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundatiões beneficiorum est imposita. 12
Lucri tantùm causa sacris adesse non oportere. 13
Capitula disciplinæ qualiter obseruanda. 14
Officium Decani in rebelles. 15
Contentiosi, ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. 16
Pœna aduersus contentiosos pertinaces. 17
Quo tempore Capitulorum quotidianorũ conuentus obseruandi. 18
Volumina statutorum reuidenda. 19
In capitulis, à iuramentorum facili exactione temperandum. 20
Inter visitandum, de moderandis annis, qui expectantiæ appellantur, videndum. 21
Non oportere, à Canonico recèns admisso, pecuniam statutariam duplicatã ob antecessorem, exigi. 22
Communi necessitati ecclesiæ, cõmuni contributione consulendum. 23
Tribunalia extra templa collocanda. 24
Optandum, vt deambulationes in hisce ecclesijs prohiberi possint. 25
Theatrales ludos non inferendos tẽplis. 26
Cuiusdam abusus abrogatio. 27
Processionum collegiatarum ecclesiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio. 28
De processionibus non abrogatis. 29
Quomodò ad anniuersaria episcoporum in maiori ecclesia conueniendum sit. 30
Minora ministeria idoneis committenda, ac decenter peragenda. 31

PARS IIII.

DE parochis, ac eorum Vicarijs, alijsq; verbi ministris. Cap. 1.
Qui admittendi. 2
Orãdus Deus, vt mittat operarios in messem suam. 3
Vndè dignoscere oporteat pseudoecclesiastas. 4
Soli authoritate ordinaria comprobati, ad verbi ministerium admittendi. 5
Quòd ordinarij verbi ministri, sunt legitimi parochi & illorum vicarij, modò tamen hi examinati priùs, & admissi sint. 6

Fratres mendicantes quatenùs admittendi. 7
Quam modestiã fratres mendicantes in verbi prædicatione seruare oporteat. 8
Non ferendi, qui in iurisdictiones & potestates temerè ad plebem inuehuntur. 9
Abusus est, qui parocho suo officio interdicit. 10
Fratres mendicantes his synodalibus constitutionibus erunt parentes. 11
Decet quoque, vt fratres eatenùs ordinariæ potestati subijciantur. 12
De semel certo loco destinatis ac admissis, non temerè retrahendis. 13
Qui nulla legitima authoritate innixi, se verbi ministerio ingerunt, vtì seditiosi comprimendi. 14
Prohibẽtur omnes apostatæ, monachi ignoti, ac peregrini spermologi. 15
De Terminarijs, quatenùs admittendi. 16
Priuilegijs fratrum nihil derogatur. 17
Monachorum ecclesiæ, per seculares (vt vocant) presbyteros gubernandæ. 18

PARS V.

DE vita ac moribus parochorum. Cap. 1.
Vita vt doctrinæ in parocho conueniat, necessarium. 2
Pastorem, gregis exemplum esse oportere. 3
Vitanda parocho in primis auaritia. 4
Parochi familiam, irreprehensibilem esse debere. 5
Parocho luxus omninò cauendus. 6
Pudicitia seruanda parocho. 7
Quæ fugienda parocho, & quæ sectanda. 8

PARS VI.

DE dissemination verbi. Cap. 1.
Quid parocho meditandum. 2
Fidelitas in primis in parocho requiritur. 3
Quis sit fidelis verbi dispensator. 4
Omnis scriptura ad geminam charitatẽ exigenda. 5
Summa euangelicæ prædicationis. 6
Parocho cautissima solicitudine in prædicatione verbi vtendum. 7
Quemadmodùm sermo temperandus. 8
Quid cauendum inter concionandum. 9
Nihil aut fabulosum, aut suspectum adferendum. 10
Loquacitas vitanda. 11
Quemadmodùm parochum aduersus hæreticos pugnare oporteat. 12
A scommatis & conuicijs abstinendum. 13
In contentiosis dogmatibus, quomodò docendus populus sapere. 14
Qualem oporteat esse parochũ in repræhendendis criminibus. 15
Manifesta repræhensio vtriusque potestatis, vitanda. 16
Quomodò corripiendi magistratus. 17
Admonẽdus populus, vt oret pro magistratibus. 18
Notantur qui secùs docent. 19
Summa doctrinę Christianę in Enchiridion contrahenda. 20
Enchiridion quæ docebit. 21
Ordo concionandi quem simpliciores sequentur. 22
Sanctorum historiæ quatenùs attingẽdæ. 23
Allegoriæ quomodò explicandæ. 24
Quomodò finienda concio. 25
Quid recitandum finita concione. 26
Quomodò, finita concione, populus excitãdus ad orandum pro defunctis. 27

PARS VII.

DE administratione sacramentorum. Cap. 1.
Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacramenti exhibitione. 2
Quid agatur in baptismo. 3
Cuius sint admonẽdi susceptores infantis. 4
Populus docẽdus, qd velint externa signa. 5
Quomodò accedendum ad baptismum. 6
Baptismus in facie ecclesiæ peragendus. 7
In Confirmationis exhibitione quid docendum. 8
Quomodò ad sacramentum Confirmationis accedendum. 9
Cuius sint admonendi susceptores Confirmati. 10
De moderãdis donarijs, quæ susceptores infantibus donant. 11
Docendus populus de signis externis. 12
De sacrosancta Eucharistia. 13
Quid docendus populus in huius sacramenti ministratione. 14
Quibus persuasum est, vtranque speciem laicum participare oportere, quomodò docendi. 15
De veneratione sacrosanctæ Eucharistiæ. 16
Quomodò tantum miraculum in hoc sacramento fiat, populus docendus. 17
quomodò admonenda plebs, ad sumendam Eucharistiam accedens. 18
Qui ad hoc sacramentum participãdum admittendi. 19
Quatenùs alteri quàm suo parocho confessus, ad Eucharistiam admittendus. 20
Intra annum saltem semel cõmunicandũ. 21
Quorum admoneri populus, hoc sacramentum participaturus, maximè debeat. 22
Docendus quoq;, cur hoc sacramentum sub specie panis & vini institutum sit. 23
Quomodò singulis dominicis diebus plebs ad audiendam Missam se præparabit. 24
Docendus populus generatim quid agatur in Missa. 25
Corripiẽdus abusus eorum, qui ante finitam Missam irreuerenter discedunt. 26
Docẽdus popul⁹, quale sit missa sacrificiũ. 27
Exequiæ ac Missæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ. 28
Qui ad exequias euocandi. 29
De pœnitentiæ partibus. 30
Prima pœnitentiæ pars cõtritio, in suggesto semper pertractanda. 31
Neminem non ad pœnitentiam inuitari. 32

Presbyter qui à cõfessionibus est, qualis esse debeat. 33
Quid confitentem docebit presbyter confessarius. 34
Remediũ pro ratione morbi adhibendũ. 35
Nimìs anxij quomodò tranquillandi. 36
Moderatio in casibus reseruatis. 37
Publicæ pœnitentiæ vsus in ecclesiam reuocandus. 38
Recitata confessione, quid agendum per parochum. 39
In matrimonij sacramento quid agatur. 40
Quẽadmodùm monendi sunt, qui matrimonium contrahere affectant. 41
Matrimonium tria complecti. 42
Pium votum & in clandestinè contrahentes censura. 43
Coniunctio coniugum in facie ecclesię peragenda. 44
Peregrinos & ignotos sine legitimo testimonio non coniungendos. 45
In gradibus cõsanguinitatis & affinitatis cõcilium generale obseruandum. 46
Ludicra tollenda. 47
De sacro ordine dictum esse priùs. 48
Cur adhibeatur extrema vnctio. 49
Quomodò impendenda vnctio extrema. 50
A sepultura nemo, in communione decedẽs, repellendus. 51
Quam admonitionem in sepulturis & exequijs fieri oporteat. 52

PARS VIII.

DE victu parochorum. Cap. 1
Parochis victus necessarius suppeditãdus. 2
Vicecuratos quos vocant, ex prouentibus ecclesiæ congruam sustentationem recepturos. 3
Qui ecclesias vnitas habent, vicarijs perpetuis portionem congruam assignare oportere. 4
Vbi reditus non sufficerint, quid agendũ. 5
Denarius consuetus, sed duplicatus, pendendus. 6
Laudabilem consuetudinem Agrippinę Coloniæ per hæc non abrogari. 7

PARS IX.

DE constitutionibus ac cõsuetudinibus ecclesiasticis. Cap. 1
Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda. 2
Irrisores ecclesiasticorum ieiuniorum refelluntur. 3
Ecclesiæ constitutionem, charitati cedere. 4
Quid in ieiunio potissimùm spectandum. 5
Redarguuntur qui quadragesimæ obseruationem contemnunt. 6
Litaniæ & rogationes cur institutæ: & quomodò populus admonendus sit. 7
Processiones intra septa ecclesiarum peragendæ. 8
Admonendus populus, cur feriæ institutæ. 9
In ferijs soli Deo vacandum. 10
Dies dedicationis templi extra Coloniam, vno die vbiquè celebrandus, & quomodò sit admonendus populus. 11
Cur templa & altaria consecrentur. 12
Populus docẽdus, quid agatur & significetur in cõsecratione tẽplorum & altarium. 13
Cur benedicantur campanæ. 14
Docendus populus, vt signatis potiùs quàm signis inhæreat. 15
Quicquid in cæremonijs ad abusum spectat, cautè ac diligenter cauendum. 16
Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. 17
Quæ pollutio reconciliationem requirat. 18
Quorum sumptu & expensis reconciliatio facienda. 19
Immunitatem ecclesiasticam in duobus potissimùm sitam esse. 20
Quemadmodùm fraternitates reformandæ sint. 21

PARS X.

DE vita ac conuersatione monastica. Cap. 1.
Neminem monachismi professione temerè alligandum. 2
Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monasterium detrudant. 3
Quo affectu monastica vita amplectenda. 4
In monasterijs habendus, qui doceat legem Domini. 5
Verbi prædicatorẽ in monasterijs esse oportere. 6
Monachi bonæ indolis, ad Academias mittendi. 7
Moniales non esse alligandas, vt nulli quàm suo (vt vocant) patri aut præposito confiteantur. 8
Mutatam esse paulatìm faciem monasteriorum, ac vsurpatum hospitij ius, simul cum accessu moderandum. 9
Visitatio monasteriorum necessaria. 10
Sumptuosi monialium præpositi abrogandi, & frugales œconomi constituendi. 11
In monasterijs monialium, victum ac mensam communem esse oportere. 12
De præpositis solitariè commorantibus. 13
Visitãdæ domus fratrum Teutonicorum, diui Ioannis Baptistæ, & Antonitarum. 14
De vita & conuersatione monachorum. 15
Monachorũ studia atq; exercitationes quales esse oporteat. 16
Monachos vagos sub custodiam reuocandos. 17
Literas priuatas monacho aut monachæ, in iussu Abbatis, resignare non licere. 18
Canonissarum secularium mores reformandi. 19

PARS XI.

DE hospitalib⁹ & orphanotrophijs, aliisq; id genus pijs locis. Cap. 1
In hospitalibus in primis animæ curandæ, deindè corpus. 2
In hospitalia qui recipiendi. 3

In hospitalia pauperes eius loci, vbi constituta sunt, potissimùm recipiendos, maximè contagiosis morbis implicitos. 4
Mendicantibus validis hospitalia clausa, & mendicitatẽ interdictã esse oportere. 5
Magistrorum hospitalium praui affectus damnantur. 6
Quàm grauiter peccẽt, qui ex pauperum victu se ditant. 9

PARS XII.

DE scholis, typographis, ac bibliopolis. Cap. 1
Scholę inter visitãdum repargandę, ac instituendæ. 2
Apud singulas ecclesias habendus vir eruditus, qui clericos eius Ecclesiæ instituat. 3
Qui huic viro victum suppeditabunt. 4
Quẽadmodùm Academiæ instaurari, ac studia ali possint. 5
Pium votum ad studia subleuanda. 6
Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri potest, renouari æquum esse. 7
Quid curandum in Academijs. 8
Nihil imprimendum aut vendẽdum, nisi reuisum priùs. 9

PARS XIII.

DE iurisdictione ecclesiastica contentiosa. Cap. 1.
Excommunicatiõis origo & p̃cipuus vsus. 2
Quur passim in oẽs inobedientes excommunicationis censura distringi cœperit. 3
Vsum excommunicatiõis in publicè criminosos, in lucem reuocandum. 4
Quid cauendum in decernenda excommunicationis censura. 5
Excommunicatos vitandos. 6
Non passim contra oẽs delatos, per Fiscales inquirendum. 7
Manifestè criminosi, pro quæstu nequaquã ferendi. 8
Clerici grauissimorum criminum rei, secundùm canonicas sanctiones puniendi. 9
De testamentis insinuandis, approbandis, ac exequendis. 10
Bona presbyteri ab intestato defuncti, in piam causam conuertenda. 11
Portio quę Archiepiscopo soluitur, minimè grauis. 12
Iuramentorum facilis exactio, in iudicijs refrenanda. 13
Formula inquirendi hæreticos, delineãda. 14

PARS XIIII.

DE visitatiõe ac synodis archiepiscopalibus archidiaconalibusq;. Cap. 1
Quo ordine visitatio instituenda. 2
Quæ vbiquè corrigere oporteat. 3
In primis reformãdos esse Decanos. 4
Inquietos & p̃latis rebelles, corripiendos. 5
In monasterijs quomodò abusus p̃cipiẽdi. 6
In visitatiõe parochiarum quid agendum. 7
Habenda concio per visitatores. 8
Interrogandus Parochus, quo titulo ministerium gerat. 9
De vita, moribus, & doctrina inquirendum. 10
De habitu, tonsura, ac reliquis externis videndum. 11
Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum. 12
Num agantur alia, quæ cum Dei & Ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum. 13
De puerorum institutione, & hospitalium cura quærendum. 14
Vitia, quibus assueuerint Parochiani, acriter corrigenda ac refrenanda. 15
De officio Parochi inquirendum. 16
Synodus episcopalis anno bis habenda. 17
Quid agendum in synodo episcopali. 18
De synodis Archidiaconalib⁹ ac ruralib⁹. 19
Officiales archidiaconorum & decanos rurales, viros graues esse oportere. 20
Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ se ferunt. 21
Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium obseruatione. 22
Inter visitandum abusus corrigendi. 23
Procurationem suo officio rectè fungentib⁹ pendi, æquum esse. 24

PARS PRIMA.

De munere episcopali.

Officium Episcopi, post verbi prædicationem cõsistit potissimùm in impositione manuum & visitatione Ecclesiarum.

Episcopi munus in duobus potissimùm consistit. Primum, in impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorũ. Deindè in visitatione diœceseos. Vtrunq; beatissimus Apostolus, ad Titum dilectũ filium, Cretæ episcopũ scribens, cõplectitur: Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cretę, vt ea quę desunt, corrigas, & cõstituas p ciuitates presbyteros, sicut & ego dispositui tibi. Alterum verò idẽ Apostolus, cùm à Mileto discessum maturaret, p̃fectus Hierosolymã, ac certus q̃ ampliùs haud visurus esset faciem eorum omniũ, per quos trãsiuit, p̃dicans regnum Dei, vocatis illò ad se ab Epheso Ecclesiæ presbyteris, apostolica vehemẽtia inculcat, cùm ait: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spũs sanctus posuit epos, regere ecclesiam Dei quã acq̃siuit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, q̃ intrabunt post discessionem meã lupi rapaces in vos, non parcẽtes gregi: & ex vobis ipsis exurgẽt viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se: propterea vigilate. Cui muneri vt ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimirùm Petrus ac illius collega Paulus, satisfacerent: alter trãsiuit & inuisit vniuersos, alter pambulauit Syriã & Ciliciã, cõfirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorũ: nimirùm nó

Titi 1.

Act. 20.

Act. 9.

Act. 15.

tantùm verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, vt qui speculatores in Dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, prouinciæ sibi mandatæ vigilantissimè intendant, fidem, conuersationem, mores & vitam singulorum explorẽt examinentq;, ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam à Deo vocatus est, torpescat.

De impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum.

Cap. 1.

IMpositio manuum est ostium, p quod intrant qui ecclesiarum gubernaculis admouentur. Proindè quia eiuscemodi ostium diligenter custoditum non est, factũ est vt tãta mala quæ sentimus, agminatim in Ecclesiam Dei irruperint. Huius ianuæ vigilãtissimi custodes fuerunt apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt apostolici episcopi. In primis verò diuinissimus Paulus, q̃ dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito, eiuscemodi custodiæ formulã ex professo præscribit. Porrò Apostoli, cùm esset in locum Iudę proditoris deligendus duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris, qui cũ ipsis congregati fuerunt in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter eos Dominus Iesus, probatissimos, electionẽ alterutrius Domino cõmittentes. Ad hæc, cùm essent deligendi primi illi ecclesiæ diaconi: Apostoli, conuocata discipulorum multitudine, dixerũt: Considerate fratres ex vobis viros boni testimonij, plenos spiritu sancto ac sapientia, quos cõstituamus super hoc op⁹. Atq; illi (cùm placuisset hic sermo) corã omni multitudine elegerunt Stephanũ, virũ plenũ fide & spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum: qui dein non temerè, sed orantes, illis imposuerũt manus. Deniquè de Barnaba, per Apostolos ad Antiochiam destinato, refert scriptura: Quoniam Apostoli miserũt Barnabã, q̃ esset vir bonus & plenus spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quãta cura ac delectu manus impositionem fieri oporteat, Beatus Apostolus inter alia Timotheum sic alloquitur: Cõmenda, inquit, quę audisti à me per multos testes, fidelibus, qui & idonei erunt alios docere. Et iterũ: Manus nemini citò imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. A qua regula cùm lõgè lateq; discessum sit, affectib⁹ priuatis sibi oĩa vendicãtibus, morbus obortus est plurimus, atq; ita radicatus, vt vix spes medendi relicta sit. Neq; tamen in medijs & exulceratissimis morbis, de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum prouidendumque.

1. Tim. 3. Titi 3.

Acto. 1.

Ad certum titulum, Ecclesię ministros canonicè deligendos ordinandosque.

Cap. 11.

Act. 6.

Act. 11.

2. Tim. 2.

1. Tim. 5.

QVoniam verò primitiuæ eccleſiæ faciles, quòd ad institutionem ministrorũ attinet, paulatìm immutata fuit: nimirũ dotatis tẽplis, sacerdotijsq; ac certis stipendijs ministrãtibus cõstitutis: visum subindè sanctis Patrib⁹ nõ absq; multa ratiõe fuit, ne qs quã sine certo titulo, qui illi victũ necessariũ suppeditaret, ad maiores, quos & sacros ordines vocam⁹, ordinaretur: adhibita etiã nõ leui seueritate in eos, q̃ secùs facere præsumpsissent. Quę cùm sic se habeant, reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Videdum itaque in primis est, vt collatiões ecclesiasticorum sacerdotiorum seu beneficiorum vt electiones, præsentationes, & institutiones clericorum ac ministrorum, maximè eorũ qui curæ præficiuntur animarum, quę sciẽtia scientiarum meritò appellãda est, ritè ac canonicè fiãt: vtq; maximi illi & teterrimi abusus & vitia, q̃ in deligendis psonis ecclesiasticis, nõ vulgari cum detrimẽto Ecclesiæ sæpenumerò cõmittunt, quoàd fieri potest, tollant. Quod tunc demùm futurũ est, cùm repulsis ac submotis indignis, digni tãtùm ac idonei admittentur, qui & velint & possint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum est enim: Qui non laborat, non manducet.

1. Thess. 3.

Manum nemini citò imponendam.

Cap. 3.

QVamobrem omnibus, qui præficiendi ecclesiasticis munijs ministros potestatem habent, illa (quam pauloãtè retulimus) Paulina admonitio semp ob oculos versabit: Manus citò nemini imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Si em̃ ad honores mundi, sine suffragio tẽporis, sine merito laboris indignũ est puenire, & notari ambitus solẽt, quos, pbitatis documẽta nõ adiuuãt: q̃ diligẽs, & q̃ prudens habenda est dispensatio diuinorum munerũ & cælestium dignitatũ? Certè olim excõmunicatione percellebant, q̃ ecclesiastica beneficia cõtulissent indignis.

1. Tim. 5. S. Leo. c. mirramur. 61. dist. Ex cõc. Toleta.

Humani affectus & venalitas in beneficijs ecclesiasticis execrabiles.

Cap. 4.

NVlla itaq; consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contẽplatio, facere debet hoc, vt populi gubernatio, alij quàm maliori tradatur. Cessent omnes affectus humani, qui sua, non q̃ Iesu Christi sunt, quærunt. Maximè verò sacerdotiorum ac beneficiorum venalitas execranda est, quòd qui sic pficiunt, ac præficiuntur, inter ementes & vendentes columbas, quos Dominus flagello de funiculis facto è templo eiecit, ac mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, computentur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur: restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus, grauitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat. Et cùm fides simul & vita in sacerdotibus & ministris eligenda sit, quæ tandèm vita, & quæ opera

Hier. in Nu. Philip. 2.

Mat. 21. Ioan. 2. Marc. 11. Luc. 19.

Ex cõcil. Laterancñ. sub Alexan. 3.

opera sacerdotis illius erũt, qui honores tãti sacramenti per præmiũ conuincĩ obtinere?

¶Beneficia ecclesiastica, priusquã vacent, nemini promittenda. Cap. 5.

Ex cõcil. Laterancñ.

CVm olim Conciliari institutiõe vetitũ sit, ne vlla ecclesiastica ministeria seu beneficia promittant alicui priusquã vacent: tũ ne quis mortem proximi, in cuius locũ & beneficiũ se crediderit successurum, desiderare videatur: tum quòd turpe sit, diuiniq; plenũ animaduersione iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successiõis expectatio habeat quã ipsę etiam seculares leges condemnare curãrunt: idq; verò quum nũc passim pter oĩem personarum delectũ, designatis etiam ex nomine beneficijs, in quę stipulatores successuri sunt, pessimo exẽplo fiat, tollendus abusus est. Idq; nõ aliter, quàm secundũ canonicam ordinationem, ne quis solicitus sit, non tam de officio, quàm de beneficio viuentis.

¶Dignis tantùm beneficia esse conferenda. Cap. 6.

Matt. 15. Luc. 16. Malac. 1.

QVi sacerdotia ecclesiastica pleno (vt aiunt) iure potestatẽ conferẽdi habẽt, alium factę à se manuum impositiõis discussorẽ nõ expectãt. Præcipua ergo illis habẽda cura est, idq; maximè in pficiendis parochis, ne apostolici præcepti prætiuaricatores ac rei fiant. Quis em̃ non intelligit, q̃ graui culpa se obstringit is, qui in causa est, vt cæcus cæco ducatum præstet, nimirùm ambob⁹ in foueã delabentibus? Despiciunt (inquit Malachias propheta) nomen Dñi, qui cæcum, qui claudum, qui languidum animal ad immolandũ offerunt, & propterea grauiter à Dño increpantur. Quis verò cæcum animal offert, nisi q̃ indoctũ in docti locũ ordinat: magistrũq; facit, qui vix discipulus esse poterat? Claudũ verò, q̃ lucra terrena q̃rentẽ, locat in dignitate, veluti pedẽ in diuersa ponẽtem? Cui potest inferri illud: Vsquequò claudicatis in duas partes? Languidum deniquè, qui vitiosum pro religioso habet, quique tardum & pigrũ probat patientem.

Hieron. in Malach.

3. Reg. 18. 5

¶Idoneos tantùm in prælatos eligẽdos esse. Cap. 7.

Ex cõci. genera. c. ne prodefectu. de electiõe. Ex cõcil. Basileen. Hieron. Symma. ad Laurent. c. vilissimus. 1. q. 1. Excõcil. Basileen.

SAcris canonibus saluberrimè constitutũ est, vt oĩs Cathedrales ecclesiæ, collegia, & cõuentus ad dignitates vacãtes, ex sua congregatione idoneos eligant prælatos. Atque eos demũ sacris administrationibus diguos esse existiment, quorum oĩs ætas per disciplinas ecclesiasticas cucurrisset. Iã vt primitiuę ecclesiæ cẽsura, mitigationem recipiat discretiõis: is saltẽ aliorũ curæ pficiatur, cuius conparatione, grex cæteri meritò dicãtur. Quomodò em̃ fieri potest, vt non vilissimus reputetur, qui est honore pstantior, nisi quoq; scientia & sanctitate pcellat? Atq; vtinã hîc pensitetur, & nautis & nauigio deferendis eandẽ imminere periclitandi necessitatem.

¶In eligendo, ætas, mores, literatura & sacer ordo, spectanda. Cap. 8.

QVa propter electores soliciti sint, vt talem præficiant, qui officio credẽdo satisfacere possit, virũ ætatis legitimæ, moribꝰ grauem, literarum scientia pditum, atq; in sacris ordinibus constitutũ: scientes, ipsis in re tam graui vel dolo vel negligenter agentibꝰ, non minorẽ, q̃ malis illis pastoribus ac platis, quos ipsi pfecerunt, in districto Dei iudicio imminere pœnam. Neq; em̃ impunè peccatur in spiritum sanctũ, qui in omni electione vt author inuocatur. Neq; inultum permittet Deus, si quis iureiurando, quod sub electionẽ pstatur, frustrà nomẽ Dñi vsurpauerit. Vt omittamus pœnas canonicas, quæ perperàm eligentes manent.

Deut. 5.

¶Electionem synceram esse oportere. Cap. 9.

ABsit ergo omnis simoniæ prauitas, oĩs personarũ respectus. Cessent potẽtiorum preces, q̃ minis æquiparantur, omnisq; impressio: cesset ambitio, ac dominandi libido. Ad hæc, procul absint oẽs illicitę obligationes, quæ sub electionẽ aut paulò pòst, ab eligendo vel electo, haud præter simoniæ labem extorquentur. Et procedat de vultu Dei opus ipsius, vt s. qui præstantior est omnibus, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, hic eligatur.

Hier. 8. q. 1. c. licet. &c. Si ergo.

¶In confirmatione electionis, quæ expendenda. Cap. 10.

ELectione facta, nos & cęteri qui confirmationis munus impendemus, officio nostro, Deo volẽte, non deerimus, discussuri s. diligenter & formã electionis, & electi merita, priusquàm nostras imponamus manus.

¶Per patronos, idoneos præsentari oportere. Cap. 11.

PAtroni tum ecclesiastici, tum laici, quos hac de re diligẽter admoneri curabim⁹, videbunt vt idoneos (quemadmodùm antè diximus) Archidiaconis præsentent. Cõpertum si quidẽ habemus, q̃ hîc supra modũ peccetur. Sunt em̃ qui tantùm filios ac cõsanguineos, seu aliter ipsis addictos, citra vllum delectum aut discrimen scientiæ, morũ, ac ætatis, beneficijs ecclesiasticis admouent. Sunt qui admotis nomẽ tantùm relinquunt, censum aũt atq; ecclesiasticos redditus, sibi ausuquodã sacrilego (nihil minùs q̃ de ecclesiastico ministerio cogitantes) vsurpant. Quæ oĩa, cùm sanctorum patrum sanctionibus damnentur, multorumq; malorũ in ecclesia Dei causa sint, posthàc non cõmitti, sed sublata penitùs esse, suamq; vim canonicis regulis constare, ex animo cupimus.

Alexan. 3. c. ex frequent. de instit.

Quid incumbat Archidiaconis.

Cap. 12.

C. & c. ad hæc de offi. archidiac. C. finali. de elect. in 6

ARchidiaconi nostri, ad quorum curã inter alia pertinet, vt nostro nomine parochias ordinẽt, ac ministros Ecclesię ipsis pśentatos ac oblatos inquirant: scient sui muneris esse, negligentiam patronorũ supplere. Cùm enim oculi nostri sint, dispicient, ne qs

alioquì

alioquì indignus, ſub alicuius præſentatiõis prætextu, irrepat ac admittatur. Nec cõtenti q̃ poſt edicta ter publicata nuſquã compareat, qui præſentationẽ oppugnet: eorũ etiã qui ipſis præſentãtur, & ad inſtituendũ offeruntur, vitam, mores, & eruditionẽ accuratè perueſtigabũt: ac niſi cõperti illi fuerint, muneri, cui præfici poſtulantur, pares: fore neſas putabũt, ſtultè petẽtibus aſſentiri. Neq; exiſtimabunt id temporis, quod huic examini impendent, perdi: cùm nequaquã poſſit collocari meliùs, maximè quòd officium eorũ, hoc ipſum vt fiat, magnoperè requirat.

¶Aliquot abuſus officialium, inter viſitandum corrigendi. Cap. 13.

ET quoniam ad nos quorũdam querela perlatum eſt, nõnullos officiales Archidiaconorum noſtrorum, in ueſtituræ nomine plùs æquo interdùm petere, quoſdam etiam inſtitutionẽ ipſam petẽtibus, vel temerè negare, vel ſaltẽ in longũ differre tẽpus, quãlibèt legitima ſit præſentatio, & idoneus is q̃ præſentatus eſt: Curę itaq; nobis erit, inter viſitandum de his diligẽter inquirere, & quę vitioſa comperiẽtur, Archiepiſcopali authoritate, communicato tamen cum Archidiaconis noſtris (vt par eſt) conſilio, quoad eius fieri poterit, corrigere.

¶Omnes qui de beneficijs diſponunt, ſui officij admonendi. Cap. 14.

REferre etiam non parùm exiſtimamus, oẽs qui de ſacerdotijs ſeu beneficijs eccleſiaſticis, quamcunq; diſponendi poteſtatem habent, ſpeciatìm ac diligenter admoneri, vt hiſce ſynodaticis canonibus per oĩa obtemperent, niſi in eo ipſo in quo deliquerint, puniri velint.

¶Moderatio patronos laicos reſpiciens. Caput 15.

ATtamen quòd ad patronos laicos attinet, hanc cenſuram eatenùs moderamur, vt ſi Archidiaconi noſtri prę̃ſentatos ab eis, q̃ inidonei ſunt, inſtituere recuſent, liceat ipſis inutilium loco, alios iterùm intra tẽpus legitimũ p̃ſentare, modò tñ dolus abſit.

¶De officio vicariorum in pontificalibus. Cap. 16.

POſteaquàm de illorum officio diximꝰ, q̃ ſacerdotijs ſeu beneficijs rectores admouent eccleſiaſticis ordinibus initiandos: reſtat vt de Vicarijs noſtris in põtificalibus, qui huic muneri (in partẽ ſolicitudinis noſtrę vocati) potiſſimùm delegati ſunt, paucis dicamꝰ. Nobis quidẽ vtì cæteris omnibꝰ pontificibus, in Aaronis perſona loquutꝰ eſt Deus: HOMO per familias, qui habuerit maculã, non offeret panes DEO ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grãdi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginẽ habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ in corpore, vel hernioſus. Omnis em̃ qui habuerit maculam, nõ accedat offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Quid per allegoriam ſermo diuinus ſignificare voluerit, maximus ille cæleſtium rerũ perueſtigator Paulus, in epiſtolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus naſcẽtis eccleſiæ epiſcopis inſcripſit, grauiſſimè explicauit. Quum em̃ mandãſſet, vt per ciuitates presbyteri conſtituerẽtur, ſtatìm ſubiecit, quales ſubſtitui vellet & oporteret. Opor tet (inquit) conſtituendum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, nõ iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum prudẽtem, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecũdùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Diaconos ſimiliter pudicos, nõ bilingues, nõ multo vino deditos, non turpe lucrũ ſectãtes, habẽtes myſterium fidei in cõſcientia pura. Et vt iterùm nos officij noſtri cõmonefaceret, ſubiecit: Et hi probentur primùm, & ſic miniſtrẽt, nullum crimen habentes.

Titi. 1.

1. Tim. 3.

¶Quid epiſcopis potiſſimùm curandum ſit. Cap. 17.

INcumbit itaq; nobis, vt p̃bemus primùm eos qui ordinibus, maximè ſacris, initiari deſiderant. Curæ ergo erit vicarijs noſtris in pontificalibus, manus impoſitionem auſpicaturis, ne hĩc q̃d deſit, néve ordines ſacros aliter q̃ ſecundùm regulã euangelicã impartiãtur. Vt adiutores in hoc examinatiõis munere habeãt, non repugnamus, modò primæ ſolicitudinis partes apud eos ſint, nec q̃ ipſis ante oĩa agenda erãt, in alios penitùs relegẽt, interìm ipſi de oĩbus incerti: p hæc tñ ſuffraganeis noſtris nihil p̃iudicantes, quô minùs ipſi, quemadmodùm videbitur opportunũ, de huiuſcemodi examine faciẽdo diſpiciãt. Vt verò ſummatìm multa cõplectamur, diſpicient de ordinandorũ ætate, vita, ſcientia & affectu.

¶De ætate ordinandorum. Cap. 18.

OLim Diaconus ante 25. Presbyter verò ante 30. ætatis annos, non ordinabantur. In Viennenſi verò concilio ſub Clemẽte quinto, ordines ſacri minori etiam ætati cõceſſi ſunt: nẽpe ſubdiaco natus, 18. diaconatus, 20. presbyteratus deniquè, 25. ætatis annum nato. Nũ ad antiquos canones regredi referat, futurum concilium diſpiciet. Nos interìm admonemus, Viennenſe concilium, tũ ex alijs canonibꝰ, tũ ex ſeipſo interpretandũ: nimirùm vt ætas quidem illa ſufficiat, modò tamen cætera quoque, q̃ canones plùs quàm ætatem reſpiciunt, haud deſint: nempe literarum ſcientia, & morum grauitas.

Ex cõc. Arelatẽſi 3. Ex Viennẽſi conc. cle. generalem. de ætã. & qual. Ex eodem conc. cle. eod. tit. Ex Later.

Teſtimonium vitæ ac doctrinæ, per initiandos ſacris exhibendum. Cap. 19.

DE doctrina, vita, ac moribus, Suffraganeus noſter teſtimonium præceptorũ, qui

qui ipſos in literis inſtituerunt docueruntq̃;, eorum quoque, apud quos ſacris initiandus potiorẽ vitæ partẽ trãſegit, ac diuerſatus eſt, exigere non omittet, ne manifeſtè criminoſi irrepant: Idq̃; ad certam formulam, quã delineari curabimus. Dum enim priſcam eccleſiam reſpicimus, ſummo deſiderio tãgimur, priſcos illos ſanctiſſimos mores, non tantùm verbis, ſed & re ipſa in eccleſiam, quod in no

Ex 3 Carth. bis eſt, reducendi. Illa certè vetuit, ne epiſcopus ſine teſtimonio clericorum & plebis, clericos vllos inſtituat. Hinc illę interrogationes ſolennes p̃ambulæ: Sunt iuſti? ſunt caſti?

Hieron. in Leuit. atq; aliæ ſimiles. Neq; fruſtra ſcriptũ legimꝰ, q̃ quanq̃ Dñs de conſtituendo Ioſue principe p̃cepiſſet, eũdemq̃; elegiſſet, nihilo ſecius tamen conuocari ſynagogam voluiſſe.

¶De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. 20.

DE eruditione quoque & ſcientia diſq̃ret, ne ſtatìm à ſtiua ad eccleſiaſtica munia cõfugiatur. Per prophetam Dominus di-

Oſeæ 4. xit: Quoniam tu ſciẽtiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Subſtantia ſiquidem ſacerdotij, ſunt eloquia di-

Dionyſius. uinitùs tradita, vti Dionyſius ille magnus appoſitè dixit. Quæ verò in parochis, quæ in cęteris eruditio requirenda ſit, pòſt dicemus.

¶Videndum quo affectu ad ordines accedatur. Cap. 21.

QVo deniquè affectu ac propoſito accedant ordinandi, videndum, accurateq̃; inueſtigandum eſt: num videlicet Dei cauſa tantùm, an potiùs ſuæ commoditatis gratia ad ordines capeſſendos adſpirẽt, q̃rentes q̃ ſua ſunt, nõ q̃ Ieſu Chri. Quid em̃ eſt ſua q̃rere, & nõ q̃ Chri ſunt, niſi cùm tales nõ gratìs Deũ diligũt, nõ Deũ p̃pter Deũ q̃runt, tẽporalia cõmoda ſequentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus expetentes?

Philip. 2.

Au. 8. q. 1. c. ſunt in eccleſia. Quiſqs ergo talis eſt, nõ Dei filius, nec ouili Chriſti idoneus paſtor futurus, ſed mercenarius eſt. Vbiquè Deus hominis intentionem & mentem ſpectat, quam Chriſtus in Euãgelio lucernam corporis atq; oculũ vocat. Qui ſi ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit.

Matt. 6. Sin autẽ fuerit nequã, totũ corpus tenebroſum erit. quare ſi lumẽ (quod in initiãdo eſt) tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?

¶Quanto temporis ſpatio, ante maiorum ordinum receptionem, initiandi ſe præſentare debeant. Item, & quid initiandi tum ſecum allaturi ſint. Cap. 22.

VT aũt hic animus Vicarijs nr̃is in pontificalibus eo exploratior ſit, neq; em̃ qualicunq; aſſertiõi ſtatìm tutò credit: operę̃ preciũ exiſtimamus, vt qui ad ſacros (quos vocamus maiores) ordines capeſſendos adſpirant, quatuor tẽporibus, vt vocant, q̃ tempus impertitiõis eiuſcemodi ordinũ p̃ximè p̃cedunt, Vicarijs nr̃is in põtificalibꝰ ſeſe reprę̃ſentent, q̃ eos (quẽadmodùm diximus) rogabunt, q̃d eos huc permoueat, an expende-

rint, quid in hac vocatione p̃ſtare opotteat, an huic vocationi ſe ſentiãt poſſe reſpõdere: & an ſperent ſe, adiutore Deo, cõtinere poſſe ac velle. Item an affectu carnis huc ducantur, vt videlicet in ocio & ſuauiter viuãt, opés ve & honores parent. Admoneãtur quoque, vt bene ſeipſos explorent, excutiantq̃;, ne quũ ad capiendos ordines reuerſi fuerint, ſpiritum ſanctum fraudent.

Eo ipſo etiã tempore ordinandi, teſtimonium vitæ ac conuerſationis ſecũ afferent, vt Vicarij nr̃i in põtificalibus, cùm ex reſponſione, tum vita p̃cedente colligere poſſint, an admittendi videãtur: Et num referat, diligẽtiùs de vitę teſtimonio, ante appetẽs ordinationis tempus, inquirere.

¶Quale teſtimonium afferendum. Cap. 23.

QVi ciuitatem aut oppidum, ſenatus: q̃ verò pagũ aut vicũ incolit, iudicij eius loci literas ſigillatas, q̃ gratìs dabunt, ſecum feret. Quæ ne cuipiam vel per inuidẽtiã, vel aliũ minùs ſyncerũ affectũ denegent, p̃hibemus: Alioquì adferẽs documentũ factæ req̃ſitionis & denegati teſtimonij, nec tũ incuſatus criminis vel defectus, ac idoneus p̃ Vicarios nr̃os in pontificalibus repertus, nihilo ſeciùs admittet. Qui verò nõ in oppidis aut pagis in quibꝰ titulũ nacti ac miniſtraturi ſunt, ſed in longinqua regione moram traxerunt, hi canonicis ſatisfaciant inſtitutis.

¶Die Mercurij proxima ante ſuſceptionem ordinum examinandi, qui initientur ſacris. Cap. 24.

ET vt hæc oĩa eo accuratiùs obſeruẽtur, viſum nobis eſt, vt ordinãdi, maximè ad ſacerdotij gradũ, quod die ſabbatino ex more eccleſiaſtico fieri ſolet, die Mercurij p̃ximè p̃cedente, ad nr̃as ciuitates, vbi Vicarij noſtri in põtificalibus ordines ipſos ſacros impartient, ſeſe conferant, quô duobus de hinc ſequẽtibus diebus, videlicet Iouis & Veneris, quos eiuſcemodi diſquiſitioni peragẽdę deputamus, Vicarijs nr̃is, ipſiſq̃; noſtra authoritate in eo munere adiungẽdis Theologis, ſe reprę̃ſentent, examinationiq̃; eorũ ſubmittãt.

¶Neminem ab examinatione immunẽ eſſe oportere. Cap. 25.

AQua quidem neminẽ excipimus, etſi magiſterij titulum p̃texat, niſi quem publicũ ſit & vitam integrã egiſſe, & ea quæ ordo impertiẽdus req̃rit, facilè callere. Quãobrem nedũ clerici, q̃ ſeculares appellantur, ſed & religioſi, cuiuſlibet etiam profeſſionis fuerint, hanc cenſuram experientur.

¶Cuius admonendi ſint pridiè ordinationis, initiandi ſacris. Cap. 26.

PRidiè ordinationis admonebit vicarius noſter in pontificalibus iterùm oẽs, quô ſeſe quiſq; diſcutiat, ne officio ſe alliget, cui non poſſit ſatisfacere. Néve mẽtiatur ſpiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrat, ſed ore cõfeſſus, ac ſpiritu cõtritꝰ, humiliatusq̃;,

poſt

post perceptam sacrosanctam Eucharistiam, Deo totus deditus accedat.

¶In minoribus ordinibus conferendis, q̃ cura adhibenda. Cap. xxvij.

QVanq̃ qui minores vocantur ordines, tam exactã curam nõ requirãt, suo tñ modo pro gradu & excellentia ordinis, oĩm eorum quæ diximus, ratio habẽda est. Quid eñ indecorũ magìs, q̃ admoueri infantes, q̃ non intelligant q̃d agãt, immò ne capiant q̃dem, quid Clerici nomen, & reliqua minorũ ordinũ vocabula significent? Quid turpius, q̃ quòd penitùs Analphabeti, ac interdũ flagitiosi (qui vt legũ ciuiliũ censuras ac pœnas eludãt, sese impudẽtissimè ingerũt) in maximã ecclesiasticorum ordinis ignominiã, sacris initiantur? Qua de re nemo posthàc ordinibus hisce insignibus est, nisi quẽ & vita cõmendet, & literaturæ ętatisq; sit, p ratiõe suscipiendi ordinis, sufficientis, ac rectæ synceræq; volũtatis. Qui eñ in clerũ allegunt, rem p fitent minimè ridiculam, nẽpe se peculiariter in sorte Domini adscitos, quib⁹ posthàc oĩa terrena sordeãt, ac solus Dñs sors ac pars hæreditatis futurus sit. Cuius quoq;, priusquã ordinentur, diligenter admoneri debent.

Hiero. ad Nep.

¶Ab initiandis nihil exigendum. Cap. 28.

VT autem ecclesiastici ordines summa synceritate, omni quæstus suspicione, omnisq; mali specie quàm lõgissimè submota, conferãtur: nolumus vt ab initiatis quicquam, vel sigilli nomine, à vicarijs nostris in pontificalibus exigatur, sed tantùm scribis earum literarum (quæ * formata appellãtur) vnus albus soluatur. Nam eos sumptus, quos antehàc vicarius noster in diœcesi Coloniẽsi choralium causa facere consueuit, nos deinceps pẽdemus. Non dubitamus interìm Suffraganeos nostros, suis vicarijs in pontificalibus ita prouisuros, ne quis iustam querendi causam inueniat.

¶Literæ dimissoriæ nulli temerè concedendæ. Cap. 29.

PRohibemus quoq;, ne officiales nostri literas dimissorias, quæ vulgò licẽtiatoria ordinandi vocantur, alicui temerè concedant. Illorũ enim prætextu, qui suæ ruditatis & insciti æ sibi conscij sunt, nostrorũ Vicariorum in pontificalibus disquisitionem subterfugiunt, ac aliò demigrant, vbi nullus canonicæ traditionis respectus habetur.

¶Tituli ordinandorum diligenter discutiendi. Cap. 30.

TItuli quoq; ordinandorũ discutiantur. Pleriq; enim inuenti sunt, qui fictis & emendicatis titulis, ad sacerdotij dignitatem euecti, eandẽ turpiter prostituere posteà coacti sunt, vendibiles, quandocunquè dolosi spes refulserit nummi. Quorum numerum, quòd nihil ferè aliud quàm numer⁹ fuit, iminui plurimùm referret. Inter hos siquidẽ est, qui in plateis mendicat infelix clericus, & seruili operi mancipatus, publicam deposcit eleemosynam: qui eo magìs à cunctis despicitur, quòd miser ac desolatus, iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Inter hos est, qui in diuitum ac nobiliũ domibus, scurram aut mimum aut morionem agit, quem ab officio retrahendum, Carthaginense concilium decernit.

Hieron. ad Rustic. diac. 95. dist.

¶Peregrini clerici quomodò admittendi. Cap. 31.

PEregrini clerici, Romę aut alibì ordinati, priusquàm de ordinatiõe sua ritè adepta, deque vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint, ac commẽdatitias, suorum episcoporum, suæque ordinatiõis literas exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos (qui euagandi licentia abutuntur) scandala, animarumque pericula, & in clero & in populo frequenter eueniant, nemo est qui non videat.

Ex Agath. c. 25. de cle. pe. regr. toto titul. 61. 62. 63. dist.

¶Odiosa beneficiorum pluralitas in vna eademque persona. Cap. 32.

ODiosa semper apud veteres fuit pluriũ sacerdotiorum ambitiosa cupiditas, neque semel generalibus Concilijs dãnata. In Chalcedonensi enim inter alia cautũ est, clericum in duabus ecclesijs conscribi nõ oportere, quòd difficile videatur, vt vnus vicem duorum sustineat: & absurdum, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Id verò in primis noxium est, vbi plures parochiæ seu dignitates vni presbytero committuntur, quòd solus per omnes ecclesias, nec officium persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere valeat. Quare tam eos qui de sacerdotijs eiusmodi disponendi potestatem habent, quàm qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt, commonitos volumus, vt suos effect⁹ canonicis institutis submittant. Qui verò dispensatione Apostolica aduersus hæc se tueri velint, hi viderint, vt causam dispensationis obtentæ, Deo comprobent. Neque enim sublimes, atque admodùm literatas personas suo priuilegio nudamus, modò illo rectè & secundùm Deum vtantur.

Ex Chal. Ex Tolet. c. vnio. 10. q. 3. Ex cõc. gen. c. de multa, de prẽben. & digni.

¶Dispensationes inspiciendæ, vt occurratur abusibus. Cap. 33.

QVàm impudenter plerique diplomatìs ac dispensationibus apud sedem Apostolicam extortis, præter summi pontificis mẽtem (qui & vult & debet potestate sibi cõcessa, nõ ad destructionem, sed ad ædificationẽ vti) abutantur, nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) dispensare, sed dissipare. Dispẽsatio quidem credita est, sed hìc iam quęritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Quãquàm apud illos maxima culpæ pars resideat, qui vel nulla, vel minùs legitima, vel etiam ficta causa, supplicatorijs precibus inserta, dispensatio-

2. Cor. 10. Ber. ad Eug. 1. Cor. 4.

sationis tectorium tandèm eliciunt, quos apud Deum, qui renes & corda scrutatur, oñemq; hypocrisim ac fraudem execrat, securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem iam citauimus) de dispensatione Apostolica blandiatur, cuius conscientiam diuina sententia tenet alligatam. Sed quia pauci sunt, in quorum conspectu est Deus, pleriq; verò, qui sacra authoritate pro sua libidine passim abutuntur: fit, vt Lugdunensis concilij, sub Gregorio decimo celebrati, non insalubre decretum, aduersus insolentiam eiusmodi hominum in vsum reuocare cogamur: quo subnixi, cunctis qui talibus diplomatìs sibi blandiuntur, necessitatem imponemus literas suas nobis exhibendi, visuris, num ritè impetrauerint, ac rectè impetratis vtãtur. Et vt quàm maximè robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, vt menti canonis ac summi pontificis satisfiat: videlicet, ne animarum cura in his ecclesijs, personatibus, seu dignitatibus, quas sub hoc prætextu occupãt, negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur.

Psal. 7. Bern. ad Rupert. cog. Ex cõ. Lug. c. ord. de offi. ord. lib. 6.

¶In resignationibus ac permutationibus beneficiorum, quæ cura adhibenda. Cap. 34.

POstremò, quum nobis haud clam sit, in resignationibus permutationibusq; beneficiorum multa ancipitia periuria cõmitti ab his, qui frequenter subitò, ac nõ prẽmeditati, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod eiusdem reatus ac culpę est) iureiurando ante manus impositionem testañ, in huiusmodi resignationibus seu permutationib⁹ nullam simoniæ labem, aut aliam illicitã interueniss e corruptelam, cùm res crebrò longè secùs habeat, per quod illi graue in se Dei iram proculdubiò prouocant. Maiori ergo cura diligentioriq;, quàm antehàc fieri consueuit, perueſtigatione prẽuia, hæc iuramenta recipi conuenit.

¶Præstat paucos esse bonos, quàm multos inutiles sacerdotes. Cap. 35.

Clemens.

ET vt cum diuo Clemẽte hoc caput concludamus, Melius est episcopo paucos habere sacerdotes ac ecclesiæ ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

¶De visitatione vltimo loco dicendum. Cap. 36.

DE visitatione (quæ est altera muneris nostri episcopalis pars) hìc dicendi locus non fuerit importunus. Expedientius tamẽ erit, hanc partem in vltimã harum synodalium institutionum classem reijcere, q̃ illic tractetur commodiùs, maioriq; cum fructu, nimirùm traditis iam atque expositis regulis, ad quas oporteat veluti ad amussim quandam, visitationem redigere, ordiri, atque peragere.

PARS SECVNDA.

¶De officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus Clericorum generatim. Caput primum.

QVi exactè volet cognoscere clericorum officium & vitam, is diuũ Hieronymum ad Nepotianum, ac cæteros patres non minùs eruditione quàm vitæ sanctimonia claros (qui de hac re ex professo iustis voluminibus scripserunt) perlegat. Sat nobis in præsentiarum erit, carptìm quædam delibare, ex quibus Clerici nostri summatìm deprehendant, quàm longè lateque à recta semita declinauerint, subindeq; errones ipsi, tam periculosę digressionis commoniti, pedem in viam mandatorum Domini referant. Quod ab illis pientissimus simul ac iustissimus Deus, quum verbo hactenùs adhortans, parùm p fecerit, innumeris plagis iustissimè immissis commonens, manifestò requirit.

Hier. ad Nepot. 1. Cor. 11.

¶Vndè clerici appellatio deriuata. Caput 2.

NEminem fugit, vndè clerici appellatio deriuata sit: nempe à κλῆρος, quod sortem sonat. Propterea enim (si diuo Hieronymo credimus) Clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus, sors (id est, pars) eorum est. Quia ergo vel ipsi pars Domini sunt, vel Dominum partem habent, tales se exhibere debent, vt & ipsi possideant Dominũ, & possideãtur à Domino, quô cum propheta confidenter dicant: Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidem quòd à sorte Domini laicos secludamus, (oñes enim qui Christo per baptismum & fidem concorporati sumus, populus acquisitiõis eius sumus, de quo propheta dixit: Pars autẽ Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius) sed quòd clerici peculiari quadam ratione ministerio Dei & ecclesię dedicati sint. Oñis quidem multitudo sanctorum erat. attamen Dominus Tribum Leuiticam suo ministerio peculiariter delegit, quam in terra Israel præter primitias, decimas, partesque immolatorum, ac reliqua quæ ipsis peculiariter lex dedicauit, nihil proprium possidere, nec habere partẽ inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hæreditas eius, quam in hoc elegit ex oñibus tribubus, vt stet & ministret nomini eius. Habet euangelium suam Magdalenam, habet & Martham: & secreuit quosdã Christus, quos dedit Apostolos, quosdam aũt p phetas, alios verò Euangelistas, alios aũt Pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Breuiter à condito orbe, & ab ecclesiæ, quæ in Adam cœpit, crepundijs semper videtur ex hominibus assumpti quidam, constituti p hominibus in his quę sunt ad Deum. Semperq; visum est genus humanum à duob⁹ ministris Dei optimè regi, quæ

Psal. 15. Deu. 32. Num. 18. Deu. 18. Luc. 10. 1. Cor. 12. Ephe. 4. Heb. 5. Gela. ponti. ad Anast. Aug.

sunt sacerdotalis authoritas & regia potestas. Quibus quãdiu inter se cõuenît, benè actum est de repub. Dei: quũ secùs, omnia in diuersum repẽte mutata sunt. Ponit ob oculos sermo diuinus pleraq; exempla huc spectantia, perpetuò memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla nõ minùs insignia, non in aures tantùm, sed in oculos ipsos influant? quę nimìs abundè docent, quantum malorum in ecclesiam Dei inuexerit, sacra prophanis miscuisse.

¶Clericum suo officio intentum esse oportere.

Cap. 3.

1. Tim. 5. OMnis mali seminarium, cupiditas semper fuit. Nam dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus: nempe clericus quæ laici, laicus quæ clerici sunt (vt deteriora sileamus) vsurpat: fit vt ecclesię harmonia diutiùs constare non possit. Obtestatur Paulus apostolus Timotheum, quin potiùs cõtestatur simul omnes quotquot erant
2. Tim. 4. Timotheo successuri: Tu, inquiens, vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple.

¶Duplex clericorum ministerium.

Cap. 4.

CLericis, & in primis ecclesiæ presbyteris, duplex ministerium, diuinis & humanis legibus est iniunctum. Alterum, vt in commissum sibi populũ, Deum propicium habere cunctis rationibus enitantur: quod non tantùm sacrificijs solennibus efficitur, sed etiam precibus, quæ à pio corde proficiscuntur, teste Iacobo, qui nos ad precandum
Iac. 5. cohortans: Orate, inquit, pro inuicèm, vt saluemini. Multùm enim valet deprecatio iusti
Matt. 7. assidua. Omnibus quidem dictum est: Petite, & accipietis. His verò, vt semper petant, nec pro semetipsis tantùm, sed & pro tota ecclesia Dei, vt vincat populus, q; sub ipsis est, hostes illos inuisibiles, impugnãtes eos qui volExo 17. Psal. 105. Heb. 5. unt piè viuere in Christo, vt stent sicut Moses, leuatis semper interioribus animi manibus in cælum, in confractione, in conspectu Domini, ad auertendum iram eius, ne disperdat populum suum assiduè precantes: deindè vt offerãt dona ac sacrificia pro peccatis,
Leui. 21. quemadmodùm scriptum est: Quoniam sancti erunt Deo suo, & non polluent nomẽ eius. Incensum enim Domini & panes Dei sui offerent, & ideò sancti erunt. Alterum, vt sint religionis magistri, proindeq; vt in lege Domini meditentur die ac nocte, vt iudicia do-
Psal. 18. mini vera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multùm, dulciora super mel & fauum, totis præcordijs amplectãtur, exquirãt, scrutenturq;. Ex decre. d. Clemen. Idq; non propria præsumptione aut humano sensu, sed spiritusancto dictante, qui absMatt. 11. condit hæc à sapientibus & prudentibus in oculis suis, & reuelat ea paruulis. Vndè scriMal. 2. ptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirũt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Qui in hoc secundo munere præstant, gregi Christi pascendo admouendi sunt: de quibus suo loco dicemus.

¶Biblia à Clericorum manibus nunquàm deponenda.

Cap. 5.

HIc satìs est admonuisse omẽs pariter ecclesiasticis munijs consecratos, ipsos precibus supplicationibusque publicis Deo Hieron. persoluendis mancipari. Quas vt non tãtùm ore murmurent, sed & corde persoluãt, nunquàm à manibus eorum liber Legis (hoc est, Biblia) deponatur. Nam vt quæ legunt & canunt, discant intelligere, tota vita vix sufficerit: si tamen quid est in literis sacris, quod totum humanus intellectus assequi possit, alijs subindè diuitiarũ fonticulis ex eodem fonte semper scaturientibus.

¶De horarijs precibus indiès perlegendis, & reformandis Breuiarijs.

Cap. 6.

VEteris ergo institituti, quo sancitum est, vt Clerici sacris initiati, vel sacerdotijs præsidentes, singulis diebus perlegant horarias preces, quas canonicas appellamus, causæ multæ, & potissimùm eæ, quas iam cõmemorauimus, videri solent. Hìc multo iam extempore, pio (vt spes est) animo desiderauimus repurgari Breuiaria. Nã cùm olim à sanIncõ. Aphri. ctissimis patribus institutum sit, vt solæ scripturę sacræ in ecclesia recitarentur, nescimus qua incuria acciderit, vt in earum locum succesSerint alia, cum his neutiquàm comparanda: Atq; interìm historiæ sanctorum, tam inculrè ac tam negligenti iudicio conscriptæ, vt nec authoritaté habere videantur, nec graUitatem. Deo itaq; authore, deq; consilio Capituli nostri, ac Thæologorum, aliorumq; piorum virorum, reformatiõem Breuiariorum meditabimur.

¶Pro cuiuslibet affectu, non facilè nouandum quid in ecclesiastico officio.

Cap. 7.

SVnt in clero zelum quidé Dei habentes, Rom. 10. sed non secundùm scientiam, qui priuatis quibusdam affectibus ducti, vel testamẽto vel (vt vocant) fundationibus efficiunt, vt noua festa præter ecclesiæ authoritatem, solenniter subindè celebrentur. Quo interìm fit, vt preces horariæ, ac reliqua publicè recepta, pro affectu cuiuslibet facilè nouentur, id quod nobis non satìs probatur. Neque enim errârunt patres, à quorum institutis in dicendis precibus vtinàm tam longè discessum nõ fuisset. Quòd si hîc singulorum affectibꝰ indulgebitur, tandèm antiquus ritus penitùs euanesceT.

¶Quo affectu horarias preces persoluere oportet.

Cap. 8.

Ex cõc. Agathen. cũ presbyter. Ex eodem cõc. gñal. c. dolẽter de celeb Missar. Hiere. 48. Esa. 29. NOn suffecerit autem, preces istas horarias vtcunquè permurmurâsse: sed vt conciliari constitutione cautum est, presbyter ex intimo affectu, eleuataq; mente in solum Deum, nocturnum hoc, diurnumq; suę seruitutis pensum exoluat. Maledictus enim qui facit opus Domini negligenter. Alioquì in precãtes competet: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ lõgè est à me. Quammaximè verò orantem cauere oportebit, ne aliò respiciat quàm ad DEVM. Quòd si externæ gloriæ aucupãdæ, aut lucri grã, deniq; potiùs ex more quàm mente orare instituat, pars eius inter hypocritas reputabitur, de qbus Dominus in euangelio pronunciauit, q; ament in synagogis & in angulis platearum
Matt. 6. stantes orare, vt videantur ab hominibus, p; indeque mercedem suam receperint. Et alibì ipsis interminans: Vę (inquit) vobis Scribæ
Matt. 23. & Pharisæi hypocritę, qui comeditis domos viduarum, oratione longa orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Alibì quidé
Luc. 8. Dominus ait, oportere semper orare, ac nunquàm deficere: sed alia prorsus ratiõe, quàm precabantur Pharisæi: nempe secũdùm diui Pauli sententiam, qui diuini numinis clemẽtiam sibi conciliare volet orando, oculis in1. Cor. 14. terioribus in cælum semper intentis orabit spiritu, orabit pariter & mente: psallet spiri1. Reg. 1. tu, psallet & mente. quemadmodùm de Anna Samuelis matre legimus, quòd multiplicans preces, coram Domino loquebatur in corde suo. tantumq; labia illius mouebãtur, & vox penitùs non audiebatur. Effudit enim auiPsal. 49. mam suam in conspectu Domini. Deniquè curandum est, vt pœnitenti animo ac corde contrito, humiliatoque, gratiæ Deo dicantur, ac psallatur. Vt enim diuinus Psaltes ait, Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? & ea quæ sequuntur. Vtque oculi inter orandum ab omni vanitate auertantur.

¶Summa deuotione Missæ sacrum celebrari oportere.

Cap. 9.

IAm si tanto mentis ardore quælibet preces dicendæ sunt, quanta putamus deuotione sacrosanctum Missæ ministerium, in quo Corporis & sanguinis Dominici sacramenta tractantur, conficiunturq;, peragendum est? Certè grauiter dolemus atque animo inhorrescimus, vbi videmus passim tãtis mysterijs indignos, ac conductitios illos ac indignos sacerdotes, publicis etiã ac manifestis criminibꝰ cõtaminatos, sese (idq; irreuerẽter, & interdũ magìs lucelli ac stipis, q; Dei causa) sacris ingerere, quorũ instat interitus,
1. Cor. 11. & perditio nõ dormitat. Probet (inquit Paulus) seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, nõ dijudicãs corpus Domini. Atq; ideo (vt subdit) inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Nam si nosipsos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur.

¶Arguuntur, qui polluta mente ad altare Domini accedunt.

Cap. 10.

TErret, nec immeritò, nos sermo Dominicus, qui vetat nos sanctum dare cani- Matt. 7. bus, & margaritas nostras proijcere ante porcos, quũ quosdam leuiculos sacerdotes illotis manibus pedibusq; (vt in prouerbio est) audaciùs in hæc sacratissima mysteria, quàm in prophana, irrumpere cõperimus. Quales sunt, qui humano affectu tãtùm, & potiùs ex more, quàm deuotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta est & mens & conscientia, quos meritò horrendum Euangelij exemplum (quod Ioannis 13. legimus in hæc verba: Et postquàm accepisset buccellam, introiuit in eum satanas. & cætera quę sequuntur) ad meliorem vitæ frugem, altioremque tanti mysterij contemplationem reuocaret.

¶Reuidenda Missalia ac Breuiaria.

Cap. 11.

PEculiaria Missarum argumenta, recèns præter veterum institutionem inuenta, etiam patribus displicuerunt, quòd tantum mysterium pro affectu cuiuslibet tractari nõ deceat. Prosas indoctas nuperiùs Missalibus cæco quodam iudicio inuectas, prętermittere per nos liceret. Videbimur ergo operępreciũm facturi, si Missalia perindè atquè Breuiaria peruideri curemus, vt amputatis tantùm superfluis, & quæ superstitiosiùs inuecta videri possint, ea tantùm, quæ dignitati ecclesiæ & priscis institutis consentanea fuerint, relinquantur.

¶Quæ omitti aut decurtari vel organorum vel cantorum concentu haud debeant.

Cap. 12.

IAm & illud non rectè fit in quibusdam ecclesijs, vt ob cãtorum & organorum concentum, omittantur aut decurtentur ea quæ sunt præcipua. Cuius generis sunt, recitatio verborum propheticorum aut Apostolicorum, quam epistolam vocamus, Symbolum fidei, præfatio, quæ & gratiarum actio, atque precatio Dominica. Quamobrẽ hæc tota distinctissimè ac intelligibiliter, vtì cætera oía (si tamen non leuis decurtandi causa subsit) decantentur. Sit quoque cantus quo presbytero respondetur, æqualis, nec præcipitatus.

¶Quemadmodùm Missa legenda.

Cap. 13.

QVi legit Missam, cum reuerenda modestia, clarè, distinctè, & exertè legat omnia vsq; ad canonẽ. vt q; audiendi sacri causa adstat, quod legitur, intelligat, atq; ad pietatem excitetur.

Quid post eleuationem Eucharistiæ agendum.

Cap. 14.

POst eleuationem consecrati corporis ac sanguinis Dominici, in nõnullis templis canunt Antiphonas pro pace, aut contra pestilentiam & mortalitatem, cùm potiùs tum videretur silendum, & ab omni populo mortis Dominicæ commemoratio habenda, ꝓstratisq; humi corporibus, animis in cælum erectis, gratiæ agendæ Christo redemptori, qui nos sanguine suo lauit, morteq; redemit. Cantiones verò illæ cõtra mortalitatem seu cladem, aut pro pace, satiùs post finitam Missam canantur. Quæ vt ad Deum dirigantur, excerptæ ex canonica scriptura plùs placuerint, quales sunt ANTIPHONÆ, MEDIA VITA: AC, DA PACEM DOMINE, & similes. Sic tamen, vt illis etiam quæ gloriosæ virgini matri dicatæ sunt, suus honos ac locus seruetur.

Ephe.5.

Organorum melodia quemadmodùm temperanda.

Cap. 15.

ORganorum melodia in templis sic adhibebitur, ne lasciuiã magìs, quàm deuotionem excitet: néve prꝛter hymnos diuinos ac cantica spiritualia, quicquam resonet ac repræsentet.

Singulis Dominicis diebus, quæ ipsis peculiaria sunt officia, dicenda.

Cap. 16.

De cõs. dist. 3. Sabbato c. 2. de ferijs.

MOs inoleuit non admodũ improbandus, vt diebus Dñicis, toto fermè anno officium Missæ vel de sacrosancta Trinitate, vel de Spiritu sancto dicatur. Nobis satius videtur, vt q̃ prisca ecclesia singulis Dominicis peculiaria fecit, obseruent. Quòd si illorum loco alia vsurpanda erũt, videbitur, quod de resurrectiõe Domini est, diei Dominico magìs conuenire, quòd dies illa potissimùm resurrectioni dedicata sit. Neq; ignoramus, nõ absq; causa in Cõcilio Triburien̄ constitutũ, ne propter missas peculiares, missa, quam de feria vocamus, prætermittatur.

Ex cõc. Tribur. c. 1. de celeb. Miss.

Confessio, Missæ præambulum, deuotè recitanda.

Cap. 17.

COnfessio illa, Missæ præambulum, deuotè cum ministris vno aut pluribꝰ vicissim confitentibus, ac sacerdotis absolutionẽ in verbo Christi, plena pœnitẽtis cordis erga Deꝰ pietatẽ fiducia, recipientibꝰ recitanda. Ad omnes enim sacro adstantes ea absolutio refertur, vt dignè tantis mysterijs valeant interesse. Quamobrem dum hęc fiunt, nõ sit minister accẽdendis luminaribus, aut alijs mentem auocantibus (quę priùs facta oportuit) intentus.

Cur sacerdos in altari ministrum habeat.

Cap. 18.

Ex cõc. Tolet. c. 11. c. vt illud, de cõsec. dist. 1.

NEc sine magna ratione in Cõcilio Toletão cõstitutum fuit, vt habeat quisque canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem, vbi temporis, loci, siue cleri copia suffragatur: idq; ꝓpter morbos & casus diuersos qui occurrere possunt, quo is qui impleturus officia accedit, si aliquo casu turbatus, vel in terram elisus fuerit, à tergo semper habeat, qui eiꝰ vicẽ & officiũ intrepidus exequatur. Alijs insuper canonibus cauetur, ne presbyter nisi duobus testibus præsentibus, celebret. Quæ decreta in quam dissuetudinẽ abierint, in aperto est, nimirùm presbyteris frequẽter celebrantibꝰ talibus tãtùm adhibitis, qui vix ipsi respondere, nec quid agatur, sciant.

De cõs. dist. 1. hoc quoq;

Omnis cultus diuinus summa cum veneratione peragendus.

Cap. 19.

Ex cõc. Lugd. sub Greg. x.

IN summa cultus diuinus, quem sacerdos in DOMO Dei exhibet, debita cum veneratione peragendus est, vt & Deo gratus sit, & inspicientibus placitus, q̃ considerantes non solùm instruat, sed & reficiat. Monet siquidẽ diuinissimus Paulus, vt omia nostra ordinatè ac honestè fiant: ac acerrimè increpat Corinthios, quòd irreuerenter conuenirent in vnum ad cœnam Domini manducandam.

1. Cor. 14.

1. Cor. 11.

De vita ac moribus Clericorum.

Cap. 20.

NVnc de vita ac moribus paucis videamus. De vita instituenda sic præcepit Paulus nedum clericis, sed omnibꝰ Christianis: Mortificate, inquiẽs, membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quę est simulacrorum seruitus, ꝓpter quę venit ira Dei in filios diffidẽtię. Nũc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam de ore vestro, expoliãtes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundùm imaginem eius qui creauit illum, qui est omnia & in omnibus CHRISTVS. Induite verò vos sicut electi DEI, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Super omnia autem hæc charitatẽ habete, quod est vinculũ perfectionis, & grati estote. Verbum CHRISTI habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes & commonẽtes vosmetipsos in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris DEO. Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, gratias agentes DEO & patri per ipsum. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timẽtes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Sermo vester semper in gratia sale sit conditꝰ, vt sciatis quomodò oporteat vos vnicuique respondere. Omnis autem sermo malꝰ, ex ore vestro non procedat: sed si quis bonꝰ, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum

Col.

Col. 4.

Ephe. 5.

Philip. 4. ctum Dei. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Decæterò, quæcũque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunq; amabilia, quęcunque bonæ famæ, si qua virtꝰ, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate, & Deus pacis erit vobiscum.

Ob quam causam Clerici malè audiant, ac puniantur.

Cap. 21.

Gal. vlt.

Esa. 5.

Eze. 16.

OLim Clericis hæc apostolica præcepta tenentibus, pax super illos erat: quomodò ergo non tantùm vinea, sed & vineæ cultores facti sunt in direptionem? Eccè (inquit Ezechiel, ad Hierusalem verba faciens) hæc fuit iniqtas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & ocium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerunt abominatiões coram me, & abstuli eas, sicut vidisti.

Præcipuæ causæ omnis mali, tres.

Cap. 22.

PRæcipuæ ergo causæ omis mali, sunt fastus, luxus, & auaritia, à quibus Clerici potissimùm malè audiunt.

Ambitionem ac fastum clericali officio maximè repugnare.

Cap. 23.

Matt. 18.

Luc. 22.

VT omnem ambitionis radicem Christus discipulorum cordibus eximeret, paruulũ in medio illorũ statuit, deq; primatu certare ꝓhibuit: Qui maior (inqt) est in vobis, fiat sicut iunior: & q̃ ꝓcessor est, sicut ministrator. Nam qs maior est, q recũbit, an qui ministrat? Nónne q recũbit? Quis verò ignorat clericum in medio ecclesiæ esse tanquàm eum qui ministrat? Quare meminerimus potiùs officij nostri q̃ dignitatis. Neq; enim ad dominationem vocati sumus, sed ad opus. Non immeritò Hieronymus, vt pestẽ quandam, fugiendos clericos ait, qui à speluncis domorum paternarũ abstracti, & pòst in ecclesia sublimati, ac sacerdotijs ditati, vanæ gloriæ & superbiæ stimulis efferuntur.

Hieron.

Omnis luxus clerico interdictus.

Cap. 24.

Hieron. in Mich. c. 2.

Matth. 8. b 13. 22, 24, 25.

BEatus Hieronymus ecclesiæ præfectos, qui luxu ac delicijs affluunt, Michęam describere asserit, quòd eijciendi sint de spatiosis domibus, lautisque cõuiuijs, & multo labore conquisitis epulis, in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Viuere quidem de altario sacerdoti licet, luxuriari non permittitur. A crapula itaque & ebrietate, à cõpotationibus illis ad hausꝰ æquales, à luxu, ab alea, ab immoderatis sumptibꝰ & comessationibus, Concilium generale clericos reuocat vniuersos, sequutũ veteris testamenti institutum, quo ministris templi vinum & sicera prohibebatur, ne ebrietate grauarentur corda eorũ, & vt sensus eorum semper vigeret & esset tenuis. Et Apostolus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto. Et iterùm: Non in comessationibus & ebrietatibus, & quæ sequuntur. Atque alibi Salomõ: Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiens.

Ephe. 5.

Rom. 13.

Pro. 20.

Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, nisi necessitatis causa, intrare. Cap. 25.

Ex cõ. Agath. Laodic. Carth. vlt.

OLim tanta honestas desiderabatur in clero, vt ne nuptialibus quidem cõuijs ipsis interesse liceret, nec immiscери spectaculis ac cœtibus, vbi amatoria cantantur, aut obscœni motꝰ corporis, choreis & saltationibus efferuntur: ne auditus & intuitus sacris mysterijs deputatus, turpiũ spectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid, si videret ecclesia illa prisca Clericos nostri temporis tabernarios, tabernisq; (quasi domos non haberent) noctu diuq; alligatos? quàm execraretur facinus? Posthàc ergo, non solùm nullus ex clero sordidissimum cauponem aut tabernariũ agat, sed ne ad tabernas q̃dem, nisi necessitatis causa, diuertat: alioquì pœnę canonicę imminent ei, qui ordini suo hanc ignominiosam notã inurere tentauerit.

Ex cõc. Vienneñ.

Habitus seu exterioris corporis cultus modestia, à clericis exigitur.

Cap. 26.

1. Tim. 2.

BEatissimus Paulus habitus modestiam & in mulieribus desiderat, quem vult verecundũ esse, nõ in tortis crinibꝰ aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Itidẽm apostolus Petrus eas cõmendat, quarum non sit extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectũ Dei locuples. Quàm turpis ergo putanda est in clericis tanto gradu sublimioribus, deformissima illa ac frequentissima nostræ tempestatis habituum variatio, quam ne inferiori q̃dem vasculo Apostolorum principes permittendam duxerũt? Ex veste apud homines sanctimoniæ opinionem aucupari, ꝓhibuit Christus, q̃ in oĩbus opibus nostris, id quod intùs est, primũ respicit, mundariq; iubet: deinde quod deforis est, Væ illud horrendũ Pharisæis hypocritis interminãs, q̃ vt viderẽtur ab hoĩbus iusti, dilatabãt phylacteria sua, & magnificabant fimbrias, cùm essent intùs pleni rapina & immunditia. Interìm tamen euangelium non temerè vestimentum Ioãnis Baptistę, quod illius ꝓfessioni ac menti respondebat, de pilis camelorũ cõtextum celebrat, ac ipse Christus vestium mollitiem ac lenitatem auersatur: Eccè, inquiens, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Quę oĩa huc spectant, vt velimus clericos præter indictam tõsuram, vestes quoque suo ordini cõ-

1. Pet. 3.

Matt. 23.

Matth. 3.

Matt. 11.

gruentes deferre, quemadmodùm olim generali concilio cautum est. Pudet siquidem nos, cùm videmus prodire clericos, perindè atq; seculi milites amictos, vel qui sint vt fœmina compti. Itidèm pannosi clerici ac vestibus laceri displicẽt. Neq; enim affectatæ sordes aut exquisitæ deliciæ laudem pariunt.

Ex cõc. gñali. c. Cler. de vita & hon. cler. Hiero.

¶Mali exempli est, sacerdotem se venditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ.

Cap. 27.

MAgna eorum leuitas est, in magnã cleri ignominiam redundans, qui se laicis atque adeò delicatis fœminis, ventris causa in capellanos (vt appellant) atq; anteambulones venditant. Qui enim debebant esse gregis duces, redigunt in caudã, & sordidissimis q̃busq; negocijs alligãtur. Proh nefas.

Hieron.

¶Suspecta mulierum cohabitatio, clericis interdicta.

Cap. 28.

NIceno Concilio neque Episcopo, neq; presbytero, neque diacono, neq; vlli clericorum oñium habere secum mulierem extraneam permittitur, nisi fortè mater, aut soror, aut auia, vel amita, vel matertera sit. Nos (si tamen hæc tempora tantam seueritatem pati non videntur) saltem suspectam cohabitationem prohibemus.

Ex cõcil. Niceno. Ex concil. Mogunt.

¶Auaritia in clero execrabilis.

Cap. 29.

EX quo in ecclesia Dei auaritia creuit, pijt lex de sacerdote, & visio de ꝓpheta, quemadmodùm diuus Hieronymus ad Rusticum Narboneñ ait. Nec mirum, quòd nemo possit seruire Deo & mammonæ: aut eñ vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vbi est eñ thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, quisq; secundùm suæ vocationis rationem, his contenti sumus.

Exe. 7. Hieron. ad Rust. Matt. 6. 1. Tim. 6. Ex cõc. Cartha. c. cler. vict. 91. dist.

¶Honesto artificiolo victum quærere clerico licet.

Cap. 30.

QVibus nõ suppetit ex sacerdotio, honesto artificiolo vibum quærant, sequuti diui Pauli exemplum: Sic tamẽ, ne sordidam aliquam artem, sacerdotio ignominiosam, exerceant.

Act. 18. Ephe. 4. 1. Cor. 4. 2. Tim. 2.

¶Clerici ne mercatores sint, multo minùs fœneratores.

Cap. 31.

NEmo militans Deo, implicet se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Quare multa prouidentia olim vetitũ est, ne clerici vel monachi, mercatores (tacemus fœneratores) sint lucri causa.

Ex cõc Mogunt. c. 1. ne cle. vel mo. c. so. eo. tit.

¶Damnantur clerici superstitiosi, scurræ, curiosi, ac leuiculi.

Cap. 32.

REperiuntur qui superstitioni, diuinationibusq; ac sortib⁹ dediti sunt, quos damnamus. Sunt qui scurras in conuiuijs diuitum ac potentũ agũt, qui quum malefecerint, gloriantur & exultãt in rebus pessimis: q̃ digni non sunt, vt clerici appellentur. Sunt curiosi & leuiculi, qui in foris, in compitis, in plateis, in vicis ambulant, vagis oculis, effreni lingua, petulante fluidoq́ue incessu, & leuitatem animi, impudentiamq́ue mentis ostendũt: quos auersamur. Eos verò tantùm & re & nomine clericos reputamus, q̃ legem Dei die noctuq́ue meditantur, munus susceptum debitè exequuntur, ac vitam agunt sacerdotio dignam.

In cõ. Agat. 7. c. quã sit graue. de excess. præ. 23. di. c. his.

PARS TERTIA.

¶De metropolitanis, cathedralibus, & collegiatis ecclesijs, & in his ministrantibus.

Caput primum.

QVVM metropolitana seu cathedralis Ecclesia sedes sit epi, principemq́; locũ in clero obtineat, nequaquã postremũ in reformatiõe locum obtinere debet. Nisi enim ea ecclesia præluceat omnibus, quæ in tota prouincia aut diœcesi cõstitutæ sunt, frustrà intendimus redigere in ordinem ecclesiasticæ disciplinæ cæteras.

¶De officio decanorum.

Cap. 2.

PORrò quum collegiatæ ecclesiæ secũdariæ sunt post cathedrales, & instar illarũ (quòd ad ordines ministrãtium, diuinumq́; cultum attinet) constitutæ, vtrobiquè Decanis curæ erit, vt clericos suos ad obseruationem piorum rituum prouocẽt ac reducãt, vt ad agẽdam vitam clericis dignam perpetuò cohortentur ac impellant, vt à negocijs, à tumultibus mũdanis reuocent, ne magis seculi, quàm Christi milites videantur, vt comessationibus, ebrietatibus, ac omni luxui interdicant, deniquè vt suo officio satisfacere cõpellant.

¶De officijs in eiusmodi ecclesijs ministrantium generatim.

Cap. 3.

SVnt in hisce ecclesijs diuersi ministrantium gradus: nẽpe Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Cãtores, qui & Chori episcopi, Thesaurarij, q̃ & Sacristę seu Custodes, Canonici, Vicarij, atque id genus alij. Interpretetur quisque vocabulum suum, & curet esse quod dicitur, secũdùm veterem patrum institutionem ac regulam. Atque eo solo fecerint, vt quum nostrę, tum omnium piorum expectationi magna ex parte respondisse videantur.

De canonicorum vita & officio.

Cap. 4.

VT de canonicis dicam⁹ paucis, respõdeat eorum vita titulo, respondeat nomini: sint re ipsa, vt sunt nomine, Canonici, id est, regulares. Neq; enim clàm est, primam eorum originem mònasticæ disciplinæ fuisse. Imitentur Apostolos & nascentis ecclesiæ ministros, quorum erat cor vnum & anima vna, qui quotidiè (vt in actis Apostolicis legimus) perdurãtes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, perseuerantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu Psaltes dixit: Eccè q̃ bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Qui & compellẽs ac prouocans eiusce modi conuentum, ait: Eccè nunc benedicite Dominum, omnes serui Domini, qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Porrò ecclesiæ istæ collegiatæ quandam vetustatem spirant, & ecclesiæ primitiuæ institutum præ se ferunt, quòd vel forma ædificiorum ostendit, q̃ Canonicos prope templum, in vnum penè habitaculum collocauit, vt procul à promiscua multitudine separati, diuinis pariter laudib⁹ iugiter insisterẽt.

Act. 4. Act. 2. Psal. 133. Ibidèm.

¶Quemadmodùm preces horarię, aliæq́; diuinæ laudes, decantandæ. Cap. 5.

STatis ergo ac debitis horis laudes diuinæ, non cursim ac festinãter, sed tractim: non truncatè, sed integrè, distinctè, deuotè, reuerenterq́; ab omnibus decantentur, persoluanturq́;. Et quum psallendi gratia cõueniatur ibidẽ, muta aut clausa labia nemo tenuerit: sed omnes pariter, senes cum iunioribus, laudent nomen Domini in psalmis, hymnis & canticis, Deo alacriter modulãtes: sic tamen, ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cùm publicè vel preces horariæ, vel Missæ sacrum cãtando peraguntur, legat vel dicat priuatim officiũ: nam is id quo obnoxi⁹ est, choro subtrahit, atq; alios vel psallentes perturbat, vel à psallendo retrahit. Quem tamen aliud officium ecclesiasticum, aut publicum aliò statìm rapiet, vt nisi legẽs preces horarias, tempestiuè absoluere haud possit, hac lege teneri nolumus. Quàm autẽ à vero aberrant, qui existimant sese non alicuius officij in ecclesia exercendi, sed quietis & inertiæ tantùm causa canonicatus esse adeptos: perindè atquè satìs sit, paucis q̃busdam clericis admodùm ignaris, tenui precio conductis, curam diuini officij committi, quod deindè eiusce modi mercenarij, nõ seruatis temporũ interstitijs, syncopando trãscurrunt, interìm ipsis canonicis tota vita torpentibus?

Ex cõcil. Agat. in c. presbyter. c. dolentes. de cel. miss.

¶Inter sacra nihil ne cogitandum quidem, quod Dei aut ecclesiæ oculos offendat.

Cap. 6.

LOngè verò abominabile est, quòd quidam tum, cùm diuina aguntur, inter se de rebus prophanis tractãt, mussitationes, colloquia, risus & cachinnos intermiscent. Quidam aut in aliquem chori angulũ se recipientes, de nugis, ne quid grauiùs dicamus, commentantur: aut foris per templum magno cum populi offendiculo deambulantes, oculos pariter & aures ad vanitatem conuertunt, atque sacra loca fœdant, positi in lapidem offensionis & petram scandali. Hac lege nullum excipimus, siue claris sit natalibus prognatus, siue plebeius. Quin potiùs, qui genere præstant, meminerint se illic canonicos agere, & conuersari non in aulis, sed in scholis virtutum ac ecclesiasticæ disciplinæ.

¶Decani templi summi potestas in præuaricatores.

Cap. 7.

FAcimus quoque decano ecclesiæ nostrę potestatẽ, personas ecclesiasticas ex alijs collegiatis ecclesijs, interdùm magis curiositate rerum nouarum, quàm deuotionis causa ad templum summum se recipiẽtes, ac inibì, præter omne decorum, sæpè etiam ecclesiastico habitu non amictas, inter laicos sursum ac deorsum inambulantes, pœna canonica, nimirùm suspensionis temporariæ, aut maiori etiam pro ratione culpæ coercendi.

¶Quem oporteat esse vestitum ministrantium in hisce ecclesijs.

Cap. 8.

DE vestitu clericorum antè diximus, qui in his tanto debet esse decentior, quo sunt altiori loco, perindeq́; atquè in speculo quodam cõstituti. Sit ergo chorum ingredientib⁹ vestis talaris, sint pilei, (quę bireta vocamus) sint camisię, sint deniq; calcei pariter & caligæ tales, in quibus nõ fastus, iactantia, elationis vitium, vel mentis leuitas, sed clericalis ordinis honestas & modestia deprehendatur. Siquidem ita semper visum est maioribus nostris, externum habitũ, quid intùs crepet, designare: adeò vt & leges ciuiles iniuriam matronæ, habitu meretricio vtenti, illatam, non vindicẽt: ac canones clericum non alligatum cõiugio, habitum ac tonsurã clericales deserẽtem, post tertiam monitionem: clericum verò cõiugatum, statìm priuilegio exuant clericali: adeò, vt sic in maleficijs deprehensi, animaduersionem ciuilium magistratuum nõ euadant. Ne autẽ posthàc quispiam excusationem non factæ aut præuiæ monitiõis prętexat, hac nostra synodali constitutione omnes (quotquot sunt in nostris diœcesibus constituti) clericos, q̃ habitu minùs decenti vtuntur, monemus, vt intra tres mẽses, quorum singulos pro singulis dilationibus, tertium verò vti peremptorium terminũ præfigimus, habitum qui clericos deceat, reassumant: Alioquì ipso facto, nulla posthàc alia monitione expectanda, in censuras ac pœnas constitutionum canonicarũ incursuri.

Agat. 20. Hono. 3. c. ex parte de priu. & excess priuil.

¶Decani vndiquaquè aduigilabunt.

Cap. 9.

QVo ergo hæc quæ diximus, repurgentur, ac debitè simul cum omnibus alijs

ad diuini officij profecutionem ac chori disciplinam ſpectantibus obſeruentur, Decanus diligenter inuigilabit, hinc & hinc circunſpiciens, ne quid inordinatè fiat.

Ante omnia verò, vt canonici ſacris adſint. Cap. 10.

CVi ante omnia curæ erit, ne quis canonicorum ſacris abſit, ſed vt qui emolumentum ferre volent, officium quoq; ſuum, propter quod beneficium datur, in eccleſia gerant. Aurelianeñ Concilio cauetur, clericos qui officio adeſſe cõtemnunt, eccleſiaſticam diſciplinam arbitrio epiſcopi receptu-
Aurel.25. ros. Sed facilè caſtigabit hic lapſus, ſi negligẽtes, ſubtractione prouẽtuum ſeu diſtributionum mulctentur. Quare qui ab epiſtolæ lectiõe, exinde toti Miſſę, & à primo pſalmo, ſingulis horis canonicis integris ac minimè interpellatìm (niſi forſan neceſſitate auocante, petitaq; ac obtenta licentia, non interfuerit, iuſtum eſt, vt hic illius horæ aut officij ſtipendio in totum careat.

¶Vicarij, vt diuinis laudibus decantandis interſint, adigendi. Cap. 11.

QVi vicarij dicũtur, in quibuſdam collegijs ſe in libertatem quandam potiùs carnis, quàm ſpiritus vẽdicare cõtendunt, nolentes choro, decantandisq; ſimul cum canonicis diuinis laudibus ac ſacris eſſe addicti: ſed hi reſipiſcant, ac incipiant intelligere cur Vicarij dicantur. Superpelliceis quoque vtantur. Cuius enim vices gerent, niſi canonicis adiutores accedant? Horum nimirùm vice, qui vel aduerſa valetudine detenti, vel negocijs neceſſarijs auocati, intereſſe non poſſunt. Cur tandèm ſuperpelliceis vtentur, qui chori ſacris ſe mancipatos nõ agnoſcũt? In ordinem ergo diſciplinæ redigantur, ſuſpenſionisq; pœna, etiam à fructibus, nedum quotidianis illis quæ diſtribuũtur, ſed à groſſis etiam, pro culpæ modo animaduertendũ in non parentes.

¶Ad perſonalem reſidentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum eſt impoſita. Cap. 12.

QVorum fundationes perſonalem reſidentiam requirunt, illi aut ipſi reſideant, aut à prouentuum perceptione ſuſpendantur, & fructus illi in alios pios vſus conuertantur, niſi qui reipubl. cauſa ex authoritate noſtra abfuerint.

Lucri tantùm cauſa ſacris adeſſe non oportere. Cap. 13.

VTinàm optando à Deo Opt. Max. cõſequi poſſimus, ne quiſquã lucri cauſa diuinis intereſſet, alioquì non acceſſurus ſacra, veluti quem nummi magìs, quàm Dei amor in templum trahit, quæſtum pietatem eſſe putans: qui, non dubium, ex numero eo-
Eſa.1. rum eſt, de quibus Eſaias dixit: Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Nec multùm is abeſt (vtì pleriſque doctiſſimis viris placuit) ab horrendo crimine Giezi, qui 4.Reg.5.
exiſtimauit diuinum munus pecunia redimẽdum. Quare viderint clerici noſtri, vt eorum mens & intentio tota in Deum referatur, vt cum Dauid confiteãtur Deo in directione cordis, ac in labijs ſuis pronunciantes omnia iudicia oris eius. In via etiam teſtimoniorum Domini delectentur ſicut in omnibus diuitijs. Optandum, vt pſalmus ille cen- Pſal.118.
teſimus decimuſoctauus, qui totiès non ſine cauſa in eccleſijs replicatur, o re ſimul & correſpondente ſingulis verbis mente decantetur. Et cum eodem Pſalte ex animo dicatur: Pſal. 53.
Voluntariè ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt. Non adimit Chriſtus, ſed decernit operanti ſuam mercedem: Dignus eſt enim operarius mer- 1.Cor.9.
cede ſua. Et: Qui altario deſeruit, de altario 1. Tim.3.
& viuet. Sed interìm cogitare debet clericus, ſe viuere non vt edat, ſed edere vt Chriſto viuat, habereq; ſemper menti reconditũ Chriſti verbum: Primùm quærite regnum Dei, & Matth.6.
hæc omnia adijcientur vobis.

Capitula diſciplinæ qualiter obſeruanda. Cap. 14.

CApitula verò diſciplinæ (quæ vocant) multõ maiori diligentia obſeruentur, atq; hactenùs. Id ita fiet, ſi nõ tam prophanę, quàm res ſacræ in his tractentur. Si de moribus inquiratur, ſi vita expendatur ſingulorũ: & quod olim ſancti patres feciſſe dignoſcuntur, extemporali oratione interdùm cõmonerentur fratres. Et in primis ad ſacras literas capeſſendas inſtigarentur, atq; vt in his optimas horas collocarent, incitarentur, q hìc reperiatur fons vitæ ſcaturiens, ex quo q Ioan. 4.
haurit, non ſitit in æternum. Hic theſaurus euangelicus, propter quem oportet vendere vniuerſa, reconditus ſit, ex quo prudens ille paterfamiliâs profert noua & vetera. Matth.13.

Officium Decani in rebelles. Cap. 15.

SI quos Decanus rebelles cernat, ſi diuini Ex concil. Agat.ca.2.
cultus atq; ſui officij negligentiores, ſi rixoſos, ſi litigioſos, ſi percuſſores, ſi aleatores, ſi ſcorta fouentes, aut alijs publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire recuſauerint, agat in his capitulis
quod iubet Paulus: Peccantes coram omni- 1. Tim.5.
bus argue: Tum ſi reſipiſcere nolint, arceat à ſacris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem reuertantur, ſic tamen, vt hìc ſeruetur regula apoſtolica: Cor- 1.Theſſ.5.
ripite inquietos, conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes, & neq; ira, neque odium, neq; rancor vllas ſibi partes vẽdicet. Nam illa prępoſitorũ ſolicitudo eſt vtilis, illa Innocent.
cautęla eſt laudabilis, in qua totũ ratio agit, Pap.2. Gre-
& furor nihil ſibi vendicat. Ira enim ſæpè eti gor.ad mau.
am innocentes ad crimen inducit. Dum Imp.c. illa
enim iuſto ampliùs iraſcimur, & volumus 11.q.3.
aliena

aliena coercere peccata, grauiora committimus. Per hæc tñ noſtris, ac eccleſiarum prouinciæ noſtræ priuilegijs ac legitimis conſuetudinibus, & præſertim mori ac conſuetudini qui in aliquibus eccleſijs eſt, (nẽpe vt cauſæ diſciplinæ per Diaconos dijudicentur) nihil præiudicamus: modò tamen Diaconi, ad requiſitionem Decani, ſuo officio gnauiter ac ſtrenuè incumbant ac ſatisfaciant. Quòd ſi Decanus & Capitulum, negligẽtes, aut eiſdem criminibꝰ irretiti fuerint, ad iuris communis diſpoſitionem redire neceſſe erit.

Contentioſi, ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi. Cap. 16.

INuidię detractionisq; vitium longè omium peſtilentiſſimum, in collegijs non eſt nouũ, quod humani generis hoſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt, quẽadmodùm
Gen. 4. de Abel & Cain, de Ioſeph & fratribꝰ eius legi-
Gen.37. mus. Quin parùm aberat ab omnium ſanctiſſimo illo collegio, nempe apoſtolico, niſi pacificator Chriſtus Ieſus interceſſiſſet, ac
Ioan.13. ſatanam repentè eiecciſſet. Hinc ſæpenumerò in clero rixæ, iurgia, & iniuriæ naſcuntur. Hinc multæ falſæ criminationes, æmulationes, obtrectationes & delationes oriuntur. Et fit lingua, ordinata in laudem Dei, inquietum malum, plena veneno mortifero. Fit deniquè, vt in ea qua benedicimus Deum & patrem, in ipſa maledicantur homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt, atq; ex eodẽ ore procedat benedictio & ma-
Iac.3. ledictio. Non oportet, inquit diuus Iacobus, fratres mei, hæc ita fieri: ſed qui ſapientes & diſciplinati inter vos, oſtendant ex bona cõuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Nam ſi zelum amarum habetis, & cõtentiones ſint in cordibus veſtris, no lite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non enim eſt iſta ſapientia deſurſum deſcẽdens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cõtentio eſt, ibì inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidẽ pudica eſt, deindè pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis cõſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus enim iuſtitiæ, in pace ſeminatur facientibus pacem. Proindè ſi quis putat ſe religioſum eſſe, nõ refrenans linguã ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Hæc ille.

Pœna aduerſus contentioſos pertinaces. Cap. 17.

Ex concil. Agat.ca.31.
AGathenſi concilio conſtitutum eſt, vt quicunque odio aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari nequiuerint, primitùs arguantur. Qui ſi inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, vbi viderit intercedere inter fratres diſſenſiõis mate-
riam, quæ fraternam dirimat charitatẽ, huius Canonis authoritate vtatur: ac p pace ſarcienda conſeruandaq;, Capituli ſui conſilium atque auxilium imploret, quod inuicèm libenter præſtabunt, cuiuſcunque odio vel amore longè poſtpoſito.

Quo tempore Capitulorum quotidianorum conuentus obſeruandi. Cap. 18.

QVotidiani Capitulorum conuentus, aut matutiùs ſub ſummam miſſam, aut ſtatìm poſt illam ſeruãdi ſunt, ne ob illos diuinum officium vel ſuſpendatur, vel præcipitetur, vel deniquè ab ipſis Canonicis negligatur. Debet enim Dei cauſa omnibus alijs anteponi.

Volumina ſtatutorum reuidenda. Cap. 19.

HAbent ferè quotquot ſunt cathedrales ac collegiatæ eccleſiæ, ſuum volumen peculiarium ſtatutorum, quæ interdùm pro affectu priuato cuiuſlibet augentur ac creſcũt. Inter hæc reperias quamplura, quę quęſtum magìs quàm pietatẽ reſipiant, & ad inæqualitatem potiùs, quàm æqualitatẽ faciãt: vndè diſcordia inter fratres (vtì fieri ſolet) frequenter alitur, concordia verò ſcinditur, laceraturq;. Et quantumuìs pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omes qui recèns admittũtur, vt ad eiuſcemodi ſta- Cap.1.de iu
tutorum obſeruationẽ (etiam penitùs igna- reiur.in 6.
ri, quid cõtineant illa) citra vllum delectnm iureiurando ſeſe alligent, quum tamen iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extẽdi. Operæprecium itaque nobis videtur, huiuſcemodi ſtatutorum volumina inter viſitandum excutere, & quę euangelicę puritati, atque fraternę charitati, deniquè diſciplinæ eccleſiaſticę minùs conſentanea reperta fuerint, reſecare: caueręq;, ne poſthàc vlla noua ſtatuta in eiuſmodi eccleſijs (niſi tamen noſter acceſſerit calculus) edantur.

In Capitulis, à iuramentorum facili exactione temperandum. Cap. 20.

ET quum Chriſtus tanto ſerio iurãdi fa- Matt.6.
cilitatem prohibuerit, vt niſi neceſſitate veritatis, alioquì periclitãdæ, cogamur, oñinò non iurare debeamus: coercenda eſt illa immoderata in Capitulis iuramentorum ex- Cap. & ſi
actio, per quam neceſſe eſt, vt multi in anci- Chriſtus.de
pitia periuria corruant, quorum non tãtùm iureiur.
illi qui peierant, ſed & qui cauſam periurij temerè exigendo præſtãt, rei ſint. Nam Chriſti verbum eſt: Sit verbum veſtrũ, Eſt eſt: nõ, non: quod amplius eſt, à malo eſt. Et in Eccleſiaſtico legimꝰ: Vir multùm iurans, replebitur iniquitate, & nõ diſcedet à domo eius Eccĺ.32.
plaga. Si noſipſos dijudicaremus, nõ vtiquè 1.Cor.11.
iudicaremur.

¶Inter

¶Inter visitandum de moderandis annis qui expectantię appellantur, videndum.
Cap. 21.

NVm annos, qui expectantiæ appellantur, moderari possimus, videbimus inter visitandum, quãdo nobis vel id maximè curæ erit, vt qui recèns accesserunt Canonici, aliquot annis de consensu Capitulorũ suorum, bonarum ac potissimùm sacrarum literarum studijs, in Academia aliqua publica & benè Christiana incũbant, vtq; tum sequãtur illos interim *redditus* prębendarũ suarũ, quotidianis distributionibus tantũ exceptis, aut portio eiusce modi personis, iuxta ecclesiarũ statuta & cõsuetudines assignata. Multùm enim refert, viros doctos *esse* in ecclesia Dei, qui velutì splendor firmamenti fulgeãt, & tanq; stellæ in perpetuas æternitates mansuri, ad iustitiam plurimos valeant erudire. Indignum ergo, studio tam frugifero intentos, ac in vinea dñi operãtes, diurno denario fraudari, modò tamen testimonium exhibeant magistrorum, quòd totos illos annos rectis operam dederint disciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias, quæ se latiùs porrigunt, nolumus coarctare.

Hono. 3. c. super specul. de magist.

¶Non oportere, à canonico recèns admisso, pecuniam statutariam duplicatam ob antecessorem exigi.
Cap. 22.

NEc ferẽdus nobis diutiùs videtur mos ille irrationabilis, quo ad vnã prębendam receptus, ob suos in eadẽ præbenda antecessores non receptos, (à quib⁹ ius non habet, sed potiùs à conferente vel instituente) pecuniam statutariam sæpiùs exoluere compellitur. Nec ignoramus quosdam Decanos & capitula in eo esse, vt hæc pecuniaria onera (qua recèns recepti, contra sacrorũ Canonum dispositionem grauantur) indiès nouis quibusdam adinuẽtionibus grauiora, ac tandèm importabilia efficiãt: quod penitùs improbamus.

c. nõ debet de reg. iu. in 6.

¶Communi necessitati ecclesiæ, communi contributione consulendum.
Cap. 23.

QVòd si fabricæ aut alia necessitas ecclesiæ immineat, satius est, vt quod in cõmunem vertetur vtilitatem, ex cõmunibus redditibus desumaẽ, quàm vt quis priuatìm grauetur. Euangelicũ præceptum est, in quo vniuersa lex consistit & Prophetæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et: Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quendam lapidẽ, omnes actiones suas, quum omnes Christianos, tum viros ecclesiasticos redigere, æquum est pariter ac necessarium.

Matth. 7.

¶Tribunalia extra templa collocanda.
Cap. 24.

CVM in quibusdam nostris templis iurisdictionis ecclesiasticæ officiales pro tribunali sedeant, ad quod interdùm multo cum tumultu concurritur, delitigaturq;: visum nobis est, vt hæc tribunalia foris, intra tamen ecclesiarum pomœria, collocẽtur. Cordi siquidem nobis est, vt quæcunq; diuinum officium perturbare possunt, aut diuinę maiestatis oculos offendere, è templis eliminentur: ne, vbi peccatorum est venia postulanda, ibì peccandi detur occasio, aut deprehendãtur peccata committi.

Ex cõc. Lugdu. c. decet

de imm. eccle. lib. 6.

Optandum, vt deambulationes in hisce ecclesijs prohiberi possint. Cap. 25.

ATq; vtinàm commodè deambulationes etiam illas laicorum (qui ad cathedrales ac collegiatas ecclesias sola rerum nouarum curiositate ducti cõfluunt, ibidemq; nihil minùs quàm de rebus sacris: quę inspectantibus illis aguntur, cogitant) submouere possimus. Grande equidem putamus piaculum, tam veneranda mysteria, quibus adstat Deus, & inter quæ Christi corpus & sanguis conficitur, tam irreuerenter haberi. tacemus quòd domus Dei contemnitur, de qua Christus eiecit ementes & vendentes, & non sinebat vt quis transferret vas per templum, & docebat docens: Nónne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronũ? Duplici cura hìc videbitur opus: tum vt prædicatores verbi Dei ex suggestis populum ab istis deambulationibus ex scripturis deterreãt, tum vt magistratus ciuiles huic rei corrigẽdæ officium accommodent, cum quibus hac de re agemus.

Marc. 11.

¶Theatrales ludos non inferendos templis. Cap. 26.

OLim theatrales quoq; ludi & laruarum ludibria inferebãtur templis, pessimo quidem exemplo, adeò vt prouisione canonica, qua hic deterrimus abusus aboleretur, opus fuerit: quẽ ex nostris diœcesibus iam, vt speramus, eiectum gaudemus.

Inno. 3. c. eũ decorem. de vita & ho. cleri.

Cuiusdam abusus abrogatio.
Cap. 27.

INquibusdam collegiatis ecclesijs ad summum altare, non ordinarij, sed mercenarij clerici, presbytero sacra peragenti, ministraturi adiunguntur, qui tamen officio suo satisfaciũt minùs, quum ab altari ad subsellia, ex quibus succinitur, à subsellijs rursus ad altare multùm incõpositè subindè discurrunt, quod fieri non oportuit, maximè in ecclesijs illis, quæ ordinarijs personis abundant, & quorum ministri copiosis redditib⁹ sunt ditati. Nam omnis occasio contemptus & scandali, promiscuo vulgo adimenda est.

Processionum collegiatarum ecclesiarum quæ ad maiorem fiunt, moderatio.
Cap. 28.

PRocessiones ecclesiarum collegiatarum ad summum templum, quæ diebus maximè celebribus ac festis fiunt, proculdubiò institutæ sunt causa cõueniendi illuc ad

Agath. c. 63. & 64.

Missas episcopales, desiderioque recipiendi communionem, vel benedictionem episcopalem: iam quum isti cõuentus speciem quidem antiquitatis, & nihil præterea repręsentent, immò pernicioſæ euagationis materiã, & crapulæ occasionem diebus illis sacratissimis præstẽt, illas nobis eatenùs abrogare visum est, vt Collegia in ciuitate nostra Colonien̄, in quatuor illis summis anni festis ac diebus celebribus sequentibus, quæque in suis ecclesijs diuinum officium statis horis reuerenter solenniterq; concelebrent ac peragãt: neque his diebus, nisi quum nos in summo templo nostro præsentes erimus, collegialiter accedãt. Nam quantula sit deuotio collegiorum quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio, satìs in aperto est. Tacemus, quòd interìm apud ipsas collegiatas ecclesias hisce diebus, maximè insignibus, solenne officium prætermittitur: aut si quod dicitur, veriùs præcipitatur ac truncatur, quàm celebratur.

¶De processionibus non abrogatis.
Cap. 29.

RElíquas autem processiones more antiquo obseruari volumus: iubemus tamen, vt clerus ciuitatis nostræ, abusus q; hactenùs irrepserunt, matura consultatione puia, tollere pergat.

Quomodò ad anniuersaria Episcoporum in maiori ecclesia conueniendum sit.
Cap. 30.

DVm vigiliæ in anniuersarijs Episcoporum in summo nostro templo, conuenientibus illic collegijs, persoluuntur: incõcinnus, atque adeò specie ipsa non satìs pius ac deuotus, cãtus editur. Quare nobis visum est expediẽtius, vt collegia singula in suis tẽplis vigilias hasce deuotè absoluant, dein ecclesiam nostram maiorem ad sacrum tantùm accedant, illic tãtisper facturi moram, donec id compleatur, singulis interìm animum ad Deum ac pias precationes cõuersuris, quemadmodùm superiori articulo diximus.

Minora ministeria idoneis committenda, ac decenter peragenda.
Cap. 31.

ANtiquissimis Canonibus in plerisque etiam Concilijs sancitum est, ne laici secus altare inter clericos ministrẽt, néve insacrati ministri, licentiam habeãt ingrediendi in sacrarium, quod Græci diaconium appellant, néve vasa dominica contingãt. Præterea, ne reliquiæ sanctorum & vestimẽta ecclesiastica, quę honesta esse decet, nisi tãtùm à sacratis ministris attrectẽtur: adeò, vt ne sacratis quidem Deo fœminis ac monachabus aut lectoribus, etiã sacra vasa vel sacratas pallas contingere, vel incensum circa altare prę ferre licuerit, verùm id solis diaconis permissum sit, expressim autem laicis vetitũ, ne pallas, ecclesiæ vela, ac altaris ornamẽta abluant.

Ex cõc. Mogunt. de vit. & ho. cle. c. non liceat. Ex cõ. Agat. c. sacr. 23. distinct.

Neque patres hîc scripturis destituũtur. Iam verò eò ventum est, vt quatuor illi minores ordines, nempe ostiarij, exorcistæ, psalmistæ ac lectores, nõ temerè ab ecclesia instituti ac recepti, præter nomen nihil in ecclesia retinuerint, illorumq; loco tenues aliquot homines laici, qui per ecclesię prælatos minoris compendij gratia subrogantur, illorum officijs sese ingerant, idq; indecorè: quippe nullo penitùs clericali habitu amicti, inter quos sunt, quos appellamus campanarios, quos ad minimum (cereis accẽdendis, alijsq; in choro ministrationibus intentos) deceret superpelliceis indui. Ne interìm prætereamus ablutionem pallarum, vestimentorumq; altarium: breuiter, sacrorum custodiam talibus per custodes seu thesaurarios nostri temporis committi, quos hæc cõtingentes antiquitas nefarij criminis simul cum surrogãtibus damnãsset: quare cautiùs posthàc agendum, ne ob talem præsumptionẽ Dominus iratus, plagam populo, qua simul innocens cum nocente inuoluatur, immittat.

PARS QVARTA.
De Parochis ac eorum vicarijs, alijsque Verbi ministris.
CAPVT I.

TItulus hic cùm generalis sit, in plerosq; alios scinditur. Primùm eñ videndum est, qui ad verbi ministerium & regimen ecclesiarũ admittendi sint: deindè, de vita ac moribus eorum: pòst, de officio, quod in duobus potissimùm situm est, dissemination̄e verbi, & administratione sacramentorum. Postremò, de ipsorum victu, de quibus speciatìm dispiciemus. Ante omnia tamen lectorem admonitum esse volumus, hos esse locos, quos ecclesiarum iubar diuus Paulus in epistolis ad Timotheum ac Titum accuratissimè tractat. Nam huc illi potissimùm spectant, vt sciant Timothe⁹ ac Titus, quomodò oporteat eos in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia dei viuentis, nisi quòd articulus administrationis sacramentorum, & qui de victu est, alibì fusiùs explicãtur. Porrò cùm hę Paulinę epistolæ merè aureæ sint, & nulli non parocho cognitu in primis necessariæ: idcirco ad verbum ediscendæ, memoriæ mandãdæ, ac opere complendæ erunt. Ex quibus & alijs euangelicis apostolicisq; scripturis ac patrum sanctionibus, nos quædam decerpemus, quò dilucidius fiat, in quibus hactenùs magno cũ reipub. detrimento peccatum, & quid decęterò parochis facto opus sit.

1. Tim. 5.

In priori ad Corinth.

Qui admittendi. Cap. 2.

QVum Christus Iesus pastor ille bonus, ac pastorum princeps, qui posuit animã suam pro ouibus suis, circuiret omnes ciuitates & castella, docẽs in synagogis eorum & prędicans euangeliũ regni, & curans oẽm languo-

Ioan. 10.

Matth. 9.

languórem & omnem infirmitatem, quum, inquã, is qui venit requirere & ſeruare quod perierat, vidiſſet turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habẽtes paſtorem, dicebatq; diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Marc.6. Luc.10.

¶ Orandus Deus, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Cap. 3.

NVm, quæſo, putamus necdùm tempeſtiuum eſſe, interpellare dominũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem, ac paſtores, non quoſlibet, ſed ſecundùm cor ſuum, nimirùm ouibus miſerè diſſipatis ac balantibus requirendis? Quis, niſi in media luce cæcus non pręſentiſcat, nos in ea periculoſiſſima tempora incidiſſe, in quibus prædictiones Chriſti & apoſtolorum ſcripturæ, omninò atq; omni ex parte complentur? Quis eñ non videt veniſſe, irrepſiſſeq; numeroſa admodùm caterua ad nos, falſos illos prophetas in veſtimẽtis ouium, qui ſint intrinſecùs lupi rapaces, qui non introierint per oſtium in ouile ouium, ſed aſſcenderint aliundè fures ac latrones? Non enim venerunt, niſi vt furentur & mactent & perdant, quos videntes mercenarij, & qui non ſunt paſtores, venientes, fugiunt & dimittunt oues, & lupi rapiũt & diſpergunt eas. Fugit enim mercenarius, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Poterant direptores iſti ſub exuuio ouino aliquandiu deliteſcere, niſi Chriſtus eos prodidiſſet: Ex fructibus, inquiens, eorum cognoſcetis eos, quòd non poſſit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim ſuo vnaquæq; arbor cognoſcitur. Matth.7. Ioan.10. Matth.7.

¶ Vnde dignoſcere oporteat pſeudoeccleſiaſtas. Cap. 4.

QVos qui velit penitùs agnoſcere, is 2. Petri epiſto. legat cap. 2. & quę eiuſdẽ argumenti eſt, Iudæ apoſtoli vnicam, & eas potiſſimùm diui Pauli epiſtolas, quas ad Timotheum ac Titum coepiſcopos ſuos pſcripſit, in quibus illos eodẽ quo dominus, nomine, appellat lupos rapaces, non parcentes gregi. Ex nobis quidem ſuborituros, ſed peruerſa loquentes, vt abducant diſcipulos poſt ſe, homines ſeipſos amãtes, cupidos, elatos, ſuperbos, blaſphemos, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, proteruos, reprobos circa fidẽ. A fine pręcepti, quæ charitas eſt, de corde puro & cõſcientia bona & fide non ficta, toto cælo aberrantes, in vaniloquium cõuerſos, ſeductores, ꝓficientes in peius, errantes, & in errorem mittẽtes, magiſtros prurientes auribꝰ, & in fide (quòd bonam conſcientiam repulerint) naufragos, verbis contendentes, ſanis verò ſermonibus, & ei, quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ, neutiquàm acquieſcentes, ſuperbos, languẽtes circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidię, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, ac proindè ad nihil vtiles, niſi ad ſubuerſionem audientium, quorum ſermo vt cancer ſerpit. Nunquìd poterat Apoſtolus futurorum cõſcius, hoſce pſeudoeccleſiaſtas apertiùs aut dilucidiùs deſignare? quos nullus profectò Apelles tam expreſſim ſuis coloribus depingere potuiſſet. 2. Petr.2. Iudæ. Ad timoth. & Titum. 2.Tim.3. 1.Tim.1. 1.Tim.3.4. 2. Tim.2.

¶ Soli authoritate ordinaria comprobati, ad Verbi miniſterium admittendi. Cap. 5.

ADuerſus hos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas, nos ꝓmuniuit Chriſtus: Videte, inquit, ne ſeducamini. Multi eñ venient in nomine meo, & multos ſeducent, vt in errorem (ſi tamen fieri poteſt) ducantur etiam electi. Nolite ergo ire poſt eos. Vos ergo (vtì ſubiecit cõmonens) videte, Eccè prædixi vobis omnia. Chriſti ergo præceptum, quantùm nobis ipſe cõcedit, ſequentes, quo lupos tam peſtilentes ab ouilibus ac diœceſibus noſtris abigamus, viſum nobis eſt operæpreciũ fore, antiquos inuouare canones, quibus præcipitur, ne vlli ad Verbi miniſterium ſeu prædicationis officium, niſi miſſi, authoritateq; ordinaria approbati ſint, admittantur. Quomodò enim (ſecundũ Apoſtolum) prædicabunt, niſi mittantur? Matth.24. Luc.21. Marc.13. Rom.10.

¶ Quòd legitimi & ordinarij verbi miniſtri ſunt, parochi & illorum vicarij, modò tamen hi examinati priùs, & admiſſi ſint. Cap. 6.

ORdinarij ergo verbi miniſtri, eccleſiarum parochialiũ legitimi rectores ac parochi ſunto, quos etiam perſonaliter apud eaſdẽ eccleſias, ſecundũ canonicas ſanctiões perpetuò reſidere volumus: niſi tamẽ eos magna ratio, velutì quòd vel maioris ac publicę vtilitatis cauſa abſint, quę & noſtro calculo approbari debet, vel ꝙ ſoli ob parochię amplitudinem gubernationi tantæ non ſufficiant, excuſauerit. Tum enim qui per illos delegabuntur vicarij ſeu vicecurati, (modò tamen hi etiam examinati, & tam quòd ad vitę integritatem, quàm Chriſtianæ eruditionis puritatem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) nr̃o permiſſu eodẽ officio perfungent. qui verò deinceps in vicecuratos aſſumẽtur, Vicarij noſtri in põtificalibus ac Theologorum ei per nos adiungendorũ: in diœceſibus verò Suffraganeorũ noſtrorũ, illorũ, quibus hoc muneris cõmittendum duxerint, cenſuram (num videlicet obeũdo muneri apti ſeu idonei ſint, vel minùs) expectabunt. c.licet, is etiã. de ele. lib.6.

Fratres mendicantes quatenùs admittendi. Cap. 7.

ALiquot retrò ſeculis in eccleſiã recepti ſunt quatuor mendicãtium fratrũ ordines, quo parochorum in verbi miniſterio cooperarij forent. Quos abſit vt repellamus, ſi tamẽ intra cõcilij Vienneñ, ſub Clemente quinto Ex cõc. Vienneñ. cle. dudum de ſepul.

quinto celebrati, aliarumq; canonicarum conſtitutionum cancellos ſe continuerint. Nec antè acceſſerint, quàm per ipſorum pr̃latos, vt viri inculpatæ vitæ, diſcreti pariter ac modeſti, ac verbi diuini probè gnari, iudicẽtur, atq; ad hoc munus deligantur: deindè etiam vicarijs noſtris in pontificalibus præſentati, tales inuenti fuerint ac permiſſi. Quã modeſtiã fratres mendicãtes in Verbi pr̃dicatione ſeruare oporteat. Cap. 8.

QVi tñ quum in ſubſidiũ tantùm vocati ſint, ordinarijs eccleſiarum rectoribus moleſti eſſe deſinent, ita videlicet, ne eoſdẽ (quum ſuo munere fungi ipſimet velint, pr̃occupẽt, néve quos in excolenda vinea dñi iuuare debent in cõcionibus, virulenta ac detractoria lingua carpant, vtì nonnulli huius generis ſolent, qui inflati ac incõpoſiti populi auribus demulcẽdis ſtudẽt, ſuã, non Chriſti, gloriam ambientes: Tam ignari omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt ignorẽt parochos, ſi fortè ceciderint, ſuos habere iudices, non ipſos fratres cenſores: multo minùs promiſcuam plebem, quam exploratum eſt, multis eccleſiaſticorũ virorũ amarulentis detractionibus adeò non emendari, vt ſcandalizetur multo magìs. Nec audiendi ſunt iſti, ſi ſeruos Dei accuſare ſe dicant, vt meliores fiant, quum potiùs inuidię ſtimulis adulationisq;, q̃ charitatis ſtudio agitari cõuincãtur. Idipſum vel propria eorum cõſcientia atteſtante, ꝙ ſciant nullum vel in ſeculo, ne dicamus in eorũ monaſterijs, inueniri, qui velit ſuũ ſeruum ab alio, q̃ à ſe, iudicari: adeò vt ſi quis ſecùs facere pr̃ſumpſerit, hunc & multa ſequaſ indignatio & vlciſcendi cupiditas. Quin Paulũ audiant dicentem: Nolite iudicare inuicèm, ſed hoc iudicate magìs, ne offendiculũ detis fratri. Nõ ferendi, q̃ in iuriſdictiões & poteſtates temerè ad plebẽ inuehuntur. Cap. 9. exdecr. põtia. pont. Ex decre. Anacle. Rom.4.

MVlto minùs ferendi ſunt, qui, vt aurã venenẽ popularem, in iuriſdictiones epiſcopales ac ordines eccleſiaſticorum pariter & ciuilium magiſtratuum inuehentes, temerè vociferantur ad populum: nõ intelligentes interdùm neq; de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Quo nihil aliud efficiunt, q̃ vt plebem, alioquì ſatìs in clerum iritatam, iritatiorem reddant, ac gliſcenti ſeditionum igni oleũ ſubminiſtrent. Iuriſdictiones ac magiſtratus eſſe oportet. Quòd interdùm perſonarum, non ordinis ſeu magiſtratus, vitio peccaſ, alia prouidentia purgandum eſt, nõ cæco plebis iudicio expendendum. fraterna correptione opus erat, nõ accuſatione aut laceratione ex ſuggeſtis. Et vt oſa nõ ſtatìm ad viuum vſq; repurgenẽ, quod fieri vix poteſt, nõ grauabũtur iſti oculati, in ſe quoq; deſcẽdere, ac ſuos erratus inſpicere, quo tandẽ æquiores fiant, diuiniſq; iudicijs etiam quædam relinquant. Si enim oñia (vt ſcitè Anacletus ait) 1.Tim.1. Matt.18. Ex canon. Anaclet.

in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Sed de his ſatìs.

Abuſus eſt, qui parocho ſuo officio interdicit. Cap. 10.

EX his q̃ diximus, conſequitur, eũ morem, qui alicubì irrepit, penitùs irrationabilem, ne dicamus execrabilem abuſum eſſe, quo legitimi eccleſiarum parochi adigunẽ iureiurando affirmare, ſeſe in ſuis Eccleſijs fratres mẽdicantes ad verbi miniſterium (etiam ſi ipſimet pro ratione ſuſcepti ac concrediti muneris eo fungi velint) perpetuò admiſſuros. quid enim hoc more aliud agiẽ, q̃ vt parocho officium, quo ſe Chriſto & eccleſiæ obſtringit, adimaſ, ac in aliũ relegetur? Id vitij, vt ſpes eſt, curabimus.

Fratres mendicantes his ſynodalibus cõſtitutionibus erunt parentes. Cap. 11.

AEquũ quoq; cenſemus, vt qui ex fratribꝰ huic muneri accingi velint, noſtris Vicarijs in pontificalibus ſeriò promittant, ſeſe hiſce ſynodalibus inſtitutis omninò obtemperaturos, quò ſermo Dei purè, ſyncerè, ac ſine offenſione decurrat.

Decet quoq;, vt fratres eatenùs ordinariæ poteſtati ſubijciantur. Cap. 12.

QVi vt ordinarię noſtrę poteſtati, quòd ad eiuſcemodi functionem attinet, ſubijciantur, & eatenùs monaſticę profeſſionis regulis, obligationibuſq; eximantur, non decens tantùm, ſed & iuſtum putamus. De ſemel certo loco deſtinatis ac admiſſis, non temerè retrahendis. Cap. 13.

QVi verò ſemel pr̃ſentati & admiſſi fuerint, vt certo loco hoc miniſterio fungantur, nõ debebunt temerè ſeu pręter noſtrũ aſſenſum à ſuſcepto munere retrahi. Nã frequentem perſonarum mutationẽ, periculoſam putamus: vt interìm ſileamus, ſępè minùs idoneum in idonei locum ſurrogari.

Qui nulla legitima authoritate innixi, ſe Verbi miniſterio ingerũt, vtì ſeditioſi comprimendi. Cap. 14.

EXtra ordinarios parochos, illorumq́ legitimos cooperarios, nemo deinceps neq; ſuggeſtum occupet, neque conuenticulas vel in priuatis domibus vel vicis faciat, aut quouis tandèm modo vſurpet. Quòd ſi quis ſecùs agere præſumpſerit, & inobediens perturbare eccleſiam Dei (quæ foris eſt) perſeuerauerit, hunc tanquàm ſeditioſum corripi oporteat. Ex concil. Antio. c.5.

Prohibenẽ oẽs apoſtatæ, monachi ignoti, ac peregrini ſpermologi. Cap. 15.

QVamobrem prohibemus oñes apoſtatas, monachos ignotos, item iſtos ac peregrinos ſpermologos, quorum neq; doctrina, neque vita vlli perſpecta eſt: eritq́; proindè curæ ciuilibus magiſtratibus ac præſidibus, vt de his inquirant diligenter: & quos nos proſcripſimus, eos illi cum receptatoribus ipſorum doli mali conſcijs, excedere prouincia compellant: Niſi quid

seueriùs culpa horum præuaricatorum in
Ex concil. Sardi. 1. & 18. Lao. 13. ipsos statuere postulauerit. Iam vt inueniatur quispiam (quod absit) qui aliter q̃ legitimè parochiam occupauerit, hunc abijci statìm oportet, quantumuis plebs, quã corrupit, eum retinere contendat.

De Terminarijs, quatenùs admittendi.
Cap. 16.

EX ordine mendicantium, qui oppidatìm soli cõmorantur, quos Terminarios appellamus, vitam interdùm agere monachismo plurimùm dissimilem cognouimus, proindeq́; multis esse inuisos: hos potiùs, quũ officio p̃dicationis statis illis diebus perfuncti essent, eleemosynasq́; collegissent, statìm ad monasteria sua regredi, ibidemq́; quieti operã dare, atq; obseruare ieiunia & orationes iuxta ordinis sui institutum malumus, q̃ vitam cõmunem, ne dicamus licẽtiosam, inter ciuium turmas ducere. Vbi tñ monasteria ab oppidis aut vicis tam lõgè dissita fuerint, vt vnius diei itinere repeti nõ possint, nolumus Terminarios istos hac lege teneri, modò tñ viri graues & annosi, vitę quoq; ex omni parte integræ, ac sanæ doctrinæ cõperti fuerint, ac id etiã visitatione potiùs q̃ cõstitutionibus cauebit.

Ex Chal. concil. Priuilegijs fratrũ nihil derogat. Ca. 17.

NOlumus aũt per prędicta, priuilegijs, ordinibus fratrum mẽdicantium ritè & legitimè concessis, præiudicare.

Monachorũ ecclesiæ, p̃ seculares (vt vocãt) presbyteros gubernandæ. Cap. 18.

Can. de monac. de presb. c. 1. de capell. mo. EAdem ratione decens est, vt monachi, qui parochiales ecclesias cura animarum apud ipsum monasterium, non personam, relicta, incorporatas (vt vocant) monasterijs suis habẽt, non p̃ religiosos, quos in monasterijs perpetuam vitã agere cõuenit, sed per vicarios presbyteros seculares, modò haberi possint, ad eundẽ modũ quẽ suprà diximus, examinãdos admittẽdosq́;, gubernari procurent. Quibus etiam de ecclesiæ prouentibus tantum assignare obligati erũt, vndè & iura episcopalia persoluere, & congruam sustentatiõem habere possint: quod vt fiat, nobis curæ erit. Non tamẽ tam duri hîc erimus, quo minùs interdùm viros monasticos, quos singulari vitę exemplo & doctrinæ salutaris dissemination e insignes comperiemus, apud ecclesias parochiales relicturi & confirmaturi simus.

PARS QVINTA.
DE VITA AC MORIBVS parochorum Cap. 1.

QVanquàm de vita ac morib⁹ clericorum suprà dixerimus, videtur tamen hîc locus postulare, vt speciatìm aliquid de conuersatione ac moribus parochorũ dicamus, q̃ horum vita & officium diuo Paulo præcipuè curæ fuerint, adeò vt his rectè se habentibus, de reliquis non admodùm magnã solicitudinem habuisse videatur. Nec immeritò: res em̃ ipsa declarat, ac prisca secula meminerunt, q̃ tranquilla, q̃ florens, q̃ fructificans, q̃ deniq; felix ecclesia fuerit, dum talibus esset parochis insignis, qui euangelicis apostolicisq́; institutis, sanctorumq́; patrũ regulis adducti, non tantùm vocabulo, sed & facto præstabant quod dicebantur. Contrà verò, in quantos æstus, tempestates, procellas, ac pericula, ob eosdem sensim in diuersum mutatos ac varicantes, ecclesiæ nauicula miserè coniecta sit, nos sentimus. Ex quibus rursus emergere quũ certo certiùs non possumus, nisi nos (quibus gregem suũ Christus pascendum commisit) vias d̃ni rectas, à quibus varicãdo excidimus, inambulare pergamus: quid tandèm aliud consilij capiendum nobis, quàm vt singuli, quales esse debemus, tales & simus? atq; hoc insigne Christi verbum, quod hinc discedens, Petro ouiculas suas committens, post tertiã demùm dilectionis stipulationem, promissionemq́;, vtì vltimum elogium ac memoriale, fidelissimè diligẽtissimeq́; inculcauit, & mente & opere teneamus, quod est, Pasce agnos meos. Id fecerimus, si gregem Christi post Christum vnicè diligamus, atq; eũdem tam verbi doctrina, quàm operis exẽplo pascamus, diuinorumq́; sacramentorũ dispensationem tueamur, defendamusq́;.

Ioan. vlt.

Vita vt doctrinæ in parocho conueniat, necessarium. Cap. 2.

VBiquè fermè, cùm de parochis sermo incidit, scriptura vitam doctrinæ copulat: nimirùm quòd qui vitam agit doctrinæ cõtrariam, plùs exemplo destruit, quàm ædificet verbo. Oportet enim & fieri sermonem, non tãtùm dici: alioquì competet in parochum, quod Seneca Platoni obiectũ fuisse refert: Aliter loqueris, aliter viuis. Et quod Christus Pharisæis imputat: Dicunt enim, & non faciũt: Alligant onera importabilia in humeros vestros, digito autẽ suo nolũt ea mouere. Apponat̃ ergo manus ori necesse est, ne sit vox quidẽ vox Iacob, manus autem Esau. Porrò vox operum fortiùs sonat, q̃ verborum. Intuẽdus nobis pastorũ princeps est, cui⁹ tota vita sua doctrina est, qui cœpit primùm facere, pòst docere. Siquidem potens opere & sermone, qui discipulos Ioannis, de aduentu Messiæ rogãtes, ad opera remisit, dicens: Ite, dicite Ioanni q̃ vidistis & audístis. Qui deniq; nõ solùm vocat oues suas nominatìm, sed & vadit ante eas. Et eum tantùm qui sic docuerit & fecerit, magnũ in regno cęlorum fore pollicet̃.

Matt. 23. Genes. 27. 1. Pet. 2. Act. 1. Luc. 24. Matt. 11. Ioan. 10. Matt. 5.

Pastorem, gregis exemplum esse oportere. Cap. 3.

QVare beatissimus Paulus Ecclesiæ ministrum instituturus: Exemplũ, inquit, esto fideliũ, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Itidẽ ad Tit. 2. In oĩbus teipsum præbe exemplũ bonorum operum

1. Tim. 2. Titi 2.

operũ in doctrina, in integritate, in grauitate, verbũ sanum, irrepræhensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malũ
Matt. 5. dicere de nobis. Sal enim terræ & lux mundi, prædicator Euangelij dicitur, & lucerna super candelabrum posita, vt luceat omnibus qui in domo sunt: sic, vt videant homines opera illius bona, & glorificent Patrem qui in cælis est. Quòd si sal infatuatum fuerit, in quo salíet? ad nihilũ enim valet vltrà,
1. Tim. 1. nisi vt proijciatur foràs, & conculcetur ab hominibus. Apostolus itaq; hoc præceptũ cõmendat Timotheo, vt militet bonã militiam, habens nó tantùm fidem, sed & bonã conscientiã: quam quidam repellentes, circa fidẽ naufragauerunt: ex quibus tum erãt Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satanæ, vt discant non blasphemare. Interea verò ex eodem numero oẽs hęretici fuere. Vitãda parocho in primis auaritia. Ca. 4.

IAm quæ clericis vitanda erunt, suprà diximus. Ea ipsa potissimùm Paulus quàm longissimè à parochis esse vult, & quæ illis opposita sunt, in ipsis quàm maximè elucere. Primùm scilicet, vt abstineant ab omni
1. Tim. 5. Titi 1. Matt. 4. auaritia. Hospitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, sed animas venãtes, non auri, sed hominum piscatores: alioquì
Ezech. 34. ex pastoribus fient mercenarij, & vertentur in lupos, audientq́; d̃nm per Ezechielem exprobrãtem: Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit, non consolidâstis, & quod ægrotum erat, non sanâstis, quod confractũ est, non alligâstis, & quod abiectum est, nõ reduxistis, & quod perierat, nó quæsiuistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum
1. Tim. 6. porẽtia, & cætera quę sequuntur. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum, est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruẽrũt se doloribus multis. Tu verò ô homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem.

Parochi familiam, irrepræhensibilem esse debere. Cap. 5.

INterìm erit domui suæ benè prępositus, vt non tantùm ipse, sed & sua familia irrepræhensibilem vitam agat. Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodò ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Oportet autem illum & testimonium habere ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. 1. Tim. 3.

Parocho luxus omninò cauendus. Cap. 6.

DEindè procul absint parochi ab omni luxu. Sobrium enim vult parochum esse Paulus, nec multo vino deditum, ac vino potiùs ad necessitatem, q̃ ad voluptatem
1. Tim. 3. vtentem, quemadmodùm ipse Timotheo præcipit, ne aquam adhuc bibat, sed modico vino vtatur, propter stomachum suum & frequentes infirmitates. Nesciat ergo parochi domus comessationes crapulosas, execretur compotatiões illas, ad æquales haustus obligatorias. Sit procul à symbolorum (vt vocãt) dationibus. Turpissimum putet, nisi causa necessitatis, intrare tabernã, quasi domum non habeat ad edendum & bibendum. Breuiter, vitet omnia quæ pastoralem authoritatẽ aut dedecorãt, aut imminuũt.

Pudicitia seruanda Parocho. Cap. 7.

DEtestetur quoq; omnẽ libidinẽ. Nam oportet parochũ esse pudicũ, 1. Ti. 3. & se præbere exemplũ in castitate, 1. tim. 4. ne in eum verè dicatur: qui alium doces, teipsum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris: Qui dicis non mœchandum, mœcharis: Qui in lege gloriaris, per prę-
Rom. 2. uaricationem legis Deum inhonoras: p quod blasphematur nomẽ Dei inter gentes. Quo enim vultu fornicarios cælo excludet cum
1. Cor. 6. Paulo, q̃ huic volutabro cœni ipse immer-
Ephe. 5. sus est? An existimas (inquit ipse Paulus) ô
Galat. 5. Rom. 2. homo omnis qui iudicas eos qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadẽ enim agis quæ iudicas. Scimus quippe, quia iudicium Dei est secundùm veritatem in eos qui talia agunt.

Quæ fugienda parocho, & quę sectanda. Cap. 8.

DEniq; Paulus ad Timotheum: Iuue-
2. Timo. 2. nilia, inquit, desideria fuge, sectare verò iustitiam, fidem, spem & charitatem, & pacem cum his qui inuocant d̃nm de corde puro. Labora sicut bon⁹ miles Christi. Nemo enim militans Deo, implicat se negocijs secularibus. & quæ sequũtur. In summa, solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. 2. Tim. 2.

PARS VI.
DE DISSEMINATIONE verbi. Cap. I.

HOc ministeriũ sanctissimus Apo-
1. Cor. 1. stolus cæteris omnibus præfert. Vndè & Corinthijs scribens, ait: Non misit me Christus baptizare, sed euãgelizare: cui & cęteri Apostoli adstipulantur, quum inquiunt: Non est æquum
Act. 6. nos relinquere verbum, & ministrare mensis. Quinimmò & Christus alijs anteponit:
Marc. 16. Euntes, inquiens, in mundum vniuersum, p̃dicate Euangeliũ omni creaturæ, ac docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine
Matt. vlt. Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docẽtes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis.
1. Tim. 4. quamobrem Paulus Timotheum suũ excitans, ait: Attende lectioni, attende exhorta-

tioni & doctrinæ, noli negligere gratiã quę in te eſt, quę data eſt tibi per prophetiã cum impoſitione manuum presbyterij. Hęc meditare, in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attẽde tibi & doctrinę, inſta in illis. hoc em̃ faciẽs, & teipſum ſaluũ facies, & eos qui te audiunt. Et iterũm: Tu verò vigila, in om̃ibus labora, opus fac euãgeliſtę, prędica verbũ, inſta opportunè, 1.Tim.4.
importunè, miniſterium tuum imple.

Quid parocho meditandum. Cap. 2.

MEditabitur parochus quid ipſi Dñs per Ezech. cap. 3. 33. ac 34. præceperit, parabolaq́; ſpeculatoris menti infigenda eſt: Speculatorem, inquit, dedi te domui Iſrael. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & nõ inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritq́; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Parochi ſiquidem ſunt, quibus potiſſimùm dictũ eſt: Iaco. 5.
Fratres, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet, quoniã qui conuerti fecerit peccatorem ab errore Thre 4.
viæ ſuę, ſaluabit animam eius à morte. Dura eſt nimìs illa Prophetæ lamentatio: Paruuli Ambroſi⁹.
petiẽrunt panem, & nemo dabat eis. Paſce ergo fame morientem: ſi non paueris, occidiſti. At homo ex duabus partibus conſtat, ex carne ſcilicet & ſpiritu. Duplici ergo ci- Matt.4.
bo opus eſt. Nam vt ſcriptura ait: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in om̃i verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tãtùm mortalem reficit, & intrans per os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Panis autem ſpiritus, tam per verbum prædicationis, quàm ſacramentaliter in veritate corporis & ſanguinis Dominici, in viua fide Ioan.6.
comeſtus, viuificat, reficit, acvegetat animã, qui non perit, ſed permanet in vitam æternam: & hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pij ſciunt ac ſentiunt. Viuus enim ſermo Dei eſt, & efficax, Heb.4.
& penetrantior quouis gladio ancipiti, ac pertingẽs vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagumq́; & medullarum.

Fidelitas in primis in parocho requiritur. Cap. 3.

1.Cor.4. HIc iã inter huius cæleſtis panis diſpẽſatores quęrit̃, vt fidelis qs inueniat̃. Fidelis, inquam, ſeruus & prudẽs, quẽ cõſtituit Dñs ſuper familiam ſuã, vt det illis eſcã Matt. 24.
in tempore. Beatus ille ſeruus, quem, quum venerit Dñs eius, inuenerit ſic faciẽtem. Sin ſecùs, veniet Dñs ſerui illius in die quo non ſperat, & hora quã ignorat, & diuidet eum, partemq́ue eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & ſtridor dentium.

Quis ſit fidelis verbi diſpenſator. Cap. 4.

IS autem fidelis eſt diſpẽſator, atteſtante diuiniſſimo Ioanne, cuius ſcopus vnicus ille Chriſtus eſt, & cuius ſpiritus confitetur 1.Ioan.4.
Chriſtũ in carne veniſſe: id eſt, vt D. Paulus Titi 2.
interpretatur, qui docet apparuiſſe gratiam Dei & Saluatoris noſtri, omnibus hominibus ad erudiẽdum nos, vt abnegantes oẽm impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. qui, inquã, docet eundem Chriſtum Ieſum Dñm noſtrum hominẽ factum, vt daret ſemetipſum pro uobis, vt nos redimeret ab om̃i iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilẽ, ſectatorẽ bonorum operũ. Quibus verbis ſanctus Paul⁹ duas in Chriſto naturas, verbi ſcilicet & carnis, indiſſolubili vinculo cohęrẽtes, & vtriuſq; naturæ rationem complectitur. Verbi, quatenùs erudit nos, docens quæ ſit voluntas patris, quam faciẽtibus denunciat præmiũ, præuaricantibus verò pœnam æternam. Carnis verò, quatenùs datus Ioan. 1.
& immolatus eſt pro nobis in ara crucis 1.Pet.2.
Agnus immaculatus, & victima tollẽs peccata mũdi, nobis relinquens exemplũ, vt ſequamur veſtigia eius, & eadẽ cogitatiõe ar- 1.Pet.4.
memur: quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis, vt iam nõ deſiderijs hoĩm, ſed voluntate Dei, quod reliquũ eſt in carne tẽporis, viuamus. Oĩs autem ſpiritus q ſoluit Ie- 1. Ioan. 4.
ſum, ex Deo nõ eſt: & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, qm̃ venit, & iã in mũdo eſt.

Omnis ſcriptura ad geminam charitatẽ exigenda. Cap. 5.

IS item fidus eſt miniſter verbi, qui omnẽ ſcripturam ad Chriſtianam exigit charitatem. Charitas enim Chriſtianiſmum conſummat, quemadmodùm apud diuum Paulum legimus: Finis præcepti, eſt charitas de 1.Tim.1.
corde puro, conſcientia bona, & fide nõ ficta. Et eſt potiſſimum illud indicium, quo chriſtiani eſſe cõprobamur. In hoc (ait Chri Ioã. 13. 15.
ſtus) cognoſcent oẽs q discipuli mei eſtis, ſi dilectiõem habueritis inuicèm. Vndè B. Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtia- Auguſt. de
na, breuiſſimã methodum ad perueſtigandas, intelligendasq́; ſcripturas cõmonſtrare volens: Quiſquis, inquit, ſcripturas diui- doctrina Chriſt. li. 1.c.36.
nas vel quãlibet earum partẽ intellexiſſe ſibi videtur, ita vt in illo intellectu non ędificet geminã charitatẽ Dei & proximi, is nõdũ intellexit, q legis ac ſcripturarũ ſumma, Rom.13.
finis ac plenitudo, ſit dilectio, quæ duobus mandatis cõprehenditur: nempe, Diliges Matt.22.
Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mẽte tua, ex tota virtute tua, & diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Et quẽadmodùm vultis vt faciãt vobis ho- Matt.7.
mines, ita & vos facite illis. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ. Quicũq; ergo ad hãc amuſſim doctrinã ſuã attẽperat, is nunq̃ poteſt perniciosè errare.

Summa Euangelicæ prædicationis. Cap. 6.

Ezechiel

EZechiel verò Propheta ſummã ſuæ p̃dicationis Dñm enarrãtem facit, hiſce Ezech. 18.
penè verbis: Viuo ego, dicit Dñs: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur impius, & viuat. Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Quare q egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq́; iudicium & iuſtitiã, & in mandatis vitæ ambulauerit, Matt.4.
nec fecerit quicquã iniuſtũ, vita viuet & nõ morieẽ. quod Chriſtus breuiùs cõplexus: Pœnitentiam, inquit, agite: appropinquabit em̃ regnũ cęlorum. Sed de his aliãs locupletiùs. Suffecerit hîc vtcunq; indicâſſe ſcopũ.

Parocho cautiſſima ſolicitudine in prędicatione verbi vtendũ. Cap. 7.

QVo autem ſolicitiùs parochus prouinciam, cui admotus eſt, gubernare ſatagat, haud exiſtimabit ſe alicui leui muneri, ſed omnium grauiſſimo ac difficilimo præfectum, tãtæ nimirùm difficultatis, vt verbi prędicatorẽ vndequaq; abſolutũ, vix vnũ è millibus reperias. Nõ idẽ eſt ouiũ palatum, magna in paſcẽdis varietas: quod vnã ouiculã nutrit, alterã macerat aut mactat. Culpauerit aliquis auaros, prodigus hinc argumentum prodigalitatis ſuę colliget. Culpauerit prodigos, auarus indè tenacitatis ſuæ excuſationẽ arripiet. Ea eſt hominũ malitia, vt nedùm alia, ſed & ſanctiſſimũ Dei verbũ, pro ſuis quiſq; affectibus, ac ad ſua deſideria confouenda potiùs q̃ eradicãda, trahat. Videmus, proh dolor, quemadmodùm hac tempeſtate pleriq; ſacras literas in para- Pſal.140.
bolam ac prouerbium vertãt, atq; ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſumma vi atq; impudentia torqueant, adulterantes verbũ Dei. Quare parochus cautiſſima ſolicitudine agere debet, per gladiũ Dei ſecantem à dextris & ſiniſtris, vt mediũ iter pateat ad incedendũ per viam regiã mandatorũ Dei.

Quemadmodùm ſermo temperãdus. Cap. 8.

ATtemperãdus ſermo, quoad eius fieri poteſt, pro auditorũ captu. Alij ſiquidem acri ingenio ac iudicio ſunt, alij hebetes aĩo, ac rudi Minerua prędĩti: quidã attẽti, quidam verò deſides: hi rectè ac ſyncerè inſtituti, illi ſeducti ac decepti. Diſcretione ergo maxima opus eſt. Breuiter, nemo erit cõcionator abſolutus, cui præter vitam exemplarem non adſint omnia q̃ ſequuntur, nempe, cognitio ſcripturarũ vtriuſq; Teſtamenti, ingeniũ velox, ſolers atq; verſatile, eloquentia vehemens, ſuadibilis & ſuauis: neq; interìm minùs tẽperata, q̃ copioſa, prudentia rerum ac perſonarũ docendarũ, experientia multiplex, immobilis conſtantia. Deniq; ſpiritus, qui ſi deerit, reliquis donis Matt. 10.
parùm profecerit. Non em̃ vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquit̃ in vobis. Quomodò enim ad æternarũ rerũ deſideria alios accendet, qui ipſe totus languet ac friget, nõdùm ſpiritu concepto, qui ex Deo eſt, quem & ipſe Deus dat bonum petentibus ſe? En q̃arduum eſt concionãdi munus. Nec tamen propterea diffidentia (quæ plerunq; multos auertit) deſerẽdum. Ad euangelizandum miſſi ſunt parochi. Vę 1. Cor. 11.
ergo illis, ſi non euangelizauerint. Si quis autem eorum ſapiẽtia indiget, ſcruteẽ ſcripturas, & poſtulet à Deo, qui dat omnibus Iaco. 1.
affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

Quid cauẽdum inter concionandum. Cap. 9.

CAuebit autẽ modis om̃ibus, ne lubricus in docendo ſit, huc illucq́; efflues. Ex epiſ. Iud.
Et in primis, ne vento doctrinarũ ab eccleſia catholica non receptarum, velutì nubes ſine aqua circunferatur, ſed formã habebit ſanorum verborum, ab eccleſiæ (quæ columna veritatis eſt) inſtituto nihil diſcrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere Titi 2.
quæ decent ſanam doctrinam, verbum ſanũ & irreprẽhenſibile.

Nihil aut fabuloſum, aut ſuſpectum adferendum. Cap. 10.

INeptas autem & aniles fabulas deuitabit, 1.Tim.14.
qualia nuper erant, quæ ex nullis proba- 2.Timo.2.
tis authorib⁹, ſed potiùs ſuſpectiſſimis ob- Tit.3.
ſcurorum hominum commentis, adferebãtur exempla: Olim verò genealogiæ interminatæ, quòd ad pietatẽ illa nihil fecerint. 1.Tim.4.
Exercebit autem ſeipſum ad pietatẽ, quòd corporalis exercitatio ad modicũ vtilis ſit. Pietas autem ad om̃ia vtilis, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

Loquacitas vitanda. Cap. 11.

NEq; minùs vitabit prophana & vaniloquia, hoc eſt, futilẽ & inanẽ loquacitatem, qua nõnulli ratiocinationibus humanis falſam ſcientiæ opinionẽ ſibi venantur. Sic enim ſuum compellat Timotheum 1.Tim.6.
Paulus: O Timothee, depoſitum ſerua, deuitãs prophanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidã promittentes, circa fidem exciderunt.

Quemadmodùm parochũ aduerſus hæreticos pugnare oporteat. Cap. 12.

PAratos nos eſſe vult Apoſtolus Petrus 1.Pet.3.
ad ſatisfactionẽ omni poſcenti nos rationẽ de ea, quæ in nobis eſt, ſpe & fide, ſed cum modeſtia & timore. Neq; ergo doceat, neq; intẽdat his parochus, quæ quæſtiones magìs præſtant, quàm ædificatiõem quæ eſt ex charitate, 1. Tim. 1. Et iterùm 2. Tim. 2. & 3. Paulus ait: Stultas & ſiue diſciplina quæſtiones & pugnas legis reſpue, ſciens quia generant lites. Seruum autem Dñi nõ oportet litigare. Proindeq́; vbi cum hæreticis res eſt, corripiet quidem eos cũ modeſtia qui reſiſtunt veritati, ne quandò Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo tenẽ- Titi 3.
tur captiui ad ipſius voluntatem. Quòd ſi

non profecerit, hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionẽ deuitet,ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſcemodi eſt, & delinquit,quum ſit proprio iudicio condemnatus. Nequaq; autem ad populũ verbis cõtendat:ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium,memor Apoſtolici ſermonis, quo reijciuntur omnes, qui ſciſſuram quærunt. Si quis enim vult cõtentioſus eſſe,nos talem conſuetudinem non habemus,neque Eccleſia Dei.

2.Tim.2.

1.Cor,11.

A ſcommatis & conuicijs abſtinendum. Cap. 13.

INter concionandum ergo à ſcommatis, maledictis,ac conuicijs omninò abſtinẽdum eſt. Prædicet purè ac ſyncerè Dei verbum,iuxta eccleſiaſticam traditionẽ, & patrum ab Eccleſia catholica approbatorum interpretationẽ. Quæ verò in contentionẽ vel diſceptationem reuocari poſſunt, penitùs ſileantur, quemadmodùm quoq; pragmatica Auguſteñ ſanctione cautum eſt. In contẽtioſis dogmatibus, quomodò docendus populus ſapere. Cap. 14.

Prag. Auguſtana.

INcontrouerſis autem & cõtentioſis,obſcurisq; dogmatibus,quę ſacris voluminibus vel vniuerſali Eccleſiæ conſenſu expreſſim deciſa non ſunt, populus priuatim (maximè cùm exomologeſi ſe purgat, modò grauatam conſcientiam in hoc habeat) ita docendus eſt ſapere, atq; hac cautione, profiteri de his ſe credere, ſicut credit Eccleſia. Hoc enim tutius, quàm aſſeuerare, de quo dubites,aut quod non intelligas. Qualem oporteat eſſe parochum in reprehendendis criminibus. Cap. 15.

ERit quoq; parochus in reprehendendis criminibus vehemẽs atq; acer. Cõſtitutus eſt enim,vt annunciet populo ſcelera eorum,ſic tñ,vt in ſuggeſto vitia tantũ reprehendat,nõ perſonas nominatim perſtringat. Argue,inquit Apoſtolus, increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Vbi perſona arguenda,denunciatione Euangelica vtẽdum. Si peccauerit in te frater tuus, inquit Chriſtus,vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quòd ſi te audiẽrit, lucratus eris fratrem tuum. Quòd ſi te nõ audiẽrit, adhibe tecum adhuc vnũ aut duos, vt in ore duorũ vel trium teſtium ſtet omẽ verbum. Quòd ſi eos non audiẽrit,dic eccleſiæ.quòd ſi eccleſiam non audiẽrit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthium reſipiſcere nolẽtem excõmunicauit. Et hîc iterùm Chriſti doctrina & exemplum ſequendum, vt beneuolẽtia ſeueritatem vincat,vt paratus ſit parochus dimittere peccanti nõ modò ſeptiès,ſed & ſeptuagiès ſeptiès. Et cum Chriſto paratior ſit ad abſoluendum adulteram,ad frugẽ melioris vitæ reuertentem,q̃ ad condemnandũ. Quemadmodùm Paulus quoq; in gratiam recepit Corinthium illum pœnitentem.

2.Tim.4.

Matt,18.

1.Cor.5.

Matt.18. Ioan.8.

2.Cor.2.

Manifeſta repræhenſio vtriuſq; poteſtatis vitanda. Cap. 16.

VItanda quoq; manifeſta repræhenſio vtriuſq; poteſtatis, tam eccleſiaſticæ quàm ciuilis. Neq; inuehẽdum in ordinem aliquem aut aliquod ab eccleſia receptum viuendi genus. Omnis enim poteſtas à Deo eſt,& propterea eatenùs honoranda,nõ inceſſenda. Sequenda præcurſoris Dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem à ſe repulit,aut vlla contumelia affecit, ſed magìs viam rectè viuendi oſtendit. Per eiuſcemodi enim incautã reprehenſionẽ, plebs ad ſeditionem magìs ac rebellionem incitatur. Hanc murmur,odium, impatientia,cõtumacia,proteruia,& detractionis libido comitantur:quin potiùs docẽdus populus eſt obedire magiſtratibus,parére prępoſitis ſuis,etiã dyſcolis: ac interìm admonendus eſt, vt ſi ſint magiſtratus interdùm vitioſi,id euenire, quòd Dominus regnare facit malos & hypocritas,ppter peccata populi. Omnem animã poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe:quodq; omnis poteſtas à Deo ſit:quòd deniq;,qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtat.niſi tamẽ poteſtas expreſſim præcipiat, quod eſt contra mãdatum Dei. tum enim oportet plùs obedire Deo,quàm hominibus.

Rom.13.

Luc.3.

1.Pet.2.

Iob 14. Prou.28. Eſa.3. Rom.13.

Acto.5.

Quomodò corripiendi magiſtratus. Cap. 17.

INcorripiẽdis verò magiſtratibus, correctioni quoq; fraternæ locus eſt,quemadmodùm Ioannes reprehendit Herodẽ. Sic enim legimus:dicebat enim Ioannes Herodi,non populo:Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Qua ſi nihil promoueas, poſtulãda & expectanda prouiſio prælatorũ ac maiorum magiſtratuum eſt:qui ſi diſſimulent, etiam conſultum magìs, vt vltio remittatur ad Deum,quàm vt tantum ſcandalum indè deterius ſubſequatur.

Marc. 6,

Admonendus populus, vt oret pro magiſtratibus. Cap. 18.

ESt autem populus frequẽter in cõcionibus,poſt cõciones verò ſemper diligentiſſimè cõmonendus,vt Deũ Opt.Max. pro poteſtatibus deprecẽt. Volo(inquit gẽtium magiſter Paulus) vt fiant omnium primùm obſecrationes,oratiões,poſtulatiões, gratiarum actiões pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam & tranquillã vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum corã ſaluatore noſtro Deo,qui omnes homines vult ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire.

1.Timo.2.

Notantur qui ſecùs docent. Cap.19.

SI quis aliter docet,& nõ acquieſcit ſanis ſermonibus nñi noſtri Ieſu Chriſti,& ei quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt,nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum,ex quibus oriun-

1.Tim.6.

oriuntur inuidię,cõtentiones,blaſphemiæ, ſuſpiciones malę,cõflictationes hoĩm mente corruptorum,& qui veritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.

Summa Doctrinæ Chriſtianæ in Enchiridion contrahenda. Cap. 20.

Ex conci. Aphr. Prag. Auguſtana.

POrrò cùm ſecundùm Euãgelicam atq; Apoſtolicam doctrinã, quibus decreta patrum ac conciliorum,deniq; pragmatica ſanctio Auguſtana meritò accedunt, in Eccleſia Dei ſola canonica ſcriptura ac diuina eloquia,ſecundùm eccleſiaſticam interpretationem ſanctorum patrum ac doctorum, & recitari & prædicari debeant: non abs re videbitur,parochis ſummã Bibliorum pauciſſimis preſcribere,ne alicubì,dum ſcripturæ metas neſciunt,impingant.

Enchiridion quæ docebit. Cap. 21.

ET cùm præcipuè ipſis incumbat,vt plebem erudiant in præceptis Decalogi, articulis fidei, qui ſymbolo Apoſtolico recenſentur, ac Eccleſiæ ſacramentis ſimul cũ explicatione orationis Dominicæ: (Hîc eſt enim inchoationis Chriſti ſermo, quo iacitur fundamentum ab operibus mortuis & fidei in Deũ) idcircò vt imperitioribus cõſulatur, quoddam Enchiridion dabimus,in quo breuiſſimè hæc omnia ſecũdùm ſanam & Eccleſiaſticam doctrinam exponentur: ſimul & loci quidam communes, ad omnes omnium hominum ætates ac ordines commonitorij inſerentur. Veneratio quoq; ſanctorum ac reliquiarum. Deniquè quatenùs imaginibus ac picturis vtẽdum, docebitur. Nec interìm quid ſibi Eccleſiaſticæ cæremoniæ, præſertim illæ piæ ac antiquiſſimæ velint, & quò conducant, in eodem libello declarare omittemus,idq; ſuccinctiſſimè.

Ordo concionandi quem ſimpliciores ſequentur. Cap. 22.

Auguſt.li. de doctr. Chriſt. li. 4.cap. 30.

SImpliciores ac minùs eruditi concionatores, feſtis quibuſq; diebus concione in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, cum imprecatione gratiæ Dei (nempe vt Dominus ſuum ſpiritum verbo addere dignetur)cœpta, initio ambas lectiones, quæ Epiſtola ac Euangelium Miſſæ eius diei appellantur, ad verbum denarrabunt. Deindè poſt imploratam Diuini numinis clementiam, regrediantur ad vtriuſq; lectionis breuem dilucidationem, locos aliquot communes ex vtraq; deligentes, quibus populus ad vitæ pietatem,charitatemq; DEI ac proximi inflammetur. Denunciabunt quoquè, quid Eccleſia Dei eo die potiſſimùm Deum oret ac precetur, quod in precationibus ſeu collectis, quæ poſt canticum Kyrie eleiſon,aut Gloria in excelſis, dicuntur, continetur: ac hortabuntur populum, vt idem pariter intereà dum ſacra aguntur, Deum oret,ſi non verbotenùs,mente tamen.

Sanctorum hiſtoriæ quatenùs attingendæ. Cap. 23.

SAnctorũ hiſtorijs ne nimìs diu immorentur: quin potior pars (vt iam diximus) Euãgelio detur & Epiſtolæ explicandis. Quòd ſi fabuloſa videbitur hiſtoria, ne attingat quidem: ſi veriſimilis, leuiter, eaque decerpat, quæ imitanda videantur. Miracula quoquè ne impudentiùs iactentur,niſi quæ ſcripturis prodita,aut à non leuibus ſcriptoribus ſumma cum hiſtoriæ fide tradita fuerint.

Allegoriæ quomodò explicandæ. Cap. 24.

SI quas allegorias aut ſenſus ſcripturæ reconditiores, ſpiritualia ſpiritualibus cõferentes, adferre velint:has ex receptis Eccleſiæ doctoribus, velutì Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, ac ſimilibus cõprobatis authoribus deſumẽt.

Quomodò finienda concio. Cap. 25.

VBi ad calcem concionis deuentũ erit, breui epilogo,quo argumẽtum ac capita totius concionis renarret, vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimùm fecerit.

Quid recitandum,finita concione. Cap. 26.

DEbet quoq;, finita concione, decalogus ac ſymbolum fidei & ſuccinctè & exertè recitari. Illa quoq; exomologeſis ac publica peccatorum confeſſio, cum implorationem miſericordiæ Dei, purè ac diſtinctè pronunciari, ac moneri populus, vt eiſdem verbis ſacerdotem pronunciantẽ ſubſequatur: ac deindè recenſeri cõſolatoria imprecatio remiſſionis peccatorũ,vt populus deiecto,cõtrito, humiliato animo ac toto corde,cum presbytero accingatur ad myſteriũ redemptionis ſuæ (quod in altari tractatur) cõtemplandum, fructumq; Dominicæ paſſionis,quę in altaris myſterio commemoratur repræſentaturq;,participandum.

Pſal.50.

Quomodò, finita concione,populus excitandus ad orandum pro defunctis. Cap. 27.

CVm multùm plerunq; temporis, parũo cum fructu teratur in recenſendis ſingulatim defunctorum nominibus, vbi viritim ꝓ quolibet exigitur vna oratio Dominica,idq; interdùm nõ citra ſuſpicionem vel quæſtus vel ambitionis fiat: nobis potiùs videbitur, vt populus ad cõmunem pro defunctis orationem piè ac deuotè dicendam accendatur,& hę genealogię intermittantur. Super qua re tamẽ,quòd ad morem ciuitatis noſtræ Colonieñ attinet, & cũ parochis, & cum Senatu latiùs agere non omittemus.

PARS SEPTIMA.

DE ADMINISTRATIONE SACRAMENTORVM.

Caput 1.

ECcleſiæ Catholicæ vſus, ſeptem myſteria(quæ ſacramenta appellãtur) ob-

seruat, veluti septem quædam parata remedia, per quæ Deo visum est peccatis nostris mederi, ac nobis gratiæ suæ salutaris medicinam (diuersa tamen ratione) infundere, quæ sunt, baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo & matrimonium. Quæ cur à Christo & Ecclesia instituta sint, & à veteribus sacramenta peculiariter appellata: deinde, quæ illorum sit per gratiam Dei efficacia & virtus, nunc nó est dicendi locus. Tantùm admonebimus in præsentia parochum, quæ illum circa dispensationẽ singulorũ obseruare cõueniat.

Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacramẽti exhibitione. Cap. 2.

Auguſt. li. de doctr. Chriſt.

QVia igitur in sacramentis aliud videtur, atq; aliud agitur: instruendus est populus in cuiuslibet exhibitione, quid in huiusmodi religioso arcano (id enim sacramentum sonat) agatur. Cùm enim in sacramentis istis per signa quædã sensibilia infundatur insensibilis gratia, cõgruens externis signis, excitanda est fidelium fides & deuotio in Deum, vt credentes, ac diuinum mysterium intelligentes, ad Dei ac saluatoris nostri Iesu Christi participandã gratiam accedant. Quod fiet, cùm parochus sub administrationem cuiuslibet sacramenti, sacra concione populum breuiter admonuerit quid in ea re agatur.

Quid agatur in baptismo. Cap. 3.

Gala. 5.

ET vt de sacro baptismo exordiũ capiamus, docendus est populus, ꝙ illic aboleatur vetus homo, remisso omni peccato: atque nouus exoriatur, ab omni labe purgatus per fidem in Christum: quòd illic qui baptizatur, lauetur lauacro regenerationis & renouationis spiritussancti in sanguine Christi pro nobis effuso: quòd illic veterem Adam exuimus, ac vicissim Christum induimus, consepulti cum illo per baptismum in mortem, vt quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: quẽadmodùm hæc Enchiridion latiùs edocebit.

Tit. 3.

Rom. 6.

Cuius sint admonendi susceptores infantis. Cap. 4.

SVsceptores infantis (patrini qui dicuntur) meritò admonentur, quòd ipsi sint, qui Ecclesiæ nomine, & in Ecclesiæ fide Christo paruulos offerant per baptismum, ac se propemodùm pro paruulis fideiussores cõstituant, nomine paruuli respondentes: quem etiam postquàm adoleuerit, symbolum simul & orationẽ Dominicam edocere, atque vitam Christo ac professione in baptismo facta dignam perpetuò agere, saltem vbi id necessitas poscere videbitur, cohortari non omittent. proindeq; malumus illos deligi prouectæ ætatis, quàm impuberis, ne videatur infans infantem offerre, ac sponsorem se Deo pro alio constituere, qui quod promittit, nõ intelligat: ideoq; multò minùs, quod non intelligit, docere queat.

c. vos ante oſa de cõſ. diſt. 4.

Populus docendus, quid velint externa signa. Cap. 5.

PRætereà docebunt populum quid sit, quòd catechizetur baptizandus: quid reliqua solennia, quæ Ecclesia adhiberi voluit, signent. videlicet, Cur insuffletur in faciem baptizandi, cur signum crucis & in pectore & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares sputo attingãtur, liniantur q;, cur inunctio in pectore & scapulis fiat, & cur post baptismi tinctionẽ in vertice. Deniq;, quid significet amictus albus, quo infans seu alius baptizatus superinduitur: quę omnia sunt mysteriorũ plena, quemadmodùm Enchiridion declarabit.

Quomodò accedendum ad baptismum. Cap. 6.

1. Cor. 14.

CVm beatissimus Apostolus in Ecclesia omnia honestè atq; secundùm ordinẽ fieri iubeat, debebit baptismus summa mentis in Deum & in sacratissima quæ aguntur mysteria, intentione & dari & accipi. Quare quicquid hinc susceptores seu alios adstãtes auocat, procùl tollendũ est. Accedatur itaq; depositio omni fastu, humili spiritu, ac recta in Deum fiducia, quemadmodùm accesserunt qui Iesu paruulos obtulerũt, vt manus eis imponeret. Nam hîc renunciatur satanę, omnibus operibus atque omnibus pompis eius. Conueniatur q; antè inter patrinos de nomine infantis, vt potiùs in baptismo ipso cogitetur de lucrãda anima Christo, quàm de retinendo nomine.

Matth. 18.

Baptismus in facie Ecclesiæ peragendus. Cap. 7.

MAgna certè ratione Ecclesiasticis patribus visum est, vt baptismus in cõspectu Ecclesiæ in loco sacro recipiatur, nisi tamen imminens necessitas fieri aliud suaserit. Quamobrẽ displicet nobis quòd quidam fastuosi templum Domini despicientes, ambiunt magis suos infantes in domib⁹ priuatim baptizari. Quod deinceps, nisi necessitas idipsum exegerit, & causæ cognitio præcesserit, indulgere nolumus.

Act. 8. 19. De conſe. diſt. 5. c. nouiſ.

In Confirmationis exhibitione quid docendum. Cap. 8.

ITidèm dum sacramentum cõfirmationis cõfertur, docebunt Vicarij nostri in pontificalibus, quid agatur, nempe quòd illic ambiatur gratia spiritussancti, qua confirmatur tyro aduersus satanæ tentationes, roborat ur q;, vt quod corde credit ad iustitiã, ore quoque palàm confiteatur ad salutem. Quamobrem eo cõmuniri solet ætas tenera, quæ ad nequitiam procliuior est, quàm ad pietatem, vt ea procliuitas minuatur, docilitas q; ad pietatẽ augeatur. Omnes fideles (inquit Vrbanus põtifex Romanus) per manus impositionẽ episcoporum, spiritumsanctum post baptismum accipere debent,

Rom. 10.

ex canon. Vrbani.

vt pleni Christiani inueniantur: quia cùm spiritussanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam roboratur. De spiritusancto accepimus, vt efficiamur spirituales, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. De spiritusancto accepimus, vt sapiamus inter bonũ malumq; discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt malitiæ ac superbiæ repugnemus, vt luxuriæ & diuersis illecebris ac fœdis indignisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accepimus, vt amore vitæ & gloriæ ardore succensi, erigere à terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Sed de hoc alibì latiùs.

1. Cor. 2.

Quomodò ad sacramentum Confirmationis accedendum sit. Cap. 9.

Ex conci. Aurel. c. vt ieiu. de cõſ. diſt. 5.

AN expediat imitari consuetudinẽ, qua obseruatur, vt nedum adultis, sed & infantibus detur confirmatio, idq; pransis, hîc non definimus: quanquàm quod Aurelianen Concilio sancitum est, nobis magis placuerit, videlicet vt ieiuni ad cõfirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionẽ sacramentalẽ facere priusquàm accesserint, quo mũdi donum spiritussancti mereantur accipere. Cùm enim hoc sacramentum non sit necessitatis absolutæ, conuenientiùs & vtiliùs dabitur, si addatur admonitiuncula. At antequàm infans supra septimum ætatis annum progressus fuerit, parùm aut nihil horum quæ agũtur intelliget, ne dicamus, meminerit.

Cuius sint admonendi susceptores Confirmati. Cap. 10.

Gerſon.

QVẽadmodùm in baptismo susceptores sunt, ita hîc qui cõfirmandũ præsentant, ac coram Episcopo sistunt: idq; nõ admodùm diuersa ratione, nisi quòd quidã etiam dicunt, decens esse, vt qui nondũ aduersus carnis, mundi, ac satanæ tentationes roborati sint, per confirmatos iamdudùm atq; exercitatos sensus habentes, quibus fides confirmandi cognita atq; explorata sit, Episcopo presentẽtur. Quamobrem quoq; admonendi sunt isti officij sui, curãdumq;, vt tanti sacramenti perceptio dignè ac reuerenter peragatur, quemadmodùm in primitiua Ecclesia obseruatum legimus.

De moderandis donarijs, quæ susceptores infantibus donant. Cap. 11.

QVibusdam in locis, ambitionis magis quàm pietatis causa, dum vtrunque tam baptismi quàm confirmationis sacramentum peragitur, hi qui patrini dicuntur, certant, vt alter alterum donariorum precio (quo susceptiac præsentati pueri donantur) vincant. Prætereà itur statim, maximè post baptismũ, ad comessationes, cùm tum maximè comessationibus esset abstinendũ. Qua de re monendus est populus, vt quæ digna sunt his sacramentis, tantùm curent. Cætera aut moderentur, aut penitùs tollãt. Nam non offenderimus DEVM grauiùs, quàm cùm illius sanctissima mysteria indignè tractamus.

Docendus populus de signis externis. Cap. 12.

DOcebit prætereà parochus populum, quid signet chrisma, & cur ex oleo oliuæ ac balsamo conficiatur, quemadmodùm docebit Enchiridion.

De sacrosancta Eucharistia. Cap. 13.

EVcharistia, vnicum illum piarum mentium solatium ac delicium, hac deploratissima tempestate, execranda insania ac abominabili prophanatione hæreticorum, de re tanta quodlibet comminiscentium, plerisq; quodammodò in nauseã vertitur: adeò, vt (quod dolentes referimus) multi nunc sint, qui hõ tantùm hunc panem vitæ, qui de cælo descendit, accipere non desiderent, sed & auersentur, homines solo nomine Christiani, re ipsa verò Capernaitis ipsis deteriores, etiam quos post acceptam notitiam veritatis, voluntariè in filium Dei peccãtes, ac corpori Dominico & sanguini cõtumeliam inferentes, terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio (quę consumptura est aduersarios) manet.

Ioan. 6.

Hebr. 10.

Quid docendus populus in huius sacramenti ministratione. Cap. 14.

DOcendus est itaq; populus Christianus certissima fide credere, ꝙ in hoc sacramento sit verum corpus & verus sanguis Christi Iesu. Neq; enim veritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum & Lucã, hoc sacramentum instituens ac porrigens, simplicissimè dixit: Accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro vobis & ꝙ multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meã commemorationem. Sic docet Paulus apostolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? Et, Panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? Vndè consequitur, in Eucharistia totum esse Christum, quanquàm ibì sit sub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum corpus & sanguinem, haud dubiè tradidit viuum. Quare si credimus in sepulcro Diuinam naturam nõ fuisse separatam ab exanimi corpore, quãto magis credemus eam à viuo corpore nõ esse separatam in sacramento?

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

1. Cor. 10.

Quibus persuasum est, vtranq; speciem laicum participare oportére, quomodò docendi. Cap. 15.

VBi sunt, quibus contra Ecclesiæ consuetudinem persuasum est, oportére laicos participare corpus & sanguinem Domini sub vtraque specie: ibì docebit parochus hos, qui grauatam habent conscientiam, corpus & sanguinem DOMINI

altera tantùm ſpecie perfectè cõſiſtere, adeò vt laicus, qui ſub ſpecie panis communicat, non tantùm corpus, ſed & ſanguinem Domini nõ minùs recipiat, quàm qui capit ſub vtraq; ſpecie & panis & vini. Eccleſiá quoq; laicis vnam tantùm ſpeciem dare, quòd pro reuerentia ipſius ſacramẽti & ſalute fideliũ, Eccleſia (cui diſpenſatio ſacramentorũ Dei commiſſa eſt) ſic viderit expedire. Nam quũ nullatenùs ambigẽdum ſit, ſub ſpecie panis nõ tãtùm carnẽ, nec ſub ſpecie vini ſanguinẽ tantũ, ſed ſub qualibet ſpecie totũ Chriſtum cõtineri: cur ſe laicus iudicio Eccleſiæ, quã Dominus audiri voluit, non ſubmittet? quæ non temerè, ſed multis rationibus permota, decreuit ſalubrius eſſe, vt nõ tantùm populus, ſed & ſacerdotes non ſacrificantes, Chriſtum ſub vna tantùm ſpecie, q̃ ſub duabus perciperẽt. Quid enim panis viniq; ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationẽ, quàm ſpecies ſacramẽtales, & accidẽtia ſine ſubiecto? vt nõ habeat laicus cur queratur ſibi alteram ſubtrahi ſpeciẽ, vbi totum quod ſub vtraque ſpecie continetur, integrè accipiat. De qua re alibì latiùs dicetur.

Ex conc. Conſtan.

Matt. 18.

Ambr. de ſacra. c reuerà. de cõſ. diſt. 2.

De veneratione ſacroſanctæ Euchariſtiæ. Cap. 16.

Hono. 3. c. ſanè de celebr. miſſ.

Ex Conc. Mogũt. c. presb. de conſ. diſt. 2. i. c. ſan.

ET quoniam in hoc ſacramẽto Chriſtus continetur, cohortandus eſt populus, vt ad hæc myſteria contremiſcens, quum in celebratione Miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerẽter inclinet, corporeq; humi fuſo, mente adoret crucifixum, facturus idem, quum presbyter defert ad infirmum Euchariſtiam, quam ob id paratam ſemper habere debet, vt quãdo quis infirmatus fuerit, ſtatìm eum communicet, ne ſine communione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hanc ſalutarem hoſtiam palàm ac honorificè ante pect⁹ cum oñi reuerẽtia & timore ferat & referat lumine ſemp prẽcedente, vt ſigno populus intelligat, illic eum eſſe prẽſentẽ, qui eſt candor lucis ẽternæ. Hæc deniquè ſacroſancta hoſtia reponatur ſemper in loco ſingulari, mundo & ſignato, honorificeq́ue collocata, deuotè ac fideliter conſeruetur.

Quomodò tantum miraculum in hoc ſacramento fiat, populus docendus. Cap. 17.

DOcẽdus item eſt populus, quòd tantum miraculum in hoc ſacramẽto virtute Chriſti fiat, non ex merito ſacerdotis, quod & in cæteris ſacramẽtis obtinet. Nam intra ſanctam Eccleſiam catholicam in myſterio corporis Chriſti, nihil à bono maius, nihil à malo minus, perficitur ſacerdote: qa non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris, & in virtute ſpirituſãcti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaq̃ ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hanc ſuam efficit carnem, & tranſit vinum in ſanguinem. Sed hoc tãtùm intereſt, quòd malus ſacerdos ſibi tantùm nocet, indignè tanta myſteria tractans. Nam quòd ad veritatem corporis Dominici attinet, ita percipit hic, cui dicit Apoſtolus: Qui manducat indignè, iudicium ſibi mãducat, ſicut is, cui dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet & ego in eo.

1. Cor. 11.

Ioan. 6.

Quomodò admonenda plebs, ad ſumendum Euchariſtiam accedens. Cap. 18.

PRætereà inſtituenda plebs eſt, quomodò Euchariſtia ſumenda ſit. Et in primis admonenda, quàm graue crimen ſit, ad tanti ſacramenti participationem indignè accedere. Nam Apoſtolus ait: Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Et iterùm hanc horrendam ſententiam congeminans: Qui, inquit, manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideoq́; (vti ſubijcit) multi inter vos infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Quòd ſi noſipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur.

1. Cor. 11.

Qui ad hoc ſacramentum participandum admittendi. Cap. 19.

PRoindè nemo admittẽdus eſt, niſi eius conſcientia parocho ſit, aut cui poteſtas ſuper hac re legitimè facta eſt, per exomologeſim explorata, & qui pœnitenti ac contrito corde corpus Domini dijudicans acceſſerit, quod iubet Apoſtolus, quum ait: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: ne cum Iuda, qui cœnæ Dominicæ ad iudicium interfuit, locum diabolo præbeat. Mens ergo ab omni affectu peccandi longè abſit. Nam ſi adhuc habet voluntatem peccãdi, grauatur magìs Euchariſtiæ perceptione, quàm purificatur. At cõtrà, quanuìs quis peccato mordeatur, ſi tamen pœniteat, & deceterò peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de Domini miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus.

Ibidẽm. Ioan. 13.

Auguſt. c. quoti. de cõſ. diſt. 2.

Quatenùs, alteri quàm ſuo parocho confeſſus, ad Euchariſtiam admittendus. Cap. 20.

QVI alteri quàm ſuo parocho confeſſus eſt, is ſi non factæ confeſſionis ſuſpectus habeatur, teſtimonium adferet ſe confeſſum eſſe, cuius etiam conſcientiam verus ipſe parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere non omittet. Ac generatìm ſinguli parochiani rudiores, anno ſaltem ſemel, quum adibunt meſam Dominicam, examinãdi priùs in præceptis Domini, articulis fidei, oratione Dominica, ac Eccleſiæ ſacramentis, maximè baptiſmi & Euchariſtiæ.

Intra annum ſaltem ſemel communicandũ. Cap. 21.

Ex cõc. general. c. omnes de pœnit. & remiſſ.

ET vt cohortandus eſt populus, quõ ſæpenumerò cõmunicet, quẽadmodùm olim ſingulis diebus Dominicis fieri conſueuit: (quod quidem nunc quo minùs fiat, per laicos ſtat, quibus nõ debet cæleſtis illecibus inuitis aut nauſeantib⁹ obtrudi) ita ad

Ex Conc. Toleta. Et lib. de cõſec. diſt. 2. oĩs homo

minimũ populus ipſe in diſciplina Eccleſiaſtica retinẽdus eſt, vt ſaltẽ toto anno ſemel ab omnibus, qui ad diſcretionis annos perueniſſent, confeſſis & contritis, Euchariſtia ſumma cum reuerẽtia ſuſcipiatur. Olim qui non cõmunicâſſent in anno ſaltẽ ter, in Paſchali videlicet, Pentecoſte, & Natali dñi, inter fideles catholicos non connumerabantur. ſed quum ſenſim omnis penè refrixerit charitas, in hoc quoque Eccleſiaſtica diſciplina cœpit eſſe remiſſior.

Quorum admoneri populus, hoc ſacramẽtum participaturus, maximè debeat. Cap. 22.

Auguſt. ca. timorẽ de cõſ. diſt. 2.

OMnium aũt maximè inſtruẽdus eſt populus, vt recta fide accedat, ſermoni dñi firmiter credens, quo nos edocet Chriſtus, dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Quibus verbis & veritatem ſui corporis adſtruit, & credentibus, digneq́; ſuſcipientibus, remiſſionẽ peccatorum pmittit, iubens vt hoc faciamus in ſuã cõmemorationem. Porrò anima quę fidẽ habet, & eiuſmodi Chriſti verbis credit, in memoriã chri ſacramẽtum edit, quum ſecũ recogitat, quẽadmodùm vnigenitus filius Dei, ob perditũ hominem Deo patri recõciliandũ, & delendum quod cõtra nos ſcriptum erat, chirographum, de cælo deſcenderit, ſemetipſum exinaniuerit ac humiliauerit, fact⁹ obediẽs patri vſq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis. In quo maxima erga nos Dei charitas cõmendatur, qui vnico filio ſuo nõ pepercit, ſed p omnibus nobis à peccati & ſatanæ vinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidẽ & affectum, Deo ſuggerente, præparare debet in animo ſuo is, qui Euchariſtiã percipit. Docendus quoque, cur hoc ſacramentum ſub ſpecie panis & vini inſtitutum ſit.

Matt. 26.

Coloſſ. 2.

Philip. 2. Ephe. 2.

Ioan. 3.

Cap. 33.

Auguſt. in Sermone de Dedic. Eccleſiæ.

NEq; interìm negligẽdũ, ſed perpetuò inculcandũ erit, hoc ſacramentũ corporis & ſanguinis dominici ſub ſpecie panis & vini inſtitutũ eſſe, vt pter veritatẽ corporis & ſanguinis, q̃ in eo cõtinetur & recipiẽ, quoddã etiã eximiũ ſignũ mutuæ dilectiõis & charitatis excitãdę in nobis foret, quẽadmodùm D. Paulus inquit: Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi ſumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. Quãobrem ab huius cõuiuij ſpirituali participatione lõgè abſunt, qui inuidię vel odij veneno infecti, aut iracundię furore repleti fuerint. Monendi itaq; ſunt qui cõmunicare deſide-

1. Cor. 10.

rant, vt depoſita omni ſimultate, diligant alterutrum, vti vnius corporis membra, vt nõ ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicèm ſolicita ſint membra.

Quomodò ſingulis dominicis diebus plebs ad audiendam Miſſam ſe præparabit. Cap. 24.

DOcendus quoq; populus, vt qui iuxta antiquum Eccleſiæ ritum, ſingulis dominicis diebus ad cõmunicandum corpori & ſanguini Dñico non ſe pparat, Miſſæ ſaltẽ parochiali hiſce, alijsq; feſtis dieb⁹ interſit, vt tametſi inter ſacrificantẽ & aſſiſtentes nõ ſit (more illo antiquo) tam frequens ſacramentalis cõmunio, ſit ſaltẽ ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis & gratiarũ actionis cõmunio, vt ſic quodãmodò oẽs ſpiritualiter cõmunicẽt, cum deſiderio etiã ſacramentaliter cõmunicandi. Ne verò populus ab hac Miſſa parochiali, & ab auditione verbi Dei diſtrahatur, placuerit nobis, vt ſi quę ſint aliæ Miſſæ legendæ die Dominico, hę inchoentur primùm poſt verbi prędicationem finitam, quemadmodùm latiùs viſitatione ſecundùm diuerſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

C. & hoc attendendũ. de cõſec. diſt. 5. Ex conci. Carth. ca. ſacer. de cõſ. diſt. 1.

Docendus populus generatìm, quid agatur in Miſſa. Cap. 25.

DOcẽdus populus generatìm, qd agat in miſſa, & quibus partib⁹ cõſtet. Cõſtat ſiquidẽ pſalmodia, quẽ vocamus introitum, inuocatione & glorioſa celebratione ſanctiſſimę Trinitatis, quę in canticis Kyrie eleiſon, & gloria in excelſis Deo, peragunt: precatione ſeu collecta, recitatione verborum Propheticorũ aut Apoſtolicorũ, quam vocamus Epiſtolam: ſacris Canticis, quę vocamus Graduãlia & Alleluia, & quæ ſequuntur: lectione euangelica, ſymboli recitatione, ſeu profeſſione fidei catholicæ: cantico, quod nõ ſine myſterio Offertoriũ appellatũ eſt: Gratiarum actione, quę dicta eſt Prefatio: religioſa cõmemoratione mortis, cõſecratiõeq́; corporis & ſanguinis dñici, q̃ fit in Canone. Rurſus, precationib⁹, inter quas eſt precatio Dñica: ſequitẽ oſculũ pacis ſymbolum Chriſtianæ charitatis, mox Cõmunio. Rurſus ſacrũ canticũ, quod cõmune appellatur, & precatio. Poſtremo loco ſacerdos totũ populũ velut in ſuã tutelã receptũ, deo bñdictione tradit atq; cõmendat, vt perſeueret in affectu pietatis, mutuaq́; charitate: quorum quũ admonetur populus, incipiet nedum credere, ſed & ſentire, quòd in miſſa nihil non ſit pium ac venerandum.

Corripiendus abuſus eorum, qui ante finitam Miſſam irreuerenter diſcedunt. Cap. 26.

Ex conc. Agatheñ. c. Miſſa. de cõſ. diſt. 5. & c. ſeq.

COrripiendus verò abuſus eſt, q̃ quidã poſt adſperſam aquã, & ante Miſſæ introitum, exitum faciunt: quidam, poſt auditum & non intellectũ Euangelium, abeunt: alijq́ue, poſteaquàm ſacerdos dixit, Surſum corda,

corda,& Gratias agamus. Atqui tunc præcipuę populi partes erant, quando ſubmiſſiùs legente aut tacente ſacerdote, quiſque cum deo loquitur. Deniq; alij ſtatim poſt eleuationem corporis & ſanguinis Dominici, nõ expectantes præcipuam Miſſæ partẽ, quæ eſt communio. Antiquiſſimus ergo Canon populo rememorandus eſt, qui ſic habet: Oẽs fideles qui in ſolennitatib⁹ ſacris ad Eccleſiam cõueniunt,& ſcripturas Apoſtolorũ & Euangelium audiant. Qui aũt non perſeuerant in oratione vſquedum miſſa peragatur, nec ſanctam cõmunionem percipiunt, (quã nos, vt nõ exigimus quotidiè ſacramentalẽ, ſaltẽ ſpiritualẽ à populo requirimus) velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, cõuenit communione priuari.

Cypria. c. quãdo autẽ de cõſ. diſt. 1. cap. omnes fideles. de cõſ. diſt. 1.

Docendus populus, quale ſit Miſſæ ſacrificium. Cap. 27.

DOcendus item eſt populus, quale ſit Miſſæ ſacrificium, nempe repræſentatiuum. Semel quidẽ Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: ſemel in manifeſtatione ſui corporis, in diſtenſione ſuorũ membrorum omnium. Verus Deus & verus homo ſemel tãtùm in cruce pependit, offerens patri ſeipſum hoſtiam viuã & paſſibilẽ, immortalem, viuorum & mortuorũ redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgẽs à mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltrà nõ dominabitur. Et tamẽ quotidiè immolatur in ſacramento, nõ quòd totiès Chriſtus occidatur, ſed ꝙ illud vnicum ſacrificium myſticis ritib⁹ quotidiè renoueẽ, quotidianaq; recordatione mortis Dñi (qua liberati ſumus) in edendo & potando carnem & ſanguinẽ, quę pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur, quod olim factũ eſt, facitq; oblatio iſta ſacramentalis moneri nos, tanq̃ videamus præſentem Dominum in cruce. Elicientes ſubindè nobis ex illo fonte inexhauſto gratiam ſalutarem, immolamusq; hoſtiam pro viuis & defunctis, dum pro illis patrem per filij mortem deprecamur.

Auguſt. de Trin. & in Pſal. 20. c. ſemel. de cõſ. diſt. 2. & duobus ſequent. 1. Pet. 3. Rom. 6.

Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebrandæ. Cap. 28.

EXequias ac Miſſas, quæ ꝓ defunctis peculiariter dicuntur, malumus in alium diem transferri, q̃ die Dominico celebrari, niſi tamen plebs diei tranſlatione grauaret. In quibus etiam ad populũ fiat admonitio, declaraturq; quibus potiſſimùm modis, Dei miſericordia pro animab⁹ ambienda ſit: ſic, vt interim admoneantur hi, qui funebres põpas ac Miſſas gloriæ tantùm aucupandæ cauſa inſtituunt, perdere mercedem ſuam. Debet quoq; plebs doceri, pium eſſe, quẽadmodùm ab Apoſtolorũ tẽporibus, Eccleſia (quæ colũna & firmamentũ veritatis eſt) & docuit & obſeruauit, pro defunctis Dñm exorare, & eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri, atq; hæc eis prodeſſe, qui in cõmunione eccleſiæ & ſigno pacis deceſſerunt, & qui cùm viuerent, hæc ſibi vt poſteà poſſent prodeſſe, cooperando meruerunt.

Cap. non eſtima. ca. tẽpus 23. q. 2. Ex prag. Auguſt. 1. Tim. 3.

Qui ad Exequias euocandi. Cap. 29.

AD exequias, quæ extra ciuitatẽ noſtrã Coloniam celebrantur, nõ euocandi monachi, nec iſta cohors leuiũ ac indignorum ſacerdotũ. Aut ſi euocentur, videdum ipſis ne laſciuiãt. Quãquàm nobis magis ꝓbetur, vt qui volet, pietate ductus, multiplicari ꝓ defuncto preces, is monachos in ſuis monaſterijs, ac clericos ſingulos in ſuis tẽplis permanere ſinat, ibidẽq; preces ac Miſſas peragere. Quonàm enim ſpectat cõcurſus iſte, interdũ quàm par eſt, immodeſtior, quàm ad captandam auram popularem? Cauenda verò ſummoperè poſt exequias delicata conuiuia, crapulæ ac comeſſationes, ne Deus placandus, magis iritetur.

De pœnitentiæ partibus. Cap. 30.

IN ſacramento pœnitentiæ explicando, ac rectè miniſtrãdo, maturitate multa ac diligentia opus eſt. Veteres orthodoxi pœnitentiæ partes tres nobis tradiderunt, cõtritionem, confeſſionem, ac ſatisfactionẽ, ſeu fructum pœnitentia dignũ. Quanquàm pœnitentia quatenùs ſacramentum dicitur, potiſſimùm in abſolutione presbyteri conſiſtat, qua ille ex virtute verbi & clauium ſibi à Chriſto traditarum, peccatorem pœnitentem, & in miſericordia Dei ſperãtem, à peccatis ſuis abſoluit, de quibus paulo latiùs in Enchiridio dicemus. Ioan. 20.

Prima pœnitentiæ pars, contritio in ſuggeſto ſemper pertractanda. Cap. 31.

PRima pœnitẽtiæ pars, quũ omnis Euãgelicæ prædicationis exordium ſit, nũquàm non eſt in ſuggeſto pertractãda. Hac enim confugitur ab ira Dei ad miſericordiã, hac conuertimur ab operibus mortuis ad Deũ viuentem, hac ſubducimur à peccati ac diaboli laqueis, ac cõcorporamur Chriſto. Vndè à pœnitentia ꝓcurſor Ioannes, deindè Chriſtus ipſe, ac princeps Apoſtolorum Petrus, prædicationis Euangelicæ doctrinam ſunt exorſi. Pœnitentia autẽ tum rectè prædicatur, quum arguuntur ſcelera ac flagitia per verbum Dei, & incutitur populo timor iræ, indignationiſq; ac iuſti iudicij Dei, certo certiùs manentis eos, qui malè agunt, ac malè agendo perſeuerãt. Subindè verò vino oleum miſcendum eſt, vt ex animo vereq; territis ac conuerſis promittatur gratia ac miſericordia. Ad eũ modũ Paulus ad Epheſios ſcribens: Hoc, inquit, ſcitote, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, nõ habet hæreditatẽ in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterùm ad Galatas: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Hebr. 6. Matt. 3. & 4. Acto. 2. Rom. 2. Ephe. 5. Galat. 5.

ria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, rixæ, irę, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prędixi, quoniam qui talia agũt, regnum Dei non conſequentur.

Neminem non ad pœnitentiam inuitari. Cap. 32.

IAm, quanquàm nemo cõuertatur ad Dominum, niſi tractus per patrem, attamen nemo hîc excuſationem prætexat, quòd nõ trahatur: quòd ille ſemper ſtet ante oſtium pulſans, nimirùm per internum & externũ verbum commonens, vt conuertamur à via noſtra peſſima, & inclamans quoniam ira, indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, gloria aũt, & honor, & pax omni operanti bonum. Hîc cõcuſſis conſcientijs commonſtrandus eſt Samaritanus ille, qui infundit vinum & oleum, qui ſanat omnes contritos, & alligat omnes cõtritiones eorũ. Filioli mei, inquit diuiniſſimus Ioãnes, hæc ſcribo vobis, vt nõ peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius mundi. Hęc eſt doctrina, quę docet mori mundo, & viuere Chriſto.

Ioan. 6. Rom. 2. Luc. 10. Pſal. 146. 1. Ioan. 2.

Presbyter qui à cõfeſſionibus eſt, qualis eſſe debeat. Cap. 33.

DE confeſſione, & quotuplex ſit, alibi dicemus. Tantùm, quod ad eam quæ ſacerdoti priuatim fit, attinet, paucis admonebim⁹. Primùm magnoperè neceſſariũ iudicamus, vt ſacerdos, qui à cõfeſſionib⁹ eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilẽtij tenax: alioquì ſi ad quæſtum intentus ſit, ſi ad malum ſolicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi pertinacibus blandiatur, ſi intricatam conſcientiam extricari neſciat, ſi deniq; vel ebrioſus, vel iracundus, vel leuis, vel ſecreti minimè tenax, diſſipandis magis quàm paſcendis ouibus videbitur idoneus.

Quid confitentem docebit presbyter confeſſarius. Cap. 34.

IN primis autem qui huic muneri intẽtus eſt, docebit confitentem, ne ambiguis ac perplexis ſermonibus ſe remoretur, & percontando cogatur velut expiſcari crimina, (quod ſæpenumerò periculoſum eſt) ſed ſimpliciter, tanquàm coram Deo aperiat lœthalia crimina, & quæ cõſcientiam onerant ac lædunt, ꝙ ea quæ cõtra conſcientiã aguntur, ædificent ad gehennam. Atq; ibi maximè opus eſt ſacerdote iudice, diſcernente inter lepram & non lepram.

Roma. 14.

Remedium pro ratione morbi adhibendum. Cap. 35.

QVod omnibus Chriſtianis præcepit Paulus, dicens: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſto- 1. Theſſ. 5.

te ad omnes: Hoc eum qui à confeſſionibus eſt, maximè cõuenit obſeruare, nimirùm vt conſolando erigat puſillanimes per immenſam Dei miſericordiam: præfractos autẽ obiurget, tremendumq; Dei iudiciũ ante oculos ponat. Deniq; vti prudentiſſimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quàm profuturus, ſi putauerit vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur, ſinguli ſecundùm ordinem, ſtatum, ac ætatem, atque id per locos quoſdam communes ex ſcriptura deprõptos, quos in numerato habere debet parochus.

Nimis anxij, quomodò tranquillandi. Cap. 36.

QVi nimis anxij ſunt in repetenda cõfeſſione vel iteranda apud aliũ ſacerdotem, vel etiã in enumerandis circunſtantijs, quales ſunt quidam, qui quantunuis confitendo, conſcientiam tamen vix tranquillare poſſunt, docendi erunt, Deum (cui omnia patent) ſyncerítatem tantùm cordis à nobis requirere, nec tam ſeuerum eſſe exactorem, qui conſcientiam ob vnam vel ob aliam delicti circunſtantiam, inter confitendum nõ dedita opera neglectam, perpetuò turbatã eſſe velit. Nam quis omnes erratus ſuos enumerauerit? quemadmodùm Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. Pſal. 18.

Moderatio in caſibus reſeruatis. Cap. 37.

IN occultis delictis ex reſeruatione caſuũ cõpertũ habemus, nonnihil mali interdũ accidere: vel quòd peccator non habens in promptu ſacerdotẽ qui illum abſoluat; cõfiteri vel differt vel contemnit, vel ꝙ qui minores ętate ſunt vel mulieres, difficilè adducantur, vt ex ſuis parochijs non ſine leui ſuſpicione ad nos ſeu cõmiſſarios noſtros ꝓficiſcantur. Quare, vt cõſulamus & verecũdiæ & famæ, viſum nobis eſt, hanc poteſtatẽ noſtram abſoluẽdi à peccatis, & caſibus noſtræ abſolutioni reſeruatis, (occultis tamẽ) omnibus parochis per diœceſim noſtrã cõſtitutis, ritè vocatis, delegare, modò tamen Vicariorum noſtrorum in pontificalibus cõſilium requirant ac adhibeant: noſtris tamen Suffraganeis poteſtatẽ facientes, aliter in diœceſibus ſuis, vti conſultius videbitur, ſuper hac re ordinandi.

1. Cor. 5.

Publicæ pœnitentiæ vſus in Eccleſiam reuocandus. Cap. 38.

IN publicis verò criminibus, quemadmodùm neceſſe eſt, ita iubemus ad canones antiquos publicæ pœnitentiæ regredi, atq; adeò ad Chriſti & ſui diſcipuli Pauli inſtitutum reuerti, qui ad Corinthios exẽplo oſtẽdit, quomodò oporteat Eccleſiam, in publicè peccantem animaduertere, donèc ipſi publicè peracta pœnitentia ſatisfecerit, de quo fuſiùs dicemus ſub titulo, de iuriſdi-

ctione Ecclesiastica contentiosa.

Recitata confessione, quid agendum per parochum. Cap. 39.

PEracta confessione, sub absolutionẽ sacèrdos monebit confitentem, vt quod admissum est, detestetur, vt sic deinceps vitã instituat, ne in vllũ lœthale crimen posthàc incidat, quẽadmodùm Christus ad mulierẽ dixit: Vade, & noli ampliùs peccare. Vtq; eũ affectũ habens, credat, per Dei misericordiã virtute sanguinis Christi per absolutionem impartiendam in verbo eius, sibi remissum iri peccata. Iniungat etiã illí fructum dignũ pœnitentiæ facere, ac tum deniq; imponat manum, ac absoluat confitentem.

Ioan. 8.

In matrimonij sacramento quid agatur. Cap. 40.

DVm matrimonio iungunt parochi virum ac mulierem, docebũt matrimonium institutum esse à Deo, confirmatũ per Christum, vt Geneseos 2. & Matthæi 19. legimus. Quod sacramentum si quis, sicut decet, acceperit, accedente sacerdotali precatione, confert donum spiritus, quo vir diligat vxorem amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiã: mulier vicissim, propter Christum, amet, reuereaturq́ue virum suum vtì dominum. Vterq; liberos (si dentur) summa cura instituant ad Christianam pietatẽ. Copiosam monendi materiam Paulus ad Ephesios 5. subministrat.

Gene. 2. Matt. 19.

Ephe. 5.

Quemadmodùm monendi sunt, qui matrimonium cõtrahere affectant. Cap. 41.

QVum matrimonium ante lapsum adę propter procreandos liberos institutum, ac benedictione Dei firmatum sit, qua dixit ille: Crescite & multiplicamini, & replete terram: peculiariter aũt homini, erunt duo in carne vna: Propterea relinquet homo patrẽ & matrẽ suam, & adhærebit vxori suæ. Nec ratio cõiunctionis, seu benedictio post lapsum defecit: sed tm̃ quod sanis potuit esse officium, id ægrotis factũ etiam sit remedium, dũ vtriusq; sexus infirmitas ꝓpendens in ruinã turpitudinis, rectè excipiẽt honestate nuptiarũ, quẽadmodùm D. Paulus ait: Vnusquisq; vxorẽ suã habeat ꝓpter fornicationem, nimirùm vitandã: Monendi sunt, q̃ matrimoniũ cõtrahere affectant, ne alius affectus ipsos huc rapiat, vt sit honorabile coniugium ac cubile impollutũ. Nam si neq; ob ꝓlẽ suscitãdã, neq; ob fornicationẽ vitandã, sed potiùs diuitiarũ aut opum nanciscendarũ, aut alterius rei gratia matrimoniũ cõtrahatur: perperàm agitur, ac grauiter in sacramentũ peccatũ. Hîc, q̃ Tobię 6. 7. & 8. scribũtur, enarrari, proponi, ac doceri cõueniet. Vbi locus pulcherrimus est, exẽplo cõmonstrans, quẽadmodùm bona vxor donũ Dei sit, debitũ timenti Dñm, quomodò in timore Dei * apparẽtibus, nõ luxuriæ causa, sed sola posteritatis dilectiõe, in qua benedicatur nomen Dei in secula, petenda. Quo pacto coniugij conscriptione facta, tradenda, quemadmodùm etiã conuiuium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendũ. Deniq; quo modò precandus sit Deus per coniuges, vt benedictionem suam in ipsos, quos coniunxit, impleat. Hæc enim decent sanctorum filios, qui non debent ita cõiungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Eritq́; horrendum illud exemplũ de septem Sarræ viris à dæmonio occisis, replicandum. His nãq; (vt Raphael angelus apud Tobiam ait) qui cõiugium ita suscipiunt, vt Deum à se & sua mente excludãt, & suę libidini ita vacẽt, sicut equus & mulus, in quibus nõ est intellectus, dęmonium malũ dominatur. Quamobrem vehementer cõprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi, ante ecclesiasticam coniunctionem, ieiunio se præparant, & sacram Eucharistiam sumunt.

Gene. 2.

1. Cor. 7.

* legendũ videtur, à parentib⁹

Matrimonium tria complecti. Cap. 42.

DOcendi itaq; breuiter, matrimonium tria complecti, fidem, prolem & sacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole, vt amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur. In sacramento autem, ne coniugium separetur, nêve dimissus aut dimissa, etiam prolis causa alteri coniungatur.

Augustꝰ. de Genesi ad literã lib. 9. cap. 7. tom. 3.

Pium votum & in clandestinè contrahentes censura. Cap. 43.

OPtandum, vt Canon Euaristi põtificis Concilio generali renouetur, tollanturq́; illa clandestina matrimonia, quę inuitis parentib⁹ ac ꝓpinquis, Veneris potiùs q̃ Dei causa contrahuntur. Nam quãta ex his clandestinis matrimonijs mala suboriãtur, in aperto est. Intereà verò donec Ecclesia de hoc prospiciat, si nõ irrita, prohibita saltẽ sint, & pœnæ canonicæ, hoc est, excommunicationi, cõtrahentes & qui his opem aut cõsilio adfuerint, subiaceant: quã nec tam facilè, nisi Ecclesiæ satisfiat, tolli, admodùm expedire nobis videtur. Quantùm fieri potest, cauebit parochus, ne liberos citra parẽtum authoritatem coniungat. Quòd si parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio iam cõtracto, rigidiores negatores: admonebit eos, vt liberos maturæ ætatis elocent, néve vinculo iam per Ecclesiam indissolubili, pertinaciùs obluctentur.

Ex canon. Euaristi.

Coniunctio coniugum in facie Ecclesiæ peragenda. Cap. 44.

COniunctionem per sacerdotem cum benedictione sacerdotali ac precibus, inter Missarum solennia in templo secundũ antiquos canones & ecclesiasticum ritum fieri decernimus. Superbia ac fastu tumidis, qui in priuatis domicilijs mâlunt, quàm in tẽplo, vbi Ecclesia conuenit, ac coniungendis benè precatur, copulari, quis non ineptè oppo-

1. Cor. 11.

suerit illud Paulinum: Num Ecclesiam Dei conteñitis? Nec sacerdos antè quoslibet cõiugio iungat, nisi edictis aut ꝓclamationibus tribus, publicè è suggesto ad populũ factis, præcedentibus, ob multas ac varias fraudes euitandas. Contra hæc haud facilè, sed tantùm vbi ratio admodùm necessaria, hoc ipsum fieri postulauerit, idq́ue non nisi causa cognita, dispensabitur.

Peregrinos & ignotos, sine legitimo testimonio non coniungendos. Cap. 45.

PEregrini & ignoti nõ coniungãtur, nisi legitimis testimonijs doceãt, se vbi antè versati fuerint, nullis matrimonij vinculis adstringi, ipsisq́; per suum parochum licere per alium parochum copulari.

In gradibus consanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obseruandum. Cap. 46.

Ex conci. genera. c. nõ debet de cõsan. & affin.

QVòd ad gradus consanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum ac cõtractum dirimunt, decretum Cõcilij generalis obseruabitur. Hic si parochi in dinumeratione graduũ addubitauerint, peritiores consulent. Vbi Rom. põtifex dispensatorio diplomate matrimonium secùs contractum, approbandum iusserit, examinẽtur causæ diligentiùs, quę dispensationem extorserunt. Quæ si cõperiantur aliter, q̃ narratum est, se habere, non dubium est, dispensationẽ nullius roboris esse.

Ludicra tollenda. Cap. 47.

LVdicra illa, quę in templis post cõiunctionem sacerdotalem fieri consueuerunt, veluti in pulsando spõso, atq; alia eiusdem generis, penitùs tollantur. Nam res seria, quam Deus ipse instituit, benedixit, inuiolabilemq́; decreuit, agitur.

De sacro ordine dictum esse priùs. Cap. 48.

DE sacro ordine, & quæ salutaris gratia hoc sacramento conferatur, quæ deniquè in eodem sacramento cõferendo obseruari oporteat: titulo primo, qui de munere episcopali est, abundè diximus.

Cur adhibeatur extrema vnctio. Cap. 49.

REstat extrema vnctio, quæ (quoniã in morte extrema lucta est) adhibetur, vt vel cõualescat ægrotus, si Deo ita visum, vel side bonaq́; spe obdormiat in Domino.

Quomodò impendenda vnctio extrema. Cap. 50.

Iaco. vlti.

EST aũt vnctio impendenda cum expositione vnctionis & mãdati apostolici, quod sic habet: Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbyteros Ecclesię, vt orent super eum, vngentes eum oleo in noĩe dñi, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dñs: & si in peccatis sit, remittentur ei. Postremò loco adhibebit parochus admonitionem preparationis ad mortem, quemadmodùm Enchiridion docebit.

A sepultura nemo, in communione decedens, repellendus. Cap. 51.

QVòd ad sepulturam attinet, quis poterit negare rem lõgè pijssimam esse, & in veteri & in noua lege accuratè obseruatam, vt Christianorum (qui spem resurrectionis habent) corpora nõ pecudum more disijciantur, sed in cœmiterij sinum recondantur, quod etiam alto mysterio nõ caret? Ab hac ergo sepultura nemo Christianus, qui in cõmunione decessit Ecclesiæ, arceatur, etsi casu mortuus fuerit. Quum enim communicabatur viuenti, & mortuo communicandum est. Soli verò hæretici, excõmunicati, publici latrones, & hi, q̃ sibi mortem criminis cõscientia adacti, cõsciuerũt, & quos in peccato lœtali, nullis pœnitentię signis præcedentibus, decessisse constiterit, prohibeantur.

Gen. 23. 25

c. ex parte de sepult.

Quam admonitionem in sepulturis & exequijs fieri oporteat. Cap. 53.

IN sepulturis aũt & exequijs mortalitatis atq; huius calamitosæ vitę, admonitio diligens fiat, atq; excitandi inter alia præsentes, vt recogitent sibi eodem modo hinc excedendum esse, sese in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam semper oporteat suspirare. Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei misericordiã commonendi sint, suprà diximus.

Hebr. 11.

PARS OCTAVA.

DE VICTV PAROCHORVM.

Caput 1.

SVpereſt vt de victu parochorum dispiciamus. Hîc in primis, quod Christus docuit, & sacri canones maximo serio præceperunt, præmittendum duximus: nempe vt sacramenta Ecclesiastica gratìs ministrentur, dicẽte Domino: Gratìs accepistis, gratìs date. Quamobrẽ neq; pro baptizandis, consignandisq́; fidelibus, neq; pro collatione chrismatis, vel promotionibus graduum, neq; alijs sacramentis, distribuendis precia quælibet vel præmia, nisi q̃d voluntariè offeratur, recipiẽda sunt. Neminem quoq; ad quæstuosas exequias cogi, aut pro sepultura munus aut precium exigi volumus, secundùm canonicas sanctiones, Custodi interim ac vespilloni de sua mercede nihil detrahentes.

Ex conci. Toleta. 11. cap. 8.

Matt. 10.

Ex conci. Tiburen̄ ac Vasen̄ c. in Ecclesiastico c. ꝓcipiendũ. 13. q. 2.

Parochis victus necessarius suppeditandus. Cap. 2.

AT quum lex diuina præcipiat, nõ alligãdum os boui trituranti, quod vtiq; non boum causa, sed propter nos dictum, Christus in Euangelio explicat: Dignus, inquiens, est operarius mercede sua. Ac Paulus toto cap. 9. primæ ad Corinth. cõfirmat: Quis enim militat suis stipendijs vnquàm? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Neq; enim magnum est, si qui spiritualia seminant, carnalia etiã metãt.

Deut. 25.

Lucæ 10. 1. Tim. 5.

1. Cor. 9.

Quamobrem diſpiciendum eſt, vt parochis Euangelij prędicatoribus, certa ac cõpetens ſubminiſtratio victus & veſtitus fiat, idq; ad eum modum, ne in adminiſtrandis ſacramẽtis quippiam exigendo, oneri ſint parochianis, aut cibum vicatim diſcurrendo emendicare cogantur, quo nihil turpius aut ſordidius.

Vicecuratos, quos vocant, ex prouentibus Eccleſiæ congruam ſuſtentationem recepturos. Cap. 3.

IN primis igitur, qui per vicarios ſeu Vicecuratos Eccleſias parochiales regẽdi poteſtatem à nobis acceperunt, ijſdem vicarijs tantam ex prouentibus Eccleſiæ partem aſſignabunt, qua vitam congruè ſuſtentare poſſint. Quod nos inter viſitandum pro ratione locorum ac parochiarum vt fiat, ordinabimus.

Qui Eccleſias vnitas habent, Vicarijs perpetuis portionem congruam aſſignare oportere. Cap. 4.

De prębẽ. & dignit. lib. 6.

ECcleſiæ cathedrales ac collegiatæ, itidẽ monachi ſeu religioſi, qui Eccleſias parochiales aut ſuis Eccleſijs vel monaſterijs vnitas habent, aut regendas alijs committunt, aut præſentando committi procurant: adeò interdùm omnem prouentum emungunt, vt reſiduirredditus, qui rectoribus Eccleſiarum permittuntur, nimis tenues ſint & exiles. Quamobrem noſtræ curæ erit, vt tanta portio rectoribus iſtis aſſignetur, vndè iura epiſcopalia ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere poſſint.

Vbi redditus non ſuffecerint, quid agendum. Cap. 5.

Ex Vienñ cõc. clem. ſi vna.

VBi verò redditus Eccleſiarum nõ ſufficerint, iuris conſilium ſequendum putamus, nempe vt duæ vniantur: aut ſi id graue videbitur, ſaltẽ vna, aut plures etiam vicariæ, quæ ad altaria in eiuſmodi Eccleſijs fundatæ ſunt, ipſi Eccleſię parochiali (vt vocant) incorporentur: ſic tamẽ, vt quoàd fieri poteſt, per parochum officium, ob quod vicarię illæ fundatæ ſunt, minimè negligatur. Porrò decimas potiſſimùm parochis ac Eccleſiæ miniſtris deberi, non dubiũ eſt. Nunc quũ illæ paſſim à laicis magna ex parte vſurpentur, neq; facilè ex eorũ manibus diuelli poſſint: videndum, num diligenti cohortatione, aut alia via iuri cõſentanea, parocho, cui Eccleſię redditus ad victũ nõ ſufficiunt, hinc aliquid emendicari poſſit.

Denarius conſuetus, ſed duplicatus, pendendus. Cap. 6.

POſtremo loco iuſtũ ac decẽs putamus, vt ſinguli parochiani denarium illum conſuetum, ſed duplicatum, ſaltem in anno quater, videlicet in feſtis illis maioribus, velutì in Natali Dñico, Paſchate, Pentecoſte, Aſſumptioneq; virginis gloriоſæ, id eſt, ſingulis feſtis duos denarios parocho pẽdant. Neq; enim tantillum offerre, vlli oneroſum eſſe aut videri poteſt. Quis enim tam ſordidus eſt, qui non æquum putet, modicum qd caduci ac tẽporalis ſubminiſtrare illi, à quo ſpiritualia ac æterna viciſſim repetit? Certè omnes ſcire debent, eos qui in ſacrario operantur, quę de ſacrario ſunt, edere: & qui altario deſeruiunt, cum altario participare. Nam & Dñs ordinauit, his qui Euangelium annunciant, de Euãgelio viuere. Qui ſe vnica ſolutione (quæ vno albo rotato fiet) liberare volet, id ipſi liberum eſto. Ne verò parochus aut in contentionem aut ſuſpicionẽ trahatur, potiùs hæc pecunia per Eccleſiæ œconomos, aut alios ꝓbatæ fidei viros colligetur, ac ipſi parocho numerabitur.

1. Cor. 9.

Laudabilem conſuetudinem Agrippinæ Coloniæ per hæc non abrogari. Cap. 7.

LAudabilem tamen conſuetudinem in ciuitate noſtra Colonieñ erga ſanctam Eccleſiam, pia deuotione fidelium introductam, per has noſtras ſynodales conſtitutiones nolumus immutare, donec ipſis parochis intra eandem ciuitatẽ de ſufficientiori victu fuerit prouiſum.

PARS NONA.
DE CONSTITVTIONIBVS ac cõſuetudinibus eccleſiaſticis.

Cap. 1.

DE conſtitutionibus humanis, ac Eccleſiaſticis conſuetudinibus, magna in præſentiarum in Eccleſia Dei concertatio eſt, quam Eccleſiæ turbatores, vt Eccleſiæ authoritatem euerterent, ad nihilumq; redigerent, inuexerunt. At populus hîc docendus eſt, ſanctorum patrum regulam ſequi, qui diligenter admonent, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quę fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt. Sunt autem illa, quæ nõ ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, non vnius generis, quemadmodùm D. Auguſtinus tradit. Alia enim toto terrarum orbe obſeruanẽ, à patribus nobis quaſi per manus tradita. Quæ quidem putanda ſunt vel ab ipſis Apoſtolis, vel ex plenarijs concilijs (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas) commendata atq; ſtatuta retineri, velutì quòd paſſio, & reſurrectio, & aſſcenſio in cælum, aduentus ſpiritus ſancti, & quadrageſima annua ſolennitate celebrãtur, quòd die Veneris à carnibus abſtinetur. Atq; alia multa, quę ab vniuerſis meritò obſeruantur. Alia verò quę per loca terrarũ, regionesq; variantur, ſicut eſt, ꝙ alij ieiunãt diem mercurij, alij non: alij quotidiè cõmunicãt corpori & ſanguini Domini, alij certis diebus accipiũt. Et ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerũ liberas habet obſeruationes. Quod emẽ neq; contra fidem catholicam, neq; cõtra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum. Sic diuus Ambroſius Auguſtinum docuit, de hoc altero genere interrogantem: Tu (inquit) ad quamcunq; fortè Eccleſiam (nimirùm in vnitate Catholicæ Eccleſiæ permanentem) veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi. Sed de his, ac quatenùs Eccleſiaſticæ iſtæ conſtitutiones obligent, alibì latiùs dicemus.

Auguſt. ad Ianuariũ. c. illa aũt. 12. diſt.

Ieiunia ab Eccleſia indicta, reuerenter obſeruanda. Cap. 2.

IEiunia ergo ab Eccleſia indicta, reuerenter obſeruari volumus, admonendusque populus cur ſint inſtituta, nempe vt corpus per intemperantiam cibi ac potus luxuriãs, caſtigetur, in ſeruitutemq; redigatur, quô animus vegetior ac liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuineq; voluntati ſeſe attemperet. Magnum certè & generale ieiunium eſt, abſtinere ab omnibus iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus ſeculi. Ad hoc perfectionis qui nondùm peruenit, is Eccleſię indictum huc vocans, haud contemnat.

Auguſt. in Ioan. c. ieiuniũ aũt magnũ de cõſ. diſt. 5.

Irriſores Eccleſiaſticorum ieiuniorum refelluntur. Cap. 3.

Coloſſ. 2. 1. Timo. 4.

QVi Eccleſię ordinationẽ irridẽt, illiq; D. Paulum opponũt, quaſi is ieiunijs Eccleſiaſticis contradicat, grauiſſimã vtriq; contumeliam (Apoſtoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferũt. Non enim Eccleſia aliquod cibi genus perpetuò interdixit, aut Iudaicum ciborum delectum cõtra Apoſtolicam doctrinã inuexit: quinimmò cum Paulo ſemper docuit, doctrinã eſſe dęmoniorum, cibum aliquem immundũ iudicare & prohibere, quẽ Deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerũt veritatẽ, ꝙ ſcilicet oĩs creatura Dei bona ſit, & nihil reijciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Sed potiùs Eccleſia veteris legis ac Apoſtolicorum virorũ exempla ſequuta, ieiunia quędã publica certis diebus indixit, iubens tum à carnibus abſtinere, & cibis aridioribus vti: nõ ꝙ carnes immundæ ſint, ſed vt luxui tẽperetur. Qua de re in Gangrenſi concilio, quod non multò pòſt Apoſtolorũ tempora obſeruatum eſt, pari cẽſura damnati ſunt, tũ hi qui nõnullos cibos carnium illicitos reputârunt, tum illi qui ꝓter neceſſitatẽ corporalẽ ſuperbientes, ieiunia cõmunia totius Eccleſię putauerint cõtemnenda, perfectam in ſua ſcientia rationẽ vindicãtes, quos anathema eſſe concilium illud decreuit. Atque alia multa, quæ nunc in cõtentionem rurſus vocantur, vt ſuccinctè admodùm, ita Chriſtianiſſimè Apoſtolico ſpiritu definit.

Ex conci. Gangreñ.

Eccleſiæ conſtitutionem, charitati cedere. Cap. 4.

CVr verò criminentur hoſtes Eccleſiæ eius inſtitutum, non videmus, quum ipſa nulli inijciat laqueum, quòd hanc conſtitutionem adeò ligare nõ velit, vt vel charitati vel neceſſitati minimè cedere debeat. Quinimmò liberum facit, quolibet tempore quibuſlibet veſci, modò id vel charitas vel neceſſitas ſuadeat, adhibito tamen vtriuſq; medici, ſi præſtò ſint, aut ſaltem alterius, nimirùm animæ conſilio.

Cap. cõſilium de obſeruat. ieiunij.

Quid in ieiunio potiſſimùm ſpectandum. Cap. 5.

IAM quum in ieiunijs ratio potiùs indictionis, quàm abſtinentia iſta à carnibus, ſpectetur: admonendus eſt populus, quum ieiunandum erit, non minùs ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula, quàm carnium, vitanda, bellaria item illa, magìs quàm carnes inflammantia.

Redarguuntur qui Quadrageſimæ obſeruationem contemnunt. Cap. 6.

Orig. ſup Leuit. Hieron. aduerſus Mont. hęret.

QVadrageſimæ inſtitutio antiquiſſima eſt, à temporibus Apoſtolorũ ad nos vſq; deducta, cui violatores pleriſq; generalibus Concilijs, præſertim Toletano octauo, acerrimè redarguuntur, religioniq; contraire mõſtrantur. Atq; adeò oẽs quotquot ſine ineuitabili neceſſitate ſeu fragilitate, euidentiq; languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimę eſum carnium attentare præſumpſerint, alienos à ſancta communione decernit, quòd ſacris diebus abſtinentiæ oblíti ſint, diſciplinã ac quadrageſimę dies (quę anni totius decimę putantur, quæ & in oblatione ieiunij Dño conſecrantur) temerariè prophanauerint. Quos verò aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat: non antè ꝓhibita violare præſumant, quàm à ſacerdote permiſſum percipiant.

Ambr. de fermo. de Quadrageſima 36.

Ex conci. Toleta. 8.

Litaniæ & Rogationes cur inſtitutæ, & quomodò populus admonendus ſit. Cap. 7.

LItanias, id eſt, ſupplicationes ſeu rogationes, indicto triduano ieiunio ante Domini aſſcenſionẽ, patribus placuit celebrari: quibus omnes intereſſe iubentur, vt quemadmodùm oẽs peccauerunt, ſic & oẽs pro venia ſupplicẽt, omnesq; ad Deũ corda cum manibus eleuent: Quanquàm potiſſimùm Litaniæ iſtę principiò inſtitutę ſunt, vt tum populus diuina inſtitutione admonit⁹, clementiam Dei exoret, quô peſtes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis aduerſa, quę nobis iuſtiſſimo Dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur, ac ſub id anni tẽpus, nempe Veris (quũ bella emergere atq; terrę fructus, qui tum in flore, atq; teneri adhuc ſunt, facilè corrumpi ſolẽt) potiſſimùm imminent, auertat & tollat. Vt autẽ Eccleſia fidutiam erga Deum (quam orãtes ac petentes habere neceſſe eſt) tum nobis adaugeat,

Ex conci. Aure. c. 23

Iacob. vlti. 3. Reg. 17.

Heliam proponit hominẽ nobis ſimilem & paſſibilem, qui oratione orauit, vt nõ plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex: & rurſus orauit, & cælum dedit pluuiam

pluuiam, & terra dedit fructũ ſuum. Quòd ſi ſolus Helias petens exauditus eſt, nũ Chriſtus Eccleſię ſuæ preces auerſabitur? Hîc interim populus docendus eſt, ꝙ non ſolùm quę animi, ſed & q̃ corporis & externa bona ſunt, à Deo omniũ authore poſtulare oporteat. Et redarguendi illi, (haud ita multo q̃ gentes, meliores) qui vel fortunę, vel ſuę induſtriæ, bona temporaria accepta ferunt.

Proceſſiones intra ſepta Eccleſiarum peragendæ. Cap. 8.

Marc. 11.

QVòd proceſſiones per agros & campos peraguntur, ratione quidem habet, nempe quòd populus oret, vt ſegetes ac fruges terræ à Domino cõſeruentur. Verùm vt alia plurima, ita & hic mos hominum malitia deprauatus eſt, quòd per occaſionem talis deambulationis, quæ Deo placãdo erat inſtituta, pleraq; ſcelera committantur. Quamobrem nobis ſatiùs videtur, vt hæ, aliæq̃; ſupplicationes ac proceſſiones, decæterò intra ſepta Eccleſiarum religiosè fiant, ac vt in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturq́; tum pius rei ac tẽporis cõueniens ad populum cõmonitorius ſermo. Noſtris tamen Suffraganeis liberum relinquimus, vt ipſi in ſuis diœceſibus de hac re, vti mores regionis patientur, diſpiciant.

Admonendus populus, cur feriæ inſtitutæ. Cap. 9.

Apoc. 1.

DIligenter quoq; populus admonẽdus eſt, cur feriæ, & potiſſimùm dies Dominicus, qui à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia Dei ſemper celebris fuit, inſtitutæ ſint. Nempe, vt tum in vnum omnes pariter conuenirent ad audiendum verbum Dñi, ad audiendũ quoq; ſacrum, & cõmunicandum: Breuiter, ad vacandũ Deo ſoli, vt dies illa tantùm orationibus, hymnis, pſalmis, & canticis ſpiritualibus tranſigatur. Hoc enim eſt ſanctificare ſabbatum.

Exo. 20. Deut. 5.

In ferijs ſoli Deo vacandum. Cap. 10.

Eſa. 1.

QVamobrem cupimus, hiſce dieb⁹ prohiberi nundinas, claudi cauponas, vitari comeſſatiões, ebrietates, ſumptus, lites, luſus improbos, choreas plenas inſanijs, colloquia praua, cantilenas turpes: Breuiter, omnem luxum. Nam hiſce & (quæ hæc ferè ſemper conſequuntur) blaſphemijs ac periurijs nomen Domini prophanatur, ac ſabbatum (quod nos admonet, vt quieſcamus peruersè agere, & benefacere diſcamus) cõtaminatur.

Dies dedicationis templi extra Coloniam, vno die vbiq; celebrandus, & quomodò ſit admonẽdus populus. Cap. 11.

ET quũ in diebus feſtis, qui dedicationi Eccleſiarum peculiariter dicati ſunt, plerunq; indigna cõmittantur, adeò vt videatur populus tũ potiſſimùm comeſſationis cauſa conuenire: viſum nobis eſt, vt per diœceſes noſtras, vno certo die anni quo eiuſmodi feſtum dedicationis in metropolitana noſtra colitur, in reliquis quoq; Eccleſijs omnibus, extra ciuitatẽ noſtram Coloniam Agrippinã cõſtitutis, obſeruetur. Nam intra Coloniam ſummo noſtro tẽplo ſuus honos cõſtare debet, quod & in alijs oppidis inſignioribus, vbi vna cæteris Eccleſijs præeminet, obtinere placuerit: videlicet vt ibì minores Eccleſiæ pridiè eius diei, q̃ dedicationi Eccleſię ſummę eius loci cõſecratus eſt, aut die dñico ꝓximo ꝓcedente ſuas ſingulæ dedicationes celebrẽt, obſeruẽt. Docendus autẽ eſt populus, dedicatione tẽpli, ſignificari dedicationẽ Eccleſiæ Catholicæ ac cuiuſlibet hoîs chriſtiani, qua copulatur Deo. Nã vt D. Auguſtinus ait: Quotieſcũq; tẽpli feſtiuitatẽ colimus, ſi fideliter ac diligenter attẽdimus, & ſanctè & iuſtè viuimus, quicq̃d in tẽplis manufactis agit̃, totũ in nobis ſpũali ędificatione cõpleẽ. Nõ em̃ eſt mẽtitus ille, qui dixit: Templũ em̃ Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterùm: Neſcitis quia corpora veſtra templũ eſt Spirituſſancti?

Auguſt.

1. Cor. 3.

Cur templa & altaria conſecrentur. Cap. 12.

EX vetuſtiſſima inſtitutione & more receptum eſt, templa & altaria, & pleraq; alia, quibus in tẽplis ad excitandũ fidelium animos, & diuinum cultũ explendũ vtimur, cõſecrari, ſolennibuſq́; precibus, ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidẽ Teſtamẽto præceptũ etiam diuinum habuit, quẽadmodùm Exod. 31. & 2. Parali. 22. legimus. Vngitur prętereà ſecundùm eccleſiaſticã cõſuetudinem, quum cõſecratur altare, quũ dedicatur tẽplum, quum benedicitur calix, idq́; nõ ſolùm ex mandato veteris legis, verumetiã exemplo B. Syluestri, qui quum conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. Verùm vnctionis ſacramentum, aliud quidem efficit & figurat, tam in nouo q̃ in veteri Teſtamento. Vndè nõ iudaizat Eccleſia, quũ vnctionis celebrat ſacramentũ, ſicut aliqui mentiuntur, qui neq; ſcripturas, neq; Dei nouêre virtutem.

cap. Sicut nõ alij. c. Miſſarum ſolẽnia. c. Eccleſias. de conſe. diſt. 1.

c. 1. & fi. de ſac. vn.

Populus docendus, quid agatur & ſignificetur in conſecratione templorum & altarium. Cap. 13.

2. Reg. 6.

QVamobrem populus docendus eſt, hîc aliud agi, atq; aliud ſignificari, quũ cõſecratur templum. Funduntur preces Dño, vt hunc locũ ſibi peculiariter dedicatũ eſſe velit, vt diabolum & eius poteſtatẽ indè penitùs expellat, vt oẽs qui huc deprecaturi cõueniunt, ex quacũq; tribulatione cõſolationis diuinę beneficia conſequantur, vt ab oîbus pariter cõuenientib⁹, Deo laudes ſoluantur, diuinum verbum audiatur, ac Eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrentur. Peculiariter altare cõſecratur, vt illic oblatio mũda Deo offeraẽ, hoc eſt, ſacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti, quod in memoriã paſſionis Domi-

ñicę immolamus. Quòd verò ꝓter preces, adſperſionis etiã atq; vnctiõis, aliarumq́; rerum ſolẽnia adhibenẽ, myſterij ſecretioris plenum eſt: nõ ꝙ inanimata iſta gratię diuinæ ſuſceptiua ſint: ſed quum hęc viſibiliter

1. Co. 3. 6.

fiunt, admoneẽ Chriſtianus, Deum oĩa hęc per inuiſibilem virtutem in aĩa operari, quę eſt domus Deo dedicanda, vbi fides fundamẽtum facit, ſpes erigit, & charitas cõſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis aĩæ, q̃ eccleſiæ cum Chriſto deſponſationem. Ipſa enim eccleſia catholica ex multis viuis lapidibus adunata, verum Dei templũ eſt. Quòd ſi Dei templum ſumus, altare intùs habemus. Altare quidem noſtrum, cor noſtrum eſt. In hoc altari fit ſacrificiũ laudis. Sacrificium enim Deo, ſpiritus cõtribulationis & cor cõtritum. In hoc altari fit cõmemoratio corporis & ſanguinis Chri. Hinc preces ad cęlum aſſcendunt: ad cor em̃ reſpicit Deus. Quãobrem niſi oĩa q̃ in huiuſcemodi cõſecratione exteriùs aguñ, in nobis ſpiritualiter impleanẽ, parùm hinc fructus nobis acceſſerit. Quid enim exterior ablutio vel inunctio ſine interiori prodeſt?

Pſal. 50.

Cur benedicantur campanæ. Cap. 14.

BEnedicunẽ quoq; cãpanę, vt ſint tubæ eccleſię militantis, quibus vocẽ populus ad cõueniendum in templum, & audiẽdum verbũ Dei: clerus verò ad annũciandũ manè miſericordiã Dei & veritatem eius p noctem, vt p illarum ſonitum fideles inuitenẽ ad preces, & vt creſcat in his deuotio fidei: quanũis etiã patres aliò reſpexerint, videlicet vt dæmones tinnitu campanarum Chriſtianos ad preces cõcitantiũ, terreantur, quin potiùs precibus ipſis territi, abſcedãt, illiſq́; ſubmotis, fruges, mentes & corpora credentiũ ſeruenẽ, vt ꝓcul pellanẽ hoſtiles exercitus & oẽs inſidię inimici, fragor grãdinũ, ꝓcellę turbinũ, impetus tempeſtatũ & fulgurum temperenẽ, infeſta tonitrua & ventorum flamina ſuſpendanẽ, ſpiritus ꝓcellarum & aëreæ poteſtates proſternãtur. Breuiter, vt audientes cõfugiant ad ſanctæ matris eccleſię gremiũ, ac ante ſanctę crucis vexillũ, cui flectiẽ oñe genu, quemadmodũ hæc in ſoléni bñdictione cãpanæ reperies.

Phil. 2.

Docendus populus, vt ſignatis potiùs, q̃ ſignis inhæreat. Cap. 15.

DOcendus eſt ergo populus ab exterioribus iſtis, vt ſignatis potiùs q̃ ſignis inhæreat ac intendat. Quod & in oĩbus alijs obtinet cæremonijs, alioquì parùm ad pietatem ꝓfuturis. Nã qui in exterioribus iſtis cõſiſtit, ac nõ potiùs illis admonetur, vt ad Deum reſpiciat, cõfugiat, ac totam ſuam fiduciã in illum collocet: huic citiùs externa iſta in ſubuerſionẽ, q̃ ædificationem, erunt. Quicq̃d in cęremonijs ad abuſum ſpectat, cautè ac diligenter cauendũ. Cap. 16.

QVamobrẽ quicquid in eiuſcemodi rebus ad abuſum & ſuperſtitionem ſpectat, & quo populus à Deo ad collocandum in externis iſtis aliquã fiduciam abduci poſſit, prohibemus. Quale inter alia eſt, ꝙ ſanctorũ imagines cum indulgentijs & impoſitione incertarum reliquiarum dedicãtur: ꝙ quidam aqua, ſale, cereis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus ſuperſtitioſiùs abutunẽ. Omnis quidẽ creatura p verbũ Dei & orationẽ ſanctificaẽ, quemadmodùm D. Paulus teſtatur. Ergo quanto res ſacratior, tanto abuſus eius damnabilior.

C. Placuit de conſec. diſt. 1.

Cur reconcilietur templum aut cœmeterium. Cap. 17.

REconciliatur Eccleſia aut cœmeteriũ ob ſeminis emiſſiõem, peccandi libidine factam. Itidèm ob enormem ſanguinis effuſionem, dedita opera violẽter & iniuriosè cõmiſſam, ac alijs quibuſdã de cauſis, qui mos ex Leuit. 14. & 15. ſuam originẽ trahit. Fit autem hæc reconciliatio, non ꝙ templum reuerà polluatur. Eccleſia enim, quum ſancta ſit, coinquinari nõ poteſt: immò ipſi⁹ loci ſanctitas, infamiã loci abolet. Sed quum templũ locus ſit, vbi delictorum venia poſtulatur, vbi ſalutaris hoſtia ꝓ peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluunẽ, vbi tutela refugij eſſe debet: fit, vt ſcandalum, horror, atq; abominatio turpitudinis & peccati ibì cõmiſſi, propoſitum quoq; & voluntas lœthaliter delinquentis, in cauſa ſint, vt ſacer locus reconcilietur, idq́; ad exemplum & terrorem, vt videntes locum ſacrum ſeu inanimatũ templum, nullo peccato obnoxiũ, lauari & purificari: delicti horrore cõcutiantur, & recogitent quantùm ꝓ expiatione delictorum, viuo Dei templo ſit elaborandum. Sic Chriſtus ementes & vendentes è templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipſos acerrimè corripiens, ac dicẽs: Domus mea, domus orationis vocabiẽ, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Aliud quidem agens, aliud verò innuens.

Matt. 21. Ioan. 2.

Quæ pollutio reconciliationem requirat. Cap. 18.

NOn tñ omnis pollutio hanc reconciliationẽ requirit, ſed tantùm publica vel per rei euidentiã, vel ſaltem per famam. Quòd ſi occulta ſit contaminatio, quæ etiã baptiſmi ac pœnitentiæ ſacramenta non remoraẽ: ſolennitas nõ exigitur, ꝙ ratio recõciliationis in occultis non habeat locum.

Quorum ſumptu & expenſis reconciliatio facienda. Cap. 19.

REconciliationem autem eiuſcemodi gratùs fieri, ac tãtùm itineris ſumptus Vicarijs noſtris in põtificalibus ſuppeditari volumus. Qui quidẽ ſumptus ex bonis delinquentis deſumentur, modò tamen tantę illi⁹ facultates ſint: ſin ſecùs, parochiani nõ grauabunẽ vel tãtillos ſumptus itineris ſuppeditare, ne populus pręter culpã ſuam grauetur. Ne verò diutiùs ob talem pollutionẽ diuinum ſuſpẽdatur officium, aut eccleſia-

ſtica intermittatur ſepultura, Vicarius noſter in pontificalibus ſtatim vt vocatus fuerit à populo, (modò grauioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) vltrò ibit, officium ſuum expleturus.

Immunitatem eccleſiaſticã in duobus potiſſimùm ſitam eſſe. Cap. 20.

Ex conci. Latera. c. nõ minùs. Ex gener. c. aduerſ⁹. de immu. eccleſiæ. Ex conci. Tolet. 3. c. eccle. ſeruos. 12. q. 2 Gene. 47. c. iter alia cap. immunitatẽ. de immu. ec. Ex Gãgr. ca. ſi quis per ſuper. 30. diſt.

IMmunitas eccleſiaſtica, vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimùm ſita eſt. Primùm, vt clerici, illorumq; poſſeſſiões & bona, à vectigalibus & tributis, alijsq; muneribus laicis libera ſint. Nam (vt de libertate Leuitarũ ſileamus) non temerè refert ſcriptura, Pharaonẽ totam terram Aegypti ſibi tributariã feciſſe, præter terrã ſacerdotum, & poſſeſſiones q̃ à rege traditæ fuerãt eis, quas vẽdere nõ ſunt compulſi: quin potiùs ipſis etiã ſtatuta cibaria ex horreis publicis prębebanť, vt legimus Gen. 47. Deindè, ne rei criminis ad eccleſias cõfugientes, indè violenter extrahanť, exceptis publicis latronibus, qui p induſtriã proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorũ, qui itinera obſidẽt aggreſionũ inſidijs. Deniq; his, qui ſub immunitatis ſpe in Eccleſijs ac cœmeterijs delinquũt. Quòd ſi à confugientibus ad eccleſias paria his commiſſa ſint crimina, quæ reipublicæ referat puniri, tantiſper ſaltem debet ſecularis poteſtas à manuum iniectione abſtinere, donec noſtros conſulat Officiales, ne deuenire neceſſe ſit ad ceſſiones à diuinis & interdicta, quæ viſum eſt anteceſſoribus noſtris, ob violatiõem eiuſcemodi immunitatis, editis conſtitutionibus promulgare.

Quemadmodùm fraternitates reformandæ ſint. Cap. 21.

FRaternitates, q̃ vocantur, & in honorẽ aliquorum ſanctorum in eccleſijs fiũt, ſpeciem quidẽ pietatis habent: ſed quales hac tempeſtate ſeruanť, nempe in quibus tã clerici q̃ laici potiſſimũ comeſſationibus & ebrietatibus vacãt, interdùm etiã varijs cõſpirationibus aduerſus poteſtates intenti ſunt, ſi non omninò ſublatas, ſaltẽ correctas ac reformatas volum⁹. oẽinò ſublatas mãlimus, ac reditus ſeu cenſus earũdem, vel in vſus pauperum, vel parochi, expendi nobis magìs placuerit. At cùm hæ ſodalitates forſan præter publicum offendiculum, ac pauperum (qui ab eis eleemoſynas ex cõſtitutione accipiunt) p̃iudicium commodè tolli non poſſint, videbimus inter viſitãdum, vt ſaltẽ tollanť abuſus, vt prima ſeruẽť inſtitutio, & examinẽtur formulæ earũ & ſtatuta, vt ratio ac calcul⁹ ſingulis annis per Prouiſores (vt vocant) earundẽ fraternitatũ corã parochis eccleſiarũ reddať, vt ſuperextãtes fructus ac reditus, in pauperum ſeu eccleſię vſum ac vtilitatem conuertantur, aut etiam indè aliquid parocho ad victum decidatur.

DE VITA AC CONVERSATIone monaſtica. Cap. I.

VIta monaſtica non multò poſt Apoſtolorum tẽpora cœpit, quãquã multis perſuaſum ſit, aliam tũ fuiſſe, q̃ nunc eſt, monachiſmi rationem. Nemo tñ negauerit, hoc vitæ genus ad pfectionem euangelicã maximè accõmodum, modò ſecundũ ſanctiſſimã inſtitutionem purè immaculateq; obſeruẽť. Quia verò res eſt quãmaximè ardua, in carne viuere, & carnis ſtimulis nullũ locũ dare, diabolicq; mille fraudibus (quibus p̃ſertim ſolitarios aggredi᷑) feliciter ſemp reſiſtere, idcircò in hoc vitæ genus nemo vel inuitus intrudẽdus, vel pelliciendus, vel temerè ſuſcipiendus, ſed ſumma cura adhibita, poſt diligentiſſimã demũ examinationẽ monachi ac monachę recipianť. Quibus ſæpè inculcãdũ eſt priùs Chri verbũ de Eunuchis, qui ſe caſtrârunt propter regnum cœlorum, quum inquit: Qui poteſt capere, capiat. Proponenda Sapientis ſententia, quæ habet in hæc verba: Altiora te ne quæſieris, &c. Rememorandum quoq; diligentiſſimè, quòd Deo ſtulta & infidelis promiſſio admodùm diſpliceat. Breuiter, admonendus eſt omnis ad hãc vitam adſpirãs, vt primùm ſe totum excutiat, ne ꝓuinciam ſuſcipiat, cui nõ ſufficerit, alioquì parabolæ euangelicæ dicterio notãdus, ꝙ cœperit ædificare, & nõ potuerit cõſummare. Maxima aũt cautio adhibenda eſt in puellis, ꝓpter ſexus fragilitatẽ: ne vel ob ætatẽ deſit voluntas, vel metus adſit, aut alius affectus minimè chriſtianus.

Philo.

Auguſt.

Matt. 19.

Eccle. 3.

Luc. 14.

Neminem monachiſmi profeſſione temerè alligandum. Cap. 2.

CErtè ſancti patres admodũ fuerunt ſolliciti, vt nõ niſi volũtario ac ſpõtaneo iudicio virginitatis ꝓpoſitum atq; habitus ſuſciperenť, ꝙ coacta ſeruitia dño ingrata eſſe dignoſcanť: ſiquidẽ voluntariè dño ſacrificandũ eſt, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in cõſpectu dñi Pſalmographus obſecrat. Quod emꝫ ꝙs nõ eligit, nec optat: quod nõ optat, nec diligit: quod nõ diligit, facilè cõtemnit. Vndè conſequi᷑, Nullũ eſſe bonum, niſi voluntarium: adeò, vt qui alio affectu q̃ bonę voluntatis monachiſmo ſe alligant, magìs peccent q̃ mereanť. Ambigi emꝫ nõ poteſt crimen magnũ admitti, vbi & ꝓpoſitum deſeri᷑, & cõſecratio violať. Nam ſi humana facta nõ poſſunt impunè calcari, quis de eis manebit qui corruperint fœdera diuini ſacramenti? De adoleſcẽtioribus viduis Paulus ꝓnunciauit, ꝙ quum fuerint luxuriatæ, in Chſto nubere volunt, habẽtes dãnationem, qa primã fidẽ irritã fecerunt.

Ca. puella 12. q. 2. ca. præſens 12. q. 2.

Pſal. 118.

Cap. 1. de regula.

1. Tim. 5.

Admonendi parẽtes, ne liberos inuitos in monaſterium detrudant. Cap. 3.

ADmonendi quoq; erunt parẽtes, ne liberos in monaſteriũ inuitos detrudant, ꝙ illos væ lógè grauius maneat, quàm Phari-

Matt. 23. Phariſęos, q̃ circumibãt mare & aridã, vt facerent vnum proſelytum, & quũ eſſet factꝰ, fiebat filius gehennę duplo magìs q̃ ipſi.

Quo affectu monaſtica vita amplectẽda. Cap. 4.

Auguſt. QVi monaſteriũ ingreditur, alio affectu q̃ ſimplici amore dei ductus, velutì vel ſpem vel promiſſionẽ Abbatiam conſequẽdi habens, vel in ocio viuere affectans, vel lucris tẽporalibꝰ inhiãs, vel honores ab hominibus appetẽs, quiſq; talis eſt, nõ dei filiꝰ aut monachꝰ, ſed planè mercenariꝰ eſt, quẽ admodũ ſuperiꝰ nos de clericis etiã dixiſſe meminimus. cui verendũ eſt, vt quũ volet ingredi nuptias euangelicas, obijciať illud:

Matt. 22. Amice, quõ huc intrâſti, nõ habens veſtem nuptialem? Quodq; ipſo obmuteſcẽte, rex ſit præcepturus miniſtris, vt ligatis manibus & pedibꝰ, ipſum in tenebras exteriores mittant, vbi erit fletus & ſtridor dentium.

In monaſterijs habendus, qui doceat legem Domini. Cap. 5.

HAbẽdus eſt in virorũ monaſterijs vir pius ac doctus, q̃ doceat monachos, ab adoleſcentia meditari in lege Dñi die ac nocte, ad quod munus in monaſterijs monialiũ, ſanctimonialis cęteris vita & doctrina p̃ſtantior deligať. Debet aũt qui monaſterio p̃eſt, ſumma diſcretione vti, maximè erga eos, quos cõpererit diuinis literis intẽ tos aut contẽplatiõi deditos, vt ſcilicet tales à ſordidioribus officijs ſinat eſſe immunes.

Verbi prædicatorem in monaſterijs eſſe oportere. Cap. 6.

IN monaſterijs quoq; verbi p̃dicator erit pius quidẽ ac eruditus: nã nulla armatura fortior ad reſiſtẽdum diabolicis inſidijs ac iaculis, q̃ gladiꝰ ille ſpiritus, quod eſt verbũ Dei, quo Chriſtus in deſerto ſolitarius, ieiunijs & orationibus vacans, & nihilo ſeciùs tentationibus diabolicis expoſitus, retudit omnẽ diaboli fraudem ac nequitiam. Nihil quoq; potentius illo ad deijciendos, ac viciſſim cõſolandos animos noſtros, nihil efficacius ad cõcitandũ mẽtem in amorem Dei, contemptũ mundi, ac omniũ quæ in mundo pulchra ac ſpecioſa appárent.

Matt. 4.

Monachi bonæ indolis, ad Academias mittendi. Cap. 7.

NEq; nobis diſplicuerit, vt aliquot ex monachis bonę indolis, ad Vniuerſitates publicas & benè Chriſtianas, aliquot annos theologicis ſtudijs operam nauaturi mitterentur: illic tamen non alibì, quàm in monaſterijs ſeu gymnaſijs ſub cura & oculis præceptorum commoraturi, ne bonis ac rectis ſtudijs deſtinati, mores minimè monaſticos imbibant ac contrahant.

Moniales non eſſe alligandas, vt nulli q̃ ſuo (vt vocant) patri aut præpoſito confiteantur. Cap. 8.

SInt prætereà in monaſterijs virginum, præſertim præter Abbates aut præpoſitos, alij conſcientiarum examinatores ac à cõfeſſionibus. Aut ſaltem virginibus liberũ ſit, bis aut ter in anno alijs (quos elegerint) probis ac doctis viris, de ſuorum ſuperiorũ (vt vocant) conſenſu (quẽ hi interpellati, ratiõabili cauſa intellecta, nequaquàm negabũt) cõſcientias ſuas exomologeſi exponere, exonerareq;, ne ſcilicet adigať monialis renitens, ſemper vni homini delicta cõfiteri. Debent aũt hi qui eiuſcemodi munere in monaſterijs monialium funguntur, eſſe hoĩes vitæ probatiſſimæ, ac morũ q̃ maximè inculpatorũ, eruditi ac ſingularis iudicij, obſeruaturi ea, q̃ ſuprà, vbi de pœnitẽtiæ ſacramento tractatum eſt, delibauimus. Cauebit aũt is in primis, criminũ nõ cõfeſſorũ rememorationẽ, ne virgines diſcant q̃ priùs neſciêrũt. Cauebit ꝓtereà, niſi res oĩnò exegerit, duritiẽ increpatiõis, magìs intentus ad modeſtiſſimè arguendũ, & pientiſſimè viciſſim cõſolandũ. Cõfeſſiones aũt monialiũ nõ priuatìm audiet, ſed in cæterarum conſpectu, nõ tantùm vt oñe malum, ſed & omnis mali ſuſpicio omninò ceſſet. Mutatam eſſe paulatìm faciẽ monaſteriorũ,

Cap. 1. de emu. eccl. Ca. in monaſt. de vit. & honeſt. cle.

ac vſurpatum hoſpitij ius, ſimul cũ acceſſu moderandum. Cap. 9.

MOnaſteria, olim virtutum ſcholæ ac pauperum hoſpitalia erãt: nũc, proh dolor, videmus ea quæ virorũ ſunt, è ſcholis virtutum, in diuerſoria militũ ac raptorum: quæ verò mulierum ſunt, in pleriſque locis in ſuſpectas de incontinentia domos (ne quid grauius dicamus) eſſe commutata. Quamobrem diſpiciendũ nobis eſt, ne tam paſſim à quibuſuis militibus hoſpitij ius à monaſterijs vi exigatur, & eleemoſynę pauperibus deputatæ, improborũ luxu deuorẽtur, néve ad monaſteria virginũ acceſſus, totiès à ſacris canonibꝰ prohibitus, pateat: Et vt q̃ deprehẽſi p̃ter hęc fuerint offendiculũ aut occaſionẽ illis labẽdi, ſiue intra ſiue extra monaſteria, dediſſe, dignas pœnas ferãt.

C. in ſingul. para. Porrò diœc. de ſtatu mon.

Viſitatio monaſteriorũ neceſſaria. Cap. 10.

VIſitatione ergo monaſteriorũ q̃ maximè opus eſſe intelligimus, quã & canones nobis imponũt. In hac verò oportebit omnia ad regulã ordinis monaſtici exigere, nihil nõ ad pietatẽ & vitę ſanctimoniã dirigere, & quicq̃d mali exẽpli aut improbę cõſuetudinis irrepſit, penitùs tollere ac eradicare. Profecerit quoq; hìc, examĩari regulas, ſtatuta & cõſuetudines, tolli ſupſtitioſa.

Sumptuoſi monialium Præpoſiti abrogandi, & frugales œconomi cõſtituendi. Cap. 11.

Hieron. HAbent quędam monialiũ monaſteria ſumptuoſos Prępoſitos, ſub quorũ poteſtate quũ omis bonorũ adminiſtratio ſit, ipſi de redditibꝰ mõaſticis luxuriãtur. Et q̃ monaſticę cõuerſatiõis exemplum eſſe debuerant, ad mundi delicias reuoluuntur: faſtidiẽtes interdùm ſimilã & mella, interim

monia-

monialibus ipsis vix milio & cibario pane rugientem ventrẽ saturantibus. Sunt quoq; virginum monasteria, vbi non est victus & mensa cõmunis, sed mos ille (quem ad Corinthios scribens Paulus, quanuis in longè sacratiori cõuiuio damnauit) quotidianus, nempe ꝙ vnaquæq; suum cibum præsumit ad mãducandum: & alia quidem esurit, alia verò ebria est. Quos abusus tollere necessarium putamus, videlicet vt in illorum delicatulorum Præpositorum locum, probi œconomi à nobis cõprobandi (quorum victus sit monastico similis) surrogentur, qui etiam obligati erunt singulis annis rationẽ de receptis ac erogatis integram reddere.

1. Cor. 11.

C. Ofius, 9. q. 3. cap. qui rel. 17. q. 2.

In monasterijs monialiũ, victum ac mẽsam cõmunem esse oportere. Cap. 12.

ITidèm vt moniales victũ ac mensam cõmunem vbiq; habeãt, & quę pari sunt officio destinatæ, pari etiã cibo alantur. quod vt quàm minimè onerosum sit, non debebunt plures in monasterium moniales recipi, quàm cõgruè poterunt in singulis monasterijs sustentari, de quo nobis priùs legitimam fidem fieri conueniet.

De præpositis solitariè cõmorantibus. Cap. 13.

DIsplicet etiam nobis, ꝙ quædam monasteria quosdam Præpositos habẽt, qui in Capellis solitarij commorãtur, quod Lateranensi concilio vetitum est ac cautũ, vt episcopus Abbates, monitione præmissa, per cẽsuram ecclesiasticam compellat, vt eiuscemodi Præpositos aut Priores ad claustrum reuocent, faciantq; ecclesijs ipsis seu capellis per seculares clericos deseruiri, aut saltem alios monachos ipsis adiungant.

ex Lateranẽsi cõcil.

Visitandæ domus fratrum Teutonicorum, diui Ioannis Baptistæ, & Antonitarum. Cap. 14.

VIsitandæ quoq; in primis & reformãdæ erunt domus hospitalium militũ Teutonicorum, prætereà ordinis diui Ioãnis Baptistę, ac Antonitarum: atq; initio prouidendum, vt in ijsdem domibus cultus diuinus ritè ac debitè peragatur, vt hospitalitas pro pauperibus seruet, vt vita ac cõuersatio regularis secundũ institutionẽ primã ac regulã (quam illi professi sunt) illic geratur, vt ab ipsis vestes ordini ac professioni dignæ ac cõuenientes, publicè deferantur: vt comessationes, crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur: vt prędę illę bonorũ mobiliũ, quę post mortem prælatorum per primores ordinis fieri, ac in exteras regiones deferri, pessimo omniũ exẽplo consueuerunt, amodò nequaquàm fiant. Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel necessarijs vsibus Ecclesiæ, aut successorum, aut pauperũ eius regiõis, vbi religiosa ista domus sita est, applicetur.

De vita & conuersatione monachorum. Cap. 15.

ET vt reuertamur ad monachorũ vitã, haud ignorare debent, Cõcilio Chalcedonẽsi cautum, monachos oportere quieti operam dare, ieiunia & orationes obseruare, in his locis, in quib⁹ se semel Deo deuouerũt, remanere, nullas ecclesiasticas seu seculares actiones tractare, nunquàm sua monasteria relinquere, nisi forsan ob ingẽtes necessitates id facere à suo episcopo iubeantur, ne nomen dñi blasphemetur. quare libertas illa peregrinandi seu exeundi, prętextu inuisendi parentes, moderãda seu penitùs tollenda erit.

Ex Cõcil. chalcedo.

Monachorũ studia atq; exercitatiões quales esse oporteat. Cap. 16.

MOnachus & monacha amare debent scripturarum scientiam, & carnis vitia non amare. Psalterij librum de manu aut oculis nunquàm deponere, semper orare, sensu vigilare, vanis cogitationibus aditum pcludere, corpore pariter & animo in Deũ tendere, iram patientia vincere. Breuiter nullis animi perturbationibus (quæ si insederint, ad delictum maximum inducũt) locum dare: semper aliquid operis facere, vt eos diabolus semper inueniat occupatos. Et vt nulla sint quę manibus operari liceat, libros tamẽ sacros describere ipsis maximè conueniret, vt & manus operetur cibos, & lectione anima saturetur. Porrò Aegyptiorum monasteria hunc morẽ seruâsse leguntur, vt nullum monachum absq; opere & labore susciperent, non tam propter victus necessaria, quàm propter animę salutem, ne pernicioſis cogitationibus vagarẽtur, néve instar fornicantis Israel, omi transeunti diuaricarent pedes suos.

Hieron. ad Rust. mo.

c. nũquàm de conſ. dist. 9.

Hier. 3.

Monachos vagos sub custodiam reuocandos. Cap. 17.

MOnachi qui peruagati fuerunt, vbicunq; inueniẽtur, tanquàm fugaces nostro auxilio sub custodia reuocentur. Et si qui habitum abiecerint, vt eundem reassumant, cogendi.

Literas priuatas monacho aut monachæ, iniussu Abbatis resignare non licere. Cap. 18.

VT monachi seu monachæ literas nullas vel destinare vel recipere audeãt, absque Abbatis seu Abbatissæ, aut eius qui ipsorum loco monasterio præest, scientia, summa ratione olim constitutum est, sed per incuriam abolitum: id præsenti constitutione innouandum censuimus.

Canonissarum secularium mores reformandi. Cap. 19.

POstremò, vitam, conuersationẽ ac mores Canonissarum, quæ seculares ob id appellantur, quòd perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant, reformari omninò ducimus necessarium. Nam vitam agunt plùs nimio licentioſam, ac pleriſque scandaloſam. Quæ vt in ordinem & eccle-

ecclesiasticam quandam disciplinam, quoàd fieri potest, reuocentur, nobis quum visitationem aggrediemur, curandum est.

PARS VNDECIMA.

De hospitalibus & orphanotrophijs, alijsq; id genus pijs locis. Cap. I.

NOn solùm canonicis constitutionibus, sed & Imperialib⁹ ac regalibus institutis antiquitùs pientissimè sancitum est, vt habeantur quàm fieri potest frequẽtia in repub. xenodochia, ptochotrophia, Orphanotrophia, Gerõtocomia & Brephotrophia. & id genus alia loca pietati cõsecrata, in quæ recipiantur peregrini, pauperes, inualidi, senes, parẽtibus orbati, atq; inopes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, cõtagiosisq; ac perpetuis morbis obsiti, atq; aliæ miserabiles personæ: idcirco curę nostræ imminebit, vt eiuscemodi loca, vbi constituta sunt, sarta tecta teneantur. Vbi verò dissipata sunt, instaurentur, reformenturq;. Deniq; vbi necdùm constituta sunt, episcopali nostra prouidentia ædificentur, construanturq;. Pauperum enim curam nobis Christus præcipuam esse voluit, & horum totiès meminit diuinissimus Paulus apostolus.

Cod. de Epiſco. & cleric.

Matt. 26. Matt. 14. 2. Cor. 8.

In hospitalibus in primis animæ curãdæ, deinde corpus. Cap. 2.

HIc ante omnia curandum nobis est, vt in domibus istis, quæ ad salutem animarum pertinent, minimè negligantur, sed ante omnia de sacramentorum administratione, pauperibus, debilibus & ægrotis prouideatur. Ac vbi corporis infirmitas medicum postulat, ibi priùs animæ, deinde corporis medicus accersatur.

In hospitalia qui recipiendi. Cap. 3.

IN eiuscemodi autẽ hospitalia, nullæ aliæ quàm eæ, quas diximus, miserabiles personæ, quę aut morbo, aut debilitate aut ętate impeditæ, suis manibus laborare victũq; ac vestitum sibi comparare non possunt, recipiantur: quas ad ecclesiasticam disciplinã canones pertinere, ac nostris aliorumque piorum hominum largitionibus victitare, voluerunt.

In hospitalia pauperes eius loci, vbi constituta sunt, potissimùm recipiendos, maximè contagiosis morbis implicitos. Cap. 4.

IN primis autem recipiãtur in hæc hospitalia personæ miserabiles eius loci, vbi hospitalia constituta sunt. quod si rectè curatum fuerit, suffecerint penè (nisi tamẽ fallamur) iam constituta hospitalia, omnibus verè pauperib⁹ per singula oppida ac vicos repertis, vt amodò illis non fuerit necesse ostiatim panem emendicare, aut eos qui lepra seu alio contagioso morbo impliciti sunt, inter homines diuersari, quod lege diuina, ne fiat, prohibitum legimus. Nec immeritò, quòd ex tali commixtione ac conuersatione cum sanis, infinita pericula subsequãtur, etiam ex solo adspectu, qui intuentibus horrorem solet incutere. Quòd si leprosis, alijsque qui similibus morbis impliciti sunt, hospitalium, quibus addicũtur, redditus nõ suffecerint, satius est, vt ipsorũ nomine in conuentu ecclesiæ, eleemosyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputandos, colligatur ac præstetur, atque vt trunci in templis eleemosynis istis colligẽdis asseruandisque erigantur, quàm vt ipsi morbosi alimoniæ petendæ obtentu, aut quocunque alio prętextu, consortijs hominum misceantur.

Numę. 12.

Mendicantibus validis hospitalia clausa, & mendicitatem interdictam esse oportere. Cap. 5.

SInt autem mendicantibus validis non solùm hospitalia clausa, sed & publicè ac ostiatim mendicare penitùs interdictũ. Et qui secùs agere comperti fuerint, arceãtur, ac legalibus nostrisque cõstitutionibus comprehensis pœnis subdantur. Vtiliùs enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus, iustitiam negligat: quàm eidem frangitur, vt seductus, iniustitiæ acquiescat.

Codi. de mendic. val. li. 12.

Magistrorum hospitalium praui affectus damnantur. Cap. 6.

DAmnamus autẽ abusum, quo in quibusdam locis fit, vt neglectis miseris ac inopibus, quib⁹ hospitalia dedicata sunt: ex priuato affectu magistrorũ aut magistratuum, qui hospitalibus hisce præsunt, non modò validi, sed & quibus victus & vestitus suppetit, recipiantur, tantùm quòd illic cõmodiùs & in ocio viuatur: qui certè aliter censeri non possunt, quàm pauperum deprædatores, raptoresque, de alieno viuentes, ac velut ex sanguine pauperum saginati. Quos diuus Hieronymus grauissimè increpat. Qui (inquit) ex bonis parentum & suis opibus sustentari possunt, si quod pauperũ est accipiunt, sacrilegium profectò cõmittunt, & per abusionem talium, iudiciũ sibi manducant & bibunt.

Hieron.

Quàm grauiter peccent, qui ex pauperum victu se ditant. Cap. 7.

VIderint quoque hi magistri ac hospitalium prę sides, ne Iudam imitentur, qui loculos (ex quibus pauperibus distribuebatur) ferebat, ac fur erat, ne sicut ille, ita & ipsi pereant. Nouerint ergo se tali muneri addictos, non vt suĩ, sed vt pauperum curam gerant, quos neglexisse, occidisse est: quib⁹ quid subtraxisse, sacrilegij instar est. Et quò vigilantiores in officio sint, singulis annis aut sæpiùs, magistratui eius loci, præsente parocho, rationem de omnibus reddant. Non meum est (inquit Prosper) dicere, quantum peccatum est eorum qui cibos pauperum sibi vsurpant, & vndè pauper victurus erat, præsumendo suscipiunt.

Ioan. 12.

PARS XII.
De scholis, Typographis, ac bibliopolis.
CAPVT I.

ECclesiæ reformatio à summis pariter & infimis, à capitibus simul & paruulis ordienda est. Paruuli em̃ sunt, qui succrescétes, in maiorum locum subindè decedentium, in reipub. tam ecclesiasticæ q̃ secularis administratione succedunt, vt cõsequens sit, ab ipsis prauè ac nequiter institutis, reipub. perniciem imminere. Quamobrem summoperè refert, vt puericia, quæ seges est omnium rerũ publicarum, in timore dn̄i ac bonis disciplinis educetur. Id quod dn̄s præcepit Exod. 13. & Prou. 6. Siquidem ea ætas nullis alijs vsibus accõmoda, per id tempus colligere poterit, & sibi & reip. luculentum fructum. In primis autem operæprecium nobis videtur, vt clancularij illi magistelli, qui in conuenticulis vicatim docent, prohibeãtur, vtq; gymnasia illa ac scholæ minores, in quibus pueri primis rudimentis imbuuntur, diligenter repurgentur, præfectis illis didascalis seu præceptoribus, nõ tam eruditis, q̃ sanæ doctrinæ, integræq; ac inculpatæ vitæ viris, idq; hac potissimùm tempestate, qua innumeræ pestilentes hæreses totam ferè Germaniam summo cum Christianismi ac reipublicæ detrimento, iusto Dei iudicio peruadunt, ac velut cãcer serpunt: quas quũ pueri semel imbiberint, difficile, immò impossibile erit, vt easdem penitùs iterũ eluãt. Horatius. Nam, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

Scholæ inter visitandum repurgandę, ac instituendæ. Cap. 2.

QVemadmodùm verò didascali pueros in classes digerent, quę dein ipsis prælegent, tam ad eruditionẽ, quàm ad vitam Christianam rectè instituendam pertinentia, nos inter visitandum pro ratione cuiuscunque scholæ trademus.

Apud singulas ecclesias habendus vir eruditus, qui clericos eius ecclesiæ instituat. Cap. 3.

c.1.& c qa nonnullis. de magist. QOlim conciliari constitutione cautum est, vt non solùm apud quamlibet cathedralem Ecclesiã, sed & apud alias nimirùm collegiatas, quarum sufficere poterũt facultates, constituatur magister idoneus, qui clericos earundem ecclesiarum doceat & instituat. Apud metropolim autẽ theologum haberi præceptum est, qui sacerdotes ac quoscunq; alios in sacris literis doceat, & in his præsertim instituat, quæ ad curam animarum pertinere dignoscuntur. Visum etiã concilio fuit, vt singulis magistris vniꝰ præbendæ prouentus tantispèr, quoàd in docendo perstiterint, assignentur. Cuius quidem saluberrimæ constitutionis vix vestigia quędã apud eiuscemodi Ecclesias reliqua videmus. Nã vt scholas ipsas reperias, didascalum tamen vix vllum eruditum ac pium repereris, quòd nihil penè stipẽdij (ne dicamus vnius præbẽdæ prouẽtus) illi suppeditetur, quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res leuis momenti est, à qua totius propemodùm reipub. tum salus, tum pernicies dependet.

Qui huic viro victum suppeditabunt. Cap. 4.

CVrãdum itaq;, vt singula Collegia ludos literarios diligenter instituant, eisq; de idoneis ludimagistris ac sumptibus prospiciant: vbi Collegia non sunt, senatus & respublica idem curet.

Quemadmodùm Academiæ instaurari, ac studia ali possint. Cap. 5.

ACademias seu Vniuersitates publicas per hanc hæresum colluuiem perire miserè cernimus, quas instaurari maximè in votis est. Id fieri posse nobis videtur, si modus aliquis inueniat, quo pauperibus scholasticis ex ecclesiasticis stipẽdijs aliq̃d possit decidi. Clericos enim illos cõuenit ecclesiasticis stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorũ nulla bona suffraganť. Quo insuper professoribus atq; his, qui in bonis literis, optimis quibusq; disciplinis, ac in primis Theologiæ studijs multùm ꝓfecissent, spes p̃mij fieret: nã spes alit artes.

Pium votum ad studia subleuanda. Cap. 6.

Cõc. Bas. ET quanquàm hic articulus à summo pontifice potissimùm pendere videat, tamen quòd in nobis est, cuperemus omes ordinarios collatores, præsertim parochialium ecclesiarum, huc induci posse, vt Academiæ potestatẽ facerent, significandi subindè ipsis viros literatos ad regendum Ecclesias eiuscemodi idoneos, quos ipsi collatores quibuscunq; alijs non idoneis præferrent, ac parochijs quum vacarent, ꝓficere non differrent, modò tamẽ personaliter residere non detrectarent. Quòd si idem apud collegiatas ecclesias (qui mense ordinario canonicatus & præbendas conferũt) obtineri possit, non dubium id plerisq; ad studia capessenda calcar fore nõ exiguum.

Decretalem Honorij tertij, quo ad eius fieri potest, renouari æquũ esse. Cap. 7.

c. sup speculꝰ. de magist. PRætereà non parùm huc fecerit, si Honorij tertij decretalis seruet, nempe vt Canonici ecclesiarũ diœcesis nostrę Colonien̄ dociles ad studia, potissimùm theologiæ, per capitula transmittantur, percepturi toto quinquennio beneficiorũ suorũ fructus, non obstante aliqua cõtraria consuetudine vel statuto, quũ denario fraudari nõ debeant in vinea dn̄i operantes, de quo dictum est partim superiùs. Ex his enim tandẽ spes non vana concipi possit, aliquando futurum, vt doctorum copia habeatur, quo velutì stellæ valerent plurimos ad iustitiam erudire,

erudire, & temporis successu ecclesiam Dei vniuersalem in vita ac doctrina reformare. Quid curandum in academijs. Cap. 8.

NEq; ignoramus multa ac diligẽti ꝓuisione opus esse in Academijs, qua in primis curare necesse erit, vt optimi quique libri in singulis professionibus ac disciplinis per doctissimos professores statis diebus ac horis vigilãtissimè ꝓlegantur, enarrenturq;. Deindè, vt scholasticis viuendi regulæ præscribãtur, nempe vt bonis disciplinis vacẽt, à pompis, commessatiõibus, ebrietatibꝰ, aleę ludis, dissensionibus ac rixis abstineãt, vt ꝓdigi esse desinant, ac quisque se suo modulo metiatur, vt fastum omnem ac doctrinæ supercilium deponat. Nec incipiant esse magistri, priusquàm fiant discipuli. Hieron. Quot enim sunt, q̃ magistrorum ac doctorum insignia ambiunt, ac per ambitum extorquẽt, etiam qui nunquàm eam artem quã post magisterium ꝓfitentur, vel à limine salutârũt? quod quàm turpe ac indecorũ sit, nemo ignorat.

Nihil imprimendum aut vendendum, nisi reuisum priùs. Cap. 9.

PRætereà quũ per abusum artis impressoriæ, librorum plurimũ malorũ ꝓemerserit, prohibemꝰ, ne vlli Typographi aut Bibliopolæ, quempiam recèns editum librum aut chartam vel imprimant, vel venum exponant, vel vendant publicè vel occultè, nisi hic liber reuisus, & charta vel scripturam vel picturam continens, per nostros ad hoc deputatos commissarios diligenter perspecta sit priùs. Quæ & Typographi nomen & cognomen complectantur, atque eam ciuitatem seu oppidum in quibus excussa sunt, nominatim designent. Quę verò his caruerint, nullo pacto venum exponantur. Porrò Typographi, Bibliopolæ, ac reliqui librorum institores ac geruli, qui huic ordinatiõi cõtrauenerint, præter confiscationem librorum, pœnis etiam legalibus ac pragmaticæ constitutioni Augustanæ subiacebunt. Pragma Augusť. Cõtra quos in territorijs nostris Fiscalis noster acerrimè inquirere, ac ad iustarum pœnarũ declarationem procedere non omittet.

PARS XIII.
De iurisdictione Ecclesiastica contentiosa.
CAPVT I.

ANte annos nõ admodùm multos, reformationem iurisdictionis nostræ ecclesiasticæ edi curauimus, per quam ita temperata ac moderata omia speramus, vt nemo de ea iure queri possit.

Excommunicationis origo & præcipuus vsus. Cap. 2.

NEautem quispiam excommunicationis ecclesiasticę originem ignoret, primus excõmunicatiõis in ecclesia vsus, qualis fuerit, Paulus primæ ad Corinthios quinto manifestè ostẽdit, vbi Corinthium publicè cum nouerca fornicãtem, tradit Satanæ in interitum carnis, vt spiritꝰ eius saluus fieret in die domini nostri Iesu Christi. Nõ tãtùm exemplo indicans, sed & expressim iubens, vt qui eiuscemodi sunt, è medio ecclesię, eiiciãtur. Si is (inquit) qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiuscemodi nec cibum sumere ꝓmitto. Quin ante discipulum ille, qui solus verè magister est Christus, eiuscemodi excõmunicationis vsum Matthæi 18. docuit. Quẽ optamus in ecclesiam reuocari ac frequẽtissimum esse, nempè vt tales publicè ac enormiter peccantes, ne alijs offendiculo sint, & notati tandèm resipiant, extra communionem sacramentorum ac vitæ communis ponãtur, donec ad cor & ecclesiæ gremium reuersi, suum reatum deplorent. Diuus sanè Paulꝰ grauissimè Corinthios increpat, quòd incestum illum tantispèr paterentur. Omnino (inq̃t) auditũ inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, ita vt vxorem patris sui q̃s habeat. 1.Cor.5. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrũm, qui hoc opus fecit. Non Matt. 18. est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. &cętera, quæ sequuntur. Quòd si denunciationẽ Euangelicam (qua nulla res salubrior esse potest, & quæ nobis non tantùm facienda suadetur, sed præcipitur) frequẽtaremꝰ, & Apostolica præcepta mordicùs teneremus, rariores profectò in cœtu nostro haberemꝰ adulteros, raptores, homicidas, & id genus alios publicè criminosos, propter quos blasphematur nomen nostrum inter gentes, & scandalizantur multi inter nos infirmiores. Esa.52. Rom.2.

¶Cur passim in omnes inobedientes excõmunicationis censura distringi cœperit.
Caput 3.

IAmdudũ verò cœpit excommunicatio in oẽs inobedientes distringi, ꝙ quasi peccatũ hariolãdi sit repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. 1.Reg. 15.

¶Vsum excommunicationis in publicè criminosos, in lucem reuocandũ Cap. 4.

VSum ergo excommunicationis, præsertim aduersus publicè criminosos, in lucem reuocari conuenerit: deinde posthàc in alijs causis excommunicatio tantùm in manifestè contumaces feratur.

¶Quid cauendum in decernenda excommunicationis censura. Cap. 5.

CAuebit autem in primis Iudex, ne hãc, aliásve cẽsuras ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis, vel iuris ordine non seruato, vel ex odij fomite proferat vnquàm. Quum enim excommunicatio pœ- Ex cõc. Meldẽ. & Aluer. c. nemo. & c. nullus facer. 11. q. 3. Ex cõ. Lug.

c. 1. de sen. excómu. in 6. Ex com. Ant. Carth. Arelat. Bracar.

na sit, qua nulla maior est in ecclesia: nec sit excommunicãdus quis, nisi pro peccato lœthali, quòd anathema sit æternæ mortis damnatiõ: nec infligẽda veniat, nisi his qui aliter corrigi non possunt: debebit Iudex non antè excommunicare quempiam, quàm cognouerit, id vel causæ grauitatem, vel eius q̃ extra communionem ponendus est, apertã contumaciam, præcepto iusto acquiescere nolentis, exigere.

Excommunicatos vitandos. Cap. 6.

VOlumus autẽ vt hęc censura ab omnibus (iure non tantùm humano, sed & diuino idipsum postulante) timeatur: vtq́ue excommunicati in familiari conuersatione vitentur, & à nemine recipiantur, quẽadmodùm antiquissima Concilia, sub grauis reatus incursu idipsum fieri præceperunt.

Non passim contra omnes delatos, per Fiscales inquirendum. Cap. 7.

Cap. cùm oporteat. c. inqsitionẽ. ℣ tertiæ dubita, de accusatio.

PRocuratores nostri Fiscales aduersus neminem inquirant, nisi quem legitima ac frequens grauat infamia, non quidem à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis, iustitiæ zelo commotis, suborta: quã si non probauerint, condemnentur ipsi, nõ autem inquisiti, in expensis. Neq; enim speciem aliquã æquitatis habet, ꝙ ab innocentibus absolutis, quippiam expensarum nomine extorqueatur: alioquì calumnia & iniusta diffamatio, mercedem (quod absit) haberent. Valeant ergo alij maleuoli, delatores, depeculatores famæ, ac reipub, pestes. Neq; enim ad petitionem eorum qui libellum infamationis porrigunt, in occulto inquirendum est super criminibus in eodem descriptis: quum inquisitio fieri tantùm debeat super illis, de quibus clamores aliqui præcesserint.

Manifestè criminosi, pro quæstu nequaquàm ferendi. Cap. 8.

NOlumus autem, vt concubinarij, aut alij manifestè criminosi, vllo modo ꝙ quæstu aut pecuniæ emungendæ causa ferãtur, tolerenturq́; aut vt pœnæ pecuniarię ꝙ criminibus passim imponantur, ꝙ res mali exempli sit, crimen pecunia redimere, sed reformationis nostræ cõstitutio, quæ de officio Sigilliferi postrema est, seruetur. quòd si interdùm vel personæ delinquentis, vel delicti qualitas pœnam pecuniariá imponi postulauerit, hæc in pios tantùm vsus conuertatur, ne magìs auaritiæ, quàm correctionis causa exacta videatur.

Clerici grauissimorum criminum rei, secundùm canonicas sanctiones puniendi. Cap. 9.

CLerici in grauissimis criminibus deprehensi, iuxta canonicas sanctiones puniantur. Expedit enim, vt publicè delinquentes & Ecclesiam Dei scandalizãtes, publicè quoq; arguantur & puniantur. Quamobrem tales vel à nobis deprehensi, vel extra territoria nostra per magistratus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dignam sui sceleris pœnam recipient. Quòd si tam graue fuerit, vt degradatione dignũ sit, faciemus ipsos curiæ tradi seculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo se per flagitia reddiderunt indignos.

1. Tim. 5.

De testamentis insinuãdis, approbandis ac exequendis. Cap. 10.

Ex cõ. Mog. c. si hæred. de test.

IN concilio Moguntino sancitum est, vt hæredibus qui iussa testatorum nõ adimpleuerint, ab episcopo loci illius omnis res quæ eis relicta est, interdicatur, cum fructibus & emolumentis, vt vota defunctorũ adimpleantur. Quamobrem ꝓcuratores nostri Fiscales in diœcesi nostra Colonien̄ aduigilabunt, vt Testamenta, maximè ecclesiasticarum personarum, priuilegijs ecclesiæ nostræ maioris saluis, intra anni spatiũ exequutioni mandentur: vtq́; intra idem tempus executores testamentorum legitimum calculum reddant. Quorum etiam testamẽtorum insinuationem approbationemq́ue intra triginta dies à mortẽ sacerdotis petivolumus atque obtineri, nisi rationabilis causa longiorem dilationem exposcat in p̃missis. Dispiciet autem Sigillifer noster, vt si quid in quempiam stultum aut iure prohibitum vsum, temerè relictum sit, in pium cõuertatur.

Bona presbyteri ab intestato defuncti, in piam causam conuertenda. Cap. 11.

VBi sacerdos nostræ diœcesis Colonien̄ mortuus est intestatus, bona ipsi⁹, ꝑter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus, in piam causam ꝙ defuncti animæ salute cõuertan̄.

Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minimè grauis. Cap. 12.

Cap. Offici de testa.

EA portio quæ nobis vtì Archiepiscopo secundùm rationem bonorum (extra q̃ tñ patrimonialia immobilia sunt) deducto ære alieno, ex more & speciali conuentione cum clero nostro inita, debetur, nemini grauis esse potest, quòd maior Episcopo secundùm canonicas sanctiões portio, q̃ ea est, q̃ ex remissione nostra nobis soluitur, debeat.

Iuramentorum facilis exactio, in iudicijs refrenanda. Cap. 13.

Matt. 5.

MVltiplex illa & facilis iuramentorum exactio, quæ in iudicijs ecclesiasticis fit, nobis probari non potest. Christus interfectionis hortamenta ponit & illud, vt in totũ abstineamus ab omni iureiurando. Quo colore ergo consuetudo nunc passim iurantiũ in omi negocio excusari possit, nõ videm⁹, nisi aut grauitate negocij, aut necessitate. Crebris iuramentis rarò deest piuriũ, quod grauissimè punit Deus. Quãobrẽ monemus Causidicos, ne tam faciles sint in exigendis malitiæ ac alijs iuramentis. Compertum em̄ habemus, quosdã esse tam malè Christianos, qui in re tam seria ludant, ac iuramenta interdùm exigant, quibus præstitis credere nolint. Ne dicamus quosdam eò vesaniæ prolabi, vt iusiurandum exigant, quod mâlint suspicari, præstando violatum iri, q̃ verè reuerẽterq́; adhiberi. Quo laqueo quis pernicioſior esse potest? Admonebit igitur Officialis noster Causidicos, atq; alios iuramenta exigentes, vt ea quæ iudiciarij processus solennitas necessariò non requirit, remittant: vtq́; memores sint, eandem manere pœnam temerè exigentem, quæ manet frustrà præstantem iuramentum.

Matt. 5.

Formula inquirendi hæreticos delineanda. Cap. 14.

QVum hæresum ac schismatum in prę̃sentiarum plena sint omnia, videbimur operę̃precium facturi, si communicato cum inquisitoribus Apostolicis consilio, formulam quandã inquirendi iuri, consentaneã, ac tantũ negociũ decentẽ, minimeq́ue captiosam, præscribamus. Quamobrem ea de re nostris iurisperitis mandabimus.

PARS XIIII.

De Visitatione ac synodis Episcopalibus Archidiaconalibusq́ue.

CAP. I.

QVum frustrà sint in ciuitate leges, nisi & sint qui eas exequantur: itidèm institutiones canonicas inefficaces & languidas esse oporteat, nisi ab episcopo & reliquis (quibus ea cura demãdata est, & quodam modo viua lex sunt, qui & in Euangelio nuncupantur sal terræ) mancipentur effectui: idcircò visitatione per nostram diœcesim Colonien̄ opus est, quam Deo authore per nostrum in pontificalibus Vicarium, ac ipsi adiunctos viros iuxtà pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his spiritualibus ac ecclesiasticis reb⁹ ordinãdi potestatẽ, aggrediemur, eodẽq́; adiuuãte Deo peragem⁹.

¶Quo ordine visitatio instituẽda. Ca. 2.

EX superioribus verò liquet plùs satìs, quo ordine visitatio instituenda sit. Siquidem in primis ab ecclesijs nostris metropolitana ac cathedrali inchoandum, dehinc singulæ collegiatæ simul cum monasterijs & virorum & mulierum inuisendę: post hęc ad parochiales ecclesias omnes, in nostris ciuitatibus ac diœcesibus cõstitutas (vbi maxima cura opus erit) transeundum: ibì non solùm parochi, sed alij etiam (quotquot ibidèm commorãtur) sacerdotes ac clerici aduocandi. Atq; interìm non prætermittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur: ac postremò hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

¶Quæ vbiq; corrigere oporteat. Cap. 3.

QVæ verò oporteat vbiq; scisciatari ac inuestigare, quæ corrigere ac repurgare, quæ statuere ac ordinare, superiores constitutiones abundè docent.

¶In primis reformãdos esse Decanos. Cap. 4.

QVòd ad cathedrales & collegiatas ecclesias attinet, prima cura erit in reformandis ecclesiarum prælatis, maximè Decanis. Qui si cæci fuerint, consequitur necessariò, vt hi quibus ducatum præstant, simul in foueam trahantur ac cadant. Quod enim ab illis committitur, facilè ab alijs trahitur in exemplum.

¶Inquietos & prælatis rebelles, corripiendos. Cap. 5.

ET quoniam alicubì tanta est cleri dissolutio, vt ꝑlatis quantunuìs bonis ac eruditis, neq; suus honor, neque authoritas seruet̄, intendẽt Visitatores nostri animum, vt inquieti corripiãtur. Qui corripi & obedire nolunt, censura ecclesiastica secundùm culpæ modũ ꝑcellantur, donec resipuerint.

¶In monasterijs quomodò abusus percipiendi. Cap. 6.

IN monasterijs facilè percipientur abusus, modò regulę ordinis relegantur, interrogenturq́; qui illis ꝑsunt, num illis scilicet simul cum nostris constitutionibus per omìa satisfiat.

¶In visitatione parochiarum quid agendum. Cap. 7.

VBi ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo paucis antè dieb⁹ aduent⁹ Visitatorũ significari, quô tum omẽs expediti adsint, ac publicæ saluti intendant. Deniq; ea sacramenta ac munera, quæ per solum episcopum administrantur, expurgati & præparati recipiant.

¶Habẽda cõcio per Visitatores. Cap. 8.

NEc videbitur inutile, vt Vicarius noster in pontificalibus, seu alius ex Visitatoribus nostris Theologus, concionem ad populum habeat, eundemq́; de omnibus de quibus vtile videbitur, ex diuinis scripturis per Dei verbum admoneat.

¶Interrogandus parochus, quo titulo ministerium gerat. Cap. 9.

INterrogãdus deinde Parochus, num ipse principalis rector sit, aut Vicarius mercenarius, an ordinaria authoritate admissus, nécne: vbi Vicarius ꝑest parochiæ, videndũ quo priuilegio absit parochus principalis.

De vita, moribus, & doctrina inquirendum. Cap. 10.

DEindè inuestigandum de vita, morib⁹ ac de doctrina, quo pacto verbum diuinum disseminet, ac sacramenta ecclesiastica administret, & num omnia calleat quę ad officium suum spectant. Vbi verò minùs fuerit instructus, erudiatur maximè in his, quę ad dispensationem ecclesiasticorũ sacramẽtorum attinent, ꝑsertim pœnitentiæ. Subindè inquiratur, num in his desęs aut negligẽs interdũ sit: & num illi necessarius & honest⁹ victus suppetat, seu digna stipendia exoluãtur. Nam si competens victus defecerit, ad eum

eum modum (vti suprà dixim⁹) ꝓcurandus erit, aut ad nos referendum.

De habitu, tōsura, ac reliquis externis videndum. Cap. 11.

VIdendum deindè de eruditione, habitu, tonsura, ac familiari conuersatiōe: honestas familiæ exploranda, libri quoque omnes inspiciendi, qui si nothi aut suspecti erunt, auferendi ac tollendi sunt.

Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum. Cap. 12.

INsuper inuestigandum erit diligētissimè, num in tota parochia vllus hæreticus aut schismaticus deliteſcat, num hæresis aliqua serpat, atq; hîc apponenda securis ad radicem, vt seducti, per verbum Dei in viā veritatis & ecclesiæ vnitatem reducantur. Qui cōtumaces fuerint, è cœtu cæterorū tollant.

Num agantur alia, q̄ cum Dei & Ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum. Cap. 13.

PRęterea num in parochia superstitiōes. sortilegia, diuinationes, atq; alia id generis, quibus mentes à Deo viuo per diaboli fraudes seducuntur, exerceātur: num periuria, blasphemiæ, adulteria, & similia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladium iræ suæ vibrat, publicè committantur: nū ecclesiasticæ censuræ contemnantur: num sint q̄ parocho obedire floccifaciant, qui sacramēta Ecclesiæ non participent: item, num festi dies & ieiunia ecclesiastica ritè obseruent.

De puerorum institutione, & hospitaliū cura quærendum. Cap. 14.

DEin videndū quo pacto pueri instituantur, qui prætereà sint scholis præfecti. Hospitalium quoque cura haud prætermittenda.

Vitia quibus assueuerint parochiani, acriter corrigenda ac refrenanda. Cap. 15.

DE vitijs quibus parochiani vel maximè assueuerint, inq̄sitio faciēda, vt p Visitatores verbo diuino ab his populus auocetur.

De officio parochi inquirendū. Cap. 16.

DEniquè expiscandum, num parochus diuinum officium in Ecclesia canendo, legēdoq; ritè gerat, num sacrum baptisma, itidèm sacrosanctā Eucharistiam cum chrismate securè ac decenter custodiat, num vestes & reliqua ornamenta quibus in diuinis officijs vtimur, mūdè asseruet: num ipse aut qui Ecclesiæ ꝓuisores appellantur, templum sartum tectum curent: num sacris altaribus suus honos impendatur: num ruinis domus parochialis occurrat: num de rebus Ecclesiæ alienationes faciat. Atq; his similia, quæ visitatoribus nostris pro eorū circunspectione & prudentia facilè occurrent, & ex constitutionibus nostris, quæ vbiquè pro loci ac personarum ratione rememorari debebunt, suppeditabuntur.

Synodus episcopalis anno bis habenda. Cap. 17.

ET quoniam visitationes istæ generales per singulas parochias absque magno sumptu singulis quibusq; annis frequentari haud possunt, saluberrimè sancitū est in antiquissimis canonib⁹, bis per singulos annos in singulis ꝓuincijs Concilium fieri: Vt primū ante dies Quadragesimæ habeatur, videlicet quō omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum solenneque Deo munus possit offerri: Secundum verò agat ante tempus Autūni, in quo si cōmuni oīm consensu rationabiliter comprobato, secūdùm ecclesiasticā regulā, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicāt, obtineat plurimorū sentētia sacerdotū. Nice. c. 3. Anti. c. 20. Cōstā. c. 3. Chalcedo. c. 19. c. sicut olim de accusat.

Quid agendum in synodo episcopali. Cap. 18.

IN his ergò concilijs, anno bis, de his oīmibus apud metropolitanæ, cathedralium, collegiatarum, monasteriorumq̄; ꝓlatos, & ꝑsertim Archidiaconos, ac quos vocamus Decanos rurales, qui vocati sunt in partem solicitudinis episcopalis, per Vicarium nostrum in pontificalibus ac Officialem disq̄sitio diligens fiat: Et q̄ ex illorū iudicio reformatione opus habere comperientur, cōmuni consilio emendentur.

De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus. Cap. 19.

DEniq; archidiaconi, qui episcoporum oculi dicuntur, ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis, q̄ sancita fuerint, in prouinciali seu episcopali concilio publicabunt. Et ad eundem modum (qui in visitatione præscriptus est) vitijs extirpandis ac virtutibus inserendis studeant, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quàm pecuniæ exactione, puniendis intēti.

Officiales Archidiaconorū, & Decanos rurales, viros graues esse oportere. Cap. 20.

QVod vt rectè ac prudenter fiat, Archidiaconis nris incūbit, ne vllos inidoneos Officiales aut Decanos rurales deligant aut admittant, sed ad has functiōes viros tantùm assumant, cùm doctrina præstātes, tum vitæ innocentis inculpataq̄;, q̄ nullius criminis labe notabiles, officium suum irreprehensibiliter exequantur.

Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præ se ferunt. Cap. 21.

EX vetustissima quadam inquirēdorum criminum formula relictum est, vt Archidiaconi anno bissextili circumeant, & peccata enormia emendent, quæ sequitur in hæc verba: In concilio publico ab episcopo habito, primitùs iurare debent de villis singulis fidelissimi quiq;, liberi & serui, tres vel quatuor, seu etiā plures, vt rei veritas oīminò inquiratur. Iuramentum autē illud huiuscemodi esse debet: Quicquid in villa in qua Can. 1. de offic. archi.

qua habitat, veraciter sciat, vel seriò audierit actum cōtra fidem rectam & Christianitatem, episcopum aut eius nuncium, quantùm recordari possit & sciētia subministrat, non lateat. Post iuramentum verò episcop⁹ per singula numerare debet, q̄ priùs iuramēto compræhendit, hoc est: Si vir, super vxorem suam, aliquā clanculò corrupit: Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicata sit: Si commatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violauit: Si qua mulier partum suum necauit, vel cōceptū quocunq; modo excussit: Si quis cognatum suum volūtate aut casu occidit, seu morbidum fecit, & necdum ad publicā pœnitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut maritus vxorē suam iniquo consilio interemit: Si quis virum aut fœminā veneno, aut aliqua alia potiōe occidit, & qui hoc scilicet veneno machinatur: Si sciat diuinatrices vel augures, etiam illos, qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si vno cōtempto, cum alijs fornicatur, licèt nupta non sit: Si illōs etiam sciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos sciant, qui conuicti sunt periurium perpetrasse: Si & illos nouerint, qui loca Deo non dicata, contra fidem ecclesiasticā colunt, & ad Christi ecclesias venire contemnunt: Illos etiam si sciant, qui indictum ieiunium negligūt. Hęc omnia dum episcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros verò oīnes nobiles & ignobiles, per bānum Christianitatis constringat, vt supradictas res minimè celent, àcsi in die iudicij ante tribunal Dñi nostri Iesu Christi, rei occultatione ꝑfatarum rerum nefandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannū contestetur, vt nemo per vllius timorem aut fauorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. Neq; per odium, neq; per inimicitiā vllā quicquā alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si anteà in præsentia episcopi allata essent, eiusq; iudicio terminata, posteà iterata, cōperta fuerint, veluti in initio referantur, & episcopali decreto constituantur.

Abusus in synodorum archidiaconalium ac ruralium obseruatione. Cap. 22.

PRæscripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, successu temporis in abusum, quod negare nō possum⁹, deducta est, q̄ non fidelissimi quiq;, sed leues delatores, nō qui veraciter sciant, aut seriò audiuerint, idq̄; à probatis: neq; vno tātùm, sed plurib⁹, hisq; fide dignis, minimeq; maleuolis, sed frequentiùs absq; oīmi delectu vel leues ac futiles, vel inuidi ac rapaces calumniatores, delatiōi comperiātur adsciti. Quodq; pro manifestis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, sed pecuniariæ potissimùm mulctæ à delinquentibus fuerint exactæ, permissis interim delinquentibus, haud præter graue populi offendiculum, in publica scelerum infamia perseuerare.

Inter visitandum abusus corrigendi. Cap. 23.

QVæ omnia magna correctione indigent, quam, volente ac adiuuāte Deo, inter visitandum adhibebimus, nimirùm curaturi, vt viris exploratæ virtutis tantùm hoc officij delegetur.

Procurationē suo officio rectè fungētibus pendi, æquum esse. Cap. 24. Ex concil. Lateranen. ex cōc. gñali c. cū Apostolicis c. ꝓcuratiōes de cēsibus.

HIs autem qui synodo prefíciendi sunt, sumptus necessarios (quam procurationem canones vocant) per parochianos suppeditari, iustum atq; ęquum est.

CAetera, quæ præsentis concilij decretis compræhensa non sunt, (sunt autē pleraq;, non minorem quàm ea quæ correximus, castigationem postulantia) ea secundùm sacrorum canonum censuram, partìm in Visitatiōe, partìm in futuris synodis episcopalibus, Deo dante, emendare diligēter adnitemur.

CANONVM CONCILII PROuincialis Colonienſis, anno 1536. celebrati, FINIS.

ACTA ET STATVTA

SYNODI DIOECESANAE AVGVSTENSIS, REVERENDISS. IN Christo patre & Illustriss. Principe & domino, Dñ. Othone S.R. Ecclesiæ TT. Sanctæ Balbinæ presbytero Cardinale, & Episcopo Augustano præsidēte, ad diem XII. Nouemb. anni 1548. conuocatæ, & continuo triduo celebratæ.

REuerendissimus in Christo Pater & Illustrissimus princeps & dominus, dominus Otho S.R. Ecclesię TT. sanctæ Balbinæ presbyter Cardinalis, & Episcopus Augustanus, memor communis Ecclesiasticorum sacri Romani Imperij statuum consensus, inuictissimo & potentissimo principi & domino, domino Carolo quinto Romanorum Imperatori maximo, in proximis comitijs Augustanis de reformandis cleri & populi moribus, deformitatibusque ecclesiarum tollendis, præstiti: etsi calamitatū superiorum reliquijs sanandis apprimè distractus, summo

tamen ſtudio atq; labore adniſus eſt, vt & Cæſareæ Maieſtati, cui hanc ſynodorũ congregandarum facultatem, Germanorum eccleſiæ, veluti olim Conſtantino Imperatori totus ferè orbis, acceptam ferunt, ſatisfaceret, & quod muneris ſui eſſet, pro viribus adimpleret.

Kalend. igitur Octobris, poſtquàm Albigouiam Subalpinam Eccleſiæ ſuæ ditiõem proximo biennio miſerè afflictam, præſentia ſua conſolari, cõſilio, liberalitate, iureq; dicundo iuuare, atq; paterna ſanè cura & pietate luſtrare cœpiſſet, è Fueſſa oppido epiſtolas citatorias ad Abbates, præpoſitos, decanosq; tam collegiales, quàm rurales ſuæ diœceſis miſit.

Quibus, vt in pauca conferantur, ſanctorum patrum decretis & Baſileeñ concilij authoritate in memoriam reuocata, ſacriq́ue Romani Imperij Electorum, principum & ſtatuum eccleſiaſticorum, de conuocandis ſynodis conſenſione commemorata imperat, eosq; in Domino hortatur, vt ad diem 12. Nouembris in oppido Dilinga ſynodi initio finiq; adeſſe velint: in primisq́ue dent operam ſinguli, vt citationes huiuſmodi in capitulis ſuis ad hoc conuocatis publicentur, ipſaq; capitula ſeu collegia Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, aut alijs horũ loco cõparituris inſtrumẽto publico, cuius formulę ſingulæ ſingulis citationibus additæ fuerũt, poteſtatem faciant, vt eorum etiam voluntate atq; nomine ſynodi huius ſtatuta, quatenùs ea ad quoſque pertinerent, approbare, atq; ipſos obſeruaturos, ꝓfiteri legitimè poſſint. Miſſa prætereà fuerunt citatis oñibus exempla formulæ Cæſareanæ reformationis, mandatumq́; omnibus, vt eam diligenter expenderent: atq; ſi quid ex temporum, locorum, aut perſonarum occaſione, vſu vel neceſſitate, addendũ moderãdúmve ipſi iudicâſſent, ad ſynodum referrẽt: & cùm ſuas, tum collegiorũ aut capitulorũ ſuorum ſententias inter conſultandum explicarent.

Ad tempus igitur ꝓſcriptũ aduenêre Abbates, Præpoſiti, Decani & Camerarij quãplurimi, quorum multi veluti ex captiuitate reſpirantes, præclaram animi magnitudinem ad domum Domini ædificandam afferre videbantur. Qui emanſerunt, partìm priuilegijs põtificum ab Ordinarij iuriſdictione exemptos ſe eſſe aſſeruerunt: partìm, ꝓphani magiſtratus imperio retenti ſunt: nõnullos libertatis amor, conſcientiaq́; perturbatæ à ſe religionis, obedientiæ iugo ſubtraxit.

ACTA PRIMAE DIEI Synodi.

HOra autẽ ſeptima antemeridiana diei Nouembris duodecimæ, Reuerendiſſimus dñs Cardinalis, Reuerendi domini, Marcus Auunculus Epiſcopus Nazianzen⁹, & reliqui abbates ius pontificiorũ ornamẽtorum habentes, cum baculis paſtoralibus, mitris, & reliquo habitu pontificali: cæteri verò ꝓpoſiti, canonici, decani, presbyteri & clerici, ſuis quiq; veſtimentis eccleſiaſticis inſignes, in Eccleſia Dilingenſi parochiali frequentes conuenerunt. Vndè re ſacra de ſanctoſpiritu à Reuerendiſſ. Cardinale ſumma omnium deuotióe peracta, ordine cuncti biniq́; ad arcem Dilingenſi proceſſerunt, idq́; ea de cauſa, qꝺ Eccleſia parochialis rei tantæ gerendæ minimè idonea, tantæq́ue multitudinis capax non eſſet.

In arce verò, aula ſuperior ampliſſima eſt, in cuius capite Altare intra cancellos decentiſſimè ornatum extitit, pro cancellis, Reuerendiſſimi Cardinalis ſubſellium, Nazianzeni Epiſcopi & aliquot Eccleſiæ ſuæ cathedralis ad hoc deputatorum Canonicorũ ſedibus vtrinq; clauſum. Ad vtrunque aulę latus, quà in longitudinẽ patet, triplex ſcãnorum ordo: in ima verò aula, tranſuerſa ſcamna multa, omniaq́; ſtragulis operta, atque inter ſe ita diſpoſita, vt ambitus tranſitusq́; líber vndiquaquè eſſet.

Porrò cùm ex dignioribus ſuũ quiſq; locum occupâſſet, cæteri in reliquis ſedibus aſſediſſent, aut in ſpatijs intermedijs conſtitiſſent, Synodales oratiões, ſacrę laudes atq; preces omnes, ex libri põtificalis præſcripto ordine inceptæ atq; abſolutæ fuerunt.

Deindè Reuerendus dominus Martinus de Olaue, Theologus Hiſpanus & Cæſareæ Maieſtatis Sacellanus, orationem habuit ad ſynodum de horum temporum ſtatu, de officio paſtorum & cleri, moribusq́; omnium in melius reformandis, atq; diſciplina eccleſiaſtica reſtituenda, tanta eruditione & eloquentia excultam, vt vniuerſæ ſynodo fuerit & ornamento, & admirationi.

Ea finita, Reuerẽd. Cardinalis cauſas ſynodi huius cõuocãdæ paucis explicauit, ſummaq́; & dignitate & grauitate vniuerſos ad rem præſentem in receſſus animi interiores reuocandã, Synodiq́; totius negociũ æquis animis, ab omniq́; deteriore affectu ſemotis, tractandum cohortatus eſt: atque poſtremò ſeipſum quoque obtulit Synodi iudicio emendandum, rogauitq́; omnes ex animo, vt in vita moribusq́; ſuis corrigendis monitores eſſe velint, ijs ſe & libenti & grato animo obtemperaturum.

His dictis, Ioannes Albertus Vuidmanſtetter ord. S. Iacobi Luſitani frater militaris, Iuriſc. & dñationis ſuæ Reuerend. Cancellarius, nonnulla, q̃ ad ꝓſentem actionem pertinere videbanꝰ, ꝓfatus, Cæſareæ Maieſt. formulam in Comitijs Auguſteñ, vt dictum ſuprà fuit, propoſitã, clara voce continuaq́; lectione recitauit.

Abſoluta eius lectione, qm̃ dies à meridie ad horam primã inclinabat, iuſſi ſunt à Reuerend. Cardinale omnes, dimiſſis ornamẽtis & habitibus, ad cœnaculũ quod aulę ſynodali

dali ſubſtructũ eſt, eadem q́; amplitudine patens, diuertere, quò eos ad recreãda prãdio corpora cum benedictione dimiſit.

Hora pomeridiana tertia conuenerũt in eadem aula omnes, vbi Reuerendiſſ. Cardinalis iuſſu cõcellarius Synodum alloquutus eſt in hanc ferè ſentẽtiam: Proculdubiò intellexiſſe eos, memoriaq́ue recenti adhuc retinere, in cuius nomine congregati ſint, qd in ſacris ſolennibus à Deo Opt. Max. cõmunibus votis poſtulârint: quid nõ modò paſtori & Epiſcopo ſuo, ſed & gregi ſibi commiſſo quiſque debeat: quanta doctrinæ & vitæ ad patrum regulas cõformandæ neceſſitas omneis ferè ordines eccleſiaſticos vrgeat: quàm habeãt prõptã epiſcopi ſui volũtatem ad proſpiciendum ſibi & gregi: & demùm, quod præcipuum tamen in hoc toto negocio eſt, quãta pietate, diligẽtia & feruore Ceſaræa Maieſt. veluti nauis Reip. diſcordiarum tẽpeſtatibus iactatæ prudentiſſimus gubernator, incolumitati oĩm ꝓuiſum cupiat, cuius rei ſingulare è multis exemplum ſit, qꝺ Reformationis eccleſiaſticæ formulã, antiquorũ patrũ rationi diſciplinæq́; maximè cõſentaneã ꝓpoſuerit, quam eccleſiaſtici ſtatus in Synodis celebrandis ceu normã decretorum ſequerentur. Eam igitur formulam, tanquàm ſummam totius conſultationis, dominationem ſuam Reuerendiſſ. quod factum hodiè ante prandium ſit, publicandam omnibus cenſuiſſe.

Quoniam verò dñationi ſuę Reuerẽdiſſ. dubiũ non ſit, quin pro ſuo quiſq; officio vt iuſſus fuerat, Formulæ huius capita ſingula apud ſuos diligẽter tractârit, atq; de ijs quid in hac conſultatione offerri oporteat, deliberârit: ſuperuacuum ſanè videri, vt ſingulorum ſententiæ de ſingulis capitibus Cęſarianæ formulæ priùs exquirantur, quàm ſtatutorum indè excerpẽdorum ratio ineatur. Vt igitur compẽdio maiore negocium hoc expediretur, dominationem ſuam Reuerendiſſ. formulam totam reformationis paucis obmiſſis, quorum deliberatio & cognitio pertinere ad ſuperiores viſa eſt, inſertisq́; ex prioribus ſtatutis nõnullis alijs, in decretorum ſeu ſtatutorum ſynodalium ſpeciẽ contraxiſſe, eumq́; ordinem, qui cùm in Pontificio iure, tũ in alijs Auguſtanæ Eccleſię ſynodalibus ſtatutis ſeruari cõſueuit, ſequutum fuiſſe.

Quibus dictis, cãcellari⁹ ſtatuta tenore cõtinuo ad finẽ vſq; vt ſequuntur, prælegit.

TITVLI STATVTORVM.

De ſumma Trinitate & fide Catholica. Cap. 1
De conſtitutionibus. 2
De electione. 3
De renunciatione. 4
De qualitate Ordinandorum. 5
De clericis peregrinis. 6
De officio Archidiaconi. 7
De parochis ſiue presbyteris curatis. 8
De officio Decani & Canonicorum. 9
De vita & honeſtate clericorum. 10
De pluralitate beneficiorum. 11
De ſtatu monachorum, monialiũ, & Canoniſſarum. 12
De officio concionatoris, & diuini verbi pdicatione. 13
De cultu diuino. 14
De adminiſtratione Sacramentorum. 15
De Baptiſmo. 16
De Confirmatione. 17
De celebratione Miſſarum & Sacramento Euchariſtiæ. 18
De pœnitẽtia & remiſſionibus cap. Omnis vtriuſq; ſexus, linguaLatina & vulgari, & alia quędam lingua Germanica quadragenarij ieiunij tempore vulgò à parochis publicanda inſeruntur. 19
De extrema vnctione. 20
De matrimonio. 21
Ne pro Sacramentis aut Sacramentalib⁹ qdquam exigatur. 22
De cõſecratione, benedictione & cęremonijs eccleſiaſticis. 23
De ferijs & feſtis Sanctorum. 24
Vt oratio Dominica, angelica Salutatio, & Symbolũ Apoſtolorũ ab oñibus æqualiter dicantur, eorum q́; interpretatio vulgaris. 25
De Magiſtris & ſcholis inſtituendis. 26
De Hoſpitalibus pauperum, infirmorum, & peregrinorum. 27
De Maioritate & obedientia & diſciplina populi. 28
De Viſitatione. 29
De ſententia excõmunicationis, ſuſpenſionis & interdicti. 30
De precibus pro ſummo Põtifice, Romanorum Imperatore & Rege ac Principibus catholicis, alijs q́; ad Deũ fundendis. 31
De pœnis. 32
De Synodis. 33

Finis titulorum.

STATVTA SYNODI DIOECESANAE AVguſtenſis, XII. XIII. & XIIII. Nouembris, Anno M.D.XLVIII. Othone cardinale & epiſcopo Auguſtano prędidente, Dilingæ celebratæ.

De ſumma Trinitate & fide Catholica. Caput I.

QVum tota creationis vniuerſi ratio, atq; redemptionis noſtrę fundamentũ, in ſummæ indiuiduęq́; Trinitatis recta indubitataq́; fide conſiſtat, & à redemptore noſtro Ieſu Chriſto per ſuos Apoſtolos, eorumq́ue ſucceſſores vna fides Catholica in vniuerſum orbẽ, cuius primatus Romanæ ſedi ex D. Petri apoſtoli ꝓrogatiua iure tribuitur, deriuata ſit: Statuim⁹, atq; omnibus prędatis, vniuerſo

clero & populo noſtrę diœceſis mandamus, vt in ſancta fide Catholica, quam diuina clementia & ſanctiſſimorum hominum prædicatione ſecundùm prædictæ ſanctæ ſedis puram & incorruptam traditionem, maiores noſtri ab initio acceperũt, cõſtantes firmiq́; permaneant, eandem credãt, obſeruẽt ac doceant: atque paſtores oues agnosq́; ſuę curæ commiſſos, in eadem fide orthodoxa pro cuiuſque captu erudiant, ſummoque ſtudio confirment.

¶ De conſtitutionibus. Cap. II.

SAcrorum canonum & conciliorum decreta, & tam prouinciales Maguntinę ſedis, quàm à noſtris prędeceſſoribus nobisq́; editas Synodales conſtitutiones in vniuerſum, præcipuè verò eas, de quibus ſpecialis mentio in ſequentibus noſtris ſtatutis non habebitur, firmiter obſeruari præcipimus, tranſgreſſores ſecundùm canones ipſos prędictasque conſtitutiones, puniri decernentes.

Maximi cognomẽ tribuit Carolo v. Paulus 3. Põtifex.

Inuictiſſimi etiã chriſtianiſſimiq́; Imperatoris Caroli quinti, cui Maximi cognomentũ meritò tribuimus, cõſtitutionẽ de Interreligiõe in comitijs Auguſtanis hoc anno editã in ea parte, qua ad ſtatus Catholicos pertinet, acceptamus, noſtręq́; diœceſis ſubditis innouari decernimus, ſcilicet vt Eccleſiæ catholicę inſtitutiones hactenùs ab eis ſumma cũ laude obſeruatas, deinceps religioſè obſeruent, teneantq́; cõſtanter: ne ſe ab eis vllo modo auelli patiãtur, aut omninò quidquã immutent: cæteros verò, qui nouationes induxerũt, vnà cum clementiſſimo Imperatore valdè hoc ab eis ac ſeriò requirẽte, in Domino hortamur, vt ad eccleſiam catholicam accedentes, in obſeruatione cõſtitutionum & cæremoniarum Eccleſię catholicę p̃ oñia nobiſcũ conueniant, & ſe hiſce noſtris ſaluberrimis & catholicis ſtatutis conforment.

Quin & formulam Reformationis ab eadem Cæſarea maieſtate eccleſiaſticis ſtatib⁹ in ijſdem Comitijs propoſitã, quã nos in his noſtris Synodalib⁹ ſtatutis ſequi p̃fitemur, omnibus noſtræ diœceſis eccleſiaſticis perſonis crebrò legendam, verſandam & ſequẽdam proponimus.

Conſtitutiones quoq; & ordinationes à Reuerend. domino Laurẽtio Campegio S. R. E. Cardinale, & ſedis Apoſtolicæ p̃ Germania Legato, Ratisbonæ Anno M.D.XXIIII. editas & publicatas, tanquàm ſalutares, de Capituli noſtri conſilio & aſſenſu acceptamus, easque ab omnibus prælatis, presbyteris & clericis nobis ſubiectis, volumus obſeruari.

Statuimus p̃terea, vt p̃ſens libellus Synodalium conſtitutionum noſtrarum in eccleſia noſtra cathedrali, alijsque collegiatis & monaſterijs, quamprimùm typis excuſus fuerit, habeatur: & in choro, vt cuilibet acceſſus ad eum pateat, ſeruetur. Decani quoque rurales, camerarij, plebani, capellani, cęteriq́ue presbyteri noſtræ Diœceſis priuatim eum ſibi comparent, frequenterque legant, vt quiſque tam repentinis quàm indictis viſitationibus de his, quæ ad ſe pertinent, rationem reddere poſſit. Volumus etiam, vt abbates & præpoſiti, conuocatis omnibus monachis & canonicis regularib⁹, necnõ Decani collegiatarũ eccleſiarũ canonicis, Decani verò rurales in capitulo ſuis cõfratribus accerſitis, eadẽ ſtatuta bis in anno ad verbum p̃legant, aut p̃legi curent. Si quis verò huic noſtro mandato non obtemperauerit, à nobis ſeu vicario noſtro canonicè punietur.

De electione Cap. III.

APprobante cathedralis eccleſiæ noſtrę venerabili capitulo, ſtatuimus & ordinamus, vt poſthàc ad epiſcopatum eccleſiæ Auguſtẽſis, nullus niſi presbyterat⁹ ordine inſignis, aut qui ſe gradus, quos nondùm habet, oẽs ſtatutis ordinationũ tẽporib⁹, nulla interiecta mora aut tergiuerſatione, adepturum promiſerit, eligatur aut aſſumatur.

De renunciatione. Cap. IIII.

AD eccleſiaſticas dignitates, animarum curas, aliaq́; beneficia ad noſtrã diſpoſitionẽ ſeu approbationẽ pertinentia, nullus poſthàc coadiutor vel reſignatari⁹, niſi examinationis teſtimonio ſubnixus fuerit à nobis aut vicario noſtro in ſpiritualib⁹ admittetur. Si qui verò per ſurreptionẽ eiuſmodi dignitatum, curarum aut beneficiorum coadiutores ſiue reſignatarij ſucceſſores in illis ſine examinatione præſcripta extiterint, amouebuntur.

De qualitate ordinandorum.
Caput v.

VT Catholica doctrina atq; diſciplina eccleſiaſtica meliùs conſeruetur, ſtatuimus atque ordinamus, vt ordinandi ſup hæreſibus hoc tẽpore iactatis, quid de illis, & cõtrà quid de Romana catholica & Apoſtolica eccleſia ſentiant, diligenti examinatione explorentur. Deindè, vt nullus ordinetur, niſi qui publicum à primario ſacerdote vel magiſtratu patriæ ſuæ aut eius loci, vbi maiorem vitæ ſuæ partem exegerit, de vita eius & moribus probatis, teſtimonium literis conſignatum attulerit, qua in re primarij Sacerdotis ſen Magiſtratus & teſtium conſcientiam oneramus.

Ad hæc, vt ordinandi ſcientia explendis ſaltem eccleſiæ miniſterijs ſufficiẽs, nõ titulis, ſed diligenti conſtet examinatione.

Eandem quoque rationem in his, qui ad prælaturas admittendi, & ad eccleſias parochiales prouehendi ſunt, volumus haberi: atque ad parochiales eccleſias quenquam, niſi populum docere & velit & ſciat, nolumus admitti.

Poſtremò neminẽ ad prælaturas aut eccleſias parochiales ſiue per electionem, ſiue p̃ inferio-

inferiores collatores aut patronos deſignatus fuerit, priùs inueſtiri aut ad eccleſiæ munera ſubeunda admitti debere, quàm examini ſatisfecerit, & vocationi ſuæ ſatisfacturum ſe pro viribus pollicitus fuerit, ſtatuimus atque mandamus.

Aetatẽ etiã ordinãdorũ, ſecundũ laudabilẽ eccleſię nr̃ę morẽ, hactenùs ĩtroductũ & ſeruatũ, deinceps quoq; obſeruari p̃cipimus.

Pro examinatione verò nullã ab his, q̃ à nobis deputati ad hoc fuerint, pecuniam exigi debere præcipimus: quod & hactenùs in eccleſia noſtra factum fuiſſe, compertum habemus.

Quòd autẽ ad noſtrum epiſcopale officiũ attinet, profitemur nos pro gratia, quã Altiſſimus largiri nobis dignatus fuerit, munus noſtrũ ritè rectèq́;, tam p̃ nos q̃m p̃ vicarios & cooperarios nr̃os exequuturos. Volumusq́; poſthàc ordinandorũ examini paſchali Pentecoſtesq́; tẽpore Auguſtę, reliqs verò anni tẽporibus cõſuetis in oppido nr̃o Dilinga celebrãdo, ipſi corã adeſſe & prędeſſe, ne & in hac parte in nobis quidquam deſideretur.

De clericis peregrinis. Cap. VI.

IGnotos atque vagos ſacerdotes & monachos, abſq; prælatorum ſuorum teſtimonijs ſeu formatis, multoq́; minùs ſuſpectos de fide aut flagitioſos ſacerdotes vel monachos ſeu fratres fugitiuos, ad concionãdi ſacraque peragendi officium nuſquàm in nr̃a Diœceſi admitti, nec peregrinos & ignotos presbyteros in cõſortio aliorũ presbyterorum tolerari, vel ad miſſarum ſacrificiũ, niſi ſui ordinarij, è cuius diœceſi p̃ximè diſceſſit, literas de eorũ ordinib⁹ & honeſtate docentes oſtenderint, & à nobis vel noſtro in ſpiritualibus vicario admiſſorias habuerint, admitti debere præcipimus.

De officio Archidiaconi. Cap. VII.

QVos Græci Chorepiſcopos, hoc eſt, certarum regiuncularum in qualibet diœceſi ſpeculatores, alij archidiaconos, alij archipresbyteros vocant, in noſtra eccleſia cathedrali, quo ad certum diſtrictum mœnijs Auguſtanæ ciuitatis adiacentem Archidiaconi, in reliqua verò diœceſi Decanorũ ruralium nomine cenſentur.

His igit̃ hoc ſtatuto mandamus, vt hęc nr̃a placita atq; ſynodolia decreta curæ ſuæ parochis publicẽt & exequanẽ, vt capitula ſua ruralia, ſicuti hactenùs cõſuetum fuit, cõgregẽt & ſeruẽt: ad futuras ſynodos citati veniant, diligenter quoque inuigilẽt, vt parochi ſubditos ſuos doceant, corrigant, & veluti paſtores fideles in via Catholicæ doctrinæ ducant, ne irregularitate cõtracta miniſtrẽt, néve in foro conſcientiæ in dubijs conſultent, niſi peritiores priùs ſuper his adhibuerint in conſilium: ad hæc, vt ab extorſionibus & exactionibus illicitis & inſolitis abſtineant, & libertatem eccleſiaſticam, quantùm in eis eſt, tueãtur. Hos etiam ſenis quibuſque menſibus diſtrictus ſeu regiunculæ ſuæ eccleſias ſuas viſitare, & de omnibus rebus tam ſpiritualib⁹ quàm temporalib⁹ ſibi concurrentibus curam habere præcipuã, & ſi quæ emendare non poterunt, ad Synodũ pro tempore, aut ſi mora periculum habuerit, ad nos, vt opportunè prouidere de oñibus poſſimus, referre iubem⁹. Si quos intruſos ad parochias aut alia bñficia eccleſiaſtica in ſuis diſtrictibus eſſe Decani intellexerint, aut ſuſpectas de ſurreptiõe abſolutiones diſpenſationésve oſtẽtari aut circũferri à quibuſcunq; cognouerint: Eos moneant primùm, ne ſibi bñficia Sacramentorumq́ue adminiſtrationẽ vſurpẽt, néve gregẽ Chriſti huiuſmodi diſpenſationũ vel abſolutionũ prætextu decipiant. Si q̃ verò parére monitis noluerint, hi nobis à Decanis, quos fidei iuramento nobis præſtitæ ſuper hoc admonemus, ſine mora indicentur.

Decanis quoque ruralibus iniungimus, ne in templis, ſacellis, aut oratorijs ſuarum regiuncularum, picturas aut imagines quaſcunque depingi, ſculpi aut fieri, nobis aut vicario noſtro inconſultis, patiantur, vt in his veteris Eccleſiæ decorum, ſacrarum hiſtoriarum veritas, & imaginum honeſtas, maturiore deliberatione circa ea pręcedente, conſeruetur. Idem decernimus in cæteris Diœceſis noſtræ ſacris ædibus omnibus diligenter obſeruandum.

Ijſdem Decanis ruralib⁹ præcipimus, vt in inquirendis hęreticorum libris aut de hęreſi ſchiſmatéve ſuſpectis, nullam diligentiam prætermittãt. Contrahant etiam, vndecunquè in ſuis regiunculis poſſunt, eiuſmodi libros omnes, & in primis formulas adminiſtrationis Sacramentorum, quas Aduerſarij ordinationes eccleſiaſticas vocant, eosque libros ad nos quamprimùm tranſmittant, & in concionibus ſuis Sacramentorumq́; adminiſtratione, Catholicos doctores & Romanæ eccleſię Manualia ſequãtur, cęteriſq́; eiuſdem rei pro officij ſui cura monitores authoresque exiſtant.

De parochis ſiue presbyteris curatis,
Caput VIII.

PArochi de fide & religione noſtra populum ſibi commiſſum doceant atque inſtruant, Sacramenta adminiſtrent, eorum myſticam gratiam exponãt, publicis peccatis irretitos canonicè, occultis verò delictis occultè arguant, & ad pœnitentiam adducant. Incorrigibiles, nobis aut noſtro in ſpiritualibus vicario indicẽt, vt vel publica ſatisfactione curentur, vel communione catholica arceantur: paruulos quoque & rudes quoſq; parochię ſuę, doceãt certis tẽporib⁹ Symbolũ fidei, Dominicã precationem, Salutationẽ Angelicã, & Decalogi p̃cepta: aut ea diebus Dominicis è ſuggeſtu diſertè pronũcient, vt reuerà duplici honore digni habeantur.

Quum nihil magis officiat ecclesię Dei, q̃ q̃ ad regimen animarũ indigni assumuntur, statuimus & districtè p̃cipiendo mãdamus, vt à vicario nostro in spiritualibus generali aliisq́; p̃latis viri graues, docti, & ad curã animarum habendam idonei deligantur, diligensq́; & anniuersaria de eorum vita & moribus inquisitio habeatur.

Et quoniã non rarò accidit, vt presbyteri & clerici beneficia ecclesiastica curata absq́; institutione seu commissione vel nr̃a vel vicarij nr̃i, de facto occupẽt, atq; nulla ligandi aut absoluendi potestate p̃diti, populũ Dei decipiant: volumus & mãdamus, vt quilibet Decanus vel camerarius in capitulo proximo sui decanatus, literas huiusmodi cõmissionum sibi petat exhiberi, nobisq́; aut vicario nostro, si qui nullas habuerint, intra mẽsis spatium significet. Idemq́; de beneficijs non curatis, ad eaq́ue intrusis, intelligi volumus atque mandamus.

Parochi seu presbyteri curati oẽs, libros apud ecclesias suas habeãt quatuor: Primũ, in quo baptizatorum: Secũdum, in quo statuto ab ecclesia tẽpore confitentium & communicãtium: Tertium, in quo eorũ, qui matrimonia in facie ecclesiæ contraxerunt: & Quartum, in quo mortuorum & ecclesiasticę sepulturę traditorum nomina & cognomina cum annotatione diei & anni describantur. hęc eñ diligentia cùm ad multa vtilis est, tum verò ad hoc p̃cipuè, vt pastoribus ouium suarum ratio meliùs constet.

Capellani & primissarij, rectoribus aut plebanis suis debitã reuerẽtiam exhibeãt, ac oĩa debita officia, siue in fundatiõibus expressa sint, siue ex cõsuetudine introducta, suis locis tẽporibusq́; exequãtur in iuribus parochialibus, nisi fundationũ suarũ tenore specialiter & expressè fuerint priuilegiati, ipsis minimè aduersent, vel inobediẽtes existant, sed in executione curæ & diuinis officijs cãtando & legendo fideliter assistant. Quòd si aliter fecerint, canonicam nostram vindictã minimè euadent.

Meminerint porrò presbyteri oẽs, & in primis hi, quibus animarũ cura incũbit, vt eorũ quę ad officij sui essentiam pertinent, notitiam habeant certam & indubitatam, veluti sunt, absolutionis aliorumq́; Sacramentorũ collationis formæ substantiales.

Quoniam autem interesse plurimùm cõstat, qua ratiõe pueri & rudes catechizẽtur, parochis nostrę diœcesis Catechismum siue libros de institutione Christiani hominis Reuerendi patris domini Petri de Soto ex prædicatorio ordine, Theologi Hispani, & Cæsa. Maiestatis cõfessoris doctissimi & religiosissimi viri, legendos docendosq́; commendamus: alios verò de hæresi aut schismate suspectos, ex vsu eorum tolli p̃cipimus.

De officio Decani & Canonicorum.

Caput IX.

DEcanus collegij sui clericos & familiã in officio quenq; suo cõtineat, exemplo alios præcedat, vitę morumq́; honestatem in habitu & disciplina, debitumque in diuinorum officiorum p̃solutione & cæremonijs exigat: Ebrios, aleatores, p̃cussores, scortatores, & officij sui immemores corripiat, sacris abigat, & pro iure sibi competenti mulctet.

Scholastici ecclesię nostrę dignitate aut titulo eminens, iuuentutẽ ecclesię ministerijs destinatam, doctrina, pietate, & morũ honestate imbuat: aut per idoneos & probos pædagogos institui curet, atque ordinãdorum examini de more nostrę ecclesiæ vnaq́; nobiscum diligenter intendat.

Canonici Decano suo obediant, diuinis omnibus intersint, qua decet modestia, grauitate & pietate. Eleemosynas pauperibus distribuant, populum bonis exemplis ædificent, diuinorum tempore deambulare in tẽplo nec ipsis liceat, neq; alij cuiquam permittatur. Turpe enim est, in eo loco quacunque de causa motoriam agere, & ambulationes instituere, vbi & gestu corporis & animo in sacrorum mysteriorum tractationem defixos intentosque esse oporteat.

Studiosis quoq; aliqbus, bonamq́; de se spem præbentibus Decanus & Collegium prouideant, vt iusto studiorum suorum tempore iustisque sumptibus in academijs & catholicis vniuersitatibus sustententur: q̃ post tempus eis concessum redeuntes, de diligentia, probitate, pietateque sua testimonium eius Vniuersitatis publicum secum adferre teneantur.

Cæterùm horas canonicas, residentes canonici tam cathedralis nostræ, quàm collegiatarum ecclesiarum, decenti modulatiõe, pro ecclesiæ nostræ cathedralis & collegiatarum more persoluant, & hanc curam ad conductitios tantùm succẽtores minimè reijciant.

Canonici etiam iuniores theologum, qui in singulis collegijs frequentioribus haberi debet, lectionem suæ professioni & instituto congruentem, certis horis, quemadmodùm & vicarij aliaque collegiorum mẽbra facere teneantur, prælegentem audiãt, itaq́; & animos diuinis studijs excolãt, & ab ocio remoueantur.

De vita & honestate Clericorum.

Caput X.

CLerus nostrę diœcesis in habitu, coronę tõsura, & incessu decorũ seruet, superiore veste talari iudutus, atq; pietate magis venerabilis, q̃ aut famulorũ multitudine aut vano armorum terrore contẽptibilis incedat. Mensa quoq; vtat frugali, & ab ebrietate, ludis à iure p̃hibitis, atq; oñi ludicra leuitate abstineat, luxũ omnẽ fugiat, & ab vsuris, mercaturę & cauponario exercitio, auariæ

tiæ sordibus, sortilegijs, diuinationibus, venationibus clamosis, omnibusq́; prophanis negocijs, & à quibus cura sacerdotalis meritò abhorret, prorsus alienus existat.

Hospitia quoq; publica, tabernas aut œnopolia compotandi causa non ingrediat. Qui sec⁹ fecerit, florenos quatuor depẽdet, quorum dimidiã partem fabricæ templi nostri cathedralis, reliquum delatori impartiemur. Pœnam festus dies grauiorem efficiet.

Instituta quoq; ecclesiastica de ieiunijs & abstinentia carnium, ferijs, atq; huiusmodi, ab vniuerso nostrę diœcesis clerõ religiosè ac piè obseruari, atq; sub debitõ obedientiæ sanctę ecclesię catholicę p̃standæ, populo indíci debere sub censuris & pœnis grauissimis, mandamus.

Pręterea cùm equũ in primis sit, eos mundos esse, qui vasa Domini portãt, & in sacrario operantur, volumus atq; iuxta sanctiões Canonicas decernim⁹, vt sacerdotes professionis suę memores, castè cõtinẽterq́; viuãt, atq; à nefario concubinatu abstineant.

Sacerdos, Diacon⁹, & Subdiaconus fornicationis, adulterij aut familiaritatis suspectę conuictus, remota p̃tinus concubina, ab officio suspendatur, & beneficij fructibus ad certum tempus, p̃ scandali grauitate priuet: Iterùm conuictus, suspensione & priuatiõe fructuũ grauiùs plectatur. Incorrigibilis demum factus, beneficium amittat. Concubinę autẽ clericorum, excõmunicent. Cęteris verò clericis infra subdiaconatum constitutis, & ecclesiastico beneficio p̃ditis, eadem priuationis fructuum pœna infligatur, & à ministerio, si quod in ecclesia habuerint, repellantur. Et cum his omnibus nullas fœminas, nisi aut sanguinis necessitudine iunctas, aut annorũ quadragẽario numero maiores, aut saltem suspicione carẽtes, in illa vicinia, easq́; verecundas, sobrias & publico testimonio castas liceat cohabitare.

Clerici nr̃ę diœcesis domos fundosq́; dotales bñficiorũ collapsos instaurẽt, quantũ necessitas postulauerit: reparataq́; in debita structura cõseruent, & negligẽtes p̃ decanos rurales ac alios, ad quos de iure vel cõsuetudine spectat, eorũ p̃ quentuum domibus fundisq́; applicãdorũ subtractione mulctẽtur.

¶ De pluralitate beneficiorum.

Cap. XI.

QVicũq; vel cupiditate, vel quouis etiã honesto colore impellente, plura beneficia ecclesiastica obtinent, hoc nostro mandato iubentur, sicuti districtè p̃cipiendo mandamus, vt retento quod ex illis maluerint vnico beneficio, cætera intra annum resignent, aut nobis vel deputatis ad hoc nostris, dispensationum suarum priuilegia huiusmodi ostendant. Quod nisi debita obedientia præstiterint, sciant se ex nostra diligentia in recta & vera ecclesiasticorum bñficiorum dispensatione adhibenda, inobedientiæ aut cupiditatis suæ pœnas legitimas suscepturos.

Si qui verò posthàc sedis Apostolicæ dispensatione plura beneficia obtinuerint, cõpertumq́; à nobis fuerit, eidem sedi (q̃ in literis, concessionibus, priuilegijsq́; suis rationes causasq́; honestas & necessarias, prout suggestum ei fuerit, sequi cõsueuit) illusum ab impetrantibus fuisse, hi sciãt nos sanctiss. domino nostro meliùs informato dispensationum huiusmodi reuocatiõem p̃curaturos. Vndè statuimus & ordinamus, vt in posterũ nullus, cuiuscunq; gradus aut dignitatis fuerit, ad alterius aut pluriũ bñficiorum possessionẽ admittat, nisi nobis tanq̃ ordinario loci, dispensationis eiusmodi literas, p̃ sedis Apostolicæ dignitate conseruanda inspiciẽdas, priùs exhibeat, Bonifacij IX. & Leonis X. maximorũ põtificum cõstitutiõibus semp saluis. Et si dispensatione dignus videbitur, nihilominus statuimus, vt tales aut alij quicunq; ecclesiarum rectores & beneficiati, vicarijs suis tãtã ex fructib⁹ portionẽ relinquant, quãta ad hospitalitatẽ seruãdam, ad iura episcopalia & archidiaconalia p̃soluẽda, aliaq́; onera ferẽda sufficiat. Alioquin à suis beneficijs, reseruato tamen vnicuiq; patrono aut collatori iure suo, decernimus amouendos.

Hortamur etiã in dñO eos, q̃ plura bñficia curata ex dispẽsatiõe Apostolica iã obtinẽt, vt vno quod maluerint retẽto, cętera intra annũ fine vlla pensiõe idoneis presbyteris resignẽt, & Christiano hoc officio pietateq́; sua seueritatem & coactionẽ synodalium, prouincialium, aut generalium statutorum aut decretorum anteuertant.

Monasteria porrò & collegia, aut si q̃ alij incorporatas cum decimis & cẽsibus ecclesias quas retinere velint, habuerint, idoneos sacerdotes eis p̃ficiant: quibus de victu, vestitu honesto & competentia iusta prospici decernimus: alioquin aut per priuationem incorporationis legitimam, aut honestã ex ecclesiæ illius decimis & *virib⁹ assignationem, aut ineptorum sacerdotum remotionem, eiusmodi Ecclesiarum commoditati prouisuri. * iuribus

Prelati monasteriorũ, collegia aut alij, vnitas ecclesias habentes, vicarios huiusmodi aut sacerdotes nõ cõstituãt, nisi priùs p̃ nos aut nr̃um vicariũ, vt idonei, fuerint admissi. Religiosos verò, bñficiorũ huiusmodi curæ à suis Prelatis p̃fectos, non obstante eorum qualicunq; exemptione, volumus nobis tãquàm ordinario esse subiectos.

De statu monachorum, monialium, & Canonissarum. Cap. XII.

MOnasteria cuiuscunque ordinis, secundùm regulas quas professi sunt, reformari, ipsosque monachos in obedientia & religione sui ordinis contineri, Capitulum disciplinæ frequenter seruari, vitia illic

illic quotidiè ſubnaſcẽtia ſeueriter corrigi, cultũ diuinũ reuerenter & debitè ſeruari, cõcubinarios, adulteros, ebrios, criminoſos, ĩfames, ſuſpectos de hæreſi alijsve criminib⁹; pœnis debitis caſtigari, habitum & tõſuram diligenter ſeruari, ædificia & bibliothecas ſtudioſè curari, prædia, cenſus & iura conſeruari præcipimus: repugnantes, aut reformationis impatientes, ſeuera coërcitione debitisq́ medijs caſtigaturi.

Intermiſſa ſacrarũ literarũ atq; ea etiã, p q̃ ad ſacras literas pueniẽt, ſtudia, apud opulẽta monaſteria intra ſex mẽſium ſpatium reſtaurentẽ. Vbi verò pauci ſunt monachi, ijdemq́; egẽtes, vnus atq; alter ad aliud eiuſdẽ, aut ſi cõmodum videbitur, diuerſi ordinis monaſterium, vbi ſcholę reſtitutę ſunt, mittantur, vbi & in ſacris literis, & in religionis obſeruantia inſtitui & proficere, atque ad prædicationem diuini verbi idonei reddi poſſint.

A rerũ prophanarum exercitio Monachi abſtineant, atque intra monaſterij ſepta, niſi concionum aut ſacrorum peragendorũ gratia à ſuis p̃latis dimittantẽ, ſeu ad aliud monaſteriũ deſtinentẽ, vel à nobis tanq̃ ordinario ad curã animarũ ſecundũ Canonũ pmiſſionẽ euocentur, ſeſe contineant. Tempore verò eis à diuinis lectionibus vacuo, ſemper pij & honeſti aliquid agant.

Monachi à ſolitaria vita nomẽ adepti, familia ſuperflua, equorũ faſtu & pompa multitudini ne ſe ingerãt, aut ſibi ocioſis vanisq́; ſumptib⁹ frequentiã in ſolitudine, p̃curent, ſed frugaliter in humanitate viuant: & quæ neceſſitati ſuperſunt, pauperibus ſtudioſorumq́; educatiõi, eccleſię ſementem vberrimam facturi, erogent atque diſpenſent.

Monaſteria exciſa aut deſerta, quantùm fieri poterit, reſtaurentur.

Moniales ab egreſſu monaſteriorũ ſuorũ, virorumq́; cõſpectu cõtineant: earumq́; monaſteria viri non ingrediantẽ, niſi id poſtulet ineuitabilis neceſſitas. Oeconomũ ad res ſuas foris procurandas deligant honeſtum, fidum, frugalẽ, qui eis & viſitatori ternis menſibus rationem reddat negociorum ſuorũ. Inutilem, grauem, infidũ amoueãt, aliumq́; ſurrogandum procurent.

Canoniſſę continentiæ ſtudium nulla voti ſolennitate obſtrictum ſectantes, commune habeãt dormitoriũ, habitu modeſto, mũdo & caſtitatis indice vtantẽ: magna quoque inſtituti ſui cõmoda ex mẽſę cõmuniõe p̃ci perẽt, ſi cõtra inueteratũ apud eas morẽ adduci ad hoc poſſent: quod vt faciant, eas in Domino hortamur. Sicubì liberiore vita detrimentũ famę patiantur, reformari eadẽ curabimus.

De Officio Concionatoris, & diuini verbi prædicatione. Caput 13.

CONcionandi officium ſoli vocati, & ab ordinaria eccleſiaſtica poteſtate admiſſi, ſuſtineant.

Paſtores, quibus animarum cura incũbit, vicarios ſacerdotes, ſi ipſi iuſta ex cauſa mun⁹ hoc explere nequeãt, admittere poſſunt: notos tamen, & prælatorum ſuorũ teſtimonijs ſubnixos.

Cõcionator ſeu doctor diuini verbi, Euãgeliũ & ſacras ſcripturas nõ ſuo, ſed orthodoxorum & ſanctorũ patrum ſenſu & interpretatiõe tractet ac doceat. Homilias ſanctorum patrum & martyrum paſſiões, à fide dignis tamen ſcriptoribus proditas, poſt euangelia ſtatis diebus poterit recitare.

In concione nihil prophani, fabuloſi, ſuſpectíve proferatur, ſed ſint cõciones ſanorum verborum & ſanæ doctrinæ. Cõcionator ſe ad captũ auditorũ demittat: nũc catechiſtã agat, nũc interpretẽ ſcripturarũ, nũc vitiorũ reph̃ẽſorẽ, nũc doctorem myſteriorũ, oſaq́;, ad lucrũ Chr̃o afferendũ, oĩbus fiat: & à q̃ſtionib⁹ pplexis & difficilibus, oĩ eruditiõis oſtẽtatione reiecta, abſtineat, caueatq́; ne ſe vnq̃ ad conuicia iniuriasq́;, quibus eccleſia cum populi offendiculo dehoneſtatur, delabi contingat.

Ijdem Clerum & Magiſtratum aut abſentes quoſuis, ſuo quoſq; iudici relinquẽdos, puerſo & multis hactenꝰ vſitato iudicij gñe, apud populũ nõ accuſent, nõ deferãt, nõ calumnientẽ: linguisq́; ſuis pro ſeditionum flagellis non vtantur: ſed ſit oratio eorum modeſta, ſobria, grauis, & verbi diuini neruis cõpacta, qua potẽtes ſint exhortari ſana doctrina, & eos qui contradicunt, arguere. Tit. 1.

Miſericordiam, bonitatem & charitatem Dei opportuno tempore prædicent & extollant, ita tamen, vt iuſtitię eius in bñfactorũ præmijs largiendis, malefactorumq́; pœnis infligendis non obliuiſcantẽ, vt dubitãtes & anxij, ſpe & amore diuino inflammentẽ, mali à peccatis deterriti reſipiſcant.

Eleemoſynas, ſatisfactiones & opera pietatis inducãt, ne populus ab eis ſeductus credat, opinione quadam ſua tutum ſe eſſe, etiamſi huiuſmodi opera, quib⁹ chriſtianę fidei paries liniendus eſt, nõ faciat, cũ tñ Deus, ſicuti de pſeudoprophetis apud Ezechielem dicitur⁹ ſit: Et cõplebo indignationẽ meam in pariete, & in his qui liniunt eum abſque temperamento. Ezech. 13.

Aduerſus graſſantium hæreſum tẽpeſtatem, populum præmoneant ſæpè & confirment. Catechiſmum & Decalogi p̃cepta crebrò relegant & explicent, in primisq́ dent operam, vt pernicioſiſſimus error, q̃ multorum animos occupat hoc tempore, eradicetur, quo verbum Domini limitibus adeò anguſtis quidam includunt, vt ab eis nihil niſi atramento in ſacris Biblijs exaratum, pro verbo Domini habeatur, cùm verbũ Domini initio nullis libris, ſed Apoſtolorũ cordibus impreſsũ inueniretur: quod poſteà nõ ſcriptura tm̃, ſed magna ex parte eccleſiæ & fidelium animis ſermone cõmunicauerũt: & ſacræ literæ

teræ teſtentur, legem Euãgelicam ipſiſſimũ Domini verbũ, in tabulis cordium carnalib⁹ ſpũ Dei viui ſcribendũ fuiſſe. Hortet̃ ꝑtereà populũ, vt verbũ Dei attẽtè audiat, ab hęreſibus abhorreat, miſſę officio libenter interſit, frequenti confeſſione ſe expurget, mundo corde & auido ſalutarẽ Chriſti corporis cibum excipiat, ſacramentis & eorum myſterijs ſecundùm eccleſiæ traditionem religioſè vtatur, & diebus feſtis, ſanctis tãtùm vacet operibus: memineritq́; cõcionator, vt corpus ſuum in ſeruitutem redigat, ne quos ſermone ad pietatem adducere conatur, ipſe in ſeruitute ventris & peccati obſordeſcẽs, deterreat, aut illis opprobrio fiat. 2. Cor. 3.

De cultu diuino. Cap. 14.

DIuinus cultus obſeruetur, peragaturq́; his modis & ritibus, qui p̃ manus ſanctorum patrum nobis traditus, & per maiores noſtros in ſacrificio altaris, officijs defũctorũ, canonicis horis, cęterisq́; diuinis laudibus atq; cæremonijs obſeruatus fuit.

De adminiſtratiõe Sacramentorũ. Ca. 15.

IN adminiſtratiõe vſuq́; Sacramentorum, vt cõfuſio & ſchiſmata in eccleſia Dei vitentur: & Apoſtolicis traditionibus, ſacriſq́ue canonibus & legibus reuerentia debita habeatur, cæremoniarum, orationũ, rituumq́ue receptam vniformitatem parochos noſtros in omnibus ſequi volumus atque iubemus.

Volumus etiam populum, quid in cuiuſque ſacramenti collatione agatur, in concionibus & ſacramentorum adminiſtratione frequenter doceri.

Lingua Latina, cui veluti diuino inſtrumẽto in ipſa crucis ara ſacris vſib⁹ dedicato, eccleſia occidentalis religionem Chriſtianam fert acceptam, in ſacramentorũ adminiſtratione alijsq́; eccleſiaſticis officijs per totam noſtrã diœceſim retineatur, & excluſa, reuocetur. Quę verò Germanica lingua ſecundũ antiquas agendas, p̃nũciari cõſueuerũt, mutare fas non ſit, ſed & ipſa quoq; cõſeruentur.

De baptiſmo. Cap. 16.

SOlennes Cæremoniæ & orationes circa Baptiſmum hactenùs in eccleſia Catholica vſitatæ, & in Agendis eccleſię noſtræ deſcriptæ, niſi neceſſitas aliud cogat, non omittantur. Quarum ſignificatiões populo ſæpiùs exponi mandamus, vt profeſſiõis ſuę, qua Chriſto initiatus eſt, admoneatur.

Suſceptores quoque ſeu ſponſores paruulorum, ætatis prouectæ ſint, atque in fide probè catechizati & inſtructi, quo non ore tantùm, ſed & mente & ſeriò ad interrogata reſpondere, ſuum munus intelligerẽ, & paruulos vbi adoleuerint, & res poſtulauerit, in fide orthodoxa inſtituere poſſint: ætate verò aut fide nondùm prouectos, ad tãtum munus admitti non debere & ipſa ratio ſuadet, & nos præcipiendo decernimus.

De confirmatione. Cap. 17.

PArochi ſuo tempore de cõfirmationis origine, myſterio & chriſmatis arcano ſubditos ſibi doceant, eosq́ue ad eius deſiderium accendant: vt nobis, quod ex officij noſtri debito crebrò facere inſtituimus, aut ſi qua iuſta cauſa impediti fuerimus, ſuffraganeo noſtro, diœceſim noſtram ad confirmandos baptizatos circumeuntibus, prompti paratiq́ue ſint ad huius ſacramenti ſuſceptionem, facíliusq́ue, quæ ipſo adminiſtrationis tempore dicentur agentúrve, percipiant.

De celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtię. Cap. 18.

CAnõ miſſę ſubmiſſa voce, excepta Dominica oratiõe, pacis exoptatiõe, Agni Dei inuocatione, & poſtrema populi ſalutatione, quemadmodùm hactenùs à Catholicis factum eſt, ſummaq́ue religione, vt myſterijs tremendis ſua cõſeruetur authoritas, pronuncietur.

Reliquæ verò miſſæ, quæ catechumenorum dicitur, partes, debita religione & voce alta intelligibiliq́ue legantur, adſitq́ue ſemper legenti miniſter, qui eccleſię nomine reſpondeat ſacrificanti.

Euangelia vel epiſtolę Dominicis & feſtis diebus in parochialibus eccleſijs populo, ſiue ante ſacrum, ſiue ſub eo, ſiue etiam à prãdio, quod tempus Epiſtolæ declarationi non incommodum videretur, lingua Germanica exponantur: eoque tempore nulla Miſſa, ne populum ab auſcultatione diſtrahi contingat, celebretur. Vt nimia feſtinatio in Miſſæ lectione aut celebratione religioſas aures oculosq́ue offendit, ita incondita prolixitas faſtidium potiùs generat, quàm deuotionem. Quapropter ſacerdotibus noſtrę diœceſis deuotam mediocritatẽ & toto ſacratiſſimæ actionis tempore decorum quod ex corporis geſtu, veſtium ſacrarum munda compoſitione, ipſoq́ue vultu eluceat, commendamus.

Organa ad populi aures nullum aliũ ſonitum aut numerum deferãt, quàm qui religioſus ac pius ab omnib⁹ habeatur. Melodiæ laſciuæ aut aliò pertinẽtes, p̃phani etiam rhythmi eccleſiaſticis ſonis, aut verba ſententiæve eccleſiaſticæ prophanis numeris aut rebus ludibrij cauſa non accõmodentur. Nam cùm aut melodię aut orationes ſententięve ſacræ in prophanam conſuetudinem abeunt, fieri nõ poteſt, quin ad ſuum vſum in eccleſijs depromptæ, animos audientium memoria illius ludibrij aut ſcommatis pungant, atque auocent à deuotione.

Sub eleuatione ſacræ hoſtiæ, Antiphonæ ad hoc ſacrificium tantùm pertinentes cantentur: quanquàm melius & veteri eccleſiæ conuenientius eſſet, præſentiam Dominici corporis in altiſſimo ſilentio, p̃ſtratos cõtemplari. Si quæ autem aliæ Antiphonæ ex

consuetudiñe aut fundatione cantare solitæ fuerint, eæ peracto sacro cantentur.

Concordiæ & pacis Symbolũ veluti imaguncula crucifixi, ab ore sacerdotis pacẽ populo imprecãtis, secũdũ cuiusq; ecclesię ritũ hactenꝰ seruatũ, aut cõmodiorẽ istitutionẽ, ad adstãtes in missis solennioribꝰ deferatur.

Ignotos sacerdotes & qui publicis criminibus infames sunt, aut solum quæstum sectantur, à celebratione huius sacri repelli iubemus.

Hostia vitalis pro infirmorum viatico in loco mundo & honorato, accenso ad eum perpetuo lumine, seruetur.

Eadem si in solẽnibus festiuitatibus aut magnis supplicationibus circũfertur, (quod nisi ex Catholico instituto, aut graui causa prẽsentibusq; deuotis cultoribꝰ, fieri nõ debet) q̃cq̃d veram deuotionem nõ excitat, ludiq́ue omnes prophani remoueantur.

Sed & quando ad infirmos defertur, lumen præferri, & campanella fidelibus signũ dari præcipimus. Caueat tamen presbyter, vt ad infirmum pauciores duabus particulis non deferat, ne populus in redeuntis manibus inane vasculum adoret. sin autem contigerit fortè, vt reuerti ad templum sine Eucharistiæ sacramento cogatur, lumen p̃ferri aut signum dari prohibeat.

De pœnitentia & remissionibꝰ. Ca. 19.

NOn sine magna animi nr̃i molestia intelleximꝰ, nõnullos nr̃æ diœcesis laicos salutis suæ adeò immemores esse, vt nec cõstituto ab ecclesia catholica tẽpore confiteanť, neq; ad sacratissimę Eucharistię sumptionẽ vlla ratiõe se p̃parẽt, aut ab ea penitꝰ abstineãt. Quocirca in virtute sanctę obedientiæ, & sub pœna aliâs super hoc cõstituta, vniuersis & singulis parochis aut eorũ vicarijs p̃cipimus, vt q̃dragenarij ieiunij singulis dñicis diebus, Capitulũ, quod incipit, Omnis vtriusq; sexus, subditis suis publicẽt in ecclesijs, & contra inobedientes, ad pœnas iuxta tenorem constitutionis iam dictę p̃cedant.

Tenor ac verba Cap. Omnis vtriusq;.

OMnis vtriusque sexus fidelis, postquã ad annos discretionis puenerit, omia sua solus pctã saltem semel in anno fideliter cõfiteatur, p̃prio sacerdoti: & iniunctã sibi pœnitẽtiã, p̃prijs viribus studeat adimplere, susc̃ipiẽs reuerenter ad minùs in pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi fortè de proprij sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vndè hoc salutare statutum frequẽter in ecclesijs publicetur: ne quisquam ignorãtiæ cæcitate velamẽ excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti iusta de causa peccata sua confiteri voluerit, licẽtiam priùs postulet & obtineat à p̃prio sacerdote, cùm aliter ipse illũ nõ possit absoluere vel ligare. Sacerdos aũt sit discretus & cautus, vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligẽter inquirẽs de peccatoris circunstantijs & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum ęgrotũ. Caueat autem omninò, ne verbo aut signo aut alio quouis modo aliquatenùs prodat peccatorem: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ cautè requirat: quoniam si peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum, præsumpserit reuelare, non solùm à sacerdotali officio deponẽdum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

Finis Cap. Omnis vtriusque sexus.

Sequũtur casus aliquot, in quibus sacramentum Eucharistiæ personis eiusmodi criminibus grauatis non ministrari, aut saltem ad tempus differri debet: qui & ipsi vnà cum capitulo, Omnis vtriusq; sexus, vulgari lingua, suo tempore sunt publicandi.

CVm ex laudabili catholicę Ecclesiæ cõsuetudine singulis annis vobis dilectissimi in Christo denunciari soleat, cuinam sacrosancti ac venerabilis corporis Dominici sacramenti perceptione interdictum sit, Reuerendissimus in Christo pater & princeps ac dñs, dñs Ottho S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Episcopus Augustanus in cunctis suę diœcesis parochijs eam denunciationem sub hac, quę subditur, forma & ratione fieri mandauit.

Primò, quando hoc præstantissimum sacramentum hominum è religione Christianorum vnio est & coniũctio cum Deo, cuncti infideles, qui ab ecclesiæ cõmunione & societate disiũcti sunt, vt sunt Iudæi, Ethnici, Hæretici, & quotquot hæreses manu tenent, tuentur, eisq́; opem ferũt, ab eius perceptione arcendi sunt.

Arcẽdi sunt etiam, qui vel papalis vel Episcopalis excommunicationis sententia constricti ac publici denunciati sunt: siquidem & illi ab Ecclesię communione excludũtur, donec absolutionis beneficiũ consequãtur.

Item vbi cantione & lectione Ecclesiastica communiter interdictum est, vt fit tẽpore interdicti, donec eiusmodi perdurat interdictum, non licet sanis hoc percipere sacramentum: at tamen ægrotis ad extrema tendentibus id ministrare permittitur.

Item cùm vnusquilibet in sua parochia veneranda debeat accipere sacramenta, illis qui alterius sunt parochiæ, non licet in alienis Ecclesijs hoc percipere sacramentum, dũ absque sui Pastoris permissu atque ex illius contemptu alijs in locis id sumere volunt. Et sacerdos, si ea de re certus fuerit, eiusc̃emodi

modi alienæ parochiæ subditis sacramentum non porriget.

Item quãdo p̃celsum hoc sacramentum sanamente & ex vera deuotione sumendum est, eiꝰ perceptiõe pueris infra annos discretionis interdictũ est: sicut & illis qui mente capti sunt & ratiõe destituti, vt sunt amẽtes & insani, siue id naturaliter, siue ex dæmonum obsessione patiantur: nisi fortè quandoq; mentis cõpotes reddantur. Tum enim quãdiu ratione sua probè vtuntur, sacramẽtum hoc eis ministrari potest.

Itẽ ex ijsdem iam dictis causis etiam illis hoc venerabile sacramentum p̃bendum nõ est, qui ppetua stomachi cruditate laborãt: si quidem dum is perseuerat morbꝰ aut ęgra affectio, sacramenti huius sumptione eis interdictum est. Si quis etiam venerandũ hoc sacramentum absq; vlla ratione vel deuotione, aut secùs quàm institutum est, expetat, aut indignè, puta vel ad incantationem aut superstitionem eo vti velit, ei sacerdos, dum id resciscit, neutiquàm ea ratione ministrare debet, sed populum Christianum sibi subditum instituere ac informare, vti pro catholicæ Ecclesiæ constitutione ad id sumẽdum præparare se debeat.

Item ne hoc præcellens sacramẽtum aliqua afficiatur iniuria & contemptu, ex sanctorum Patrum decreto & institutiõe etiam infames omnes ab eius perceptione prohibendi sunt, cuiusmodi sunt Præstigiatores, Incantatores, publicè rei, & scurrę, & qui ludis vacant Iure Põtificio, p̃hibitis, itidemq́; scorta ac lenones, & qui Iudæis seruiunt, aut eorum alunt proles, vel alia illicita cum eis cõmercia habent, & si qui alij eius gñis sunt: Ij, inquam, omnes ab altaris sacramento remouẽdi sunt, donec vita sua improba penitùs abdicata, irrogatam sibi pœnitentię mulctam persoluerint.

Item fœminæ virilem habitum malo animo gestantes, quo peruersam suam expleant voluntatem, à venerando hoc sacramẽto arcendæ sunt, donec id mali penitùs correxerint, & satisfecerint.

Itẽ quotquot se segregãt, & ad hæreses deficiũt, & peregrina q̃dam sectanť instituta ab Ecclesia minimè approbata, vt sunt, qui in latebris clandestinò conueniunt, & singularẽ, aut etiam reiectam atque damnatam colunt fidem: Illi etiam, qui eiusc̃emodi hęreses palàm præ se ferunt & exercent, vt qui ad fores templorum cõsistunt, ferreis sua sponte circulis deuincti, aut sine pœnitentiæ iniunctione sese flagellis cædunt.

Itẽ qui sectam pauperũ de Lugduno colunt, in plateis panem propter Deũ sibi dari alta voce precãtes, tanq̃ p̃fecti sint. Hos oẽs singuli Parochi tribꝰ dñicis publicè è suggestu, vt ab his abstineãt, & cęteris Chr̃ianis sese cõformẽt, admonebũt. Quòd si obtẽperare nolint, ex sua ecclesia & Parochia eos ex-

pellẽt, nec sacrosanctum eis ministrabunt sacramẽtum. Ita enim habent statuta synodalia prouinciæ Moguntinæ.

Itẽ quicunque superstitioni dediti sunt, vt certis quibusdam ac singularibus nec approbatis vtendis benedictionibus, aut reiectis diebus, aut incantationibus dæmonum, aut futura prædicendo ex libris magicis, aut aliâs, vel quippiam eiusmodi sectãdo, quod sit Christianæ fidei, aut p̃ceptis & cõstitutionibus Ecclesiæ aduersum: ijs omnibꝰ negandum est hoc venerabile sacramentũ, nisi pro sui cõfessoris cõsilio eiusc̃emodi superstitionibꝰ, p̃rsus renũciârint, & pro admissis pœnitentiæ mulctam susceperint.

Item cùm vnus q̃libet Christianꝰ ad idem sacratissimum sacramentum percipiendum per veram cõtritionem, & peccatorum suorum puram cõfessionem sese p̃parare obstrictus sit, illis omnibꝰ eius sumptione interdictum est, qui absq; cõtritione & cõfessione in suis manẽt peccatis: & speciatìm illis, q̃ secũdùm sanctę Ecclesię p̃ceptũ singulis annis semèl nõ cõfitentur. Tales enim ab Ecclesia eijciẽdi sunt, & in extremis, si sic decedant, Christiana sepultura eis neganda est.

Item cùm cõfessio integra & indiuisa esse debeat, & cum proposito deinceps peccata non admittendi, eam ob rem q̃cunq; in publicis ac notorijs degunt sceleribus, vt sunt manifesti adulteri & adulteræ, aut qui aliâs in lupanaribus simul victitant, & publici fœneratores, & qui alios ad eadem inducunt, & id genus alij, ad huius venerandi sacramenti communionem admittendi nõ sunt, donec re ipsa & factis testatũ reddãt, se suis omnò valefeciſſe criminibus, & pœnitentię satisfactionem recepisse.

Item quãdo legitimo iuncti matrimonio, simul degere sunt obligati, si q̃ ex illis absq; superioris Ecclesiastici seu spiritalis iudicis sui permissu ipsi se disiũxerint siue diuortiũ fecerint, q̃diu absq; iuridica separatione vel cõcessione seiũctìm vixerint, non ministrandum, sed negandũ esteis dñicum sacramẽtũ.

Item ijs annumerandi sunt, qui alearum lusui perpetuò vacant: quibus nõ est porrigendum venerabile sacramẽtum, donec indè abstineant.

Item qui ebrietati & crapulę ac comessationibus perpetuò dediti sunt & inhęrẽt, & maximè q̃ festos dies aut noctes in tabernis exigũt, illis post factã confessionẽ venerabilis huius sacramẽti sumptiõe per 30. dies est interdicendũ, vtì ab his vitijs sese emẽdent. Quod si facere nolint, iuxta canonũ decreta etiam morte mulctandi sunt.

Itẽ q̃ aliena detinẽt bona inuitis illis, quorum ea sunt, possuntq́; restituere, ijs negandum hoc dignissimum sacramẽtum est, donec restituerint.

Item qui sacras perfringũt ædes, & despoliant, & q̃ sanctorũ ac Dei templis dãna inse

runt,ab hoc debent excludi sacraméto, donec relictis hisce sacrilegijs,Deo dicatis locis satisfecerint atque restituerint.

Item quotquot proximis suis intra eorũ terminos,siue illi sint agrorũ, siue pratorũ, siue hortorũ,siue arearũ,iniuriã inferũt vel inuadẽdo,vel inarãdo,vel ędificia extruẽdo, si festis id agãt dieb⁹,hui⁹ eis venerabilis sacramenti perceptione interdictũ est, donec ab his cessent iniurijs,& lęsis satisfecerint.

Itẽ subditi,q; ꝑprijs dñis suis ob accepta verbera, aut castigationẽ, vel aliãs fidem & obedientiã prestare nolunt,sacramenti huius sumptione interdictum est,donec se morigeros præbeant,& agant pœnitentiam.

Item quicunque iniqua mensura vel pondere emunt aut vendunt,triginta diebus iubentur abstinere à sacra communione,postea q̃ ex canonum præscripto irrogatam sibi pœnitentiæ mulctam susceperint.

Item quotquot iustas non soluunt decimas,Parochi sui tribus vicib⁹ admonere debent,vt eas iure persoluant. Quod si admoniti facere recusabunt, neganda eis est sacra communio,donec satisfaciant,& mulctã sibi imponi patiantur.

Item quibus alicuius testamenti negocia bona fide exequenda commissa sunt,si vltra annum rem differant, authoritate Episcopi ad exequutionem compellẽtur: poteruntq; ob eiuscemodi negligentiam,si iusta & rationabilis causa desit, sacra cõmunione prohiberi.

Itẽ qñ singulus quisq; è religione Chr̃ianus sanctæ ecclesiæ præceptis obtẽperare tenet̃, puta,vt ieiunet, festa celebret, cõfiteat̃ peccata sua,sacras inuisat ędes,& alias sanctę ecclesiæ consuetudines colat & obseruet,quicunq; animo obstinato ijs sese opposuerint, eaq̃ contemptui habuerint, à dignissimi sacramenti perceptione excludentur,donec redeant ad obedientiam,& pro suis peccatis mulctam sibi irrogari ferant:idq̃ue illi maximè,qui spretis templis consecratis, absq; ꝑsulis sui permissu in alijs locis plebem orationis causa congregẽt. Qui enim id agunt, excommunicationis sententia ligati sunt, nec licet eis dominicũ ꝓcipere sacramẽtum.

Item qui sacerdotem è suggestu concionantem impediunt, atque in eius contemptum ex sacris ædibus abscedunt,à sacra cõmunione arcendi sunt,donec sese emendẽt, & agant pœnitentiam.

Itẽ quotquot ex ecclesiastici decreti siue ꝓcepti contemptu,dominicis aut alijs festiuis diebus Sacrum Missæ auscultare nolunt, nec in ipso Missę officio perseuerant,donec sacerdos vltimam benedictionẽ impertiat̃, pro iudicio confessoris sui à cõmunione ꝓhibeantur,donec agant pœnitentiam.

Item quicunque dominicis & alijs festiuis diebus rebus venalibus,quę ad necessarium corporis victum non requirũtur,mercimonia exercẽt,synodalib⁹ statutis à venerabilis sacramenti sumptione prohibentur, donec ab his penitùs abstineant.

Item qui clãculùm sese iungũt matrimonio,ijs sacra communio neganda est,donec secũdùm ecclesię constitutionem publicè se denunciari faciant.

Item qui dñicam orationem & symbolũ apostolorum ex desidia aut contẽptu discere nolunt, poterunt à suo confessore sacra cõmunione ꝓhiberi, donec ea addiscant.

Item quicunq; oñipotentem Deũ,aut̃sacratissimã Dei genitricem,vel alios sanctos palàm blasphemãt,aut eis maledicũt,vel per eorũ noia vel mẽbra indignè ac impiè iurãt, & imprecantur seu maledicunt, ab Ecclesiæ ingressu &sacra cõmunione excludẽdi sunt, donec publicam egerint pœnitentiam.

Item quotquot sacerdotalem dignitatem, & sacerdotes ipsos publicè dehonestant aut conuiciantur ijs, similiter Ecclesiæ aditu & sacra communione interdictum est, donec pœnitentiam egerint.

Item qui animo deliberato homicidium perpetrant,& qui erga proximũ inimicitias, aut inuidẽtiam vlcisci meditantẽ aĩo gerũt, aut qui proximos iniquè opprimũt, aut eorum existimationi & honori falsò derogãt, ij omnes ad̃ venerabilis sacramenti perceptionem nó sunt admittẽdi, donec vel pacẽ conciliando, vel aliena damna restituendo satisfaciant,& irrogatam pœnitentiæ mulctam persoluerint.

Item pater & mater q̃ ꝑles suas à mortis periculis non custodiũt,siue id sciẽtes fecerint,siue ex incuria ac negligẽtia,aut fortè in somnis,poterunt ad tempus à cõfessore suo prętãtissimi sacramenti sumptione ꝓhiberi, donec pœnitentiam expleuerint.

Itẽ cùm sacris canonibus sub excõmunicationis pœna cautum sit,ne quisquã cuiuscũq; status sit,aduersus ecclesiasticarũ ꝑsonarũ,tẽplorũ aut monasteriorũ ecclesiasticã libertatẽ sancire q̃ppiã vel statuere ausit,eam ob rẽ quicũq; tale aliq̃d ꝓcipiũt aut statuunt cõtra ecclesiasticã libertatẽ,aut eiuscemodi decreta manutenẽt ac tuent̃,& secundùm ea iudicãt,aut talib⁹ mandatis vtunt̃,& ꝑsonas bonaq;,ecclesiastica exactiõib⁹ aut alijs modis grauant,ijs omnibus sacra est cõmunione interdictum,donec huiuscemodi mãdata & constitutiones abrogent,ab iniquo ꝓposito cessent,& indè absoluantur.

Item quando sacri canones vetant, ne qs manifestam vsuram non esse restituendam, aut quod per vsuram quæsitum est,non esse reddendũ,sententiã ferat:si quis aũt id agat, excõmunicationi subiaceat,quicunq; talem ferunt sententiam,ijs huius est perceptione Sacramenti interdictũ,donec indè absoluãtur,&pœnitẽtię mulcta eis irrogetur. Potest deniq; vnusquilibet cõfessor,cui curæ sunt animę sibi confitentium,pro peccatorũ magnitudi-

gnitudine & grauitate eisdem sibi confitentibus seu filijs confessionis suæ,ex causa quę sibi iusta videbit̃,ad tẽpus sacra cõmunione interdicere,eiq̃; tales cõfitẽtes morẽ gerere debent:nisi à supiori ecclesiastica potestate aliud impetrauerint. Quòd si peccatũ occultum sit,& talis quispiam ad altare accedens, venerabile sacramentũ sibi porrigi publicè petat,nõ id illi sacerdos negare debet: quãquàm hoc ipso quod contra sui confessoris prohibitionem accedit,peccatum admittit.

CAtholicę ecclesiæ piẽtissimę matris lenitas,de rigore pœnarũ canonicarũ,de q̃bus canones pœnitẽtiales extãt,tñ remisit, populusq; sibi ex ea clemẽtia permisit tñ,vt difficile sit,eas leges hoc tẽpore in vsum ecclesiasticũ reuocare.Nã cùm chr̃ianorũ licẽtia in peccãdo creuisset,sępeq;; anni pœnitẽtiales ex ijs canonib⁹ numerũ ingentẽ pœnitentisq;; vitã etiã longissimã excedentẽ cõficerẽt,aut senio morbisq; grauati satisfacere neq̃rẽt:factũ deinceps fuit, vt illę pœnæ ex clemẽtissimę matris ecclesię indulgentiæ & thesauri meritorũ Chr̃i & martyrũ dispensatione,in eleemosynas,oratiões, sacrorum locorum visitationes,aliáve Christiani hoís exercitia commutarentur. Quoniam igitur & pœnarũ vsus exoleuit,& indulgẽtiæ huiusmodi hæreticorum culpa apud plerosque contemptui sunt,parochis nostræ diœcesis iniungimus atque mandamus,vt cõfitentes harum pœnarũ saltẽ admoneant,iudiciũq; veteris ecclesiæ circa eas explicẽt, & pestilentem illam opinióem,qua persuasum pleriq; habent,hominem pẽtĩ actualis pœnã diuinę iustitię nõ debere,ex animis cõfitẽtiũ euellant,atq; pœnitẽtialiũ canonũ seueritatem, pro recepta posterioris ętatis consuetudine, orationibus,eleemosynis, ieiunijs,alijsq; id genus pietatis operib⁹,ꝑ satisfactiõe pœnarũ iniunctis mitigent,prudẽtiq; iudicio prolepræ qualitate,pœnitentisq; viribus,facultate & affectibus expensis,timul & medicinam animæ vlcerib⁹ adhibeãt, & pœnas delinquentibus infligant.

In peccatorum sacramentali inquisitione caueant,ne inconsulta diligẽtia, pusillorum animæ scandalizentur.

Decernimus etiam,vt confessores probatam aliquam confessionis Summam legant, qualis est B. Antonini,Caymi mediolanẽsis, aut Thomę Cardinalis caietani,ex eaq; criminum differentias,magnitudines,causasq; optimè discant,vt salutarem medicinam facere suo tempore possint.

Præterea ne ecclesiarum rectores videãtur pecuniæ magìs,quàm animarum saluti studere,statuimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confessor idoneus, laicos cõtritos & confessos ab omnibus peccatis occultis, quantumcunquè grauibus &enormibus,nobis tãquàm ordinario antè reseruatis,absoluere possit:homicidis,hæreticis, & excommunicatis,quos ad nos vel pœnitentiarium nostrum remitti volumus,dũtaxat exceptis. Quòd ad clericos attinet, in hac parte nihil esse volumus innouatum.

Mandamus deniq;,vt à confitentibus pro confessionis auscultatione aut absolutione nihil exigatur.

Postremò presbyteris nostræ diœcesis omnibus præcipimus,ne posthàc eos qui se in monasterijs aliísve locis in casibus sedi Apostolicæ aut nobis tanquàm ordinario specialiter reseruatis,aut ad contentiosi fori indagationem pertinentibus,absolutos esse prętendunt,tanquàm ritè absolutos admittant,aut tolerẽt: sed eos ad nos seu pœnitẽtiarium nostrum remittãt,vt nobis aut officialibus nostris de canonicis eorum absolutionibus fidem faciant legitimam, superq; præmissis expeditionem salubrem recipiãt, & quod vel iustitia suaserit,vel ratiõis ordo dictauerit,exequãtur,donec hi qui se absoluẽdi potestatem huiusmodi habere asseruerunt,priuilegia sua nobis congruo tutoque loco exhibuerint,eaq; à nobis fuerint examinata. Qua tñ in re Mendicantium ordinum fratribus,eorumq; facultatibus, ipsis à summis põtificibus concessis, nolumus ꝑiu dicari: Quin ipsi,tam vt iure pontificio cautũ est,q̃ vt à nobis prędecessoribusq; nostris eis concessum fuit atq; cõceditur,Christi fidelium confessiones audire,& eos in casib⁹ sibi(vt prefertur)concessis,in foro pœnitentiali absoluere, pœnitentiąsq; salutares iniungere valeant & possint, quemadmodùm ecclesiarum rectoribus nostræ diœcesis concedere consueuimus.

De extrema vnctione. Cap. 20.

VNctionis extremę sacramentũ cũ litanijs & orationib⁹ à maioribus acceptis, totaq; ecclesia seruatis,fidelibus impartiendum iubemus.

Sacerdos infirmũ cõsoletur, à curis & desiderijs ꝑsentis vitę ad spem ętern̄ę salutis erigat: Diabolũ &terriculamenta eius alto animo cõtemnere, Chr̃iq; misericordiã sperare doceat,atque ita cõfirmatum, cum benedictione Christo commendet.

A reditu quoq; comitantẽ multitudinem infirmitatis humanę admoneat,atq; ad preces ꝓ infirmo in calce terreni agonis luctãte fundendas hortetur.

De Matrimonio. Cap. 21.

SAcerdotem nuptias alibì quàm in ecclesia, quæ proprius est sacramentorum locus, admittere, coniungere, aut benedicere prohibemus.

Vetamus etiam à sacerdotibus eos cõiungi,de quib⁹,edictis aut proclamationib⁹,vt minimùm tribus,ijsq; trib⁹ diebus festis sibi succedẽtibus,propositis,aut in cõcione publicè factis,non constiterit eorũ coniunctionem nulla legitima canonicáve causa impediri,aut eos à parẽtibus,tutoribus,vel co-

gnatis ad hanc copulam non cogi,sed liberum ad eam consensum afferre.

Iungẽdos matrimonio, admoneri quoq; à sacerdotibus volumus, vt parẽtum & amicorum consilia potiùs quàm priuata desideria sequantur:exemploq́; Tobiæ,ieiunijs & orationibus sese prępparent, atq; commendent gratiæ Dei: Doceri etiam eos præcipimus,matrimonia,etsi quo ad personas contrahentium legitima rataque sint,tamen nisi religione & fide eorum sanctificentur, Deo grata non esse,sacramentaliq́; gratia, donec vitium suum emendauerint, ecclesiæq́; legibus subdantur,destitui. Tob.8.

Ne pro sacramentis aut sacramentalibus quidquam exigatur. Ca. 22.

PRo reconciliatione pœnitentium, aut alicuius sacramenti vel sacramẽtalium quorumcunque administratione, Sacerdos de pecunia aut re qualibet sibi danda minimè pacisc atur:sed eadem pro temporis,loci, personarúmve necessitate, secundum ritum Ecclesiæ, sine mora administret. Verùm quia ratione iureq́; dictante, socij passionum ad consolationum societatem meritò admittuntur:pmittimus tandèm, etiã iudicis officio implorato, exigi,quod in huiusmodi ex consuetudine debetur: ad cuius obseruationem laicos hortamur, & quantum de iure est,adstringi volumus atq; compelli.

De consecratione,benedictione & cæremonijs ecclesiasticis.

Cap. 23.

PRælatos nostræ diœcesis,virgines,ecclesias,altaria,cœmeteria consecrari,sacra loca quocunq; modo execrata reconciliari, vasa vestes q́; sacras,aquam,sal,palmarum ramos,frutices,herbas,cereos, agnũ paschalẽ, fructus nouos,& quæ sunt alia, quæ de iure vel cõsuetudine ante hãc catholicę religiõis pturbationẽ cõsecrari aut benedici consueuerunt,suo quęq; tẽpore &loco suisq́; ritib⁹ &orationib⁹ per totam nostrã diœcesim benedici iubemus.Si quid verò locorũ aut rerum non consecratũ,aut execratum fortasse fuerit, quod cõsecrari aut recõciliari debuisset,nobis intra proximũ mẽsis spatium indicari ab his,quorũ hęc cura esse debet,pcipimus, vt nostro Episcopali muneri in hac etiam parte satisfacere possimus.

Parochi & quibus in nostra diœcesi verbi Dei prædicatio incumbit,populũ doceãt,loca,vestes, & vasa vsib⁹ ꝓphanis exẽpta,& sacramentorũ Chri ministerio mãcipata,ideo cõsecrari & bñdici,vt sciamus nõ nisi sacris & diuinis reb⁹ vacandũ,gra Dei illic ceu numine diuino pśente. Prętereà res alias humanis vsibus necessarias in nomine Christi per orationẽ ministri & verbum Dei benedici, vt nobis diuina bñficentia cõtra aduersarias potestates, incantatiões,magias,fraudes, & machinationes inimici pertinaciter nos oppugnantis prosint, & virtutẽ concipiant.

Cæremonias verò maioribus nostris,hominibus religiosissimis vsitatas,quòd ad varios pietatis vsus valeant, & exercitia quædam,quibus mens externarum scilicet rerũ sensu & significatione, ad diuinum cultum ipsumq́; ⁊ deũ attrahitur,in ecclesijs nr̃ę diœcesis retinendas,& vbi abrogatæ fuerint, reuocandas esse statuimus atq; mandamus.

Et quemadmodùm à parochis concionatoribusque nostris de cæremoniarum significationibus populum doceri volumus,veluti cereos ad laudem & gloriam eius qui lucem inaccessibilem inhabitat,& oẽm hominem in hunc mundum veniẽtem illuminat, accendi:Thura incensa, significare oratiões & desideria nostra cum odore bonorũ operum ad Deum ascendere oportere: Processiões lætas,nostram de Christi triumpho & gloria exultationem: lugubres, nostrum in hac lachrymarum valle exilium indicare, & illis Deo gratias agi,his veniam peccatorũ & ꝓ vindicta misericordiã implorari:ita eundẽ populũ sedulò moneri iubemus,ne cęremonias religiosissimè institutas,in abusum vertant aut superstitionem, sed ipsis ad pietatẽ exercendam vtantur,atque vt processiones sint graues,ordinatæ,honestę,christiana religione dignæ, atque à vanis & secularibus studijs prorsus alienæ. 1.Tim.6. Ioan.1. Apoc.5.

Cùm aũt Deo Opt.Max. creatori & redẽptori suo honorem, timorem & reuerẽtiam homo tanq̃ creatura debeat,multosq́; videamus ea in re damnata ignauia desides esse, oĩbus ecclesiasticis psonis nr̃æ diœcesis districtè pcipiendo mãdamus,vt posthàc summa pietate Deũ vbiq; & honorent,&timeãt, pcipuè verò in tẽplis humiliter reuereanť & venerenť.Et quũ in noĩe dñi nr̃i Iesu Christi oẽne genu cęlestiũ,terrestrium &infernorum flectendum sit:volum⁹,vt oẽs,quotiescunq; in sacris concionibus aut missis noĩe sanguinis vel corporis Christi aut Dei genitricis Mariæ virginis fiat mentio,aut qñ Cãticum,Gloria in excelsis,aut Gloria tibi nomine,ante Euangelij initium,aut natiuitatis Christi ex virgine,& incarnatio in symbolo,aut gratiarum actio in pfatione,aut huiusmodi alia in diuinis officijs canuntur vel commemorãtur,detecto capite, genubusq́; flexis,ante altare,vel vt locus tempusq́; postulauerit, Deo reuerentiam exhibeant debitam,& populum ad eius rei imitationem verbis factisq́; cõmoueant atq; hortentur. Phil.2.

De ferijs & festis sanctorum.

Cap. 24.

DE diebus festis feriandis nihil innouare volentes,pręcipimus,vt festiuitates Christi ac B. Mariæ virginis,aliorumq́; sanctorum,iuxta cõstitutionem & ordinationẽ p quondã felicis memoriæ Christophorum Episcopum Augustensem pdecessorem nr̃m desupèr factas & diuulgatas, quarum tenor subsit inseritur, deinceps celebres habeantur.

Christophorus Dei gratia Episcopus Augustẽ,dilectis nobis in Christo Decano & Camerario capituli in N. salutem in Dño.

Licèt superioribus annis constitutiões in particulari conuentu Ratisponæ habito per sedis Apostolicæ legatum factas, per totam diœcesim nostram publicari fecerimus: ad aures tñ nostras peruenit,ꝙ hæ constitutiones, & pśertim quo ad obseruãtiam dierum festiuitatum ab aliquib⁹ vestris capitularib⁹ plebanis,inæqualiter obseruentur. Ex quo multi emergunt errores,in diuini cultus cõtemptum & scandalum plurimorum. Vndè nos,sicuti nostro incũbit officio, huiusmodi erroribus in futurũ obuiare cupientes,festa in diœcesi nostra celebranda,hìc inseri fecimus:videlicet statuimus,ordinamus, & volumus, vt decæterò dñica dies q́ in gloriam dñicæ resurrectiõis,ad nos vsq; à primitiua ecclesia maximè celebris semper habita est, dies quoq; natiuitatis Christi, S.Stephani, Ioannis & Innocentium,Circunciśiõis,Epiphaniæ, Paschæ cum feria 2. & 3. duntaxàt, Assensionis, Georgij, Pentecostes,cum feria 2.& 3.tñ,Corporis Christi, Quatuor festa B.Mariæ virginis, nempe Purificationis, Annunciationis,Assumptiõis & Natiuitatis, Natalitia Apostolorũ,Ioannis Bapt.Magdalenæ, Laurentij, Dedicationis, Michaẽlis, Oĩm sanctorum,Martini, Nicolai, Catharinæ,Hulderichi atq; Affræ patronorum nostrorum,sicuti hactenùs obseruati fuêre,celebres quoq; & festi habeantur. Mandantes insupèr vobis,vt festa iam specificata obseruetis,& à parochianis vestris obseruari faciatis:in cęteris autem festiuitatibus,quacunque ratione vel institutis vel receptis, cuiq; liberũ permittatis. Datum in castro nostro Dillingeñ, anno à natiuitate dñi 1539.

Vt oratio dñica, Angelica salutatio, & symbolum Apostolorum, ab oĩbus æqualiter dicantur. Cap.25.

QVum post innumeras nouationes nr̃a tẽpestate in fideiorthodoxę articulis, moribus & ritibus à peruersis hominibus introductas, nihil intentatum relinqueretur, quo populi aures à nouatoribus captæ detinerentur:eò tandèm ventum est, vt oratio dñica,Angelica salutatio,Apostolorum Symbolum, & Decalogi præcepta,q́ maiores nostri in Germanicam linguam religiosissimè conuersa nobis tradiderunt,ab istis inuerterentur:illaq́; reuerendissima religio,verborum maiestas, tenor atq; numeri,in animos hoĩm vnà cum materno lacte instillati,è media ecclesia tollerẽtur:adeoq́; vt qui noua interpretatione vsi sunt, intelligerent se à vetere deuotiõe esse dimotos. Nam vt vnico exemplo ostendamus,sequẽs nostrũ statutum rationę non carere, ab istis nouis interpretibus factum est, vt quod anteà in Oratiõe dñica dictum fuit, Pater noster qui es in cælis: ab istis dicatur, Noster pater in cælis:iamq́; siue data opera, siue casu aliquo hostili id acciderit,essentiæ verbum sedem suam in diuinæ paternitatis inuocatione amiserit.Vt igitur antiqua verborum religio atq; in ea deuotio passim conseruet, plebanis ecclesiarum parochialium in virtute sanctæ obedientiæ districtè ꝓcipiendo mandamus, vt singulis diebus dñicis, finita concione, orationem Dominicam,Angelicã salutationem, symbolum Apostolorum, & Decalogi ꝓcepta,sicuti ea oĩa vernaculo sermone subscripsimus,distinctè ac tractim ita ꝓlegant,vt populus legentẽ repetitione subsequi,ea discere & memoriæ mãdare possit.

ORATIO DOMINICA.

VNser vnser der du bist in himeln/ Gehailiget werd dein Nam/ Zu kũ dein Reich/ Dein will geschech als im himel vñ auff erd/ Vnser täglich Brot gib vns heut. Vñ vergib vns vnser schulden/ als wir vergeben vnsern schuldigern/ Vñ nit eynfür vns iñ versuchung/ sonder erlöß vns vom vbel/ Amen.

Salutatio Angelica.

GEgrüsset seyest Maria/ vol gnadẽ/ Der Herr mit dir/ du bist gesegnet vnder den Weibern/ Vñ gesegnet ist die frucht deines leibs Jesus Christus/ Amen.

Symbolum Apostolorum.

ICh glaub in Got Vatter almechtigen/ Schöpffer himels vnd der erd. Vñ in Jesum Christũ seinẽ ainigẽ Sun vnsern Herrn/ Der empfangẽ ist võ dem hailigẽ Gaist/ geborẽ auß Maria der Junckfrawẽ/ Gelittẽ vnder Põtio Pilato/ gecreutziget/ gestorbẽ vnd begraben/ Abfur zu den Hellen. Am dritten tag aufferstund von den todtẽ/ Auffur zu den Himeln/ sitzet zu der gerechtẽ Gottes vatters des almechtigen/ Von dannen er kunfftig ist zu richtẽ lebendig vnd todt. Ich glaub in den hailigẽ Gaist/ die hailige Christliche kyrche/ Gemainschafft õ hailigẽ/ Ablaß õ sundẽ/ Vrstend des flaischs/ vñ das ewig leben/ Amẽ.

Præcepta decem Decalogi.

DAs erst Gebott/ Du solt allain in ainen Gott glauben. Das ander/ Du solt den namẽ Gottes nit eytel nemen. Das dritt/ Du solt die feyrtag hailigen. Das vierd/ Du solt vatter vnd mutter eren. Das funfft/ Du solt niemãt tödten. Das sechst/ Du solt nit stelen. Das sibend/ Du solt nit vnkeusch treiben. Das acht/ Du solt nit falsche zeugknuß geben. Das neündt/ Du solt nit begerẽ deines nechsten hauß frawen. Das zehendt/ Du solt nit begeren deines neben menschen guts.

De Magiſtris & ſcholis inſtituendis. Cap. 26.

IN primis ſtatuimus & ordinamus, vt nullus noſtræ Auguſtenſis ditionis aut diœceſis, cuiuſcunque ætatis, ſtatus ordinis aut gradus fuerit, ad ſcholas & Gymnaſia de ſchiſmate aut hæreſi ſuſpecta, nuperq; natis de religione peruerſis opinionibus contaminata, diſcendi docendíve cauſa ꝓficiſcatur. Nam qui contrà fecerit, is ſciat ſe nobis pœnas debitas daturum.

Quòd verò ad nos attinet, Academijs incorruptis & in Catholica doctrina vitaque ꝑſeuerantibus poteſtatẽ facimus, nobis viros literatos ad regendum eccleſias idoneos ſignificandi: quorum in collatione beneficiorum, parochialiumq; eccleſiarũ, apud quos reſidere voluerint noſtræ diœceſis, honeſtiſſimam rationem nos habituros, eosq; ſi digni ea re videbuntur, etiã apud S. D. N. Paulũ III. pontif. Max. cuius optimã mentem ad hoc inclinare cognouimus, ſummo ſtudio atq; diligẽtia ꝓmoturos pollicemur.

Concilij quòq; Lateraneñ decretum amplexi, ꝑcipimus, vt q̃cunq; aut qualiacunq; canonicorum collegia, ſcholas pro cuiuſq; collegij magnitudine, ſicubì aut deſitę ſunt, aut nouis opinionibus infectæ, erigant & reſtituant.

His præficiãtur Magiſtri & pædagogi incorruptæ vitæ, à quibus tam pietatis Chriſtianæ prima principia, q̃ rudimenta literarum iuuentus hauriat, eaq; in claſſes, ſi ętatis aut ingeniorum ratio id poſtulare videbitur, diuidatur.

Quibus etiam nihil quod eorum innocẽtiam vel in religione, vel in moribus lædere poſſit, prælegi mandamus.

In reliquis verò oppidis vbi collegia nõ ſunt, ſcholas, quarũ magiſtri boni, honeſti & docti ſint, inſtaurari aut cõſeruari iubemus.

Apud ſingula frequentioraq; Canonicorum collegia ſinguli Theologi honeſtis ſtipendijs conducti habeantur: qui certis diebus & horis interpretentur Biblia, ac de re Theologica iuniores canonicos, vicarios, & alia collegij membra doceant: vbi eorum quiſq; ad lectionem ſuæ profeſſiõi & inſtituto congruentem comparére teneatur.

Doctori vnius præbendę prouentus, donec in docendo perſtiterit, aſſignetur: qui ſi non ſuffecerit, ratio aliqua ineat, vt ei, quantum ſit ſatis, ſuppeditetur.

De hoſpitalibus pauperum, infirmorũ, & peregrinorum. Cap. 27.

HOſpitalia noſtræ diœceſis conſeruari, redditus ad ea deſtinatos, in nullos alios vſus conuerti, atq; ſicubì alienati, aut in priuatos vſus conuerſi fuerint, reuocari iubemꝰ: Sin apud Collegia, monaſteria, aut ſacras alioquin ædes, hoſpitalium redditus cum cæteris redditibus aut bonis cõfuſi fuerint, & hodiè ignorentur: curabimus nihilominus, ex collegij, monaſterij, aut ſacræ illius ædis ærario aut ꝓuentibus, pauperum & infirmorum neceſſitati prouideri.

Viduæ, orphani, & qui ad quærendũ victum ſibi nõ ſufficiũt, ex eo loco, vbi hoſpitalia conſtituta ſunt, oriundi, in ea recipiantur: peregrinis autẽ hoſpitalia pro refectiõe tantùm, non autem in fraudem indigenarũ pauperum, pro inhabitatione patére concedimus.

Hoſpitalium, quorum fundatores ſibi, ꝓuiſionem ac diſpenſationem retinuerũt, adminiſtratores, ſaltem ſemel in anno Prouiſoribus rationem reddant, quorum oñium curam & inſpectionem præcipuã, nobis diuino adſpirante numine, pro ordinaria noſtra authoritate ſumemus.

De maioritate & obedientia & diſciplina populi. Cap. 28.

PRincipes, Comites, Barones, nobiles, ciuitatisq; Auguſteñ atq; aliorum oppidorum & municipiorum noſtræ diœceſis Magiſtratꝰ & ꝑfectos hortamur in Domino, atq; in virtute eccleſiaſticæ obedientiæ req̃rimus, eisq; munere quod Deo authore gerimus, confiſi, mandamus, vt inuocati nobis noſtrisq; vicarijs in exequẽdis huius S. ſynodi decretis auxilio ſint: Iuriſdictionem, libertatem, ac immunitatem eccleſiaſticã, Imperatorum legibus & ſacris Canonibus, epiſcopis & clero tributam ac firmatam tueantur, nobisq; conſeruent: ad hæc etiam, ne eccleſijs quas tuitionis, ꝓtectionis aut aduocationis iure tueri deberent, contra fidei datæ ſacramentum, grauia & iniqua onera imponant, ne ipſos tandèm Cæſareæ Maieſtatis ꝑcepto aut amoueri contingat, aut limitibus ꝑſcriptis, quid alteri alteris inuicẽ debeant, includi. Cæſaris eñ iuſſum in re tam iuſta ꝑuenire honorificentius eſt, q̃ eum ad exequendum inuitum cõpelli.

Quum populus ꝓter obedientiam, quam principibus & ciuili magiſtratui debet, ad eam quoq; quam nobis aut alijs eccleſiaſticis ordinibus debet, redigendus ſit, vniuerſos & ſingulos noſtræ diœceſis laicos in Domino hortamur, eisq; ꝑcipimus, vt clerũ noſtrum, parochos, aliosq; ordines eccleſiaſticos venerentur: eorum facta non temerè iudicent, aduerſus presbyteros ſuos prę fractè non contendant, ſed morigeros ſe ꝑbeant atq; obſequentes. Ad Chriſtũ eñ, cuius legatione funguntur, eorum tam honor q̃ cõtemptus, pertinere credendus eſt. 2. Cor. 5.

Conueniat quoq; diebus Dñicis & feſtis ad diuina, q̃ in eccleſijs catholicis celebrañ: concionẽ ſub ſilentio audiat, memoriæ cõmendet, & concionatorem vel auſcultantes ſtrepitu aut deambulatione non perturbet. In Miſſa audienda ad finem vſq;, donec bñdictionem ſacerdotalem acceperit, perſeueret: & qui peccati vinculo retinentur ligati, abſq; abſolutione & veræ emendatiõis propoſito,

poſito, ab euchariſtiæ ſacroſanctæ perceptione abſtineant: palam verò criminoſos, & q peccati certiſſimam occaſionem dimittere nolunt, ſiue ſacerdotes ſint, ſiue laici, omninò à cõmunione volumus aberceri.

Patres & matres familiâs liberos & familiam ſecundùm audita in cõcione, domi inſtruant, timorem Dei, ſymbolum Apoſtolicum, Orationem Dñicam, Salutatiõem angelicam, ꝑcepta Decalogi, & quicquid pertinet ad bonos mores & virtutem in eis educandam, doceant: præcipuè verò eos à blaſphemijs, iuramentis & execratiõibus, cum domeſtica diſciplina, tum iræ diuinæ ꝑdicatione deterreant. Cætera, quæ hîc breuitatis cauſa omittimꝰ, vt à pijs cõcionatoribꝰ acceperint, ita doctrina & vſu domeſtico tractẽt, atq; ſicuti Chriſianos hoñes decet, exerceant.

Cæremonias quoq; Chriſianæ pietatis & inſtituta eccleſiaſtica de ieiunijs & abſtinẽtia carniũ, de ferijs, de proceſſionibus, & id genus ritibꝰ, à populo nobis cõmiſſo ſub debito obedientiæ ſanctæ eccleſiæ Catholicæ, religioſè ac piè obſeruari mandamus.

Sanctiõem patrum Chriſtianus populus de confeſſione & Euchariſtiæ cõmunione, paſchali tempore, ſub pœnis in canone cõtentis obſeruet.

Libros contagioſos, de falſa religione ſuſpectos, & impijs iocis refertos, imagines prætereà & picturas obſcœnas, vel ad ludibrium religionis catholicæ, aut ad cẽrtorum hominum infamiam expreſſas, populũ noſtræ diœceſis legere aut habere, atque de ſacroſancta fide, præcipuè inter pocula atque conuiuia, temerè diſceptare non liceat. Legat autem libros ſacros, ſanctos patres, vitas ſanctorum, ꝑclarorum & fortium virorum hiſtorias & imagines tales ſpectet, quibꝰ ad pietatem, virtutem, religionis & reipublicæ amorem accendatur.

Ebrietatem atque infames compotatiões fugiat, quibꝰ & corporis & animi vires eneruantur.

Tabernæ & œnopolia diebus feſtis ante ſacrũ in eccleſia peractum, infirmis & peregrinis exceptis, non pateant.

Nouorũ & ab eccleſia non receptorũ dogmatũ authores, ꝑdicatores, aut iactatores, ſacrilegos, periuros, blaſphemos, vſurarios, adulteros, ebrios, alijsq; publicis criminibꝰ obnoxios, ferri in eccleſia noſtraq; diœceſi prohibemus: in quos etiam cẽſuris & pœnis eccleſiaſticis ſumma ſeueritate animaduerti debere ſtatuimus & ordinamus.

De Viſitatione. Cap. 29.

VT porrò ſciant Abbates, ꝓpoſiti, Decani, & clerus nr̃æ diœceſis, nos hęc ſtatuta ſynodalia ex ſacræ Cæſareæ Maieſtatis formula ſacrisq; Canonibus & patrũ anteceſſorumq; noſtrorum decretis & ſtatutis, non ad oſtentationem, ſed ad indubitatã reformationem ipſorum noſtriq; gregis, pro iſtorum temporũ vſu atq; neceſſitate collegiſſe, poſthàc tertio quoq; anno, quotannis, aut quotiès res poſtulauerit, diœceſim nr̃am totam viſitationis gratia vel ipſi circumibimus, aut per ſuffraganeum noſtrum, qui baptizatos etiam Confirmationis ſacramento ſignet, mandabimus viſitari.

Viſitationis autẽ normã, ſi quid in eccleſiæ noſtræ formulis deſiderabitur, ſuffraganeo aut vicario nr̃o, quorũ alteri vel vtriq; in occupationibus noſtris viſitandi munus delegabimus, ꝑſcribemus: eamq; Decanis quoq; diœceſis noſtræ ruralibus in ſuis viſitationibus ſequendam, quatenùs ꝓtineat ad eos videbitur, ꝓponemus: operamq; dabimꝰ indefeſſam, vt in hac quoq; parte eorũ, q̃ hoc quidẽ tẽpore effici poſſunt, nihil deſideret.

De ſententia excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. Cap. 30.

EXcõmunicationis, ſuſpenſiõis, & interdicti noſtri ſententias, à nullo, cuiuſcunque ſtatus, gradus & conditionis fuerit, negligi, contemni, aut quo ad publicatiõem & executionem earum impediri debere, ſtatuimus, atq; ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, quibuſcunq; impedientibus irrogandis, diſtrictè præcipimus.

Officiali quoq; noſtro iniũgimus, ne diuinam hanc cenſurã, qua nulla eſt maior in eccleſia, leuiter aut ꝓpter exiguas paruiq;e momenti cauſas proferat: ſed vt ad ſanitatẽ magìs, quàm ad interitum, contumacium & rebellium animorum reſpiciat.

Excommunicatos & denũciatos, ab oñibus vitari, & à nemine in conſortium recipi decernimus, eosq; ante pœnitentiam emẽdationisq; ſponſionem atq; ſatisfactionem tam eccleſiæ quàm iniuriam paſſo faciendam, ad ſacramenta communionemq; fidelium admitti atq; abſolui prohibemus.

Niſi populari concurſu cædes clerici facta ſit, perſona tantùm clericalis homicidij rea, non autem locus delicti, interdicendus erit idq; ea de cauſa, ne ꝑ hanc occaſionẽ populus indiès negligentior fiat, néve à ſceleratis hominibus ocium à diuinis, patrato crimine, dataq; opera, procurari poſſit.

¶ De precibus ꝓ ſummo põtifice, Romanorũ Impatore & rege, ac principibꝰ catholicis alijsq;, ad Deũ fundendis. Ca. 31.

VNiuerſis ſacerdotibus & omnibus noſtris ſubditis, tam religioſis q̃ ſecularibus iniungimus & mandamus, vt pro ſanctiſſimo domino noſtro Paulo Papa III. ac Inuictiſſimo Imperatore noſtro Carolo V. cuius immortali beneficio hanc pacem quietemq;e publicam debemus: pro ſereniſſ. principe Ferdinando Rom. rege, ac alijs principibus catholicis, in Miſſis, orationibus & concionibus ſuis deuotiſſimè precentur: populumq;e vt idem faciat, hortentur, vt orthodoxam fidem, ſedisq; Apoſtolicæ, à qua fidei Chriſtianæ incunabu-

la traximus,authoritatem, vt hactenùs factũ ab eis fuit,ad gloriam oĩpotentis Dei tueantur:& ſi qui alij fortè callidis aduerſarij noſtri artibus in errores prolapſi addictíve ſint, pro his vnà cum populo atq; in ſacris orent,vt in tempore reſipiſcant,atq; ad priſtinam eccleſiæ catholicę vnitatẽ & obediẽtiam vnà cũ populis ſibi ſubiectis reuertantẽ.

De pœnis. Cap.32.

QVum porrò ſine coercitione iuriſdictio nulla ſit,& abſq; pœnis non modò leges vileſcant, verumetiam q̃libet ciuilis ſocietas in deterius facilè abeat atq; diſſoluatur,ne fruſtrà huic ſancto muneri operam impendiſſe videamur, ſtatuimus atque ordinamus,vt pœnæ canonicæ tam in corpore iuris clauſæ, q̃ prouincialibus ſynodalibúsve ſtatutis aliàs editis annexæ, tranſgreſſoribus horum ſtatutorum, ſicubi ſpecialis pœna expreſſa nõ ſit,infligatur, nobis aut vicario ſeu officiali nro, earũ electionẽ, moderationẽ aut aliam quãlibet arbitrariã pœnã,earũ loco,ꝑ pſonarũ,locorũ aut trãſgreſſionis qualitate exigendam, reſeruãtes.

De ſynodis. Cap.33.

CVm ſynodorũ celebrãdarum ratio in tanta rerum eccleſiaſticarum pturbatione pleriſq; ignota ſit, voluimus ſubditis noſtræ diœceſis omnibus, noſtram in hac re mentem, & quid quiſq; in ea facere aut ex ea ſperare poſſit vel debeat,explicare.

Synodos igitur noſtras diœceſanas anniuerſarias & quotiès neceſſitas eccleſiæ noſtræ poſtulauerit,eſſe & habere volumus atque decernimus.

Qui ex noſtra diœceſi in ſynodalem cõfeſſum recipiuntur,ſinguli iuriſiurandi nobis præſtiti admoniti,aut ſi videbitur,iurati eccleſiarum ſuarum,ꝑlatorum, atq; etiã officialium noſtrorum & populi detrimenta, defectus,vitia grauia,aut ſeculariũ quorumcunq;,ſiue præſentium ſiue abſentium tyrannidem in eccleſias,populum,viduas, vel orphanos ſæuientem,ꝑferant in medium,à ſynodo ſine vllo reſpectu corrigenda.

Appellationes quoq; eorũ, qui ad noſtrã ſynodum prouocârunt,abſentiumq́; grauamina aut deſideria per Epiſtolas aut libellos ſupplices explicata,audientur.

Laicis etiam ſuas querelas, modò res aut cauſas eccleſiaſticas concernant,aut ad iudicium ſynodi pertineant, in ſcriptis proponendi poteſtas fiet: quibus procuratores & aduocatos ſynodales ex noſtris conſiliarijs laicis deputabimus, aut ipſos,ſi digni vel ad cauſas ſuas diſtinctè exponendas apti ſint, intromitti mandabimus.

Matt,18. Et quicunq; diuini amoris zelo ducti, crimina diſciplinam & quietem eccleſiaſticam perturbantia denunciare voluerint, vel publicè vel priuatìm audiẽtur: ad quam denũciationem ceu Euangelicam,& ex charitatis viſceribus proficiſcentem,vniuerſos & ſingulos per amorem quo reipub. Chriſtianæ quiſq; infixus eſſe debet,exhortamur.

Inteſtina quoq; odia & capitales inimicitias,ex q̃bus noſtræ diœceſis tranq̃llitas pturbari aut ſcãdala oriri poſſent,ſummo ſtudio ſummoq́; moderamine æquitatis,extingui,deponi,atq; ad amicitiã,aut, ſaltẽ ad cõpoſitionem & pacem traduci admitemur.

Qm̃ verò multi ſunt,qui aliorum vitia & defectus aut potentiorũ iniurias,oppreſſiones ſeu tyrannidem,corã tota ſynodo ꝓponere aut accuſare nõ audeant: deputabimus tres aut plures ex ſynodo commiſſarios auditores, apud quos vniuerſi & ſinguli tam clerici, q̃ laici,quæ volũt,tutò depõere poſſint.Sciantq́; omnia ſub ſilentio tegẽda eſſe.

Et ne quis exiſtimet noſmet aut noſtros officiales ex eorũ numero,quorũ vita, mores & actiones corrigi debeãt, exemptos eſſe velle, à tota ſynodo teſtes ſynodales qui noſtræ noſtrorumq́; officialiũ reformatiõi intendant,deputari mandabimus. nam etſi multa nobis deeſſe cognoſcimus, multa tamen nos fugere non ignoramus.

Neq; ſynodum aut eius deputatos dimittemus,donec de omnibus cauſis,oĩmq́; grauaminibus ſufficienter fuerit informata.

Vitijs & querelis auditis,adhibito Theologorum & Iuriſperitorum conſilio, ea atq; alia incommoda,admonitione,correctiõe, executione,epiſtolis,ſtatutisq́; ſynodalibus pro viribus noſtris Dei omnipotentis auxilio innixis,apud omnes emẽdari & tolli curabimus:& alia oĩa ad rem ſacram, diuina officia & laudes pertinentia, ex libri pontificalis præſcripto peragemus.

Quòd autem ad apocrypha, inepta, parumq́; ſyncera,quæ temporum vitio in Breuiaria irrepſerunt,emendanda:earundemq́; precum & pſalmorum frequentes repetitiones,innumera ſuffragia & nouas collectas, ſequentias,præfationes, & id genus faſtidiũ adferentes,& officijs diuinis Miſſæq́; ſacrificio parùm congruentes, tollendas mutãdasq́ue attinet,ad hæc etiam,vt ſub ſacro ſolenni corã eodem populo Miſſæ ſpeciales nõ legantur, vt excommunicationis ſententiæ ob criminales tantùm cauſas, easq́ue valdè graues & lœtales ferantur: vt apoſtolicè vel coadiutores facti,vel aliàs prouiſi examinẽtur:vt beneficiorum pluralitas refrenetur, vt beneficia tenuiora vnione creſcant, atq; ad pauciorem numerum rediganturvt exempti, Ordinariorum reformationi, viſitationi & correctioni ſubiaceant: vt Academiæ ſeu doctorum & ſtudioſorum hominũ vniuerſitates, quarum in diœceſi noſtra nullam habemus, reformentur,eisq́ue priuilegia ſua & immunitates conſeruentur: & ſi quæ ſunt alia, quæ in Cæſareæ Maieſtatis formula delibata ſunt, & in hiſce ſtatutis noſtris vel prætermiſimus, vel exhortando potiùs q̃ ſtatuendo inſeruimus, ad ſynodũ pro-

ꝓuinciale,& ſi in ea ſup his ſtatui nihil queat,ad Oecumenicũ concilium, Sanctiſſimiq́; dñi noſtri deliberationẽ duximus reijciẽda. Oſtenditur autem nobis ex Reuerend.& Illuſtriſſ.principis & dñi Sebaſtiani Electoris & archiepiſcopi Moguntini, Metropolitani dñi & amici noſtri chariſſimi,pietate,eruditione,induſtria,ingenio, animiq́ue magnitudine ſpes optima fore,vt in ꝓxima ſynodo prouinciali de his alijsq́; noſtræ religionis negocijs rebusq́; omnibus,ratio ineatur certiſſima, qua ampliſſima illius Metropolis,ꝓuincia,orthodoxæ fidei ipſiq́; Chriſto tota reſtituatur.

Finis Statutorum ſynodalium.

FInita ſub irruẽtem iam noctẽ Statutorum lectiõe,Reuerendiſſ.cardinalis cãcellario mandauit,vt Synodũ his ferè verbis alloquereť: Quõ reformatiõis formulę hodiè publicatæ Statutorũ ratio cõueniat, ex lectiõe hac ſpectũ planè oĩbus eſſe:reſtare nunc illud ſolùm, vt vniuerſa ſynodus de his oĩbus ſuffragia ferat:vt igitur cogitandi deliberandiq́; de ſingulis ſpatiũ habeant ad Synodũ vocati, ſequenti die primũ (quę 13.Nouemb.futura erat) poſt rem ſacram pactam,de his omnibus ineunda ſuffragia eſſe,itaq́; Reuerendiſſ. Cardinalis eos ad cœnam in cœnaculo ad hoc inſtructo ſumendam,cum ſua benedictione dimiſit.

ACTA SECVNDAE DIEI SYNODI.

ALtera die huius ſanctiſſimæ tractationis,cõuenerunt oẽs cõſtituto tempore, & Miſſa p R. D.Philippũ à Rechberg de Hohenrechberg decanũ Eccleſiæ Auguſteñ, de S.Trinitate ſolenni canticorũ ritu celebrata,moxq́; reliq̃s ex libri pontificalis pręſcripto peractis,Reuerẽdiſſ. Cardinalis, laicis anteà ꝓ dñationis ſuæ Reuerendiſſ.fiſcalem exire iuſſis,ſynodum obteſtatus eſt feruẽti ſermõe,vt meminiſſe velit, ſe nõ priuato cuiuſquã mortalis, aut quenquã ſuo,ſed vniuerſos Chriſti,per quẽ creati & redempti eſſemus,noſce conueniſſe, Chri hanc cauſam eſſe,de qua nunc ſit deliberandũ: afferrent igit hodiè aĩos ab oĩ pturbatione, cupiditate,ptinacia,immũditia,& ſocordia expurgatos:cõſulerentq́; in mediũ de his, q̃ diſciplinam eccleſiaſticã in eccleſia Dei excitare, reſtituere, & cõſeruare queant. Quòd ad ſe priuatìm attineret,daturũ operã,vt Deo duce,eꝑi munere,quantũ in ſe eſſet,ritè rectèq́; fungereť:& quanq̃ imbecillitatẽ defectusq́; ſuos pleroſq; in ſeipſo agnoſceret, tñ nõ dubitare ſe,quin multa ſint q̃ latére ipſum poſſint.Qua ꝓpter poſtulare ſe ab vniuerſa ſynodo,vt ex ꝓlatorũ, canonicorũ & decanorũ ruraliũ triplici ordine, ſingulos binos, ternos aut plures,ſi ita videreť,eligerent, q̃ ceu teſtes ſynodales, de his, q̃ emendanda in ſe eſſent,inquirerent:ſeq́; Synodi nomine admonerent,paratũ em̃ ſe eſſe, ꝓmptumq́ue & ad audiendum tranquillo aĩo ſingula, & ad obtemperãdum monitis ſalutaribus ſanctæ huiꝰ ſynodi in ſpiritu ſancto cõgregatæ. His in hanc ferè ſententiã, maiore tñ ſermõis affluentia, dictis, ſummũ aliquãdiù ſilentium fuit. Quod cùm à nemine rumperetur, d. ſua Reuerendiſſ. aduocatis ad ſe cõſiliarijs, cõſtituit ſuffragiorũ ſcrutiniũ inchoandũ eſſe. Quo cõſilio per Cancellariũ publicato, Fiſcalis è ſchedula noĩatìm ordineq́; ſingulos ad mandata procuratoria aut ſyndicatoria afferenda cõpellauit: ſinguli itaq́; depoſitis apud R. D.Iacobum Henrichmannum Auguſteñ eccleſiæ canonicũ & vicariũ,atq; Notarios ad hoc deputatos,mandatorũ inſtrumentis,ſup ſtatutis ſynodalibus approbandis ſententias dixerunt: Quorũ primus R.D. Marcus Auunculus epus Nazianzenus & Suffraganeus Auguſteñ,breui candidaq́; oratione ſtatuta Synodalia adprobauit, ſeq́; obſeruatiõi eorum, quatenùs ad ſe pertineret, adſtrinxit: hunc ſequuti ſunt reliqui ꝓlati, abbates,ꝓpoſiti & decani tam collegiorum, quàm regiuncularum ruralium : nemoq́; in tanta multitudine extitit, qui voce ſua ſtatuta hæc ſaluberrima non collaudaret, atq; ſe vnà cum his,quorũ noĩe huic ſynodo intereſſet,illis pro viribus pariturum, aliſque vt idem facerent,authorem futurum nõ ꝓfiteretur.

Tanta igitur cõſenſiõe oĩm, votisq́; cõcordibus animaduerſis, Reuerendiſſ. Card. Deo Opt.Max.cuius ſpiritu afflante hęc gerebantur,gratias egit: & accito ad ſe Cãcellario mandauit,vt Synodo, q̃ à prãdio agẽda eſſent,indicaret,nempe dñationem ſuam Reuerendiſſ.negociũ dediſſe RR.DD. epiſcopo Nazianzeno, Philippo à Rechberg &c. Decano, Iacobo Henrichmãno vicario & Cancellario ſuo,vt horis pomeridianis cauſas,grauamina & defectus tam eccleſiaſticorum q̃ laicorũ ad Synodi cognitionẽ ptinẽtes, audiant, expediant, aut, ſi res ita poſtulet,ad dñationem ſuam Reuerẽdiſſ. vel ſynodum ipſam referant decidẽda.Cupere pręterea dñationẽ ſuã Reuerendiſſ. obnixeq́ue petere à ſynodo,vt tres plurésve deputet, q̃ de officialiũ,aliorumq́; eccleſiaſticæ functionis & fori miniſtrorum ſuorũ negligentia alijs ve grauaminibꝰ indè fortaſſe ad ſe manantibꝰ inquirãt, atq; ad D.ſuã Reuerẽdiſſ. ſine vlla reformidatione deponant, vt diligentia eiuſdem curaq́; debita, ſi quid incõmodi fuerit, emendetur.

His dictis, Reuerendiſſ. cardinalis ſynodum, ad corpora in cœnaculo inferiore,ſicuti toto hoc ſynodi tempore impẽſis eiuſdẽ factũ fuit,prandio curãda,de more dimiſit.

A prandio auditores cauſarũ ſynodalium negocio ſibi dato ſatisfecerũt,cauſasq́; ſcripto vel voce,ꝓpoſitas aut expediuerũt,aut ſi quæ maiore indagatione opus habere viſæ ſunt,in aliud tẽpus, dum veritas inquiri,aut pars altera audiri potuerit,reiecerunt.

ACTA TERTIAE DIEI SYNODI.

POstrema die Synodi quæ fuit Nouembris decimaquarta, hora sublucana celebrauit officiũ Missæ de B. Maria virgine solenne & habitu Pontificali Reuerendus D. Gaspar, abbas monasterij Othoburensis. Et sacris tum Missæ tum synodalibus in libro Pontificali præscriptis, ritè summaq́; totius Cleri & populi deuotione peractis, Cancellarius, quæ à Reuerendiss. Cardinale fuerat iussus, in eam, quæ sequitur, sententiam synodo exposuit: Dominationem suam Reuerendiss. videlicet, intellecta totius synodi in adprobandis statutis ad Cæs. Maiest. formulam conditis, hesternaq́; die plectis, summa concordia, reliquum esse censere, vt ea ꝑ rogatis publicatisq́; habeantur: idcirco eandẽ paterno benignoq́; affectu oẽs admonere, meminisse vt velint, se consensu hoc suo synodali ad ea obseruanda, perpetuaq́; vitę, morum, atq; officij integritate custodienda, Deo omnium bonorum consiliorũ authori & humanarum actiõum inspectori, ipsisq́; Ecclesiæ Christi eius q́; antistitib. obstrictos esse. Cauendum igitur omnibus, ne à legib⁹ ipsis authorum suorum culpa coarguatur.

Post hæc Reuerendiss. cardinalis Synodũ denuò admonuit, ab eaq́; vrgendo petijt, vt monitores ex se deligerent, qui dominationem suam Reuerendiss. de his, q́ se fortasse circa officij sui suorumq́; ministrorũ negligentem aut improuidam curã seu administrationem lateant, admonerent: daturũ em̃ se operam, vt seipsum suosq́; ad rectam episcopalis officij regulã pro viribus emendet. His dictis, Synodus communicatis inter se omnium ordinum cõsilijs, per R. D. episcopum Nazianzenum respondit, se ampliùs in dñatione sua Reuerendiss. nil desiderare, q̃ vt pro conscientiæ suæ modo, statutis hisce synodalibus vnà cum suis insistat, atq; veluti lex animata, in ecclesiæ suæ cardine eminens, cætera membra in officio contineat.

Hoc respõso, Reuerendiss. cardinalis tanq̃ restituendæ apud suos catholicæ pietatis ingenti spe excitatus, Synodo gratias egit, deumq́; omnipotentem supplex rogauit, vt sibi in explendis exequendisq́; huius Synodi constitutionibus diuino suo numine assistere dignetur.

Postremò, ꝑsentibus atq; comparentibus in hac Synodo tanq̃ obedientiæ filijs, gratiæ à Cancellario actę sunt, benignitatis dominationis suæ Reuerendiss. plenæ, addita etiam clementissima obtestatiõe, dñationi suæ Reuerendiss. gratius accidere nil posse, q̃ si ad eum veluti ad patrẽ & pastorẽ in reb⁹ suis dubijs aduersis ve confugiant: auxilio enim, consilio, studio, cura, beneuolentiaq́; sua se eis pro viribus semper adfuturum.

Cùm igit̃ Synodus, pactis ferè iam omnibus, dimittenda esset, ꝓdijt in medium fisci ꝓmotor, atq; citatorum non comparẽtium contumaciam accusauit, petijtq; eos contumaces atque in consistorio episcopali ea de causa processum decerni atq; cõmitti: cuius petitioni Reuerendiss. D. sua annuit, præcepitq́; contra contumaces iuris ordine seruato procedi. Citati fuerunt etiam omnes ad Synodum proximam, quæ indicta fuit ad Kal. Sept. anni 1549. in oppido Dilinga celebranda.

His omnibus magna oĩm attentione absolutis, admissi sunt Laici, hymnoq́; TE DEVM LAVDAMVS, cãtato, Reuerẽdiss. Cardinalis soléni bñdictiõe recessuros est ꝓsequut⁹.

Actorum Statutorumq́; Synodi Diœcesanæ Augustensis, finis.

REVERENDI D. MARTINI de Olaue Theologi Hispani, & Cęsareæ atq; Catholicæ Maiest. Sacellani, oratio habita in synodo Augustana.

¶Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus eꝑos, regere ecclesiam Dei, quã acquisiuit sanguine suo. Act. 20.

DIcturus hodiè apud vos ꝑclari Ecclesiæ Dei ꝑsides ac pastores, de insigni illo studio ac pietate, quam quisq; vestrũm ꝓ suo officio ad huius sanctissimæ synodi celebrationem afferre debet: vereor ego nõ parùm, ne temerè ac valdè inconsultè feciſſe videar, si rem ingenij mei viribus longè maiorem susciꝑe, & in hac tam celebri corona, homo peregrinus, de re cum primis ardua & minimè populari, loqui audeam. Quanq̃ autem mandatum illustriss. principis & excellentis Reipub. Christianæ Card. quo ad hoc munus susciꝑendũ impulsus sum, satìs magnam vim apud vos habere non dubitem, vt me possit ab omni temeritatis suspicioẽ vendicare, præsertim cùm tantum apud me semper eximia eius dignitas & sapientia valuerit, vt ego nec beneuolentiã ipsius erga me ignorare, nec voluntatem negligere, nec authoritatem non reuereri absq; nefario scelere possem: verùm animo meo penitùs non satisfacio, cùm simul de earũ rerũ q̃ mihi ad dicẽdum ꝓponuntur, sanctitate & maiestate, simul de summa mea indignitate & vehementi spiritus mei remissione ac indeuotione altiùs cogito. Doleo equidem plurimũ me tam sanctæ functioni parem morum integritatẽ, paremq́; spiritus acrimoniã & ardorem minimè afferre. Nam de facultate dicendi, quæ sentio, q̃ in me sit exigua ac penè nulla, nõ ita sum solicitus. Nec enim causam agendam suscepi, q̃ persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis indigeat, quin ipso spiritu Dei, ipso inquã Dei spiritu oꝝ nostrã instructã & ornatã esse oporteret, vt cõmouere illa vestros animos posset, & ad hoc synodale munus sanctè & religiosè gerendũ, incendere & inflãmare. In quo munere nõ arbitror ignorare vos, quantũ momenti situm 1. Cor. 2. sit ad ea mala magna ex parte sananda, quibus tam miserè hodiè afflictamur.

Verũ ne quicquã nobis ex eo breuissimo tempore, quod mihi ad dicendũ concessum est, in ꝑfatiõe aut mei officij purgatiõe depereat, aggrediar ad rem: illud ante oĩa vos oẽs viri Chr̃iani, etiã atq; etiã obsecrans & obtestans, vt quo me nunc plurib⁹ difficultatibus circunseptũ esse videtis, quoq́; meliùs agnoscitis, quantũ mihi hodiè Dei ꝑsidio & gr̃a sit opus, eo ardentioribus votis mecũ iuxtà illi supplicetis, vt orationẽ mihi inspiret, q̃ sit digna ea expectatione, quam fortasse dñs Reuerendiss. concepit, cùm hãc mihi ꝓuinciam demãdauit, digna ipsius vestrisq́; aurib⁹, digna huius cõsessus celebritate & amplitudine, digna deniq; grauitate & sanctimonia earũ rerũ, de quibus dicturi sum⁹. Cõcedat, vt spũsanctus aĩo meo nũc illabat̃, quô possit cor meũ in huius sanctæ Psalm. 44. Synodi cõspectu verbũ eructare bonũ, verbũ ignitum, verbum salutis & ædificatiõis. Eiusmodi em̃ verba sunt, q̃ sanctũ & spiri- Hier. 23. talẽ cõuentũ decent. Quid em̃ paleis ad triticũ, dicit dñs? nõne verba mea quasi ignis? Hoc aũt ita cõmodissimè efficiem⁹, si oẽs supplices & venerabundi sacratissimã virginẽ Mariam deprecemur, vt nobis filiũ ipsa suum, eundemq́; seruatorẽ nostrum aduocare & cõciliare dignetur, salutationem illi angelicã offerentes. AVE MARIA.

¶Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Actorum 20.

Acto. 9. HAec sunt verba, viri chr̃iani, magni illius Apostoli, q. vas electionis à Chr̃o dictus est, q̃bus oẽs ille ecclesię ꝑsides ac rectores, quos hoc loco eꝑos, i. prę̃positos appellat, ad gubernandum instituit, hęc Pauli Acto. 20. doctrina, est diuinitùs inspirata, qua si imbuti essent oẽs dñici gregis pastores, tutò & diu eũ pascere possent, gratũ deo obsequiũ ꝑstantes, sibi verò ac suis ouibus æternã felicitatem & salutem conciliantes. Ac mihi quidem eiusmodi hæc verba esse videnť, q̃ oẽs magni ecclesiæ Pontifices in suis aulęis & magnificis tapetis, reliqui etiã pastores in humiliorib⁹ stragulis inserta & intexta habere deberẽt, vt semp eis aliquid ante oculos versareť, quod sui officij ipsos admoneret. Persarũ rex, vt literis ꝓditum est, vnum habebat cubiculariũ, cui hoc muneris mandatũ erat, vt diluculo ingressus illi diceret: Surge Rex, & ea cura negocia, quę te curare voluit Meserofmados. At multo magìs cõueniret, hunc diuinũ Apostoli sermonem oĩbus ecclesiæ pastorib⁹ quotidiè inculcari, nõ se, inquã, à regibus, nõ à magistratibus, nõ à Senatu, non à plebe gregi dñico fuisse ꝑfectos, sed ab ipso spiritu sancto, vt semper meminerint, ei, à quo acceperunt, muneris rationẽ esse reddendã. Ac gregem quidem nõ quẽuis illis esse cõmissum, sed eum, cui⁹ salus tam chara sit maximo vniuersæ naturę principi, ac optimo oĩm creatori & parenti Deo, vt filiũ ipse suũ vnigenitũ tradere nõ dubitauerit, qui pro eo sanguinẽ suum fun- Acto. 20. deret, ac mortem cũ primis ignominiosam oppeteret. Operæpreciũ est aũt, vt causam etiã illã cõsiderem⁹, qua adductus Apostolus fuit, vt tam diligenter curã gregis pastoribus cõmendaret. Addit ergo ille: Ego scio quoniam intrabunt lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi: & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se, propter quod vigilate. Mihi igitur viri Christiani, ad eam admonitionẽ, quã à principio proposui, diligentiùs inspicienti, & hanc eius causam ac rationẽ altiori etiã animi cogitatione perpẽdenti, visum est, nihil à me in hunc cõuentũ afferri nunc potuisse, quod vel muneri meo, vel huic hodiernæ celebritati magìs cõueniret. Video etenim nõ absq; summa quidem animi lætitia, veluti cælestẽ quendã exercitum fortissimorum fidei propugnatorũ & optimorum ecclesiæ Christi pastorum, in hunc locum hodiè cõuenisse, vt de bello instruẽdo aduersus satanã & eius fautores, ac de grauissimo periculo depellẽdo, quod suis ouiumq́; oĩm suarum ceruicibus imminet, cõsultent ac deliberent. In quo exercitu te Deus, Optime pontifex, velut principem & Imperatorẽ esse voluit: reliquos clarissimos & honestissimos viros qui hìc adsunt, tibi tanq̃ assessores & duces ac tribunos exercitus attribuit, vt eorum tu cõsilio & viribus vtaris. Terribilẽ certè quidem exercitum & formidolosum aduersarijs: si quidẽ illis armis instructus accedat, quibus eum munitũ esse debere, D. Paulus his verbis explicat: 2. Cor. 10. Arma militiæ nr̃æ non carnalia sunt, sed potẽtia Deo ad destructionẽ munitionũ, consilia destruẽtes, & oẽm altitudinẽ extollentẽ se aduersus scientiã Dei, & in captiuitatẽ redigẽtes, oẽm intellectũ in obsequiũ chr̃i. Quorũ armorũ quãta sit vis & efficacia, idẽ Apostolus Timotheo discipulo suo indicat: 2. Tim. 3. Oĩs, inquiens, scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendũ in iustitia, vt perfect⁹ sit homo dei, ad oẽ op⁹ bonũ instruct⁹.

Igitur vt etiam ego aliqua saltẽ ex parte, pro exigua mea facultate, & pro officij mihi impositi ratione, vos cõtra cõmunes hostes adiuuem, tractabo nunc paucis q̃ ad admonitionẽ ex D. Paulo à principio allatam, & ad ipsius causam atq; rationem in primis ꝓtinere existimo. Ac priùs quidem dicam de ꝓsenti Reipub. Christianę statu & conditione, deq́; magnitudine periculorum, in q̃bus oẽs hodiè versamur, id quod causæ iam dictæ respondet. Deindè, quid nos hoc tẽpore potissimùm facere oporteat, Dei gr̃a & ope adiutus, iuxta Pauli exhortationem explicabo. Quibus de rebus dum breuiter differo, & breuiùs fortasse q̃ varietas & ma-

gnitudo huius cauſę poſtulĕt, peto à vobis viri Chriſtiani, vt me pro veſtra religione & pietate libenter & ſtudiosè audire velitis.

Nullum vnq̃ tẽpus extitiſſe, cùm nõ grauiſſimis Satanæ bellis Dei Eccleſia infeſtarĕt, cùm veterum tẽporum monumentis, tũ p̃ſentium experientia didicimus: quin & illas ſcripturæ voces, Sæpè expugnauerũt me à iuuentute mea, Sæpè expugnauerunt me à iuuẽtute mea, eccleſiæ multi eſſe arbitrant. Etenim vt oĩa alia tẽpora ſilentio tacitus p̃termittã, q̃ euangelij gr̃am anteceſſerunt, in quib⁹ nõ puto ignorare vos, q̃ variè & crudeliter pleriq; iuſti & fideles Dei ſerui, à Satana & eius miniſtris exerciti & vexati fuerint: in ipſo certè eccleſiæ Chr̃ianæ naſcẽtis exordio aĩaduertere poteſtis, quot machinas capitalis ille gñis humani hoſtis contra Chr̃i Apoſtolos & alios ſanctos Dei hoĩes, qui eorũ vitã & mores ſecuti ſunt, admouerit: quot artes nocendi excogitauerit, quot principes & tyrannos potentiſſimos impulerit, vt innocẽtes & inermes aptè & hoſtiliter inſequerent: quot itẽ hypocritas excitauerit, q̃ ouiũ veſtibus induti, occultè & inſidiosè lupos rapaces agerĕt, & miſeras multorum aĩas deuorarent. Verùm cùm multa atq; innumẽrabilia maximarũ p̃ſecutiõum gña extiterint, quibus ille Dei eccleſiã laceſſere atq; exagitare nunq̃ intermiſit, tñ hoc affirmo, ex oĩbus eã longè grauiſſimã & pernicioſiſſimã quouis tẽpore habitã eſſe, qua fidẽ inuaderet & conuellere niterĕt. Atquì hanc etiã non arbitror neſcire vos, tũc eſſe periculoſiſſimã, cùm res per eos miniſtros gerĕt, q̃ nos noſtris armis, i. teſtimonijs ſcripturarũ, & magnifica ac populari Dei & chr̃i cõmendatione aggrediunt & oppugnant. Sed ego ꝓptereà perſecutionẽ illã, q̃ cõtra fidẽ intendĭt, reliquis oĩbus anteponẽdam cenſeo, nõ ꝙ alia peccata infidelitate deteriora inueniri poſſe nõ exiſtimẽ, ſed qm̃ crimina illa, q̃ cõtra ſolã charitatẽ admittunt, & diuinũ fidei lumen in mentibus noſtris nõ extinguũt, etſi inuiſos illi admodũ ſæpè nos reddãt, nõ ita ꝓcul tñ ab eo nos ſemouent, vt nõ vel vnico gemitu recõciliari illi & cõiungi poſſimus. At fidem ſi quis ſemel amittat, is nec facilè eam recuperare poteſt: qm̃ ſuo ſe ipſe iudicio condemnauit, vt D. Pauli ratione vtar, & reliqs adminiculis ſæpiùs ad perniciem, q̃ ad ſalutẽ ſuã abuti ſolet. Nã qui abſq; fide eſt, eo lõgiùs à Deo abducĭt, quo ſibi iuſtior & ſanctior eſſe videt. Itaq; vt in Chr̃iano ædificio erigẽdo à fide exordiri neceſſum eſt, quod non niſi in ea fundamenta iaci & poni poſſint, ita in amoliẽdo hoc ædificio, quod extremo loco cõcutĭt, fides eſt: quã donec cõuulſam videat, nihil ꝓpemodũ pfeciſſe ſe diabolus exiſtimat: intelligit nimirũ, reliqua oĩa q̃ deſtruxerit, p eam facilè & nullo negocio poſſe inſtaurari. verũ hac vna euerſa, velut parta oĩ-

Pſal. 128.

Titi 3.

nò victoria triumphat & conquieſcit. Hanc ob rem ꝓpetuò hoc ille ſuis ſatellitibus inculcat: Exinanite Exinanite, vſq; ad fundamentum in ea, i. cõuellite oĩa religionis p̃ſidia, nec ceſſate, quoàd fidem, q̃ altiſſimũ & firmiſſimum ipſius fundamentũ eſt, ab imis radicibus extirpetis. Nõ latuit ſanè hoc veteres illos ſanctiſſimos patres, qui quanquã alijs etiã in pſecutionibus gnauiter & ſtrenuè aduerſus ſatanã decertarent, cùm bellũ ille tñ fidei inferebat, ita animis oẽs cõmouebant, vt nõ ſibi ſatisfacerent, niſi vniuerſas eccleſię vires colligerent, ac tanq̃ cõmuni claſſico euocati, oẽs vnà ad reſiſtendum occurrerent. Alia vitia vt depellerĕt, nemo de ſua ſtatione diſcedebat: hæreſim vt propulſarent, domos & ꝓuincias ſuas deſerere, & ignotas ac longiſſimè ſepoſitas regiones cũ maximo etiãnum vitæ diſcrimine adire nihil dubitabant. Permulta huius rei exẽpla notiora ſunt oĩbus, q̃ vt à me huc adduci cõueniat. Quis em̃ non legit, q̃ frequẽtes olim & q̃ vehemẽti ſtudio & ardore incitati permulti ex Ep̃is & alijs eccleſiæ paſtoribus, ex oĩbus totius orbis terrarũ finib⁹, cõtra vnũ Arrium, vel vnũ Macedoniũ, vel vnũ Photium, vel vnũ deniq; ex q̃plurimis alijs hæreſiarchis, ſedibus ſuis relictis, cõuenerint? Quòd ſi priſcis illis tẽporibus, cùm non ita vbiq; Chr̃i fides explicata & cõfirmata erat: vnus error totũ chr̃ianiſmũ vſq; adeò commouebat & cõcitabat, quo tandẽm aĩo nos nunc eſſe par eſt, viri Chr̃iani, q̃ non vno errore, ſed ipſa (vt ita dicã) hęreſum colluuiõe appetimur & exercemur, nec alienis armis, vt quondã, i. philoſophorum & ethnicorũ teſtimõijs, ſed noſtris ipſis, Chriſti nimirũ, ꝓphetarum & apoſtolorũ verbis, contortis illis quidẽ & adulteratis, at illorum tñ verbis inuadimur & oppugnamur? Nõ nobis, inquã, vt olim, de vno vel altero fidei articulo contentio eſt, ſed de tota ꝓpemodùm religionis ſumma diſſidemus. Nã eò hæreticorum huius temporis doctrina & labor ſpectant, vt nobis ſacramẽta ſalutis eripiãt, vt totũ ordinem eccleſiæ cõturbent, vt vniuerſas ſanctiſſimas eius cæremonias exterminẽt, vt veterũ ſapientiſſimorũ & ſanctiſſimorũ doctorũ diſciplinã & doctrinã conculcẽt, vt oẽm oĩm tẽporũ authoritatẽ cõuellant, vt ad immoderatã quandã viuendi libertatẽ & licentiam hoĩes inducãt, Dei timore oĩnò ſublato. An non meritò cũ Propheta nũc exclamabim⁹: Quantũ malignatus eſt inimicus in ſancto, incenderunt ſanctuariũ Dei, polluerunt tabernaculũ ei⁹? niſi fortè leuius eſt, ædes ſacras in equorum ac ferarũ, religioſis viris eiectis, ſtabula cõuertiſſe, q̃ igni illas incẽdiſſe: aut quaſi nõ polluiſſe tabernaculũ Dei illi videri debeãt, qui clauſtra pudoris laxãtes, & impuriſſimas ac ſacrilegas nuptias inducẽtes, mortales oẽs votorũ ſanctimõia & nexu liberârũt. O miſeram,

Pſalm. 136.

Pſal. 73.

ſeram, & in breui tam celerem & tam variã in Eccleſia Dei cõmutationem. O luctuoſam religionis conuerſionem. O excellentẽ olim & omni laude ac cõmendatione celebratam Germaniam, quàm negligenter cauiſti, ne in te lupi rapaces, quos tantoperè reformidandos eſſe Paulus admonuerat, ingrederentur. quàm multi viri peruerſa loquentes ex te his temporibus prodiêrunt, & quàm innumerabiles illi diſcipuli ſefellerunt, ac poſt ſe abduxerunt? Equidem non poſſumus non ex animo dolere omnes, qui te, quam non ita pridèm vt tutiſſimã arcem fidei, vt eximiũ pietatis domiciliũ, vt vnicũ religionis firmamẽtum ſuſpiciebamus, nunc tanq̃ ſcapham ſine remige ſęuiſſima hęreſum tempeſtate iactari videmus. Vtinã verò nõ extrema hęc tua ſit diſceſſio, vtinã nõ in finem repulſa ſis, ac celeriùs opinione hominũ, domino infideli parére cogaris, quẽadmodùm & nunc illa olim inclyta Grẽcia páret. Nõ enim dubito, quin tuam infidelitatẽ ſeuerius adhuc vindicatur⁹ ſit Deus, niſi breuì reſipiſces.

Actо. 20.

Sed vndè, quæſo, tanta aduerſus Chriſtianos Satanæ poteſtas? vndè tãta in nos vis hoſtibus addita? vndè? niſi ex ſceleribus noſtris, quæ alia ſuper alia adijcere nunquàm ceſſamus, quibus vtiq; ita in nos Dei iram inflammauimus, vt verendum ſit, ne non ſolùm Satanã, ſed etiã ipſum Deũ, ipſum inquam neũ conſeruatorẽ noſtrũ, cuius ſolo prẽſidio vti poſſumus, hoſtẽ & inimicũ habeamus, ac cũ Hieremia lugere cogamur: Fact⁹ eſt dñs velut inimicus, ꝓcipitauit Iſrael, ꝓcipitauit mœnia eius, diſſipauit munitiões eius. Tetendit arcũ ſuũ quaſi inimicus, firmauit dexterã ſuã quaſi hoſtis, & occidit oĩe quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion.

Thren. 2.

Verùm q̃d nos agímus, O Chriſti ſacerdotes? vos enim nũc oĩes appello, vt de remedio eo, de quo extremo loco me acturũ promiſi, cõſultemus. Quid nos, inquã, nũc in tãto diſcrimine poſiti agimus? quibus de reb⁹, tot tantiſq̃ periculis circunſepti, cogitamus? Immò verò quid nos nunc agere & quæ potiſſimũ cõſilia capere oportet? Nam q̃d agam⁹, nimio pluſquã ſatis, proh dolor, perſpicuũ eſt oĩbus. Ociamur & ſtertimus oĩes, magni iuxtà & parui, ad rem noſtrã attẽtiſſimi ſumus. Oẽs Dei patiẽtia & longanimitate abutimur. Oẽs toto aĩo & ſtudio oĩi in eam curã incũbimus, vt cupiditatib⁹ & deſiderijs noſtris ſatisfaciam⁹. Oẽs in res inanes & fallaces vniuerſas nr̃as cogitatiões abijcimus. In medio grauiſſimi belli oĩm, q̃ vllo vnquàm tẽpore in Eccleſia Dei geſta ſunt, conſtituti, nihil de periculo cogitamus, immò nec bellũ quidẽ vllũ eſſe exiſtimamus, ſi de nr̃is opibus nihil diſcedat, & reliquas voluptates ſectari liceat. Tot tãtaq̃; mala & tam grauẽ Reipub. Chr̃ianæ perſecutionẽ pacẽ ducimus, nec ſatanæ incurſiones, nec Dei flagella ſentimus. Nam quotuſquiſq;, obſecro, ex nobis his fla-

gellis atq; hac tam ſeuera Dei correctiõe cõmonitus, fact⁹ melior eſſe videt? Nimiũ profectò verè in nos illud Hieremię congruit: Dñe, percuſſiſti eos, & nõ doluerũt: attriuiſti eos, & renuerũt accipe diſciplinã: indurauerunt facies ſuas ſupra petrã, noluerũt reuerti.

Hier. 5.

Attendite igitur diligenter, O vos exercitus Dei duces ac principes, quantam ruinam hoc tempore catholica religio minetur, perſpicitis. Quàm innumerabiles miſerorũ hominũ animę periêrint, & quot nũc quotidiè tentẽtur, ex quibus partìm victæ ſuccũbunt, partìm nutãt ac vacillãt, non ignoratis. Hoc vtiq; tempus illud eſt, cùm Deus à vobis exigit, vt ſanguinẽ & vitã pro ſuis ouibus offeratis. Quòd ſi mortẽ veſtrã nihil nunc profuturam exiſtimatis, nec ego ſanè author vobis eſſe velim, vt eã temerè & abſq; fructu ſuſcipiatis. Cupio tamen vehemẽter vt omnes intelligatis, cuiuſmodi ſuſpirijs & deſiderijs pectora veſtra nunc plena eſſe debeant. Meminiſſe certè perpetuò nos cõuenit eorum Pauli verborum, quæ à principio attulimus, Vos ab ſpiritu ſancto gregi Dominico fuiſſe præpoſitos: veſtræ curæ eas oues eſſe cõmiſſas, quas ſuo ſanguine Chriſtus acquiſiuit. De illis igitur adeò nunc ſolicitos vos eſſe oportet, vt parati ſitis fortunas oĩes veſtras & vitam, ſi interſit, pro earum ſalute ac libertate libenter impendere. Quæ cura, ſi pro eo ac debet, defixa in animis veſtris inſideret, admittere haud dubiè nullã illi conſolationem aut remiſſionem poſſent, donec ouium veſtrarum ſaluti rectè proſpectum eſſe videretis. Quis ſcandalizatur, & ego non vror? quis infirmatur, & ego non infirmor? dicebat magnus ille animarum zelator Paulus.

2. Cor. 11.

Ad hunc modũ ſi vos omnes nunc ad hãc ſanctam ſynodum compoſiti accedatis, non equidem dubito, quin Deus optima & ſalutaria conſilia ſit inſpiraturus.

Non eſt neceſſe, in diſcrimen veſtrum nũc offerre vitam, Eſto. At neceſſum eſt certè, vitam nos omnes emendare, vt Dei iram vehementer in nos cõcitatam leniamus: neceſſum eſt diù & multùm nos orare, vt eius miſericordiam cõciliemus. multa etiam alia præter tuum ſanguinẽ neceſſaria ſunt, quæ ſi tu nũc præſtare recuſas, quemadmodũ tandẽ vitam te, ſi interſit, traditurum credemus?

In ea ſanè tẽpora auditores incidimus, vt veri fideles nõ diſtingui & internoſci ab infidelibus nõ facilè poſſint. Nunc demũ veriſſimè Euangelicũ illud impletur in nobis: Qui non eſt mecũ, cõtra me eſt: & qui nõ colligit mecũ, diſpergit. Tepidus exiſtere nemo nũc poteſt. Frigidum te aut calidũ eſſe neceſſe eſt: aut enim pro Chriſto, pro fide, pro religiõe, pro animarum ſalute ſtare in acie debes, aut Chriſto renũciare, & illi cum Satana tãquàm hoſtis & inimicus bellum inferre. Non licet mediam his tẽporibus tenere viam. Nõ fert hoc tam ingẽs & flagrãs hæreſum incẽdium

Matth. 12.

fidelem quempiam dissimulare, multò autẽ minùs vos Ecclesiæ Dei pastores.

A vobis nunc magnus ille gubernator & pastor animarum Christus, vitæ reformationem & orationis assiduitatem in primis exigit. His vos potissimùm armis & hæreticis ad calumniandum aditum intercludere, & simplicẽ populum in officio cõtinere, & dispersas oues ad Dominicũ ouile reuocare potestis. Nemini (inquit diuus Paulus, nos alloquens) demus vllam offensionem, sed exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. 2.Cor.6.

Non estis nescij, quẽadmodùm nos hæretici apud populũ ꝓpetuò traducãt, nos scortatores, nos ambitiosos, nos auaros, nos ignaros & rudes esse, nos ocio semper, luxui & vẽtri seruire, identidèm vociferantur. Superbè quidem illi & insolẽter, negare non possum, cùm se ipsi quotidiè oĩm flagitiorũ dedecore & turpitudine polluant & contaminẽt, ac alijs omnibus magnã vitiorum omnium impunitatem polliceri nõ cessent. Superbè itaq; illi, sed vtinã non nimiũ sæpè verè: nam si vera potiùs hoc loco, quàm plausibilia, dicẽda sint, negare certè non possumus, quin maximam ad nos accusandos occasionẽ sꝑè dederim⁹. Nos ea tela suggessim⁹, quibus acriùs & vehementiùs, quàm vllis alijs, exagitamur. Dicam etiam ampliùs, nos, nos inquam, aduersum Christum arma dedimus, nos eorum aciem instruxim⁹: propter nos catholicæ religionis nomen inter ipsos blasphematur, ꝓpter nos vtiq;, qui cùm bonus odor Christi omnibus esse deberemus, ingens fœtor effecti sumus: propter nos qui magna ex parte extra Ecclesiam flagitiosissimè viuimus, in Ecclesia autem tanta oris & cordis impuritate sacra mysteria attrectamus, tam irreuerenter ad sanctissima Christi sacramenta accedimus: tam nulla adhibita deuotione neq; modestia, Euangelica verba, hymnos & psalmos pronunciamus, atq; alia ecclesiastica munera obimus, vt multorum infirmorum mẽtes & voluntates à Dei cultu & veneratione frequenter alienemus: Ita fit, vt quibus nos armis in primis vti debeamus, ea omnia in diaboli arma aduersus nos conuerterimus. Etenim orationibus nostris & sacrificijs tãtum abest, vt iram Dei in nos incensam restinguamus, vt vehementiùs eam quotidiè commoueamus & inflammemus: Vt ego quidem nõ dubitem, hanc tantam calamitatem, quãtam hodiè vniuersa Respub. Christiana patitur, propter nostra prꝰcipuè peccata esse illi illatã, ac quadrare in nos verissimè, quod apud Hieremiam scriptum legimus: Propter peccata prophetarum & iniquitates sacerdotum compleuit Dominus furorem suum. 4.Cor.6. Thren. 4. Eze.22.

Apud Ezechielem autem Deus, vbi sacerdotum peccata his cõmemorat verbis: Sacerdotes eius contẽpserunt legẽ meã, & polluerunt sanctuaria mea: inter sacrum & prophanum nõ habuerunt distantiã: inter pollutum & mundum non intellexerunt. Sed post hãc criminationem, volens Dominus ostendere, quàm velutì inuitus ad puniendos nos trahatur, & quàm vehemẽter cupiat nostris precibus & vitæ nostræ reformatione flecti atq; placari: contrà verò, quantùm nostra omniũ pertinacia & obstinatione offendatur & irritetur, subijcit: Quꝰsiui virum qui interponeret sepem, & staret oppositus coram me pro terra, & non inueni: & effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ cõsumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi. Ibid.

Timeamus igitur viri Christiani, ne grauiorem adhuc indignationem Deus in nos effundat, nisi celeriter resipiscamus. At ne tandem iræ suæ nos igne consumat, ad ipsum toto animo & studio omni cõuertamur. Fallacia bona & breuì interitura libenter alijs relinquamus. nos certè religionem & pietatem colentes, solida illa & vera atq; æterna bona consectemur, & veterem morũ disciplinam, quoad eius fieri poterit, in nobisipsis instaurare conemur.

Huius autẽ tam diuini boni consequendi hæc vna ratio inueniri potest, si omnem ambitionem & auaritiam cum iniquissima beneficiorum pluralitate, omnem item impudicitiam, oĩm luxum & ebrietatem exterminemus: Si execrabilem & abominandũ concubinatũ funditùs conuellamus: si sacris ministerijs puritatem & sanctitatem, reuerentiam item ac deuotionem restituamus: Si orationi, ieiunio, & eleemosynæ multùm & ex animo nos dedamus: si studia pietatis & veræ sapientiæ ꝥcolamus, erigentes & aperientes scholas multas, atq; in hunc vsum in primis pium & in his temporibus maximè necessarium, de nostris opibus libenter impertiẽtes: Ad extremum si non honestos & spectabiles canones condidisse cõtenti simus, sed eos re ipsa atque opere diligenter præstare & implere studeamus.

At me quidem viri Christiani, optima spes tenet, fore vt breuì in hac prouincia religionem in integrum restitutam videamus. Nam præter voluntatem quam in Christianissimo & potentissimo Cꝰsare solidam ad hanc rem & expressam esse cognoscimus, maximis illã quidem & nũquàm intermorituris laudibus & prꝰconijs commemorandã, in multis certè Germaniæ Ecclesiasticis præsidibus, ac in vobis præsertim optimi antistites, tam ardẽs huius rei desiderium & tam incredibilem voluntatum, studiorum & sententiarum consensionem esse perspicio, vt leniuisse magna ex parte Deus iram suam, & oculos clementiores ad nos adiecisse videatur.

Nam de immortali & propè diuina tua diligentia, clarissime Cardinalis, non patieris te præsente & auscultante, me plura dicere: alioquì non commississem, vt tam rarum, tam insolitum, tam excellens virtutis genus silentio tacitus prꝰterijssem. Gratias age Deo, ꝙ te

te vnum ex pauciss imis esse voluit, qui primi depellẽdi omnem hæresim ex Germania auctores extitistis: primi contra fidei & religionis hostes arma cepistis: primi ꝓ ipsius Ecclesia, fortunas oĩes vestras, vitamq; in apertissimum discrimen & periculum obtulistis. Gratias age Deo, quòd nũc etiam tam acres tibi admoueat stimulos ad hanc sanctam ecclesiasticæ disciplinæ & vitæ reformationẽ, verè & ex ipsius sententia procurandam, & modis omnibus promouẽdam, vt oculi, sensus omnes & cogitationes tuæ, in hanc vnam rem duntaxat, pro eo ac debent, intentæ esse videantur: vt primus esse velis, qui reliquis omnibus, quibus honore gradus & dignitate prꝰcellis, maximũ etiam & illustrissimum in teipso reformationis prꝰbeas exemplar: vt collegium literarum vel solis tuis impensis erigere constitueris, ne studia pietatis & Christianæ doctrinæ, quibus solitudo & exilium in hac prouincia indictum his temporibus esse videtur, penitùs dilabantur. Hæc nimirùm vera tua gloria est, optime Pontifex. Huic (vt magnus ille Orator aiebat) tu inseruias, huic te ostentes oportet, quæ vigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa semper intuebitur æternitas.

Nec verò viri Christiani, quòd tam angustæ & asperæ res nostrorum temporum sint, vt illis minimè occurrere posse videamur, ꝓpterea debilitari aut frangi nos decet. Non enim nostris viribus hæc conficienda sunt, nec illis nos vlla ex parte niti debemus. Hoc vtiquè opus solius DEI & nullius prꝰterea esse potest. quare nos ad ipsius sanctissimum numen, tanquàm ad tutissimam arcem, summa cum fiducia confugiamus: ab eo certissimam opem expectemus, qui nullius spem fallere potest: ipsiusq; solo præsidio confidentes, & reliqua omnia adiumenta inania existimates, audacter cum propheta exclamemus: Dominus illuminatio nostra & salus nostra: quem timebimus? Dominus protector vitæ nostræ: à quo trepidabimus? Nec dubitemus quin exauditurus sit nos maximus ille cõseruator & parẽs salutis nostræ, cuius summum in secula seculorum, & in omnem æternitatẽ durat imperium. Amen. Dixi. Psalm.26.

DE VRBE TREVIRENSI LONGÈ antiquissima, atq; olim celeberrima & potentissima, in qua sequens synodus habita est, ita scribit Ausonius:

Armipotens dudum celebrari Gallia gessit,
Treuericæq; vrbis solium, quæ proxima Rheno,
Pacis vt in medio gremio secura quiescat,
Imperijq; viros, quod alit, quod vestit & armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem:
Largus tranquillo prolabitur amne Mosella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

Hæc ille.

Frequens est apud Cæsarem in commentarijs huius ciuitatis mentio.

ACTA ET DECRETA

SYNODI DIOECESANAE TREVEREN. PRAESIDENTE REuerendissimo in Christo patre, & amplissimo Principe ac Domino, domino Ioanne Archiepiscopo Treuereñ, sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Arelatense Archicancellario, ac Principe Electore &c. celebratæ vigesima quinta Nouembris, Anno M.D.XLVIII.

MANDATVM CONVOCATIONIS.

IOANNES Dei gratia sanctæ Treuereñ Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani imperij per Galliam & regnũ Arelatẽ Archicãcellarius, ac princeps Elector, Vniuersis & singulis Cathedralis nostræ, & Collegiatarum Parochialium q; Ecclesiarum, Abbatibus, Prioribus, Prꝰpositis, Decanis, tum Ruralibus diuinorum Rectoribus, curatis ac non curatis, alijsq; Ecclesiasticis personis, Ciuitatis & Diœcesis nostræ Treuereñ quibuscunque coniunctim aut singulatim, qui nostræ synodo Episcopali, de Iure aut cõsuetudine interesse cõsueuerunt & tenentur, Salutem in Domino sempiternam.

Neminem vestrũm latére volumus, quòd Clementissimus & inuictissimus Princeps & Dominus noster Carolus quintus Romanorum Imperator semper Augustus, publicę pacis & tranquillitatis vindex, Comitijs hisce superioribus Augustæ celebratis, oĩem animi consilijq; rationem in id cõtulerit, vt pro admirabili sua prudentia simul & suscepto cælitùs ecclesiam tuendi catholicam officio, rebus iam in extremum periculum abductis, ac religioni propè vniuersæ improborum licentia obliteratæ, opem ferret, eamque quoquo modo posset, diuina adspirãte gratia, in tutum trãquillitatis portum, de medijs procellarum, turbinumque fluctibus reduceret. Itaq; hac tam iusta ac necessaria ratiõe com-

motus, nimirùm quo celeriorib⁹ cõsilijs rebus lapsis succurreret, idoneaque magis via subuenire posset, tantamq; ac tam pestilentẽ hæreticarum contentionum inundationem reprimeret, reuocata redditaq; inclytæ Germanicæ nationi pristina auitaq; luce & pace, à catholicis imperij membris, præter alia de religionis forma, à sua maiestate disertè declarata, clementer monendo postulauit, ne qd ab obseruatis hactenùs in vniuersali Dei ecclesia ritibus, sanctisque obseruationibus quisquã digrederet: Immò, vt cùm nosipsos in primis inculpatos, circa religionis normã exhiberemus, tum etiam nostræ fidei cõmissos, in diuina disciplina ita moderaremur, vt omni diligentia cautum accurateque prouisum videretur, ne alicundè insolẽs quid aut alienum à vetustis Ecclesiæ catholicæ ritibus irreperet, aut intromitti pateremur, sed immobiles potiùs, tanquàm ad scopulum tabula aliqua naufragio eiecti, ita ad relictã à maioribus religionem, vsque ad generalis Concilij definitionem, adhereremus. Quod quidem fieri posse illius Maiestas existimauit, si ecclesiarum mores, vitaq; ratio ad meliorem sanctioremq; formam reuocarẽtur. Huic igitur tam piè monẽti, perindè atq; diuino oraculo omes catholici, Imperijq; Principes, ac status, vt par erat, lubenter paruerunt, & pro se quisque simul atquè ad suos redisset, curaturum recepit. Et ne foret cuiquam necessarium, qualisnã esset reformandi processus modusq; assumendus, longũ cogitandi tempus impẽdere, sacra illius Maiestas sibi haud quaquàm graue duxit formã nobis proponere, adamussim consentaneam scripturis & cælitùs inspiratis canonibus, quam de sacrorum Voluminũ penu, piorum literatissimorumque hominum industria, deprompserat: Qua quidem admoniti singuli, quid apud suos facto opus esset, ad restaurandum Ecclesiæ integritatem, non difficulter neque obscurè perspicerent. Hanc igitur nos protinùs, vt à Comitijs vobis redditi sumus, cõuocato Clero nostro, superioris nostrę Diœcesis Trevereñ, in Cathedrali Ecclesia: inferioris verò, in Confluentina arce, Reformationis formulam, iuxta Cæsaris mandatũ publicari & prælegi omnibus vobis curauimus: ac nunc de integro etiam à vobis exigimus, monentes & obsecrantes, aut etiam virtute sanctæ obedientiæ, & authoritate nostra præcipientes, ne quisquã vestrûm à declarata Cæsareæ Maiestatis Formula, institutionisq; Ecclesiasticæ, & à maioribus nostris cõseruatæ disciplinæ, vel in Cathedrali, aut secundarijs parochialibusq; Ecclesijs, Monasterijs, sacellis, oratorijs, aut vllis locis religioni dicatis, discedat, aut alienũ aliquid in solitúmve agat, vel obstrepere præsumat, sed ea omnia qualia sunt, summo studio & animo cõplectatur, obseruet, & constanter re ipsa & opere, psequatur.

Deindè quoque eadem authoritate requirimus, vt ad synodum nostram episcopalem, in qua executionis edictum cõcludetur, die cõstituto, in ecclesia nostra Metropolitana, cæteris postpositis rebus omnibus, propensis animis conueniatis, quô possimus in commune consulere, ac dispicere ea omnia, quæ extirpandis erroribus erunt necessaria, & ad rectam diuinorum officiorum administrationem conducibilia. Inquisituri ptereà, quod etiam communis salus maximoperè postulat, quid ad morũ ornamenta, splendoremq; conferat, quid vitam emendet, ac nos deniq; extra maleuolorum reprehensionem ponat. Quas quidem commoditates ac officiorum certissima adiumenta suppeditabit, cùm recti cupidus in synodum allatus animus, tum ipsa norma & obseruatio veterũ Canonum diuinorumq; scriptorum, quæ sacro spiritus afflatu, quasi indice viam ostendẽt. Ac ne qs dicat, sibi de huius nostræ synodi, deq; reformationis intimatione certi nihil constitisse, taliq; prætextu effugere se speret: Ideo in omnem Ecclesiæ nostræ regionem & agrum tot Reformationis exempla spargi curauimus, vt omnibus vobis à maximo ad minimum sufficere credamus. Quamobrem ad vnum omnes ratione officij nostri appellamus, & paterna charitate adhortamur, obsecramus & monemus, vt cùm hanc religionis disciplinam diuinitùs Cæsari inspiratam nacti sitis, operam detis, neruosq; omes huc intendatis, vt illi per vos respondeatur, eiusq; tanquàm fideles ministri in omnibus & singulis articulis curam summã habuisse videamini: neq; impunitum erit ea quæ hîc iubentur, non præstare, aut ad illius præscriptum non explodere in totũ, quicquid iam diu sęuientibus dissensionum tempestatibus à Catholica ecclesia alienum, sanctoq; gregi noxium, atq; huic reformationi contrarium fuerit inuectum. Si verò quisquã obtemperare noluerit, aut obstiterit, quo minùs hęc Reformatio in opus, pducatur, eius in futura synodo indicia faciatis: vt aut nostra in talẽ authoritas iuxta Canonum censuram animaduertat, aut ad Cæsareã Maiestatem, vti iniunctum est omnibus. de huiusmodi pertinacia relatio fiat. Quamobrem vnumquenque magno ac securo animo ad promulgandum reformatiõis doctrinam procedere iubemus, quia certus modò luculentę veritatis scopus à Cæsare erectus est. Ad cuius conspectũ, nulla vi aut potestate territi, vnà cum illis, quorum curã geritis, conniti debetis. Et hoc modo ad constitutũ diem in synodo idonei cõpareatis: in qua sanè, nos vnà cũ vobis, iuxta promulgationem harum literarum, ad reformationis executionem erimus intenti, digna videlicet excessibus istis, qui cõtra reformationem cõmissi sunt, & contumacibus remedia adhibituri. Porrò in fidem & testimonium pręmissorum, pręsentes nostras literas sigillo nostro subimpresso fecimus cõmuniri.

Datum

Datum ex oppido nostro Vuitlich, die 30. Octobris, Anno 1548.

Cùm itaque dies venisset, qui à Reuerendissimo patre ac Domino, D. Ioanne Archiepiscopo Treuereñ Principe Electore, indictus erat ad celebrãdam Synodum, comparuerunt Nobiles & Reuerendi patres, ac dñi Archidiaconi, Abbates, Præpositi, Prelati, Archipresbyteri, Decani, cæteriq́ue vocati, qui omnes simul in Basilicam maiorẽ Treuerensem, pcesserunt, & inuocato ante omnia spũs sancti auxilio, & officio diuino peracto, Vicarius Reuerendissimi in Pontificalibus, Nicolaus episcopus Azoteñ, toti ordini Ecclesiastico pśenti soleniter benedixit, & ad Deum preces direxit: quibus trãsactis, in medium chori progressus, pśentes in synodo pia & erudita oratione hortatus est, vt omnem operam suam in salutarem Ecclesiæ Treuereñ Reformationem conferre dignentur.

Post hunc doctor Pelargus prodijt, qui in eandẽ sententiã Reuerẽdos Patres in synodo cõgregatos, copiosa oratiõe cohortatus est.

¶Oratio D. Pelargi Doctoris Theologi, in Synodo Treuereñ habita.

AEgrè quidem, sad tamen passus sum, in hoc tam celebri patrũ consessu dicendi prouinciam mihi mãdari, quòd publicam authoritatem (quæ eam necessitatem imposuit) detrectare integrum non fuerit, etiamsi rerum hac ratione tractãdarum, magnitudo & difficultas propemodùm deterreat ab officio. Proindè cùm hanc tam ancipitem prouinciam, & gratificandi studio, & recusandi pudore susceptam, vlteriùs deprecari non liceat, & tamen vestræ expectationi respondere nequeam, (non enim qualiscunq;, sed grauis equidem pro grauitate exigitur oratio) precium operæ me facturum existimo, si liberandæ fidei meæ, flexanimum illum spiritum cælis deuocauero, qui mentes nostras luminis sui radijs coruscet, oratiõi vim & energiam suppeditet: deniq; in amorem eorum, ad quæ vos in hoc Synodali consessu cohortaturus sum, corda vestra excitet, extimulet, rapiat, accendat, inflammet, & incalescere faciat: quod vt facere dignetur, vos quoque flagrantibus votis ab ipso contendere cõuenit.

Porrò, nõ stat sententia, hac oratione operam sumere colligendis, celebrãdisq; virtutum vestrarum laudibus, quod & dignitatibus, & meritis vestris fortè conueniet. Certæ causæ, inquam, tota ferè hac nostra oratio incumbit: magis exhortatio cõgruit, tametsi permulta sunt, fateor, quare gratulationem sanè & laudem merẽtur, cur hoc vnum commemorâsse satis habeo, quòd in hoc odiosissimo tumultu, ac formidanda renouatione, variè tentati & pulsati, nulla ratione aut persuasione passi estis, in deditionem hostium, proditorumque Ecclesiæ & fidei vos redigi, sed in castris Christi, firmi, immoti, inuicti & ipsi constitistis, & fidei vestræ concreditos, etiam eos qui fortè vacillantes, ac propemodùm persuasi, iam defecturi videbantur in apostasian & hæresim, in fide & officio continuistis. Quod si laude dignum est, à desertoribus ac profugis in totum abstinuisse, nullamq; vnquàm cum ipsis habuisse consuetudinem: si virtus est, & vitam illorũ & dogmata odisse ex animo: quibus vos laudib⁹ ferendos esse sentiam, qui nõ modò non ad hæreticorum castra defeceritis, verumetiam pro defendenda Ecclesiæ dignitate, & fortunarum & capitis quoq; periculum fortiter neglexeritis, dum scilicet superioribus aliquot annis iuratus hostis p Treuericos agros grassatus, & religionem labefactare, & fidem etiam vestram expugnare, nefandis ausibus sibi sumpsit? Verùm enimuerò, cùm ego vestram hanc in fide constantiam, obfirmatam pertinaciam, ac singularem animi fortitudinem vobis congratulor, laudo quidem vos, sed in transcursu, & tanquàm aliud agẽs, hoc nimirùm, vt magis magisq; vos incitẽ & cohorter ad istiusmodi virtutum studia: haud ignarus eius sententiæ, quam externæ sapiẽtiæ author quidem extulit, Virtutem laudatam crescere, gloriamq; immẽsum calcar habere. Mactè igitur hac cõstantiæ virtute este viri patres ac dñi, & ad quod Paulus quoque cohortatur: Vigilate, ac state in fide, quã gratia dei assecuti estis, per quam & salutem vos consequuturos esse speratis, neq; ab ea vlla hæreticorum persuasione diuelli vos patiamini. Hoc enim pacto perpetuam & nunquã intermorituram nominis vestri memoriam comparabitis. Immò verò partã iam comparatamq;, tam insigni pclaroq; facinore, etiã atque etiam confirmabitis. 1. Cor. 16.

Est verò aliud, viri patres ac dñi, quod in vobis desiderem, quod vnum moneo, hortor, oro, obsecro, omni deniquè studio à vobis contendo ac flagito: Quamobrem peto, vt pro humanitate vestra, & admonentem & obtestãtem me, æquis benignisq; animis audiatis. Rem nanque iustam, honestam, & reipublicæ quàm maximè profuturam, oratum vos huc venio: nisi fortè nõ sit iustum & vtile, instaurare bonarum sacrarumque literarum studia, aut non ex honesto publicam Ecclesiæ lustrare disciplinam, aut fortè est aliud Christianæ reipublicæ magis necessarium & vtile. Quòd si æquum & bonũ me postulare iam intelligitis, impetrem obsecro. Ideò eñ ea de re, etiam atque etiam admonendos atque obtestandos vos esse duxi, quòd hunc vnum coactæ synodi scopum ac finem esse videam, ni fallar, vt & obliterata diu res literaria restituaẽ, ac repurgetur disciplina status Ecclesiastici: quod vt fiat, luculẽta necessitas vos monet vrgetque.

Vt enim neglectis agris filix noxiumq; id genus germen innascitur, ita neglectis scholis, ingenij inquam & animi cultura, immane dictu, quãta, quamq; venenata errorum, hæ-

resum, scandalorum, offensionumq; zizania susq; deque in agro Dominico suppullulét, non sine incredibili Ecclesię malo & incommodo. quantis em̃ bone Iesu tenebris, quàm horrẽda caligine obruta & obducta videm⁹ propemodùm om̃ia? Quis non deploret studiorum puritatem, à multis iam indè annis, nedum neglectam, etiam contaminatam, labefactatã, cõdensatisq; tenebris obumbratam? artes, philosophiã, diuinasq; literas non satìs pro dignitate tractatas, quæ rectiùs ttactatæ, multùm profectò attulissent luminis, pl⁹ religiosæ minimeq; fucatæ pietatis? quid dissimulamus? quin, quod omnium verissimum, fatemur? an non, collapsis ac propè extinctis scholis, magnũ vulnus Christiana accepit respublica? Quid ita, inquis? dicam in genere, si quidem libera est synodus: In schołis docentur bonæ literæ & artes, quas Græci ἐλεύτριασ vocant, nos liberales. Literarum studia ad Philosophiam, tum naturalẽ, tum moralem, viam sternunt. Porrò vt rerum naturæ cognitio viam munit ad professiõem medicam, ita morum disciplinę non parùm adminiculantur & Theologiæ, & iurisprudentiæ: ex qua nimirùm ius, siue sacrum, siue ꝓphanum, ortum esse existimãt. Quis iam non videt, quantùm fructus ex scholarum seminarijs ad rempub. redijt, siue ad bonam corporum habitudinem, constitutionem q; instaurandam, alendam, & confirmandam, siue respublicas rectè & ordine gerendas & administrandas, siue ad vitam piè ac religiosè instituendam & componendam? Contrà neglectis literarum & Philosophiæ studijs, qualis, amabô, possit esse doctrina in templis? quid sani iudicij? quid opis apud medicos? qd consilij aut patrocinij apud eos qui iuris ꝓfitentur peritiam? Verum esse quod dico, res ipsa clamat, & rerum euentus confirmat. Nusq; fere non desiderãtur artium, honorationumq; facultatum professores. In republica quidem experti medici, prudentes Iureconsulti: in cathedra & publico suggestu, eximij & cãdidè docti Theologi: in templis, Pastores: in schołis, ꝓbè instructi & eruditi ꝓceptores. Vndè q̃so? Neglectæ sunt scholæ, à quibus complures annos exulârũt cùm liberalia studia, tum verò sanctissima illa, amplissimaque diuinarum literarum disciplina: recepta est in schołas, & aliquandiu obtinuit spinosa, senticosa, frigida, ieiuna, ac nimìs quàm infelix illatum Philosophiæ, tum Theologiæ tractatio, eis nimirùm in vtramuis aurem dormientibus, altumq; stertentibus, quorum aduigilare aut inspicere intererat. Animaduersum est tãdèm, Romanorũ Imperatori Domino nostro clementissimo, nescio quibus suggerentibus, eum studiorum antiquę religionis neglectum, principem causam esse, quãobrem tot hodiè malis premitur, angitur, & affligitur Ecclesia ab hæreticis: nec surdo narrata est fabula. simul enim vt resciuit rem ita habere, simul neruos oẽs intendit, strenuamq; nauauit operã, vt postliminio ad nos redeant honesta & literarum & pietatis studia. Certè non poterat melioribus consilijs ac rationibus succursum esse afflictis ac penè deploratis rebus ecclesię, quàm instauratione publicorum studiorum, & reformatione collapsi status Ecclesiastici. Atque vtinàm ego synceram, ardentem, rectiq; ac pietatis amantem illius animũ, tam dignè possim vobis oratione commendare, quàm nunquàm satìs pro dignitate potest celebrari. Felicib⁹ illius cœptis agedũ viri, Patres, ac domini, fauete oẽs, non vtroque modò (quod aiunt) pollice, sed toto quoque, apertoq; pectore. Sed ad rem. Hoc fateamur omnes oportet, nulla re æquè opus esse ecclesiæ, in has quas videmus angustias contractæ, à liberaliori eruditiõe, qua suffragãte, suppetias q; ferẽte, facilè & libertatẽ suã & priorẽ dignitatis ac glorię splẽdorẽ amplitudinem q; vindicauerit. Quę causa, si non est & alia, vel sola hortari & excitare nos debet, vt summa animorum contentiõe, liberalia expetamus & reuocemus literarum studia: quos vtinàm ea res oms ex æquo haberet solicitos. Vereor enim, vt ea cura tanto minùs tangat aliquos, quanto magìs studient rebus & à literis & à religione alienis: Venationibus, inquam, aucupijs, aleæ, ventri deniq; ac Veneri, vt nihil aliud dicam. Hi hoc duriùs obiurgandi sunt, quòd cùm plerique ipsi impẽdiò indocti ac barbari sunt, culpandæ deniq; ignorantiæ tenebris infuscati, oppressa, extincta, ac deleta cupiunt etiam sacrarum literarum studia: sperantes hac ratione, suam quoque inscitiam faciliùs latére posse, satìs esse rati, si nomẽ ac dignitatem suam tueãtur ociosis titulis. Habetis priorem orationis partem.

Venio nunc ad religionis ac disciplinę Ecclesiæ repurgationem. q̃ verò cupiam veræ, synceræ, minimeq; superstitiosę religiõis formam & imaginem, non iam literis in tabulis aut membranis deformatam circunferri, verùm cordibus vestris inscriptam, impressam, pietatis q; operibus expressam, exhiberi spectandam cæteris, ex qua alij viua virtutum simulacra exprimant, ad quam item vitam suam exigant, quamq; imitẽtur. Quemadmodùm enim permagni refert, rectè secús ve discipulos præceptor doceat, ita plurimùm interest, benè an malè viuat, qui vitæ aliorum fingendæ ac formandę suscepit prouinciam. Ita enim siue natura, siue moribus comparatum est, vt nõ tam facilè verba eius, cui se totum quis credit, quàm facta æmulari contendat. Quo fit, vt si ij qui ꝓsunt, perperàm agãt. fiãt ipsis subditi quàm simillimi, vt nihil hoc Gregoriano verbo veri⁹ sit, quo ait: Gregem consequenter ferri in præceps, si per præruptа vitiorum gradiatur Pastor. quale aũt est, obsecro, si ij, quorũ refert, errantes & delinquentes corrigere, obiurgare, coercere, neq; omninò continere in officio, sint ipsi omnium corruptissimi moribus? Qua etiam fronte, qua libertate alios repræhẽdent, si ijsdem aut grauioribꝰ fortè vitijs sunt ipsi obnoxij? Quisque secum ipse reputet, quanto pudore sui nominis delinquant subditi, dũ ad ipsius exemplum alius ludat aleam, alius ebrietati ac crapulæ est deditus, alius fœdis voluptatibus dat operam, alij alia pro sua quisq; libidine designant. Meminerit proindè quisque vocatiõis suæ, & hoc esse studeat quod dicitur, quodq; audit: Posuit vos Deus in ecclesiam, alios Epos, alios Doctores, alios Euangelistas seu ꝓdicatores, alios Pastores & dispẽsatores mysterij verbi, dispẽsatores multiformis gr̃æ Dei. Magnifici tituli, & quos blãdè cõpellati, facilè agnoscitis. atq; vtinà verè agnoscatis omnes. Hi enim nõ tam dignitatis quàm officij vestri vos admonent, si sapitis. an verò sus q; deq; habetis, sedere ad ecclesiarũ gubernacula, regere ac pascere gregem Christi, quem tanti ipse fecit, vt ei redimendo sanguinem & sudauerit & fuderit, si non etiam sanguine fleuerit? Quòd si magni hæc vobis sunt, quin (amabô) probè, vt cõuenit, respõdere curetis vocationum vestrarum titulis? Hem Pelarge, dicet aliquis, extra chorum saltas. Minimè gẽtium, cohortator sum, non obiurgator: siquidem rogo, hortor, moneo, idq; amãter, quisq; vt suo fungatur munere, & clauũ rectum (quod dicitur) teneat. Quòd si me inhortantem ęgrè fortè auditis, Petrum quæso audito etiam obsecrantem, & ampliſſimis præmijs inuitãtem, vt commissum gregem, exemplo etiam, nedum verbo pascatis. Recito verba Põtificis: Presbyteros vos ipse quoque presbyter, obsecro: pascite qui in vobis est, gregem Christi, curam illius habẽtes non coacti, sed volentes: non turpis lucri gratia, sed propenso animo: neque ceu dominium exercentes aduersus clerum, sed sic vt sitis exemplaria gregis: & cùm apparuerit Princeps pastorũ, ꝓcipietis immarcescibilem æternæ gloriæ coronã. Certè vel hinc colliquescit, non satìs esse commodo pastori ad populũ è suggestu agere, nisi & vita seu conuersatione studeat aliorũ animis certam morum formam imprimere: idq; non necessitate, aut religione officij, neq; quæstus gratia, sed paterno synceroque affectu.

Porrò, vt Petrus Ecclesiarum prędes, typos seu formas factos esse dicit gregis dominici, ita eosdem ipse seruator salem terrę esse dicit, lucemq; mundi, opinor, vt non vno tãtùm noíe, de officio suo illos cõmonefaciat.

Verùm cùm hoc non solùm Apostolis dictum sit, sed oms quorum interest, iusto clauo designatas gubernare Ecclesias: vestræ quoq; curę ac laboris erit, sana doctrina, salsa ac mordaci reprehensione, honestæ etiam vitę exemplis, luxos animos, velut sale perfricare, vrere, & restringere, ne in vitiorum putredinem diffluant, perpetuosq; vermes spargant. Sic item ignorãtiæ errorumq; tenebris offusas infuscatasq; hominũ illustrare mentes, vt & ipsi eadem luce potiantur in Dei gloriam. Inde em̃ Saluator postq̃ dixit, non esse ex more hoím, vt accensam lucernam subtus modium ponant, sed super candelabrum, vt luceat oms in domo existentibus, continẽter subiunxit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opa vestra bona, glorificent patrem vestrum cælestem.

Si his qui in Christianissimo vix tertias tenent, Apostolus præcipit, vt vita, conuersatione ac moribus, ceu luminaria in edito posita luceant in medio nationis prauæ ac peruersæ, si quem fortè è tenebris in lucem vindicent: quid non his qui primas tenent in Ecclesijs, faciẽdum est, in veritatis lucem reuocandis errantibus? Hæc em̃ qui sedulò ꝓstant & candidè, magnum profectò merẽtur operæprecium. nam & Daniel vaticinatur eos q̃ & docti ipsi fuerint, & alios ad iustitiam finxerint, ceu splendorem firmamenti, & quasi stellas perpetuò æternum q; fulsuros. Et ipse seruator, eum verò magnum vocatum iri ait in regno cælorum, qui iustitiæ præcepta, & ipse fecerit, & alios edocuerit. Contrà, eum minimũ fore in regno, qui vel vnum ex minimis etiam mandatis soluerit, aut soluendũ esse docuerit. Nihil verò minùs conuenit, q̃ vel sal fatuum fieri ac desipere, vel lucem tenebrosam esse. Quorũ hoc quidẽ tum denique fit, cùm ij, quorum est sapientiam in alios transfundere, & quasi de suo lumine, lumen in aliorum mentibus accẽdere, perniciosè & ipsi errant, & alios in errorẽ adducũt. Illud autem tunc fit, cùm ij quorum refert, sermone gratia salito, probatæq; vitæ exemplo aliorum condire mores, luxosq; solidare animos, aut nõ solidè docent, sed stulti ipsi cùm sint, fatua (vt Esaias ait) loquuntur, aut non ita vt loquuntur, viuunt. quo fit, vt doctrina illorum desipiat, adeoque conculcetur, despiciatur, reijciaturq; ab hominibus, vt hîc quoque locum habeat Gregorianum illud: Cuius vita despicitur, restat vt eius ꝓdicatio contemnatur. Prius illud Doctorum ac Pastorum genus Ieremias subindè taxat, in prophetis mendacia loquentibus, quibus nihil vanius esse possit aut tenebrosius. Posterius verò ipse seruator in pharisæis notat, aut mandata hominum docẽtibus, aut alios, vt ad præscriptum Mosaicæ legis viuerent, vr gentibus, cùm diuersum ipsi facerent. Qua qdem re qd, amabô, cogitari possit stultius? dicunt, inquit, & non faciunt. imponunt humeris hominũ onera grauia, & portatu difficilia, quę tamen ipsa ne digitulo quidem vel mouere volunt. His non melioris notæ sunt, qui hac nostra quoque ætate aliud foris docent, aliud ipsi domi agunt.

Prædicant Christum in deserto ieiunantem, viuunt Epicurum splẽdidè in hortis cœnantem: alijs ieiunia commendant, ipsi Bacchanalia

1.Pet.5.

Matth.5.

Matth.5.

Matt.5.

Dani.12.

Matth.5.

Esa.32.

Hiere.14.

Matt.15.

Matt.23.

chanalia viuunt. Tales Apoſtolus graphicè ſuis coloribus alibi exprimit atque obiurgat duriùs. Vt ſciens interim ac prudens pręteream obiurgatricem illam expoſtulationẽ, qua
Pſal.49. in Pſalmis cuidam dicitur: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum? Sed his valere iuſſis, ad figuram orationis redeam: & quantũ poſſum, vos oẽs venerãdi Patres ac dñi hortor, moneo, rogo, & obteſtor: Agedũ fauete rectioribꝰ ſtudijs, eaq́ue poſtliminio redeuntia obuijs (quod aiũt) vlnis excipite, iuuate, hisq́; inſtaurãdis totũ adijcite animum. Huc ſtudium, curam, cogitationes, conſilia, operam, conatum, authoritatem omnem, deniquè & fortunas veſtras, quantùm res fert, conferte.

Quòd ſi quid fortè & in religionis ſtudio neglectũ eſt, curet pro ſe quiſq; emẽdatioris vitæ vſura ſarcire, aut anteacti temporis negligẽtiam compenſare. Facietis autem oĩnò, niſi fortè ſi quis eſt, qui nullam vel communis reipub. Chriſtianæ, vel dignitatis Eccleſiaſticæ, vel propriæ ſalutis rationem habendam eſſe putet. quod mihi quidem de vobis dicere religio ſit.

Attamen cogitet quiſq; in eadẽ, quod dicitur, naui nos oẽs eſſe, cõmune eſſe periculum: nondùm enim proh dij immortales, ex tantis malis emerſimus. Iactatur adhuc fluctibus ventisq́ue concutitur Petri nauicula. Quare ſedulò aduigilãdum. Cum primis verò orandus eſt Chriſtus, vt ventos ipſe increpet, procellis imperet, hanc rerum tempeſtatem in tranquillitatem vertat, ac fluctuãtem nauiculam in portũ vindicet: Eccleſiam honeſtis literarum, tum verò religionis ſtudijs, præcipuis vtiquè vitæ ornamentis, exornet, foueat, alat, conſeruet ac tueatur ad laudem & gloriam nominis ſui ſancti, & in ſecula benedicti, Amen.

Poſtquàm igit doctor Pelargns orandi finem feciſſet, celebri atq; decenti proceſſiõe, ex maioris Eccleſiæ choro, ad vicinum adeoq́ue cõtiguum beatæ virginis templum itũ eſt: in quo cùm ordine Patres conſediſſent, Reuerendiſſimus Treuereñ dominus, ſequẽti verborum forma per eundem ſuum Vicarium omnes compellari iuſſit.

¶Summaria tractandarum rerum propoſitio.

TAmetſi Reuerendi, Generoſi, Nobiles, alijq́; Patres venerabiles in Chriſto chariſſimi, Reuerendiſſimus dñs noſter, ob veſtrum omnium conſpectum, atq; parẽdi alacritatem, qui vt membra capiti morigera, ad præſentem Synodũ libenter quoq; adeſtis, plurimùm ſibi gratuletur: tamẽ quia corporum repræſentatione tantùm, atq; perſonarum intuitu, animorum abdita haud quaq̃ pateſcunt, idcircò in primis ad huius negocij tractationem, quomodò in manibus eſt, plurimũ referre exiſtimauit ſua Paternitas, ſi pia atq; libera, claraq́ue confeſſione fatea-

mini: vtrùm vos non modò æquo animo laturi ſitis, illius Reuerendiſſimã Paternitatẽ, veſtris moribus, ſi quos veſtra parũ dignos vocatione fortè perſpexerit, iuxta reformationis normam, ac pium eius in vos oẽs affectum conſulere volentem: verùm etiam eum animũ mentemq́; huc intuleritis, vt perſuaſum vobis ſit, hanc cauſam, de qua in præſentiarũ agitur, ex æquo oĩbus eſſe cõmunem. ſiq̃dem omnes deliquimus, culpamq́; admiſimus, cur pauloantè acta ætate, immenſam malorum colluuiem, in noſtras oĩum ceruices vidimus cõſtillâſſe, quam dei benignitas aliò deriuabit, reddita nobis ampla tranquilliùs viuendi reſpiratione. Quamobrem ſi omnes affecti eſtis, vt quidem eſſe debetis, vt cum Reuerẽdiſſima illius Paternitate, erecto in religionẽ animo, ſiue collatis (vt aiũt) ſignis, ſeu priuata quiſque vi atque virtute, iuxta officium ſibi cõmiſſum, in primis contra hæreticos atque prauas illorum doctrinas, vobis bellum ſuſcipiendum eſſe putetis. Deindè ſi de proprijs moribus turpitudinẽ, ſi ſunt infecti, tollendam, ſi ruptam Eccleſiæ vnionem reſarciendam, integramq́ue tutandam vobis exiſtimabitis, ſi deniquè oĩum rerum agendarum ordinem inſtruendi ſubditos veſtros rationem habendam ſtatuendamq́;, tũ ex reformationis forma, tũ ex ꝑdictis ſynodi decretis, firmiter indubitanterq́; animũ induxiſtis, idq́ue alta voce prædicaueritis, iam opportunum Reuerendiſſima illius Paternitas iudicat, ad reliqua, quæ ex vſu erunt præſenti ſynodo, tranſire, eaq́ue quàm poterit maximo cum fructu abſoluere.

His auditis, hilari & læto vultu Patres reſponderunt, ſibi nihil eſſe prius aut magis in votis, quàm iſta omnia quæ in reformatione continentur, tum ea quæ per Synodum oĩm ſuffragijs forent decernenda, verbo & opere exequi, atque, ſi vel vitæ periculum obſtet, etiam præſtare.

Poſtquàm aũt hanc Patrum cæterorumq́; expectatam iuxtà & piam reſponſionem Reuerendiſſimus gratioſè accepiſſet, collaudari primùm per Vicarium ſuum, deindè gratias Patribus agi & cæteris omnibus iuſſit, eõ quòd & promptè denunciationi paruiſſent, & res ſerias, ſanctas ac ſalutares, non vt bona mortalium pars per ignorantiam reijcerent, ſed obuijs vlnis ac toto pectore in vniuerſum reciperent atque complecterentur.

Adiecit etiam Suffraganeus, non ſine diuina benignitate factum eſſe credi oportere, quòd poſt tot præclariſſimarum regionum concuſſiones, poſt tantas templorum ædiumq́ue inſigniũ, atque monaſteriorum ruinas, quibus ciuitatum prouinciarumq́ue ornamenta & decus continentur, poſt tot religionis miſerandas ſtrages, Treuerenſis Eccleſia bonorum precibus & ſanctimonia, Patrum cura, paſtorum excubijs, veterem & ab Apoſtolis penè traditam formam ad hæc vſque

vſque tempora inuiolabiliter retinuiſſet. Quam rem acceptam ferre hortabatur diuinæ miſericordiæ, quæ in maxima Prophetarum inopia, cùm vnus tantùm ſupereſſe videretur, ſibi ſeptem millia virorum cultorum reſeruauerat, qui genua ad idolũ Baal
3.Reg.19. non flexerant. Itaque poſtquàm Dei fauorem, gratiam, atque clementiam iugiter implorandum admoniſſet, atque iam omnia quæ ad Decretorum rogationem, patrumq́; ſuffragia colligenda pertinerent, contuliſſet, placuit Reuerendiſſimo, vt iterùm à prandio conueniretur, atque à Patribus Decreta de publicis criminibus relegerentur, lectaque ac diligenti cura examinata, poſtero die ad vniuerſum Synodi conſeſſum referrentur, ac Patrum atteſtatione recepta in Synodo, ab illius Paternitatis Suffraganeo in Metropolitanæ Eccleſiæ choro publicarentur, & poſtremùm huius Synodi actis inſererentur. Quod quidem iuxta Archiepiſcopi noſtri ſententiam factũ eſt. Hîc Reuerendiſſimus dominus attendens, quòd à capite, vt eo faciliùs ad mẽbra deueniatur, omnis emendatio vitæ ſit inchoãda, ſe humiliter ſubmittit reformationi, oratione vt ſequitur:

Cùm animo reputaret, non ſatìs eſſe rectè viuendi formam alijs præſcribere, niſi ille ipſe qui leges dictaret, ſuſ̃ipſius parẽ vel maiorem etiam rationẽ habuiſſe videretur: & quia omni vitio carere angelicum magìs quàm humanũ arbitrabatur, & alios quoq; in alienis peccatis vel oculatiores eſſe vel ſeueriores iudices, tum nos etiam indulgentia, qua noſtra extenuamus, plerunq; impediri: ideò reuerendiſſima eius gratia, haud quaquam committendum ſibi putat, ne, dũ aliorum moribus opportuna conſuluiſſet, ipſe ſibi in proprijs tollendis erroribus videretur defuiſſe. Quare vnumquenq;, qui huic celebri Synodo aliquid cõſilio & prudentia attulerũt, per fraternam charitatem obſecrare ſtatuit, immò & nunc obteſtatur, vt libertate in ſe monendi vtantur, & candidè vitium, ſi quod fortaſſis humano errore ad Archiepiſcopatus faſtigium ab ipſius gratia ſit allatum, aut maiorum conſuetudine traditum, in apertum proferant, quò ſalutari ſubindicatione reſecetur, aut opportuna ratione retexatur. Nam eo prorſus affectu ſuam Paternitatem ad publicam Synodum deſcẽdiſſe nõ dubitarent, vt nihilo ſegniùs propriæ ſalutis, cuius cura maximoperè ageretur, quàm illorum qui noxijs erroribus bonorum oculos perſtringerent, rationem cõſiliumq́; eſſet habiturus. Ita demùm fieri poſſe ratus, vt capite repurgato, membra faciliùs ad ſanitatẽ reſtaurenẽ. Deindè quoq; vniuerſi, probi exemplo præſidis excitati, ſeipſos excuterent, & quod à Cęſaris, immò ipſorum veterũ, totiès recuſis Reformationibus diffidens, peregrinum atq; abſonum in ſe quiſque deprehendiſſet, non expectata vlteriùs exequutionis medela, ipſam turpitudinem abominatus, aut Diuino deniq; iudicio permotus, cupidè repudiaret. Quãobrem ſi quid per incuriam aut ſocordiam fuiſſet omiſſum, ſi quid publicæ vtilitatis, priuati commodi gratia occultatum, ſi quid illicitis exactionibus à ſubditis, qui propria vita ſunt illius gratiæ chariores, eſſet extortum, ſi pupilli, viduę & innocẽtes, ab officialibus vtriuſque conditionis, per vim oppreſſi: poſtremùm, ſi pro iuſtitia Tyrannis dominaretur: id quicquid eſſet, quod ad ſuam quidem Paternitatem ſpectare videretur, candidè (vt precata eſt) à patribus admonita eius gratia, quàm poſſet maximè, & citò & diligenter emendare velle promittit: potiſſimùm, cùm non dubitet, ſe eo nomine apud Deum, cuius Vicarius eſt, gratiam inire, & Reipublicæ ſuæ commodis, cum pace tranquillitateq́; conſulere poſſe.

Reſponſio patrum.

HVIC tam piæ petitioni, à Synodi ſtatibus, & in primis à reuerendis Abbatibus, deindè à Metropolitanæ Treuerenſis Eccleſiæ dominis canonicis reſponſum eſt, nihil ſe reperire poſſe, quod reuerendiſſimam gratiam ſuam dedeceret, aut in adminiſtranda publica re, tanquàm graue & damnoſum offenderet: ſed hortari omnes, vt eum quem ipſe ſtatìm gubernatiõis curſum à portu inſtituiſſet, ad vltimam vſque metam indefeſſus teneret: ſpem maximam patribus inuectam eſſe, ſub tanta præſidis bonitate, omnibus beatè viuendi ſummam occaſionem firmamq́ue propoſitam eſſe. Collegiatæ autem & ſecundariæ Eccleſiæ, quia grauari ſe contributionum inæqualitate, quæ ad ſubſidia impoſitæ dudùm fuerunt, ſentirent, humiliter ſupplicauerunt, vt quiſque ſtatus cenſu valdè inæquali conſiderato, pro Collegiorum tenuitate atque vbertate cenſerentur, & Reuerendiſſima illius Paternitas eorundem collegiorum, ac reliqui Cleri Eccleſiaſticam libertatem, vt cœpiſſet, tueri dignaretur. Hoc equidem ſe, quoàd fieri poſſet, curaturam, per dominum Suffraganeum illius gratia benignè promiſit.

Submiſſio Suffraganei.

VBi autem Reuerendiſſimus dominus patrum de ſe ſententiam cognouiſſet, Reuerendus dominus Suffraganeus: Quæ, inquit, Pontificalis muneris ſunt, ipſum Reuerendiſſimum dominũ Treuerenſem proprijs humeris ſubire quidem æquum eſſet, nec dignitate inferioribus ſanctum officiũ committere. Verùm quia diſtrahunt non pauca, atque ſubindè recenter emergentia hinc indè Archiepiſcopatus negocia, iuſtiſſima de cauſa ad me tanquàm fidelem Suffraganeum, eiuſmodi Eccleſiæ miniſteria pro ſuæ voluntatis iudicio traduxit. Et

quoniam

quoniam ſancta munia, ſub tribus inſignibus virtute præſulibus continuaui, à me nũc porrò adminiſtranda, ideò non ſine pudore aliter agere licet, quàm officij mei ratio deposcit, vt videlicet ſanctum & inculpatum in omnibus me præſtem, virtutumq́; exemplar aliquod factus, cęteris Eccleſiaſticis viris pietatis facem accendam. Idcircò obnixè vos patres reuerendos oro, vt veſtro Reuerẽdiſſimum dominum noſtrum indicio, benignè de omnibus, quæ officio noſtro dedecori eſſe queant, admoneatis, quo deindè me Paternitatis illius reformatiõe correcto, prouincia mea omnibus vtilis ac ſalutaris eſſe queat.

Ad hæc dum Patres vno ore reſponderunt, Suffraganeum ſub prioribus memoria dignis præſulibus, officio liberaliter functum fuiſſe, nihilq́; aliud accuſatione dignũ reperiri, quàm quòd cõferendis ordinibus in iure ſtatutas inſinuationes, vel prorogando, vel anteuertendo turbâſſet: ſed extẽplò illius rei veraces, cur ita neceſſitate compulſus feciſſet, cauſas cùm adduxiſſet, Patres in omnibus purgatum habuêre.

Ac deindè ſtatim reuerendiſſimus dominus per ſuum ſuffraganeum, Reuerẽdos dominos Abbates, alioſq́; profeſſione dignitateq́; eximios, ſimili examinatione percurrendos innuit.

SEQVVNTVR EDICTA SYNODI DIOECESANAE TREVERENSIS, PRAEſidente Reuerendiſſimo in Chriſto Patre, & ampliſſimo Principe &c.

IOANNES Dei gratia archiepiſcopus Treuerẽſis, ſacri Romani Imperij per Galliã & regnum Arelatẽſ Archicancellarius, ac Princeps Elector, Vniuerſis & ſingulis quorũcunq; Monaſteriorum, Cathedralis noſtræ, & Collegiatarum, Parochialiumq́; Eccleſiarum, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, etiam ruralibus diuinorũ rectoribus, curatis & non curatis, alijſq́ue Eccleſiaſticis perſonis ciuitatis & Diœceſis noſtræ Treuereñ, Salutem in Domino.

Cùm olim Chriſtũ in carne ambulãtem, & verbum Dei ſeminantem, ſe veritatẽ, appellâſſe nõ ignoremus, certò perſuadendũ nobis omnibus erit, per ipſiſſimam illam veritatem, nos falli minimè poſſe, quum eius præſentia nos quotquot in hoc cœtu ſacro ad Euangelizandum bona & exterminandũ mala compererit, ſpiritus ſui chriſmate illuminatura ſit. Ait nanq;: Vbi duo vel tres in nomine meo congregati ſunt, in medio eorum ſum. Huic ideò veritati, tanquàm ſacræ ancoræ innixi, nõ modò ſeculo noſtro, licèt turbulentiſſimo, ſed & poſteritati cõſulere volẽtes, quædam pudenda atq; fœda, neq; vllo modo ferenda in Clero flagitia, vt eſt concubinatus, ſcortatio, & ſimilia: de quib' ordine inquiretur, Synodico hoc Decreto inſectari, caſtigare, deniq; excindere, ſecundùm inuectas olim Canonicas ſanctiones, ſeuerè ſtatuimus, mandamus, atq; per præſentes decernimus. Deindè refractarios atq; pertinaces, preſentes ſeu futuros, Canonum cenſuris & reformationis pœna, Synodi authoritate freti, iuxta delictorũ genera, magnitudinem, atq; fœditatẽ, coẽrcendos atq; puniendos demãdamus. Ita enim Legum & Canonum ſeueritatem veriti, admiſſorum pœnitentia peracta, Deum timere & amare, & ab iniquitate ſeſe auertentes, honeſta viuendi exempla eſſe conſueſcent. Cæterùm quando ingluuies, viniq́; intemperantia, nõ paucos obnoxios habet atq; delectat, quo vitio cùm omnes, tum Clericali ordini initiati, Deum grauiter offendunt, ideò nobis & ſanctæ Synodo viſum eſt, huic turpitudini ante omnia, vtpotè multorum malorum fonti, medelam adhibere.

De Clericorum temulentia.

POrrò Ebrietas, vt palàm eſt, inſignium flagitiorum incitatrix ac ſcaturigo, quę in commeſſationibus & cõuenticulis idominatur, Eccleſiaſticum gradum ſumma cum turpitudine paſſim infamauit. Quod perpẽdens Reuerendiſſimus dñs noſter, quàm tetrum & abominabile ſit, cùm in prophanis, tum in ſacerdotibus vitium, quamq́; periculoſum, fixis nimirùm, cædibus atq; vulneribus ſcatens, quod cõfeſſionum arcana ſæpè effutit, iudicium mentẽq́; peruertit, in quaſcunq; deniq; libidines, pecudis inſtàr ratione priuatũ, impellit atq; exagitat: ideò huic fœditati deditos Eccleſiarum miniſtros, reuerendiſſima illius Paternitas, vnà cum preſenti Synodo, ab officijs, curis, & Eccleſiæ muneribus remouendos decernit. Quid enim inhoneſtius, quàm vino aſſiduè madidos, eiuſmodi helluones animarum curæ præeſſe, de quibus Propheta dicit: Væ ſacerdoti & Prophetæ prę ebrietate errãti, & nũquàm iudicium adſpicienti. Formidabilem nanq; in eos ſtatuit pœnã Euangelica tuba, niſi Iohele propheta monente, fleuerint atq; vlulauerint, ex inopinato diuidendi à ſobrijs, vt cum Hypocritis, exitij æternęq́; damnatiõis partẽ ſortiantur. Quare ad ſobrietatem, cùm omnes tum præcipuè Eccleſiæ ſeruos, qui luminaria mũdi & ſal terræ ſunt, vnà cum Paulo, Reuerendiſſima illius paternitas inhortatur, vtq́; temulentiam, in qua luxus eſt, deuitent, obnixè precatur. Cæterùm qui turpiter illi vitio indulgent immorigeri, ab officijs & beneficijs, vt dictum eſt, Eccleſiaſtica cenſura & Synodi authoritate primùm ſuſpendit. Deindè ſi etiam impudenter

Ioan. 14.

Matt. 18.

Eſaię 28.

Iohel. 1. & 2. Matt. 24.

Ioel. 2.

Matt. 5. Ephe. 5.

denter deteſtandæ conſuetudini, & dictu pariter ac viſu fœdiſſimæ, vlteriùs inhæſerint, omnibus honorum gradibus exutos, ad quadrupedum ſortem, quę natura prona atq; ventri obediẽtia finxit, maioribus ſupplicijs affectos, ſtatuit abijciendos.

De eorundem Concubinatu.

HVic verò alia ſuccedit, & penè grauior offenſionis macula, illicitus ſacerdotum & diaconorum concubitus: qui quantùm iam indè ab initio, apud oẽs fidei Catholicæ cultores, cõſecratis hominibus pepererit inuidiæ atq; cõſciuerit odij, vix dici poteſt. Audemus tamen ingenuè fateri, nullam aliam labem, ebrietate & concubinatu, vulgi oculos acerbiùs offendiſſe, maiorẽq́; cauſam dediſſe fœuiendi ac murmurãdi cõtra Eccleſiæ ſtatus. At etiam illud negari nõ poteſt, quòd prẽter euidentia ſacrarum literarum teſtimonia, præter Canonum vbiquè caſtimoniam initiatis inculcantium Decreta, etiam ipſa ratio quodammodò loquitur, Eccleſiaſticum hominem, qui diuinis legibus ſeſe & animarũ ſaluti obſtrinxit, caſtitatem ſectari oportere. Quomodò eñ aliâs, iuxta Pauli admonitionem, præſtare poſſemus, vt adhæreamus Dño abſq; vlla diſtractione? Cùm enim corpus noſtrum templũ ſit habitantis in nobis ſpirituſſancti, quem habemus à Deo, & noſtri negamur eſſe iuris, qua ratione fieri poteſt, vt ſine Dei iniuria in alterius redigamur poteſtatem? Siquidem etiam maritus proprij corporis ius non habet, ſed vxor. Quid igitur iuris nunc ſpiritum ſanctum in Eccleſiæ ſeruis habere dicemus, qui corpus ſuũ, ſcorti per illecebroſum concubitum fecerint membrum? Hæc nimirùm ſolicitè penſiculantes, viſum fuit nobis ac toti Synodo, non obſtante priori cõtra concubinarios mãdato à nobis emiſſo, de integro admonere, ac illos per Chriſtum rogare, vt qui hactenùs caſtitatis vota non violauerunt, ſtudeant ad vltimum vſq; terminum vitæ, incomparabile bonum ne amittant: memores, quòd agnum immaculatum quôcunq; ierit, comitabuntur.

1. Cor. 7.

Apoc. 14.

Cæterùm quicunq; carnis imperio, quo nihil poteſt huiuſmodi accidere indignius, vinci ſe paſſi ſunt, cõſpurcatisq́; per exoſam Deo impudicitiam membris, in contumeliã ſacrorum myſteriorum abuti non verentur, illis nimirùm, abactis eiuſmodi incõtinentiæ latrinis, piè conſulimus, (quoniam Deus benignus & miſericors eſt) vt ſecũdùm huiꝰ ſanctiſſimæ Synodi decretum, ſe ad integritatem totos conuertant, pœniteant, culpam deprecentur, erroris ſui veniam apud Deum & homines conſequuturi.

Deploratorum pœna.

QVando tamen hæc peſtis, vt veriſimile eſt, quoſdam adeò peruaſit, ac ita in totum labefecit, vt perquàm exigua ſpes ſit à fornicationis maculis, vel diuturnitate tẽporis, vel Reuerẽdiſſimi gratia, tanquàm mitiori medicina elui poſſe: in illos igitur primùm diuinæ vindictæ metu, deindè Synodi huius cẽſura, eius paternitas decernit, vt ſimul atq; huiuſmodi in libidinis cœno volutari deprehendentur, ilicò mandati cõtra concubinarios editi vigore, oñibus Eccleſiæ bonis ſpolientur: ſcorta verò, aut de impura conſuetudine, illorum nomine ſuſpectæ, longiſſimè ab irretitorum miſereq́; captorum ædibus, Synodi virtute firmaq́; Reuerendiſſimi authoritate, pellantur.

De Concubinis ad parentes redire volentibus.

SI qua verò abiectarum, ſi res ita fert, in eadem parochia, in qua miniſtro altaris adglutinata fuit, hæreditariam domum habeat, ea ne ob decreti vigorem priuata animum deſpondeat, & ad deſperationem adigatur, reuerẽdiſſimus noſter vnà cum ſynodi authoritate permittit, vt ad ſuos parentes commigret, & de priore conuerſatione pœniteat, omnemq́; anteactæ vitæ infamiam, conſtãti pudicitia in poſterum ſeruata, abſtergat.

De relabentibus.

POrrò ſi qui aut ea qua dictum eſt cauſa remanentes, aut extra Parochiam relegatas, Concubinarij euidentibus indicijs & fide dignis teſtimonijs clàm ſeu palàm reuiſſe, adijſſeq́; conuicti fuerint, illos cõmuni noſtra & Synodi ſentẽtia, ipſo facto, ab officijs & beneficijs cecidiſſe, & ijſdem priuatos eſſe, decernimus. Præuaricatrices verò, vt canes ad vomitum reuerſas, dignis cenſuris extra hæreditarias ædes exterminandas edicimus.

De ſortilegis Sacerdotibus & Laicis.

QVi verò auguria & ſortes tractãt ſiue ſacri, ſiue prophani, aut diuinationibus & incantamentis vacãt, quibus ſanè ſtudijs Dei cultus deſeritur, & ad dæmonũ fallaciumq́; ſpirituum præſtigias confugitur, illos quotquot Officiales attenta inueſtigatione deprehenderint, Canonico anathemate, niſi à damnatis diuinitùs errorib⁹, ad legitimum Dei cultum ilicò admoniti animum atq; mentem reuocauerint, nõ modò non ferẽdos Reuerendiſſimus vnà & Synodi ſenatus declarat, ſed per Officiales in vinacula quoq; conijciendos decernit, quouſq; dæmonum, magiſtrorum videlicet ſuorum, ſuſurris ac illuſionibus liberentur.

De Apoſtatis.

VErùm vt nullũ facinus turpe, ſine cacodæmonum inſtinctu admittitur, ita etiam religioſa profeſſio illius inſpiratione, in oñibus penè prouincijs, à quibuſdã votorum ſanctorum oblitis, nulla de cauſa eſt violata. Iſti quidẽ pro nihilo duxerũt, poſtquàm ad Dominicum aratrum manum apoſuiſſent, non reſpicere tantùm, ſed & turpiter

piter damnare, insectari, & quibus possent, conuicijs proscindere omnem quam professi sunt aliquandiù anteactæ vitæ rationẽ. Cùm igitur tales, qui spretis votis, proiectis cucullis, ac religiosa in totum deserta vita, ad seculum sese retulerunt, passim etiam in Treuerẽsi Diœcesi vagari, ac libidinum nexibus ad Ecclesiæ offendiculum inuoluti reperiantur, Reuerendissimus dominus cum congregatis Patribus, nefas esse putauit, nisi præsentis Synodi decreto, vtriusque sexus Apostatę, ad propria Monasteria, habita singulorum iusta ratione, aggregentur.

Contra Apostatarum Patronos.

VErùm enimuerò nonnullam quibusdam ex illis præbuit fortasse ad desertionem occasionem, refugij quorundã patrocinium, quo quasi tecti, Ecclesiasticam se censuram euitare posse confiderent. Ideò Reuerẽdissima gratia sua, huius Synodi suffragijs adiuta, sub cẽsuris huic negocio idoneis, ac suo tempore specificandis, omnibus Treuerensi Diœcesi subiectis, cuiuscunque status & præeminentiæ extiterint, mandat ac præcipit, ne posthàc tales Apostatas recipere, fouere, tueri, aut animarum curis præficere, vllámve in Ecclesia prouinciam illis committere præsumant. Quin etiam potiùs, ne se alienis preuaricantium sordibus coinquinent, illos admonitos esse de paterno affectu desiderat, vt hactenùs contra Ecclesię decreta defensos, ita pro viribus ad professionum repetitionem, reditumq; adhortentur: ad quem Reuerendissima eius gratia propensis, & auxilium, & opem, & restitutionem benignam, præuia pœnitentia, misericorditer promittit.

De ijs, qui contra votum solenne præstit[illegible]n, connubio sese alligârunt.

POstremò, quia Pontificum & occidentalis Ecclesiæ ordinatione, iam olim diuinitùs constitutum est, vt ritè consecrati vtriusq; sexus homines, quo corpore & animo iugiter Deo inseruirent, non tantùm in suis conuenticulis castimoniam colerent, sed etiam si fortè de suscepta solenniter professione, aut errore seducti, vel intemperantia incitati defecissent, neutiquàm contrahendi matrimonij ius haberent: atq; adeò communi id apud omnes consuetudine receptum fuit, & Canonicis & Ciuilibus legibus, de vano & incestuoso talium coniugio satis superq; est proditum. Nam proli quoque, si quam sustulerunt tales, legibus successione esse interdictum tenetis. Ad tollendum igitur eiusmodi vetitum matrimonium, suo ac patrum decreto, Reuerendissimus dñs noster decernit, ac strictè mandat, vt quocunque loco in Diœcesi sua, aut sub quacunque Ecclesiastica vel prophana ditione Monachi, Moniales, aut alijs sacris ordinibus initiati, nuptiali fœdere copulati delitescant, ab Officialibus prehendi, suis impensis, sibi velut ordinario præsententur, vt ex his pro delicti qualitate alij castigati, alij monasticis disciplinis emẽdati, exẽplo sint posteritati, vt ab enormi scelere caueant. Porrò resipiscentes, & ad Ecclesiam matrem redire vltrò volentes, quatenùs ad Reipublicæ Christianæ vtilitatem spectare cognouerit, placabili & propenso animo, vt oues perditas & filios prodigos, Reuerendissima illius gratia recipiendos pollicetur.

Ordinum explorationes.

FVerunt autem examinationum capita, quæ verè Euangelicos fructus producunt. Quæsitum enim est, num essent fastu turgidi quidam? num superbia inflati? aut libidinum illecebris inescati, (qua scabie Monastici plerique ad bonorum virorum nauseam vsque sunt infecti) qui diaboli imperiò magis quàm Christo parérent? Deindè, an temperantiam, humilitatem, patientiam, cæteraq; virtutum Monasticarum arma, contra vitiorum impetũ, vt milites Christi decet, parata haberent? & an vt alij idem conarentur, sedulò prædicarent? Et si quid fortè turbulentum, odiosúmve inter confratres subortum, num etiam vt sopiretur, tanquàm pacis boni amatores, collaborâssent? Ad hæc, an (quippe Monastici viri) præcipuam nauarent operam, ne cultu tantùm foris, atq; composito ad pietatem corpore, id quod maior pars satis esse ad pietatem iudicat, sed intùs in pectore virtutum thesaurum, & religionis veram imaginem circunferrent? Deindè, an horis decantandis, orationibus fundendis, atque ieiunijs stato tempore strenuè vacarent? Num hospitales essent? num peregrinorum, pauperum & pupillorum curam subirẽt, proprijs, honestisq; ad hoc comparatis ædificijs, tum competenti supellectile adiecta? Quod inter extrema quidem monasticæ vitæ opera, minimè ponitur: quoniam in hoc tot tamq; ampli redditus sunt piorum hominum liberaliter congesti. An postremò ea omnia, quæ sanctimoniam commendarent, grauiter singuli suis fungendo probè, tanquàm coram Deo, officijs persequerentur? nam ea est Dei voluntas.

Ad hunc autem modum, monastici ordinis Patres, cõpellati sunt, quo quid religionis disciplina, verusq; Dei cultus exigeret, in memoriam prolixiùs reuocare, & manum iuxta Synodi præsentis decretum, operi adhibere possent.

Tandèm, ne q̃d preteriretur, quod ad celebris synodi absolutam rationem pertineret, gratia reuerẽdissimi, metropolitanę Treuerensis Ecclesię, cæterorumq; collegiorũ, cùm superioris tũ inferioris Diœcesis, egregios nobilesq; Prepositos, decanos, archidiaconos,

aconos, alios q̃; Prelatos, quorum omniũ cura & exemplis publica salus cõtinetur, benigniter atq; gratiosè rogauit, vt & ipsi qui lucernæ essent in domo Dei, ita sese compararent, vt virtutũ veros & æternos radios subditorum oculis inferre possent: nam dubiũ nulli esse, si quorũ id maximè interesset, tum ob generis splendorem, tum propter ecclesiasticæ dignitatis eminentiam, sese tales præstarent, quales haberi & esse cuperẽt, fore, vt inferiores hominũ ordines, bonorum exemplis commoniti, ad virtutis pietatisq; studium ardentioribus animis raperentur. Quare ante omnia bonis operibus, beneficentia, sobrietate, modestia in sermone, conuersatiõe atque mutua charitate, diuites atq; locupletes fieri studeant, bonaq; studia promoueãt. Eæ nimirùm diuitiæ, immortalitatis gloriam merentur, quando cæteræ quidem res omes, occupationes atque studia, nihil quicquam solidæ beatitudinis merentur. Sed hæc reuerendissima illius gratia ad morum qualemcunque institutionẽ satis esse putauit. Quod verò ad grauiora incommoda euellenda maximoperè requiritur, illud ordine quo seq̃tur, propositum fuit.

In primis Reuerendissimus dominus noster à singulis certiorem se fieri postulauit, de hæreticis vspiã in tota sua diœcesi palàm aut abstrusè versantibus, vel in monasterijs siue collegijs, aut agrorum vicis delitescentibus. Deinde audire quoque à singulis indicio facto postulat, si vsquàm inueniantur, qui catholicam religionem, eiusq; sacros ritus oppugnant. Tum eadem obediendi religione, Paternitati suæ Pastores insigniter illiteratos nominatim patefaciant, & illos qui Ecclesiæ doctrinam adulterant, aut Sacramẽta perperàm administrãt, aut vitam pecuinam bonis odiosam ducant, manifestent: suppressis minimè Prælatorum cuiuscunq; ordinis nominib⁹, qui aliqua huiusmodi nota fuerint cõspersi.

In summa, quia ecclesiam Dei grauem maculam rugamq̃ habere non oportet, quam Episcopi vigilãtia tollere posset: ideo vsurarios. Simoniacos, aleatores, pcussores, vinolentos, iniuriatores, ac contumeliosos, calumniatores, ad hæc ecclesijs census denegantes, aut ædituum pernicio sum agentes, calamitatem egentium floccipendentes, quíve peregrinos de monasteriorum Xenodochiorumq; limine arcent, aut quoquo modo ecclesiasticam libertatem corrodunt & opprimunt, necnõ alia, cuiuscunq; sint classis, dedecora admittunt, eos omnes reuerendissimus sibi indicari nominariq; petit, quo cuiusq; defectui idoneo auxilio posthàc mederi possit.

Archipresbyteri verò, qui & Decaui Rurales appellantur, quum ad synodi consessum admissi sint, etiam & compastorũ, & suijpsorum officij rationem reddere Reuerendissimo domino nostro iubentur: quandóquidẽ ad eos pertinet, publica subditorum delicta corripere, animarum curæ consulere, omnes pura verbi Dei doctrina pascere, miseros atque calamitosos consolando sustentare, Ecclesiæ in omnibus benè præesse, deniq; ipsos sana viuẽdi exempla, verbo & opere exhibere: quod qui faciunt, eos duplici honore dignos Apostol⁹ iudicat. Nã turpissimũ Ethnicus esse censet, committere, quod doces alios non esse committendũ. De ijs igitur, tum etiam de alijs sacerdote dignis curis, respondere suę Reuerendissimę gratię debent, quô cognoscat illorum in administrandis officijs integritatem. Eo sanè nomine bonis ac lubenter parituris, gratiam & laudem referri: malos verò & reprobos, cuiuscunque conditionis fuerint, ignominia & pœna posthàc Ecclesiasticæ cẽsuræ vigore, affici imperabit. 1.Tim. 5.

Porrò autem vniuersis ordinibus, eo quo propositum est modo, ad rogata respõsuris, reuerẽdus dominus Treuerẽ ipse præsedit, ac coram duobus Notarijs responsa accipiẽtibus, omium & singulorum quæstiones, accusationes, examinatiões & dubia, magna diligentia & labore multo auscultauit atq; inquisiuit, nihilq; prętereũdum putauit, quod ad subditorum obediẽtiam, communem vitæ emendationem, & Dei honorem, ac ecclesiarum vsus spectare censeret. Itaque triduo molestissima omĩnò inqsitione iam absumpto, atque patribus cæterisq; statibus, qui ex ordine fuerãt exploratis, cùm omnes & singuli omnia sancta, pia, honesta ac laudabilia promitterent, atque ad communem patriæ tranquillitatẽ, quæ Dei & eius filij Iesu Christi puro cultu, & viuẽdi integritate facilè paratur, concordibus votis conspirâssent, seq̃; vna iam voce Cæsareę Maiestatis reformationi submisissent: tandèm ad reuerẽdissimum dominum tanquàm ad vnicum publicæ felicitatis patronum, omnes ora vultusq; verterunt. Precabantur autem vt opem ferret, damna temporum perturbationibus incussa, & ecclesiastica priuilegia, partìm per vim potentiorum miserè vexata, partim defensiõis inopia etiam erepta, resarciat, atque in integrum sua amplitudine restituat. Etem̃ proditum esse sacris literis, neque id reuerẽdissimam gratiam eius ignorare, neminem suis militare facultatibus, & præceptum esse, vt qui seruirent altari, etiam de altari viuerent: quod q̃dem perauguſtum factum foret, si Ecclesiæ libertas, si prouẽtuum integritas conseruetur incolumis. Postremò & illud Patres orabant, vt illius reuerendissima prudentia, præcipuam curam expenderet, vt Officiarios passim præficeret orthodoxæ fidei tenaces: nam illis vitiatis, apostatarum pernicio sa dogmata, illorum dissimulatione gliscere. Postquã hæc patres & piè & syncero animo locuti essent, reuerendissima eius gratia, prout debuit, omnium in religionẽ affectus 1.Cor.9.

vnicè cõprobauit. Deindè petitiones, quantùm per ætatem liceret, ac diuina gratia adſpiraret, ſibi in primis & ſemper curæ futuras promiſit: neq; dubitaret, quin Reipublicæ ſuæ felicitati, cuius ſalutem diuinitùs cõmendatam ſibi eſſe ſciret, ita proſpiceret, vt omnia illi aduerſantia impedimenta, incommoda atque offendicula, prout Notariorum ſumma cura & fide, accedente omnium conſenſione, excepta eſſent, ſeuerioribus executionum telis, à reuerendiſſima ſua gratia confoſſa, exciſa, penitusq; ſublata, aliquãdo cognoſcerent.

MANDATVM CONTRA CONCVBINARIOS.

IOannes Dei gratia ſanctæ Treuerẽſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Arelatẽſe Archicancellarius, ac princeps Elector, vniuerſis & ſingulis cathedralis noſtræ, & Collegiatarum, Parochialiumq́ue Eccleſiarum Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, tum ruralibus, tũ diuinorum Rectoribus, curatis & non curatis, alijsq́ue eccleſiaſticis perſonis ciuitatis & diœceſis noſtrę Treuerenſis quibuſcunque, coniunctìm aut ſigillatìm, qui ſynodo noſtræ Epiſcopali, de iure aut conſuetudine intereſſe conſueuerunt & tenẽtur, Salutem in domino ſempiternam.

Perſuaſum habemus, exactis iam aliquot diebus omnium reformandæ vitæ formam, Eccleſiaſticis viris à Cæſarea maieſtate commendatam, atq; à nobis publicatam, penitùs p̃ſpectam eſſe. Neq; quẽquã è vobis exiſtere arbitramur, quẽ iſta tam ſalutaria, nõ eluẽdis tm̃ Eccleſiæ neuis, ſed atrocib⁹ etiã atq; p̃nicioſis in religione contagion um vlceribus repurgãdis, pharmaca diutiùs latére poſſint. Et quum non pauca, neque eadẽ cõtemnenda animorum vitia, atque morũ peſtes, in eccleſiaſtico corpore graſſari cernãtur, quæ p̃peram atq; citam ſanationẽ depoſcunt, idcirco auxiliatricẽ manũ diutiùs differre non licet, ſed quod lædit, canonico enſe excindendum eſt, ne pars ſyncera trahaẽ. Quare cùm animum aduertimus, & cauſam quærimus, cur pleriq; Eccleſiæ miniſtri, & verbi dei diſpenſatores, cęteriq́; de altari viuẽtes, hac noſtra tẽpeſtate non modò cõtemnant à plebe, verũ etiã in odio iam diu antè fuerint, nullã aliã euidentiorẽ rationẽ reperire potuimus, q̃ vitã eorundẽ, à connubiali indulgẽtia nihil diſtantẽ. Quæ ſanè culpa, vt in primis diuinarũ rerũ tractationi plurimùm officit, ita etiam Eccleſiæ dei, illiusq́; ſeruis contẽptum odiumq́; haud mediocre parit. Quod q̃dem vitium, vbi cognouimus in noſtra Diœceſi paſſim temporum licentia, Officialiumq́ue incuria, vt zizaniã agrorum neglectu ſuccreuiſſe, falcẽ ſacrorũ canonũ, cõſtitutionemq́; veterũ Patrũ, tum ipſius quoq; Cęſaris reformationem, ac ſynodi noſtræq́; authoritatis cenſurã, ne poſthàc ampliùs creſcat, adhibẽdam eſſe cẽſuimus: atq; illud q̃dem hoc eodem mãdato factũ eſſe volum⁹, quanq̃ deinceps ſæpiùs facturi ſumus, p̃ſertim cũ intelligamus, nihil æquè dedecere hominẽ diuinis rebus militãtem, q̃ ea quæ carnis ſunt, ſectari. quare etiã nunc vobis edicimus, quotquot hanc tũ eccleſiæ, tũ vobis ipſis ignominioſam notã cõtraxiſtis, qui quidẽ ſacris initiati eſtis, mãdam⁹ atq; p̃cipimus, nullo eccleſiaſtici ordinis gradu aut ſtatu excepto, vt infra nouẽ dies, vos ab omni concubinatu, immò cõcubitus atq; incõtinẽtiæ ſuſpicioe oñinò abdicetis, procùl de domibus ac parochijs veſtris eiuſmodi offendiculi ſaxa, viſis his p̃ſentibus literis, exterminantes. Neq; poſthàc vnq̃ depræhendamini cũ ſuſpectis, aut parùm continentibus, aut ætate petulcis commercium habere. Erũt aũt ij nouẽ dies, in ſingulas triades peremptoria, atq; canonica admonitiõe vobis indulti, quõ ſit mouendi extrudendiq́; ſpatiũ. Quòd ſi quiſpiã veſtrũm, vel quicunq; illi ſint, interea loci à ſe nõ ſegregauerint probroſam conſecratis eiuſmodi cõſuetudinem, ſed p̃tinaciter tanquàm ad ſacrum pergant adhæreſcere, illi ſe ſciãt ab officio pariter & beneficio, ſecundũ dictæ reformatiõis tenorẽ, ſuſpenſionis ſententia, quam hiſce in literis in illos ferimus, ſubmouendos: fœminę aũt, huiuſmodi concubit⁹ infamia cõſpurcatę, niſi domibus ceſſerint, & conſueta ſuſpectaq́; libidinũ diuerſoria fugerint, ſed deph̃ẽſe fuerint, ijſdem in locis, vbi incontinentiæ ludũ exercuerunt, à Collegiorum, locorumq́; illorũ Decanis authoritate noſtra excõmunicentur, ac publicè pronunciẽtur. Ad hæc ijſdem Prælatis ac Decanis ſeuerè etiam mandamus, vt ad proximè à nobis indictam ſynodum, rebelles, peruicacesq́;, ac noſtro huic mandato morẽ gerere vltra nouem dies procraſtinãtes, nobis nominatìm proferant, quõ poſſimus, iuxta canonicas ſanctiones, aut beneficiorum priuatione, aut alio genere pœnæ, aut iuxta reformationis Imperialis regulam, ad integrioré, Deo vulgoq́; minùs odioſam vitam, obſtinatos adigere, vt nimirùm offenſionũ cauſæ à domo Dei quàm lõgiſſimè faceſſant. In fidem præmiſſorũ præſentes literas ſigilli noſtri impreſſione communiri iuſſimus.

Datum ex oppido noſtro Vuitlich. die 30. menſis Octobris, Anno M.D.XLVIII.

¶Executionis commiſſio.

VErùm q̃a conſultationũ edictorumq́; finem, executione, qua tanquàm falce flagitiorum atq; incommodorum noxia ſeges amputatur, metimur: ideò reuerẽdiſſima eius gratia, hac ſynodo feliciter completa, quod ad Reipublicæ vſum, & religionis celerem reſtaurationẽ plurimùm valet, maturare animũ induxit: quõ igitur illius ſucceſſus ad opus ſtatìm accommodatus, boni euẽtus ſpecimen, ſanctioriſq́; imaginem vitæ præberet, poſtulauit idoneos iuxtà & graues, de illorum q conuenerant, numero viros commiſſarios ſibi dari, qui religionis offendicula, pacisq́; impedimẽta, & alias diſſenſionum acerbitates, iuxta Decreta ac ſynodi placita, vigili atque ſtricta cura omniũ momine perſequantur. Hanc Reuerendiſſimi poſtulationem, tum aliarum rerum corrigendarũ commiſſionem, Reuerendi Patres, ne plus operę ſumendum eſſet, & iam redeundi ad ſuos expectationem diutiùs fallerent, ad amplitudinis eius arbitrium atque prudentiã, cum humili ſubmiſſione tranſtulerunt.

¶De libertatis Eccleſiaſticæ violatoribus.

ET cùm ſint, qui potentia freti, Eccleſiæ Iura inuadunt, aut ipſius cleri Priuilegia perturbant: bonaq́ue, confícta & falſa iuris ſpecie occupant, quorum nefaria ſtudia, oppreſſorum impotentia & formidine, vnà cum nominibus reticentur: vt hãc ergo tam ſacrilegam violentiam, qua hoc genus luporum graſſatur, Reuerendiſſimi Principis gratia, acerba animaduerſione reprimat, ſingularem commiſſariũ ad iſtiuſmodi hominum inquiſitionem decernet: cui ſine metu interviſitandum opprimẽtium nomina deſignabuntur, atque ita demùm à ſua amplitudine cogniti, Eccleſiæ cenſuris, Canonico & Cæſaris Decreto damnati atque puniti, à ſacrilego aucupio repulſi conquieſcant.

Præterea, quando Cæſareæ Maieſtatis reformatio, liberam in Eccleſiaſticos exceſſus accuſationẽ Laicis, & viciſsìm in illorum crimina in ſynodali conſeſſu clero permittit: ideo illius reuerendiſſimæ gratiæ viſum eſt, quòd ad eum articulum attinet, in ſequenti ſynodo Prouinciali, vnà cum Patribus p̃ rei exigentia tractare: vbi etiã tum de Sacramẽtorum conſtanti adminiſtratione, deq́; ſimilibus Eccleſiæ vtilitatibus, iuxta Cæſareæ reformationis præſcriptum, ſi non maiori ſaltem pari diligentia, per Dei adiutorium habebitur ratio.

Rebus igitur ad hunc modum, ſpiritu dei duce, per decẽ dies geſtis & pertractatis, ſynodi Patres, vnà cum reuerendiſſimo domino Treuerenſi, obſeruata grauibus viris digna modeſtia, à tẽplo Matri virgini ſacro, ad maioris eccleſiæ chorum ordine proceſſerunt, ibiq́ue actis per ſuffraganeum omnibus gratijs, ſynodum Prouincialem ad diem Lunæ, poſt Dominicam Miſericordias Domini, p̃ximè venturum, Reuerendiſſimo iubente, Suffraganeus indixit.

Recitatum quoque eſt, eodem loco & clara voce, poſtquàm à Patribus eſſet receptum, Synodi Decretum, in calce hîc adiectũ: quo audito, ſacra ſynodus eſt ſoluta.

¶DECRETVM.

Quandoquidem honorabiles viri Patres, & fratres dilectiſſimi, non ignoratis, quibus de cauſis per aliquot dies hîc ad vos cõtinuè deſcenderit reuerendiſſ. Treuereñ dominus, & quo ſtudio quantaq́ue pietate in hac celeberrima ſynodo vobiſcum, Spiritu ſancto cooperante, de rebus ad animarum ſalutem & communẽ pacem neceſſarijs, ſedulò tractârit: itaque & veſtro cõſilio, atque omniũ qui hactenùs interfuerunt fauore, iam ſua reuerendiſſ. gratia, eò deductam eſſe exhauſtorũ in hoc conſeſſu laborum rationem putat, vt nihil dubitari poſſit, quin ad reſtaurãda religiõis mœnia, ad ſyncerũ dei cultũ erigendũ, ad effuganda obſcœna hęreſum mõſtra, pulcherrima firmaq́; fundamẽta iacta ſint. Quæ q̃dẽ multo feliciùs in p̃ximè indicta ſynodo perficienẽ, & ad emendationẽ Treuereñ Diœceſis p̃ducenẽ: quod fiet, ſi p̃ ſe quiſq; hui⁹ S. Synodi Decreta, & Cęſareæ maieſtatis edicta, ope & vita p̃ſtiterit. Id eñ reuerend. Treuereñ dñs Archiep̃s, hicq́; ſanct⁹ Patrũ ſenat⁹, cõmuni authoritate oñibus faciendũ, iuxta præſentis decreti vigorem, & pœnarum edicto expreſſorum cenſuram, ſtatuit, In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spirituſſancti, Amen.

Actum in publico Synodi Concilio Treueri, Anno Dñi M. D. XLVIII. menſe & die vt ſuprà.

DECRETA CONCILII

PROVINCIALIS COLONIENSIS, SVB REVERENDISSIMO in Chriſto Patre & Domino, D. Adolpho, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Elector, Vueſtphaliæ & Angariæ Duce, Legatoq́ue nato, celebrati in Quadrageſima anni 1549.

CAROLVS Quintus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habsburgiæ, Flandriæ, Tyrolis, &c. Vniuerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Militaribus Præfectis, Poteſtatibus, Vicedominis

minis, Castellanis, Magistratibus, Consulibus, Iudicibus, Officialibus, Aduocatis, Procuratoribus, Ciuibus, Communitatibus, & omnibus alijs nostris & Imperij Sacri & Ditionũ nostrarum hæreditariarum in Prouincia Archiepiscopatus Colonien sis comprehensarum, subditis, & in ecclesiasticis rebus eiusdem Prouinciæ Episcoporum & Prælatorum Iurisdictioni subiectis, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existant, Gratiam nostram & omne bonum.

Venerabiles & Illustres Electores, Principes, & consanguinei nostri charissimi, Generosi, Nobiles, honorabiles, deuoti & fideles dilecti, Quum Venerabilis Adolphus Archiepiscopus Colonien sis, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, & consanguineus noster charissimus, & eius Comprouinciales Episcopi, in executionem formulæ Reformationis, in nuperrimis Comitijs apud ciuitatem nostram Imperialem Augustam Vindelicam habitis, eidem Archiepiscopo & alijs Episcopis, & statibus Ecclesiasticis per nos propositæ, & ab ipsis probatę, & quantùm in eis esset, receptæ, vt monitis nostris ea de causa factis parérent, & eidem Reformationi commodæ víæ præsternerẽtur, per quas ad meliorem viuendi rationem transitus fieret, in Cõcilio prouinciali apud Coloniam Agrippinam habito, canones quosdam Synodales, tum ad efficacem & indiès surgentem, ac permansuram Reformationis executionem, tum ad mores prauos extirpãdos: potissimùm verò manifestos abusus in Clero & populo coercendos, & seductores, qui corrumpendis simplicibus hominibus studeant, è grege propulsandos ediderint, & nobis obtulerint, authoritate nostra, quatenùs expedire videretur, muniendos, & in executionem mittendos: Nos verò eosdem canones primarijs nostris Consiliarijs, & alijs rerum Theologicarum peritis, ad id specialiter per nos deputatis, propositos, & per eos diligenter reuisos & examinatos, eorumque relatione nobis facta, cùm illos prædictę formulę Reformationis conformes inuenerimus: Proindè ipsos canones Synodales, ratos & gratos habentes, & quoàd opus est, & per nos fieri potest ac debet, approbantes, & decreto nostro corroborantes, Imperiali authoritate nostra & qua aliàs fungimur, vobis omnibus & singulis, seriò & sub pœna grauis indignationis nostræ & alijs pœnis nostro arbitrio imponendis, huius edicti nostri vigore præcipimus & mandamus, vt ea omnia Prouincialis huius Concilij Colonien sis decreta, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententijs, & verborum expressionibus, eo modo, quo illa quemlibet vestrũm concernunt, ritè, sanctè, inuiolabiliter, citra vllam fraudem & tergiuersationem obseruetis, impleatis, & exequamini. Vosque Principes & Magistratus ciuiles, in refrenandis & coercẽdis iuxta eadem decreta rebellibus, peruersis & refractarijs, siue illi Ecclesiastici, siue laici sint, Ecclesiarum Episcopis & Prelatis, vbi ab illis requisiti fueritis, omnem legitimum fauorem, auxilium, opem præbeatis, & per ministros & officiarios vestros atque alios, in quos vobis imperium competit, præberi iubeatis & curetis. Ac nullus omninò vestrũm, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis & conditionis sit, aut quocunque munere aut iurisdictione fungatur, memoratos Episcopos & Prælatos in eorum munere, iurisdictione, officio, secundùm canones & leges, ad ipsorum functionem pertinentes, quouis modo impediat aut turbet, neque id ab alijs fieri iubeat, nec permittat. Prætereà quicunque vestrũm Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum Aduocati, Præfecti & Protectores fuerint, ac Prelatos, Ecclesias & loca pia eorumque bona in fidem, tutelam, & protectionem suam, siue ex commissione diuorum Principum, prædecessorum nostrorum in sacro Imperio, siue nostra, aut alio quouis iure receperint, eadem præfectura, tutela, seu protectione neutiquàm abutantur, neque ipsos Prælatos, Ecclesias, Monasteria & loca pia, contra formam & naturam protectionis vsurpent, opprimant, grauent. Quin potiùs illos & illa in suis priuilegijs, Iurisdictionibus, & rebus conseruent & tueantur, & tam ij, quàm vos alij omnes supradicti, contra præmissa facere seu attentare, neq; præsumatis, neque ab alijs fieri aut attentari sinatis, quouis quæsito colore seu prætextu: quatenùs pœnas supradictas, & alias in formula memoratæ Reformationis à nobis propositæ, & decretis prouincialis Synodi Colonien sis contentas, præter eas quas alioquì canones & leges in violatores personarum & rerum ecclesiasticarum decernunt, malueritis euitare. Hæc est enim nostra sententia & seria voluntas. Datum in oppido Bruxellen Ducatus nostri Brabantiæ, sub impressione sigilli nostri, quarto Nonas Iulij, Anno à natiuitate Domini supra sesquimillesimum quadragesimonono, Regnorum nostrorum, Imperij vigesimonono, & aliorum omnium trigesimoquarto.

CAROLVS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ
Maiestatis proprium.

Vid. Anton. Peren.

Obernburger subs.

ADOLPHVS

DEI GRATIA SANCTAE COLONIENSIS ECCLESIAE ARCHIEPIscopus, sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Vuestphaliæ & Angariæ Dux, Legatusq; natus &c.

Psalm. 144.

VNiuersis ad quos legatiõe pro Domino fungimur, gra & pax à DEO, q diues est in misericordia, & propè adest omnibus inuocãtibus eum in veritate. Qui postquàm nos, licèt indignos, sanctæ Colonien sis Ecclesię ac prouincię, procellosa tempestate grauiter iactatæ atque afflictę gubernaculis admouit, huc continuò animum omneq; studium nostrum sua inspiratione conuertit, quô diœcesim illã ab hæresum inundatione, quę prauorum hominum studijs iam plùs nimio inualuerãt, repurgare, schismataq;, quibus miserè, atq; adeò, vt in ea iam actum de fide catholica poterat videri, discerpebatur, tollere, & oues nobis creditas in vnum ouile Christo colligere, pro virili adniteremur. Eaq; de causa in primis lupos, pro boni pastoris officio, ab ouili Dominico abigere, & omnis mali originem, concionatores sectarios, pernicioso s illos hominum seductores, ditiõe nostra protinùs, quanquàm non sine difficultate, eijcere sategimus, substitutis catholicis & incorruptis verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimùm quidem profecimus. Etenim progressum huius cancri hoc impetu sumus remorati, & catholicis aperuimus fenestram rursus respirandi. Non tamen hæ scopæ purgamentis istis sufficiebant penitùs euerrendis: Iam enim hæreseos malum altiùs, quę est eius natura, fixerat radices, quàm vt potuerit vna falce semel demeti: ac hęrebat in mentibus ac penetralibus hominum, vndè neq; vi extrahi, neq; persuasione suffodi, aut sensim ratione tanquã cauterio pungi atque curari se pateretur.

Durabant quoque abusus & mores corrupti, quibus Ecclesiastici ordinis pars maxima dedita, infirmis erat offendiculo, & vt malè de religione laici sentirent, causa: vt verè quadraret in eos, quod in Euangelio Dominus dicit: Væ vobis legisperitis, q tulistis clauem scientiæ: & ipsi non introîstis, & eos qui introibant, prohibuistis. Luc. 11.

Plurimum autẽ nobis erat fiducię in Concilio Tridentino, quod feliciter inchoatum, ac sessionibus aliquot habitis, celebre iam factum, accessu omnium Imperij ordinum, qui se reuerenter ei summiserãt, potentissimum ac saluberrimum fore credebatur, cuius progressu sperabamus nancisci opem & vires iustas, quæ erroribus istis & vitijs radicitùs extirpandis sufficerent, eiusq; authoritate, quę apud omnes maxima est, sublatum iri, nõ in nostra modò diœcesi & prouincia, verùm etiam toto orbe Christiano, quicquid vspiàm irrepsit malorum, & ecclesiam Christi pristinum suum nitorem, concordia atque vnitate redintegrata, recuperaturam.

Quæ spes quum inexpectata contentione inter patres de transferenda Concilij sede suscitata, nobis penè eriperetur, atq; in longum tempus extraheretur, nõ sine metu grauiorum perturbationum in repub. Christiana: en omnibus nobis, hoc est, ecclesiastici ordinis statibus, consternatis, atq; in metu constitutis, adfuit eius, qui conatibus religiosis & pijs nunquàm deest, Dei, à quo est omne bonum, consolatio. Enimuerò misericordiarum pater Deus, qui nuper dedit fortissimo, inuictissimo, felicissimoq; religionis orthodoxæ propugnatori Carolo Imperatori nostro de cælo victoriam, vt hostium validissimorum vires & consilia, non tam viribus, q consilijs melioribus frãgeret, & imperio suo, non multo fuso sanguine, cogeret parére: cuiq;, quod mirãdum magis est, dedit victoria parta modestè ac clementer vti, vt rebelles filios castigâsse potiùs, more boni patris, q bello petiuisse videatur: eius nũc animum impulit, vt ad catholicæ fidei, paternarumq; traditionum restitutionem omnia consilia, omniaq; studia sua conuerteret. Hinc, quod vix quisquam mortalium sperâsset futurum, egit cum eis, vt protestatione, fœderibusq; & contentionibus positis, duobus tãtùm articulis ad Concilij definitionem reiectis, doctrinam catholicã, traditiones & cęremonias ecclesiasticas, Concionatorum bona parte, vndè pendére solebant, reclamante, receperint. Quos cùm Deo & ecclesiæ, quantùm in se erat, Imperator pijssimus lucrifecisset, atq; in plenioris vnionis ac concordiæ spem adduxisset: necesse erat, vt firmioris illius ac solidæ spei, offendicula quoque tollerentur. 2. Cor. 1. a

Victoria Caroli V. in Saxonia 1547.

Quamobrem animum appulit & ad cleri corruptos mores formandos, quô benefactis suis obmutescere facerent, vt apostolus Petrus ait, imprudentium hominũ ignorantiam, & qui carpere clerum tanquàm malefactores solebãt, conspectis bonis eorum operibus, glorificent Deum in die visitationis. Deditq; negocium quibusdã theologis, pijs, eruditis, & Deum timentibus, qui formulam quampiã, ad quam reformatio cleri videretur instituẽda, iuxta sacræ scripturæ normã, antiquos patrũ canones, & rectæ rationis iudicium, cõciperent. Hanc Cæsar acceptam, tradidit vniuersis ecclesiastici ordinis statibus, diligenter expendendã, qui annotarent, dicerentq;, quid qua ratione repudiandũ sibi putarent, quidq; recipiendum. Multis igi- 1. Petr. 2. c

tur cõsultationibus ac deliberationibus, priuatim & communiter habitis, quibusdam in formula expunctis, alijs mutatis vel additis, tandèm communi consensu eam probârunt: Cæsareæq; maiestati, vt se reformarent, instãti, polliciti sunt, seseipsos, suosque subditos, ad illam velle componere ac reformare, salua summi pontificis authoritate, quæ vt eis in articulis quibusdam accederet, necessarium arbitrabantur: id quod in præfatione, quam Cæsarea Maiest. formulæ huic præfixit, clariùs est videre.

Nos itaque considerantes nostri muneris etiam aliâs esse, vt vigilemus super gregẽ nostrum, vt infirmum consolidemus, ægrotum sanemus, cõfractum alligemus, abiectum reducamus, & perditas oues queramus, nisi velimus æternæ maledictionis illud Væ, quod apud Ezechielem dominus pastoribus malis & negligentibus comminatur, certissimo iudicio incurrere, tam præclaram rerum benè & sanctè gerẽdarum occasionẽ, nequaquàm duximus negligendam.

Ezech. 34. Hier. 23.

Proindè ad Diœcesim & Prouinciam nostram reuersi, primò omnium indiximus clero nostro synodum diœcesanam, quam & ad eum modum, quem Reformationis formula pscribit, propicio Deo celebrauimus, in qua publicatam, & ab vniuersis imperij statibus ecclesiasticis comprobatam receptamq; Reformationem, clero nostro iniunximus seruandam. Transmisimus quoque eam ad reuerendos comprouinciales episcopos, nostros suffraganeos & fratres, similiter in eorum diœcesibus publicandã, & clero iniungendam: quod ipsos sedulò curâsse, ex gestis & statutis synodorum, quas ipsi quoque celebrârunt, nobis oblatis, & Legatorum eorum fida relatione cognouimus.

Verùm negocium istud maius erat, quàm vt pateret se vnico impulsu moueri, & morbus inueteratus leui medicamini non cedit: vndè hac ratione vix quicquã aliud promotum est, quàm vt sciret quisq;, quod alioquì nemo ignorabat, quomodò sibi viuendum esset piè ac canonicè. Contingit emẽ ferè mortalibus, quod poeta quidã ait: Video meliora, proboq;, Deteriora sequor. Vndè est illa apostoli Pauli cõfessio de lege mentis & mẽbrorum: Etenim cùm legi Dei condelectemur secundùm interiorem hominem, & eam bonam ac sanctam esse confiteamur, est tamẽ in nobis torpor quidam membrorum, spiritui ac menti repugnans, vt non perficiamus quæ volumus.

Rom. 7.

Proindè non erat nobis hîc quiescẽdum, quasi iam satisfecerimus: sed vlteriùs de modo erat cogitandum, quo ad efficacem Reformationis executionem possemus pertingere. Siquidem inutilis est, quantumuis bona, Ecclesiastici ordinis instituta Reformatio, quàm nemo exequatur: quẽadmodùm & lex bona, contra quã liceat cuilibet impunè peccare, iacet inutilis. Multi sunt antiquorũ patrũ canones saluberrimi: at q̃ est illorũ vtilitas, quos pauci nôrũt, pauciores seruãt? Quãobrẽ vestigijs Maiorũ nostrorũ insistẽtes, q in rebus magnis cogere solebãt comprouincialiũ episcoporũ cõuentus, Reuerendis cõprouincialibus episcopis, confratribus nostris, totiq; clero nostro, indiximus conciliũ prouinciale, in quo de rebus ad efficacem & durabilẽ reformationis executionẽ constituendam pertinẽtibus ac necessarijs, cõmunibus consilijs tractaretur, ac statueretur. Qui cùm ipsi ad constitutũ vndecimũ Martij diẽ, Concilij locũ, ob aduersam valetudinẽ, adire nõ potuissent, misêre summę authoritatis in Clero suo, & præstantis eruditionis legatos, q eorũ loco & nomine Concilio interessent, & de rebus tractandis nobiscum agerent, tractarent, ac consulerent in commune.

Multis itaque deliberationibus ac consultationibus cum Capitulo nostro & Legatis illis, ac Clero nostro, à iã dicta vndecima Martij die, ad sextam vsque Aprilis, quotidiè habitis, tãdèm apparuit, propterea quòd rigor antiquorum canonũ statim reuocari inusum absq; motu grauiori hac tempestate nõ posset, ad media quædam, sacris tamen canonibus cõsentanea, quibus clerus & populus ad pleniorem reformationem sensim perduceretur, esse confugiendum: visaq; nobis sunt plurimùm momenti ad durabilem & efficacem Reformationis executionem comparãdam allatura media sex, nempe:

quo & quãto synodus ista prouincialis tẽpore celebrata & absoluta.

1 Instaurationẽ studiorũ, potissimũ sacrorũ.

2 Examen ordinandorum, & ad ministeria vel prælaturas instituendorum.

3 Officiorum seu munerum susceptorum sedulam perfunctionem.

4 Visitationem Archiepiscopalem, Episcopalem, Archidiaconalem, & eorũ quibus hoc incumbit.

5 Synodorum frequentẽ celebrationem.

6 Iurisdictiõis ecclesiasticę, iã ꝑpemodũ collapsæ, & abusu deprauatæ, restitutionem.

PRimum quidem instaurationẽ studiorum, ꝙea quę Reformatio & Ecclesię necessitas exigit, nemo prestiterit meliùs q̃ scripturarũ sacrarum, canonũ & munerum Ecclesiasticorũ peritus. Siue enim regere ecclesias, & docere populum, siue hęreticos conuincere. & scripturarum aperire mysteria, siue sacramẽta conficere, eaq̃ue administrare, siue examinare ex ordine Ecclesiæ ministros, siue visitare diœceses, aut synodos celebrare, vel iudicia ecclesiastica exercere oporteat, scientia opus est: alioquì, vt inquit in Euangelio Christus, si cæcus cæco ducatũ præstet, ambo in foueam cadent. Quo etiã modo Esaias, indoctos Ecclesiæ ꝓlatos, cęcos & mutos appellat: Speculatores eius, inqt, cęci, nescierũt vniuersi, canes muti nõ valẽtes latrare. Nõ valẽtes, inqt, etiam

Matth. 15. b

Esa. 56. c

etiam si cupiãt, latrare, hoc est, officia sua exequi. & subdit: Videntes vana, dormientes, & amantes somnia sua: Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, propterea omnes in viam suam declinauerũt, vnusquisq; ad auaritiam suam, à summo vsq; ad nouissimum, dicentes: Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodiè, sic & cras, & multo ampliùs. Quibus verbis propheta significat, nõ postremam vitiorum in populo Dei causam, esse ignorantiam pastorum.

Ibid.

Et iam magna religionis orthodoxæ iactura, Christianæq; reip. irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæresum & seditionum tempestatem sumus, quantã Ecclesiæ Christi perniciem adferat prælatorum & cleri ignorantia, quibus scripturas diuinas negligentibus, sutores, textores, calcearij, & id genꝰ opifices, nemine prohibẽte, quidlibet impunè, ꝓ Euangelio docentes, irrepsêre, & mira audacia, etiam munera ecclesiastica inuasêre: vndè teterrima hæresum monstra suppullulârũt, & sacra prophanis, superis infera miscuerunt & confuderunt.

Nec hoc modò, quinetiam studiorum sacrorum neglectus in causa est, cur tam innumeræ eædemq; locupletes Ecclesiæ, per Germaniã ministris idoneis ac possessoribus careant, etiam nunc cùm restituuntur: neq; eñ desunt benemereri de Ecclesijs cupiẽtes, sed potentes desunt & idonei, nempe literarum periti, qui ecclesiasticis muneribus perfungi queant, earumq; hoc nomine possidere bona. Neq; enim ad ecclesiarũ munera & bona prosiliunt catholici, sicut hæretici aut bonorum ecclesiasticorum occupatores sacrilegi.

Percipitur autem scientia, ad Ecclesiæ ędificationem necessaria, in scholis potissimùm Theologorum, quas cõstat esse propria quędam seminaria ministrorum & prælatorũ Ecclesiæ. Quibus florẽtibus, floret Ecclesia doctoribus & ministris: neglectis & cõtemptis, Ecclesia quoq; ministris idoneis destituitur. Neq; enim vt olìm in die Pentecostes repentino spiritussancti afflatu, aut velut fungi calore solis exciti, prodeunt nobis passim Theologi subitò, sed exercitijs longis, eiusdẽ tamen spiritus vnctione, formantur in scholis.

Act. 2.

Quibus rationibus (cùm stabilẽ Reformationis executionem meditaremur) permoti, nostrarum esse partiũ putauimus, vt scholas theologicas apud Vniuersitates, Collegia, & Monasteria magna cura, cum primis Concilij huius authoritate, instauraremus: nec has modò, verumetiam ludos triuiales & pædagogia, vndè non parùm malorum per hanc tempestatem in Ecclesiam defluxit, repurgaremus. Quapropter habita cũ Capitulo nostro, & Reuerendorum Comprouincialium episcoporum Legatis, ac synodalibus huius Concilij patribus, matura deliberatione, cõsentientibus & adstipulantibus eis oñibus, de studiorum instauratione statuimus & ordinauimus in modum sequentem.

QVOD AD INSTITVENDAM IVVENTVTEM non sint admittendi, nisi de fide, moribus, & institutione sua priùs examinati.

PErcepimus sectarios quosdam conspiratores, à nuperrimis Comitijs, cathedris, quas inuaserant, deturbatos, incertisq; sedibus vagãtes, nũc magisterijs inhiare scholarum, & operam suã instituendæ iuuentuti passim vẽditare, vt q̃bus non datur ampliùs grassari publicè, & venena sua è cathedra spargere, teneræ ea iuuẽtuti instillent, quô cuniculis talibus Ecclesiã Christi suffodiãt: quippe quòd è iuuentute, qui olim regãt ecclesias, & gubernationi admoueantur rerum publicarum, vidẽtur fore potissimũ ij, qui nũc dant operã literis. Quibus corruptis, durabit hoc malũ multo tempore, atq; in multos trãsfundetur: vt verendum sit, ne si admittãtur qualescũq; in ludis literarijs prẽceptores, grauẽ indè atq; indelebilẽ accipiat Resp. Christiana corruptionẽ. Idcirco nos, quibus nõ minor adhibenda est cura, ne instituãt illi malè iuuẽtutẽ in triuijs, q̃ ne populũ è suggestis corrũpant, cõmuni omniũ cõsensu statuimus & ordinauimꝰ, Neminẽ ꝑceptioni triuialiũ studiorũ admittendum esse, nisi q̃ sit de fide & religione sua, de vita item & moribꝰ, probè examinatus, & cõstiterit, vbinã gentiũ & apud quos sit ipse institutus. Neq; enim parui retulerit, à catholico an schismatico sit institutus, qui iuuentutem docturus est. Pertinebit aũt examẽ ꝑcipuè ad ordinariũ, q̃ ordinet ꝑ diœcesim viros idoneos, q̃bus hoc negocij cõmittat. Nec abs re fuerit, si examinent quoq; in ciuitatibꝰ à prælatis & rectoribus ecclesiarũ, qui scholę ꝑsunt: ruri aũt à pastoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Visitatores verò de facto examine inquirãt: & si cõtra hãc formã sint aliq̃ admissi, reijciãtur. Præcipimusq; & mãdamus magistratibus, ædilibꝰ & ꝓuisoribus, qui scholas suis impensis erexerunt, ne propterea examen huiusmodi quouis modo impediãt, alioquì censura ecclesiastica & alijs remedijs opportunis coercendi.

1

QVAE ARTES IN TRIVIIS, ET quid in Gymnasijs studiorum seu Vniuersitatibus doceri debeat.

PAssim Ludimagistri ingenia iuuẽtutis, q̃ primis literarũ rudimẽtis & artibus minoribus expolienda susceperant, deprauant, præpostera docẽdi ratione quidlibet, ad eruditionis suę ostentationẽ, quibuslibet ꝑmittẽtes: & cũ encyclopędian quandã oĩm disciplinarũ, velut in summa cõpræhensam, iuuenibꝰ polliceañ, nõ absq; aliorũ professorum eleuatione, nihil tradũt absolutũ atq; perfectũ. Qua re ingenijs eorũ imponũt, q̃ tali accepto prægustu, cõtinuò se abũdè oĩa tenere confi-

2

cõfidunt,ſtudiaq́; grauiora faſtidiũt,& nunquàm peruenĩũt ad frugẽ maturã: ex quibus officinis prodeũt nobis imperiti medici,hominum temerarij interemptores, & iuriſperiti omnia perturbãtes, nouarumq́; religionum authores glorioſi theologaſtri,qui magna ſtoliditate non verentur velut è tripode Apollinis,de dogmatibus eccleſiaſticis & religionis veritate pronũciare atq; ſtatuere, cũ ſolidi nihil ferè de eis ſint aſſecuti. Intereſt aũt eccleſiæ,quomodò ſacerdos, quẽ populus velut ducem ſequitur,& à cuius ore (vt in Malac.dicitur)legẽ Dei requirit,ſit inſtitutꝰ. Siquidẽ quantũ ex eccleſiarũ rectoribus,bene ac gradatìm diuinis literis imbutis, boni: tantum à nõ rectè inſtitutis,mali,ſolet eccleſiæ plerũq; euenire. Quẽadmodũ & in Rep. de medicis & iuriſperitis res habet.Ea de cauſa triuijs modum eſſe dandũ cẽſuimus, intra quem ſe contineant:ſtatuimusq́;, vt in triuialibus non niſi Grammatica,Poetica,Rhetorica,Dialectica,Arithmetica,& quæ huius generis ſunt triuiales & liberales artes: Dominicis verò & feſtis diebus,literalis Euangeliorum & epiſtolarum, Hymnorũ, Pſalmorũ, Parabolarum Salomonis, & eiuſcemodi ſacrorum librorum expoſitio, pro ætatis illius & ingenij captu,tradatur.Quanquàm Dialectice etiam requirit vſum diſputãdi, qua exercentur ſtudioſi in gymnaſijs, ſine quo ars ipſa ocioſa eſt.Poterunt & linguarũ rudimẽta in triuialibus doceri. Cęterùm exacta atq; abſoluta artiũ & linguarũ cognitio ratioq́;, & reliqua Philoſophia,Phyſica itẽ & ars medica,iuriſprudẽtia,& Theologia ſeu ſcriptura ſacra,nõ niſi in probatis Academijs, & catholicis vniuerſalium ſtudiorum ſcholis,expectentur,doceantur,ac tradãtur: niſi quòd theologia etiam in Monaſterijs opulentioribus,& collegijs canonicorũ iuxta Reformationis formulam,debeat doceri.

Malach. 2.b

QVOS AVTHORES IVVENTVti prælegere,& quos vitare oporteat.

3 INtereſt quoque reipub. Chriſtianæ, quales authores iuuentuti,impietatis iuxtà ac pietatis capaci,prælegantur,vt rectiſſimè Reformationis formula monuerit,ne libri obſcœni, ſuſpecti, aut contagioſi, eorum qui perfidiæ ſuæ virus, religionisque & pietatis odium teneræ iuuentuti ſuis ſcriptis inſtillant:ſed tantùm caſti,pij,& religioni orthodoxæ conſentientes authores, prælegantur: quod iudicium cùm non ſit penes omẽs, ſtatuimus nullum authorem in triuialibus ludis prælegendum,qui non ſit à decano artium vicinæ & catholicæ Vniuerſitatis examinatus,& ad prælegendũ iuuentuti admiſſus. Aut ſi procùl diſtent ludi ad Vniuerſitatibus catholicis,examen & admiſſio pertinebit ad vicinæ ciuitatis præſtantis eruditionis Prælatum,aut aliũ aliquẽ doctũ virum,cui epiſcopus illius diœceſis hoc muneris delegauerit. Quòd verò bonis & receptis authoribus repudiatis,quidam gloriæ aucupandæ ſtudio, noua quotidiè Grãmatica cõminiſcuntur,& adoleſcentium ingenia, ſuis figmentis confundunt,omninò prohibendũ & vetandum cenſemus. Maximè verò omnium,ſub anathemate interdicimus & prohibemus lectionem eorum librorũ in triuijs, qui ad ſeducẽdam in prauas opiniones iuuentutẽ,aliud agentẽ & quærentẽ,ſcripti videntur. Quales ſunt quorundam Grammaticę,Dialecticę,& Rhetoricæ inſtitutiones, in quibus exempla ferè è prauis aduerſariorũ dogmatis petuntur,quo iuuentus incauta, hæreſum & ſectarum dogmata ſimul cum artibus imbiberet. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ,in odium monaſtici inſtituti,& cæremoniarum eccleſiaſticarũ contemptum,cõpoſitę atq; efficę,quarum prȩcipua vis eſt, animos iuuenum corrumpere, & iam à teneris eos ab huiuſmodi pietatis exercitiis,ac vitæ monaſticæ inſtitutis alienare. Dabimus idcirco viros aliquot pios & doctos, qui ferant iudicium ſuũ de authoribus,quos iuuentuti potiſſimùm prælegere conueniat, eosq́; Comprouincialibus epiſcopis ſignificabimus,quô in inſtituenda rectè iuuentute, eadem forma per vniuerſam prouinciam ſeruetur.

QVI LIBRI PAROCHIS ET Concionatoribus ſint vitandi & fugiendi.

4 COmpertum nobis eſt, ſimplices & indoctos Parochos,quibus non eſt datũ pura ab impuris diſcernere,obuios quoſque de negocijs religionis tractantes libros emere,& eos potiſſimùm,q; ſpecioſis titulis venditantur,quales ſunt conciones aduerſariorum,& commẽtarij eorum in ſacras ſcripturas. Quanuis autem quidam eorum ſpeciem pietatis alicubì præ ſe ferre videantur, habẽt tamen quotquot ſunt,latens ſub melle venenum, vndè incauti & ſe contaminant ipſos, & auditores quoque. Idcirco paterna ſolicitudine pro grege noſtro ſoliciti, ne pabulum mortis pro vitæ pabulo ei porrigatur: præcipimus omnibus fidelibus,quorum animæ curæ noſtræ à Deo commiſſæ ſunt, potiſſimùm verbi Dei tractatoribꝰ, ſub anathemate,quod aliâs incurrant, vt ſibi caueant, non modò ab his, quæ ex officina venerunt Luteri,Buceri,Caluini,Oecolampadij,Bullingeri,Franciſci Lamperti, & Philippi Melanchthonis,quos conſtat omnia ſua ſcripta ad decipiendum & ſeducendum homines à vera fide,edidiſſe:fugiant etiam Coruinum, Capitonem,Brentium,Pomeranum,Pelecanum,Muſculum,Sarcerium, & Chriſtophorum Hegendorphinum, Oſiandrum, Spangenbergium,Oldendorpium, Hermannum Bonnum, Hedionem, & eius in Eccleſiaſticam hiſtoriam peſtilentiſſima ſupplementa, Chronicon Sebaſtiani Franck, & quicquid eius eſt farinæ, donec pleniori catalogo libros

Anteſignanorum aliquot ex hodiernis ſeductoribus catalogus.

bros contagioſos per hanc tempeſtatẽ editos,eis indicauerimus.

DE STVDIOSIS CANONICIS mittendis ad ſtudia Vniuerſitatum, ſumptibus Collegiorum.

5 NE quod in formula Reformationis iuxta ſanctorum patrum decreta ſalubriter inſtitutum eſt,vitio vel Collegiorum,vel adoleſcentum canonicorum euaneſcat,decernimus & ſtatuimꝰ,vt dent collegia vni,duobus,vel tribus, vt multus vel exiguus fuerit perſonarũ numerus in Collegio,bonæ ſpei ac ſtudioſis adoleſcentibꝰ, nõ minus q̃ triennij tempus,quo poſſint in ſtudio, potiſſimùm theologico, verſari:in quo ſi laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur,atq; interìm percipiãt integros præbendæ ſuæ fructus, quotidianis diſtributionibus exceptis,aut ſaltem quãtùm ad victum & libros neceſſarios ſufficiat: niſi de cõperenti ſubſidio ſit olim per capitula ſtudioſis prouiſum:dum tamen certis teſtimonijs ſingulis annis ad collegia mittẽdis cõſtet,nec peruerſis moribus eos deditos, nec ſtudia vana,quæ ad eccleſiæ ædificationem non conferant,ſectari: committẽdum enim non eſt,vt cultui diuino dedicata ſtipẽdia,in huiuſcemodi canonicos dyſcolos erogentur.Debent tamẽ curare,vt ipſis abſentibus,alij eorũ in diuinis ſuppleãt vices.

DE CAVTIONE, QVAM dare debeant mittendi ad Vniuerſitates.

6 QVum formula Reformatiõis exigat, vt iuniores in gymnaſijs alantur impenſis collegiorum,ad hoc, quõ collegia claris & doctis viris ornentur: vt huic menti ſatisfiat, & collegia non fraudentur expectatiõe ſua:ſtatuimus, & communi cõſenſu decernimus, vt canonici, nondùm in maioribus ordinibus conſtituti, poſcentes hoc nomine aut fructꝰ integros, aut decreta ſubſidia,à collegijs,quæ pro more habẽt, vt de fructibus participent, etiam in minoribus conſtituti ordinibus, priùs dent cautionem ſufficientem,ſe non velle ordinem & inſtitutum eccleſiaſticum deſerere,aut ſi mutato propoſito forſan reſiliant, tum ſe velle & debere fructus perceptaque ſubſidia,collegio illi integraliter ſoluere ac reſtituere.

COLLEGIA IN VNIVERSITAte aliqua ſita,quò ſuos ſtudioſos mittere debeant.

7 CAeterùm in locis vbi vniuerſitas Catholica eſt,iuxta primariam inſtitutionem reformata & probata, nõ videtur cauſa digna eſſe, Collegia magnis ſumptibus grauandi, & mittendi ſtudioſos foràs ad Vniuerſitatem exterã. Prõindè ſtatuimus, vt tales dent operã literis bonis in ipſa vniuerſitate,vbi ad mores & ſtudia ipſorũ poteſt haberi reſpectus:niſi decanus & collegium cauſam habeant,cur cenſeant eos ad exteras Vniuerſitates mittendos. Quòd ſi qui fugientes diſciplinam, velint omninò non ad eam,quæ eis à ſuo decano & capitulo deſignatur,ſed ad aliam,quæ ipſiſmet videbitur,Vniuerſitatem proficiſci, nõ tenebitur collegium illis dare ſubſidium decretum.Ne verò canonici,vicarij,& choriſocij cleri noſtri Colonien, vigilijs defunctorũ, quas manè hora ſeptima perſoluere cõſueuerunt,à frequentatione lectionum præcipuarum impediantur:volumus, vt poſthac vigiliæ tempore pomeridiano ad horã circiter ſecundam incipiantur, vt ante preces veſpertinas compleantur.

QVI GAVDERE POSSINT Vniuerſitatum Priuilegijs.

8 AD prohibendũ grauem abuſum,quo quidam ad Vniuerſitates, non ſtudij,ſed priuilegiorum gratia,conferunt:ſtatuimus & mandamus,ſicut ante nos in ſynodo Leodien ſtatutum eſt, vt nulli niſi ad ſtudia literarum idonei,& illarum prȩcipuè gratia,ſe ad Vniuerſitatem conferentes, in membra ſeu ſuppoſita, atq; ad vſum priuilegiorum huiuſmodi Vniuerſitatis recipiantur,aut ſuorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant:nec recepti,ipſis priuilegijs & beneficiorum fructibus vti ſinãtur,niſi quandiù cauſa ſtudij permanſerint, & ſpes ſit,quòd ex ſtudio ſuo fructum vberiorem in Eccleſia Dei ſint parituri. Qui verò deſides &ocioſi comperti fuerint,ab eorũdem priuilegiorum vſu & fructuum perceptione repellantur.

DE THEOLOCO QVI doceat,in Collegijs alendo.

9 QVô verò & reliqui ſiue canonici ſiue vicarij,capellani ſiue choriſocij, cãtores quoq;,ſeu chorales collegiorum,q̃ extra Vniuerſitates, aut in Vniuerſitatibus, procul à ſcholis ſita ſunt,habeant etiam occaſionem in ſacris diſcendi & proficiendi: Decernimus & ſtatuimꝰ, vt eiuſcemodi collegia ſingula, aut ſi vicina ſint, inuicèm duo aut plura, ſimul alant Theologum aliquem docentem,vel binos, qui hãc operam inter ſe partiantur, conceſſione fructuum vnius præbendæ,authoritate Apoſtolica, in hunc vſum ſupprimendæ:aut ſi illa non ſufficiat, vnione beneficiorum vel vicariarum,quæ nullam vel non adeò neceſſariam functionem requirunt,iudicio viſitatorũ Epiſcopalium decernenda & cõficienda: ſic tamẽ, vt fructus præbendæ vel ſtipendij diuidantur,ſecũdùm numerum lectionum:vt quãdò nõ legit,detrahatur illi etiam de fructibꝰ portio deſtinata. Quòd ſi inter ipſoſmet fratres inueniatur, qui hoc docẽdi munus velit & poſſit obire:huic par eſt,vt diſtributiones quotidianæ,præter iuſtum ſtipendium,à choro abſenti pridiè quàm legat,& eo die quo legit,concedantur.

DE INSTAVRANDIS LEctionibus Theologicis in Vniuersitate Colonienſi.

VT Cæſareæ Maieſtatis voluntati ſanctiſſimæ de reformandis Vniuerſitatibus, iuxta modum in formula præſcriptũ, ſatisfiat, & ratio ſit, quare Collegia in Colonia nõ teneãtur ſuos canonicos mittere ad exteras Vniuerſitates, & eis abſentibus, aut integros p̃bendæ ſuæ fructus, aut quantum in victũ & libros ſufficiat, ſuppeditare: danda eſt collegijs illis opera, vt lectiones, potiſſimùm ſacræ Theologiæ, in ipſa Vniuerſitate vigeant, & canonici illi, qui habent p̃bendas, ſibi ex indulto Apoſtolico cũ onere legendi collatas, ſuo muneri iuxta tenorem bullę ſummi Pontificis, vndè p̃bendas illas cõferendi authoritas manauit, ſatisfaciant. Quãobrẽ monemus & hortamur eos, qui de p̃bendis gratiæ primæ gaudẽt, vt aut legant ipſi in ſua facultate, aut ſi legitimo impedimento teneantur, conducant alios idoneos Magiſtros, qui vices eorũ in docẽdo ſuppleant. Qui ſi monitionibus noſtris paternis auſcultare noluerint, cũ noſtra (ad quos pertinet bonũ publicum promouere) interſit, lectiones Apoſtolicæ ſedis beneficio Vniuerſitati debitas p̃ſolui, Cenſuimus totius Concilij nomine requirendos eſſe Vniuerſitatis Rectorẽ & Prouiſores, vt munere ſuo perfungant̃, & eos quibus de Præbẽdis ſeu Beneficijs prouiderunt, requirãt ad legendum & ſatisfaciendum oneri Præbendæ annexo, & iuxta Apoſtolici priuilegij tenorem, contra non parentes procedãt: alioquì negligentiam eorum deferendam ad Summum Pontificem, & petendam prouiſionem qua huic caſui prouideatur.

DE ALTERO MEdio, ad conſequendam Reformationis executionem neceſſario, quod eſt Examen Ordinandorum.

1 DEindè viſum nobis fuit, ad ſtabilem & duraturam Eccleſiaſtici ordinis Reformationem cõparandam, neceſſarium eſſe, vt initiandi ſacris ordinibus, ritè examinẽtur. Hi verò, qui ad Prælaturas & regìmen animarum aſſumuntur, nouo eidemq; rigidiori examini ſubmittant̃, propterea q̃ mortales omnes ſequi ſuum genium quotidiè experiamur, & aſinum manere aſinum, etiam ſi exuuijs leonis induatur: atq; ita euenire, vt cùm vitijs dediti homines, aſſumũtur ad dignitates & Prælaturas, vertant dignitates & curas nõ quò oportet, ſed vel ad auaritiam implendam, vel in ventrem ſaginandũ, aut ad faſtum & pompam: quidã etiam vt in luxu & delicijs viuãt. Quibus profectò rebus fit, vt planè in diuerſum abeant officia & munera diuinæ miſſionis, nec ferè vlla ſit animarũ & rerũ eccleſiaſticarum cura vera, ſed imagines tantùm & apparatus: nec ſeria benè inſtitutæ Reformationis executio, ſed maior indiès morũ & doctrinæ corruptela. Quamobrem in primis ſtatuimus & ordinamus, ne quis ad ſacrorum Ordinum perceptionem admittatur, niſi diligenter examinatus de fide quã teneat, de affectu quo ducatur ad petendos Ordines, de ſcientia quæ ſufficiat ad Ordinis, quem petit, miniſteria explenda, de moribus Ordinem decentibus, & ætate legitima.

AD QVOS PERTINEAT Examen.

2 QVoniam verò difficile erat, vbi ſunt magnæ Eccleſiæ & multi ordinandi, Epiſcopos, ad quos examinatio propriè pertinet, hoc negocij per ſe obire: olim ea cura in quibuſdã Diœceſibus in Scholaſticos Cathedralium Eccleſiarũ, in alijs verò in prælatos alios relegata eſt, quibus iam examinandi ius eſt quæſitum, & maiora q̃ cæteris Canonicis ſtipendia ab Eccleſia decreta: verùm quales nunc ſunt pleriq; Scholaſtici, & illi penes quos eſt examinandi poteſtas, iura quidem ſua tuentur, nec tamen docent iuuentutem, nec examinant: officiumq; & curas illas alijs, non multo melioribus, examinatoribus interdùm delẽgant: quo fit, vt alio in alium hanc curam transferente, aut nullæ, aut perfunctoriæ & admodùm frigidæ fiant ordinandorum examinationes. Quem defectum ſupplere cupiẽtes, & examen ad ſua principia, hoc eſt, ad Epiſcopos reuocare, quibus ex lege diuina incumbit, nemini citò manus imponere, matura deliberatione præhabita, declaramus, Epiſcopos nõ debere huiuſcemodi examinationibus (quando nõ ignorant eas perfunctoriè factas) ſtatìm acquieſcere, & inq̃ſitionis ſpecie, quã ex reliquijs antiqui moris retinent in altari, cùm rogant vtrùm ſint digni, iuſti, & ſancti, putare ſe ſatisfeciſſe, atq; ita inutiles & indignos homines, nonnunq̃ etiam ſceleratos, ab alijs fortè (quos ea cura non admodùm tangit) dignos iudicatos, ſacris illis ordinibus contra conſciẽtiam propriã inſignire. Eaq; de cauſa requirimus Prouinciæ noſtrę Epiſcopos in Dño, vt vel ipſimet huic ſuo muneri ſatisfaciant, vel curam illam imponant viris pijs, doctis, & de Eccleſię profectu ſolicitis, quorum diligentia ſit eis explorata, niſi certiſſimo experimento cognouerint Scholaſticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui meritò fidant, adhibuiſſe.

DE LICENTIATORIIS AD ſuſcipiẽdos Ordines extra Diœceſim.

3 STatuimus vt nemini poſthàc (vbi digna & iuſta cauſa nõ eſt) dentur licentiatoria, ordines extra ſuã Diœceſim recipiendi: niſi priùs ſit, iuxta modum præſcriptum, in ſua Diœceſi examinatus. Ad hoc enim comperimus quoſdã licentiatoria petere, vt examen ſubterfugiant.

DE PROCLAMATIONE Ante maiores ordines facienda.

4 QVoniam non oportet ſacros Ordines quaſi furtìm ſurripere, ſtatuimus & ordinamus, vt quemadmodũ iungendi matrimonio trina proclamatione populo denunciantur: ita maioribus Ordinibus initiandi, trina proclamatione denuncientur in Eccleſia Parochiæ, quam inhabitant, ad percipienda impedimenta, ſi quæ ſunt, quę debeat Paroch⁹ Epiſcopo aut Officialibus ei⁹ ſignificare: vbi tñ proclamatio talis cõmodè fieri poteſt, nec veriſimilis ſit metus, ne maleuoli homines clericos innoxios à maiorum Ordinum ſuſceptione deterreant.

DE TEMPORE QVANDO debeant ordinandi dare nomina ſua, & examinari.

5 MAndamus, vt volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus ordinem promoueri, præſententur, & dent Intitulatoribus nomina ſua feria quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & ſequẽti die examinentur, hora quam eis conſtituẽt examinatores. Promouẽdi verò ad Sacerdotij gradũ, dent nomina ſua feria quinta ante diem ordinationis: quibus ſimiliter ſtatuetur hora, cùm ſimul ob multitudinem examinari non poſſint. Adferant verò promouendi omnes ſecũ teſtimonia, nõ modò ſuorum Parochorũ, verumetiã præceptorũ aut proborum virorum, apud quos maiorẽ vitæ partem tranſegerũt, per examinatores diſcutiẽda, vndè poſſit Epiſcopo, vtrùm irrepræhenſibiles ſint, conſtare.

DE EXAMINE INSTITVENdorum ad dignitates, curas animarum, aut alia officia.

6 POrrò quò plus negociorum incumbit eis, qui ad Prælaturas, dignitates & curas animarum vocantur, hoc magìs intereſt Eccleſiæ & Chriſtifideliũ, vt tales ſingulari examine, maioriq; diligentia, q̃ reliqui explorent̃, vtrùm ſufficiant ad præſtanda munera illa ad quę vocantur. Præcipuè verò Epiſcoporum intereſt, quales habeãt in excolendo agro p̃nico cooperarios. Hinc ſtatuimus & ordinamus, vt nemo electus cõfirmetur, nemoq; præſentatus ad dignitatẽ vel animarũ curam inſtituatur, priuſquàm ſit à ſuo Epiſcopo, aut Archidiacono Epiſcopi, aut hac in parte vicario, alijśve ſacrarum literarum, canonum, & traditionũ Eccleſiaſticarum peritis viris, quos Epiſcopus aut Archidiaconus ad hoc deſignabit, examinatus & comprobatus idoneus, poſſitq; & velit muneri ad quod vocatus eſt, pro virili ſatisfacere, & formulã Reformationis qua parte eum concernit, exequi. Quòd ſi quis Archidiaconorũ, vel ius inſtituẽdi habentiũ, contra hanc conſtitutionẽ præſumpſerit aliquem nõ ita examinatum inueſtire: ipſe quidẽ pro iudicio Epiſcopi, per certum tempus ab officij ſui executiõe, & fructuum perceptione, ſuſpendetur: inſtitutus verò eouſq;, donec Epiſcopo comprobabitur qualificatus & idoneus. Neq; tamẽ per examen epiſcopale, derogatum volumus iuri examinandi, ſi quod alij prælati habẽt.

DE EXAMINE EORVM, QVI per reſignationes aut permutationes ad beneficia contendunt.

7 AD hæc ſtatuimus & ordinamus, vt in permutationibus & reſignationibus beneficiorum, eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cuius fauorem permutatio vel reſignatio concepta eſt. Et præſertim diligens fiat inquiſitio, etiam per diſerta iuramenta, num permutatio ſit ad contegendũ Simoniæ vitium fraudulẽter excogitata ac ſimulata: ꝙ ſi vel examinis tempore, vel in poſterum compertũ fiat, pactionem illicitã & iure non probatam interceſſiſſe, vterque permutantium pro Simoniaca fraude puniatur.

DE FORMVLIS AD EXAminationem aptis.

8 QVoniam diuerſi ordines, officiorumq; & dignitatum gradus diuerſi, alias atq; aliàs requirunt in hominibus conditiones: & ratio præterea habenda eſt eorum religioſorum, qui perpetuò delitеſcere quærunt in ſuis Monaſterijs, & ad nullas animarum curas euocari, ſed tãtùm cupiunt Chori officijs in ſuis Monaſterijs adhiberi, ſacrificiumq; pro Eccleſia in Miſſis offerre, & monaſticę indulgere: viſum fuit præſenti concilio expedire, vt extarẽt formulæ, ad quas examinarentur ordinãdi, ſecundùm diuerſos ſuſcipiẽdorum Ordinum gradus, & inſtituendi & confirmandi ſecundùm conditiones munerum & officiorum quibus adſciſcũtur. Petentibus Suffraganeorum noſtrorum cõprouincialium Epiſcoporum legatis, negocium tales formulas conigerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui nõ modò in literis ſint exercitati, verùm etiam cognitionem eccleſiaſticorum officiorum teneant, & cõſcribãt in genere, quod cõmunicẽt eis omnibus pro locorũ & eccleſiarũ diuerſitate, in ſpecies aptas deducendum.

DE INSTITVTIS PLEno iure à Prælatis & alijs Eccleſiaſticis.

9 CVm bonorum omniũ teſtimonio magnus & perniciоſus ſit abuſus, ꝙ Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Prælati, & quibus in Clero eſt poteſtas cõferendi beneficia eccleſiaſtica pleno iure, conferunt Eccleſias parochiales abſolutè & ſimpliciter quibuſlibet, interdùm indignis & ineptis, hominibus inexploratis, nullo p̃cedente examine: & quod intolerabili⁹ eſt, nonnunq̃ ſpurijs, nothis, pueris, aut ſeruis indignis:

indignis:censuimus hanc rem totius cõcilij nomine ad summũ Pontificem deferẽdam, petendamq; sedis illius prouisionem & declarationem, irritantem tales collationes, quas vocant pleno iure, nisi præcedat examen Episcopale, seu eorum, quos Episcopi ad hoc dabunt,& vt potestatem faciat Episcopis, vt quos nó cõstaret à sua sanctitate, vel aliâs ritè examinatos,non teneant, quauis licèt authoritate nitẽtes,ad possessiones Prælaturarum vel Sacerdotiorum curã animarum habẽtium admittere, nisi examine diligẽter excussos atq; probatos. Similiter, ne quenquam in ordine,ab alio quàm suo proprio Antistite,surreptitiè, & nullo præuio examine,suscepto,teneantur ad Ecclesiasticas functiones admittere,sed ab ordinis suscepti executione suspendere, donec exhibitis suæ promotionis literis, per examen debitum & iuxta Reformationis formulam factum,fuerit repertus idoneus.

DE SECVLARIBVS VSVRpantibus sibi potestatem pleno iure conferendi beneficia.

10 DE secularibus verò,habentibus ius p̃sentandi aliquem ad beneficium Ecclesiasticum,siue Curatum,siue à cura liberum,qui contra regulas canonicas adnitũtur pleno iure conferre, absq; institutione canonica,aut præsentatum via facti intrudere: Decernimus cum toto concilio, tales conatus irritos ac nullos esse: & si qui tale quiddam facere tẽtauerint, hos ipso facto, iure præsentandi pro vice illa priuatos esse: illum verò qui beneficium tali titulo recipit,aut se ei intromittit, nihil per hoc iuris acquirere,& procùl ab illius occupatiõe remoueri debere, & per ordinariũ in eius locum surrogari alium: quin & iura decernũt vtrunq;,& intrudentem & recipiẽtem,anathemate feriendum esse.

De iure Patronatus, ea. Præterea.

DE OFFICIORVM PERFVNCTIONE, MEDIO tertio,ad cõparandam executionem Reformationis necessario.

1 NOn prodest ad Ecclesiæ ædificatiõnem, Prælatos & Pastores,curam animarum habentes, fuisse diligẽter examinatos,probatos, & legitima manuũ impositione institutos, atq; admissos,nisi p̃sent etiam officiũ,ad quod sunt vocati,& cuius gratia stipẽdia ab ecclesia accipiũt. Idcircò pro consequenda Reformationis executione,curandum esse censuimus,vt ecclesiarũ Prælati & Pastores suo munere strenuè p̃fungantur. Quod nisi fiat,iacent oñia quæ Reformatio exigit.

QVIBVS POSSINT ARCHIdiaconi munus suum committere.

2 IAm quòd passim tam indoctos & inutiles sacerdotes videmus Ecclesiarũ regimini præfectos,vndè & mores boni corrũpuntur, & omnis disciplina populi labascit, quodq; tam turpiter in cõcubinatu, perpetua ebrietate,& alijs infamibus vitijs, vndè & populus scandalizatur, quidam viuunt: Episcoporum negligẽtiæ, & Archidiaconis illis qui quæstum auarum & officiorum seu munerum suorũ locationes faciunt, & mâlunt homines de salute æterna periclitari, q̃ se lucro turpi ac temporali non ditari,acceptum ferendum esse fatentur oñes,quibus dolet,animas hominum,quos sanguine suo Christus mercatus est,non pluris æstimari, & Cleri infamia populum scandalizari. Cui accusationi & iustæ querelæ mederi cupiẽtes,sancimus & statuimus, vt Episcopi, Archidiaconi,& omnes qui functionem munerum suorum nõ per se, sed per ministros aut commissarios seu collectores solẽt obire, vices suas non committant hominibus leuibus,vitiosis,aut coniugatis: sed tantùm Ecclesiasticis,grauibus,& probatæ opinionis viris.

NON LICERE PRAELATIS, officia sua pro pecunia pacta alicui committere.

SImiliter ad tollendum grauem & scandalosum abusum, quo quidã pecunijs oblatis comparant sibi à Prælatis cõmissiones & officia,non salutem animarũ,sed pecuniam vberiorem ex officijs quærentes: Statuimus & mandamus,ne quis Prælatus, cuiuscunq; sit dignitatis, suam Iurisdictionem & munera vlli commissario seu collectori,licèt Ecclesiastico,plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo censu, cõmittat vel vendat,sub pœna excommunicationis,quam emens seu pecuniã paciscens,ipso facto incurrat: vendens verò, præter pœnas canonicas,amittat etiam actiõem, pecuniã pactam exigendi: Decernentes contractum huiusmodi illicitum,à Iure damnatum, ac nullum esse & haberi debere. 3

QVOD NON LICEAT RElinquere peccata pro pecunijs impunita.

MAgno populi Christiani scandalo,q̃dam,ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita,non perpendẽtes pudendum esse crimen,crimina non coërcere:nec quicquã esse,quod atrociùs eꝑos & prelatos coram Deo accuset, q̃ huius rei neglectus. Idcircò deliberatione cum Cõcilio habita, Mandamus & sancimus,ne Episcopi, Archidiaconi, vel alij iurisdictionem habentes, aut eorum Officiales seu Commissarij,vitiorum correctiones dissimulent,permittentes cuiquã pecuniæ,munerũ, vel necessitudinis cuiuscũq; gratia in eis hærere:sed delicta præterita castigent, pœnitentia salutari,pro delicti grauitate, imposita: nec pœnitentiæ loco pecuniam emungant, nisi vbi permittunt Iura aut Canones: seu vbi 4

pro

De pœnis c.licèt De Offic. Ord.c.Irrefragabili.paragrap.Prouideant. de sen.excõm.li.6. c. venera. paragrap. Deniquè.

p transgressione mandati vel inhibitionis, certa mulcta(cuius habuerit trãsgressor cognitionem,& tũ contempserit) decreta sit. Verũ mulcta ex permissione Iurium aut canonum proueniens, secundũ illorum præscriptum cõuertatur. Cæterùm vbi eiusce modi castigationibus nó proficitur, & tãta sit delicti grauitas,poterit etiam censuris & pœnis canonicis castigari: nimirùm suspẽsionis ab officio,excõmunicationis, & priuationis beneficiorum ecclesiasticorum.

Vt muneri suo Collegiorum Præpositi satisfaciant.

5 QVerela est Collegiorum, Præpositos quosdã,ad quos p̃stito iuramẽto pertineat iura & statuta ecclesiarum tueri atq; defendere,nihil agere minùs:sed percipere tantùm amplos fructus, cęterùm Ecclesias, quarum causa illos percipiunt, relinquere indefensas:immemores iurisiurãdi, & eius q̃ beneficium propter officium datur. Hinc decernimus & statuimus, vt si istiusmodi Præpositi à suis collegijs,ad bonorum, priuilegiorũ,iurium & statutorũ defensionẽ, expensis capitulorũ,necessitatis tẽpore vel imminẽte discrimine,requisiti, muneri suo satisfacere neglexerint, & indè Collegium seu ecclesia illa damnum accipiat: pœnã incidant,pro damni accepti magnitudine & Præpositi negligentia, ab Episcopo seu superioribus taxandam & moderandam.

Quòd non liceat Decanis à suis Collegijs abesse.

6 VIdemus Decanis absentibus,vel officio suo segniter perfungẽtibus,leuissimorum quorunq; canonicorum & vicariorũ insolentiã prẽualere ferè aduersus meliores,pietatem & zelum bonorum haberi ludibrio,officia negligi diuina, neque ritè neq; ab omnibus persolui,cantum p̃cipitari,vitæ & morum honestatẽ periclitari, disciplinam prorsus nullã esse: breuiter,licere prauis quibusq; quicquid libeat. Præcipimus idcircò & mãdamus,vt Decani apud suas ecclesias personaliter resideant,& officio suo per seipsos strenuè perfungantur, excessusq; subditorũ quotiès opus erit, castigent,sub pœna priuationis fructuum Decanalium,pro rata temporis quo absq; causa rationabili moniti non resederint,fabricæ aut pauperibus applicãdorum, vbi aliâs non est pœna digna contra non residentes decreta,nisi fortè necessitatis causa contigerit eos abesse: quo casu, capitulari alicui,qui suscepti officij rationẽ reddere possit,quemque inferiores reuereantur, vices suas cõmittant, nisi talem absentis vicariũ peculiaria Collegiorum statuta designent.

Quòd Abbatissæ nobiliũ virginum,quas Canonissas appellant, debeant apud sua Collegia residere.

7 IDem statuimus de Abbatissis collegiorũ nobilium virginum Canonissarum,quas tanto magis oportet collegijs suis adesse,& perpetuò residere,quanto virgines illę maiori custodia sunt dignæ. Quibus præterea mandamus, vt diligenter obseruent, num omnes in Dormitorio communi nocte decumbant,& in habitu ipsas decẽte incedãt, ac horas Canonicas ritè persoluãt,cæteraq; quæ reformationis Cæsareanæ formula,& probatæ earum constitutiones exigunt,diligenter obseruent,sub pœna suspensionis à perceptione fructuum,in fabricam ecclesiæ applicandorum,donec pareant.

Illas verò Abbatissas,quæ duobus Collegijs cõtra Decreta sanctorum Patrũ præpositæ sunt,& duorum in se recipiunt curã, quum vix vni regẽdo sufficiant, censendas decernimus iuxta decretum De restringẽda pluralitate beneficiorum,inferiùs paulo subiectum. Atq; vt Canonissę secundũ formulam aliquam,ipsorum statui conuenientem,possint in vitę & morum honestate reformari,conscribi quædam in eam rem iussimus,quæ Visitatoribus nostris trademus exequenda: Cõmunicabimus quoq; ea reuerẽdis cõfratribus nostris Comprouincialibus Episcopis,quô & ipsi in suis Diœcesibus,secundùm locorum & personarũ rationem,(quantùm fieri potest)reformationis vnitatẽ ac conformitatem introducant.

Vt Abbates à monasterijs suis non discedant,

8 MAndam⁹ quoq; & p̃cipimus,vt Abbates quorũlibet Monasteriorum, nõ nisi intra Monasteriorũ septa, cũ fratribus habitent,nec morã longã extra ea trahant.

De restringẽda plurimorũ beneficiorũ curã animarum habentiũ, coaceruatiõe.

9 CVpientes ex animo,quantùm in nobis est,prohibere ac tollere odiosum illud & insatiabile(quod & Patrum canones detestantur)studium coaceruãdi multa beneficia,curam animarum habẽtia, vndè populus fidelis grauiter scãdalizatur, & optimorum quorunq; animi à clero alienãtur,spoliantur Ecclesiæ debitis ministerijs,cessatio inducitur cultus diuini:fundatores, quorũ sacrosancta & inuiolabilis debebat haberi suprema voluntas, spe & expectatione sua fraudantur: meliores,quibus beneficiũ aliquod ecclesiæ certæ debetur,quique ministrare in eo cupiant & possint, non absque iniuria & offensione dei excluduntur,& ad studia prophana impelluntur, vbi Ecclesiæ poterant esse ornamento: donec Cæsarea maiestas prouisionem meliorẽ aduersus licentiam hanc à summo Pontifice impetret, id quod ab Ecclesiasticis Imperij statib⁹ rogatus,se recepit à sanctitate eius eniti atq; efflagitare velle: Statuimus,& cõmuni maturaq; deliberatione cum cõcilio præhabita,quod iustissimũ est,& ad Ecclesiæ ædificationẽ pertinet,sancimus, vt beneficiatus quisq;,si beneficia habet à curis libera, aut

vnum curatum, aliud simplex, satisfaciat officio cuius gratia beneficium accipit, secundùm Fundatorum intentionem, sacros
1. Cor. 9. canones, & Patrũ decreta: & ab Ecclesia vbi beneficium negligit, nõ participet. Etenim diuini iuris est, vt qui seruit altari, de altari viuat: nec bono iure is qui non seruit altari, viuit de altari: sicut stipendium nõ debetur nisi militanti. Si verò curatum habet beneficiũ, apud Ecclesiam vbi beneficiũ habet, resideat, & officio satisfaciat, alioquì nihil percepturus: pertinebitq; ad Episcopũ, seu eos quibus hoc iuris cõpetit, vt de p̃bendæ seu beneficij fructib⁹, ad Ecclesię illi⁹ vtilitatẽ disponãt: nisi beneficiat⁹ ille Ecclesię dei vtilius aliquod seruitiũ interim impendat. Quòd si quis iuxta C. De multa, De prębendis qualificatus iam impetrauit à sede Apostolica facultatem plura q̃ vnum beneficiũ retinendi: Mandamus, vt hanc Episcopo suo, aut eius Visitatoribus secundùm dispositionem c. Ordinarij, De offi. Ordina. in vi. p̃sentet atq; exhibeat. Quæ si appareat sufficiens, curet Episcopus vt beneficia debitis obsequijs non fraudentur. Alioquì beneficiatus vno (quod maluerit) retento, reliqua liberè resignet, aut dimittat viris idoneis, p̃sonaliter residere volentibus, absq; p̃iudicio tñ præsentantium, eligentium, & collatorũ cõferenda. Si verò dispensatũ sit cum indigno, summo illud Põtifici curet Episcop⁹ significare, vt digniori de bñficio illo p̃uideatur per eos, quibus aliâs competit ius eligendi, conferendi, vel præsentandi.

De Cõpetentia iusta rectoribus Ecclesiarũ, siue ppetuis siue tẽporalibus assignãda.

10 VBi collegia vel monasteria, vel habẽtes dignitates, habent Ecclesias parochiales incorporatas, cum decimis, iurib⁹ & censibus, quas cõmittere soleant pastorib⁹ vel perpetuis vicarijs, cum assignatione portionis fructuum regendas, si portio talis sit accisa, nec sufficiat, vt honestè ac decenter ex ea viuatur, ne causa sit cur animæ negligant̃, aut deferatur officiũ, vel ad curas fordidas pastor ille pro victu cõparando adigat̃: Mandamus & decernimus, vt iusta portio secundùm Reformationẽ ei de decimis Collegij vel monasterij bonis assignetur, siue per episcopũ loci, siue p̃ eius visitatores. Similiter vbi temporales rectores ad regẽdas Ecclesias conducuntur, decernimus, vt ijs iustum stipẽdium detur, pro locorum & p̃sonarum cõditione ab episcopo moderandum, quod decentem eis & honestum victum atq; vestitum suppeditet.

De prębẽ. c. extirpãdę & c. exposuisti. Et c. i. codẽ titulo in sexto.

Ne cogantur Ecclesiarum Rectores opera seruilia subire.

11 OMninò aũt vetam⁹, ne vlla Collegia, monasteria, vel habentes dignitates, locent Ecclesiarũ suarum regimen cũ agris, vineis, syluis, pratis & iuribus, rectori plùs offerẽti sub annua pensione: tales enim, coloni veriùs q̃ pastores, seruilibus & sordidis negocijs se dẽdere, & maiorem temporaliũ, q̃ spiritualium bonorum solicitudinẽ habere, dignamq́; animarum curã negligere solent. Possunt tñ colonis secularibus Ecclesiarum prędia sub annuo censu locari, emolumentaq́; p̃ vtilitate ecclesiarũ cõmutari, vel vendi: quinetiã non vetamus, quin collegia & monasteria possint ecclesię Rectori, bonorum ad ipsam Ecclesiam pertinẽtium, administrationem plenam cõmittere, pro moderato censu, quem de prædijs pendat: sic tñ, vt ei supersit honestus & sufficiẽs victus ac vestitus: nec ad supremum censum adigatur, vt solent licitantes à plùs offerentibus, pro quo corradẽdo cogat̃ se sordidis & seruilibus operibus mãcipare, ac rusticus fieri, vt vix aut ægrè ei supsit, vndè nuditatẽ suam vestiat, & vitã miseram sustentet: quales multos, magno Ecclesiastici ordinis dedecore, in pagis videmus sacerdotes.

De Vicariorum seu capellanorum in Ecclesijs collegiatis, officijs.

12 AD postremũ statuimus & ordinamus, vt Ecclesiarum collegiatarum vicarij, quos aliqui vocant Capellanos aut Chorisocios, nomini suo respõdeant: nec tempore diuinorũ, alijs p̃sallẽtibus, ipsi extra chorum spatient̃, desideant, confabulentur, aut aliud quid agant in ecclesia, in populi scandalum. Sed canonicis in persoluẽdis horis canonicis & diuinis sint adiumento, & onera specialia, ad q̃ vel ex fundatione, vel antiqua cõsuetudine, aut ecclesiarum statutis, obligantur, deuotè & diligenter p̃soluant, sub pœna suspẽsionis, non à distributiõibus tantũmodò quotidianis, verumetiã à vicariarũ suarum fructibus, donec negligentiã iuxta Decani & Capituli iudiciũ emendẽt.

DE QVARTO MEDIO REFORMANDI ECclesiam per visitationem.

1 NOn aliâs sanè meliùs, q̃ in visitatione, depræhenduntur, corriguntur & eradicantur errores & vitia, quæ visitatoribus dormiẽtibus seminantur, crescunt, & securũ robur acquirunt. Sic in Euangelio dicit̃: Cùm dormirent homines, venit inimicus homo & superseminauit zizania, morum nimirũ & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati, qui nõ visitant: soli vigilant, & seruant custodias noctis super gregem suum, qui mala quæ metuuntur, visitatione præcídunt. Et quoniam semper oportet eos in sibi cõmissas oues habere oculos intentos, speculatores appellanti: Speculatorẽ, inquit Prophe- Matt. 13.
ta, dedi te domui Israel. Nec aliud est episcopus etiam ex noĩe, q̃ speculator. Hinc etiam Apostolus: Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus epi- Ezech. 3. d
scopos. Et vniuerso, inquit, gregi, quod visitatio- Act. 20.

tationem requirit, vt episcop⁹ nemini desit. Quale exemplũ dedit ipse de se Apostolus, nõ semper prędicans, sed visitans etiã suos, quos ad Christum conuerterat, vt exploraret, vtrùm seruarent doctrinas & traditiões Apostolorũ & seniorum. Sic habito cõcilio Hierosolymitano, in quo Apostoli & seniores statuerant, quonam pacto lex vetus sepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertẽtes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, quomodò se habeãt. Qualiũ visitationũ frequens mentio est in Actis Apostolorum. cap. 20. cõmemorat episcopis Asiaticis labores suos, ac tandẽ contestatur eos in hæc verba: Quapropter cõtestor vos hodierna die, q̃ mundus sum à sanguine oĩm: Non enim subterfugi, quo minùs annunciarem vobis omne cõsiliũ Dei. Qua sanè cõtestatione pronunciat reos sanguinis oĩm pereũtium animarũ, episcopos illos, q̃ oues suas nõ requirunt. Visitatione igit̃ opus est, cùm archidiaconali, tum episcopali atq; archiepiscopali, & eorũ, quibus hoc muneris incumbit, ad extirpãdos errores ac vitia, & mores bonos plantãdos, eosq́; in vsu & vigore suo retinendos. Hactenùs aut̃ (quod negare non possumus) alto somno dormiẽrunt episcopi, de archidiaconorum visitatione securi, qui speciẽ quandam visitationis retinuerunt, sed deformẽ, & prauorũ Officialium seu Visitatorũ quæstu vitiosam ac repræhensibilẽ. Nunq̃ profectò, quod nũc serò querimur, tot hęreses & sectę moresq́; corrupti eousquè inualuissent, nec iaceret adeò disciplina Ecclesiastica neglecta, si rectè visitatũ ab episcopis & archidiaconis, & ijs, quib⁹ hoc muneris incũbit, fuisset. Quapropter Archidiaconis quidẽ totius cõcilij authoritate mãdamus & p̃cipimus, vt abusu correcto, visitationẽ instituant ad formulã Reformatiõis, nec quenquã sinant in vitijs, pecunię vel munerũ causa, hærere, iuxta superiores nostras constitutiones, sub pœna quã episcopi vel superiores dignã iudicauerint. Episcopos aũt nequirimus, vt frequẽtiùs p̃ hoc trienniũ visitẽt suas Dioeceses, cũ ad extinguendas hęresum & schismatũ reliquias, tũ verò vt archidiaconales & inferiores visitatores obseruent, atq; in ordinẽ redigant. Nam nisi hoc fiat, verendũ est, inferiores visitatores suum morem retenturos.

De Notario in Visitatione adhibendo.

2 STatuimus ad hęc, vt Visitatoribus adhibeatur Notarius qui sit sacerdos, aut saltem clericus non coniugatus.

De visitatione exemptorum & non exemptorum.

3 CAutum est in Reformationis formula, vt à visitatione episcopali nulla Ecclesia esset libera seu exẽpta, propterea, vt opinamur, q̃ exempti multi, ab institutis suis latè deflexerunt, & populum grauiter irreligiosa vitæ conuersatione & moribus corruptis scandalizent: induceretur autem Ecclesię turpis facies, plurimaq́; in populo scãdala nascerẽtur, si visitatis ac reformatis nõ exemptis, exempti, quos oportebat esse potiùs reformatos, hæreant perpetuò in eodẽ luto. Verùm quum in hoc negocio deesset Episcopis summi põtificis authoritas, Cęsarea maiestas recepit se velle cũ summo pontifice agere, vt operi huic tam sancto, sanctitas ei⁹ se accõmodaret. Quod ipsum vtrùm iam factum sit, nécne, nondùm ad nos peruenit. Idcircò statuimus interea, donec de hoc reddamur certiores, vt episcop⁹ quisq; visitet omnes sibi subiectos, nõ exemptos, licèt sint per Archidiaconos aut alios platos visitati. Exemptis verò, ne quid in se patiantur Episcopi desiderari eorum quę Cęsarea maiestas seriò requirit, suum visitãdi studium atq; operam offerant, hoc periculoso præsertim tempore. Et nihilominùs p̃senti Concilio statuente, requirimus, & à Reuerendis Coëpiscopis nostris suffraganeis in eorum Dioecesibus requirendos cẽsemus, omnes exemptorum prælatos & visitatores, vt munus suum strenuè exequantur, reformẽtq́; subditos suos, iuxta Reformationis Cæsareanæ (quam sibi comparare quisq; teneatur) formulam, & Cæsarę Maiestatis mentem. Qua in re si fuerint negligentes, & nõ cum effectu Reformationem exequantur, tum Episcoporũ erit, vt negligentiã hanc, aut summo Pontifici, aut Cæsareæ maiestati significẽt, quò prospiciatur eis de remedio opportuno.

De Visitatione Hospitalium etiam exemptorum.

CVm Reipublicæ, sed præcipuè Episcoporũ interfit, vt visitentur ac restituãtur hospitalia, quippe quòd Episcopi sint & esse debeant patres pauperum & infirmorum, nec ferendũ eis sit, vt eleemosynæ debitæ eis subtrahantur, statuimus hospitalia omnia esse diligenter & magna cura visitãda, impetrãdumq́; ordinarijs à summo Põtifice, Cæsarę Maiestatis intercessione, priuilegium visitandi & reformandi etiam exemptorum hospitalia, saluo tamen in alijs exemptionis iure.

De Authoritate, qua oportet visitatores Episcopales præditos esse.

ERit quoq; visitatoribus episcopalibus opus flagello Euangelico, & Ecclesiastica coercendi potestate, vt vendentes & ementes, scorta, neq̃tias, impostura, oẽmq́; turpitudinem ex Ecclesia eijcere valeant. Proindè decernimus, vt Episcopi & Prælati, mittentes aliquò, vbi ipsi fuerint negocijs alijs occupati, suos visitatores, instruant eos etiam authoritate ac potestate sufficiẽti, rebelles ac criminosos per cẽsuras ecclesiasticas coercendi, & vitia, vt magna vel parua fuerint, castigandi.

De Formulis inquirendi in visitationibus.

QVanquàm nulla certa inquirendi regula,ob rerum omnium instabilitatem,& diuersos casus,qui subindè accidũt, visitatoribus potest præscribi,expedit tamẽ extare formulas,ad quas pro diuersa locorum,ordinum,& ecclesiarum conditione, aliter atq; aliter inquisitionem suam illi instituant,& quibus submonitorij loco vti possint. Quæ si non inueniantur editæ,quo visitatores hoc onere leuem⁹, dabimus pijs & eruditis aliquot viris negociũ, tales formulas,etiam suffraganeis nostris Episcopis communicandas,colligendi ac scribendi.

De Sumptuum & Procurationum in visitatione exigendarum moderatione.

SEmper mansit extra cõtrouersiam, eos qui visitarentur,debere suis visitatoribus sumptus omnes,dicente Apostolo: Quis
1.Cor.9. plãtat vineam,& de fructibus eius nõ edit? Quis pascit gregem,& de lacte eius nõ mãducat?Si nos spiritualia vobis seminauim⁹, magnũ est,si carnalia vestra metamus? Sed quoniam frigescente charitate,populus nõ vt olim benignè & liberaliter succurrit Ecclesiarũ necessitatibus, & grauibus insupèr exactionibus ecclesiæ per hanc tempestatẽ atteruntur: ne visitatio superueniens, fiat
Ibidèm onus importabile, & offensionem demus, vt Apostolus loquitur,Euangelio:Requirimus reuerendos Comprouinciales Episcopos,nostros Suffraganeos, vt quando non per se,sed per Cõmissarios visitabunt, non sinant visitandos supremis euectionum ac procurationum iuribus grauari: neq; enim debent filij thesaurizare parentibus,sed parentes filijs:Prꝛcipimusq; & mãdamus vni-
2.Cor.12. uersis & singulis nobis inferioribus visitatoribus,ne superfluũ famulitiũ in comitatũ assumant,& victualium sumptu mediocri, pro sua decentia,sint contẽti. De Parochis verò,vbi tenues sunt reddit⁹, & paucus est populus,ordinamus, vt visitandi vocentur ad vicinũ aliquem illius decanatus seu regiunculæ locum,& moderatum tãtummodò subsidium conferant in sumptus communes. Cęterùm si pauperis cuiuspiam parochiæ necessitas requirat visitationẽ personalẽ,cum hac visitatores agãt benignè,&
Act. 20.g ad exemplũ Apostoli Pauli,qui malebat ma-
1.Cor.4.c nuum labore victum sibi & suis quærere, q̃
2.The.3.b quẽ grauare,ecclesiæ pauperi de suo, quod à locupletiori Ecclesia habent,seruiant.

DE SYNODO-
RVM CELEBRATIONE MEdio quinto,ad Reformatiõem exequendam necessario.

1 MAgno status ecclesiastici,immò Reipublicę christianę detrimẽto serò querimur, Synodos vel intermissas,vel nõ rectè hacte-

nùs fuisse celebratas.Quarũ necessitas hinc intelligitur, quòd vbi deficit visitatio, vbi Officiorum nõ est cura, vbi examen & studia bona iacuêre neglecta,solę restant Synodi seu Concilia in nomine Christi cõgregata,idonea non tantùm ad bonorum morum plantationem,& extirpationem malorum,verumetiam ad Mediorum seu Viarũ, quibus ad istas pertingimus,restitutionem, cum primis valẽtia. Siquidem in synodis redintegratur vnitas,studetur corpori in sua integritate conseruando,vbi ea, quæ in visitatione nõ dabatur exequi, executionem studijs communibus assequũtur, vbi de capite & membris,de fide & pietate,de religione & cultu diuino,de moribus, de disciplina, de obedientia, de iudicijs & rebus omnibus, ad benè Christianeq; viuendum commodis vel necessarijs,tractatur atq; statuitur, vt verissimè in Reformationis formula dicatur: Salus Ecclesiæ, terror hostiũ eius,& fidei catholicæ stabilimentum sunt synodi,quas etiam rectissimè corporis Ecclesiæ neruos dixerimus. Neglectis enim synodis,non aliter ecclesiasticus ordo diffluit,q̃ si corpus humanum neruis soluatur. Idcircò statuimus, vt synodus diœcesana quotannis bis,pro veteri quidem more,sed iuxta Reformationis formulam religiosiùs, & meliori cum fructu celebretur. Sufficerit tamẽ in diœcesi Leodiensi, propter eius latitudinem & multitudinem Prælatorum, semel quotannis rectè & studio feruẽti celebrare. synodum verò prouincialem volumus,iuxta Basilęensis Concilij decretũ sin- Sess. 15.
gulo quoq; triennio cogi debere.

De Sumptibus, quos in Synodis faciunt Decani Collrgiorum & Pastorum.

DEcani Collegiorum accedentes Synodum,pro suis Collegijs in religiõis 2
officio & dignitate sua conseruandis,& decani rurales pro suæ regiunculæ Parochis,
Deo vtiq; militant. Nemo verò,vt Apostolus ait,militat vnquàm stipendijs suis. Propterea decernimus & statuimus, vt pro numero dierum,quibus concilium durat, cõferãt Decanis suis Collegia & Parochi subsidia,in sumpt⁹,quos necessariò facere debent,absq; omni tergiuersatione. Qua in re tam iusta,si qui rationis & æquitatis obliti, 1.Cor.9.
reddiderint se difficiles,Visitatorũ nostrorum erit hos tales nõ modò compellere ad id,quod iure diuino debent, persoluendũ, verùm etiam pœnas ab eis pro iniquitatis modo exigere.

De nouis Constitutionibus in Synodis edendis.

STatuimus quoquè,vt in Synodis com- 3
munibus consilijs decernatur, de tollendis abusibus & moribus corruptis,quos cõtigerit ad synodi iudicium referri, disciplina ecclesiastica castigandis. Et si opus
sit,

sit, Canones veteres renouentur, aut noui in nouis casibus, iuxta sacrã scripturam, Patrum sanctiones, & rectæ rationis iudicium condantur: id quod modò nos quoque ex his quæ ad Synodum relata sunt,facere decreuimus.

DE MEDIO SEXTO
AD REFORMATIONIS executionem necessario.

1 SEXTVM Medium ad exequendam Reformationem efficax, est Iurisdictio Ecclesiastica, qua tãquàm supremo refugio compelluntur,qui spontè non ducuntur, ad vitæ emendationem. Hanc Christus Ecclesiæ in Petro, pro Ecclesia confitenti ipsum esse filium Dei, promisit, quandò dixit: Tibi da-
Matth.16. bo claues regni cælorum: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terrã, erit solutum & in cælis. Quam promissionem non ad vnum Petrum pertinere,sed in omes Apostolos transmissam, alio loco insinuat,
Matt. 18. vbi dicit: Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram,erunt ligata & in cęlo:& quæcunq; solueritis super terram,erũt soluta & in cælo. Ecclesiæ igitur sunt claues istæ ligandi atque soluendi datæ, quas non ab hominibus, sed à Christo accepit: vt absque diuinæ authoritatis contemptu, conte-
Ibidèm. mni non possint. Quapropter Christus prꝛcipit,vt eum qui Ecclesiam ius dicentem nõ audierit, pro ethnico habeamus & publicano. Tanta est Ecclesiasticæ iurisdictionis vis & potestas. Hac coërcentur obstinati in sceleribus,peruicaces, rebelles, flagitiosi, &
1.Cor.5. contumaces. Hac vsus est beatus Apostolus Paulus, quandò Corinthium, nouercæ suæ stupratorem, tradidit satanæ: Ego, inquit, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, Eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Chri-
1.Timo.1. sti. Hac item vsus est aduersus Hymenæum & Alexandrum, qui operum conscientiam, quæ fidei rectæ congrueret,repellentes,circa fidem naufragauerũt, quos tradidit satanæ,vt discerent non blasphemare. Et increpat beatus Apostolus Corinthios apud iudices infideles & ethnicos iudicio contendentes: An nescitis,inquit, quoniam sancti
1.Cor.6. de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Et per ironiam subdit: Secularia igitur iudicia si habueritis,cõtemptibiles scilicet qui sunt in ecclesia,illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum,sed frater cum fratre iudicio cõtendit,& hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus, decreuimus cum præsenti Synodo iudicia Ecclesiastica in primis reformanda esse. Et quidem in hanc rem antecessores nostri sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopi, Theodoricus & Ropertus quędam statuêre,post quos antecessor noster Hermannus,Anno vigesimonono, copiosiorem nostræ Curiæ Reformationem edidit,quę in Prouinciali cõcilio, anno trigesimosexto, cõmuni omniũ consensu publicata atq; recepta est. Verùm cùm prohibente hominum malitia, non sit reformatio illa per hanc tempestatem sortita per omnia executionem, Decreuimus hanc primùm in diœcesi nostra diligenter exequi, & omnes curiæ nostræ Officiarios iureiurando adstringere ad eius obseruantiam. Requirimus quoque & monemus reuerendos confratres nostros Suffraganeos Episcopos,vt & ipsi secũdùm hoc exemplar, prout meliùs videbitur congruere saluti & tranquillitati subditorum, suas quoq; Curias reforment,& executionem reformatæ iurisdictionis,episcopali sua authoritate inferioribus omnibus ad eundem modum, hoc est,per iusiurandum imponant.

De impedientibus executionem mandatorum & sententiarum iudicũ Ecclesiasticorum.

ECclesiasticus iudex officio suo nequit 2
perfungi, vbi Magistratus & seculares homines,contumacibus,flagitiosis & rebellibus patrocinium ferunt aduersus Ecclesiastica iudicia, vel ea impediunt. Idcircò mandamus omnibus Magistratibus, Præfectis, Iudicibus secularibus, & quibuscunq; Ecclesiæ filijs,ne quis ad iudicium Ecclesiasticum vocatis,aduersus Dei ordinationem, vndè est ista potestas,& sacros Canones,patrocinetur,aut quouis modò impediat mãdatorum & sententiarum Ecclesiasticorum iudicum executionem, sub pœna excõmunicationis,qua,nisi admoniti resipiscãt, sint plectendi. Pijssimum quoq; Imperatorem nostrum,& Principes seculares,quorum ditiones in Prouinciam nostram excurrunt, vel intra eius ambitum continentur, duximus totius Concilij nomine, tanquàm iustitiæ patrocinatores inuocandos, vt ditionum illarum Satrapis, Præfectis, Iudicibus, Magistratibus, suisque vicarijs mandare ac præcipere velint, ne Ecclesiastico iudici, brachium seculare petenti, illud denegent, aut cuiuscunq; exceptionis per reos propositæ occasione differant, etiamsi nullitatem

exceptio coacernat, quemadmodùm iure communi cautum est.

Ne Iudices seculares de Matrimonialibus & alijs spiritualibus causis iudicent.

3 QVVM Matrimonij sacramentum, vt Sacramenta reliqua, in thesauris Ecclesiæ numeretur, nec sit ciuilis quidam cõtractus, vt olim putârunt Ethnici, ad solius Ecclesiæ iudicium, præsertim vbi quæstio iuris versatur, eius discussio pertinet. Idcircò statuimus cum præsenti Concilio, & sub Excommunicationis pœna prohibemus, ne Magistratus aut Iudices seculares, in Matrimonialib⁹ aut alijs Spiritualibus, q̃buscũq; causis, ad cognitionem solius Ecclesiastici iudicis spectantibus, inter suos subditos aut alienos iudicent, nec dispẽsandi aut transigendi potestatem in matrimonio ac gradibus prohibitis sibi vsurpent, sed eiuscemodi causas omnes ad iudicis Ecclesiastici cognitionem & definitionem remittant.

CENSVRAE ET DECRETA LATA PRO ABVSVVM & vitiorum ad Synodi iudicium perlatorum emendatione.

NE QVIS RECIPIAT AVT FOVEAT MONACHOS ET SANCTImoniales, sui instituti desertores, ac fugitiuos apostatas, sub excommunicationis pœna.

1 NVLLA re magìs per hãc tempestatem fœdata est Ecclesiæ CHRISTI facies, quàm profugorum monachorum & sanctimonialium perfidia atq; flagitijs: quorũm vt erat vitæ institutum arctum priùs & sanctum, ita eo abiecto, absq; omni freno ad quæuis flagitiorum genera prouoluti sunt: his enim authoribus natæ sunt hæreses, sacrilegia, incestuosa connubia & sacrorũ omnium prophanatio. Nec ab alijs magìs quàm ijs, quos isti seduxerunt, sunt hæc mala defensa atq; promota. Ideò magna seueritate opus est, vt flagitiosissimũ hoc genus hominum reprimatur, atque ab Ecclesia fidelium, videlicet ne plures eorum contagione inficiantur & pereant, submoueatur. Proindè quod nuper in diœcesana Synodo nostra decreueramus, nunc renouamus. & eius innixi
Matt. 18. authoritati, qui dixit: Quicquid ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis: Sancimus vnanimi totius Concilij consensu, iudicio ac sententia, ac præcipimus, ne quis cuiuscunque status vel conditionis fuerit, posthàc monachos vel monachas fugitiuos, & extra superiorum suorum obedientiam vagantes, quos nouerit veridica aliorum relatione, aut superiorum testimonio, vel alio quouis modo esse tales, recipere, fouere, aut ad sacramenta vel Ecclesiastica ministeria admittere ausit, sub excommunicationis, quam ipso facto incurrant, pœna, qua & sacri Canones feriunt eos, qui huiuscemodi fugitiuis apostatis atque excommunicatis communicant.

DE MONACHIS SANCTIMOnialibus, & sacerdotibus coniugatis.

2 PErlatum ad Concilium est, apostatas illos varia vitæ genera sectari: quosdam enim seculare institutũ in omnibus assumpsisse, & pudicitia, quã Deo consecrauerant, prostituta, Monachos sanctinonialibus, duplicato incestu, sub coniugij prætextu adhærere. Quo vitio & sacerdotes, ac maiorum ordinum quidam Clerici, contra sacros canones se contaminârunt. Quosdam verò viduis & fœminis secularibus se copulâsse. In quo gradu & sanctimoniales quẽdã Deo sub velamine dicatæ, se viris coniugij nomine prostituerunt: quas nuptias omnes, quia priorem fidem irritã fecerunt, Deo abomi- 27.q.1.Nu
nabiles atq; execrabiles, vtì nupèr in syno- ptiarum.
do nostra diœcesana declarauimus, ita nũc quoq; totius cõcilij approbatione ac iudicio declaramus & pronunciamus illicitas, ꝓphanas, sacrilegas, atq; incestuosas esse, & nusquàm tolerãdas, & anathemati eos oẽs, qui ita contraxerunt, esse innexos: prolesq; indè susceptas, illegitimas esse, nec aliter q̃ spurios & nothos habendas: ac proindè hæreditario nomine parentibus suis neque in mobilibus, neque in immobilibus succedere posse aut debere.

DE CONCVBINARIIS MOnachis vel sacerdotibus.

3 IN tertio genere versantur Monachi apostatæ, qui ministerijs Ecclesiasticis perfunguntur, & scortis seu concubinis adhærent. Quorum quidam religionis suæ habitũ penitùs abiecerunt, quidam nõ integrum, sed partem eius ob metum retinuerunt. De quibus statuimus, vt seueriori ordinis disciplinæ pro tanti scandali expurgatione submittantur, & carnis suæ petulantiam pœnitẽtiæ afflictione mortificẽt. De sacerdotibus verò & clericis beneficiatis, quibus concubinæ vel fœminæ, de incontinentia suspectæ, seu cum quibus ipsi antehàc de fornicatiõe diffamati fuerunt, manifestè cohabitant, vt nupèr in synodo diœcesana, ita nunc quoq; totius Cõcilij cõsensu & approbatione decernimus & ꝓnunciamus, eos qui tales fœminas apud se detinent, sententiã suspẽsionis ab officio & beneficio incurrisse: Mandamusq; & præcipimus, vt iuxta nouissimam declarationẽ, eas tam procùl è vicinia submoueant, vt cõmercijs non detur facilis occasio, & suspensiones oẽs vitentur: ipsas verò fœminas, si posthàc in domibus vel vicinia permanserint, cẽsemus excõmunicatio-

nis

nis censura plectendas: Volumus quoq; & iubemus, vt Ecclesiarum prælati sententiam memoratã contra concubinarios notorios, & de concubinatu suspectos, diligenter exequantur: alioquì nostrarum partium erit eorum negligentiam supplere, & pœnas dignas pro ea exigere. Quòd si qui libidinis furijs correpti, instar equi & muli, quib⁹ nõ
Psal. 31. est intellectus, suspensionis pœna nõ emendentur, aut his nostris mandatis facto contrario docuerint se non velle parére: contra hos tales ad vlteriorẽ beneficiorum priuationem, aliasq; duriores pœnas, decreuimus & censuimus esse procedendum.

DE MONACHIS QVI EXTRA obedientiam degentes, diuina tractãt & populo Sacramenta administrant.

4 IN genere quarto versantur monachi profugi, qui extra Obedientiæ iugũ & ordinis sui obseruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione reiecto degentes, regimini se intromittunt Ecclesiarum. Sacramenta conficiunt & populo administrant, cùm sint ipsi excõmunicati, & sacramẽtorum omniũ expertes: Confessiones audiunt, cùm absoluendi non habeant potestatem, multis modis & populo imponentes, & seipsos censuris grauioribus illaqueantes: Nonnunquàm etiam dogmata falsa disseminantes: quos cùm animaduertimus esse propria quædam instrumenta, quibus Ecclesiastica disciplina subuertatur, & pietatis obtenta specie, tam sibi quàm populo perniciem adferre: Mandamus & præcipimus sub anathematis vinculo, ne quis tales Ecclesiarum Regimini aut sacramẽtorũ administratiõi admoueat.

DE SANCTIMONIALIBVS, Religionis suæ habitum subindè mutantibus.

5 HIs finitimæ sunt sanctimoniales quædam, Religionem benè & sanctè institutam professæ, quas accepimus Religionis suę habitum subindè deponere, & vestes seculares Religionis tædio sibi aptare, non absq; graui fidelium scandalo, & status sui ignominia: Quippe quòd sicut mulier impudica cum veste pudorẽ, ita sanctimonia-
deponit. lis Religionem cum veste. Quam indignitatem prohibere volentes, præcipimus, ne qua Religiosa virgo sub excommunicationis pœna habitum alium, quàm suæ religioni conuenientem, sibi induat, aut alia videri velit spõsa Deo cõsecrata, quàm ea, quam se esse profiteatur.

DE REQVIRENDIS OMNIS generis Apostatis, vt resipiscant, & vt ad instituta sua reuertantur.

6 IAm licèt Apostatarum, & eorũ qui missa ad aratrum manu, retrospexerunt ad seculum, & se ineptos reddiderũt regno Dei, alius alio grauiùs impegerit: & quidam humanitate propter errorem communem, &

eorum qui, cùm ꝓhibere hunc cursum potuissent, officium neglexerunt, cõniuentiã: alij seuera vltione ob maleuolentiam & impietatem digni videantur: in hoc tamẽ sunt oẽs pares, q̃ Religionis suæ vota illa solennia, quibus se Deo præ cæteris mortalibus nuncupârunt, timore Dei & æterna animæ salute postpositis, perfidè soluerunt. Quæ ꝓfectò magna est impietas. Enimuerò pro- Baruch. 6.
pheta Baruch, deos gentium falsos, à Deo Nume. 30.
vero hoc veluti signo proprio discernit, q̃ Deut. 24.
falsi illi, votum quo se quis obligauerit, nec tamen reddiderit, nõ requirant: Deus autẽ verus requirit. Vndè perspicuũ est, securos illos votifragos apostatas, q̃ sibi persuadent Deũ vota nõ requrere, habere sibi persuasum Deum esse falsum, quales sunt dij Gentiũ: quod vel cogitâsse, horrendum idololatriæ scelus est. Petrus quoq; in Actis Apostol. te- Acto. 5.
statur eos, qui cõmunẽ vitæ societatẽ, qualis olim inter Apostolos erat, & nunc apud Religiosos conseruari debet, semel receptã deserunt, tentare Spiritũ sanctũ, & mentiri non hoĩbus, sed Deo. Idcircò duximus eos oẽs salutis de qua periclitanẽ, grauiter admonendos, & vno noĩe requirẽdos, quib⁹ & ꝑsentis Synodi authoritate inuocato Christi nomine, quẽ sceleratis suis factis abnegâ runt, mãdamus & ꝑcipimus, vt relictis falsis cõiugib⁹ & cõcubinis, si q̃bus adhærẽt, postpositisq; negocijs, quib⁹ se implicuerũt, habitum Religionis suæ resumant, & ad suum q̃q; monasterium reuertanẽ, vbi pœnitentiã salutarẽ ad diuinã vltionẽ auertendam, veniãq; erratorũ impetrandã, humiliter agant.

DE ABIVRANDA HAERESI, ET communione schismatica vitanda.

SImiliter requirimus, & paterno affectu monemus monachos & sanctimoniales apostatas, sacerdotes, sui ordinis & disciplinæ desertores, clericos & laicos, eosq; oẽs q̃ communione schismatica, aut prauorũ dogmatum contagione per hanc tempestatem se ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ, extra quã non est salus, separârunt, vt hæresi schismateq; omni abiurato, absolutionem & reconciliationem à sede Apostolica, vel eis quib⁹ hoc muneris delegatũ est, petãt, studeantq; deinceps in vnitate communionis & fidei cum Ecclesia sancta Catholica permanere. Propter eos verò Prouinciæ nostræ incolas, q̃ sibi arbitranẽ vtriusq; speciei cõmunionẽ à Cæsarea M. permissam, operæpreciũ duximus de hoc iterùm ferre nostrũ iudicium. Proindè Cæsareæ M. declaratione maturo iudicio lecta atque expensa, quod in nupera synodo nostra fecimus, nunc totius Cõcilij sentẽtia declaramus, omnibus ꝓuinciæ nostræ fidelibus, nihil tale in religiosiss. catholicissimiq; Imperatoris declaratiõe, qua suã mentẽ exposuit, inueniri, quin potiùs contrarium: siquidẽ expressis & disertis verbis à catholicis Imperij Statibus, & eorum subditis,

ditis, ſeriò valdè exigit, ne quid in ſacramẽtorum adminiſtratione præter Eccleſiæ catholicæ cõſuetudinem immutẽt, aut immutari in ſuis ditionibus vllo pacto permittãt. Cui Cæſareæ M. planè catholicę & Chriſtianæ ordinationi decreuimus Nos, tanq; Archiepiſ & Princeps Elector per Dei gratiam Catholicus, cum Reuerẽdis cõfratribꝰ nr̃is cõprouincialibus Epis & Principibus, eadẽ gratia diuina cõcedẽte ſimiliter catholicis, fideliter & obediẽter per oĩa obtẽperare: Id quod & alioquì pro nr̃a erga ſanctã Eccleſiã deuotione, ſtudio pacis & vnitatis, q̃ diuino illo ſacramẽto ſignificaẽ, cõſeruandę, eramꝰ facturi. Præcipimus idcircò, & authoritate p̃ſentis ſynodi in noĩe Dñi nr̃i Ieſu Chriſti cõuocatę, mãdamus oĩbus Prouincię noſtrę incolis, q̃ Chriſtiano noĩe cenſenẽ, vt corporis & ſanguinis Chr̃i veritatẽ ſub vna ſacramenti ſpecie percepiſſe contenti, vinculum pacis cum gratiarum actione ſeruent.

VT SACERDOTES AB HAEreticis reuertentes, non ſtatìm inuolent miniſterijs Eccleſiarum.

8 CAueant autẽ ſacerdotes ſiue Religioſi ſiue Seculares, ab hæreticis vel ſchiſmaticis ad Eccleſiam reuertentes, ſe miniſterijs diuinis ſtatìm ingerere, & ſacrificare, aut Sacramenta populo adminiſtrare, etiam ſi maximè id non more hęreticorũ, aut ſchiſmaticorum, ſed ſecundùm Eccleſiæ Catholicæ ritum facere velint, priuſquàm ſint abſoluti, Eccleſiæ recõciliati, & officijs ac miniſterijs ſuis, irregularitate ſublata, reſtituti: ne damnationẽ grauiorem incurrant, propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per ſacros Canones illaqueati.

VENIAE SPE PROPOSITA, errantes omnes ad Eccleſiam Catholicam reuocandos.

9 NE verò pœnarũ ſeueritate ꝓpoſita, reuerti ad Eccleſiã ab hæreſi cupientes, auertamus & retrò pellamus, & non potiùs etiam duros & obſtinatos veniæ blandimẽtis emolliamus, atq; ad pudorẽ & reſipiſcentiam inuitemus, En oĩbus cuiuſcunq; ſint
Lucæ 15. ſtatus, gradus aut cõditionis, ad mentẽ cum filio ꝓdigo redeuntibus, reſipiſcentibꝰ, atq; ad Eccleſiã, patris ſui domum, vndè aufugerant, ab hęreſum & ſchiſmatũ lenocinijs cupientibus reuerti, Eccleſię valuas, quantũ in nobis eſt, aperimus, & facilẽ ignoſcentiam pollicemur: Requirimuſq; Reuerend. confratres nr̃os ſuffraganeos Epos, vt aĩo volEzech. 34. uentes, boni paſtoris officiũ eſſe, nõ imperare cum auſteritate & potẽtia, ſed infirmas oues cõſolidare, ægrotas ſanare, confractas alligare, ꝓditas per deſerta q̃rere, atq; in humeris reportare: Patris itẽ boni officiũ eſſe,
Lucæ 15. ꝓdigo filio à lõgè reuertẽti venię ꝓpoſitiõe occurrere: ſtudeãt etiã ipſi errãtes ad reſipiſcentiã & Eccleſiã reuocare. Oĩbus verò p̃latis, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, &

Monaſteriorũ vtriuſq; ſexus Superioribus mandamus, vt pœnitentia ductos ſuos ſubditos & vltrò reuertẽtes, veniãq; petẽtes, & emendationẽ pollicentes, paternè recipiant ad pœnitentiã tolerabilẽ: quã, emẽdatione eorum perſpecta, ſenſim minuant, vt ſanẽt, nõ interimãt ſuas oues. Quòd ſi fortè caſus C. fin. De
ſit, vt in monaſteriũ & locũ ꝓpriũ abſq; ſcã- Regularidalo recipi pœnitentes nequeant, curẽt eos bus.
in alio eiuſdẽ ordinis monaſterio, ſecũdùm Iuris Canonici diſpoſitionẽ recipi. Nec eos tãtùm qui intra diœceſeos noſtræ pomœria continentur, cogi volumus, vt huic muneri ſuo ſatisfaciant, ſed oẽs vbiq; locorum per totã Prouinciã. Proindè requirimus & monemus Reuerend. cõfratres noſtros ſuffraganeos cõprouinciales Epos, vt ad eundem modũ & ipſi ſuarũ Diœceſiũ Prælatos requirant & cogãt, reſipiſcẽtes ac vltrò redeũtes, benignè ad modum prædictum recipere.

DE REFRACTARIIS ET IN errore perſiſtentibus, vi cogendis.

QVòd ſi qui apoſtatæ & ordinis ſui deIO
ſertores, faſcino diabolico & vitiorũ amore excęcati atq; illa queati, nõ patiantur ſe inuitari ad vitæ emendationẽ, aut ad Eccleſiæ ſinum benignè adduci, eos decernimus, poſt ſpretã beneuolentiã noſtrã paternam, vi cogendos, per Dei miniſtros illos, q̃
gladiũ tenẽt ad vindictã malorũ & laudem Rom. 13.
bonorũ, vt intrare vel inuiti cõpellanẽ, qui ſpõtè reuerti nolebãt. Idcircò cõcilij totius noĩe, per authoritatẽ Dñi noſtri Ieſu chriſti, qui nos vocauit, & cuius cauſam agimus, requirimus Chriſtianos Principes, Magiſtratꝰ ſeculares, & quotquot poteſtatẽ coẽrcendi malos habent oẽs, vt ſuo miniſterio ad laudem Dei & Eccleſiæ, cuius ſunt filij, ſalutem perfungentes, obſtinatos apoſtatas, monachos & ſanctimoniales in ſuis ſordibꝰ & rebellione hęrentes, ſeductores quoq; fideles populi, eis indicatos, potenti manu capiant, tradãtq; ſuis ſuperioribus aut monaſterijs, pœnitẽtię ſeueriori, ſalutari tñ, ſubmittẽdos.

DE APOSTATIS, QVI SVB prætextu diſpenſationum Apoſtolicarum, vota religionisq; ſuæ inſtituta deſeruerunt.

APoſtatæ quidã extra Monaſteria ſua II
degũt, ſuperioribus rebelles, & ad rebellionẽ alios ſolicitantes, tanto nocẽtiores in Eccleſia, quãto hoſtis domeſticus externo perniciоſior eſt: qui nequitiã ſuam velãt diſpenſationũ Apoſtolicarũ prætextu, quas plerunquè vel in Curia, vel à Pœnitentiarijs ſummi Põtificis, aut Legatis & Nũcijs Apoſtolicis, ſurreptitiè, vel allegatione cauſarũ falſarũ impetrãt. Et ſi cauſę Iuri innixę, Bullis obtentis interſerãtur, tales tñ petunt ſibi dari, atq; impetrant earum examinatores & iudices, ſummo Põtifici, Legatis, Nuncijs & diſpenſatoribus ignotos, qui neq; cauſas allegatas examinẽt, nec partibus legitimè vocatis

catis de earum veritate inquirant: ſed ſimpliciter eorum libidini patrocinentur: aut ſi dãtur iudices incorrupti & ꝓbitatis amãtes, ijs Bullas ſuas nõ exhibent cognoſcendas, & nihilominùs ſecum diſpenſatum eſſe iactãt, vtunturq; diſpẽſationibus obtentis, haud aliter quàm ſi cauſas illas legitimè verificaſſent. vndè nõ infrequenter plùs malorum & ſcandalorum, quàm à Notorijs apoſtatis accipitur: noſtrum verò non eſt, ſuſtinere in Eccleſia tantam impoſturam, tamq; licentioſam votorum violationem. Proindè ſtatuimus & ordinamus, vt qui diſpenſationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia ſuę religionis, quam profeſſi ſunt, coram nobis aut reuerendis Comprouincialibus noſtris Coepiſcopis, compareant, atque ita diſpenſationes ſuas exhibeant, examinandas, & vocatis eorum ſuperioribus, ac quorum intererit diſcutiendas: Aut ſi iam habitum temerè & abſq; præuia bullarum examinatione depoſuerunt, eum reaſſumant, & eouſq; in Monaſterio, ac ſub obedientia ſe cõtineãt, donec diſpenſationibus nobis ad examinandum oblatis, inueniantur nõ etiã ſummum põtificẽ & eius Legatos, vel alios diſpenſatores fefelliſſe, aut miniſtrè aliquid impetraſſe. Quòd ſi diſpenſationibus obtentis, aliter atq; iam ſtatutũ eſt, voluerint vti, eos pro notorijs apoſtatis habendos, vitandos, à Magiſtratu capiendos, & ſuperioribꝰ cum rebus omnibus quas habent, expenſis tamẽ Monaſteriorum, tradendos, ad eundẽ omninò modum, quo de apoſtatis iam decretum & ſtatutum eſt, totius Concilij ſententia decernimus & approbamus.

VT QVI HABENT ADMINIſtrationem bonorum Eccleſiaſticorũ vel officia, reddant rationem.

12 ACcepimus in quibuſdam Collegijs Theſaurarios fabricę p̃fectos, & alios rerum adminiſtratores, vel officia ſpiritualia habentes, rarò aut nunquàm dare adminiſtrationum ſuarum rationem, nõ ſine ſuſpicione infidẽlitatis, cui permagna datur occaſio, vndè res Eccleſiarum diffluunt, & quæ à maioribus ad ornatum Eccleſiarum magnis ſtudijs congeſta ſunt, negligentia & fraude poſteritatis turpiter dilabuntur: Idcircò ſtatuimus & ordinamus, vt Collegiorum & Monaſteriorum officiarij, quibus cura adminiſtrandorum & diſpenſandorum bonorum Eccleſiaſticorum committitur, iureiurando promittant, ſe velle ea fideliter conſeruare, tractare & adminiſtrare, ac quotieſcunque petuntur, dare rationem, & ea quæ rationes conſectari debent. Diem autẽ certum computandi Decanus & capitulum eis præfigant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & emolumentorum perceptione. Ad hæc ordinamus, ne facilè vbi ſunt idoneæ perſonę, vni plura, quàm vnum, officia committantur, niſi ſint natura connexa, aut perſonæ paucæ, & valeat vnius induſtria tanta, vt pluribus ſufficere poſſit. Statuimus quoque, vt iuxta conſtitutionem felicis memoriæ Vuigboldi Archiepiſcopi, anteceſſoris noſtri, laici prouiſores parochialium Eccleſiarum, qui pro conſeruatione ędificiorum, luminarium, & comparatione ornamentorum inſtituuntur, nihil ordinent vel diſponant, abſque conſilio ſui Plebani, cui bis in anno teneantur reddere rationem, vt ſi qd inordinatè egerint, pro vtilitate Eccleſiarum, prout ſecundùm Deum & conſcientias ſuas videbitur expedire, corrigatur atq; reformetur.

VT CAMPANARII SEV cuſtodes religioſè Officia ſua exequantur.

DElatum quoq; ad ſynodum eſt, cam- 13
panarios, ſeu cuſtodes quoſdã, quos alij Matricularios vocãt, tam parochialium, quàm collegiatarum Eccleſiarum, qui pallas, mappas, veſtes ſacras, ſordidè & irreuerenter ſeruant, peraguntq; miniſteria ſua ꝓlixis barbis horridi, ac nulla religionis veſte à plebeijs diſcreti: Statuimus igitur, ne liceat campanarijs ſeu matricularijs nutrire barbam, aut in veſte laica in Eccleſijs circũcurſitare, ſed miniſteria ſua in ſuperpelliceis exhibeãt, linteaq; Eccleſię & ſacrarij, vt mũda ſint, diligenter aſſeruent. De eorum verò lotione, quæ pertinent ad vſum ſacrorum, illos admoneant ſedulò, quibus hæc cura incumbit, qui talium ablutionem fieri procurent per eos, quibus hoc per canones licet: ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & emolumentis, donec pareant.

DE BENEDICTIONE FONtis, & paruulis tempore Paſchali baptizandis.

INoleuit grauis abuſus in Collegijs qui- 14
buſdam, qui tẽpore paſchalis officij aquã omnibus baptiſmi cęremonijs benedicunt, quam poſteà effundunt: ſtatuimus propterea, vt nullum fontem ſeu aquam, collegia poſthàc cõſecrent, cuius nullus eſt vſus, ſed cæremonijs & benedictionibꝰ vtantur apud illum fontem parochię ſuæ, quem intra collegij ſepta, aut in proxima vicinia habent. Et vt orationes & cæremoniæ ſolennes, quæ tempore paſchali & pentecoſtes, baptiſmo adhibentur, habeant res eis reſpondentes: Statuimus vt paſtores & concionatores adhortentur populum, vt paruulos natos inſtante feſto Paſchæ, ſeruent baptizandos in vigiliam Paſchæ, & natos feſto Pentecoſtes inſtante, ad feſtum Pentecoſtes vſque ſeruent: ſi tamen nullum immineat vitæ periculum.

VBI ET QVIBVS HORIS debeant paruuli baptizari.

DEteſtanda eſt nõ minùs laicorum ſu- 15
perbia, quàm Paſtorum eis obſequẽtium

tium adulatio: qui contempta Ecclesia, proles suas volunt in suis domibus baptizari, & eò baptismi aquam deferri. Quem abusum prorsus rescindere volentes, Statuimus, neminem alibi quàm in Ecclesia, quocunque loco natus sit, debere baptizari, exceptis regum filijs, &c. quibus valeat secundùm Cócilium Viennense deferri. Pastores verò qui secùs fecerint, ab officio suspendimus, donec absolutionem à nobis obtineant. Similiter multos abusus & leuitates, quæ passim apud digniſſimũ illud sacramentum admittuntur, amputare cupientes, prohibemus paruulos tempore pomeridiano baptizari, sed quãdo ieiuni & sobrij sunt homines, & ad res tantas attenti. Si verò pauca sint in ciuitate aliqua baptisteria, & multi baptizandi, poterunt residui qui apud sacrum matutinale baptizari commodè non poterant, tempore pomeridiano baptizari. Et si adsit digna populi frequentia, Pastor eos de baptismi mysterijs doceat: præsertim, vt cogitent quãta sit Dei misericordia peccata abluentis, & nos in suos filios adoptantis. Prętereà vetamus, Ethnicorum more, ab hoc sacramẽto magna conuiuia instruere, epulari, & ebrietate (vt passim homines parùm Christiani faciunt) omnia miscere.

QVOD NON LICEAT RELIGIOSIS SVSCIPERE IN FONTE BAPTIZATOS, AUT NUPTIJS INTERESSE.

16 QVanuìs Religiosis omnibus interdictum sacris Canonibus sit, ne paruulos in baptismo suscipiant, aut nuptiarum conuiuijs intersint: passim tamen hi canones negliguntur, & Religiosi ad paruulorum susceptionẽ & nuptias inuitantur, vndè suspecta plerunq; nascitur & alitur familiaritas, & aculei nonnunquàm in pectoribus relinquuntur: qui vt fortè vbi arcta est cognatio, vel senectus emortua, desint, tamen nocet exemplum iunioribus propositum. Idcircò Abbatibus, Prioribus, & Religiosis quibuscunq;, susceptionem paruulorum in baptismo, & nuptiarum conuiuia planè interdicimus, quantáuis necessitudine vel paruulis, vel desponsatis iungantur. Contrarium facientes, pro transgressione & scandalo dato, seuera pœnitentia decernimus castigandos.

COMOEDIAS QVATENVS LICEAT IN MONASTERIJS LUDERE.

17 PErcepimus Comœdiarũ actores quosdã, scena & theatris nõ cõtentos, transire etiam ad monasteria Monialium, vbi gestibus prophanis, amatorijs & secularibus commoueant virginibus voluptatem. Quæ spectacula, etiamsi de rebus sacris & pijs exhiberentur, parùm tamen boni, mali verò plurimùm relinquere in sanctimonialium mentibus possunt, gestus externos spectantibus & mirantibus, cæterùm verba non intelligentibus. Ideò vetamus & prohibemus posthàc vel Comœdos admitti in virginum monasteria, vel virgines Comœdias spectare.

ABVSVS POPVLI IN AVDIENDIS MISSIS QUOMODÒ COËRCENDUS.

18 ANimaduertentes populum rudem & simplicem, religionis antiquæ & veræ ignarum, actiones propè nullas in Missæ sacrificio, præter hostiæ sacrosanctæ oblationem obseruare: & hinc abusum natum in ciuitatibus, vbi multæ celebrantur Missæ, vt ab altari ad altare discurrant, nulli sacrificio plenè intenti: in oppidis verò & pagis cœmeteria circunambulent, & de rebus nonnunquàm prophanis tractent, donec detur ad hostiæ eleuationẽ signum, qua vel è longinquo conspecta ac salutata, putant se hominis Christiani officio abũdè perfunctos: è salute fore populi fidelis existimauimus, si hoc vitium gladio spiritus excinderetur.

Idcircò Pastoribus & verbi diuini concionatoribus omnibus iniungimus ac mandamus, vt vbi irreligiosus híc abusus irrepsit, frequenter doceant populum de tremẽdis atq; adorãdis Missæ mysterijs, iuxta sanctorum patrum doctrinam, & ea quæ in declaratione Cæsareæ Maiest. de Missa tradũtur: & quòd Christianorũ sit, integro Sacro auscultare, quo participes fiãt cõfessionis, quã sacerdos pro tota plebe facit, & omniũ orationum, & benedictionis qua eos dimittit.

Et si quidem peccat ea in re tota (vt alicubì fit) rustica communitas, censemus Præfectum loci requirendum, vt abusum talẽ coerceat ac prohibeat. Qui si fortè hoc facere recuset, prohibemus omnibus Pastoribus, Vicecuratis, & animarum curatoribus quibuscũq;, ne quis eum absoluat, aut ad sacramentorum perceptionem admittat, nisi certa fide polliceaẽ, se velle regulis istis Ecclesiasticis obtemperare. Si verò paucorũ istud vitium est, & moniti nõ emendent, cera, vel rebus alijs ad Ecclesiæ ornatum, vel pauperum subuentionem pertinentibus, pro arbitrio Pastoris & ædilium mulctentur.

Et ne cui desint pietatis sub Missa exercitia, dabimus pijs quibusdam & eruditis viris negocium conscribendi diuino huic officio cõgruentes meditationes & orationes, pro populi simplicis captu, quas vel ipsimet legentes intra se reuoluant, vel è Parochi frequenti institutione addiscant.

QVANDO ET VBI CONVENIAT SIMUL PLURES MISSAS DICERE.

19 MEntem sequentes formulæ, ad quam Reformatio instituenda erat, ordinamus, vt in Ecclesijs Parochialib⁹, ad quas potissimùm confluere solet populus in vnũ collectus, & in minoribus Collegijs ac Monasterijs, sacerdotes, quibus dicendæ sunt Missæ speciales, eas finiant ante solennis Missæ Euangelium, aut ad summum ante actionem, aut ab eius cõmunione facta incipiant,

cipiant, ne populus in diuersa distrahatur. Vbi verò amplæ sunt Monasteriorũ vel collegiorum Ecclesię, sic in Oratoria distinctę, vt in locis diuersis diuersus accipiatur populus, nec possint vni Missæ commodè oẽs esse intenti, poterunt singulis populorum turmis singulæ Missæ celebrari, q̃bus vnusquisq; populus sit intentus: sub Concione autem nulli sacerdotum liceat in Ecclesia illa Missam celebrare.

DE OBLATIONIBVS IN Missa faciendis.

20 VAria fuerunt olim in lege veteri sacrificia & oblationes, Christi perfectum sacrificium præfigurantes, quas vnica Christus hostia in crucis ara cõsummauit, semetipsum pro nobis offerens. Hæc est hostia sempiterna, quam eandem in Missa sacerdos eorum omnium nomine, qui Christum pro se oblatum cupiũt, offert ac sistit ante patrẽ. Fuerunt & aliæ Primitiarum, Decimarum, & liberalium votorum oblationes, quibus in Ecclesia, præter sacrificia spiritualia, mactationis vitiorum, gratiarum actionis, laudis & seruitutis, quæ diuinæ maiestati debetur, successerunt etiam rerum temporalium ad vsum ministerij necessariarum oblationes, quas olìm in primitiua Ecclesia magnis studijs offerebant in Missa, quo suffragijs eiuscemodi sacerdotes & Ecclesiæ ministros sustentarent. Vndè adeò locupletatæ sunt initio Ecclesiarũ res etiam persequutionis tẽpore, tanta copia, vt post sacerdotum & ministrorum alimenta, partiti sint eas etiam in alimenta viduarum, orphanorum & pauperum: in vestes item & vasa ministerij, ornatum & fabricam Ecclesiarũ: de quibus extãt adhuc antiqui Patrũ canones, extant quoq; orationes, quas Secretas appellamus, sub Offertorio Missę, quibus oblationes populi Deo commendantur. Qui mos offerendi semper fuit in populo fideli retentus ad nouissima vsq; ista secula. Verùm res tam altæ originis, & ratione tam sancta subnixa, iam tota propè abire cœpit in desuetudinẽ, hominibus pijs causam & originem offerendi ad altare ignorantibus, & impijs cupiditate sacerdotum vsum illum introductum calumniosè asserentibus. Quamobrẽ diuini verbi concionatorib⁹, illis prę sertim, qui de oblationibus populi nõ participant, ad cupiditatis speciem tollendam, præcipimus, vt populo veritatẽ rei istius & vtilitatẽ exponant, hortenturq́; omnes sequi maiorum studia, vt vel exigui munusculi oblatione, suam p rebus à Deo acceptis ostendant gratitudinem, quô etiam preces illæ in eos conquadrent: inculcentq́; eis, quòd Deus non tam ad dona, quàm ad voluntatem & mentem piorum, respiciat: quanquàm locupletes & diuites conuenit esse liberaliores, quo gratitudinis signum de se amplioris præbeant, & testentur se à DEO ad Dei honorem & cultum habere, quicquid habent.

DE OBLATIONIBVS PRO defunctis, & exequijs pomposis prohibendis.

21 CVm mortuus sit Christus pro viuis & defunctis, offertur etiam in Missa, non tantùm pro viuis, verùm etiam pro defunctis. Quod rudes, & Sadducæis crassiores homines ignorantes, neq; orant, neq; Sacrificium expetunt, aut exequias aut iusta pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis persoluunt: Non aliter sanè, quàm si cum corporibus simul & animæ extinguerẽtur. Mãdamus idcircò, vt verbi diuini Concionatores, populum hac de re diligenter ac piè informent & doceant, ne animæ amicorum in Christo defunctorũ, suffragijs orationum & oblationis Christi fraudentur. Qui modus semper fuit retentus in Ecclesia, atque etiam ante Christum apud Iudæos celebris. Neq; enim ex vnico Machabæi facto concluditur, sanctum esse pro defunctis orare & sacrificium offerre, vt à peccatis soluantur, sed quoniam ita pij & de vera fide instructi Iudæi, absq; hæsitatione credebant: verùm non probamus propterea pomposos & sumptuosos apparatus supra hominis conditionem, qui valent ad ostentationem potiùs opum, quàm vt defuncto suffragentur. Improbamus verò comessationes & ebrietates, quibus post exequias quidam indulgent, quasi mortuorum amicorum memoriam vino abluere velint, vbi potiùs, eadem via sibi sequẽdum esse, cogitare debebant. 2. Mach. 12

DE PROCESSIONIBVS, IN quibus sacra hostia cum Imaginibus Sanctorum circunfertur.

22 NIhil propè tam sanctum est, quod secularium hominum vanitas non trahat in abusum: Ecclesia de thesauro corporis Christi exultans, circunfert longis Processionibus, etiam extra sacras ædes Hostiã illam salutarem, videlicet simul repræsentãs itineris Christi historiã, q dũ quæreret salutem nostrã, in medio populi versatus est, & vniuersam Iudęã circunambulauit, docens, & ægrotos sanans, discipulis comitantibus: quamobrem & sanctorum reliquias & imagines eorum, qui vestigia eius secuti sunt, simul circunferimus, significantes illos nunc cum ipso regnare & triumphare in cælis. Quæ memoria debet pijs esse iucunda & læta. Verùm huc secularis stultorum hominũ vanitas irrepsit, & adhibentur etiam ludi prophani & scurriles magno strepitu, ac quasi

Patres dant & alias processionum rationes, quarum præcipua est, fideles, quando prælata cruce procedunt extra Ecclesiam, & ad eam reuertuntur, admoneri imitationis Christi, qui de summo cælo egressus in mundum, per crucẽ regressus est in gloriam patris, iuxta illud quod in peregrini specie ipse de se in Emaus ait: Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Luc. 24.

ad bellum procedendum esset, tympana pulsantur, & ociosa spectacula eduntur, rebus istis non congruentia, quibus populus delectatus, à rebus quæ processione aguntur, auocatur. Mandamus idcircò, vt iuxta Cæsareæ Maiestatis reformationem, quicquid non valet ad deuotionem excitandam, à processionibus remoueatur: Sed sint processiones compositæ, graues & modestæ, absint risus, ioci, & confabulationes, & orent homines, aut suauiter corde & voce modulentur: nec beatæ Virginis aut alterius cuiuslibet Sancti, plures quàm imago vna vniuscuiusq; circunferatur, vt videamur magnas & paruas, cultas & incultas statuas inspicere, & non sursum mente in cælum subducta, rem significatam potiùs cogitare. At vbi populus vanus noluerit abusum hunc corrigere, & insolentiam prohibere, mandamus & præcipimus sacerdotibus & clero, ne talibus processionibus intersint, vbi iram Dei, nõ verò misericordiam, in nos ꝓuocamus.

DE STATIONIBVS ET Supplicationibus.

23 QVantum in Processionibus festiuis peccat turba populi, tãtum in stationibus & supplicationibus solet clerus peccare, & populum deuotum nudis interdùm plantis & capitibus incedentem, sua insolentia, confabulationibus, cachinnis, incõpositis moribus & discursibus scãdalizare. Præcipimus idcireò, vt in omnibus cuiuscũque generis processionibus, clerus exẽplis bonis populum ędificet, & aut oret, aut cantet, cum grauitate per plateas incedens: nec dilabantur ad ientacula, nec in Ecclesijs, dũ sacrum in stationib⁹ peragitur, deambulẽt, aut confabulentur, sed choro omnes intersint, habeantq́; singuli Decani & Seniores ad Iuniores respectum, puniãturq́; trangressores pœnis quas Decanus iniunget.

VT DISTRIBVTIONVM NON sint participes, qui officijs integris non interfuerint.

24 NOn minori populi scandalo Clerici quidam, quando sunt pingues distributiones, Chorum ad breue tantummodò tempus, quo suî præsentiam testentur, ingrediuntur, nec officium totum persoluũt: sed continuò egressi chorum, aut obambulant in Ecclesia vel eius immunitate, aut ad aliam in qua simul beneficium habent, celeri transitu se proripiunt, vbi similiter testentur se fuisse præsentes: quô duarum Ecclesiarum distributiones pro eodem officio integras percipiant, cùm in nulla Ecclesia officium integrum persoluerint, manifesto indicio, se pecuniæ, non Christo aut Ecclesiæ, seruire, vt ter peccent: primùm cupiditate, deindè cultus diuini negligẽtia, tertiò exemplo prauo, quo populum scãdalizant, vt transgressionem canonum prætereamus. Etenim in Concilio Chalcedonensi statuerunt Patres, ne quis Clericus in duabus Ecclesijs inscriberetur aut ministraret, nec cõmunicaret prioris Ecclesiæ rebus, qui ad secundam transiret. Quamobrem statuimus, vt illi soli qui horis diuinis aut defunctorũ exequijs seu memorijs à principio ad finem vsq; interfunt, idq́ue in habitu qualem temporis & personę conditio requirit, distributiones percipiant, nisi iusta causa sit, quare ante officium finitum discedant, aut tardiùs ipsum accedant. Nolumus tamen hac cõstitutione priuilegio Prælatorum derogatum. Cap. 19.

DE PROCESSIONIBVS Ruralibus.

Decanis ruralibus committimus, vt rurì, vbi maior est abusus, per suas regiunculas pastores adhortentur, vt ad prædictum modum suas processiones instituant, nec vagi & incompositi per agros discurrãt, & præsertim Rogationum tempore, quãdo Deum pro misericordia & frugum conseruatione imploramus: trãsgredientes, Pastores aut ipsi in Synodis suis corrigãt, aut visitatoribus nostris indicent. 25

VT PASTORES RVRALES Decanis suis obediant.

QVod præcipit Apostolus, vt fideles omnes Prepositis suis, quorum est vigilare pro animabus eorum ad reddendam Deo rationem, obediant atq; subiaceant, intelligant pastores rurales, non ad laicam modò turbam, sed etiam ad se pertinere, qui debẽt Decanis suis in licitis & honestis omnibus reuerenter auscultare & parére: & æquum est, vt obedientiam quam ab inferioribus suis tanq̃ Christi vicarij exigũt, superioribus exhibeant. Præcipimus ob id, vt visitatores de obedientia, quam mauult Deus quàm sacrificiũ, potissimùm inquirãt, nec sinant inobedientiam impunitam. 26 Hebr. 13. 1. Reg. 15.

NE MAGISTRATVS SECVlares Decanis & Pastoribus in officiorum suorum executione sint impedimento.

ACcepimus Magistrat⁹ seculares quosdam, & Principum præfectos, munera Ecclesiastica inuadere, ac tyrannidem in Christi sacerdotes & clerum exercere, cogere Pastores, vt præter Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem, subditos sub duplici specie communicent, & cæremonias piè institutas abrogent: quos schismaticos, atq; cum Core, Dathan & Abiron, quos terra deglutiuit, æternæ maledictionis obnoxios esse, è sacra scriptura discimus. Alios quosdam accepimus impedire Decanos rurales, quo minùs possint officia & Iurisdictionem suam exercere, synodos liberè celebrare, & excessus corrigere, sed iudicium hoc vendicare sibi, qui & ipsi intelligant se excommunicationem à Iure & canonibus latam, incurrere. Quos & excommunicatos totius Cõcilij 27 Num. 16.

authoritate (vbi præmoniti non abstinuerint) pronunciamus & declaramus. Volumus quoq; vt Visitatores, tales Ecclesiasticę disciplinæ ac libertatis violatores atq; oppressores, ad nos pro vlteriori eorum persecutione perferant: quos, si nostræ ditionis fuerint, pro malis meritis plectemus: sin alterius, eorũ principibus, aut Cæsareæ Maiestati plectendos denunciabimus.

NE MAGISTRATVS SECVlares onerent domos religiosorum & eorum personas seruitijs secularibus.

28 PEruenit ad sacrũ Concilium, prefectos quosdam in religiosarum sororum domos irruisse, & fractis per vim foribus occupâsse, atq; in granaria sua conuertisse earum officinas: quinetiam religiosas ipsas sorores magna seruitute opprimere, cõpellere frequentiùs monasterijs suis egredi in arcem, vbi eas domesticis suis seruitijs grauẽt. Quã indignitatem sacri Canones grauissimis cẽsuris damnant, nec dissimulare absque magno reatu nos possumus. Proindè hos tales vbi res ita aguntur, cum toto Concilio pronunciamus anathema violatæ immunitatis Ecclesiasticæ incurrisse: Committimusq́ue Visitatoribus nostris, vt de facti enormitate inquirant, quo de remedio vlteriori possimus cogitare.

NE COLONI ECCLESIARVM, seruitijs indebitis grauentur.

29 AD hæc præcipimus & mandamus vniuersis Magistratibus & Prefectis fidelibus, ne contra Iuris dispositionem, Ecclesiarum colonos seruitijs & impositionibus grauent, sed iuxta Cæs. M. Reformationem, sacros canones, & Imperatorum leges, libertatem, priuilegia, & immunitates Ecclesiasticas cõseruent eis illibatas: si anathema & animæ damnationem velint euitare.

NE IVDICES SECVLARES clerum iudicialibus impensis vltra æquitatem grauent.

30 PErlatũ est in concilium, seculares quosdam Iudices, prauo & nusquàm gentiũ audito exẽplo, ab annis paucis introducto, exigere à clero, si quandò clericus vel religiosus ratione bonorum Ecclesiasticorum, vel alijs de causis, laicum in suo foro conuenit, impensas duplicatas, vt vbi laici actores vel rei dant simplum, clerici & religiosi (si velint iustitiam sibi administrari) duplum soluere cogantur. Quod profectò iniquum est grauamen, & tam rationi rectæ quàm legibus Imperatorum, & sacris canonibus, grauamina à clero depellentibus, aduersum. Proindè statuimus & ordinamus, ne liceat vllis Iudicibus vel Scabinis, quicunque illi sint, clericos & religiosos impensis maioribus quàm laicos grauare, aut ad dupli solutionẽ eos quocunq; prætextu cogere, vbi in causa simili dat laicus simplum, sub censuris

cõtra eos qui exactionibus & oneribus clerum grauant, decretis.

NE CLANDESTINA CONIVgia contrahantur & tolerentur.

SAepiùs experti, quanta mala ex clandestinis cõiugijs oriantur, qualia sunt periuria, stupra virginum, adulteria, homicidia, parentum & amicorum offensiones, exhæredationes, vt prætereamus ea quæ Cæs. M. Reformatio piè & Christianè commemorat, decreuimus & statuimus, vt clandestinè cõtrahentibus tantispèr sacramẽta negentur, donec ab excommunicatione à Iudice cõpetente absoluantur, atq; ita in facie Ecclesię sacramenti solennia celebrent. Idem statuimus de incolis & aduenis illis, de quibus suspicio est, eos in facie Ecclesiæ non esse coniunctos: qui aut matrimonij solennes ritus in Ecclesia celebrent, aut alibì id se fecisse idoneis testimonijs probent. Dum verò huius gratia ad Ecclesiam conuenitur, & qui iunguntur, benedictioni sacerdotali se submittunt, absit omnis leuitas & iocus secularis, sed cum Dei timore cogitent quale sit vinculum quo colligantur, & quòd Deus sit qui eos coniungat, vt discant in Christo nubere, cuius gratia & dono torus immaculatus datur & conseruatur. 31

QVOD MATRIMONIVM DEbeat præcedere trina proclamatio, & nemo nisi à Pastore ad quẽ hoc pertinet, coniungi.

FIt sæpè, vt dum pastor alter alterius ouile inuadẽs, copulat virum & fœminam sibi non subditos, absque Episcopi licentia, vt vnus fiat duarum maritus, & contrà vna multorum vxor. Ideò sub pœnis & censuris canonicis, statuimus & ordinamus, vt nemo parochus vel presbyter ausit sibi nõ subditos copulare, nisi sit alter alterutrius parochus ꝓprius, & pastoris alterius dimissorias literas acceperit, nec nisi in vtriusque parochia, trinę proclamationes tribus diebus festis à se inuicèm distantibus, ad populi frequentiam, præcesserint. 32

QVOD NON DEBEANT SPONsus & sponsa coniungi, nisi in Ecclesia & tempore ab Ecclesia nõ interdicto.

SVperbiam eorũ qui Ecclesiam Dei contemnunt, reprimere volentes, mãdamus & præcipimus vniuersis parochis & presbyteris, ne quis alibì, q̃ in Ecclesia publicè post Missam auditam iungẽdos matrimonio copulet: nec alio tẽpore, quàm iura permittãt, sub pœna suspensionis ab officio, quam sacerdotes mandatum hoc prætergredientes, incurrant: nec volumus per officiales nostros, cum quouis, nisi ex causis grauissimis, & vrgente magna necessitate, dispensari. 33 Tert. li. 2. ad vxorẽ: Vndè sufficiam ad enarrãdã felicitatẽ eius cõiugij, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, & obsignatũ angeli renunciant, Pf rarum habet?

DE COMMVNIONE ET confessione Sacramentali.

PErlatum est in conciliũ, multos reperiri atheos homines, qui sacram cõmu- 34

nionem ab annis aliquot à suo parocho nõ perceperint, quos verisimile est vel non cõmunicâsse, vel alibì clanculùm apud schismaticos communicare. Quosdam etiam adire sacram Synaxim, de quibus non constet, vtrùm sint confessi peccata sua, absoluti, an secùs. Statuimus idcircò, vt quicunq; Christiano nomine volunt censeri, semel vt minimùm in anno accipiant à suo parocho sacram communionem, secundùm Catholicæ Ecclesiæ ritum, sub vna tantùm specie. Et vel eidem priùs cõfiteantur, vel si de eorum confessione probabilis est dubitatio, testimonium adferant, quòd alibì sint confessi & absoluti. Alioquì viuentes ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortui, Ecclesiastica careant sepultura.

NE FRATRES QVATVOR ORdinum audiendis cõfessionibus se intromittant, nisi sint præsentati.

35 EXploratum habemus quosdam è fratribus quatuor Ordinum mendicantium iuuenes, imperitos & inexpertos sacerdotes, fiducia priuilegiorum suorũ audire passim confessiones, & quoslibet passim absq; iudicio & discretiõe casuum, quã nullã nouerũt, absoluere: Cui periculo obuiare volentes, præcipimus, ne quis fratrum Ordinũ mendicantium, confessiones audire præsumat, nisi legitimè & secũdùm formam iuris, nobis vel comprouincialibus episcopis præsentatus, & de his, quæ ad officiũ illud pertinent, plènè informatus sit, & iudicatus idoneus. Quòd si Priores & guardiani nõ compulerint suos fratres ad ordinationis huius obseruantiam, & dissimulauerint, tales nouerint se ab omni ministerio ecclesiarũ nostrarum cum suis fratribus submouendos. Ne verò habeant, quod de præsentatione querantur, has gratìs, salua Scribarum moderata mercede, eis impartiemur.

DE POENITENTIARIIS Episcopalibus.

36 INsuper, vt conscientijs scrupulosis consulatur, ac facilior pateat omnibus ad veniam & absolutionem peccatorum aditus, ordinamus nostros in hac diœcesi pœnitentiarios, qui facultatem habeant, sibi confessos ab omnibus casibus nobis de iure vel per statuta synodalia reseruatis, in foro cõscientiæ absoluendi.

In primis reuerendum Cyrenensem Episcopum, nostrum in pontificalibus Vicariũ. Deindè metropolitanæ Ecclesię nostrę Presbyteros Canonicos Theologos, oẽs quoq; intraneos & extraneos collegiorum, & ruralium pastorũ decanos, & quatuor primarum parochialium Ecclesiarum in Colonia pastores: scilicet Martini, Colũbæ, Laurentij & Albani: Priores quoq; quatuor Ordinum mendicantium, & præterea ex ordine Prędicatorum fratrẽ Georgium de Tremonia, ex ordine Minoritarũ fratrem Vuinandum ab Effrem, Licentiatum Theologiæ: ex ordine Carmelitarum fratrem Vuilhelmũ à Blatzhem: ex ordine Augustinensium, fratrem Henricum à Vuyerd. Præterea addimus in maiori nostra Ecclesia venerabilem Licentiatum Theologiæ Ioannem Luneñ, Ioannem Lamb decretorũ doctorẽ, Ioannẽ ab Heinsberg Theologiæ Licentiatum, & Gotfridum Ditmarum ab Hagen.

DE CONFESSORIBVS Sanctimonialium.

VOlentes consulere infirmitati sanctimonialium, quas nonnunquàm pudor vel metus retinent à cõfessione libera, quando ad vnum tantùm patrem vel cõfessorẽ eis familiariter notũ, alligantur, vndè fit, vt sæpè nõ integrè, sed vix vnquàm liberè conscientiam suam exonerent: & tamen ad sacrosanctã cõmunionẽ statutis temporibꝰ cum alijs accedant: Clementer indulgemus & concedimus, vt sanctimonialibus bìs aut ter in anno fiat potestas, alij quàm suo presbytero confitendi, ab ordinario loci deputando, nisi proprius eorum visitator aut cõmissarius huic rei priùs prouiderit. 37

DE CONTEMNENTIBVS sacram Vnctionem.

RElatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis suæ tẽpore vnctionem sacram respuisse ac cõtempsisse: quamobrem statuimus, vt si quis sacramẽtum illud nobis ab Apostolo Iacobo tantoperè commendatum, contempserit, Ecclesiastica careat sepultura. 38 Iacob. 5.

Est quoq; in obseruatione dierũ festorũ multa varietas, de qua in proxima synodo nostra diœcesana statuemus. Ea verò quæ hîc cõstituta sunt, iudicio sanctæ sedis Apostolicæ, & Oecumenici Concilij, vt omnia nostra, reuerenter submittimus: nec per ea sacris canonibus, traditionibus Ecclesiasticis, aut reliquis maiorum nostrorũ Prouincialibus & diœcesanis synodalibus cõstitutionibus volumus derogatum. Potestatẽq; præmissa omnia & singula interpretandi & declarãdi, quotiès opus fuerit, & visum erit expedire, nobis reseruamus. In cuius rei fidem & testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Metropolitana Ecclesia nostra Colonienſi, 6. Aprilis, Anno Domini 1549.

CONSTITVTIONES CONCILII PROVINCIALIS MOGVNTINI, SVB REVERENDISSIMO IN CHRIsto patre & Ampliſſ. Principe & Domino, Dn. Sebastiano Archiepiscopo Moguntino, Sacri Rom. Imperij per Germaniam Archicancellario & Principe Electore, &c. sexta Maij, Anno Dñi milleſimo quingenteſimo quadrageſimonono celebrati.

INDEX CAPITVLORVM CONCILII PROVINCIAlis Moguntinensis, eorum quæ ad doctrinam fidei pertinent.

DE Sancta Trinitate & fide Catholica. Caput 1
De creatione & conseruatione mundi. 2
De hominis creatione. 3
De lapsu hominis. 4
De peccato Originali. 5
De Redemptione per Christum. 6
De Iustificatione. 7
De Charitate & bonis operibus, & merito eorum. 8
Obseruationem mandatorum DEI, verè Christianis esse possibilem. 9
De vera libertate Christiana. 10
De Sacramentis in genere. 11
Modus doctrinæ circa Baptismum. 12
De Baptismo paruulorum. 13
Baptismum, adhibitis ritibus secundùm veterem Ecclesiæ morem, administrari debere. 14
Vnctiones in Baptizandis paruulis omissas, expleri debere. 15
Baptismũ ante meridiem administrari debere. 16
Modus doctrinæ circa Sacramentum Confirmationis. 17
De vnctione chrismatis in Cõfirmatiõe. 18
De cognationibus spiritualibus, ex his duobus potissimùm Sacramentis, Baptismi & Confirmationis, prouenientibus. 19
Modus doctrinę circa Sacramentum Pœnitentiæ. 20
De Contritione. 21
De Confessione. 22
De Satisfactione. 23
De absolutione. 24
De ijs, qui Confessionibus audiendis præfici debent. 25
De reseruatione casuum relaxanda. 26
Ne religiosi Laicos communicent sine consensũ Parochorum. 27
Sine Testimonio factæ Confessionis, nemo ad sacræ Euchariſtiæ perceptionem admittatur. 28
De Confessione non reuelanda. 29
De Satisfactionibus. 30
Modus doctrinæ circa Sacramẽtum Euchariſtiæ. 31
De communione vnius speciei. 32
Vt à ieiunis & confessis sacrosancta Euchariſtia sumatur. 33
Modus doctrinæ circa Sacramentum extremæ vnctionis. 34
Modus doctrinæ circa Sacramentum Ordinis. 35
Modus doctrinæ circa sacramentum Matrimonij. 36
Monendos liberos, ne insciis parentibus contrahant. 37
De Matrimonij Solennitate. 38
De benedictione Salis, Aquæ, & aliarum rerum, quæ per Exorcismos & orationes, ad vsum fidelium præparantur. 39
De Cæremonijs. 40
De Imaginibus. 41
De abusu Imaginum prohibendo. 42
De reliquijs Sanctorum. 43
De peregrinationibus ad Reliquias Sanctorum. 44
De Inuocatione & veneratiõe Sanctorũ. 45
De orationibus pro defunctis, & de Purgatorio. 46
De Iciunio, & delectu ciborum. 47

INDEX EORVM QVAE PERTINENT AD MORES.

DE constitutionibus Ecclesiæ. 48
Ne ignoti & inexplorati, ad prædicationis munus admittantur. 49
Obseruandi Parochi & cõcionatores, quomodò quisq; doceat. 50
Videndum, quibus libris Parochi & Cõcionatores passim vtantur. 51
Plebs, vt concionibus & diuinis intersit, per Magistratus adigenda. 52
De horis Canonicis. 53
Quæ ad tremenda Missæ mysteria. 54
Presbyteri, cum irreuerentia Missas celebrantes, coërcendi. 55
De præmittenda Sacerdotum Confessione ante sacrificium Missæ. 56
Missæ, sub Concione aut solenni sacro, non celebrentur. 57
Concionatores plebem verum Missæ vsum diligenter edoceant. 58
Missa quo gestu aut qua deuotione audienda. 59
In Primitijs omittendæ comessationes. 60
Sanctorũ solennitates nominicis cedant. 61
De sacris libris recognoscendis & repurgandis. 62
De examine Prælatorum. 63
De his, qui plura beneficia Curata obtinent. 64
De generalibus studijs instaurandis: Et de Adolescentibus ad studia publicè alendis. 65
De clericis secularibus & regularibꝰ, ad studia ablegandis: Et de studijs, apud monasteria instaurandis & conseruandis. 66
De Theologiæ apud Ecclesias Collegiatas professoribus. 67
De Patronis & collatione beneficiorum. 68
De admissione ad beneficia Ecclesiastica, & eorum resignatione. 69
De iusta distributione prouentuum Ecclesiasticorum. 70
Vt Prepositi, Decani, Scholastici, Custodes, & Cantores, apud Ecclesias suas resideant. 71

De modo deseruiendi quotidianas distributiones. 72
Ociosas deambulationes in Ecclesijs inter diuina prohibendas. 73
De honestate & decentia Clericali. 74
De decimis & offertorijs persoluendis. 75
De foro competenti, & emunitate Ecclesiastica. 76
Quibus Episcopi aut Archidiaconi suas vices committere debeant. 77
De Regularibus. 78
De clausuris Monasteriorum Virginum. 79
Pastores & alij, Ecclesijs suis, quibus per se non præsunt, idoneos & perpetuos Vicarios præficiant. 80
De promouendis ad sacros Ordines. 81
De ordinandorum Testimonio. 82
Qui in baptismo vnctiões sacri olei & chrismatis, iuxta vetustissimum Ecclesiæ morem non susceperunt, ad Ordines sacros ante talium vnctionum suppletionẽ non admittantur. 83
De ijs, qui ordinant extra suas diœceses. 84
De honore Prælatorum. 85
Ne domicellares Canonici, ante merita virtutis & doctrinæ, ad Capitula assumantur. 86
De iuramentorũ exactione restringẽda. 87
Pecunias ex statutis beneficiorũ, aut aliundè cedentes, in Ecclesiarum vtilitatẽ impendi debere. 88
De rebus Ecclesiarũ diligenter curãdis. 89
De procuratione seu Fabricis Ecclesiarum Parochialium. 90
De Simonia. 91
Vt Parochi sacramẽta gratis administrẽt. 92
De competentijs Parochorum. 93
De clericis peregrinis. 94
De sacellanis Nobilium. 95
De Magistris scholarum. 96
De Testamentis & vltimis voluntatibus. 97
Mercatus diebus Dominicis & festiuis prohibendos. 98
De libris per typographiam publicãdis. 99
De pœna clerici percussoris, aut rixosi contra alium clericum. 100
De pœna Sortilegorum. 101
De clericis concubinarijs. 102
De Excommunicatione. 103
De vitandis excommunicatis. 104

PRAEFATIO.

SEBASTIANVS Dei gratia Sanctę sedis Moguntinæ, Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector &c. Vniuerso clero & populo per diœcesim nostram Mogunt. Salutem in Domino sempiternã. Posteaquàm graue illud Pastoralis muneris onus humeris nostris (Domino sic disponente) incubuisset, sanè nunquàm quasi in dignitatis & honorum fastigio sublimati, lætari potuimus, sed quasi in quadam specula positi, ingentem & anxiam solicitudinem animo cõcepimus, & quasi importabile onus humeris sustinentes, ad omnem susceptι muneris recordationem frequenter ingemuimus. Nõ enim ignorabamus depositum, quod tradẽte & cõmendante Christo susceρimus, quãta in illo asseruando cura, solicitudine, & labore desudare nos oporteat: quãtáve pœna nos maneat, & q̃ terribilis nos Dñi sententia expectet, si quicquam de Thesauro illo, quem Christus, velut sedulus & prudẽs negociator, precio sanguinis sui cõparandum duxit, nostra fortè incuria perire cõtigerit.

Accedebat ad cumulum solicitudinis nostræ, & timoris nostri pondus in immensum augebat, quòd functionem nostram Pastoralem in eam videbamus tempestatem incidisse, qua tot sectæ, schismata, & omnes penè præteritorum temporum hæreses, velut conspiratione facta, agminatim in Ecclesiã irruerant, & dispersum CHRISTI gregem immanes lupi ad interitum rapiebant: & qua, vniuersa vitiorum corruptela & grauissimorum scelerum lues, ouile Christi quasi cõtagione perserpens, ouiculas CHRISTI sanguine redemptas, crudelem in modum depascebatur.

Ezec.33.

Atq; hac temporum iniquitate nobis nequaquàm desidiæ patrocinium, aut negligentiæ excusationem, præberi existimabamus: sed curam & solicitudinem nostrã potiùs augeri, vt quanto grauioribus malis laborantem Ecclesiam conspiciebamus, tanto attentiore animo & studio vigilantiore, in eam, quam Dominus nobis imposuerat, Pastoralis officij functionem incumberemus, & gregi nobis credito custodiam simul & disciplinam sedulò adhiberemus: Custodiam quidem, vt ex commonitione nostra, cauere noxia, & salutaria appetere: peccata refugere, & virtutes sectari, plebs nobis cõmissa sedulò addisceret. Disciplinam verò, vt qui spretis salutaribus monitis, aut torpentes negligentia, aut malitia incitati, delinquerẽt: per nos à vitijs suis, Ecclesiasticæ censuræ seueritate coërcerentur. Siquidem memineramus, hanc vtranq; curam à Domino ouilis sui custodibus sub graui commination e iniungi. Custodiam quidẽ, cùm ait: Si Speculator viderit gladium venientẽ, & nõ insonuerit buccina, & populus se non custodiêrit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autẽ eius de manu Speculatoris requiram. Seueritatem verò disciplinæ Dominus à Pastoribus exigens: Non quæras, inquit, fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: nimirùm innuẽs, graui culpæ alligari eum, qui vitia subditorum, quæ pro potestate sibi tradita compescendo emendare debet, dissimulando nutrit & auget. Et alibi Dominus Pastorũ negligẽtiam seueriss imis minis increpans: Eccè ego ipse, inquit, super Pastores, gregem meum de manu eorum requiram.

Ecci 7.

Ezech.34.

His nos Domini commonitionibus incitati, iam indè ab initio ordinatiõis nostrę, propensa voluntate ad debitam commissæ nobis functionis executionem, omem animi & consilij vim conuertebamus. Sed pios conatus nostros inquietudo temporis illi impediebat, dum tumultibus & bellis feruerent omnia, ac planè appareret, seculum nostrum iam nec vitia sua ferre posse, nec remedia pati velle. Et iam nihil aliud quàm grauem ecclesiarum ruinam, & de proximo imminentem Religionis nostræ interitum oculis præuidebamus, nisi Deus pro immẽsa sua misericordia miseratus, Ecclesiam suã tot malis grauissimè afflictam, & sub tantarum calamitatum onere iamiam ruituram, Inuictissimi & Potentissimi Principis Caroli Quinti, Pientissimi & verè Catholici Imperatoris armis texisset, & à casu præseruatam, pia eiusdem Imperatoris solicitudine ad pristinæ securitatis recuperandæ spem erexisset.

Cùm igitur singulari Dei gratia & misericordia, & Christianissimi ac Potentissimi Imperatoris beneficio hæc quies Ecclesijs reddita esset, vt iã de rebus Religionis consilia tutò capere liceret: Nos tantam opportunitatem, quam nobis diuinitùs concedi diu desideraueramus, nequaquàm negligẽdam rati, omes animi & consilij conatus ad Ecclesiarum nobis subiectarum disciplinã ritè constituendam, & ad plebis commissæ salutem promouendam. adeoque ad totius Pastoralis muneris nostri functionem pro virili exequendam, applicuimus. Et veterẽ Ecclesiæ cõsuetudinem insequentes, quam Apostoli nobis reliquerũt, & Sancti Patres quasi per manus traditam sedulò retinuerunt, vt quotiès in fide Christiana dubiæ quæstiones orirentur, aut alioquì ancipiti malo Ecclesia periclitaretur, mox Synodũ conuocarent, & dubias quæstiones ex scripturis sanctis, iuxta communem Sanctorũ Patrum consensum, & receptã Ecclesiæ authoritatem, dirimerent, & suboriẽtibus difficultatibus & periculis collato inter se cõsilio, matura & salutaria remedia adhiberẽt: Nos quoquè, post celebratam à nobis Synodum Diœcesanam, præsentibus malis etiã amplioris consilij remedia credentes quærenda, iuxta Sacrorum Canonum sanctiones Prouinciale Concilium duximus congregandum. Itaque Comprouinciales nostros amicos charissimos, & dilectos in Christo Reuerendos Coëpiscopos, ad diem sextum Maij in ciuitatem nostram Moguntiã euocauimus, è quibus cùm Reuerendus in Christo, & amicus noster syncerè dilectus, Mauritius Episcopus Eystetensis, vir insigni eruditione præditus, & promouendæ Religionis zelo mirificè flagrans, per seipsum: pleriq; verò alij per idoneos nuncios, pietate, doctrina, prudentia, & consilij magnitudine præstantes viros, promptè comparuissent: omnium qui conuenerant, voluntates ad Ecclesiæ tot malis afflictæ, & tantis Cleri & populi vitijs deturpatæ, auxilium & emẽdationem valdè pronas deprehendimus. Qua animorum alacri pietate, & pia alacritate exhilarati, inuocato Dei auxilio, sine ampliore mora sancto & necessario negocio manus admouimus, & quantùm is nos adiuuare dignatus est, cuius causam agebamus, in commune cœpimus consulere, quanam ratiõe populos nobis commissos in officio continere, noxia quæque ab eis auertere, & salutaria eis prouidere, ac Ecclesias nostras in pace & puritate regere possimus, donec generale concilium his tantis malis aptiora remedia prouideret, & omnium abusuum pleniorem emendationem, ac deo propicio calamitatum & dissidiorum finem inueniret. Tandèm, cùm dies aliquot cõtinuis deliberationibus absumpsissemus, quæcunq; ad dei gloriam illustrandam, ad Ecclesiasticæ disciplinæ emendationem, & ad salutem commissi nobis gregis promouẽdam, apta & salutaria nobis visa sunt, in Constitutiones diuinæ legi, Orthodoxorum Patrũ sententijs, & sacrorum Canonum sanctionib, ac rectæ rationis iudicio consentaneas, cõgessimus, & eas vt ab omnibus per ciuitates & Diœceses nostras obseruentur, communi consensu publicandas decreuimus. Dedimus autem operam in ijs nostris Constitutionibus, vt solicitudinis & pastoralis nostræ curæ vtranq; partem complecteremur, & gregi nobis commisso custodiam simul & disciplinam præstaremus: omnem curam adhibentes, quatenùs in Ecclesijs nostris simul salutarem Christi doctrinã, in qua vita & salus Christiani gregis consistit, à prauis opinionibus immunem & puram cõseruare, & disciplinam Ecclesiasticam magna ex parte collapsam erigere, & sic Christo principi Pastorum, oues, quas suo sanguine redimendas sibi existimauit, in illo die incolumes sistere valeamus: nequaquàm immemores, vt ingentis meriti sibi comparãt fructum, qui super gregem Domini diligenti custodia excubantes, ad iustitiam erudiunt, & ad salutem promouent multos: sic æterni supplicij se reos constituere, qui ad Pastoralis officij functionem admoti, sua negligentia interire sinũt animas, pro quibus sanguinem suum impendere, & acerbissimam mortem tolerare sustinuit Christus filius Dei.

NOS IGITVR IVXTA APOstoli cõmonitionẽ, attẽdere volentes vniuerſo gregi, in quo nos Spiritusſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo: memores nos aliquãdo coram iuſto Iudice, pro animabus commiſſæ nobis plebis, rationem reddituros eſſe, in primis ſolicita cura duximus prouidendum, vt in Eccleſijs per vniuerſam noſtram Prouinciam & diœceſes conſtitutis, ſana & ſyncera, tum etiam vna, cõſentiens & concors ſacroſanctæ fidei noſtræ, doctrina tradatur, quatenꝰ populi curæ noſtræ commiſſi, ſicut vno Baptiſmo in ſpem viuam regenerati, vnum colunt Deum, vnamq; fidem profitentur, & vnam omnes ambiunt vnius Patris in cælo hæreditatem, ſic ad eandem vna & concordi doctrina erudiantur.

Actor. 20.

Heb. 13. 1. Pet. 1.

Ephes. 4.

Proindè vniuerſos & ſingulos Paſtores, Parochos, Concionatores, & Curatos, per Ciuitates & Diœceſes noſtras conſtitutos, in nomine exhortamur, eisq; diſtrictè præcipiẽdo iniungimus, vt tũ vniuerſam Chriſtianam doctrinam, iuxta receptum ſanctorum Patrum & orthodoxæ ac catholicæ Eccleſiæ ſenſum (vitatis noxijs nouitatibus, & ſuſpectis opinionibus penitùs omiſſis) plebibus ſibi commiſſis fideli cura tradãt: tum verò eos præcipuè, qui hiſce temporibus in controuerſiam trahuntur, ſacroſanctæ Religionis noſtræ articulos, in eam quæ ſequitur, ſententiam explicent.

De ſancta Trinitate & fide Catholica. Cap. I.

PRincipio, vt ſuperbenedictę Trinitatis fidem, ſimplici populo nõ anxia nimìs & ſcrupuloſa, ſed plana & ſimplici oratiõe, iuxta ſcripturę ſacræ, & trium ſymbolorum Apoſtolici, Niceni & Athanaſij traditionẽ, exponant, & eos vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate credere & cõfiteri edoceant. Vnum eũdemq; Deum in eſſentia, & in perſonis trinum, Patrem & Filium & Spiritumſanctum.

De Creatione & Conſeruatione mundi. Cap. 2.

HVnc Deum Conditorem, Conſeruatorem & gubernatorem eſſe rerum omnium, in pœnis & vindictis iuſtum ſimul & miſericordem: in donis liberalem, omnis quidem boni, ſed nequaquàm mali culpæ, authorem: Siquidem nos peccata, nulla impulſi neceſſitate, ſed malitia & vitio noſtro, perpetramus.

De hominis Creatione. Cap. 3.

INter cætera bonitatis & potẽtię ſuę opera, Deum ab initio hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam cõdidiſſe, corporis & animæ viribus rectum, ornatum iuſtitia & gratia: intùs in anima prauis motibus vacuum, in corpore infirmitatis omnis & omnium ærumnarum expertem, & à moriendi neceſſitate immunẽ, in voluntate ad bona malaq; appetenda ex pari liberum.

Gene. 1.

Eccl. 15.

De Lapſu hominis. Cap. 4.

QVi cùm mandatũ Dei conditoris ſui pręuaricat' eſſet, ſanctitatẽ, gratiam, & iuſtitiam, in qua erat conſtitutus, iuſtiſſimo Dei iudicio amiſit: iræ Dei ac damnationi obnoxius, & in corpore ſimul & anima factus deterior, vt iam in corpore famem, ſitim, & innumeras aliàs miſerias & infirmitates, in anima concupiſcentiã ad mala prolicientem, multasq; noxias & moleſtas ærumnas, ac tãdèm vtriuſque, videlicet corporis & animæ, mortem ſuſtineret.

Gene. 3. Eccle. 40. Gene. 6.

De peccato originali. Cap. 5.

HOc primorum hominũ peccatũ, propagatione in omnes homines tranſire, ac ſecum pœnam ſuã trahere, vt ſint naturã omnes homines irę Dei, mortis & damnationis rei, & in peccatũ proni: qui per libertatem arbitrij ſui, (quæ exigua & infirma in ijs reſidet) nõdùm adiuti gratia Dei, ea quæ ſunt ſpiritus, & ad ſalutem conferunt, non agnoſcere, nedum appetere queant.

Rom. 5. Ephe. 2. Gene. 8. 1. Cor. 2.

De redemptione per Chriſtum. Caput 6.

AB hoc Originalis peccati morbo, homines ſola Dei miſericordia, per Redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, liberari: Qui infirmitates & languores noſtros in ſe ſuſcipiens, & peccata noſtra in Cruce perferens in corpore ſuo, Patri nos recõciliauit, vt ſatisfactionem pro delictis noſtris, quam in noſtris meritis non inuenimus, de Chriſti ſanguine & meritis eius aſſumam⁹: Cui dum per Baptiſmũ inſerimur, per Spiritumſanctum mundamur, & omnem reatum, quem naſcendo vel prõprièpeccando contraximus, renaſcẽdo exuimus, & ab oñi prorſus peccato liberamur, & per Spiritum ſanctum ſanctificamur, & innouamur ſecũdùm internum hominem, viresq́ue contra relictæ concupiſcentiæ impetus accipimus, vt iam nõ regnet peccatum in mortali noſtro corpore: nec ad culpam nobis, ſed ad meriti occaſionem, ſi per gratiam Dei gnauiter pugnauerimus, concupiſcentia in nobis ſit relicta.

Rom. 5. Eſa. 53. 1. Pet. 2. Ephſ. 5. 1. Cor. 5. Titi 3. 1. Cor. 6.

Rom. 6.

De Iuſtificatione. Cap. 7.

ATq; hac ratione iuſtificari homines, cùm qui immundi & natura iræ filij, & damnationis rei ſunt, per Chriſti meritũ peccatorum ſuorum remiſſione impetrata, renouantur ſpiritu Dei per Chriſtum ſecundùm internum hominem: vt iam iuſtificati gratia ipſius, & reconciliati Deo, & ab æternę damnatiõis reatu abſoluti, hæredes ſint ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

Rom. 5. Tit. 3.

Talis

Talis autem iuſtificationis initiũ ex Dei gratia prouenire, qua ante omne meritum, dum adhuc inimici & peccatores ſunt, excitati & adiuti, & eidem gratiæ ſic excitanti & adiuuanti conſentientes & cooperantes, ad Iuſtificationem diſponuntur.

Hanc verò præuenientem gratiam, cùm per alia media, tum potiſſimùm in prædicatione verbi, ad cõuerſionem hominis operari, dum homo peccatorum ſuorũ admonitus, & à Deo iuſto Iudice conſtituta peccatis ſupplicia metuẽs, mox excitatus & adiutus Dei gratia, à timore peccati, ad Dei miſericordiam cogitatione deflectit: & cũ alia omnia in ſcripturis reuelata, tum hoc præcipuè fide firma capit, Deum peccatoribus propter Chriſtum miſereri velle: Qua ſubnixus fiduti a, ſpem cõcipit, & timorem animo eijcit, ac Deum, quem ad miſerendum procliuem, ſibiq; iam propicium credit, diligere, & peccata quæ ipſum à Deo ſeparabant, odiſſe incipit, iamque Deo per Baptiſmum vniri, ſi nondùm eſt in Chriſto regeneratus: aut ſi poſt acceptam Iuſtificationis gratiam in peccata relapſus eſt, per Pœnitẽtiam Deo reconciliari deſiderat, eiq́ue per vitę nouitatem placere, & per mandatorum ipſius obſeruationem perpetuò adhærere velle proponit. Sicq; is, qui tunc primò fidei Chriſtianæ initiandus venit, regenerationis lauacro ſuſcepto, aut ſaltem votis expetito, dum ſuſcipiendi facultas nõ ſuppetit: ille verò, qui poſt acceptam Iuſtificationis gratiam per peccatũ rurſus excidit, per Pœnitentiæ remedia Iuſtificatiõem accipit. Quæ cum peccatorũ remiſſione etiam ſanctificationem, & interni hominis innouationem confert, quatenùs per meritum paſſionis Chriſti, quod iam credenti communicatur: cum venia peccatorum homo etiã Dei gratiam, & per Spiritum ſanctum vnà cũ fide, ſimul charitatem in corde diffuſam ac ſpem accipit. Hisq́ue Dei donis in ipſo permanentibus, non iam ſolùm reputatur aut nominatur, ſed verè exiſtit iuſtus: non tamẽ ſua propria, aut ſuis meritis comparata, ſed ex gratia Dei per Chriſtum donata & communicata, iuſtitia.

Gen. 3. 23. Acto. 10. Ioan. 1. 3. Rom. 3.

Rom. 5.

Itaque hominem iuſtificari gratis per fidem, quia nullis præcedentibus meritis iuſtificatio acquiritur, ſed ex DEI gratia per Chriſtum donatur, his quibus in eum credentibus, mortis eius & ſuſi pro peccatoribus ſanguinis meritum applicatur.

Rom. 3. Ephe. 2.

De Charitate & bonis Operibus, & merito eorum. Cap. 8.

CHaritatem verò, ſine qua nemo iuſtus eſſe poteſt, iam tum, cùm in Iuſtificatione hominis accedit, operibus bonis grauidam eſſe, nec ocioſam manere in verè iuſtificatis: quin oblata occaſione, & facultate permiſſa, promat de ſe opus bonum, & quotidiana faciat iuſtitiæ incrementa, ſecũdùm ſcripturam: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Ea verò, quæ iuſtificati iam, mẽbra ſua exhibentes arma iuſtitiæ in ſanctificationem, fide per dilectionem operante, fecerint opera: tum quia Deus benè operãtibus, & in ipſo ſperantibus, mercedem miſericorditer promiſit: tum etiam quia eiuſmodi iuſtificatorum opera, gratiæ Dei effectus ſunt, & mouente & adiuuante Spiritu ſancto fiunt: verè bona, & Deo grata, ac remuneratione vitę æternæ digna eſſe.

1. Ioan. 3.

Apo. 22. Rom. 6. Galat. 5.

Nõ enim ſecundùm humanas vires, æſtimanda ſunt Iuſtificatorum opera, ſed ſecũdùm eam gratiam, quã in ipſos influit Chriſtus, ex qua deindè bona ipſorum opera ꝓmanant. Et ſecundùm eam dignitatẽ, quam de Spiritu ſancto, velut omnis boni operis motore & operatore, ſumunt. Sic enim extenuandę vires humanæ, vt nõ ſimul & gratia Dei vilis reputetur: ſic in bono opere faciendo, depriměda eſt facultas hominis, vt interìm cogitemus, Spiritusſancti motum, & in nobis efficacem, & apud Deum acceptum ac precioſum eſſe.

Ioan. 15. Rom. 4.

Obſeruationem mandatorum Dei, verè Chriſtianis eſſe poſſibilem. Cap. 9.

EX eadem cauſa demonſtrandum eſt, Mandatorum Dei obſeruationem renatis ac iuſtificatis eſſe poſſibilem, non ſecundùm Naturæ infirmitatem, quam habẽt cum alijs hominibus cõmunem: ſed ſecundùm gratiam Chriſti, qua imbuti ſunt, & ſecundùm opem Spirituſſancti, quem renati ac iuſtificati acceperunt: Vt iam diuinorum præceptorum obſeruatio renatis tanto ſit poſſibilior, quanto maiorem gratiam, eodẽ ſemper opitulante Spiritu, vel ſemel acceptã retinent, vel amiſſam nouo ſubindè munere recùperant.

Phil. 2. 4.

De vera libertate Chriſtiana. Cap. 10.

EAm verò libertatem ſuam (quam lex Spiritus, quæ eſt ipſa Charitas, diffuſa in cordibus noſtris, nobis affert) Chriſtiani intelligant, non, vt non impleant ea, quæ in mandatis Dei exiguntur, ſed quatenùs ad ea adimplenda non, vt alij homines, pœnarum metu & Imperio legis cõpellantur, ſed ea iam non inuiti, immò verò volentes faciant: ita, vt obedientia ipſorum ſecundùm animi promptitudinem, & in rectè factis lętitiam, vera libertas: ſecundùm prẽcepti adimpletionem, plena & pia ſeruitus exiſtimetur. Alioquì cupiditatibus frena laxare, & carnis curam ſecundùm eius deſideria facere, non Chriſti libertas, ſed perniciоſa diaboli ſeruitus reputanda eſt.

Rom. 5.

Rom. 13.

De Sacramẽtis in genere. Cap. 11.

DOceant etiam Paſtores noſtri, Septẽ eſſe Eccleſiæ Sacramenta diuinitùs inſtituta, per quæ velut apta remedia atque

atq; instrumenta, & peccatis nostris mederi,& suæ gratiæ munera nobis impartiri,Deus voluerit.Eaque non esse ritus simplices, quod quidã impunè confingunt,sed sacrosancta signacula,& efficacia signa, quæ ritè ea suscipiẽtes,gratiam eis conferendo, sanctificent.Gratiam verò sacramentorũ, non ex ipsa externarũ rerum virtute,nec ex merito Ministri:sed ex internæ & diuinæ operationis virtute,æstimandam esse.

Modus doctrinæ circa Baptismum.
Cap. 12.

ET vt populus virtutem ac fructum vniuscuiusq; Sacramenti planè intelligat, concordi doctrina eruditi populos nobis cõmissos volumus,vt credant Baptismi virtute omne prorsus peccatum,tam Originale quàm Actuale,remitti, nec quicquam in ritè baptizato relinqui, quod ab ingressu Regni cælestis remorari eum queat. Concupiscentiam enim, quæ post Baptismũ in nobis,ad Agonem, non ad culpam, relinquitur,iam non esse peccatum vera ratione peccati:sed peccatum ob id appellari,quòd per peccatum facta,& ex peccato relicta sit, & ad peccatum ampliùs inclinet.

1. Cor. 6. Acto. 2.

Rom. 7.

De Baptismo Paruulorum. Cap. 13.

DAtum etiam Paruulis in fide Ecclesiæ Baptismum,ad abolendum Originale peccatum,& ad salutem consequendam, efficacẽ esse. Eumq; semel ritè, etiam à parũulo,susceptum, aut ab hæretico vel infideli in forma Ecclesiæ,cum recta intentione datũ, sine iniuria Christi (in cuius mortis similitudinem,semel pro nobis redimẽdis toleratæ, traditur) sine grandi piaculo ampliùs iterari nec posse,nec debere:ne inuocatio sanctissimi nominis Dei, in qua semel ablutio data est, per iterationem quasi vana accusetur:& mors Domini,in cuius similitudinẽ semel baptizamur, repetito baptismo,quasi inefficax arguatur.

Rom. 6.

Baptismum,adhibitis ritibus secundũ veterem Ecclesiæ morem,administrari debere. Cap.14.

PArochis verò,& alijs Ecclesiarum Ministris, per nostras ditiones constitutis, sedulò iniungimus, & sub graui pœna, præuaricantibus sine remissione infligenda,comminamur,ne aliter, quàm adhibitis Exorcismis & Exufflationibus, Vnctionibus etiam & cæteris ritibus, per Catholicã Ecclesiam ab antiquo obseruari solitis, & in aqua non prophana,sed solenni benedictione,&sacri Chrismatis,Vnctione sanctificata,extra casum necessitatis, Baptismum administrare præsumant.

Vnctiones in baptizatis paruulis omissas,expleri debere. Cap. 15.

CVm autem circa sacrum Baptisma nõ rarò euenire soleat,vt mysticæ illæ vnctiones,iam indè ab initio Religionis Christianæ per vniuersam Ecclesiam adhiberi solitæ,vel ex necessitate propter metũ imminentis mortis infantiũ,vel etiam ex contemptu omittantur: Nos Parochis nostris hanc curam seriò iniungimus,eisque districtè præcipiendo mandamus,vt de pueris sic baptizatis diligenter inquirentes, si cõperierint alioquì debitam verborum formam obseruatam,Baptismum quidem sic traditum approbent: Eos verò,qui dum baptizarentur,Vnctiones non receperunt, seriò exhortentur & sedulò inducere tentent,vt consuetas Vnctiones cum Oleo sancto, in pectore & scapulis,& in vertice cum Chrismate,(adiũctis solitis precatiõibus,quæ in Agendis habentur) aliosque ritus omissos, in seipsis per Catholicum Sacerdotẽ, iuxta vetustissimum Ecclesiæ morem,cautè & piè suppleri curent. Quòd si deprænderint, in tali Baptismo nec formã debitã esse obseruatam,his qui sic baptizati frustrà putabantur,totum Baptisma secundùm Ecclesiæ ritum tradant.

De conci. dist.4.c.ab antiquo.

Baptismum ante meridiem administrari debere.
Cap. 16.

ET vt tanto mysterio debita omninò reuerẽtia exhibeatur, Parochos & Ecclesiarum Ministros seriò monemus,vt manè intra officia diuina,aut mox post ea peracta, (non autẽ tempore pomeridiano post epulas &prandia,nisi necessitas aut periculum infantium accelerare baptismum exposcat) cũ multa sobrietate, & accurata deuotione,Baptismum administrent.Comessationes verò,& parùm sobria Conuiuia, q̃ quibusdam in locis post Baptismum fiunt, per ciuiles Magistratus inhiberi,aut saltem ad moderationem Christianis dignam, reduci volumus.

Modus Doctrinæ circa Sacramentum Confirmationis. Cap. 17.

SAcramentum Confirmationis ex institutione Christi, & Apostolorum praxi, Ecclesiæ relictum esse,in quo, iuxta Domini promissionem,Spiritumsanctum, quo in Baptismo ad peccati emundationem signati sumus,cum nouo gratiæ suæ munere accipimus: Videlicet, vt virtute eius contra satanæ tentationes muniamur:vt gratia ei⁹, ad meliùs capienda fidei mysteria, illuminemur:ad Confessionem Christi fidutiam, & contra vitia robur accipiamus. Quę omia Christus Dominus, per Spiritumsanctum, quem missurus erat, fidelibus conferenda, disertè promisit.Ea verò,vt erant à Christo promissa,ipsis Apostolis in die Pentecostes exhibita,& ab eisdem per manuum impositionem in alios transfundi cœpta, Actus ipsorum satìs testantur. Vndè Ecclesia Catholica Spiritumsanctum per manus Episcoporũ fidelibus tradendi normã accepit.

Ioan. 14. 15. & 16. Acto. 8. & 19.

De

De Vnctione Chrismatis in Confirmatione. Cap. 18.

DIligenter etiam populũ instruant,cur hoc Sacramentum,ab initio sola manuum impositione exhibitũ, mox sub ipsis temporibus Apostolorum ex eorundẽ traditione,adhibita Chrismatis vnctione, cœperit conferri.Nã cùm in initio Spiritussanctus ad euidentiorem recentis adhuc fidei commendationem, signo visibili influeret confirmatis:externa Vnctione,quæ illã internam designaret,tunc non erat opus. Posteà verò adulta Ecclesia, & stabilita fide,cũ signa externa apparére cessauerunt,nec iam ampliùs Spiritussanctus visibiliter descenderet,mox in locum visibilis signi, Vnctio Chrismatis adhiberi cœpit,quæ his,qui cõfirmarentur,internam & spiritalem Vnctionem repræsentaret, vt quid intùs agatur per gratiam, foris aliquo visibili signo innotescat,& verbi fidem externi elementi similitudo confirmet.

Acto. 8. & 19.

De Cognationibus spiritualibus,ex his duobus potissimùm sacramẽtis Baptismi & Confirmationis, prouenientibus. Cap. 19.

NOn rarò ex impedimentis cognationum spiritualiũ,difficultates & pericula solent euenire:Ad quæ cohibenda decernimus,ne cuiquã,siue ex sacro fonte leuando,siue ad sacram Confirmationem tenendo,plures,quàm vnum Patrinum, liceat adhibere.

Ex Cõcil. Mogũ. Dñi Petri. De cõ. dist. 4.c. Non plures.

Modus doctrinæ circa Sacramentum Pœnitentiæ. Cap. 20.

POenitentiam, velut secũdam post naufragium tabulã,cuius præsidio, in peccatorum voraginem relapsi, denuò perniciem effugimus,& gratiam reconciliationis & remissiõis peccatorum recipimus: Pastores nostri in Ecclesijs sedulò vrgeant,& admoneant fideles,his partibus integrã & vtilem Pœnitẽtiam absolui:Contritione, Cõfessione,& Satisfactione.

De Contritione. Cap. 21.

NEque enim remitti peccatum, cuius eum qui admisit,non pœniteat.

De Confessione. Cap. 22.

ET cùm ad sananda hominum peccata, Christus duplicem Ministris Ecclesiæ suæ potestatem reliquerit, vt remittant aut retineant,soluãt aut ligent: quatenùs id remedium sanandis peccatis apponendũ nobis Dominus tradidit,eatenùs Cõfessionẽ, cum enumeratione peccatorum faciẽdam, nobis commendâsse:vt ex recensione peccatorum,is,qui discernendi potestatem accepit,sciat,vtram commissi muneris partem debeat exercere.

Matt. 18. Ioan. 20.

De Satisfactione. Cap. 23.

SAtisfactionem verò ab his,qui deliquerunt,doceant præstandam. Non illam quidem,qua culpa peccati,& æterna pœna diluitur:hæc enim satisfactio ex sola Christi propiciatione donatur:sed illa à nobis pstanda est,qua pœna temporalis, quæ post culpæ remissionem nõnunquàm remanet, aut Eleemosynis alijsque pietatis operibus redimitur,aut Ieiunijs & alijs Satisfactionibus (quæ tamen ipsæ etiam ex merito Passionis Christi efficaciam sumunt) auertitur.

Dan. 4. 1. Cor. 11.

De Absolutione. Cap. 24.

SAcerdotes verò, qui Cõfessionibus audiendis dant operam,absolutionis formam non intricent pluribus membris, aut Conditionibus appositis,sed planis & simplicibus verbis depromant: Ego absoluo te à peccatis tuis, in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Non tamen prohibemus, vt idoneo loco, seu ante Absolutionem, seu post eam, orationes,pro petenda delictorũ venia,adiungant.

De ijs, qui Confessionibus audiendis præfici debent. Cap. 25.

EPiscopis, qui curam animarum susceperunt,hacpræsertim tempestate, qua varijs & pernicijs opinionibus, simpliciũ animi,miserandum in modum, deprauantur:summo studio enitendum est, vt audiendis Confessionibus, quæ ad formandas conscientias opportunè seruiunt,Sacerdotes viri integri & periti præficiantur. Vndè omnes Superiores. fratrum mendicantium (qui in hac parte Parochis in adiutoriũ accedunt) inducẽdos censemus, & seriò monemus,vt fratres suos, quos ad audiendas Cõfessiones admittere destinauerint,priùs Commissarijs nostris exhibeant: Qui eos aut per examen, aut fide digno suorum Superiorum testimonio dijudicent,num idonei sint, quibus ouium Christi salus tutò committi queat.

Ex Synodo celebrata Mogũt. sub cardinale Nicolao Tit. S. Petri ad Vincula, & Theodorico Archiepo anno 1451.

De Reseruatione casuum relaxanda. Cap. 26.

NE autem propter casus reseruatos, à salutari Confessionis remedio homines retrahãtur,dum vel in promptu Sacerdotẽ non inueniunt,qui eos absoluere possit:vel etiam famæ suæ & sumptui timent, si longiùs pro absolutione consequenda ablegentur: Nos pudori simul & sumptibus subditorum nostrorum consulere volẽtes, præsenti Decreto ordinamus & constituimus,vt deinceps oẽs Parochi,per prouinciam nostram ritè ordinati & vocati, oẽsq; fratres mendicantes,per suos superiores,vt præmittitur,præsentati,& per Commissarios nostros approbati,potestatem habeant, vice & nomine nostro, absoluendi Laicos contritos & confessos,à quibuscunq; peccatis occultis, quãtunùs grauibus & enormibus,quæ alioquì authoritati nostræ ordinariæ reseruari debebant: exceptis duntaxàt Homicidis,Hæreticis, & Excommunicatis, ad nos, vel Commissarios nostros, mittendis.

Ne

Ne Religiosi Laicos cõmunicent sine consensu Parochorum. Cap. 27.

Ex Cõcil. Fritzlar. NVlli tamen Religioso (etiamsi ad cõfessiones audiendas, vt præmittitur, admissus fuerit) licere volumus, cuiquam Laico sacrosanctæ Eucharistiæ communionem, sine speciali cõsensu Parochi, ad cuius curam ille pertinet, porrigere. quemadmodùm & Parochis omibus seriò inhibemus, ne quenquam alienum Parochianum, sine consensu sui Parochi, extra necessitatẽ, siue ad Confessionem, siue ad vllius Sacramenti perceptionem, recipiant: Si tamen subditus rationabilem causam allegãs, alij Sacerdoti confessionem faciendi cõsensum à suo Parocho petiuerit, talem ei consensum volumus non denegari.

Sine testimonio factæ Confessionis, nemo ad sacrę Eucharistię perceptionem admittatur. Cap. 28.

1. Cor. 11. ET ne contempto Confessionis remedio, homines sacrosanctam Eucharistiã percepturi, periculum sibi, quod Apostolus indignis & inexploratis grauiter cõminatur, accersant: Parochis nostris iniungimus, ne posthàc quenquam Parochianũ, qui non suo Parocho Confessionem fecerit, (saltem vbi non factæ Confessionis suspicio subsit) sine testimonio eius, cui Confessionem fecit, ad sacrosanctam Eucharistiam admittere præsumant.

De Confessione non reuelanda. Cap. 29.

Ex Cõcil. Fritzlar. MAgnam etiam cautionem adhibere debent Confessarij sacerdotes, ne de inusitatis criminibus, præsertim à iunioribus inquirendo, inexpertis, nouæ cupiditatis, aut criminis antè non tentati, occasionem obijciant. Caueant etiam, ne confitentis peccatum sermone, vel signo, vel aliqua vlla ratione ꝓdant. Sed si consilio super aliqua re, in Cõfessione sibi manifestata, indiguerint: rem ipsam, sine vlla authoris mentione, ad peritiorem referant. Quòd si De Pœnitent. & remissio. Cap. Omnis. sacerdos alicuius crimen, per cõfessionem sibi compertum, vel aperto indicio, aut saltem conditionis, aut loci, aut viciniæ, aut cuiuscunq; circunstantiæ significatione, reuelauerit: à beneficio Ecclesiastico remot⁹, ad arctum Monasterium, ad agẽdam pœnitentiam, retrudatur. Nec etiam sacerdos cõfessarius à quoquam, sibi cõfitente, de peccatis alterius expresso nomine, vllo modo inquirere præsumat. De Pœnitent. & remissio. Ex Cõcil. Fritzlar.

De Satisfactionibus. Cap. 30.

SAcerdotes etiam cõfessarios monemus, seisq; ꝓcipiendo iniũgimus, ne in vsura, furto, rapina aut fraude, absolutionẽ Confitenti impertiantur: nisi ea, quæ iniustè abstulit, quatenùs eius facultates permittunt, se restituturũ promiserit. In alijs leuioribus delictis, satisfactiões, iuxta qualitatẽ culpę, aut cõfitentis possibilitatem, moderentur.

Eosdem hortamur, vt iuxta delictorum qualitatem, Satisfactionis modum temperent, & auaris Eleemosynas, incontinentibus ieiunia, pro Satisfactione imponãt, quô semper confitentium vitia, contrarijs virtutibus compensentur.

Modus Doctrinæ circa sacramentum Eucharistiæ. Cap. 31.

DE veritate corporis & sanguinis Dominici in Eucharistia, plebem ex verbis dñi instruant, vt credant post consecrationem, sub speciebus panis & vini, veram corporis & sanguinis Dñi substantiã contineri: Nec iam diuidi Christũ, aut sanguinẽ eius à carne separari vnq̃ posse, quoniã ampliùs non moritur, ideoq; sub alterutra specie Christum integrũ contineri, & sub vna specie tantũ à fidelibus, quãtum sub vtraq;, sumi.

De Communione vnius speciei. Cap. 32.

CVm autẽ nemo fidelium dubitet, virtutem sacrosanctæ Eucharistię, non ex speciebus pendére, sed ex viuifica Christi carne & sanguine prouenire: iam ne hoc q̃dem quisquam fidelis dubitare debet, illũ sub vna specie cõmunicandi morem, ad salutem sumẽtium æquè vtilem & efficacem esse, quàm alterum sub vtraq;: cùm constet, non minùs accipi in vna specie, & eũ quoq; communicandi morem in vna specie, iam indè ab initio praxis Christi & Apostolorũ, in ecclesiam introduxerit: Vnicuiq; autem fidelium, ex his duobus communicãdi modis, eum meritò tenẽdum esse, quem ecclesia, propter causas rationabiles, pro temporum ratione elegerit, & populo tradiderit obseruandum.

Vt à ieiunis & confessis sacrosancta Eucharistia sumatur. Cap. 33.

PArochis etiam & ministris ecclesiarum seriò inhibem⁹, ne cui extra casum infirmitatis aut necessitatis, sacrosanctam Eucharistiã, nisi ieiuno & confesso, porrigere præsumant.

Modus doctrinæ circa sacramentum extremæ Vnctionis. Cap. 34.

SAcram Vnctionẽ doceant Pastores nostri, ad infirmorũ, & eorũ qui ad vitę exitũ vergunt, præsidium, à pio dño traditam esse, quã eius iussu primi Apostoli exercuẽrunt. Quæ dum per orationẽ fidei infirmis adhibetur, per diuinæ virtutis operationẽ, contra corporis infirmitates & terrores cõscientiæ, alleuiatiõem & hilaritatem ritè sumentibus præbet: leuiora peccata tollit, & grauiorum restantes reliquias expurgat, iuxta Apostoli testimonium, & receptam cõ- Iaco. 5. sentientis Ecclesiæ doctrinam.

Modus doctrinæ circa sacramentum Ordinis. Cap. 35.

IN collatiõe Ordinum, quæ cum impositione manuum, velut visibili signo, traditur:

ditur: doceant, ritè ordinatis gratiam diuinitùs conferri, quæ, ad Ecclesiastica munera ritè & vtiliter exercenda, apti & idonei efficiantur, & qua rata sint & efficacia, quæ à ritè ordinatis in Ecclesia, iuxta Christi & Ecclesiæ institutionem, geruntur. Hanc verò gratiam, esse ordinis & muneris, non hominum aut personarum, nec ad cuiusquam priuatam, sed ad communẽ totius Ecclesiæ vtilitatem, accommodari. Ideoq́ue in ritè ordinatis, siue boni siue mali sint, efficacem esse. Atq; ita inter dispares ministros, Domini nostri dona semper æqualia, semper bona & sancta permanere.

Modus doctrinæ circa sacramentum Matrimonij. Cap. 36.

DE hoc Sacramento doceant Pastores nostri, Matrimonium ab initio ad officium institutum, tandèm ex Dei benignitate, infirmis hominibus ad remedium cessisse: Vt iam hæc maris & fœminæ commixtio, quæ alioquì, propter turpem concupiscentię motũ, peccato ex se nõ careret, propter gratiã Sacramenti, coniugibus ad peccatum non imputetur, sed sit honorabile in Heb. 13. omnibus connubium, & torus immaculatus. Esse autem cõiunctionem maris & fœminæ, duorum tantùm: nec alicuius tertij consortium, nec duorum à se inuicèm separatiõem, nisi per alterius mortem, vllo modo admittentem. Quòd si ob fornicationẽ Matt. 5. & 19 (quæ sola illis, separandi causa, à Dño permissa est) coniuges inuicèm dimiserint, manere debere innuptos, aut dimisso coniugi reconciliari, & neutri eorum, donec vixerit prior coniunx, ad secunda transeundi Matrimonia potestatem esse. 1. Cor. 7.

Matrimonia etiam, sine consensu parentum legitimè inita, non debere rescindi.

Hanc coniunctionem, ex libero cõsensu contrahentium, per verba de præsenti expresso, stabiliri, nec à parẽtibus (si fortè eorum voluntas nõ accesserit) rescindi posse.

Monendos liberos, ne inscijs parentibus contrahant. Cap. 37.

VOlumus tamen liberos sedulò admoneri, vt diuini præcepti memores, velint in parentum esse potestate, nec illis inscijs aut inuitis, inire Matrimonia, aut quicquam rei seriæ inchoare, præsumant.

De Matrimonij solennitate. Cap. 38.

ET vt Matrimonio suus honos conseruetur, coniunctiones coniugum volumus in cõspectu Ecclesiæ, adhibita celebritate consueta, confirmari: ne per occultas copulationes, sub prætextu coniugij, illicitæ libidines grassentur. Et vt pericula, quæ ex clandestinis copulatiõibus suboriri possunt, excludantur: nomina contrahere volentium, ante cõiunctionem, tribus diebus festiuis, non immediatè se inuicèm sequentibus, sed per aliquot dierũ interualla à se distantibus, in Ecclesia coram multitudine, proponi debent: Vt si qui impedimentum Matrimonij inter eos nouerint, id ante nuptiarum diem Parocho reuelent. Nec cõtra huiusmodi denunciationem, nisi ex ardua & necessaria causa, dispẽsari debet. Quòd si qui tempore huius denunciationis præsentes fuerint, & impedimentum reticuerint, post coniunctionem in conspectu Ecclesiæ celebratam, ampliùs ad eius Matrimonij accusationẽ, aut ad testimonium cõtra ipsum, admitti non debẽt. Caueant etiam Parochi & curati nostri, ne peregrinos & ignotos ad Matrimonia iungenda admittant, nisi libertatis suæ testimonia ex his locis attulerint, vbi priùs vixerunt. Leuitates verò, quas in pulsando sponso (& si quæ sunt similes) abusus in ipsam vsq; Ecclesiam inuexit, omittantur: Saltationes lasciuæ, & comessatiões parùm sobriæ, si in totum tolli nequeãt, saltem ad moderationem Christianis dignam reducantur, vt sic hilaritas nuptialis, pietate & modestia condita, oculis Dei, qui Matrimonij author & copulator est, commendetur. Parochis seu Curatis, p vniuersam Prouinciam nostram constitutis, iniungimus, Si sub cura sua habuerint subditũ, qui mulierem, cui Matrimonio iungi per impedimenta canonica non potest, tñ vxoris loco publicè foueat, vt ad dimittẽdã eam, ipsum seriò inhortentur: aut, Si Matrimoniũ eorũ dubium sit, num de iure subsistat, eosdem infra duos proximos mẽses ad nos, aut Officiales nostros, pro declaratione accipienda, venire iubeant. Quòd si sic moniti, ab inuicèm nõ discesserint, aut declarationem (vt præmittitur) non petiuerint, aut nostræ vel Officialium nostrorũ decisioni & sententiæ non acquieuerint: ab Ecclesiasticis sacramentis protinùs arceantur, & nisi ante mortem peccatum suum emẽdauerint, aut saltem id confessi fuerint, aut serium super eo animi dolorem ostenderint, Ecclesiastica etiam sepultura priuentur.

De Benedictione salis, aquæ, & aliarũ rerũ, quæ per Exorcismos & orationes ad vsum fidelium præparantur. Cap. 39.

VEterem morem in Ecclesia sequimur, dum salem, aquam, & cæteras quasdã res, in vsum fidelium, per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemo reprehendet, qui secum reputauerit, Ecclesiam inter cętera salutis & vtilitatis suę, tum augendæ, tum conseruandæ præsidia, etiam exorcizandi potestatem, cõtra insidias dæmonum, aliasq́ue noxias pestes auertendas, accepisse. Quam potestatem dum per res externas ad vtilitatem fidelium exercet Ecclesia, nimirùm in eo Sanctorum imitatur exempla, qui ad eliciendos quosdam effectus, diuino iussu res corporales adhibuisse leguntur. Quem morem in Ecclesijs nostris Matt. 10. Luc. 10.

Ex Cõcil. Fritzlar. de Sponsa. & Matrimon. Iaco. 5.

ſtris præcipimus conſeruãdum, dummodò populum Paſtores ſedulò doceãt, effectus, qui indè petuntur, non ipſarum rerum efficaciæ, ſed diuinæ virtutis operatiõi, per fortiſſimi nominis diuini inuocatiõem, tribuendos eſſe: Et cauerint, ne rebus talibus ad impias ſuperſtitiones abuti quiſquam præſumat.

De Cæremonijs. Cap. 40.

SImiliter & reliquas Cæremonias, quæ aut in cultu diuino ornatum augẽt, aut mentes hominum ad pias & vtiles cogitationes excitare poſſunt: diligenter retinẽdas cenſemus, præſertim eas, quas ex multa antiquitate profectas, & per vniuerſam eccleſiã obſeruatas, quaſi per manus traditas accepimus. Quales ſunt, quæ in adminiſtratione Sacramentorum adhiberi conſueuerũt: quibus adnumeramus, vt templa (velut orationum & diuini cultus & ſacramentorum officinæ) per loca idonea habeãtur, ad quorum ornatum (ſimul etiam velut diuini cultus & promouendæ pietatis apta inſtrumenta) in ijs ſigna crucis, aliaſq; imagines, vexilla, veſtes ſacras, altaria, & vaſa ſacra, cõſeruari & vſurpari volumus.

De Imaginibus. Cap. 41.

IMaginum autem vſum, velut pro erudiẽda plebe, & omnium animis excitãdis vtilem, in Eccleſijs noſtris retineri ſeriò mandamus, dummodò Paſtores noſtri populũ accuratè moneant, Imagines non ad id proponi, vt adoremus aut colam⁹ eas: ſed vt qd adorare aut colere, aut quarum rerum vtiliter meminiſſe debeam⁹, per Imagines recordemur. Procaces verò Imagines, & nimio artis lenocinio, ad mundanæ potiùs vanitatis ſpeciem, quàm ad pietatis commonitionem, effigiatas: in templis proponi omninò vetamus, tam laſciuam artis oſtẽtationem, frugi & ſeuero patrifamiliâs intra priuatas ædes grauem, templis prorſus intolerabilẽ cenſentes.

De abuſu Imaginum prohibendo. Cap. 42.

CVm vtilis & legitimus Imaginũ vſus, intra eos limites contineri meritò debeat, vt ſimplex populus, non ipſas Imagines adorare, aut fidutiam in eis vllam ponere: ſed quem adorare, quósve honorare, & vndè omnia bona ſperare debeant, per Imagines diſcant recordari. Nos prauæ ſuperſtitioni viam præcludere volentes, oñibus locorum Ordinarijs iniungimus, vt ſi fortè in Territorijs ſuis, ad Imaginẽ aliquam cõcurſus fieri, & homines ad ipſius Imaginis figuram reſpectum habere, & quaſi quandã Diuinitatis opinionẽ illi tribuere, animaduerterint: ipſam Imaginem (adhibitis priùs in conſilium Theologis, & Chriſtianarum antiquitatum ſcientiſſimis iuxtà àc pientiſſimis viris) pro cauſæ qualitate, aut tollant aut mutent, & aliam, à prima notabili quantitate differentẽ, reponant, ne rudis populus, in intellectu ſuo depreſſus, & ideo per media corporalia ad diuina erigẽdus, ſpem ſuam contra Eccleſiæ intentionem, in corporali, & quidẽ certa Imagine, priuata phãtaſia atq; inhęſione collocet: quaſi in illa ſit quædam neceſſitas, vt per eam, & nõ aliter, inducatur Deus & Sancti id facere, quod petuntur. Verùm hæc omnia, vti dictũ eſt, de Theologorum & ſapiẽtiſſimorum virorum ſententia, vt ſic ſalubri Ordinariorum prouidentia, à pernicioſo Idololatriæ ſcelere, populi præſeruetur ſimplicitas.

De reliquijs Sanctorum. Cap. 43.

REliquias etiam Sanctorum velut diuinæ gratiæ olim receptacula, & veriſſima Chriſti membra, & pura Spirituſſancti domicilia, monemus in Eccleſijs noſtris vel ob id proponendas, & religioſa pietate venerandas, vt per eas fideles commoniti, diſcant virtutem & fidem Sãctorum imitari, Et alicubì in ijs ſanguinolentas notas, & p fide Chriſti tolerati Martyrij veſtigia, cernentes: admoneantur ſpem fidei noſtrę nõ eſſe inanem, pro qua omnia dira pati, ſancti Martyres in animum ſibi induxerũt. Quorum exemplo, ipſi etiam, ad aduerſitatum omnium tolerantiam animentur.

De Peregrinationibus ad Reliquias Sanctorum. Cap. 44.

PEregrinatiões etiam ad certas Sanctorũ Reliquias, aut ad templa memorijs eorũ dedicata, vel ob id Chriſtiano populo cenſemus permittẽdas, vt ex ipſorum locorum admonitione, homines ad imitandã Sanctorum fidem, pietatem & conſtãtiam, vehementiore affectu incitentur, & vt maiori deuotione ſe meritis Sanctorũ ſociari, & precibus eorũ adiuuari poſtulent: dũmodò ſedulò caueant Paſtores noſtri, ne vſpiã incertæ Reliquiæ, aut nouæ ſine Eccleſiæ authoritate, aut ne vllæ etiam ad quæſtum proponantur, & ne concurſus ſuperſtitioſi ad ſtatuas, pphanis potiſſimùm locis ſitas, aut priuata authoritate erectas fiant.

De inuocatione & Veneratione Sanctorum. Cap. 45.

DOctrinam magno totius eccleſiæ cõſenſu iam indè ab initio receptam, & quaſi per manus traditam, retineri in eccleſijs noſtris omninò volumus: Sanctos videlicet, qui in fide Chri nos præceſſerũt, & vitę huius curſum beato fine clauſerũt, veluti eius corporis, quo Chriſto coniungimur, nobiliſſima membra, à nobis meritò honorari, non tamẽ eo, qui vni deo debetur, cultu: ſed eo ſocietatis & dilectiõis cultu, quo in hac vita ſancti homines, à nobis ritè coli poſſunt. Illos tamen tanto deuotiùs, quãto ſecuriùs poſt incerta omnia ſuperata, quanto etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quã in iſta adhuc vſq; Auguſtin. cõtra Fauſtum, lib. 20. cap. 21.

vſq; pugnantes. Quorum etiam meritis aſſociari, & orationibus adiuuari, ritè petim⁹, qui vno ſpiritu nobiſcum colligati, velut eiuſdem corporis membra, vtiquè hac nobis lege Charitatis obligãtur, qua pro inuicèm membra ſolicitudinem gerere, & pro inuicèm orare iubentur, vt ſalutẽm conſequantur: Quod eo magìs Sanctos in alia vita pro nobis facere confidimus, quo illis poſt infirmæ carnis depoſitionẽ, & feruẽtior charitas, & de ſe ſecuris, ad promouẽdam aliorum ſalutem, promptior facultas acceſſit. 1. Cor. 12. Iacob. 5.

De orationibus pro defunctis, & Purgatorio. Cap. 46.

EX eadem lege Charitatis, qua nobiſcũ adhuc cohærẽt, qui in fide & communione Chriſti ex hac vita migrãrunt, tenendum eſt, defunctos viuorum pietate & orationibus adiuuari, ſaltem eos, qui cùm viuerent, vt eis hæc prodeſſe poſſent, meruerunt: qui non ita boni ex hac vita diſceſſerunt, vt ijs nõ indigeant: nec ita mali, vt eis hæc prodeſſe non queant. Auguſt. in enchridio cap. 109.

Eſt autem conſentiens Eccleſiæ doctrina, multarũ ſcripturarum collatione, & euidenti ratione firmata, Talem eſſe quendam medium decedentiũ ſtatum, qui non mox, vt carnem hanc exuerint, aut æternis cruciatibus tradantur, aut ad beata illa Sanctorũ conſortia admittantur: In quos, moderata & mixta Clementiæ ſeueritate, vindicat ad tempus is, qui & miſericordię ſuę, & tormẽtorum modũ, & menſuram nouit. Alioquì, cùm ex ijs qui peccauerunt, & per pœnitentiam ſanantur, alij in hac vita multas aduerſitates, alij aut paruas, aut nullas experiantur: & cùm multi ex hac vita migrent, à lœthalibus quidem criminibus immunes, leuioribus tamen alius alio magìs implicatus: quorũ tamen nemo, ſiue ob plura, ſiue pauciora hæc delicta quotidiana, damnationẽ æternam ſuſtinebit: Non facilè modus inueniri poſſet, quomodò Deus (qui eſt in omnibus, & erga omnes iuſtiſſimus) nõ iniuſtus videretur, ſi non poſt hanc vitam, per temporales, & non eternas pœnas, omnium compenſatio expectaretur. Ratio pro Purgatorio.

De ieiunio, & delectu Ciborum. Cap. 47.

PLebem Chriſtianam Paſtores noſtri (ſumpta ex diuinis literis commonitione) ad perpetuam vitæ ſobrietatem ſedulò cohortentur, vt cibi potuſq; moderatione carnis laſciuiam comprimẽtes, ad exercitia pietatis mentẽ liberiùs intendere queant. Eos verò, quos neceſſitas nulla excuſat, etiam ad ſtata Eccleſiæ ieiunia, obſeruãda inducant: ipſumq; ieiunium, diuini eſſe præcepti doceant. Tempora verò ieiunãdi, prout ſalubritati corporum & animarũ expedire videbaẽ, ab Eccleſia ordinata, & totius Chriſtiani orbis conſenſu recepta, & iã indè ab Apoſtolorum temporibus obſeruata ſunt: quæ qui extra neceſſitatem non obſeruauerint, velut Eccleſiaſticæ diſciplinæ violatores, & conſuetudinum Eccleſiæ temerarij contemptores, ſeueritate pœnarũ coerceri debent.

Huic ieiuniorum obſeruationi, iungendus eſt ciborum delectus, itidèm conſenſu totius Eccleſiæ ad noſtra vſq; tempora retentus: monẽdiq; ſunt fideles, vt diebus ieiuniorum, ſimiliter ſextis ferijs, & Sabbatis, à carnium & aliorum ciborum eſu, quos eccleſiæ conſuetudo per eos dies hucuſq; vitare perſeuerauit, extra legitimam neceſſitatis excuſationem, ſibi temperent, nõ quidem ab ijs, velut immundis, abſtinẽtes: ſed edomandi corporis cauſa, propter animam, ab irrationabilibus motibus ampliùs humiliandam. Non tamen exiſtiment Chriſtiani, ſola carnis abſtinentia ſe DEO gratos eſſe poſſe, cùm meminerint, primos homines, q carnẽ nondùm guſtauerant, ob vitę nequitiam, diluuij immiſſione deletos: ſed cum abſtinentia carnis, etiam cæterorum ciborum moderatiõem, & perpetuam totius vitæ ſobrietatem coniungant. Gene. 7.

De Conſtitutionibus Eccleſiæ. Cap. 48.

DE Conſtitutionibus Eccleſiæ, quę ad diſciplinam Eccleſiæ continendam, ad bonum & decentem ordinem, in Eccleſia tuendum & conſeruandum, & ad pietatẽ publicè ac priuatìm promouendam, introductæ ſunt: Paſtores plebem ſibi cõmiſſam probè & diligẽter inſtruant, vt diſcant, eas ab ordinata poteſtate conditas, velut Dei ordinationes, reuerenter agnoſcere, & gratanter eiſdem obedire: ſiue hæ conſtitutiones ſeruentur ex conſuetudine, quam Paulus violari non vult: Si quis vult contentioſus eſſe, inquit, nos talem conſuetudinẽ nõ habemus, neq; eccleſia Dei: Siue tradantur ſcriptis Canonibus, quales Apoſtoli Spirituiſancto tribuere non verentur: Viſum eſt (inquiunt) Spirituiſancto & nobis. Itaque plebs Chriſtiana eccleſiæ cõſtitutiones, nequaquàm vt traditiones hominum (quales erant Phariſæorum, ad ſubuerſionẽ diuinæ legis adinuentæ, quibus Deus fruſtrà colit) aſpernentur: ſed, vt ad pietatem colendam, & continendam in officio plebem vtiles, libenter amplectantur, nec eas exiſtiment ſine grandi piaculo violari poſſe: Conſiderãtes, etſi hoc in præceptis diuinis non continetur, quod tales Maiorum noſtrorum cõſtitutiones iubent, tñ vt maioribus obediamus, (ſaltem in ijs, quæ legi diuinæ non aduerſantur) diſerti iuris diuini eſt. Vndè & p occaſionem talium conſtitutionum tranſgreſſiones, grandis peccati reos faciunt temerarios violatores: maximè, dum ex contemptu, aut cum ſcandalo, charitatẽ violãt, quorum vtrunq; per ſe peccatum mortale 1. Cor. 11. Acto. 15.

operaꝝ. Alioquì Eccleſia cõſtitutiones ſuas charitati & neceſſitati libenter ſubmittit.

Hãc doctrinam, quæ in ſuperioribus cõpendio tradiꝝ, adiecta inſtitutione ad Chriſtianam pietatem, diffuſiùs explanari curabimus. In qua omnia, quæ ad ſacræ Religionis noſtrę fundamenta pertinent, & Chriſtianis omnibus cognitu admodùm neceſſaria ſunt, copioſiùs explicabuntur: quàm à Parochis & paſtoribus noſtris diligẽter legi, & ex ea populos ſibi cõmiſſos, in ijs quæ ſunt fidei, ſedulò erudiri volumus.

Ne ignoti & inexplorati, ad prædicationis munus admittantur.

Cap. 49.

ET quo minùs in poſterũ ſalutaris Chriſti doctrinæ ſynceritas, peruerſis dogmatibus, aut noxijs opinionibus & hęreſibus deprauetur: Decernimus, definimus, & præcipimus, vt homines vagi & ignoti, qui teſtimonia Epiſcoporum ſuorum, tam eius à quo receſſerint, q̃ illius, ad cuius dioeceſim diuerterint, nõ habeant, à Miniſterio verbi ſeu prędicationis officio, in Prouincia noſtra prohibeãtur: & ſoli admittantur hi, qui ad id munus ritè vocati, & ordinaria authoritate examinati fuerint & approbati.

ex dioecesana Synodo Moguntię celebrata anno 1548

Fratres tamen mendicantes, quorũ pleriq; pietate & doctrina ſatìs inſtructi, in aſſerenda catholicæ doctrinæ veritate, his tẽporibus vtilem ſanè operam præſtant, (ſaltem vbi tales noti ſunt, & ꝓbitatis, doctrinæ, & modeſtiæ ſuæ teſtimonium à ſuis Superioribus habent) à concionandi munere excludere non intendimus. Quos tñ ipſos etiam priuſquàm cõcinandi munus in Prouincia, aut Dioeceſibus noſtris, ſibi vſurpẽt: nobis aut Vicarijs noſtris præſentari, & per eos, vel examine preuio, vel ſufficienti & fide digno ſuorum Superiorum teſtimonio, tanquàm ad id munus idoneos, approbari volumus.

Obſeruandi parochi & Concionatores, quomodò quiſq; doceat.

Cap. 50.

Ex eadem Synodo.

ET vt peſtilentes doctrinæ, & pernicioſi errorum magiſtri, ex eccleſijs protinùs eijciantur: mãdamus & iniungimus Viſitatoribus noſtris, Archipresbyteris, ſeu Decanis Ruralibus, & Teſtibus Synodalibus, nunc exiſtentibus aut in poſterum futuris, vt Dioeceſes crebrò & ſedulò luſtrantes, ſi quos compererint eccleſiæ miniſtros, in exponendis ſcripturis ſacris, & adminiſtrãdis Sacramẽtis, ab Orthodoxorum Patrum cõmuni conſenſu, & recepta Eccleſię conſuetudine & authoritate, deflectẽtes: tales Ordinario loci, aut eius Fiſcali, pro exceſſuum qualitate aut corripiendos, aut è miniſterio eccleſiæ prorſus abijciendos, denuncient.

Ijdem, ſi quos per Dioeceſes viros, doctrina & pietate excellẽtes, & ad Miniſteria Eccleſiæ idoneos, cognouerint: loci Ordinario in locum abiectorum ſufficiẽdos, aut alioquì deſtitutis Eccleſijs præficiẽdos, cõmendent.

Commiſimus autem Vicarijs ſeu Officialib⁹ noſtris, eisq́; in hoc viros pios & peritos adhibuimus, vt Archipresbyteris & teſtibus Synodalibus, tales querelas ad Religionem pertinentes deferentibus, conſilio & auxilio ſint.

Videndum, quibus Libris Parochi & Concionatores paſſim vtantur.

Cap. 51.

Ex eadem Synodo.

LIbros autem Parochorum & Cõcionatorum Viſitatores inſpiciant, & ab eis diligenti inquiſitione cognoſcãt, quoſnam potiſſimùm Authores legant, & in cõcionibus imitentur. Contagioſos autẽ, & de hæreſi ſuſpectos libros, ab eis auferant; & ad lectionem Veterum Orthodoxorum, aut etiam recentiorum, qui ſuſpecti non ſint, eos exhortentur.

Plebs, vt Concionibus & Diuinis interſit, per Magiſtratus adigenda.

Cap 52.

Ex eadem Synodo.

ET ne Parochi ac Concionatores ſedulitatis & laboris ſui fructum amittant, ſi plebs ſacra eorum & cõciones audire refugiat: præfectis noſtris per loca ditionibus noſtris ſubiecta iniũgemus, vt tempore cõcionũ & diuinorum Officiorum, ocioſam turbam è tabernis, è foro & plateis abigant, & concionibus & diuinis Officijs intereſſe, niſi legitimis cauſis impeditos, debitis pœnis compellant.

Luc. 14.

De horis Canonicis. Cap. 53.

Ex eadem Synodo.

ET vt ab hac retinẽdæ in verbo Dei puritatis cura, propinquo gradu ad diuinorum officiorum celebrationem ritè conſtituẽdam, & debita cum veneratione peragendam, tranſeamus: Clericos, quibus ea cura incumbit, ſedulò commonẽdos, & per Prælatos digna mandamus animaduerſiõe compellendos, vt non vocis tantùm modulatione, ſed deuotione cordis, debitum ſuę ſeruitutis penſum abſoluãt, & ad diuina officia peragenda corpore pariter & mente ſe componant, quo ſimul & Deo cultum gratum exhibere, & populo conſideranti, deuotionem augere valeant.

Nemo in choro, alijs pſallẽtibus, ſeorſim legere aliq̃d, aut ſuas horas Canonicas orare, aut fabulari, aut alijs leuitatibus intẽdere permittatur: Negligentes verò legere horas Canonicas, ſi depræhenſi fuerint, ꝓ Prælatos ſubtractione portionis fructuum, in Eleemoſynas pauperum, aut alios pios vſus conuertendæ, puniantur.

Quæ ad tremenda Miſſæ Myſteria.

Cap. 54.

Ex eadem Synodo.

CIrca ſacroſanctę Miſſæ Officium, quo imméſum redemptionis humanę beneficium, & ſummum illud ac tremendum Chriſtianæ Religionis Myſteriũ recolitur:

volentes omnia prouidere, quæ populi animos ad amorem & venerationem tanti myſterij inducere valeant: in primis ſancimus & præcipim⁹, ne quis Sacerdos, ſolus ad celebrandam Miſſam accedere præſumat: ſed ad minimùm vno aut altero, quaſi teſte adhibito, qui, quod publico nomine agitur, ratum habeant, & ad publicas orationes eccleſiæ nomine reſpondeant.

Presbyteri, cum irreuerentia Miſſas celebrantes, coercendi.

Cap. 55.

PResbyter verò, qui veſpertinam compotationem vſq; ad intempeſtam noctem produxerit, & manè adhuc heſternam crapulam eructans, celebrare pręſumpſerit, aut qui hoc ſacro Myſterio ad ſuperſtitiones abuti auſus fuerit, Prælati ſui arbitrio ſeuerè puniatur.

Similiter & hi, qui talem vitæ turpitudinem, leuitatem aut negligentiam, ad celebrationem Miſſarum attulerint, vt & plebis animos offendant, & ab hoc ſacro abhorrere faciant, Prælatorum ſuorum authoritate coerceantur.

De præmittẽda Sacerdotum Confeſſione ante Sacrificium Miſſæ.

Cap. 56.

Hier. 48.

ET cùm ſecundùm Sacram ſcripturam maledictus ſit, qui opus Dei agit negligenter: nemo autem æquè negligẽter opus Dei in Eccleſia agere videatur, quàm qui ꝓprię ſalutis prodigus, impura conſcientia & illotis (vt dicitur) manibus, tremendo altaris ſacrificio aſſiſtit, cõtra id quod Propheta ait: Quid eſt, quòd dilectus meus facit in domo mea ſcelera multa? Nunquìd carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas? Et Apoſtolus: Probet, inquit, ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Cumq́; non minimam malorum huius tempeſtatis partem, huic malo acceptã feramus, quòd tam impurè, non dijudicãdo corpus Dñi, ſacroſancta hæc Myſteria tractantur: Nos animarum ſalutis cupidi, ſtatuimus & ordinam⁹, ne aliter liceat cuiquam Miſſam celebrare, q̃ pręmiſſa Sacramentali Cõfeſſione & Abſolutione emendato, ijs quæ huius Sacrificij deuotio requirit, anteà perſolutis. Iniungimus prætereà & diſtrictè præcipiẽdo mãdamus Decanis, alijsq́; Prælatis, vt diligenter ſuper hoc excubias agant, & ſi quos ita delinquentes depræhenderint, condigna animaduerſione plectant: Super quo etiam conſcientias eorum duximus onerandas.

1. Cor. 11.

Miſſæ, ſub concione aut ſolenni ſacro, non celebrentur.

Cap. 57.

1. Cor. 14.

ET cùm Apoſtolus iubeat, omnia honeſtè & ſecundùm ordinem fieri in eccleſia, citraq́; tumultum: ſtatuimus & ordinamus, ne deinceps Concionis tempore, aut ſub ſolenni Miſſa, aliæ ſpeciales Miſſæ celebrentur: ſed aut Concionem & ſolenne Sacrum præcedant, aut in aliud tempus differãtur, ne populus in diuerſa diſtractus, nulli Sacro aut Concioni ſatìs intendat. Quam rem, pro opportunitate cuiuſuis loci & tẽporis, Prælatorum diſcretioni relinquimus curandam.

Concionatores, plebem verum Miſſæ vſum diligenter edoceant.

Cap. 58.

COncionatoribus autẽ & Parochis noſtris, ſimplicem plebem committimus & præcipimus diligẽter erudiendã, vt vſum Myſterij huius intelligant, ac omnem mentis vim atq; ſenſum, tam ſalutari actioni intendant, & voto id agant, quod Sacerdos agit miniſterio, vt ſcilicet diſcant & ipſi ſuã, totiusq́; Chriſtiani orbis ſalutem, tam ſalutaris & gratæ Hoſtiæ interuẽtione, & Chriſti Ieſu meritis, Deo Patri commẽdare. Prętereà Sacram Euchariſtiam cum celebrante, ſi non ore, ſaltem fide & deſiderio cordis, ad percipiendum ſpiritalem eius fructum, crebrò ſumere.

Miſſa, quo geſtu & qua deuotione audienda. Cap. 59.

SEdulò commonẽdus eſt populus fidelis, Clerici etiã per Prælatos debita animaduerſione inducendi, vt in celebratiõe Miſſarum, aduerſus tantum Myſteriũ, quãtum quiſque per valetudinem poteſt, etiam corporis geſtu reuerentiam quandam adhibeãt: videlicet, vt dum in Collectis, pro cõmuni orbis Chriſtiani incolumitate, ad deũ preces fundunt, ipſi quoq;, tanquàm huius ſacrę Communionis ciues, ſuas preces cum oratione publica coniungant, & vultu ad altare verſo, aperto & demiſſo capite ſtãtes, geſtum orantibus conuenientem præ ſe ferant. Pari Religione ad nomen Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſimiliter ad Euãgelium, Magnificat, Benedictus, Nũc dimittis, Gloria in excelſis, Gloria Patri, cæterasq́; id genus diuinorum Officiorũ partes, ſic genuũ flexione, apertione capitis, ac totius corporis geſtu ſe cõponant, vt ad ea, quæ ibì agũtur, animum intendere videantur.

Iam ſtatìm ab inceptione Canonis non ſedeant: ſed ad tremẽdi Myſterij pertractationem intenti, vultu itidèm ad altare conuerſo, corporibus humi demiſſis, & mẽte in cælum eleuata, ſub ſilentio, Redemptionis humanæ beneficium & Chriſti paſſionem ſecum meditantes, ſalutis noſtrę authori de impenſo ſanguine, & tolerata ꝓ nobis morte, debitam gratiarum actionem exhibeãt. Cæterùm ad ſumptionem ſacroſanctæ Euchariſtiæ, corporis humilitate & incitatiõe animi ſe componentes, ſi non ore cum celebrante de corporis & ſanguinis Dominici ſacrificio communicent, ſaltem fructũ eius ſpiritalem ſibi applicari, intimis animi votis exoptent.

In primitijs omittendæ comeſſationes. Cap. 60.

DVm verò à nouitijs Sacerdotib⁹ huius ſacri primitiæ celebrant, ſeriò mãdamus, choreas & omninò ſeculares pompas omittendas, & conuiuia non permittẽda, niſi inter paucos amicos, & ea ſobria tñ, & quæ ſine luxu in timore Dñi ineantur.

Sanctorum ſolennitates Dominicis cedant. Cap. 61.

SEd & Sanctorum celebritates, in diem Dominicam incidentes, cenſemus ſubmouendas, & in Feriam aliquam pręcedentem vel ſequentem transferendas, quò Sanctorum omnium Domino ſua conſeruetur ſolennitas: Exceptis beatæ Mariæ, Apoſtolorum, & alijs ſummis Feſtiuitatibus. Nec tñ legem imponimus his, qui peculiaria ſingularum ꝓuincarũ Officia, propter Cantorũ paucitatem, obſeruare nõ valentes, Officia de Trinitate, de Spiritu ſancto, aut (quod decentiſſimum erat) de Reſurrectione Domini, diebus Dominicis ſeruauerint.

Et quo Dei gloria in obſeruatione diuini cultus magìs illuſtretur, & fideliũ deuotio minùs impediatur: diebus Dominicis & Feſtiuitatib⁹ celebriorib⁹, mercimonia, tripudia, ſaltationes, quas damnat Concilium Toletanum, & prophana ſpectacula, decernimus non ꝓmittenda: ſimul etiam ludicra quædam à pietate aliena, & Theatris quàm Templis aptiora, cenſemus in Eccleſias nõ admittenda.

De ſacris libris recognoſcendis & repurgandis. Cap. 62.

CVm etiam libros miſſales, Antiphonarios, Agendas, & Breuiaria, per viros doctos & pios inſpici & repurgari res poſtulet: hãc operam neceſſariam cum primis, & Eccleſijs vtilem, à ſingulis Comprouincialibus cenſemus præſtandam, per viros idoneos ad hoc adhibitos: qui ſentẽtiam ſuam ſuper emẽdatione librorum, primò ad Ordinarium, & mox ad Metropolitanum referant, vt collatis conſilijs, ſana & (quoàd fieri poteſt) concors diuinorum Officiorum celebratio, in omnibus Prouinciæ Eccleſijs recipiatur, & conſeruetur.

De examine prælatorum. Cap. 63.

QVum his, qui ad Prælaturas Eccleſiarum prouehũtur, & in dignitatibus, velut excelſiore loco ponuntur, ab inferioribus honorem & obedientiam exhiberi debere, omnes Eccleſiaſticæ conſtitutiones iubeant: vtiq; tali eos virtute, doctrina, prudentia, præditos eſſe conuenit, vt honorem hunc mereri videantur, & cęteri, ipſorum comparatione, gregem ſe meritò dici reuerẽter agnoſcant. Nos igitur ad honores & dignitates Eccleſiarum, ſubmotis minùs idoneis, dignis modò & idoneis viã aperire volentes, conſtituimus & ordinamus, vt hi, q ad Prælaturas (quæ ſub noſtrã, aut aliorum Prælatorum nobis ſubditorũ, diſpoſitionem cadunt) aſſumendi ſunt, prę uio examine, de doctrina, de moribus, deq; oñibus ijs diſciplinis, quæ ad regimen, cui deſtinãtur, neceſſariæ ſunt, accuratè exploretur ab ijs, qui ius inueſtiendi & confirmandi habent. Qui, niſi digni reperti fuerint, confirmationem recipere nõ debent: ſed ijs abiectis, alij in eorum locum, magìs apti & digni, ſubſtituantur.

De his, qui plura beneficia curata obtinent. Cap. 64.

REs ipſa loquitur, plura beneficia, potiſſimùm quibus animarum cura ſubmiſſa eſt, nõ ſine graui Eccleſiarum damno ab vno obtineri, cùm vnus in pluribus Eccleſijs ritè officia perſoluere, aut rebus earum neceſſariam curã impendere nequeat. Nos igitur, iuxta Reformatiõis commonitionem, cõtra hanc Eccleſiarum calamitatem velut ſalubre remedium, illud Lugdunenſis Concilij decretum opponentes, ſingulos eiuſmodi curatorum beneficiorum detentores monemus, & diſtrictè eis pręcipiendo iniungimus, vt intra trimeſtre tempus, poſt huius Synodi Prouincialis exitũ, nobis aut Comprouincialibus noſtris, locorum ordinarijs diſpenſationes, quarum prætextu eiuſmodi beneficia obtinent, exhibeant. Quod ni fecerint, talia beneficia quaſi eo ipſo illicitè obtineri conuincãtur, poſt trimeſtre tempus elapſum, per eos, ad quos collatio eorum pertinet, alijs perſonis idoneis conferri debent. Quòd ſi diſpenſatio alicuius legitima & ſufficiens videbitur, is beneficia ſine moleſtia retinebit: Nihilominùs tamẽ prouidebit, per idoneorum Vicariorum deputationem, & cõgruę portionis fructuum aſſignatiõem, ne cura animarum in his Eccleſijs negligatur, nec ipſa beneficia debitis officijs fraudentur: Alioquì negligentia eius, per Ordinariũ de fructib⁹ beneficij ſuppleri, & ipſe inſuper ſubtractione certæ portionis reliquorum fructuũ, pro arbitrio Ordinarij, puniri debet. Sin diſpenſationes inualidæ, aut non ſatìs legitimæ viſæ fuerint, ſi is, qui earum prætextu plura beneficia Curata obtinuit, vno retẽto, cætera liberè reſignare recuſauerit: cauſa illius ad ſedem Apoſtolicam referatur, eiuſdemq; iudicium expectetur, quem ſui beneficij modum eſſe velit. Quòd ſi qs in diuerſis Diœceſibus eiuſmodi beneficia Curata obtineat, à quolibet Ordinario ad talem exhibitionem compelli debet. Et ſi legitima diſpenſatione munitus nõ fuerit, vltimo quod accepit beneficio retento, cętera reſignet: cùm iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem, per ſubſequentis beneficij curati acceptationem, quod priùs obtinebat, ipſo iure vacare dinoſcatur.

De

De Generalibus ſtudijs inſtaurandis & cõſeruandis: Et de adoleſcentibus ad ſtudia publicè alendis. Cap. 65.

PRudentes homines facilè proſpiciunt, & boni ac pij iam diu querũtur, interitum ſtudiorum, quæ in hac miſera perturbatione rerum, ſaltem in locis Catholicis, propemodùm in vniuerſum periẽrunt: in primis Eccleſiaſtici ſtatus extirpationem, adeoq; ſacroſanctæ Religiõis, ac totius Reipublicæ Chriſtianæ ruinam ſecuturam eſſe. Cùm enim ſucceſſio eorum, qui vtranque Rempublicam adminiſtrare debent, ex iuuentute depẽdeat, ſi illa aut prauis, aut nullis doctrinis imbuat: ſpes nulla eſſe poteſt, aut in Eccleſijs puritatem Religionis, aut in externa Politia priſtinam tranquillitatem, vnquàm nobis reddi poſſe. Itaque quanto quiſq; deſiderio ſacroſanctam Religionem noſtram poſt ſe ſuperſtitẽ relinqui, ac porrò ſaluam cõſeruari expetit, quanto deſiderio communis patriæ incolumitatem, & viuus reſtitutam videre, & ad poſteros tranſmittere ſatagit, tanto conatu ad inſtaurationem ſtudiorum incumbere debet. Præſertìm verò homines Eccleſiaſtici, quib⁹ etiam huius vitæ benè ac beatè tranſigendæ omnis facultas, ab incolumitate Religionis (quæ ſine ſtudiorum auxilio nequaquàm durare poteſt) dependet, ad ſtudiorum conſeruationem, veluti ad vnicum ſtatus ſui conſeruandi, & retinẽdæ dignitatis præſidium, omnes vires ſuas certatìm conferre debent. Hinc Comprouinciales noſtros in Domino exhortamur, & ſeriò commonemus, eis q; pro authoritate noſtra Metropolitica iniungimus, vt omni cura, ope & induſtria, vbiquè per vniuerſam Prouinciam noſtram, ſtudia præcipuè generalia inſtaurare, promouere, & conſeruare ſatagant, & hanc Religioni ac publicæ tranquillitati pernicioſam neceſſitatem parentibus iuuentutis adimant: Qui alioquì ſanctæ religioni noſtrę benè affecti, tamen ex neglectu ſtudiorum in locis Catholicis, compelluntur filios ſuos ad alias Vniuerſitates & Scholas ablegare, vbi vnà cum literis noxias de Religione opiniones hauriunt, quibus infecti & peruerſi, domũ redeuntes, ipſos plerunq; parentes, ac totam ſæpè viciniam peſtilẽtibus opinionibus imbuunt, & ſynceritatem fidei Chriſtianæ in eis corrumpunt. Ad quam perniciem auertendam, omnes boni, quos vlla pietatis ratio & ſacræ Religionis noſtræ amor tangit, & in primis Proceres Eccleſiaſtici, omni conatu incumbere debent, quatenùs in hac re ſaluti ciuium, & ſanctæ Religionis ꝓfectui, & publicæ tranquillitati conſulatur.

Nec minorem curam & ſolicitudinem, Comprouinciales noſtri circa Scholas, per ſuas Diœceſes in ciuitatibus & Pagis conſtitutas, impendere debẽt, vt paſſim inſtaurentur & conſeruentur, & eiſdem idonei & Catholicę veritatis amantes, & de hęreſi nõ ſuſpecti, præficiantur Pædagogi.

Et ne deſint, qui ad meſſem ſpiritalem, velut idonei operarij, mitti ritè queant: Cõprouinciales noſtros ſimiliter, per honorem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſacroſanctæ Religionis noſtræ conſeruandæ & promouendæ amorem, exhortamur, quatenùs curare velint, vt aliquot Adoleſcentes felicioris ingenij & melioris ſpei (quibus alioquì ad ſtudiorum ſuorum ſuſtentationem, à parentibus & propinquis facultates non ſuppetunt) publicis Eccleſiarum & Monaſteriorum ſumptibus in ſtudijs alantur. Qui ad Theologiæ ſtudium operam ſuam applicent, in qua ſi operæprecium fecerint, deindè Eccleſijs & Parochijs per Diœceſes præficiantur. Quos in Eccleſiarum miniſterio ſeruituros, maximè conuenit earundem ſumptibus ſuſtentari.

De Clericis ſecularibus & Regularibus, ad ſtudia ablegandis: Et de ſtudijs, apud Monaſteria inſtaurandis, & cõſeruandis. Cap. 66.

ET quo magìs Eccleſiæ idoneis Miniſtris abundent, decernimus, vt Capitula quarumlibet Eccleſiarum, in Prouincia Moguntina conſtitutarum, ex clericis ſecularibus beneficiatis, iuxta cuiuſq; Collegij facultates & perſonarum numerum, Adoleſcentes aliquot bonæ ſpei & docilis ingenij, ad priuilegiatas Vniuerſitates, pro ſtudio potiſſimùm Theologico (cuius vſus cũ primis eſt Eccleſijs neceſſarius) mittant. Et ijs ad quinquẽnium fructus beneficij omnes, exceptis quotidianis diſtributionibus, cõcedant. Si tamen cœptis ſtudijs gnauiter incubuerint, & de ꝓfectu eorum fructus ſperetur, (negligentes enim & prauis moribus deditos, Eccleſiarum patrimonijs non exiſtimamus alendos) vbi fructus Præbendæ non ſuffecerint, de communi Eccleſiarum cenſu, pro cognitione Prælatorũ pars adijciatur. Eos verò, qui ſic mittuntur, Capitulis ſuis ſufficientem cautionem pręſtare volumus, ſeſe in ordine clericali permanſuros eſſe. Quòd ſi mutato propoſito, ab ordine Eccleſiaſtico reſiluerint, & ad Matrimonia ſeu negocia ſecularia ſe trãſtulerĩt, ad reſtitutionem omnium fructuum ac ſumptuum Eccleſiaſticorum, quos ſic perceperint, eos teneri & omninò compelli volumus.

De clericis verò regularibus, diſpoſitionem Reformationis & Iuris communis volumus obſeruari: vt Monaſteria opulentiora, intermiſſa ſtudia, in primis verò Theologica, apud ſe inſtaurent. Quæ verò minùs opulenta ſunt, & pauciores habent Monachos, aliquot tamen iuuenes felicioris ingenij, ad eiuſdem ordinis & Prouinciæ Monaſterium

sterium,in quo studia vigeant, ablégét. Vbi verò Prælati, siue Seculares siue Regulares, in ea re negligentes fuerint,per ordinarium debent ad hoc debitis pœnis compelli.

De Theologiæ apud Ecclesias Collegiatas professoribus. Cap. 67.

COllegijs Ecclesiarum,iuxta Reformationis prę scriptum,iniungimus,vt doctores, qui Theologiam profiteantur, pro cuiusque Ecclesiæ facultate & conditione, conducant: Contra negligentes sic acturi, ne quid vel in publicis vel priuatis hisce studijs constituendis, ad pietatis incrementa passim promouenda,quantùm in nobis fuerit,desideretur.

De Patronis & Collatione beneficiorum. Cap. 68.

De Præbendis, c. Grauenimis. * aliàs

RES est pernicioſi exempli,& quæ grauem sæpè Ecclesijs calamitatē adfert, quòd Patroni, tum Ecclesiastici,tum Laici, propinquitate iunctos,aut * alijs meritis & officijs sibi conciliatos,sine omni ætatis aut eruditionis respectu, idoneis præteritis, ad beneficia Ecclesiastica admouent. Alij de Censibus beneficiorum partem sibi retinét, aut etiam in totum fructus beneficiorū intercipiūt, his, quibus ea ad speciem infamis cupiditatis suæ obuelandæ conferunt, inanem modò titulum relinquétes: Quos præsenti constitutione Prouinciali in Domino hortamur, & peréptoriè monemus, vt à pernicioso hoc conatu sibi temperent: alioquì seueritate pœnarum rigidè censemus coércendos,ac talis beneficij collatione vel præsentatione saltem pro hac vice, aut pro grauitate excessus, per omnem vitam suam priuandos: Ita tamé,vt collatio talis beneficij, hæredibus aut successoribus eorum integrè restituatur,& liberè permittatur. Quô verò pernicioſam temeritatē Patronorum,à Curatis beneficijs salubri consilio prorsus secludamus:districtè præcipimus,ne quis Prælatus, seu officialis eius,ad quem munus inuestiendi pertinet, ad beneficium, cui animarū cura annexa est,quenquā inuestire p̄sumat,nisi qui annum ætatis suę vigesimum quintum attigerit:& qui,in cęteris idoneus, etiam ordines,quos cura Ecclesiæ,cui præfici vult,requirit,aut habeat,aut infra tempus à iure statutum se susceptur ū, sub amissione beneficij, ad quod inuestiendus est, promiserit: & qui censum istius Ecclesiæ,ad suam sustētationem sufficientē esse, eumq; sibi à Patrono integrum relinqui,docuerit. Alioquì inuestituram talem inanem & irritam, & salutaris huius inhibitionis temerarium transgressorem, ipso facto ab officio suspendendum,& arbitrio ordinarij sui puniendum,decernimus. Eum verò,qui præsentationem seu prouisionem alicuius beneficij, siue curati siue nō curati, à Patrono receperit,cum tali pactione, vt Patronus de prouentibus beneficij portionem reseruet, ad tale beneficium prohibemus inuestiri: aut si post inuestituram talem pactionem fecisse deprehensus fuerit,beneficio decernimus priuandum, & eidem beneficio aliū idoneum præficiendum.

Ex Conc. Mogunt.

De admissione ad beneficia Ecclesiastica, & eorum Resignatione. Cap. 69.

VNiuersis Archipresbyteris, aut alijs Cōmissarijs nostris seriò inhibemus, ne quem ad alicuius beneficij possessionem vel ad regimen,aut ad officiaturam alicuius Ecclesiæ admittāt, nisi qui inuestituram seu prouisionem & institutionem suam Canonicam, literis earundem sigillatis ostēderit. Beneficiū verò, quod quis legitimè tenuit, non aliter quàm in manus nostras,aut vicarij seu Officialis nostri,siue alterius collatoris superioris,ad hoc potestatem habentis, resignare aut dimittere præsumat. Quòd si quis sine nostra aut superioris, ad id potestatem habentis, authoritate aut consensu beneficium aliquod dimiserit,ad beneficiū sic dimissum nemo alius in fauorem dimittentis inuestiri aut instituì: sed beneficium illud, pro arbitrio Ordinarij, siue specialis siue generalis,alteri idoneo tradi debet:nisi Nos, vel officiales nostri aut superior, resignationem factam ex rationabili causa cōfirmauerimus.

Petrus Archiepisco. Mogunt.

De iusta distributione Prouentuum Ecclesiasticorum. Cap. 70.

PErnicioſus abusus est, cum pudendo Cleri dedecore,& animarum periculo, grauiq; Ecclesiarum detrimento coniunctus, quòd in Ecclesijs quibusdā cathedralibus & Collegiatis, potissima prouentuum portio Canonicis etiam apud Ecclesias non residētibus, nec quicquam vtilis aut necessarij Ministerij exequentibus, distribuitur: Vicarijs,qui diurna & nocturna fatigatione omnes Ecclesię functiones sustinent,vix tenui censu,& qui ad vitam miserè sustentandam ægrè sufficiat,relicto. Hinc Capitula & Canonicos Ecclesiarum in Domino exhortamur,vt equitatis & rationis olim Deo red dendæ memores, ad functiones Ecclesijs suis necessarias,his qui eas gerunt,de fructibus Ecclesiarum sufficientem & honestum victum deputent: ne causam præbeant, de Ecclesiarum prouentibus necessariò aliter disponendi.

De Institutione c. Si is ad quem,in sexto.

Vt Præpositi, Decani,Scholastici, Custodes & Cantores, apud Ecclesias suas resideant. Cap. 71.

CVm constet, harum dignitatum officia Maiores nostros ideò in Ecclesijs instituisse, vt essent, qui disciplinam Ecclesiasticam, tanquàm inspectores & moderatores,conseruarent: iam verò videamus, ea ab ijs occupari, qui dignitatum titulos tantùm gerunt,& emolumentis gaudent, & tamen

men ab Ecclesijs suis absunt, nihil minùs quàm appellationibus suis respondentes. Quare statuimus,vt posthàc omnes, qui vel Præpositorum,vel Decanorum,vel Scholasticorum,vel Custodum, vel Cantorum dignitatibus(quatenùs hæ ad nostram aut cōprouincialium nostrorum dispositionem pertinent) iam prę fulgent,aut porrò ornandi erunt, præsentes suis Ecclesijs, vtilem & nomine dignam operam præstent: Non absentes, fructus tantùm auferant: neq; liceat cuiquam absenti, vllam harum dignitatum gerere: sed quisq; tali titulo insignitus, suæ Ecclesiæ non absens, neq; conducta aliorū opera,sed residendo præsens ipse inseruiat.

De modo deseruiendi quotidianas distributiones. Cap. 72.

2. Thess. 3. CVm Apostolus victu, adeoq; ipsa vita, indignos iudicet homines ociosos,qui panem non labore suo partum, cum grauamine aliorum edunt: quanto grauiori indignationi diuinæ eos subiacere putandum est,qui Census Ecclesiæ,Sanctorum Martyrum patrimonia, & donaria piæ plebis, ad Ministerij sustentationē collata, ociosè absumunt, pro ijs debita ipsis Ecclesijs obsequia rependere non curantes? Nos igitur periculo animarum obuiare, & necessitati Ecclesiarum consulere volentes, præsenti statuto decernimus & ordinamus, ne posthàc in Metropolitana, Cathedralibus, Collegiatis,aut quibuscunq; alijs nostris,& nobis subiectis Ecclesijs, per vniuersam quinciam cōstitutis, quotidianæ distributiones, ad breuissima quædam momenta, putà, ad lectionem Epistolæ, seu vnius Psalmi, aut Responsorij: sed integris ac totis officijs, & horis assignētur,& ijs modò tribuantur, qui officijs diuinis, de quibus hæc emolumenta dantur, ab initio ad finem interfuerint. Hi verò qui excursus & recursus suos ita partiri consueuerunt, vt de laboribus minimùm, de emolumentis autem plurimùm percipe rent:in posterū, nisi integris Officijs & horis interesse studeant,illius Officij aut horæ fructu in totum mulctentur, quibuscunq; irrationabilibus aut prauis consuetudinibus (quæ potiùs corruptelę censendę sunt) non obstantibus. Si qui tamen infirmitate aut legitima causa impediantur, apud Prælatum aut alium, cui de Ecclesiæ consuetudine competit,se excusent, & veniam absentiæ suæ impetrēt: Canonicos verò,per actus Capitulares ab ingressu Chori,quandiu capitulis intersunt,& nō diutiùs, excusari volumus. In qua re Decanos Ecclesiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, monemus,eisdem prę cipientes,ne,extra necessitatem,Capitula indicāt in eam horam,qua diuina officia peraguntur:quum possint aut maturiùs, aut seriùs Capitula haberi, vt ipsi etiam Prælati & Canonici diuinis officijs commodiùs interesse queant. Quos vtiquè, supra Chori officia, quæ ipsis incumbunt cum Vicarijs communia, actuum Capitularium labor grauare non debet: cùm supra cōmunes distributiones, de Præbendis suis ampliore etiam emolumento potiantur.

Simili modo distributiones,quæ de Processionibus percipiuntur,his modò dari volumus, qui eisdem ab initio ad finem præsentes interesse perseuerauerint.

Et ne beneficia per Ecclesias debitis obsequijs fraudentur,omnibus beneficiorum possessoribus, sub amissione beneficiorum, iniungimus, vt ordines, quos eorum beneficia requirunt, si nondùm habent, proximis temporibus à iure statutis recipiant:Ad quod etiam Canonicos Ecclesiarum, pro suo quenque ordine teneri volumus,vt obsequium, quod quisque pro officij sui exigentia Ecclesiæ debet, cùm res postulat,per se præstare queat.

Ociosas deambulationes in Ecclesijs inter diuina prohibendas. Cap. 73.

EOs verò,qui interim,dum diuina peraguntur, in Ecclesia, in qua beneficiati sunt,aut foris circa eam ociosi inambulant, & alijs psallentibus & deo seruientibus, ipsi inanibus, nōnunquàm etiam turpibus confabulationibus, tēpus terūt: ampliùs ferendos nō censemus: quos illius nō solùm horę,sed totius diei emolumento decernimus priuandos: Seculares verò,per Magistratus ciuiles,debita animaduersiōe à tali sacrorū contemptu coércendos.

De honestate & decentia clericali. Caput 74.

Matt. 5. HInc hortamur atque monemus oēs & singulos Clericos, vt vitam viuāt,quā professio eorum exigit, & Christ⁹ requirit, inquiens:Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum, qui in cælis est:& cum vestitu honesto incedant: Quapropter singulari cura intendat quisq; Prælatus, ne ij, quib⁹ præest, torques aureos publicè in Ecclesia,aut vestes varij coloris,velut virgatas & fimbriatas aut discissas,deferant: sed longis atque talaribus vtantur. Nulla arma induant, nisi itinerantes, barbamq; non nutriant, Coronam & tonsuram deferentes,tū summoperè curantes, ne quem Laicorum indecentia vestitus offendant, vt sacris Canonibus cautum est.

Insupèr tabernas publicas euitent, nisi eos peregrè proficiscētes ingredi oporteat, & tam inibì quàm domi & alibì,à crapula, ebrietatibus,omniq; ludo à iure prohibito, blasphemijs,rixis& alijs quibuscunq; excessibus & offensionibus, penitùs abstineant: Choreas, spectaculaq; & conuiuia publica vitent, ne ob luxum petulantiamq; eorum, nomen Ecclesiasticum malè audiat.

Cumq;

2. Tim. 2. Cumq; ſecundùm Apoſtolum nemo militans Deo, ſeſe negocijs ſecularibus implicare debeat: nemini clerico liceat, domi ſuæ tabernam cõpotandiq; locum aperire Laicis: quoniam non rarò ſequi ſolent ebrietatem rixę, cædes, & multa hoc genus ſcelera, quę ſacerdotalem polluunt dignitatem: negociationibus quoque, mercimonijsque more mercatorum, abſtineant.

De Decimis & Offertorijs perſoluendis.
Cap. 75.

Matth. 10. CVm autẽ, Domino teſtante, Mercenarius dignus ſit mercede ſua: ſtatuimus & decernimus, vt Decimæ, quæ iure debentur diuino, tam maiores quàm minores, ſine fraude aut diminutione ſoluantur, etiam perſonales, in quibus eas ſoluendi conſuetudo eſt.

Simili modo debẽt etiã quatuor offertoria, & cætera iura parochialia, integrè ſolui.

De foro competenti, & emunitate Eccleſiaſtica. Cap. 76.

PRæterea, cùm omnibus palàm ſit, ſuper Eccleſiarum atq; eorum, qui in ſortem Domini delecti, pro Magiſtratuum, immò totius Reipublicæ ſalute, apud Deum quotidiè interpellant, libertate & immunitate, non tam Pontificio quàm etiam ciuili iure, cautum atque prouiſum: comperimus tamẽ infelici hac rerum perturbatione, Eccleſiarum quarundam bona, immò ipſas Deo dicatas Eccleſias, in prophanos vſus ceſſiſſe: Clericos ad munia ciuilia, etiam ſordida interdùm coactos: quæſtiones contra ipſos, eorumq; & Eccleſiarum bona: ſimiliter ſuper cauſis Matrimonialibus, & alijs etiam merè Eccleſiaſticis, coram ſecularibus ſtatibus intentari ac definiri. Proindè adhortamur omnes & ſingulos in Domino, vt ſi non diuini iudicij reſpectu, vel eorum ſaltem, quæ legibus ſancita ſunt, memores, ab iniuſta hac Eccleſiaſticæ libertatis imminutione atq; oppreſſione abſiſtant: Eccleſias, ſacerdotes, atque res ipſorum, ſuæ reſtituãt atq; permittant emunitati & libertati. Quorundam igitur vim iniuſtam inhibere, & perſonis Eccleſiaſticis ſuam libertatem vel in hoc aſſerere volentes: ſtatuimus, vt actor clerico coram ſeculari iudicio actionem intendens, eo ipſo omni cauſa cadat, nec ampliùs ad eius cauſæ querelam, etiam coram Eccleſiaſtico Iudice, admittatur. Iudicem verò ſecularem, qui cauſam Clerici, etiam eo conſentiente, aut aliam quamcunq; cauſam ad Eccleſiaſticum iudicium pertinentẽ, quales ſunt matrimoniales & ſimiles, iudicandam ſibi deſumpſerit: excõmunicationis pœnã ipſo facto incurrere decernimus.

Similiter iudex Eccleſiaſticus cauſas, quas Laici adinuicèm habent, iudicandas ſibi nõ aſſumant: niſi tales cauſæ ſint, quę ad forum Eccleſiaſticum de iure vel cõſuetudine pertinere noſcantur.

Quibus Epiſcopi, aut Archidiaconi, ſuas vices committere debeant.
Cap. 77.

CAueant autem Epiſcopi & Archidiaconi, dum ipſi officijs ſuis præeſſe non poſſunt, ne vices ſuas hominibus dubiæ famæ, aut ab ordine Eccleſiaſtico prorſus alienis, cõmittant: ſed in ſuum locum, quotiès ſuis muneribus per ſe non præſunt, viros bonos, graues, peritos, prudentes, & in primis Eccleſiaſticos ſubſtituant. Nec vnquàm crimina ſubditorum, per ſe, aut ſuos ſubſtitutos, mulcta pecuniaria punire præſumant: ſed alijs debitis, & à iure conſtitutis pœnis, coërceant.

De Regularibus. Cap. 78.

QVoniam inſolentia quorundam, qui à Religionibus, ſemel profeſſione ſolenni receptis, temerè reſiliunt, hoc noſtris calamitoſiſſimis temporibus diſciplinã Eccleſiæ, adeoq; totam Religionem, non parùm perturbauit: Nos huic calamitati, ex monaſticæ diſciplinæ neglectu prouenienti, pro viribus occurrere volentes, Prælatos monaſteriorum, per charitatem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, hortamur & ſeriò requirimus, vt curæ ſibi traditæ diligentiùs incumbentes, perſonas regulares ſibi ſubiectas, ad monaſticæ diſciplinæ, & Regularum ſuarum obſeruantiam, ſolicitiùs inducãt, aut refractarios etiam debitis pœnis compellant: Alioquì ceſſationem & negligentiam Prælatorum, nos iuxta canonum ſanctiones, ſupplebimus. Quum verò perſonæ quędam regulares, iugum iamdudùm excuſſerint, & deſertis Monaſterijs, & ſpreta ſuorum Prælatorum obediẽtia, in ſeculo verſentur: nos huiuſmodi Regulares, contra Regulam diuagantes, volentes ad ſua monaſteria reducere, ne alij ex prohibita illorum communione, periculis inuoluantur: Superiores eorum monemus, vt eiuſmodi vagos monachos diligenter inquirant, & ad ſua monaſteria eos retrahere quoquo modo procurent. Similiter & omnibus perſonis Eccleſiaſticis nobis ſubiectis mandamus, vt omnes Regulares cuiuſcunq; ſint conditionis aut ordinis, in ſuis diſtrictibus commorantes, diligenter moneant & requirant, vt infra menſis ſpatium, poſt eiuſmodi requiſitionẽ, ad ſua monaſteria redeant, & obedientiæ Superiorum ſuorum ſubdantur: aut diſpenſationes ſuas, quarũ prætextu obedientiam Prælatorum ſuorum reliquerunt, intra idem tempus nobis aut officialibus noſtris examinandas exhibeant. Huiuſmodi verò monitioni non parentes, & in rebellione & inobediẽtia ſua perſeuerãtes, ſine mora nobis aut Officialibus noſtris denuncient, quos Nos per Eccleſiaſticę cenſurę pœnas, & omi ſeuera animaduerſione, quantùm nos iuſtitia permiſerit, ad ſuas regulas redigere, & ſub

Ex Conc. Aſchaffen domini Gerardi.

ſub Prælatorum ſuorum obedientiam retrudere, non omittemus.

Quum verò aliquotiès contingat, vt perſonæ aliquæ Regulares, aut grauiorum exceſſuum conſcientia, aut etiam ex animi leuitate, Monaſteria ſua deſerant, deindè pœnitentia ductę, redire ad ſua monaſteria volentes, à ſuperioribus quibuſdam nimìs rigidis, aut pœnarum aſperitate abſterreantur, aut prorſus nõ recipiantur: Nos à quantacunq; peruerſitate reſipiſcenti, gremium miſericordiæ non eſſe claudendum conſiderantes, ne huiuſmodi repulſis etiam ampliùs delinquendi occaſio præbeatur, præſenti ſtatuto cauemus & ordinamus, vt monaſteriorum Abbates & Prælati, Abbatiſſæ, Præpoſiti, Priores & Magiſtratus, cuiuſcunque ordinis nobis ſubiecti, regulares perſonas in Apoſtaſiam ex quacunque cauſa lapſas, & cum humilitate redire volentes, iuxta cuiuſcunq; ordinis diſciplinam ſiue regulam & conſuetudinem obſeruatam benignè recipiant: nec eis pro exceſſibus grauiores pœnas, quàm quæ in ſacris Canonibus, & regulis ordinum expreſſæ ſunt, imponant: ita tamen, vt propter exceſſus ſuos, nec victus nec veſtitus neceſſarius eis ſubtrahatur. Prælatos verò, & quoſcunq; monaſteriorum Magiſtratus, huic conſtitutioni noſtræ contrauenientes, ſententiæ ſuſpenſionis à diuinis, ſimul etiam ab adminiſtratione, tam ſpiritualium quàm temporalium, (quam in contrafacientes, præſenti Canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis) volumus ſubiacere.

Et cùm hoc tẽpore paſſim Eccleſiæ idoneorum miniſtrorum penuria nimìs periculorè laborent: Prælatos Regulares ſummoperè exhortamur, & ſeriò monemus, ſi qui fratres eorum poteſtati ſubiecti, per Ordinarios locorum ad regimẽ Eccleſiarum Parochialium, aut ad munus prædicationis adhibiti ſint, aut tales ad eandem operam in poſterum euocari contingat, vt promouendæ pietatis & conſeruandæ ſanctæ religionis noſtræ intuitu, Ordinarijs locorum in tanta neceſſitate deeſſe non velint. Religioſos tamen, de conſenſu ſuorum Prælatorum ſic euocatos, nihilominùs ſub eorundẽ obedientia, qui eos corrigere & reuocare valeant, volumus permanere.

De Clauſuris monaſteriorum Virginum.
Cap. 79.

Vide cõe. Fritzlar. domini Sifridi. VIrginum Monialium, velut imbecillioris ſexus, continentiam & munire præſidijs, & adiuuare opportunis auxilijs volẽtes, præſenti ſtatuto inhibemus, Ne ſanctimoniales cuiuſcunque ordinis, quas votum ſub perpetua clauſura manẽdi adſtringit, quacunq; de cauſa: niſi ſola ineuitabili neceſſitate compulſæ, aut tali morbo infectæ, vndè ex cõtagione alijs periculum immineret: cõſortium ſororum ſuarum relinquere, aut extra monaſterium prodire, vllo modo præſumant. Viciſſim verò, quo minùs animi Deo dicatarum Virginum, prauis cupiditatibus tententur, aut à ſalutaribus meditationibus diſtrahantur: omnibus perſonis, ſiue Eccleſiaſticis & Regularibus, ſiue Laicis præſertim viris, ſeriò interdicimus, ne in ipſa Monaſteria quarumcunq; monialiũ ſeu clauſuras, niſi ex neceſſaria cauſa, cũ honeſto comitatu, & de manifeſto conſenſu ſuperioris, ad quem pertinet, introire audeant. Alioquì huic noſtræ prohibitioni temerè contrauenientes, ſi Eccleſiaſtici ſint, ſuſpenſionis ab officio & Beneficio: ſi ſeculares, excõmunicationis pœna percellantur.

Paſtores & alij, Eccleſijs ſuis, quibus per ſe non præſunt, idoneos & perpetuos vicarios præficiant.
Cap. 80.

PAſtoribus etiam & ijs, qui curata beneficia obtinent, iniungimus, vt Eccleſijs, in quibus per conſenſum Diœceſani inſtituti ſunt, nec tamen eiſdem per ſe præſunt, vicarios idoneos & canonicè inſtitutos, præficiant, eisq; pro ſufficienti victu, portionẽ cõgruam de prouentibus Eccleſiæ aſſignẽt: nec ſic à ſe inſtitutos Vicarios, ab eadem Vicaria amoueant, niſi ipſi iam actu Sacerdotes, Eccleſias ſuas per ſeipſos regere velint, aut aliquam rationabilem amotionis cauſam, contra vicarium coram Diœceſano, aut eius Officiali, probauerint.

Ex Cõcil. Fritzlar. D. Sifridi.

De promouendis ad ſacros Ordines.
Cap. 81.

DE his, qui ad ſacros Ordines promoueri volunt, ordinamus & decernimus, vt nemo ad quemcunq; ordinem maiorem recipiendum admittatur, niſi qui pauloantè confeſſus fuerit idoneo Sacerdoti, qui vitæ conditionem in ordinando ſedulò ſcrutatus, eum inſtruxerit, vtrùm expediat, eum ordinari: an potiùs, propter irregularitatis aut legitimi alicuius impedimenti ſequelã, abſtinere, donec tale impedimentum à ſe remouerit. Nec quiſquam ordinandus recipiatur, niſi ad certum titulum Eccleſiaſtici beneficij, quod ſit perpetuum, à quo non poſſit ad inordinatũ alicuius placitũ amoueri, aut cui de proprio Patrimonio ſufficienter ſit prouiſum.

Ex Cõcil. domini Gerardi.

De ordinandorum Teſtimonio.
Cap. 82.

ET ne Eccleſiarum miniſteria quibuſuis (quæ res hactenùs multis malis cauſam præbuit) ſed dignis modò & idoneis permittantur: ſancimus, eos, qui ad ſuſcipiendos ordines aſſumi expetunt, Epiſcopi ſimul & plebis iudicio cõprobandos, hoc modo, Vt Epiſcopus doctrinam examinet, plebs quoque de moribus teſtimonium præbeat. Morum itaque & vitę teſtimonium ordinandi, idq; in literis ſigillatis, adferant, acceptum à Prælatis Eccleſiaſticis ſeu Parocho, atque etiam

etiam à senatu, siue iudicio eius loci, in quo maiorem vitæ partem exegerint. Quod testimonium illis gratis concedi volumus. Ex longinquo verò venientes, si in Prouincia Moguntina ordinari expetiuerint, ad Canonicarum Sanctionum obseruantiam adigantur.

¶ Qui in Baptismo Vnctiones sacri Olei & Chrismatis, iuxta vetustissimũ Ecclesiæ morem nõ susceperunt, ad ordines sacros ante talium vnctionum supplementionem nõ admittantur. Cap. 83.

HAc calamitosa tempestate, qua sacrorum prophanorumque omnium periculosa cõfusione laboramus, plerũq; euenire solet, vt in sacri Baptismatis administratione, Vnctione sacri Olei, in pectore & scapulis, & chrismatis in vertice infantium, iam indè à temporibus Apostolorũ per vniuersam Ecclesiam religiosa pietate adhiberi solitæ, quorundã temerario ausu omittantur. De qua re circa eos, qui ordinibus sacris initiari volunt, diligentem inquisitionem per nostros in Põtificalibus Vicarios, aut alios, qui ordinandorũ examinibus præsunt, præcipimus faciendam. Eos verò, qui tales Vnctiones, dum baptizarentur, nõ receperint, nisi eas (vnà cum orationibus, quę in Agendis ad tales vnctiones adhibẽdæ inueniuntur) in se per Catholicum sacerdotem piè supplere curauerint, ab Ordinibus prorsus mandamus repellendos.

De ijs, qui ordinantur extra suas Diœceses. Cap. 84.

EVenire solet, vt aliqui eruditionis & vitæ nõ satis probatæ, aut alioquì censuris Ecclesiasticis obnoxij, conscientiam eorum, quibus noti sunt, subterfugientes, ad remotiores Diœceses se conferant, & ordines ab ignotis Episcopis, qua possunt fraude extorqueant: aut saltem eos se cõsequutos, cõminiscentes, in ijs ministrare præsumant. Quorum temeritatem reprimere volentes, Commissarijs nostris seriò inhibemus, ne in posterum alicui literas dimissorias ad aliam Diœcesim, sine magna & necessaria causa, quam benè exploratam habere debent, cõcedant. Qui verò in aliena Diœcesi ordines susceperint, ad ministerium seu exequutionem Ordinum, quos se habere asseuerant, nõ admittantur: nisi priùs Vicarijs seu Cõmissarijs nostris, de susceptis ordinib⁹ legitimo documento fidem fecerint, & ab eisdem, quòd admitti debeant, testimonium patentibus literis obtinuerint: Alioquì tales per Archipresbyteros nostros ab omni Ecclesiæ officio semoueri, aut si ijs non paruerint, nobis denunciari debent.

De honore Prælatorum. Cap. 85.

AD confusionem & dehonestamentũ Ecclesiastici Ordinis facit, sicubì horum discrimina tolluntur, nec suus cuiq; honos habetur. Vndè ordinamus & decernimus, vt inferioris dignitatis Clericus seu Vicarius, siue canonicus, Prælato suo reuerentiã, siue in assurgendo, siue in alijs prærogatiuis, iuxta consuetudinem illius Ecclesiæ debitam subtrahens: fructuũ Præbẽdæ subtractione ad tempus, pro excessus qualitate, puniatur. Quòd si simultate aut animi arrogantia prouectus, in tali contemptu Prælati sui perseuerauerit, à reliquis confratribus, velut inobediens, & iuramenti sui parùm memor, à consortio Ecclesiæ & omni fructuum perceptione, amoueatur: non nisi de ipsius Episcopi consensu ad eandem rursus admittendus, vt discat, potestatem supra se positam, velut Dei ordinationem, agnoscere & venerari. Ex Coñe. Aschaffens. domini Gerardi.

Ne domicellares Canonici, ante merita virtutis & doctrinæ, ad capitula assumantur. Cap. 86.

HActenùs in Ecclesijs cathedralibus & Collegiatis (saltẽ in ea parte, qua Maiores nostri, non sine magna ratione, Iuniores Canonicos, quos Domicellares vocant, non statim vt beneficia acceperint, ad Capitula admitti, sed ad tempus sub iugo Prælatorum detineri voluerunt) satis negligenter aduigilatum esse non sine Ecclesiarum pernicie sentimus, dum hi, quibus ea cura incumbit, ad studia & mores Domicellariũ parùm attendentes: si modò Domicellares certum tempus in beneficij possessione exegissent, aut pecuniam, pro emancipatione constitutam, numerâssent: sine ampliori delectu quosuis ad Capitula admiserunt, etiã eos, quos nec vitæ honestate, nec doctrina satis idoneos, aut ecclesijs vtiles futuros nõrint. Vndè fit, vt interdùm Ecclesiæ, minùs vtili Canonicorum turba oneratæ, nec in spiritualibus, nec in temporalibus, debitis obsequijs administrentur. Quarum indemnitati consulere volentes, Prælatorum, capitulorum & aliorum, quorum interest, cõscientias duximus onerandas, hisq; districtè præcipiendo iniungimus, vt in posterum, non secundùm prætensam consuetudinem (quę in hac parte, vt Ecclesijs perniciosa, irrationabilis, aut potiùs corruptela censenda est) quoslibet, sed secundùm conscientiam idoneos tantùm & dignos, ad Capitula, præsertim Metropoliticum & Cathedralia, admittant. Prauis verò moribus deditos & ignaros, tantisper à Capitulari dignitate & emolumento arceant, donec emendationẽ vitæ locum hunc mereri videbuntur: aut si contra omnem emendationem præfracti, & incorrigibiles se exhibere perseuerauerint, ad dimissionem beneficiorum, remedijs iuris, tanquàm inhabiles & insufficientes ac minùs idoneos, prorsus cogant. Qua constitutione nostra, & ipsis Prælatis & Capitulis, vt officio suo diligentiùs inuigilent, &

& iuuentuti ecclesiasticæ, vt vitæ ingenijq; cultum accuratiore studio capessant, occasionem præstari arbitramur.

De iuramentorum exactione restringenda. Caput 87.

Eccles. 23. CVM Scriptura admoneat, Virum crebrò iurãtem iniquitate oppleri, ac plagis multis obnoxium fieri: Iurationem nanque multa comitari pericula, quæ non tam peierãtem, quàm eum, qui periurio causam, cùm debet & potest, non subtrahit, inuoluunt: Nos igitur crebram illam iuramentorum exactionem in capitulis, si non vt iniustam, certè vt periculosam, censemus coarctandam. Iniusta verò & illicita iuramenta, per quæ nonnunquàm via debitæ correctionis præcluditur, & Prælati à promouenda Ecclesiarum suarum disciplina & vtilitate impediuntur, omninò tolli debent. Et nos, cum hac sancta Synodo talia omnia damnantes, locorum Ordinarijs & Prælatis Capitulorum, ad eiusmodi correctionem p præsentes facultatem impertientes, districtè eis pcipiendo iniungimus, Vt ecclesiarum statuta diligenti cura reuideant, & iuramenta nõ necessaria, à sede Apostolica non confirmata, in primis verò iniusta & pernicios a, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, (cùm iniquitati longiquitas temporis patrocinari non debeat) corrigant, cassent, & tollant. Quod si facere inferiores prælati & Ordinarij, vltra sex menses post publicationem huius cõstitutionis, distulerint: Nos ad primam opportunitatem, aut saltem in futura Prouinciali synodo, negligentiam illorum supplebimus, ipsosque cessatores debitis insupèr pœnis afficiemus.

Pecunias ex statutis beneficiatorum, aut aliundè cedentes, in ecclesiarum vtilitatem impendi debere. Cap. 88.

MVltas Ecclesias in bonis temporalibus ingentia detrimenta sustinere, ac domos earum aut collapsas, aut ruinis proximas videm⁹, ex praua cõsuetudine seu potiùs corruptela, qua canonici q̃dam pecuniam ex possessionibus nouorũ canonicorũ, aut optione domorum receptas, non in vtilitatẽ Ecclesiarũ, sed in proprios vsus conuertunt. Quod nos vltrà fieri omninò prohibemus, talesq; pecunias necessitatib⁹ Ecclesiarum, aut domorum reparationi & conseruationi, impẽdi volumus. Si quos huic constitutioni nr̃æ rebelles deprehenderimus, priuatione omnium fructuum, quos ab ea ecclesia percipere deberent, per semestre tempus plectemus, fructusque eis sic ademptos, in ecclesiæ vtilitatem impendi curabimus. Sicubì verò in Ecclesijs aliundè sumptus, ad conseruationem templorum, ædificiorum & domorum, ad ecclesias aut earum personas pertinentium, & in alios necessarios vsus suppetũt: rationabiles consuetudines, super huiusmodi pecunijs disponendis hactenùs obseruatas, hac præsenti constitutione adstringi aut abrogari non volumus.

De rebus Ecclesiarum diligenter curandis. Caput 89.

NE ex incuria aut negligentia, sicut consueuit damna ecclesijs accidant, Capitulis metropolitanæ, Cathedralium & Collegiatarum, aliarumq; ecclesiarum Rectoribus & Curatoribus mãdando iniungimus, vt singulis annis, semel ad minimùm, omnes Ecclesiarum res & ornat⁹ inspiciãt, & in Indice singula diligenter conscribant, quô, si quid indè periêrit, faciliùs deprehendi & sarciri, & ratio ab his, quibus ea cura commissa est, exposci & reddi queat. Ex Concil. Fritzlar.

Eadem diligẽtia volumus & præcipimus, vt omnium ecclesiarum prædia & redditus, tum communes, tum etiã ad singulas dignitates seu beneficia pertinentes, in libro ad id deputato, exactissimè conscribantur. Literæ verò Originales Censuum, tam communiũ, quàm ad singula beneficia pertinentiũ, non apud singulos possessores relinqui: sed in publica & benè munita custodia (copijs earundem auscultatis apud possessores retentis, asseruari debẽt. Vndè, si occasio exegerit, depromi & singulis personis sub cautiõe redhibitionis permitti poterunt.

De procuratione seu fabricis Ecclesiarum Parochialium. Caput 90.

VT Ecclesiæ per Prouinciam nostram constitutæ, à damnis, quæ nonnunquàm ex infida procuratione accipiunt, in posterũ vindicentur: decernimus & ordinamus, ne posthàc solis Laicis, sed cũ aliquot Laicis, cuiusque Ecclesiæ Rectori seu Plebano, velut Principali, officium Fabricæ seu procuratio Ecclesiæ committatur: ita tamẽ: ne ipsi Ecclesiarum Rectores seu Plebani, officio exactionis censuum, prouentuum siue reddituum, seu procurationis labore grauentur. Tales etiam ecclesiarum procuratores, de pecunijs seu prouentibus Ecclesiarum nihil in suum priuatum vsum conuertant: sed omnia in Ecclesiæ vtilitatem impendant, & de omnibus acceptis & expensis debito tempore, ad minimùm semel in anno coram ipso Plebano seu Rectore Ecclesiæ, & alijs ad hoc deputatis, rationem conficiant.

Volumus etiam ad singulas Ecclesiarum Cistas, in quibus literæ censuum, seu pecuniæ & preciosiores ecclesiarum res asseruantur, diuersas seras, & ad minimùm duas fieri, & ex clauibus semper vnam apud Parochũ seu Rectorem ecclesiæ relinqui & custodiri: sic vt tales Cistæ non ab vno aliquo procuratore, nec vnquàm absẽte Parocho aut Rectore Ecclesiæ, possint aut debeant aperiri.

Huic verò noſtræ conſtitutioni in eccleſiarum fraudem non parentes, ipſi Plebani nobis aut vicarijs noſtris denuncient, debita monitione præuia excommunicandos.

De Simonia.
Caput 91.

Ex Cõcil. Aſchaffen.

VT ab inſtitutione ad eccleſiaſtica beneficia, omnẽ ambitionem, omnemq; Simoniæ prauitatem præcidamus, præſenti ſtatuto ordinamus & decernimus, vt quicũque vel muneribus vel pollicitatiõibus, ſeu quibuſcunq; pactionibus, vnius vel pluriũ ſibi fauorem conciliauerit, vt per eos ad beneficiũ ſeu dignitatem qualemcunq; (quatenùs ad noſtram diſpoſitionem pertinent) promoueatur: eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrat, & reddatur inhabilis, ne ampliùs ad tale beneficium ſeu dignitatem eligi aut aſſumi poſſit. Quòd ſi electus & aſſumptus poſteà fuerit deprehẽſus, tales donatiões, promiſſiones ſeu pactiones feciſſe, beneficio ſic occupato priuari, & de dignitate oẽinò deponi debet. Simili modo, q cunque Penſiones non legitimè aſſignatas aut dederint, aut receperint, aut alioquì illicitis modis beneficia aut dignitates occupauerint, pro exceſſuum qualitate puniri, & talibus beneficijs aut dignitatibus priuari debent. Quæ vt arctiùs obſeruentur, nullus in poſterum clericus ad aliquod beneficium ſeu dignitatem admitti debet, niſi priùs iu-

De inſtitutiõe ex cõc. Fritzlar.

rauerit, quòd in eius adeptione nullam commiſerit Simoniam, aut illicitam fecerit pactionem.

Vt parochi ſacramenta gratìs adminiſtrent.
Caput 92.

Ex Cõcil. Aſchaffen.

EXecrabilis quorundã Sacerdotum auaritia, vſq; ad Sacramentorum ipſorum contemptum & iniuriam nonnunquàm irrumpit, dum ſine numerato precio conferre ſacramenta detrectant. Quorum prauam cupiditatem, ſacris etiam concilijs inuiſam & damnatam, comprimere volentes, omnibus nobis ſubiectis Parochis ſeu eccleſiarum miniſtris ſeriò prohibemus, ne quid de Sacramentorũ adminiſtratiõe à quoquam, velut debitum, aut exigant, aut recipiãt, quod conſuetudo rationabilis, laudabiliter introducta & hactenùs obſeruata, non permittit: ſed vltra id etiam oblatum, quaſi non debitum, modeſtè recuſent. Quòd ſi aliquis ſubditus vltrò aliquid dare voluerit, non obſtamus, quin quod libera voluntate & ex charitate offertur, recipere valeant. Archidiaconis etiam noſtris, ſiue eorum Officialibus, iniũgimus, vt in ſynodis ſeu capitulis ſuper huiuſmodi exactione ſedulò inquirãt, & huic noſtræ conſtitutioni non parentes, ſeueris pœnis, vſque ad ſuſpenſionem ab officio & beneficio, compeſcant.

De competentijs Parochorum.
Caput 93.

CVM Dominus ipſe pronunciet mercenariũ ſua mercede dignum, & Apoſtolus clamet, Altari ſeruientem, de Altari viuere debere: Vniuerſos eccleſiarũ metropolitanæ, Cathedralium & Collegiatarum Prælatos, Canonicos & capitula, omnes etiam regulares Prælatos & conuentus, quicũque Eccleſias Parochiales, ſuis Eccleſijs ſeu monaſterijs vnitas & incorporatas habent, in Domino exhortamur, & diſtrictè eis præcipiẽdo iniungimus, vt intra trimeſtre tempus, poſt huius conſtitutionis noſtræ publicationem, Eccleſiarum ſibi incorporatarum Rectoribus talem fructuum portionem ordinent, qua pro loci conditione honeſtè ſuſtentari, ac inſuper epiſcopalia & Archidiaconalia iura ſoluere, hoſpitalitatem exercere, & alia neceſſaria onera ſuſtinere queant. Quod ni fecerint, nos illorum iniuſtam negligentiam, ipſis eccleſijs & animarum ſaluti nimìs periculoſam, ampliùs ſufferre nõ volentes, apud omnes eccleſias parochiales, iuriſdictiõibus noſtris ſubditas, talem iuſti & ſufficientis victus deputationem de decimis, prouẽtibus, vel bonis collegiorum aut monaſteriorum aut Prælaturarum, per nos aut Officiales noſtros ſecundùm iuris communis & ſacrorum Cõciliorum diſpoſitionem ordinare, ſepoſita ampliore mora, oẽinò aggrediemur.

Matth. 10. Lucæ 10. 1. Cor. 9.

Caput 49.

CLerici aliundè aduenientes, nec in ijs ordinibus quos iactãt, miniſtrare permittantur, nec ad vlteriores ordines promoueantur: niſi fide digno teſtimonio docuerint, ſe eos ordines, quos habere ſe aſſeuerant, ritè & legitimè ſuſcepiſſe. Peregrini aũt ſacerdotes, ad Miſſarum celebrationes nõ admittantur, nec vltra menſem in aliquo Presbyterorum cõſortio foueantur, niſi teſtimoniales literas ſuper vita, moribus & receſſu ab eo Epiſcopo, à quo diſceſſerunt: ſimiliter admiſſionis teſtimonium eius Epiſcopi, ad cuius Diœceſim ſe contulerunt, oſtendant.

De Sacellanis nobilium.
Caput 95.

SAcellani verò nobiliũ, in ſacellis caſtrorum Miſſas celebrare, aut alia ſacramenta conferre, aut etiam prædicare non præſumãt, niſi ſuper eo authoritatem & conſenſum ordinarium obtinuerint, & priùs manualem promiſſionem Epiſcopo ſeu loci illius Archipresbytero fecerint, ſe in obediẽtia Diœceſani manſuros, & ad Synodos & Capitula venturos, & mandatis Eccleſiaſticis ſecundùm iuſtitiam, & quatenùs eos attingunt, paritu-

Vide Cõcil Fritzlar. dãi Sifridi.

ros eſſe. Saluis etiam iuribus Parochiarum, ad quas talia caſtra Nobilium pertinere noſcuntur.

De Magiſtris Scholarum.
Caput 96.

Hoc

HOc in primis totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitas expoſcit, vt erudiendæ iuuentuti paſſim magiſtri, eruditione, honeſtate vitæ, & fidei ſynceritate commendabiles, pficiant, quod in adminiſtratiõe vtriuſq; Reipub. & Eccleſiaſticæ & ſecularis ſucceſſio à pueris dependeat: Qui ſi puerſis & prauis hominibus erudiẽdi tradant, à quib⁹ recentes eorũ animi (qui malorũ ac bonorum vt quidque primùm hauſerint, æquè tenaces ſunt) prauis & impijs opinionibus imbuant, ſpes non eſt, ſacroſanctam religionẽ noſtrã in integrũ reſtitui, aut à prauis doctrinis repurgari, aut priſtinam felicitatẽ & tranquillitatem in Germaniam noſtram reduci, vnquã poſſe. Proindè ſiue Prælatis & capitulis, ſiue communitatibus aut locorũ Præfectis, ad quos ea cura pertinet, ſeriò iniungimus, vt in poſterũ ſcholis ſibi commiſſis didaſcalos præfecturi, eoſdẽ ad Vicarios noſtros in ſpũalibus, ſeu locorũ commiſſarios ablegẽt, qui eruditionem, mores, & fidei ſynceritatẽ in eis accurato examine explorent, eoſq; qd in ſcholis tam ad eruditionem, quàm ad mores iuuentutis excolendos, conducibile potiſſimùm prælegant, pro cuiuſque loci ratione, diligenter admoneant, ſine quorum teſtimonio (quod ſcripto his, quos dignos iudicauerint, exhibeant) quenquam alicui ſcholæ præfici omninò prohibemus.

De teſtamentis & vltimis voluntatibus.
Caput 97.

QVanuis iam olim multis cõcilijs Prouincialibus, velut Fritzlarienſi, domini Gerardi, & aliorũ Archiepiſcoporum Moguntinenſium, ſuper Teſtamentorũ ordinatiõe cautũ ſit, quib⁹ oẽinò ſuũ robur manere volumus: videmus tñ hac temporũ licẽtia pleraſque morientiũ voluntates incaſſum recidere, defunctorumq; ſubſtantiã cõtra ipſorum legitimam voluntatem interuerti, à teſtamentarijs præſertim, & q̃bus pro officio competebat ratum ſeruare defuncti arbitrium: Statuimus, vt qui deinceps nominati fuerint Teſtamentarij, quam primùm & ante oẽia ipſius defuncti hæreditatem ſiue ſubſtantiam, coram Notario & teſtibus fide dignis conſcribant, & in Inuentariũ fideliter redigant, omnimodamq; morientis volũtatem, arbitriũ & ordinationẽ, intra debitum tempus executioni demandẽt & exequant, de quo ordinario aut ipſius commiſſario ratione faciant. Quòd ſi quis infideliter agẽs, huius noſtræ Conſtitutionis tranſgreſſor repertus fuerit, pro Ordinarij arbitrio, aut aliâs condigna pœna, pro exceſſus qualitate, plectatur.

¶Mercatus diebus Dominicis & feſtiuis prohibendos.
Cap. 98.

MAgnus abuſus eſt, cùm ad rerũ temporalium & mox perituraru conquirenda lucra, ſex diebus homines intendant: ad regnũ cęlorũ, eiusq; iuſtitiã inquirẽdam, ſeptimũ diem deſtinatũ, ne eũ q̃dem à prophanis negocijs liberum execrãda hominũ auaritia relinquat. Cui nos improbę hominum cupiditati modum ponere volẽtes, ſeriò prohibemus, ne in poſterum in locis noſtræ Prouinciæ ſubiectis, diebus Dominicis aut præcipuis Eccleſię feſtiuitatibus, mercatus (niſi fortè earũ rerum, quæ ad vſum quotidiani victus neceſſarij ſunt) exerceãtur, aut ne ſubditi noſtri vlli operi ſeruili, quod ſine euidenti detrimento dilationem ſuſtinere poteſt, manum admoueant: ſed dies dñicos & feſtiuos, ſpiritualibus lucris conquirendis, & ſaluti animarum procurandæ adeoque pietatis & diuini cultus exercitijs, impendant. Quam noſtram conſtitutionẽ, niſi magiſtratus locorum, quorũ ea poteſtas eſt, ſub grauib⁹ pœnis ita obſeruari curauerint, ipſos magiſtratus, debita admonitione præuia, ſententiam excommunicationis incidere, & vbi ad noſtras temporales iuriſdictiones pertinẽt, inſupèr alijs pœnis, pro noſtro arbitrio, puniri volumus.

De libris per Typographiam publicandis.
Caput 99.

MVltis conſtitutionibus Imperialibus cautum eſt, ne quis librum alquẽ, ſine certo authoris & loci, vbi excuſus ſit, nomine: aut qui per Commiſſarios, qui p loca huic rei curãdæ deſtinati ſunt, comprobatus nõ ſit, vel excudat, vel excuſum vendat. Quã ordinationem renouantes, inhibem⁹, ne qs tales libros in noſtris ditionibus vẽdere, aut emere, aut donare, aut occultè quouis modo alij obtrudere, aut oẽinò apud ſe retinere audeat: Officialibus noſtris, tam Eccleſiaſticis q̃ ſecularibus, iniungẽtes, vt in eam rem acri diligentia inuigilent, & ſi quos librorum vel excuſores vel venditores aut detentores, huic ordinationi non parentes, deprãhenderint, ſupra librorum confiſcationẽ, etiã pœnis in multis Receſſibus Imperialibus conſtitutis, ſine remiſſione afficiant.

De pœna clerici percuſſoris, aut rixoſi contra aliũ clericũ.
Cap. 100.

PAci, etiã tranquillitati ac honeſtati clericorũ conſulere volentes, decernendũ duximus, Vt quicunque clericus alium clericum probris, maledictis aut conuicijs inceſſerit, ſub duorum aut trium teſtimonio, ab omni prouentuum Eccleſiaſticorum perceptione per vnũ menſem ſuſpendat. Quòd ſi manus alteri clerico violentas, citra tamẽ vulnus, attulerit, iam dictam pœnam ſuſtineat duplicem. Si vulnus inflixerit, vltra pœnam excommunicationis, quam ipſo facto incidit, ad quatuor menſes tali fructuũ priuatione mulctetur. Si membrum aliquod mutilauerit, aut inutile reddiderit, omni beneficio Eccleſiaſtico ſit ipſo facto priuatus. Nihilominùs etiam in omnibus ijs caſibus, iuxta Diœceſani arbitrium, læſo ſatisfacere cogatur, & pro delicti grauitate, à Diœceſa-

no,si videbit,etiam grauiùs puniatur. Illud superioribus cõminationibus duximus addendum,si linguæ petulantiam aut violentas manus in Prælatum intorserit, in tribus prioribus casibus suprà memoratis, vbiquè pœnæ duplicatione grauandum esse : saluo tamen iure,quod vim vi repellere permittit. Similiter clericos,si aut iurgijs aut armis cõtra Laicos contenderint,per prælatos suos, pro excessuum grauitate,irremissibili pœna decernimus ac mandamus plectendos.

De pœna Sortilegorum. Cap. 101.

Ex concil. Fritzlar.

SOrtilegia,quæ ad iniuriã sacrę religionis nostrę,detestando malorum dæmonum commercio exercentur,omnibus Christianis prohibẽda:in clericis verò omni pœnarum acerbitate coërcenda censemus:proinde clericum sortilegum protinùs ab omi

26.q.5.c.Nõ oportet C. Si qs epũs.

functione Ecclesiastica & ordine remouendum,& excommunicationis sententia censemus alligãdum,à qua,nisi in articulo mortis,à nemine,quàm à suo Diœcesano, autà summo Pontifice,seu Legato eius ad id potestatem habente,absolui debet. Et si incorrigibilis esse perrexerit,ad Monasterium ar-

D.de malefi. & Mathe. l. mullus.l.Nemo.l.culpa.

ctum,pro agenda pœnitẽtia,detrudatur,aut prorsus abijciatur. Laici verò ab hac arte execrabili,publicatione bonorum suorũ, aut peruicacia eorum exigente,perpetua captiuitate, aut grauiore etiam animaduersione coërceri debent.

De clericis concubinarijs. Cap. 102.

MInistris Ecclesiarum, q sacris fũctionibus operam suam addixerunt, nihil çquè cõuenit,quàm vitæ castimonia:intolerabileq; videtur,quòd contra conciliorum sanctorumq; Patrũ authoritatem, passim concubinis adhęreant. Quis em̃ in ministrorum Dei collegio patiatur talem, quem

1.Cor. 5.

Paulus hominum consortio indignum iudicet,cum quo etiam ne cibum q̃dem sumendum putauit? Quia ergo Clerici quidã Synodorũ cuiusq; Diœcesis episcopalium specialiter desupèr habitarum,Decretis, de dimittendis concubinarijs,ægriùs paruerunt: ne in huiusmodi scandalo & sordibus volutari diutiùs permittantur, qbuscunq; locorum Ordinarijs iniũgimus & seriò committimus,vt secundùm Canonum præcepta,&

Sess.20.

pręcipuè Basileensis concilij definitionem, concubinarios huiusmodi corrigant atque emendent,easq; mulieres,quę citra scandalũ atq; offendiculũ retineri non possunt,extra viciniam,ne commercij facultas aut suspicio remaneat,amoueri procurent. qua in re, cùm sæpè compertum sit, facilius ab initio malis resisti, quàm semel in ea demersum rursus erigi atque emergere:omninò Prælatis intendendum præcepimus,ne patiantur Iuniores clericos pernicioſa cohabitatione irretiri,à qua deinde extricari facilè non queant: Ecclesiasticis etiam magistratibus, iuxta præfati concilij decretum,ne vllo sub pacto, compositione, aut spe cuiuscunque quæstus, tales quouis modo tolerent, aut dissimulent,penitùs interdicentes:& si opus sit,vt Brachium seculare in hanc rem implorent,iniungentes.

De excommunicatione. Cap.103.

Ex Concil. Fritzlar.

EXcommunicationem, qua nulla pœna maior esse potest,cautè ab Officialibus nris, & non nisi ex ineuitabili necessitate,& ppter manifestã cõtumaciã,in quenquã intentari volumus,ideoq; Officialibus nris & Prelatis omnibus,q alioquì excommunicandi potestatem habent,mandamus,ne sententiam excõmunicatiõis, nisi competenti admonitione prẽmissa & in præsentia fide dignorum hominum (vt si necesse sit,testimonio eorum probari queat) promulgare præsumant. Qui aliter excommunicationem in quenquam promulgauerit,& admonitus errorem suum nõ reuocauerit,per mensem ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus, & sic à se excommunicato omnes expẽsas,quas talis excommunicationis occasione necessariò fecit,restituere cogatur.

De vitandis excommunicatis.

Caput 104.

Ex Concil. Basileen.

ET vt timoratis cõsciẽtijs subueniamus, & scandala excludamus,generalis syno di Basileensis constitutionẽ volumus obseruari,quæ decernit: Quòd nemo deinceps à communione alicuius, in sacramentorũ administratione vel receptiõe,aut in alijs quibuscunq; diuinis,vel extra,p̃textu cuiuscũq; sentẽtię,aut cẽsurę ecclesiasticę,aut suspẽsionis vel prohibitiõis ab homine, vel ab iure generaliter promulgatæ occasiõe, teneatur abstinere, vel aliquem vitare,aut ecclesiasticum interdictũ obseruare:nisi sentẽtia,prohibitio,suspensio, vel Censura Ecclesiastica huiusmodi,fuerit vel cõtra persoñ,Collegiũ,vniuersitatẽ,Ecclesiam,aut locũ certum aut certam,à iudice publicata vel denunciata specialiter & expressè:aut si aliquẽ ita notoriè excommunicationis sententiam cõstiterit incidisse,q̃ nulla possit tergiuersatiõe celari,aut aliquo iuris suffragio excusari. Nã à communione illius abstineri,vult iuxta canonicas sanctiones:per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos & interdictos seu prohibitos non intendit in aliquo releuare,nec eis quomodolibèt suffragari.

Cùm humana fragilitas in omnibus actionibus,& pręsertim in ijs,quę pietatis sunt,si ope diuina non adiuuetur & dirigatur, sine fructu desudet: pręsenti cõstitutione duximus ordinãdum, vt in posterum per omnes totius Prouinciæ Ecclesias, quotiès in illis multitudo fidelium conuenerit,fiant precationes ad deum,pro Spiritussancti gratia,ad salutarem harum cõstitutionum Prouincialium obseruantiam, impetranda. Similiter pro

pro summi Pontificis,Imperatoris ac Regis Romanorum incolumitate &felici gubernatione,& pro omnibus,qui ad vtriusque Regiminis gubernacula in orbe chr̃iano præsident, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. In ipsa verò sacri Missæ celebratione, alternis diebus pro peccatis & pro pace, siue in ipso sacro Collectam pro suffragio,siue post illud Antiphonam cum collecta pro implorãda Dei misericordia,deuotè recitari aut cantari volumus. Quam rem discretioni Prælatorum, pro loci & temporis conditione, committimus curandam.

1.Tim.2.

Quô verò supradicta oñia & singula accuratiore cura obseruẽt̃,& ad excusatiõẽ ignorãtię,nullus locus relinquat̃, ordinam⁹ & præcipimus, vt præsentiũ constitutionũ liber apud Metropolitanam, cathedrales,& Collegiatas Ecclesias in Choro aut Capitulis,similiter apud Parochiales Ecclesias idoneo loco,fabricæ sumptu comparatus, habeatur,ad quem omnib⁹, quorum interest, pateat accessus.

Postremò cũ his præsentibus nostris constitutionibus,omnes etiam generalium conciliorum constitutiones & decreta, similiter omnia & singula alia statuta Prouincialia in Concilijs Prouincialibus, sub nostris Præcessoribus celebratis,edita, quorum in his nostris cõstitutionibus etiã nullam mentionẽ fecimus,in suo vigore permanere volumus,& ab omnibus nobis subiectis, qua quenq; parte attingunt, pro confirmatis & authẽticis agnosci,haberi & obseruari districtè pręcipiendo mandamus,sacrosanctę Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ iudicio,cuius authoritatem in oñibus saluam conseruari volumus,hæc omnia cum debita obedientia submittentes.

DECRETA CONCILII

PROVINCIALIS TREVERENSIS, PRAESIDENTE REuerendissimo in Christo Patre ac Domino, D. Ioanne Archiepiscopo Treuerensi,sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Arelatense Archicancellario,Principe Electore &c. celebrati Anno Iesu Christi M.D.XLIX.

IOANNES DEI GRATIA SANctæ Treuerensis Ecclesiæ,Archiepiscopus, sacri Romani Imperij per Galliam regnumque Arelatense Archicancellarius,& princeps Elector,ad perpetuam rei memoriam.

REMomninò non nouam aggredimur, neque per viam insolitam ambulamus: verùm & orthodoxorum patrũ & p̃decessorum nostrorũ vestigijs tritam ingredimur,syncero corde semper affectantes, vt vniuersum clerum & gregem nobis commissum,vsquequaquè lustremus & contemplemur,atque salubris studij vigilantia in hoc seduló incumbamus,vt eam more boni pastoris,(quantùm nobis ex alto conceditur) pura & sana Euangelicæ veritatis doctrina pascamus & reficiamus, vt cùm vniuersalis & tremendi iudicij tempus ingruerit, & pastor ille pastorum gloriosus in maiestate sua

1.Pet.5.

apparuerit, ad cuius laudem hanc nostram functionem obire cupimus,de muneris impositi administratione cum lucro & ex voto respondere valeamus. Hac igitur occasione prouocatos nos,& diligens cura & paterna solicitudo extimulat,vt circa nostrorũ subditorum statum & vitam probè instituendam,indefesso studio ac labore aduigilemus:vtque ex hac animi nostri promptitudine,ipsis piarum rerum cultus indiès magìs ac magìs crescat pariter & placeat, ipsorum onera & grauamina,pro huius temporis iniquitate,inter manus in morem hydrę enascentia,imminuantur, cessent,finiantur, tollãtur, atque tranquillitatis & pacis optatus portus, velut in alto nauigantibus aperiatur: Id quod tum demùm rectè consequi credimur,cùm siniſtris euentibus viam pręcludimus, vitiorum & malorum materiam resecamus, & noxia dissuadentes, ad optima quæque promouenda animum applicamus.

Quapropter horum nostrorum statutorum editione,tum antiquorum renouatione & explanatione,tum pœnarum commination impios & orthodoxæ Ecclesiæ hostes ab infelici suo proposito deterreamus & depellamus,vt in quibus virtutis zelus & ardor ad emendationem nihil proficit,eos saltem honestæ disciplinæ seueritas atque pœnæ rigor retrahat & coerceat. Sanè quondàm felicis recordationis Balduinus Archiepiscopus Treuereñ,& alij p̃decessores nostri, pro subditorum vtilitate,pro libertate Ecclesiæ & ministrorum eius, quàm plurima statuta Synodalia & Prouincialia:non minùs vtilia quàm necessaria ediderunt, promulgârunt, publicârunt, & pœnarum adiectionibus,

prout opportunum visum fuerat, prouidè & consultè vallârunt. Quæ nos omnia de consilio & cõsensu capituli ecclesiæ nostræ metropolitanę Treuereñ, & nũciorum seu procuratorum aliorum, Reuerendi domini Nicolai episcopi Virduneñ, & nunciorum seu procuratorum Reuerendissimi domini Ioãnis cardinalis de Lotharingia, administratoris Meteñ, & Reuerendi domini Tõsani episcopi Tulleñ, suffraganeorum nostrorum, in præsenti Concilio Prouinciali congregatorum, quatenùs per infrà statuenda expressè non fuerint reuocata & cassata, approbamus & innouamus, atque in suo robore permanere volumus, & eadem antiqua statuta Prouincialia, atque ea noua, quę nos in præsenti concilio pro temporum ac rerum necessitate statuimus & ordinamus, vt per totam nostram Prouinciam Treuereñ firmiter & inuiolabiliter, prout statuuntur, publicentur, teneantur & obseruentur, firmiter decernimus.

¶ De fide Orthodoxa catholicæ & Apostolicæ ecclesię fideliter & firmiter tenenda.

QVando vera in Iesum Christum fides fundamentum est, & petra illa de qua Saluator noster dixit, super eam ædificandam esse ecclesiã suam, aduersus quam inferorum portę nunq̃ prævalituræ essent, (prævalerent autem, si Ecclesia errare pernicioſè posset, aut docere noxia) fateri oportet, Ecclesiam in fide & veritate radicatam & fundatam, errare non posse. Matth.16. Nam & in confesso est, testantibus nimirùm sanctæ Ecclesię patribus, ac reipsa clamante, Christi Apostolos Petrum & Paulum, Dei sanctum Euãgelium in sanguine quoque ipsorum signatum, Romanæ Ecclesiæ reliquisse, atque in illius fidem Ecclesias omnes, quæ vbiquè sunt fideles in toto orbe rerrarum, religioſè conspirâsse, atque societate sacramenti confœderatas & coniunctas esse. Itaque cùm ad nos per Episcoporum successionem perpetuò cõtinuatam ea fides peruenerit, non dubitamus hanc vnam eandemque esse, atque adeò veram fidem, quæ ab Apostolis ipsis in veritate est tradita, & vsq; nunc religioſè semper custodita, & in Catholica Ecclesia semper cõseruata. Nihil proindè aliud credendum, tenendum, aut docendum est, nisi quod sancta Romana tenet & docet Ecclesia, omnium consentientium Ecclesiarum mater & magistra. Eum verò qui à fide Catholicæ & Romanæ Ecclesię recedit, necesse est à veritate & capite deficere. Hortamur itaque & in Domino obtestamur omnes & singulos clericos & Laicos, nobis metropolitico iure subiectos, vt tenaciter & indiuulsè adhæreant, non solùm his quæ in diuinorum eloquiorũ Canone expressa sunt, verùm etiam his, quæ Ecclesia sancta Catholica habet, & cum omnium orthodoxorum consensu probata & recepta sunt, neque vlla ratione aut persuasione à veritate fidei, Ecclesiæ & Euangelij quod acceperunt, & in quo stant & saluantur omnes gentes, auelli se patiantur, sed in eo quod hactenùs piè & rectè docti sunt & crediderunt, permaneant.

De prædicatoribus verbi, quos missos esse oportet.

HOc habet Apostolica Ecclesia, vt nullus nisi missus prædicet. sic Christus non nisi missus prædicauit, ipso apud Esaiam testante: Spiritus Domini super me, eô quòd vnxerit me, ad euangelizandum pauperibus misit me. Esa.61. Luc.4. Neque item ipsius precursor, de quo scriptum est: Fuit homo missus à Deo: sed nec Apostoli hoc fecissent, nisi mandato à Christo accepto: Ite, Eccè ego mitto vos. Ioan.1. Matth.10. Proindè nos Euangelicæ & Apostolicæ regulæ innitentes, statuimus & præcipimns, ne quisquam posthàc, etiam quamcunque religionem professus, publicè prædicare præsumat, nisi ab Episcopo Ordinario, vel eius Vicario admissus fuerit, Et si quis etiam religiosus, Apostolicæ sedis priuilegio nitatur, tenebitur nobis aut officialibus aut Vicarijs nostris de hoc fidè legitimã facere. Laicis verò prorsus interdicim⁹, ne prædicandi officiũ vsurpent, aut occulta cõuẽticula faciãt, & sacerdotum simplicitatem eludant. Et si fortè necessitas postulet, vt sacerdos tanquàm inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, seruato ordine iuris, de hoc agendum est apud Episcopum, ad cuius officiũ tam destitutio quàm institutio sacerdotum pertinere dinoscitur. Omnes verò & singulos, aliter quàm præmissum est, publicè vel priuatìm prædicationis officium vsurpare præsumentes, præsentis statuti rigore excommunicationis vinculo innodamus, & excommunicatos declarari publicè mandamus. Et nisi resipuerint, alia competenti pœna à nobis aut nostris Suffraganeis, vel locorum Ordinarijs plectendi sunt.

¶ Non quiuis admittendi sunt, etiamsi præsentati fuerint.

QVando non parùm refert, qs qualísve sit, cui alios instituendi & docendi potestas tradita est, probandi primùm & explorandi sunt futuri concionatores, à quibus & quomodò instructi sint, ne peregrinis fortè & hæreticis doctrinis imbuti, non satìs perspecti recipiantur in ouile Christi, ad grauem Dominici gregis perniciem. Attamen non tam eloquentiores, quàm sapientiores, neque tam argutiores, quàm meliores eligẽdi sunt, modò gregi sana doctrina pascendo non sint prorsus inidonei. Immò tanto magìs aliquotiès cauendus est is q̃ eloquẽtia pollet, quanto plùs ob eloquentiam,

dum rectè dicere & docere existimatur, nocere & fallere potest.

Vocatus & admissus, quid pro concione docere debeat.

MIssi & admissi verbi prædicatores, in hoc toti incumbant, vt verbum veritatis rectè & bona fide tractent, tanquàm dispẽsatores multiformis gratiæ Dei, omissis his quæ à puritate Euangelij aliena sunt, vel superuacanea, vel parùm ædificantia: sed nec opinabilia ac dubia, p certis & receptis asseuerare audeant. Ab apocryphis abstineant, & quæ Ecclesia occultanda esse decreuit, de suggesto non promulgabunt. Comicas, aniles, & interìm obscœnas fabulas, & q̃ risum moueant citiùs quàm lachrymas, propter peccata, populi auribus non ingerant. Et omissis odij, inuidiæ, insectationis, quæstus, ambitionis, & consimilibus nequã affectibus, syncerè & pacificè Euangelium pacis annuncient, mutuis conuicijs se non p̃scindant, nec alius alium pro concione impugnet. Sed si quis alteram hæresim, vel pernicioſum errorẽ, aut aliud quippiam, quod piarum aurium sit offensiuũ, dixisse deprehenderit: episcopo aut illius Vicario, aut inquisitori Apostolico, vel Officiali loci, ordine etiam seruato Euangelico, significet. Matt. 18. Et cùm catholicas traditiones tanquàm arctissima quædam Christianæ religionis & pacis vincula conseruare & custodire omnes ex æquo deceat, neq; dubitemus traditiões & consuetudines vniuersales, præsertim eas, quas per orbem tota frequentat Ecclesia, ab Apostolis in Ecclesiæ sinum transfusas, vel à generalium sacrorum Conciliorũ authoritate profectas, nos eas simili religiõe, qua ea quæ sacræ scripturæ præscribit authoritas, vt obseruentur, doceri omninò mandamus. Quæ verò per loca vel regiões nostræ Diœcesis vel Prouinciæ variantur, eas quisq; obseruet ad ædificationem morum & fidei. Ac ne quisquam temerè contra eas de suggesto rogationem facere præsumat, Mandamus episcopis Prouinciæ nostræ & Officialibus nostris, vt si qui ritibus Ecclesiæ antiquandis vel nouãdis priuata authoritate studere comperti fuerint, in eos seueriter animaduertant.

Quare qui pascendi gregis Dñici curam susceperunt, ea potissimùm doceant quę ad tranquillitatem & piam cõcordiam facere, & ad captum rudis populi accommodata esse cognouerint. Cuiusmodi est simplex explanatio symboli, decem præceptorũ, sacramentorũ & cæremoniarũ ecclesiæ, orationis Dñicæ. Item cohortatio ad pœnitentiam: in qua Christi Seruatoris cõmemorent bñficia, ac pœnas nunquã finiendas, q̃ in malo obstinatis paratæ sunt, ob oculos ponãt: sed ne misericordiã desperent, rursum subleuent ac solentur. Cessantes ac torpentes excitent, animo deiectos in spem erigant: Voluptuarijs, resq; mundi admirantibus, vitæ breuitatẽ & æternos ignis cruciatus subindè ingerant, vt saltem futuris malis territi, peccare desinant, atq; ad meliorẽ frugem se recipiant: necnon populo omninò persuadeant, non quamlibet fidem qua in Deũ creditur, sed eam demùm salutiferã fore, q̃ (Apostolo teste) per dilectionẽ operatur: ac hic ad Gal. 5. bona opera sedulò hortentur, & p̃sertim ad opera misericordiæ: patres ac matres familiâs, vt proles & familiam Christianè educẽt, grauiter & continuè commonefaciant, atq; vt adulti cõsueta & ordinaria ieiunia, Quadragesimæ videlicet, & Quatuor temporũ, & Vigiliarum, infringere non præsumant: plebem admoneant, & vt frequenter, vel ad minùs in Quadragesima, in initio eius, vel ante medium ad confessionem veniant: & si nõ sæpè, saltẽ in Paschate corp⁹ Dñi recipiant, si velit inter Catholicos reputari. Sãctorum religiosam mentionem subindè faciãt, animosq; Christifideliũ illorũ exemplis incitent, confirmẽt, & intercessione cõsolentur. Doceant quoq; veras sanctorũ reliquias reuerenter habendas. Cõtenti sint Euangelia & lectiões, quib⁹ in Dñicis & festis diebus Ecclesia vtitur, interpretari populo, & ex his sermonem & doctrinam ad ædificationem populi formare.

De cultu diuino diligenter & religiosè exequendo, deq; disciplina Chori obseruanda.

DEus etsi spiritus sit, non tamen internis tantùm affectibus fidei, spei & charitatis, verùm etiam externis actibus colendus & adorandus est, vt cor & caro exultẽt in Deum viuum. Ioan. 4. Pſal. 83. Est enim externus cultus signum ac manifestatio q̃dam cultus interni: qualis est laus communis, & oratiões publicæ, quæ per Ecclesiæ ministros, ex persona totius populi fidelis Deo offerũtur, quò alij quoq; (quatenùs per ipsorum occupationes licet) ad laudes Dei & gratiarum actiones excitẽtur. Neq; enim Ecclesiasticæ melodiæ sua deest energia. Id quod Augustin⁹ testatur, referens Ambrosium Mediolani cantum instituisse Ecclesiasticum, secũdùm morem Ecclesiarum Orientalium, eumq̃ cultum celebrari cœptum magno studio fratrum, hymnos & psalmos canentium: quem etiam cæteræ ecclesiæ imitatæ sunt. Lib. 8. conf. cap. 7. Sed & ipse Augustinus, quantùm ecclesiasticis fuerit cãticis affectus, his verbis testatur: Quantum fleui Domine in hymnis & canticis tuis, suauè sonãtis Ecclesiæ vocibus acriter cõmotus? Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & ex ea æstuabat affectus pietatis, & currebãt lachrymæ, & mihi benè erat cum illis. Et rursus: Cùm reminiscor, inquit, lachrymas, quas in primordio fidei meæ fudi ad cantus ecclesiæ, & nunc quoq; commoueor, nõ cantu, sed rebus quæ canũtantur, cùm liquida vo- Ibid, cap. 6.

ce & conuenientissima modulatione magnam huius instituti vtilitatē rursum agnosco, magisque adducor consuetudinem approbare in ecclesia, vt per oblectamenta aurium, infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Hæc cùm ita se habeant, hortamur omnes & singulos clericos, vt omnes pariter conuenienti modulatione, consona deniq; voce, debitum Deo cultum nocturnū & diurnum deuotè & religiosè exhibeant & exequantur, eo modo, his ritibus & cæremonijs, quibus hactenùs vsa est Ecclesia, & vt à sanctis Patrib⁹ est traditus, atq; à maioribus nostris obseruatus.

De horis Canonicis.

OMnes qui horis Canonicis persoluēdis deputati sunt, dent operam, vt collectis animis, quoàd fieri potest, debitum pensum absoluant: nec ita se habeāt, vt dum voce psallunt, quiduis potiùs quàm Deum animo cogitare videantur, semper cauentes, ne propheticum illud audiāt: Labijs quidē me honorant, cor autem eorum longè est à me. Quid autem est, voce quidem psallere, mente autem domum aut forum circumire, nisi homines fallere, & Deum irridere? Graue admodùm est quod scriptura dicit: Maledictus qui facit opus Dei negligēter. Statuimus proindè, vt laudes diuinæ per singulas horas non cursim ac festinanter, sed tractim, seruatis interuallis decentibus, ratiōe dierum festorum, à profestis & intermedijs secernendorum, habita reuerenter & alacriter absoluantur, nequaquàm sublato in altū clamore, ne vel insanire, vel animi lasciuia gestire videātur potiùs, quàm feruore spiritus exultare, semper versiculum decantatissimū animo voluentes:

Esa. 29. Matt. 15.

Nō clamās, sed amans cantat in aure Dei: audit enim ille vocem cordis, sine qua sonū oris contemnit. Quare videndum est, vt qui spiritu psallunt, & mente psallant.

Hier. 48.

Caueant item qui alijs occupati negocijs, extra chorum horas priuatim legunt, ne somnolentè aut truncatis verbis, aut intra fauces compresso spiritu preces demurmurare, vel vt Ethnicus quidam ait, rabiosa silentia rodere videātur, sed articulatè, distinctè, diserte, & cum attentione integrè omnia pronuncient.

Ne qua item occasiōe in diuersa rapti desint officio suo, districtiùs prohibemus, ne deambulando Horas dicant, sed in locum aliquem orationi aptum tantispèr concedant, ne mentis euagatio, quæ ex tumultuaria deambulatione nasci solet, fructum orationis intercipiat.

Nullus item dum Canonicæ preces in tēplo publicè cantantur aut leguntur, audeat priuatim ibidèm aliquid legere, ac ne horas quidē Canonicas absoluere, sed concinat, ac vnà cū fratrib⁹ Deū honorificet. Contrarium qui fecerit, tanquā absens habeatur.

De his qui, dum sacra fiunt, per templa vagantur, prophana miscentes colloquia.

QVicunque tempore, quo diuina peraguntur, spatiari in ecclesia, vel circa eā deambulare, simul & ociosis fabulis vacare, comperti fuerint, tanquàm absentes pro die illo habeantur. Et si semel admoniti, nō destiterint, sed pertinaces fuerint, grauiorem subeant pœnam, arbitrio Prælatorum, aut eorum vices gerentium, infligendam. Quos & ipsos hortamur, immò eis districtè iniungimus, præsertim in Metropolitana ecclesia nostra Treuerensi, & in cathedralibus suffraganeorum nostrorum, tanquàm insignioribus & frequentioribus ecclesijs, vt nulla ratione patiantur diuina officia quorumcūque colloquiorum, confabulationum, deambulationum, aut canum, auium, morionum, & similium strepitu, garritu & latratu, siue à Clericis, siue à Laicis perturbari, aut irreuerentia affici.

Sed nec ipsi Prælati, quorum maximè interest remouere scandala, atque ea quæ verbis imperant, facto & exemplo confirmare, in ijs sese culpabiles reddant, neq; in correctione subditorum suorum negligentes se exhibeant: & quō nullus in peccatis excusationi locus relinquatur, præsentis decreti tenore in irritum renocamus & annihilam⁹ omnia statuta, ordinationes, cōsuetudines, & priuilegia exemptionum quibuscunque ecclesijs, militijs, hospitalibus, locis & monasterijs quorumcunq; ordinū, quacunque authoritate & qualitercunq; concessa, q̄ reformationi prædictorum abusuum, & correctioni peruersorum morum aduersantur, aut in mora sunt, vt contra personas & loca prædictarum ecclesiarum, ordinum, domorum, militiarum, hospitalium, monasteriorum, sine omni exceptione ad correctionem seu emendationem procedi non possit aut valeat. Cuius executio in casu negligentię, à capitulis ad Prælatos, & Prælatorum negligentia intercedente, ad Officiales vel Vicarios locorum, aut eorum superiores deuoluatur.

Quo tempore quisq; in Choro esse debeat.

MAiorum nostrorū vestigia sequētes, & authoritati sacrorum generalium conciliorum innitentes, vt cuncta in domo Dei ordinatè fiant: volumus, vt in Metropolitana nostra Treuereń, & in omnibus cathedralibus & collegiatis ecclesijs ciuitatis, diœcesis & Prouinciæ nostræ Treuereń habeantur duæ tabulæ, quarū vna habeatur aut ponatur in aut circa chorum: in qua disciplina obseruāda descripta sit: ex cuius tenore satis liqueat, qñ & qualiter quis horis canonicis interesse debeat. Ad cuius disciplinę obseruantiā, Prælati cunctos sibi subditos rigorosè cōmoneant & compellāt. Et si alicubi

cubì hactenùs erecta non fuit, aut deperdita, eam rursum erigi & describi iubemus.

Secunda verò tabula locabitur & ponetur in sacrario, aut alio loco conuenienti: in qua quid ab vnoquoque canonico, vel alio beneficiato legendum cantandumq́; sit singulis diebus & horis per hebdomadam, scribatur: & hìc negligentiam committens, pro modo delicti corrigatur.

Nolumus autē, vt collegia canonicas preces in templis psoluere aut sacra facere, Vindemiæ aut aliorum negociorum & secularium occupationum prætextu omittant, non obstante quacunque consuetudine: sed ita partiantur onera, vt dum alij temporalia p̄curent, alij orationibus & publicis precibus vacent. Et si alicubì hoc fieri non potest, saltem hebdomadarius pro tempore, præsentibus alijs quotidiè, durantibus vacationib⁹ vindemialibus, Canonicas horas in choro saltem legendo persoluere curabit. Ita tamē, vt Dñicis diebus, & Apostolorū festis, Tertiæ, Sextæ, Vesperæ & Completorium cantentur, & summum sacrum fiat.

Statuimus insupèr & ordinamus, vt deinceps capitula, actus & tractatus capitulares, tantùm profestis seu ferialibus diebus teneantur. Sed nec in ijs, sub Missa, Veſperis aut Completorio indicantur, aut teneantur. Quinimmò, vt omnes Missæ intersint, districtè mandamus. In alijs verò si subsit vrgens necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas postulet, vt capitulū teneatur, Decanus indicabit dilationem seu moram capituli & actuum capitularium non carere periculo, & propterea sub prædictis horis tractandū & agendum esse. Et si in his secùs actum fuerit, tam indicens, quàm interessentes, residentia & præsentijs pro illa vice carebunt, quinimò omninò vti absentes his horis reputabuntur.

De Missæ officio ritè peragendo.

HOrtamur, vt sacrosanctam illam actionem, in qua sacrificiū precij nostri, corpus scilicet & sanguis Christi veraciter offertur pro viuis & defunctis, summa religione & deuotione sacerdotes peragant, ac quotiès datur, sedulò frequentent & celebrent eo modo, & his cæremonijs seu ritib⁹ obseruatis, quos hactenùs Romana & occidentalis seruauit & hodiè seruat Ecclesia.

Dum sacerdos sacrū facturus, in sacrario cum ministris induitur, nemo inibì cōfabulari præsumat, vndè vel ipsius, vel ministrorum deuotio interturbetur.

Egredienti sacrarium ad altare, vel reuertenti post sacrum, omnes assurgant, similiter & ministris, dum sacris induti, lecto Euāgelio, Epistola aut Homilia, prætereunt.

Dum sacerdos sacrum facturus, confessionem ex more p̄mittit, ministri nequaquā dent operam accendendis luminaribus, aut alijs rebus mentem auocantibus, sed adsint sacerdoti confessionem persequentes, & p̄ se inuicèm Ecclesiæ nomine orantes.

Veterem canonem instaurantes, prohibemus, ne quis sacerdos Missarum solennia publica celebrare præsumat, nisi ad minùs duobus p̄sentibus. Quod si in priuata missa commodè fieri non potest, ad minùs adsit vnus, qui respondentis locum suppleat, sed ita, ne sit proles illegitima, quā omninò, patre celebrante, altari adstare prohibemus, multo magìs concubinam, si quam habuit.

Et iciunus quilibet celebret, & velato capite altari assistere, aut ita illud accedere nullus omninò præsumat: Quæ & Diaconos & subdiaconos obseruare mandamus, si quis temerè contrarium facere præsumpserit, excommunicationis vinculo innodetur.

In missa publica & summa, p̄fatio & oratio Dominica, nō debent priuatim dici aut abrumpi. Ita & Symbolum, epistola, & euāgelium integrè, distinctè, & clarè cantari debent. Neque ferendum est, vt chorus verba sacerdotis vel subdiaconi, mox in ipso lectionis vestibulo interrumpens, auspicetur Graduale, Tractum vel Alleluia, quasi scilicet hoc satis sit, si adstātes sciant, cuius sit lectio aut epistola.

Dum Euangelium cantatur in summo sacro, expedit dare signum per campanam, vt existentes in vicino Laici, ad eleuationem Dominici corporis & sanguinis inuitentur.

In eleuatione corporis & sanguinis Christi, & post, vsq; dum cantatur Agnus Dei, sileant organa. Nulla cātetur Antiphona, neque pro pace, neq; aduersus pestē, aut mortalitatem, sed silenter pro se quisque, aut flexis genibus, aut prostratis humi corporib⁹, passionis ac mortis Christi commemorationem faciat, ac redemptori gratias agat, pro bñficijs per mortē ipsius largissimè acq̄sitis.

Statuimus insupèr, ìmò antiquorum Patrum statuta innouamus, vt sub summo sacro, nulli sacerdotum liceat eodem in templo sacrā rem facere, sed priuatas Missas anteà absoluant, vt omnibus ad publicum sacrum conuenire sit integrum, & chorus plenus & collectior pleniorem ac puriorē Deo cultum exhibeat.

Et si optare potiùs q̄ sperare liceat, adesse quotidiè aliquos, qui Eucharistiam accipiāt: volumus tamen, vt sacerdotes ad frequentationē huius mysterij, & sacram communionem Laicos adhortentur: nec tamē ideo sacerdotes à quotidiano sacro desistere oportet, quòd desint, qui cum sacerdote sacra faciente, mensæ Dominicæ quotidiè sacramētaliter communicent.

Ordinamus prætereà, vt per singulas diœceses nostræ prouinciæ, Missarum officia decantentur & legantur, prout in Missali ordinario vniuscuiusq; diœcesis ordinatū est. Et si qua Diœcesis, p̄prio ordine Missalis caruerit, ad modum nostræ Treuereń ecclesię

Missali vtetur: neq; alicui publicè aut priuatim alienis Missalibus vti licebit. Idem & de Breuiarijs obseruari volumus.

De moderandis ferijs.

NVmerum festorũ creuisse admodùm videmus, sed calentem fidelium deuotionem frigescere: eoq; ventum esse, vt bona pars hominum omia festa negligat, idq; impunè, nec sine Ecclesiæ dedecore. Pauperes, qui non habent vndè alant vxorẽ & familiam, clamant omnem ferè cessationẽ damnosam sibi esse. Operæ precium ꝓinde nobis visum est, festorum numerum contrahere, quô & effrenes coerceãtur, & aliquid detur necessitati pauperum. Itaque hæc festa omninò celebria esse volumus, & pro pastorali nostro officio soleñiter celebrãda mandamus & ꝑcipimus: Dies Dominicos oẽs, festum Natiuitatis Christi, Stephani, Ioãnis, & omnium Apostolorum, Circuncisionis, Epiphaniæ & Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis virginis Mariæ, Paschę cum duobus sequentibus, Assẽsionis, Pentecostes cum duobus sequentib⁹, Corporis Christi, Ioannis Baptistæ, Magdalenæ, Laurentij, Crucis, Michaëlis, Omnium sanctorum, Martini, Catharinę, Andreæ, Nicolai, Thomæ. Et in ciuitate nostra Treuerensi hæc festa Patronorum: Maximini, Simeonis, Visitationis, Helenæ, Paulini, Trãslationis Materni & Eucharij. Et in singulis ciuitatibus, oppidis, & Parochijs Dedicationis festa, & Patrocinia celebrari mãdamus. Cæterùm dies Innocentum, Cinerum, Parasceues, Cœnæ Dominicæ, Sabbati magni, Marci, tres Rogationum, Commemorationis animarum, & omnes reliquos dies stationum, quos ecclesia nostra Treuerensis in diebus aliorum Patronorum, vel pro specialibus rogatiõibus ab antiquo introductis, in ciuitate nostra Treuerensi vel eius suburbio obseruatis, vsque in meridiem feriari volum⁹, ita vt facto sacro, cuiq; ad labores aut negocia sua redire liceat. Simili ratione in cathedralibus & Diœcesibus Suffraganeorum nostrorum, quibus tamen arbitrium sum in hoc relinquimus, & in alijs locis & parochijs Diœcesis nostræ obseruanda. Et si quis, siue clericus, siue laicus, in prænominatis celebribus festis, aut in alijs ante meridiem operæ mercenariæ publicè vel priuatim, aut compotatiõibus, choreis, ludis, aut id genus lasciuijs & leuitatibus temerè & contumaciter sese dederit aut immiscuerit, ab Officialibus nostris arbitraria pro modo delicti, etiã brachij secularis auxilio (si opus erit) inuocato, puniri mandamus. Cætera verò festa, quacunq; ratione instituta sunt vel recepta, in foro libera facimus. In choro verò & ecclesia eadem festa, prout ab antiquo obseruata sunt, deuotè celebrentur: ita tamen, vt historiæ & lectiones parùm probatæ, omittantur.

Et cùm potissimùm hac de causa indictæ sint feriæ, vt festos dies in Dei laudibus, & gratiarum actione, ac audiendo verbo Dei populus transigat, curent nostrarum Diœcesis & Prouinciæ, Ciuitatum, oppidorum, & locorum magistratus ac Rectores, vt populus prænominatis diebus festis, verbum Dei deuotè audiant, & diuina frequentent. Neq; tempore diuinorum, & præsertim hora, qua concionatores verba faciunt ad populum, patiantur ciues vacantes ociosis fabulis, in foro stantes.

¶De religiosis monachis & monialibus.

REligiosos varij nominis & regulæ, simul & pia loca, sancta Romana ecclesia, benigno fauore semper prosecuta, specialibus gratijs, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus decorauit: ea omnia nos per nostram Diœcesim & Prouinciam nostram Treuereñ nullatenùs imminuere, sed magìs illibata cõseruare, & quatenùs aliorum iure saluo possumus, augere & extendere in votis habemus & intendimus. Sed ita, ne sub ouina pelle, gregem Dominicum truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine, virus hæreticæ prauitatis obrepat, & sub prætextu conuersationis Euangelicæ, spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia (præter singulorum Ordinum ab ecclesia receptorum regulares institutiones, quas tanquàm salutares ab omnibus & singulis, prout illos respectiuè concernunt, obseruari mandamus) varij Canones editi sunt, à quibus (quod doleter referimus) si nõ ab oẽibus neq; in omnibus, à plerisq; tamẽ & multis declinatur: non solùm in propriæ salutis discrimen, sed & in religionis opprobrium, & plurimorum fidelium scandalum, sed & in illius, cui suam integritatem spontanea voluntate deuouerunt, grauem offensam. Quapropter quæ in ijs ab Ecclesia & prędecessoribus nostris sanctè & canonicè statuta sunt, vt inuiolabiliter ab omnibus obseruentur, seriò mandamus & præcipimus.

Et inter cæteros abusus reformandos curent Prælati, Abbates, Priores, guardiani, simul & monasteriorum Visitatores, & alij quocunq; titulo nominentur, ne aliquis ante decimum quintum annum, ad probatiõis annum admittatur.

Item ne quis anno probationis non completo, ad professionem recipiatur.

Item receptis sic, præceptores idonei deputentur, qui eos in regulari obseruantia, & diuinis officijs non minùs quàm in literis, & è conuerso, instituant & forment.

Ad sacros ordines suscipiendos, non nisi ætate & scientia sufficientes præsentent.

Itẽ idonei ad iussum superioris sui, excusatiõe legitima cessante, se faciãt ꝓmoueri.

Quodq; gratis singuli ad professionẽ recipiãtur, nullo accepto precio, nec aliqua facta

cta conuentione: & ne hæc sub paupertatis prætextu pallientur, districtè inhibemus.

Nõ patiãtur Abbates, Priores, Abbatissę, aut Priorissæ, vt suorũ Monasteriorum monachi aut moniales, honestatis habenis & monachali modestia laxatis, impudenter se secularibus negocijs inuoluant, aut extra monasteriorum sepța deambulent, vagentẽ, & discurrant: & si qua ineuitabilis necessitas intercedat, quòd tũc nullus egrediatur, nisi honesta subsit causa. Et tunc non nisi de expressa licentia superioris, & cum habitu decenti & honesto socio.

Cæteris canonibus de vestitu, cibo, peculio, officio, capitulis, Visitatoribus, & correctione monachorum promulgatis, in suo robore permanentibus, volumus, vt omnes Abbates & priores, tales diligenter obseruare procurent, quod ijsdem districtè præcipiendo iniungimus.

Moniales verò, quarũ sexus fragilior est, nulla ratione vel causa, nisi tanta & talis sit, quòd omninò notoriè excuset, monasteria sua egredi facultatem habeant: sed & tunc, non nisi cum honesto & decenti habitu, & associatæ egrediantur, idq; de expressa licẽtia Episcopi, Abbatis, Visitatoris aut ab ijs potestatem habentis, quam patri confessori pro tempore existenti, concedi prohibem⁹.

Nulli prorsus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis & manifesta causa subsit, ac tũc speciali licentia illius, ad quem spectat cõcessio petita & obtenta, accessus vel ingressus ad moniales pateat. Et quę de clausura in regularibus ordinum cõstitutionibus mandantur, oẽinò & illibatè teneantur & obseruentur: vt sic à publicis & mundanis conspectibus separatæ, seruire Deo liberiùs valeant, & sublata lasciuiendi opportunitate, corda & corpora sua in oẽi sanctimõia diligẽti⁹ custodire possint.

Prohibemus insupèr districtè, ne moniales ordiné aliquẽ ꝓfessæ, Cõfessorẽ habeant alium, quàm eiusdem ordinis & regulæ.

Religiosi oẽium ordinũ, vt siniſtrę suspicionis etiã tollatur occasio, quascunq; mulieres, & religiosas, & seruientes Deo, in ambitum seu periodũ monasterij recipere, aut introducere nullatenùs præsumant.

Religiosi conuiuia secularium non frequentent, sed nec facilè illos ad cœnobia inuitent, nisi necessitas & honestas ad superiorum dictamen id suadeant.

Religiosi mensam nõ nimiùm lautam aut sumptuosam, neq; delicijs ad luxum exquisitis, redundantem habeant: quam à bẽdictione auspicari, sacræ lectionis pastu fouere, hymno & gratiarum actione absoluere cõuenit. Interim à lógo accubitu, comessationibus fœdis, compotandi studio, à crapula & ebrietate omninò abstineant.

Religiosi, vt omnibus bono exemplo, nullis verò, quantũ in ipsis erit, offendiculo sint, honesto prædecessorum suorum mõre, non nudis *byrrhis, aut pileis, sed capitibus cucullo tectis in publico incedant. Et nullatenùs ad balnea promiscua, aut alia loca publica intrent: sed nec ad nuptias, aut nuptiarum conuiuia vadant. Neque pueros de sacro baptismatis fonte, per se vel suffectas personas suscipere præsumant.

Insupèr statuimus, imò antiquorũ Patrũ Canones renouando mandamus, ꝙ nullus monachorum pro lucro terreno, de monasterio suo exire, nefandissimo ausu, aut secularibus negocijs sese immiscere ꝑsumat. Itaq; religiosos à curtibus monasteriorum suorum, ad monasteria reuocari, & curtes ꝑ fideles Laicos, seu ꝑbendarios administrari iubemus.

Insupèr, Mendicantium ordinum Prælati omninò prouideant, ne posthàc terminarij eleemosynarum partem quouis modo sibi vendicent, sed eas colligentes cum honestate morum, Dei habito timore, omni scãdalo semoto, integram ad Conuentum, & in commune conferre & præsentare, ad euitãdam proprietatis notam, studeant.

De monasterijs non molestandis.

LIcèt ex iniuncti nobis pastoralis officij debito, super cunctum gregem nobis comissum, mentis nostræ aciem dirigere teneamur, vigilantiùs tñ & cautiùs agendum ducimus in ijs, vbi subditorum nostrorũ maiora incõmoda & picula verturtur. Sanè vti ex plurimorum querela didicimus, multi Barões, Præfecti, Officiati, aut alij nobiles & ignobiles, in transigendis aut componendis suis, vel aliorũ controuersijs & dissidijs, vel simili prætextu, sese cum equis & iumẽtis in monasteria, vel eorũ curtes, aut possessiones conferunt, & hospitio excipi volunt, vt nedum luxus, dissoluendæ religionis & monasticæ disciplinæ, ac turbandorum diuinorũ inibi in animarum discrimen, & Dei offensam occasio nascatur, verumetiam vt experientia docti comperimus, nisi prouisionis nostræ auxilio succurramus, piculum sit, ne monasteria tãdèm funditùs exhausta depauperentur & collabãtur. Nos itaq; huiusmodi malo, ac innumeris ꝑtereà, & diuersis tribulationibus & iniurijs, ꝙbus sub ꝑfato prętextu religiosi sæpè afficiũtur, medelã competentem, quã possumus, adhibere volẽtes: Mandamus omnibus Præfectis & Officiatis nostris, ac alijs ꝙbuscunq; baronibus, nobilibus & ignobilibus, vt nũc & posthàc, talia iam ꝑdicta tentare & facere nullo modo ꝑsumant, neq; sub colore memorato aut simili, monasteria aut eorum curtes infestare aut molestare deinceps attentent.

Mandamus insupèr districtè omnibus & singulis Abbatibus, Prioribus & Religiosis, ne deinceps tales etiã proprio suo consensu recipiant vel admittant. Et si per aliquẽ prælatum, aut alium quempiam permissum, cõces-

ceſſum, vel actum fuerit, animaduerſione condigna ita cum illo agemus, vt cæteri ab exemplo diſcant obedire. Et ſi contra præmiſſa violenter quiſquam ſeſe ingeſſerit, aut indebitè iniurias, aut moleſtias monaſterijs, aut eorundem perſonis intulerit, in eundem præſentis ſtatuti vigore excommunicationis ſententiã ferimus. Atq; volumus, quòd Prælati & Religioſi eundem nobis, aut officialibus noſtris, publicè ſignificare & deferre nominatim teneantur. Nos verò aut Officiales noſtri, extunc contra eundem ordine iuris ſeruato, vſq; ad condignam violentiæ, iniuriarum & damnorum ſatisfactionem procedemus, & per Officiales noſtros procedi mandamus: ſaluis nihilominùs, & in ſuo robore duraturis omnibus alijs Apoſtolicis, Imperialibus, ac prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus & ordinationib⁹, per quas eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis, in ſuis libertatibus proſpectum eſt & prouiſum: quas etiam innouamus, & per noſtrã ciuitatem, Diœceſim, & prouinciam Treuerenſem, inuiolabiliter obſeruari mandamus: Iure etiam & præeminentia patronorũ & fundatorum, ſemper ſaluis & illibatis.

Prætereà inhibemus hac noſtra Synodali conſtitutione, ne quis aliquam religionem profeſſus, Eccleſiarum parochialium gubernacula & curam ſuſcipiat, niſi de noſtra vel ordinariorum admiſſione, ſubſiſtente cauſa legitima, & ſuperiorum ſuorũ voluntate & licentia obtenta. Ita tamen, quòd per ſuperiores ſuos reuocari poſſint, ac reuocati humiliter obedire teneantur. Et ſi qui hactenùs aliter admiſſi ſunt, vel aſſumpti, volumus & iubemus, per Officiales noſtros, in ciuitate & Diœceſi noſtra Treuereñ, ac per Suffraganeos noſtros, eorundemque Vicarios, per totam prouinciam Treuereñ, ad ſuperiores illorum remitti, vt dignas dent temeritatis ſuæ pœnas.

Eccleſias verò Monaſterijs vnitas ſeu incorporatas, ſi nõ tanta intercapedine diſtãt, quin religioſi earundem curam habituri, in communis vitæ regulari obſeruãtia & obedientia degere poſſint, per huiuſmodi religioſos prouideri & regi, modò idonei ſint, permittimus. Si verò Vicarios alios, ſiue in propinquis, ſiue in diſtantibus Parochijs, perpetuos vel amobiles pro arbitrio conſtituere velint, hæc non p̃ſumant, niſi per nos, noſtros Suffraganeos, aut officiales noſtros & Vicarios, tanquã habiles & idonei reperti & admiſſi fuerint.

Volumus inſupèr, ꝙ religioſi ad curã animarum ſic admiſſi, per omnia ſe parochialibus ſacerdotibus, iuxta has noſtras & p̃deceſſorum noſtrorum ſynodales conſtitutiones & ordinationes, necnon vniuerſalis eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis Canones in verbi diuini explanatione, Euangelij prædicatione, diuinorum celebratione, ſacramentorum adminiſtratione, per omnia cõformẽt, & nihil nouitatis introducere præſumant.

Mendicantiũ verò ordinũ fratres, in verbi Dei ꝓpoſitiõe & p̃dicatione, in audiẽdis confeſſionibus Chriſtifideliũ, in ſepulturis & funeralibus & alijs huiuſmodi, ſe p omnia cõforment cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis deſupèr editis: quas in poſterum inuiolabiliter obſeruari mãdamus, ſublata penitùs poteſtate, cæteris religioſis quorumcunq; ordinum, non mendicantiũ, ad curam animarũ, vt p̃mittitur, non admiſſis nec receptis, ne ijs ſe ingerant: quod eiſdem diſtrictè præcipiendo mandamus: ſaluis tamen regularibus conſtitutiõibus omnium eorundem ordinum.

De caſibus verò nobis reſeruatis, hoc ſtatuimus, ne ꝙs eorũ deciſionem ſibi arroget, niſi à nobis ſpecialiter ſibi cõmiſſum fuerit. Nos tñ hoc negociũ dabimus exptis, eruditis & ꝓbatis aliquot presbyteris: prout etiã in ſimilibus caſibus Suffraganei noſtri aliquos perſuas Diœceſes deſignare poterũt, quibus hoc committant.

In caſibus verò non reſeruatis, nullus Parochianũ alterius Parochiæ abſoluere præſumat, niſi de licentia ordinariorũ loci, vel ex permiſſiõe ꝓprij Parochialis ſacerdotis, idq; non niſi in caſibus in cõſtitutione Balduini felicis recordationis p̃deceſſoris noſtri expreſſis. Et religioſi, etiã mẽdicantium ordinum fratres, non obſtante quocunque priuilegio, in ciuitate, Diœceſi & Prouincia noſtra Treuereñ, præmiſſa obſeruare debebunt & tenebuntur. Immò priores & Guardiani, non debent deputare fratres ſuorum ordinum, ad confeſſiões audiẽdas, niſi pitos & prudẽtes, q etiam à nobis & ordinarijs locorũ, & nõ alijs, (ꝙbus p̃ſcripta ſuperiorum noïari & p̃ſentari tenenť) admittendi ſunt.

Et cùm omẽs Chriſtifideles, ex cõſtitutione Eccleſiæ, ſemel in anno teneanť ꝓprio ſacerdoti confiteri, ſi quis hoc neglexerit, & in Paſchate ſacrã Euchariſtiam accipere recuſauerit, (niſi fortè de licẽtia & cõſilio cõfeſſoris abſtineat) ſic decedens, careat Eccleſiaſtica ſepultura, & viuus ab ingreſſu eccleſiæ arceať. Proindè in virtute ſanctę obedientiæ p̃cipimus eccleſiarũ Rectoribus, Vicarijs & Capellanis, curam gerentibus animarum, vt omnes huiuſmodi rebelles & inobedientes, nobis aut locorum Epiſcopis & Ordinarijs, per ſcripta nominatim indicẽt, vt vel Canonicè puniantur, vel pudore ſuffuſi, reſipiſcant. Quãobrem etiam diſtrictè ꝓhibemus oĩm Ordinum religioſis, curam animarum non habentibus, ne alicui ſacram Euchariſtiam porrigere p̃ſumant, niſi de expreſſa permiſſione & ſcientia paſtoris.

De Decanis Chriſtianitatis.

VOlumus, vt omnes Decani Archidiaconatus tituli ſancti Lubentij in Dietkyrchen/ ſe conforment Archipresbytero in Vuetz-

flaria, & illius ſtatutis & iuribus, in caſibus qui ſingularibus ſtatutis deciſi non ſunt.

Cæterùm in omnibus alijs Archipresbyteratibus, & ſedium Chriſtianitatis Decanatibus noſtræ Diœceſis, volumus & mandamus, quòd omnium & ſingularum Eccleſiarum Parochialium curati, intra annum à die acceptæ poſſeſſionis, per ſe vel procuratorem legitimum, præſtent iuramentum Decano: quo præſtito, in fratrem recipiatur, & ſaluis Iuribus Capituli conſuetis, Decanus nunc & poſthàc à ſic recepto, habebit pro ſe vnum aureum Rheneñ. Et tenebitur quilibet in Capitulis generalibus & annalibus, & ſimiliter, quando neceſſitate occurrente, Decanus capitulum indicit, ſub pœnis conſuetis comparére, & quotam expenſarum & ſumptuum à Decano factorum perſoluere. Necnon deinceps, quocunque paſtore plebano decedente, noſtro nomine marcã nobis debitam, ipſe Decanus ſubleuabit, & Sigillifero noſtro fideliter tradet.

Et pro ſe & iuribus ſuis, à quolibet ſic decedẽte, ipſe Decanus habebit tres florenos Rheneñ in auro, non obſtantibus quibuſcunque alijs ſtatutis & conſuetudinibus: q̃ & quas præſentium tenore caſſamus, irritamus & reuocamus. Atq; præcipimus, quòd deinceps contra præmiſſa nullæ fiant pactiones, ſtatuta, aut ordinationes, niſi de noſtra aut Archidiaconorũ loci, expreſſa admiſſione & licentia.

Et quô præmiſſa in plenarium effectum deducantur, vt cupimus, volumus & pręſentium tenore ſtatuimus, ſi quis elapſo anno in fratrem capituli, vt præmittitur, ſe recipi non curauerit, tunc in pœnam eius, propter contumaciam, fructus anni illius, qui noſtrũ annum conſequitur, ſequeſtrentur. Et niſi intra eundem annum paruerit, extunc tales fructus confiſcabũtur: nobis pro media parte, reliqua medietate inter Archidiaconũ loci & Decanum diuidẽda. Et ſic deinceps ſingulis annis fiat, donec & quouſq; paruerit.

Prætercà ſinguli capellani, aut vicecurati, non reſidentium Paſtorum, tenebuntur ſingulis annalibus capitulis comparére, & oſtẽdere Decano commiſſionem regendi: aliãs eoſdem præſentis ſtatuti vigore excommunicationis ſententia teneri volumus, mandãtes Decanis locorũ, vt mox tales nobis, aut archidiacõis noſtris denũcient declarãdos.

Atq; ipſi Capellani, ſeu vicecurati, nunc & in poſterum de fructibus aut arrenda nullatenùs reſpõdeant ante finem anni, niſi retenta marca & media marca præmiſſis. Alioquin ipſi de his reſpondere, & de ſuo ſoluere tenebuntur. Quod etiam tempore Capitulorum obſeruãdorum generaliter, & cuilibet ſpecialiter, tempore admiſſiõis iniungi volumus & mandamus.

Inſupèr ſtatuimus & ordinam⁹, quòd deincèps decedentibus Prælatis Monaſteriorum, ſiue Collegiatarum Eccleſiarum, quibus quacunq; authoritate Eccleſię parochiales vnitæ aut incorporatæ ſunt, ita tamen & taliter, ꝙ non per fixos Vicarios, ſed duntaxat ad nutum amobiles Capellanos gubernentur & regantur, ꝙ extunc morte Prælatorum intercedente, nobis marca argenti, alijs verò Archidiaconis, ſedium Chriſtianitatis Decanis & capitulis, infra annum iura *alijs præſcripta perſoluantur. Inſupèr prę- for. *aliâs cipiẽtes, vt ipſi capellani, vt p̃mittitur, amobiles, non niſi idonei admittãtur, & admiſſi, ad comparitionem & omnia capitularia onera teneantur & compellantur, ſub modis & formis præſcriptis.

¶De Competentia Paſtorum.

QVum multorum querela pulſante intellexerim⁹, varios eſſe, qui vel ob inopiã Parochias ſuas deſerere & mutare, aut contra Canonum ſanctionem ſecularibus negocijs ſeſe implicare, aut pro ſacramẽtis Eccleſiaſticis immoderatè exactionem facere præſumũt, aut in dedecus clericalis ordinis, victum quaſi mendicare coguntur: dignum eſſe & æquum arbitramur, vt qui altari ſeruiũt, de altari & viuant. Neq; 1. Cor. 9. abſonum reputamus, vt ea quæ ex antiqua conſuetudine locorũ, Paſtoribus & Curatis ſolui & præſtari eiſdem ſolita ſunt, etſi modica ſint, benignè perſoluantur: eoque minùs ſub hoc ꝓtextu ſacramentorũ venditionem cauſentur iſti, q omĩa ſiniſtrè in ordinis clericalis confuſionẽ interpretantur: atq; vt omnium in hoc vniformis obſeruantia in noſtra Diœceſi conſtituatur, maturo conſilio ſtatuimus & ordinamus, vt deinceps in noſtra ciuitate & Diœceſi Treuerenſi, curatis pro licentiatorio ſeu dimiſſorijs literis, duodecim albos rotatos: pro educendis ſeu benedicendis puerperis, duodecim denarios: pro eo tempore, quo ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramẽtum ad infirmos defertur, for. *ob quatuor denarios: *extremæ verò vnctiõis ſacramentum, duodecim denarios, pro offertorio quatuor feſtiuitatum, pro qualibet vnum denarium exigere liceat.

Vltrà tñ nullus curatus exigere p̃ſumat, datũ tñ aut oblatũ liberaliter recipe poteſt.

Pariformiter, pro Baptiſmi aut pœnitentiæ ſacramentis nihil exigat: liberaliter oblatum recipere poteſt.

In nuptijs verò celebrãdis, ſacerdos iuxta cõſuetudinem loci, cibarijs miſſis à nuptijs, debet cõtentus eſſe, nihil vltrà exigendo. Si verò copulati, pro ijs pecuniã largiri vellẽt, numerũ octo Alborum excedere nõ debẽt.

In funeralibus verò, aut exequijs defunctorũ, aut tertio, ſeptimo, & triceſimo, expẽſis & duobus albis, aut deficientibus expenſis, vltra tres albos ſacerdotes exigere nõ p̃ſumãt: ſed liberaliter oblata recipe poſſunt.

In pecoribus verò paſcẽdis & cuſtodien-

dis.& quæ ſunt domus dotis Eccleſiæ, curtis & ædificiorũ reparatiõis, Decanatus ſtatuta obſeruentur:& ijs deficientibus,ad ſtatuta Diœceſana,olim per felicis recordationis Bãlduinum prædeceſſorem noſtrũ edita & condita,recurſus haberi debet.

Inſupèr,ſi ſuper competentia q̃ſtio emerſerit,cùm certa regula dari nõ poſſit, coram ordinario loci proponetur & deducetur,ac ſummariè ſimpliciter & de plano per Officiales noſtros procedi, & ſententiam ferri mandamus: & ſi diffinitum aut cognitum fuerit, quòd competentia danda ſit,extunc nos aut Commiſſarij noſtri, quos ſpecialiter ad hoc deputabimus, primò recurſum habebunt ad decimam Parochiæ, ſiue eam Clerici ſiue laici habeant:atq; hac deficiẽte,ad plurium parochialiũ vniones ſeu annexiones,prout commodiùs fieri potuerit, & vltimò ſi nec ſic ꝓuideri poteſt, ordinaria authoritate Parochianos ad debitam parochi ſuſtentationem cõpellere oportebit.

¶De ſcholis.

MAgna & præcipua cura habenda eſt, vt iuuentus noſtræ ciuitatis,Diœceſis & Prouinciæ Treuerenſis,à primo ætatis flore, non minùs Chriſtianæ pietatis inſtitutis & incorruptis moribꝰ imbuatur,quàm rudimentis literarum incontaminatis rectè inſtituatur. Quapropter ꝓcipimus,vt iuxta Patrum antiquorum decreta,ſingula Collegia ſcholas inſtaurare,vel erectas conſeruare debeant,& Prælati Eccleſiarũ,ac alij, quibus id muneris ex officio incumbit, ſolerter prouidere,vt pædagogi & magiſtri idonei ſint & probi,atq; vitæ omninò inculpatæ:qui ea prælegant,quæ puerorũ ſeu adoleſcentum ætati conueniunt: dummodò nõ ſint obſcœna,ſuſpecta aut contagioſa. Simili ratione,hæc obſeruãda ſunt in ſcholis parochialibus oppidorum & aliorum locorũ diœceſis & Prouinciæ noſtræ Treuerenſis. In quibus curent parochiales ſacerdotes, ſi in præmiſſis defectus aut negligentia ſuboriatur,ꝙ Ordinarijs locorum denunciẽt: quibus iniungimus,vt diligenter circunſpiciant, ne quid in ijs quæ ad veram eruditionem, aut ad pietatem & cultum Dei attinent,negligatur.Prꝛterea,quo Collegia doctis & bonis viris ornentur & illuſtrentur, Prælati Eccleſiarum & Capitula, canonicos ſuos,id petentes,tribus annis expectantiarũ finitis,(quorum primus nobis,ſecũdus prꝛſentiarum augmento, tertius Eccleſiarũ fabricis debetur,non obſtantibus alijs expectantiarum,aut primæ reſidentiæ annis, ex ſtatutis vel conſuetudinibus debitis,quæ & quas ad effectũ præſentem ſtudiorum obtinendum,reuocamus & caſſamus,ſed quæ tñ ad alios, ad ſtudia non deſtinatos, illibata eſſe volumus) ſi in ſacris maioribus ordinibus fuerint,& ſtudijs apti extiterint,ad vniuerſitates Catholicas,arbitrio capituli, nec non ſufficienti tempore eis determinato,ac præbenda debita eiſdem aſſignata, ſaluo tñ & deducto conſueto onere,mittere debent. Ipſis verò in minoribus ordinibus exiſtentibus,de præbenda, quæ eis deducto onere,ſi reſiderent,deberetur,in abſentia reſpõdere tenebuntur:data tamen priùs ſufficiẽti cautione,de perceptis ſimpliciter Eccleſiæ reſtituendis, ſi finitis annis pro ſtudio cõceſſis,mox tunc infra proximum annum ſacris maioribus ordinibus initiari, & apud eaſdem Eccleſias reſidere diſtulerint:nõ obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis vel conſuetudinibus Eccleſiarum, quibus authoritate noſtra de conſenſu huius Synodi noſtræ Prouincialis, quatenùs præmiſſis contraria fuerint, præſentium tenore derogamus, & pro iſta parte tollimus, caſſamus, & annullamus.

Vt nemo clericos vel Eccleſiaſticas perſonas, ad iudicium ſeculare trahere præſumat.

MAgnũ abuſum & Canonibus & Imperialibus legibus contrarium, omninò tollere & abolere affectantes, vetera ſtatuta prouincialia prædeceſſorũ noſtrorum innouamus, & diſtrictè præcipiendo mandamus,ꝙ nullus eccleſiaſticam perſonã trahere ad iudicium ſeculare præſumat.

Et ſi laicus actor hoc fecerit,à iure ſuo cadat,& iudicatum non teneat,& iudex extũc omni poteſtate iudicandi ſit priuatus.

Clericus verò actor alium Clericum trahens vltra præmiſſa,ipſo facto ſententiã excommunicationis incurrat.

Clericus verò reus ſub ſimili pœna, ꝓter alias pœnas iuris,in iudicium Laicale non conſentiat.

Et quicunq; iudex ſecularis, directè vel indirectè per ſe vel alium Clericum coram ſe litigare aut reſpondere compellit,aut cautionem vel fideiuſſionem exigit, aut impedimentum & moleſtiã infert aut procurat, quo minùs Eccleſiaſticæ ꝑſonæ, in foro eccleſiaſtico liberè agere & defendere poſſint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat:à qua non debet abſolui, niſi priùs omni damno & intereſſe (vt vocamus) reſtituto, prout latiùs in prioribus ſtatutis prædeceſſorum noſtrorum ordinatum reperitur. At ſub ſimilibus pœnis, Iudex ſecularis Clericos reos nõ cõpellat,ſed & eis agentibꝰ in foro ſeculari,iuſtitiã denegare nõ ꝑſumat.

De Immunitate Eccleſiarum.

PRætereà ſtatuimus, ꝙ nullus à perſonis Eccleſiaſticis,ſeu eorum bonis, contra libertatem eccleſiaſticã pẽdagia,telonia,angarias,perangarias,collectas, aut exactiones extorquere aut imponere ꝑſumat, quinimò ad abſtinendũ ab ijs & ſimilibus, & ad reſtituendum, ſi quis aliquid extorſerit, Canonica monitiõe ꝑmiſſa, per ordinarios locorũ, iuxta eccleſiaſticam cenſuram cogatur.

¶Ne quis aliqua ſtatuta, contra libertatem Eccleſiæ facere præſumat.

VEtera ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum innouando & extendendo, præſente noſtra ordinatione caſſamus & irritamus omnia ſtatuta & conſuetudines,quæ & quas ciuitates,communitates & loca, Præſides,Poteſtates, Rectores & conſules,& quęcunq; aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ edere vel ſeruare præſumpſerint,& ſi aliqui ſecundum ſtatuta vel conſuetudines memoratas iudicauerint, iudicatum vigore careat,& ipſi iudicantes vel exequentes,ipſo facto inhabiles ſint ad omnem legitimum actum in Eccleſia:ſaluis nihilominùs alijs pœnis,contra tales in Concilio generali ꝓmulgatis.

¶De vita & honeſtate Clericorum.

ET ſi ſacræ Cæſareæ Maieſtatis Auguſtanam reformationem nobis & alijs Archiepiſcopis, Epiſcopis & Eccleſiarum Prꝛlatis,ad deliberãdum traditam,& eam quaſi ſacris canonibus conſonam & conuenientem,ſine omni ſanctæ ſedis Apoſtolicæ prꝛiudicio probatam receperimus,& in noſtra Diœceſi Treuerenſi ſolenniter publicari & exequi,quãtùm in nobis fuit, curauerimus, atq; nonnulla ſtatuta morum correctionem concernentia, in noſtra Epiſcopali ſynodo edi & publicari mandauerimus: in quibus abundè & ſufficienter contra ſimoniacos, concubinarios,ſortilegos,ebrioſos,vſurarios,& alios criminoſos prouiſum exiſtit:Nos tamen nunc authoritate Metropolitica, ea omnia innouando hortamur & monemus omnes & ſingulos noſtræ Ciuitatis,Diœceſis & Prouinciæ Prælatos & ſubditos, quatenùs quemlibet concernit,vt Dei timore & reuerentia habitis,oñi prauo affectu ſemoto,cùm ſacræ Cæſareæ reformationis intuitu,tum noſtra Metropolitica authoritate, ex ſacrorum canonum & generalium Conciliorum prꝛſcripto, ſanctꝛ ſedis Apoſtolicꝛ authoritate ſemper ſalua,in omnibus ijs ſeſe irrepræhenſibiles & inculpabiles reddant & exhibeant. Alioquin Prælatorum negligentiam,ſubditorum verò exceſſus,opportunis iuris remedijs,inquãtum poſſumus, ſupplebimus & corrigemus.

¶Vt quilibet habeat copiam ſtatutorum Prouincialium.

NE quiſpiam affectata ignorãtia ſe valeat excuſare, præcipimus & mandamus,quòd per ciuitatem, Diœceſim & Prouinciam noſtram Treuerenſem,hõrum noſtrorum ſtatutorum legitima fiat publicatio,& quòd omnium & ſingulorum Monaſteriorum,collegiorum Prælati & Rectores, necnon Chriſtianitatis Decani & Plebani locorum,copiam ſtatutorum & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, & præſentium ſtatutorum ſemper & continuò penes ſe habeant & teneant, & in ijs ſtatuta & ordinata, inquantùm quemlibet concernunt, inuiolabiliter obſeruent. Alioquin negligẽtes ſeu contrarium facientes, in ijs ſcriptis excommunicamus,præter alias pœnas ſuprà comminatas:reſeruando tamen nobis, & ſucceſſoribꝰ noſtris Archiepiſcopis Treuerẽſibus Metropolitanis,poteſtatem ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis,addendi, minuẽdi,corrigendi,extendendi, interpretandi & declarandi,quotiès opus fuerit, & viſum erit expedire. In cuius rei fidem, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datũ in Metropolitana noſtra eccleſia Treuerenſi,die decimotertio Maij,Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimonono.

CONCILIVM OECVMENICVM TRIDENTINVM, SVB PAVLO III. IVLIO III. ET PIO IIII. CELEBRATVM.

DE TRIDENTO.

TRidentum oppidum eſt peruetuſtum, in Italiæ & Germaniæ confinibus ſitum in planitie fertili, atq; vndiq; ferè montibus altiſſimis ſeptum,rebus maximis gerendis aptiſſimum. Sunt qui ſcribãt à Brenno Gallorum Senonum duce, ante annos mille nongentos conditũ, & à Theodorico Gotthorũ rege mœnibus & propugnaculis cinctum.

BVLLA INDICTIONIS SACRI OECVMENICI CONCILij Tridentini ſub Paulo III. Pontifice maximo.

PAulus epiſcopus,ſeruꝰ ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Initio noſtri huius Pontificatus, quem non ob merita noſtra, ſed propter ſuã magnã bonitatem, Dei omnipotentis prouidentia nobis commiſit, cernẽtes iamtum in quas perturbatiões temporũ,quotq; incommoda rerum ferè omnium noſtra paſtoralis ſolicitudo & vigilia eſſet vocata,cupiebamus quidẽ mederi Chriſtianæ Reip. malis,quibus illa iamdudùm vexata,& propemodùm oppreſſa eſt:ſed ipſi etiam vt homines,circundati infirmitate, ad tantũ onus tollendum impares vires noſtras eſſe ſentiebamus. Nam cùm pace opus eſſe intelligeremus ad liberandam & conſeruandã à plurimis impendentibus periculis Remp. oñia inuenimus odijs & diſſenſiõibus plena, diſſentientibus præſertim Principibus ijs inter ſe, quibus ſumma rerum penè omnis à deo per-

permissa est. Cùm vnũ ouile & vnum pastorem Dominici esse gregis, ad integritatem Christianæ religionis & ad cælestium bonorum spem in nobis confirmandam, necessarium duceremus, schismatis, dissidijs, hæresibus erat Christiani nominis diuulsa iam penè & lacerata vnitas. Cùm tutam atq; munitam ab infidelium armis atq; insidijs Rempub. optaremꝰ, nostris erratis, nostraq; cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat amissa, Hungaria vexata, conceptum & meditatum contra Italiam, contraq; Austriam & Illyricum terra mariq; bellum: cùm impius & immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret, nostrorumq; inter se odia & dissensiones suam benè gerendæ rei occasionẽ duceret. Igitur, vt dicebamus, in tanta hæresum, dissensionum, bellorumq; tempestate, tantisque excitatis fluctibus, cùm essemus ad moderandam & gubernandam Petri nauiculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus: primùm coniecimus in Domino cogitatus nostros, vt ipse nos nutriret, animumq; nostrum firmitate & robore, mentẽ consilio sapientiaq; instrueret: deindè animo repetentes, maiores nostros sapiẽtia admirabili & sanctitate præditos, sæpè in summis Christianæ reipublicæ periculis, remedium optimum atque oportunissimũ œcumenica concilia & Episcoporum generales conuẽtus adhibuisse, ipsi quoq; animum ad generale habendum Concilium adiecimus, exquisitisq; principum sententijs, quorum nobis videbatur vtilis in primis & opportuna ad hanc rem esse consensio, cùm eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere, inueniremus, œcumenicum Concilium & generalem eorũ episcoporum aliorumq; Patrũ, ad quos pertineret, conuentum in ciuitate Mantuæ indiximus, anno incarnationis Domini, sicut literis & monumentis nostris testatum est, millesimo quingentesimo trigesimoseptimo, Pontificatus nostri tertio, ad 10. Calend. Iunij inchoandum: spem propè certam habentes, fore vt cùm illic in nomine Domini essemus congregati, ipse, sicut promisit, Dominus in medio nostrûm affuturus, & bonitate ac misericordia sua omnes temporum procellas, omniaq; pericula spiritu oris sui facilè depulsurus esset. Sed vt semper insidiatur pijs actiõibus humani generis hostis, primùm contra omnem spem & expectatiõem nostram denegata fuit nobis Mantuana ciuitas, nisi aliquas conditiones subiremus, ab institutis maiorũ nostrorum, & conditione temporum, nostraq; ac huius sanctæ sedis ac nominis Ecclesiastici dignitate libertateq; prorsus alienas, quas in alijs literis nostris expressimus. Quapropter alium inuenire locum, aliamque deligere ciuitatem necesse habuimus: quæ cùm non statim nobis occurreret idonea & apta, ad sequentes Calend. Nouemb. prorogare concilij celebrationem fuimus coacti. Interim sæuus & perpetuus hostis noster Turca ingenti classe Italiam adortus, aliquot oppida in litoribus Apuliæ cepit, vastauit, diripuit, prædas hominum abegit: nos in maximo timore & periculo omnium, muniendis litoribus nostris, finitimisq; auxilio iuandis fuimus occupati: nec tamen interea destitimus consulere & hortari Christianos principes, vt de idoneo ad habendum concilium loco quid sentirent, nobis exponerent. Quorum cùm essent incertæ variæq; sententiæ, tempusq; diutiùs, quàm erat opꝰ, videretur extrahi, nos optimo animo atque (vt arbitramur) etiã consilio Vincentiã elegimus, vrbem copiosam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virtute, authoritate, potentia cùm aditum patentem, tum stationem omnibus liberam atq; tutam in primis in se habentem. Sed cùm iam tempus lõgiùs progressum esset, nouæq; vrbis electionem omnibus significari conueniret, iamq; calendæ Nouemb. appetentes facultatẽ huius diuulgationis excluderent, hyemsq; esset propinqua, rursus altera prorogatione tempus Concilij differre in proximum sequens ver, Maijq; futuras Calendas compulsi fuimus. Qua re firmiter constituta atq; decreta, cùm & nosipsos & cætera omnia ad eũ benè agendum, Deo iuuante, celebrãdumq; conuentum pararemus, plurimum reputantes interesse cùm celebratiõis concilij, tum vniuersæ Christianę Reipublicę Christianos principes pace inter se & concordia consentire, charissimos in Christo filios nostros, Carolum Romanorum Imperatorem semp Augustum, & Christianissimũ regem Franciscum, duo pcipua Christiani nominis firmamenta atq; subsidia, orare atq; obsecrare instituimus, vt ad colloquiũ inter se & nobiscum vnà conuenirent: quorum quidem apud vtrunq; literis, nuncijs, & à latere nostro missis ex venerabilium fratrum nostrorum numero legatis sæpissimè egeramus, vt ex simultate & dissidijs ambo in vnum fœdus & piam amicitiam vellent conuenire, labentibusque succurrere Christianis rebus: quarum seruandarum cùm esset illis potestas ab Deo præcipuè tributa, si id non ageret, & ad commune Christianorum bonũ sua consilia non dirigerent, acris & seuera ratio eidem Deo ab ipsis reddenda esset. qui aliquando precibus nostris annuentes, *Niceam se contulere: quò nos quoq; longum iter, & senili ætati nostræ vehementer contrarium, Dei & pacis conciliãdæ causa suscepimus: neque prætermisimus interea, cùm tempus concilij pstitutum, Calendæ videlicet Maij appropinquaret, tres legatos summæ virtutis ac authoritatis à latere nostro, de numero eorundem fratrum nostrorum, S.R.E. Cardinalium, Vincentiam mittere, qui

*Niciam

Matt. 18.

q; initiũ Concilij faceret, Prælatosq; vndiq; venientes exciperent, & ea quæ iudicarent esse opus, agerent & tractarent, quò nos ab itinere & negocio pacis reuersi, omnia accuratiùs dirigere possemus. Interim verò in illud sanctum opus maximeq; necessarium, tractatiõem videlicet pacis inter principes, incubuimus, & quidem omni animi studio, omni pietate ac diligentia. Testis est nobis Deus, cuius freti clementia, nosmetipsos itineris & vitę periculo exposuimus. Nostra testis conscientia, q̃ nihil habet hac in re quidem, in quo nos arguat aut prætermissæ, aut non quæsitæ ad pacificandum occasionis: Principes ipsi testes, quos tam sæpè, tamque vehementer nuncijs, literis, legatis, monitis, hortatu, precibusq; omnibus obsecraueramus, vt simultates deponerẽt, vt societatem coirent, vt Christianæ Reipub. in maximum & propinquum iam adductæ discrimen, cõmunibus studijs & subsidijs opitularentur. Iam verò testes illæ vigiliæ atq; curæ, illi diurni nocturniq; animi nostri labores, grauesq; solicitudines, quas ob hanc rem & causam plurimas iam suscepimus, nec tamen ad optatum exitum nostra consilia & acta adhuc perducta sunt. Ita enim visum Domino Deo est, quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benigniùs respecturum. Ipsi quidem, quãtùm in nobis fuit, nihil quod esset pastorali nostro officio debitum, in hac re omisimus. Quòd si qui sunt, q̃ actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem, dolemus quidem, sed tamen in dolore nostro gratias Deo omipotenti agimus, qui ad exemplum & doctrinam patiẽtiæ nostræ suos voluit apostolos haberi dignos, qui pro nomine Iesu, qui pax nostra est, contumeliam paterentur. Verùm in illo congressu colloquioq; nostro, quod Niceæ habitum est, etsi peccatis nostris impedientibus, inter duos principes vera & perpetua pax non potuit confici, induciæ tamen decennales factæ sunt: quarum opportunitate nos sperantes & sacrum Concilium commodiùs celebratum iri, & deinde ex concilij authoritate perfici posse pacem, apud principes instituimus, vt & ipsi venirent ad cõcilium, & prælatos suos præsentes ducerent, absentesq; accerserent. Qui cùm de vtroq; se excusassent, quòd & ipsis redire in regna sua tum necesse esset, & Prælatos, quos secũ habuissent, itinere atque impendijs fessos atque exhaustos recreari & refici oporteret, nos hortati sunt, vt aliam quoq; prorogationem temporis habẽdi concilij decerneremus. Qua in re concedenda cùm essemus aliquantùm difficiles, literas interim à legatis nostris, qui Vincentiæ erant, accepimus, transacto iam & longiùs præterito concilij ineundi die, vnum vix aut alterum ex externis nationibus prælatum Vincentiam se contulisse. Quo nuncio accepto, cùm videremus eo tempore nulla iam ratione haberi Concilium posse, ipsis principibus concessimus, vt differretur tempus Concilij vsq; ad sanctum Pascha, diemq; festum futuræ Dominicæ resurrectionis. Cuius nostri præcepti expectationisq; decretæ literæ, Genuæ anno incarnatiõis Domini M.D.XXXVIII. 4. Calend. Iulij factæ publicataq; sunt: atq; hanc dilationem eò propensiùs fecimus, q̃ polliciti est nobis vterq; princeps legatos suos Romam ad nos se missurum, vt ea, quę ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Niceæ ob breuitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ commodiùs coram nobis ãgerentur & tractarentur. Et ob hanc rationem etiam à nobis ãmbo petierunt, vt hæc pacificationis procuratio concilij celebrationi proponeretur, cùm ipsum conciliũ pace facta multo deinde vtilius & salutarius Christianæ Reipublicæ futurum effet. Semp enim hæc pacis spes nobis iniecta, Principũ nos volũtatibus assentiri hortata est: quam spem vehementer auxit post discessum à Nicea nostrum, ipsorum duorum Principum inter se beneuola amicaq; congressio: quæ maxima nostra cum lætitia à nobis intellecta, confirmauit nos in bona spe, vt tandèm aliquando nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cùm & expeteremus & vrgeremus, nec solùm duobus antedictis principibus, verùm etiam charissimo in Christo filio nostro Ferdinando regi Romanorum videretur actionem concilij, nisi pace facta, suscipi non oportere, cunctiq; à nobis per literas suos q̃; oratores cõtenderent, vt alias rursus temporis prorogationes faceremus, præcipuè autem instaret sereniss. Cæsar, promisisse se demonstrans ijs, qui à catholica vnitate dissentiũt, se operam suam apud nos interpositurum, vt aliqua cõcordiæ ratio iniretur, quod ante suam in Germaniam profectionem aptè non posset fieri: nos eadem semper spe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cùm præsertim cerneremus, ne ad dictum quidem resurrectionis festum alios pꝰ latos Vincentiam conuenisse, prorogatiõis nomen iam fugientes, quod tam sæpè frustrà fuerat repetitum, celebratiõem generalis concilij ad nostrum & sedis Apostolicæ beneplacitum suspendere maluimus: itaque fecimus, & de suspensiõe huiusmodi literas ad singulos supradictorum principum decima die Iunij 1539. dedimus, sicuti ex illis perspicuè potest intelligi. Ea itaque suspensione necessariò per nos facta, dum tempus illud magis idoneum à nobis pacisque aliqua conclusio expectatur, quæ & dignitatẽ posteà frequentiamque concilio, & Christianæ Reipub. præsentiorem salutem erat allatura, Christianæ interea res in deterius quotidiè prolapsę sunt, Hungaris rege ipsorum.

Act. 5. Ephe. 2.

rum mortuo Turcá vocantibus, Ferdinando rege bellum in eos mouente, Belgis ad defectionem à Cæsare ex parte quadam incitatis, cuius defectiõis cõprimendæ causa p Galliam amicissimè, & cum rege Christianissimo cõcordissimè, magno beneuolę inter eos voluntatis indicio, transiens in Belgas serenissimus Cæsar, & illinc deinde in Germaniam profectus, conuentus Germaniæ principum & ciuitatum, tractandæ eius, quã dixerat, concordiæ causa habere cœpit. Sed cùm, spe pacis iam deficiente, ille quoq; modus curandæ in cõuentibus tractandęq; concordiæ ad maiores potiùs discordias cõcitãdas *aptus esse videretur, inducti fuimus ad pristinum Concilij generalis remedium reuerti: idq; per legatos nostros S.R.E. cardinales ipsi Cæsari obtulimus, quod etiam postremò & præcipuè in Ratisponensi conuentu egimus, cùm illic dilectus filius noster Gaspar tituli S. Praxedis Cardinalis Contarenus, summa doctrina & integritate, Legatum nostrum ageret. Nam cùm (id quod ne accideret, anteà veriti eramus) ex eius conuentus sententia peteretur à nobis, vt ab ecclesia dissentientiũ quosdã articulos tolerãdos declararemus, quòd per œcumenicum Concilium illi excuterentur & deciderent, idq; nobis vt concederemus, neq; Christiana & Catholica veritas, neq; nostra & sedis Apostolicæ dignitas permitteret, palàm potiùs Cõcilium vt quamprimũ fieret, propono mandauimus. Neq; verò in alia vnquàm sententia & voluntate fuimus, quàm vt primo quoq; tempore concilium œcumenicũ & generale congregaretur. Sperabamus em̃ ex eo & pacem populo Christiano, & Christianæ religionis integritatem posse recuperari: veruntamen id cum bona gratia & voluntate Christianorum principũ habere volebamus. Quam voluntatem dum expectamus, dum obseruamus tempus absc̃ditum, tempus beneplaciti tui, ô Deus, aliquando tandem decernere compulsi sumus, omne esse tempus beneplacitum Deo, cùm de rebus sanctis & ad Christianam pietatem ptinentibus cõsilia ineuntur. Quapropter videtes, maximo quidẽ animi nostri cũ dolore, rem Christianã quotidiè in peius ruere, Hũgaria à Turcis oppressa, Germanis piclitantibus, cæteris omnibus metu mœroreq; afflictis, nullius iam principis cõsensum expectare, sed tantùm Dei omnipotentis voluntatẽ & Christianæ Reipub. vtilitatem attendere constituimus. Itaq; cùm Vincẽtiam ampliùs nõ haberemus, cuperemusq; cùm vniuersę Christianorum saluti, tum Germanicæ nationis incõmodis in eligendo p nos nouo Concilij habendi loco cõsulere, aliquotq; locis ꝓpositis, ipsam Tridentinam ciuitatẽ ab ipsis desiderari videremus: nos etsi in citeriore Italia cõmodiùs oĩa tractari posse iudicabamus, ad eorum tamen postulationes nostrã voluntatẽ paterna charitatẽ deflexim⁹: itaq; Tridentũ ciuitatẽ elegim⁹, qua in ciuitate œcumenicũ conciliũ ad proximè vẽturas Calẽd. Nouemb. haberet, idoneum locũ illũ statuentes, quò ex Germania quidẽ, alijsq; Germaniæ finitimis nationib⁹ facilimè, ex Gallia, Hispania cęterisq; ꝓuincijs remotioribus nõ difficiliter episcopi & ꝓlati conuenire possent. Dies autẽ Concilij ea à nobis spectata est, q̃ spatiũ in se haberet & publicandi p Christianas nationes nostri huius decreti, & facultatis oĩbus Prælatis ad veniendũ tribuẽdæ. Quo minùs autẽ annuum tẽpus ꝓfiniremus mutãdo concilij loco, sicut quibusdã cõstitutionibus aliàs prę scriptũ est, ea res fuit in causa, q̃ longiùs extrahi spẽ sanandæ aliqua in parte Christianę Reip. q̃ tot detrimentis & calamitatibus affecta est, noluimus. Et tñ videmus tempora, agnoscimus difficultates: quid sperari possit ex consilijs nostris, incertũ esse intelligimus. Sed qa scriptũ est, Reuela Dño viã tuã, & spera in eo, & ipse faciet: magìs Dei clemẽtiæ & misericordiæ confidere, q̃ nostræ imbecillitati diffidere cõstituimus. Sæpè enim fit in bonis operibus incipiẽdis, vt quod humana consilia non valent, diuina virtus efficiat. Huius igitur ipsius Dei oĩpotẽtis, Patris & filij & spiritussancti, ac beatorum eius apostolorum Petri & Pauli authoritate, qua nos quoq; in terris fungimur, freti atq; subnixi, de venerabiliũ itẽ fratrũ nostrorũ S.R.E. Cardinaliũ cõsilio & assensu, sublata atq; amota suspensiõe, de qua suprà commemoratum est, quã p ꝑsentes tollimus & amouemus, sacrũ œcumenicũ & generale conciliũ in ciuitate Tridentina, loco commodo & libero, omnibusq; nationibus opportuno, ad Calẽd. ꝓximas Nouemb. anni ꝑsentis ab incarnatione Dñi 1542. incipiendũ, ꝓsequendum, & eodẽm Domino adiuuante, ad ipsius gloriam atq; laudem, & Christiani. totius populi salutẽ absoluendũ perficiendumq; indicimus, annunciamus, conuocamus, statuimus atque decernimus: omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, episcopos & dilectos filios abbates, q̃ alios quoscunq;, q̃bus iure aut priuilegio in Concilijs generalibus residendi, & sententias in eis dicendi pmissa potestas est, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilo minùs eis in vi iurisiurandi, quod nobis & huic sanctæ sedi prę stiterunt, ac sanctæ virtute obediẽtiæ, alijsq; sub pœnis, iure aut cõsuetudine in celebrationibus conciliorum aduersus non accedentes ferri & proponi solitis, mãdantes arcteq; ꝓcipientes, vt ipsimet, nisi fortè iusto detineantur impedimento, de quo tñ fidem facere compellantur, aut certè per suos legitimos procuratores & nuncios sacro huic Concilio omninò adesse & interesse debeãt. Suprà autem dictos Imperatores regemq́ Chri-

*apertus

Psal. 36.

Christianissimum, necnon cæteros reges, duces, principes, quorum præsentia si aliàs vnquàm, hoc quidem tempore maximè sanctissimæ CHRISTI fidei, & Christianorũ omnium futura est salutaris, rogantes atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei & Domini nostri Iesu Christi, cuius fidei veritas & religio & intùs & extrà grauiter iam oppugnatur, vt si saluam volunt Christianã esse Remp. si se Domino obstrictos & obligatos pro maximis illius erga se beneficijs intelligunt, ne deserant ipsius Dei causam & negocium, ipsimet ad sacri Concilij celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas atque virtus communi vtilitati salutiq; suæ ac cæterorum & temporali & æternæ plurimùm est profutura. Sin autem, id quod nollemus, accedere ipsi nõ poterunt, at graues saltem viros legatos cũ authoritate mittant, q̃ personã Principis sui quisq; & cum prudẽtia, & cum dignitate possint in Concilio referre. In primis verò vt id curent, quod ipsis facilimum est, vt ex suis cuiusq; regnis ac ꝓuincijs episcopi & prælati sine tergiuersatione & mora ad conciliũ ꝓficiscãtur. Quod maximè quidem à Prælatis Principibusq́ Germaniæ Deum ipsum atq; nos impetrare æquum est, vt cùm eorum præcipuè causa ipsisq́ cupientibus concilium indictũ sit, & in ea ciuitate indictum, quæ ab eis est desiderata, non grauentur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare & ornare, quõ meliùs atque commodiùs quæ ad integritatẽ & veritatem Christianę religionis, quę ad bonorum morũ reductionem, emendationem q̃; malorũ, quę ad Christianorum inter se, tam principum, q̃ populorum pacẽ, vnitatẽ, concordiam q̃; pertineant, & quæ ad repellẽdos impetus Barbarorũ & infidelium, quib⁹ illi vniuersam Christianitatẽ obruere moliunt, sint necessaria, Deo nostris cõsultationibus præeunte, & lumen sapientię suę ac veritatis mentibus nostris preferente, agi in dicto sacro Oecumenico Concilio, & conspirante oĩum charitate cõsuli, tractari, confici, ad optatosq; exitus deduci q̃primùm, & q̃optimè possint. Atq; vt nostræ hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorũ, quorum oportet, perueniant, néve quis illorum ignorãtiæ excusationẽ prætendat, cùm præsertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus. volumus & mãdamus, vt in Basilica Vaticana principis apostolorũ & Ecclesia Lateranensi, cùm ibi multitudo populi ad audiendam rem diuinam congregari solita est, palàm clara voce per curię nr̃æ cursores, aut notarios aliquos publicos legãtur, lectæq; in valuis dictarũ ecclesiarum, itemq́; Cãcellarię Apostolicę portis, & cãpi Floræ solito loco affigant̃, vbi ad lectionẽ & notitiã cunctorũ aliquandiù expositæ pendeant: cumq́; inde amouebunt̃, earũ nihilo minùs exempla in eisdẽ locis remaneãt affixa. Nos em̃ ꝓ lectionẽ, publicationẽ, affixionemq́; huiusmodi oẽs & quoscunque quos antedictę nr̃ę cõprahẽdũt, post spatiũ duorũ mensiũ, à die literarũ publicatiõis & affixionis, ita volum⁹ obligatos esse atq; adstrictos, ac si ipsismet illæ coràm lectę & intimatæ essent: transsumptis quidẽ earũ, quæ manu publici notarij scripta aut subscripta, & sigillo psonæ alicuius ecclesiasticæ in dignitate constitutæ munita fuerint, vt fides certa & indubitata habeat̃, mandam⁹ atq; decernim⁹. Nulli ergo oĩnò hominũ liceat hãc paginã nr̃æ indictionis, annũciationis, conuocationis, statuti, decreti, mãdati, præcepti & obsecrationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare ꝓsumpserit, indignationem oĩpotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli apostolorũ eius, se nouerit incursurũ. Dat. Ro. apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1542. II. Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno 8.

Blosius.

Hier. Dand.

SESSIO PRIMA SACROSANCti Oecumenici & generalis Concilij Tridẽtini sub Paulo 3. Pont. Maxim. celebrata die 13. mensis Decembris, Anno Domini 1545. præsidentibus in eo nomine eiusdem Pontificis, Reuerendiss. D. D. D. Iohanne Maria de monte, Marcello Ceruino, & Reginaldo Polo, S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis delatere Legatis.

IN noĩe Dñi Amẽ. anno à natiuitate eiusdẽ Domini nostri M.D.XLV. Indictione tertia, die verò dominica tertia aduẽt⁹ Dñi, in qua fuit festũ sanctę Luciæ, & xiij. mensis Decẽbris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Dñi nr̃i, Dñi Pauli, diuina ꝓuidẽtia Papæ tertij, anno xij. ꝓ felici inchoatione sacrosanctæ œcumenicæ & generalis Tridẽtinæ Synodi, fuit facta ꝓcessio gñalis in ciuitate Tridẽtina, ab ecclesia sanctissimę & indiuiduę Trinitatis, ad ecclesiã Cathedralẽ: assistẽtibus in ea tribus sedis Apostolicæ legatis, & R. & Illustriss. D. Christophoro Madrucio, tituli S. Cæsarij sanctę Roma. ecclesię presbytero Cardinali & epo Tridẽtino: necnõ R. Patribus Dñis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Doctorib⁹, ac illustrib⁹ & nobilibus viris infrascriptis, cum multis alijs Doctoribus, tũ in Theologia, tum in vtroq; iure: ctiã cum magno numero Baronum & Comitũ, necnon

cum clero & populo dictæ Ciuitatis: Qua finita, præfatus Reuerend. & illustrissimus Dominus cardinalis de monte, primus legatus, celebrauit Missam de sancto Spiritu in sancta cathedrali Ecclesia, & Reuerend. Pater Dominus Episcopus Bitontinus habuit orationem. Deinde finita Missa, dictus Reuerendissi. D. de Monte Cardinalis dedit benedictionem populo. Postmodùm comparuit coram eisdem R. Legatis & prælatis, egregius vir magister Zorrilla, Secretarius Illustriss. D. Didaci de Mendoza, oratoris Cæsareæ & Catholicæ maiestatis, & præsentauit literas excusatorias super eius absentia, quæ fuerunt lectæ alta voce. Interèà lectæ fuerunt Bullæ indictionis Concilij. Postmodùm præfatus Reuerendiss. de Monte legatus, vertit se ad Patres Concilij, dicens: Placét ne vobis ad laudem & gloriã sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, ad extirpationẽ hæresum, ad pacem & vnionẽ Ecclesiæ, ad reformationem cleri & populi Christiani, ad depressionem & extinctionẽ hostiũ Christiani nominis, decernere & declarare, sacrum Tridẽtinum et generale Cõcilium incipere & inceptum esse? Respõderunt, Placet. Et cùm proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri Iesu Chri, & subsequantur aliæ festiuitates labentis & incipientis anni, placétne vobis primam futurã sessionem habẽdam esse die Iouis post Epiphaniam, quæ erit septima mensis Ianuarij anno Domini 1546? Respõderunt, Placet. Postremò idem Reuerẽdissimus de Monte, benedixit Synodum: & deinde cantores cãtauerunt, Te Deũ. Super quibus omnibus D. Hercules Seuerolus, ipsius Cõcilij ꝓmotor, petijt à D. Claudio de la Casa, Clerico Virdunensis diœcesis, & notario eiusdẽ Concilij, & ab alijs notarijs, vnum vel plura fieri instrumentum, seu instrumenta.

Sequuntur nomina Prælatorum, qui interfuerunt apertioni Concilij.

Reuerendiss. P. D. Archiepiscopi.
Aquensis, Panormitanus, Vpsalensis, Armacanus.
Episcopi.
Hipporegiensis, Feltrensis, Cauensis, Fęsulanus, Caputaquensis, Sancti Marci, Gienensis Hispanus, Stabiẽsis, Pacensis, Astoricẽsis, Sidoniẽsis, Thermularũ, Lancianẽsis, Syracusanus, Agathensis, Aquinatensis, Bitontinus, Vigorniẽsis, Bellicastrẽsis, Britonorienſis, Clodiensis, Ioãnes Fonseca Episcopus Castelli maris Hispanus.

Fuerunt præsentes Illustres D. Castel Alto, Capitaneus ciuitatis Tridentinę, & D. Antonius Queta, oratores sereniſsimi Romanorum Regis.

Interfuerunt etiam Generales ordinum Mendicantium.
Ordinis Minorũ, Ordinis Cõuentualiũ, Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, Ordinis beatæ Mariæ seruorũ cum multis, tum secularibus, tum regularibus Doctoribus. Angelus Massarellus, sacri Concilij secretarius, manu propria.

Admonitio, atque hortatio Legatorum Sedis Apostolicæ, ad patres in Concilio Tridentino, lecta in prima Sessione.

PAtres Reuerend. &c. Cùm ipsa muneris nostri ratio, qui in hac sancta Synodo Præsidentium & Sedis Apostolicæ Legatorum personã gerimus, hoc postulatura videtur, vt crescentibus negocijs, quæ in hoc sacro consessu, ad Dei gloriam, & Ecclesię vtilitatẽ sunt expediẽda, ſępiùs apud vos cohortandi & commonendi causa, verba faciamus: tum verò in hac prima Sessione, quę felix (vt speramus) principiũ ipsi Cõcilio est datura, minimè hoc à nobis ꝓtermittẽdum duximus. Eô verò libentiùs hoc officio fungimur, quòd cùm vos vel hortamur, vt ea faciatis, quæ digna tanto conuentu sint, vel à contrarijs dehortamur, nosmetipsos etiam hortamur ac dehortamur, qui in eadẽ quasi naui vobiscum sumus, ijsdemque periculis, quibus vos, ijsdẽ tempestatibus subijcimur. Nosmetipsos (inquam) excitamus ad vigilãdum, ne vel in scopulos incidamus, qui plurimi proculdubiò in hoc cursu sese offerẽt: vel magnitudine negociorum, tanꝫ fluctuũ obrui nos negligentia nostra patiamur: verùm ſpe & fide erecti, eò nauigationẽ dirigamus, quò maximè portus salutis, ad DEI gloriam in Christo Iesu sese ostendet. Igitur vt ab eo incipiamus, de quo maximè in hoc principio admonendi omnes sumus, vnusquisque nostrûm ante oculos sibi in primis proponere debet, quænã sint, quę ab hoc sacro Concilio expectentur: ex quo quisque facilè intelliget, quantum sibi oneris incũbat. Sunt verò ea (vt omnia summatim complectamur) quæ in Bulla indictionis Concilij continentur: nempe hæresum extirpatio, disciplinæ Ecclesiasticæ & morum reformatio, ac tandèm pax æterna totius Ecclesiæ. Hæc ergo sunt, quæ nos curare, vel potiùs ꝓ quibus assiduè orare, vt Dei benignitate fiant, oportet: atq; illud est, de quo ante omnia in ipso Concilij exordio, omnes & singulos qui huc cõuenimus, primùm autẽ nos ipsos qui in tam sancto ministerio præsidem⁹, admonẽdos duximus, ne vnquàm cogitemus, vel per singulos, qui hîc adsunt, vel per vniuersum Cõcilium, etiam si omnes Pastores ex vniuerso terrarum orbe huc coirent, tantis malis, quibus nunc grex Christi est oppressus, ꝓuideri posse. Si enim putamus hoc à nobis perfici posse, aut ab alio, quàm ab ipso Christo, quem Deus pater vnicum nobis seruatorem & pastorem dedit, cui etiam omnem potestatem dedit, erramus sanè in fundamento omnium actionum nostrarũ, & diui- Matth. 28.

& diuinam iram magìs prouocabimus. Adiungimus enim ad superiora mala, quæ propterea nobis acciderunt, quòd ipsum fontem aquæ viuę reliquimus, hoc alterum maximum peccatũ, quod nostra vel prudentia, vel potentia ijsdem malis mederi velimus: vt meritò de nobis dicatur, quod Propheta in persona Dei, veterem populum accusans, dicit: Hier. 2. Duo mala fecit populus hic. me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt sibi cisternas non valentes continere aquas. Tales verò cisternæ sunt omnia consilia, quæ à nostra prudẽtia, non afflata ſpiritu diuino, proficiscuntur, quæ non modò populos in pietate & obedientia, tanquàm aquas in cisternis, continere nó valent: sed quô magìs his artibus retinere eos laboramus, eô violentiùs tanꝫ torrentes à nobis defluunt & discedunt: Vt superiorum annorum experientia, multis in locis, satìs nos docere potest, & nunc admonere, vnicã tantùm viam medendis his malis relictam, si nostra omnia 1. Cor. 1. remedia inutilia esse agnoscentes, & valere potiùs ad augẽda, ꝫ ad tollẽda mala: ad Chri potentiã, quem dexteram suã Deus pater appellat: ad Christi sapientiam, qui est sapiẽtia patris, in omnibus nos, qui patrum personã gerimus, fide & ſpe confugiamus: huius nos in omnibus ministros esse agnoscamus. Hîc verò quæritur (inquit Apostolus) inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Hoc autem nunc nobis agendum est, vt ministros nos in omnibus idoneos præbeamus. Erimus verò idonei, si nos ex nobis minimè idoneos esse iudicauerimus. Quis enim (inquit idem Apostolus) ad hæc idoneus? vt, ꝙ ne cogitare quidem aliquid ex nobis, quasi ex nobis, simus sufficientes. Verùm hoc fateri non satìs est nobis: hoc dicere potuit Apostolus, & per hanc portam ingredi ad obeundum munus suum, in eo se ministrum fidelem, ac idoneum ostendere, qui simul dicere potuit, de ministerio suo loquens: Nihil mihi conscius sum. Nobis verò, qui, si verum fateri volumus, aliter dicere non possumus, quin nobis conscij simus, in administrando munere nobis impositoin plurimis defeciſſe, & horũ etiam malorũ, ad quę corrigenda vocamur, non minima ex parte causam extitiſſe, non satìs est hîc fateri, ad tantũ munus nos impares esse. Quid ergo nobis agendum, vt idonei hoc tẽpore Christi ministri in Ecclesia instauranda esse possimus? Idem prorsus quod Christus ipse Episcop⁹ animarum nostrarũ fecit, cùm venit ad fundandam & formãdam Ecclesiam suã. Idem sanè Patres faciendum erit nobis, quod ipsa sapientia Patris fecit, cùm venit, vt multos filios in gloriam adduceret: Id quod nobis item propositum nunc esse debet. Is enim cùm oppressos peccatis oẽs inueniſſet, omnia omnium peccata in seipsum transtulit, seq; 2. Cor. 2. 2. Cor. 3 1. Cor. 4. vnum ante Deum pro omnibus reum & nocentem constituit, ac pœnam nobis debitã sustinuit, tanquam omnia flagitia & omnia scelera, quę nos commiseramus, ipse commiſſet, cùm tamen ab omni labe peccati puriſſimus esset. quippe qui peccatum nó fecit 1. Pet. 2. neq; vnquàm inuẽtus est dolus in ore eius. Quòd verò Christus pro immensa sua charitate erga Deum patrem, & pro misericordia erga nostrũ genus fecit: hoc nunc, vt ipſi faciam⁹, iustitia ipsa à nobis flagitat, vt omnium horum malorũ, quibus grex Christi est oppressus, nos Pastores corã tribunali misericordię Dei reos cõstituamus, atq; omnium peccata in nos ipsos nõ tam piè, ꝙ iustè trãsferentes, quia reuerà horum malorũ magna ex parte nos causa sumus, diuinã misericordiam p Iesum Christum implorem⁹. Quòd verò dicim⁹, nos pastores his malis ꝙbus Ecclesia est oppressa, causam dediſſe, ſi ꝙs hoc acriùs, & magìs per exaggeratiõem quandã verborum, quàm verè dictũ existimet, hoc quidem ipsa rerum experientia, quæ mentiri nó potest, comprobabit. Respiciamus ergo paululùm ad ipsa mala, quibus Ecclesia opprimitur, ac simul etiam ad nostra peccata. Sed quis hæc numerare valeat, quæ simul cum reliquis malis multitudine superãt arenam maris, & vsque ad cęlũ clamãt? Circunscribamus ergo tantã multitudinẽ nostrorũ malorũ illis limitibus, quib⁹ hoc Concilio, quod capitalibus malis medendis est vocatum, ea circũscripsit. Sunt verò illa tria, quæ suprà commemorauimus, hæreſes, lapſa morum disciplina, & inteſtinũ atq; externũ bellum. Hîc ergo videamus & consideremus, cùm tam multis annis Ecclesia his calamitatibus vexetur, vndenã ipsa originem habuerunt: num illis nos quodammodò principium, num fomentum dederimus? Primùm verò examinemus initium hæresum, quæ hac nostra ætate passim pullularũt: quibus si negare volumus nos principium dediſſe, quia nullius hæreseos ipsi authores fuimus: tamẽ cùm peruersæ de fide sententiæ, tãquàm vepres quædam sint & ſpinæ, quæ in agro Domini, qui nobis colendus commẽdatus est, ortæ sunt: & si illæ quidem sua ſponte, vt solent aliquando vitiosæ herbæ, pullularunt: tamen qui non coluit quem debuit agrum, qui non seminauit, qui pullulantes per sẽ non statìm curam adhibuit vt extirparet, non minùs quidem principium illis dediſſe dicendus est, quàm si ipsa seminauerit, præsertim cùm hæc omnia à negligentia agricolæ ortum ducant, & incrementum habeant. Hîc ergo seipsos excutiant, qui sunt agricolæ in agro Domini, conſciẽtiam suam interrogẽt, quo modo in eo colendo, quo modo in seminando se gesſerint: Quod qui fecerint; his præsertim temporibus, quibus pauciſſimi agro Domini co-

colendo incumbunt, non multùm (credimus) dubitabunt, num ad ipsos pullulantium passim in Ecclesia hæresum culpa pertineat. Hæc verò monendi tantùm causa dicta, satis sint de his, quæ ad primum caput pertinent. Veniamus ad secundum, quod lapsam morum disciplinam, & abusus (vt vocant) complectitur. Hîc verò nihil attinet diu inuestigare, quinam tantorum malorũ authores fuerint, cùm præter nos ipsos ne nominare quidem vllũ alium authorẽ possimus. Quare ad tertium accedamus, quod impedimenta pacis Ecclesiæ in se continet: qualia sunt arma vel domestica, vel externa: hæc enim iampridèm pacem Ecclesiæ perturbarunt, & adhuc perturbant. De quibus hoc tantùm dicimus: si (quod Deus ipse certissimis signis ostendit) hæc arma flagella eius sunt, quibus nos affligit: quia duorum priorum capitum rei sumus, in quibus nos excusare nõ possumus, etiam horum armorum, præcipuam nos causam esse negare nõ possumus. Eiusmodi verò flagella Deum ob eam causam immittere cẽsemus, vt nos peccantes castiget: & peccata ipsa, quibus maiestatem eius maximè offendimus, nobis ante oculos ponat. Hîc verò quisquis aliquãdo animaduertit, quibus modis ecclesia armorum violentia vexata fuerit, secum ipse consideret, quęnam illa sint, in quibus præcipuè Ecclesia propter ipsa arma detrimentum patiatur. Nec verò hîc refert, de quorum armis loquamur, siue de intẽstinis nostrorũ Principum, siue de externis Turcarum armis, q̃ superioribus annis nos magnis calamitatibus affecerunt: siue de eorum, qui ab obedientia suorum Pastorum discesserũt, & ipsos à suis sedibus expulerũt. Hoc enim summatìm dicimus de omni genere armorum, si q̃ illa cõtra nos tractarũt, à suis Ecclesijs pastores fugarũt, ordines confuderũt, Laicos autem in episcoporum locum suffecerunt, Ecclesiæ bona diripuerunt, cursum verbi Dei impediuerũt: hîc, inquam dicimus, nihil horum esse, quod in libro abusuum Pastorum, maxima illorum pars, qui hoc nomen sibi vendicant, per se factum esse, si legere libuerit, nõ scriptum apertis verbis inueniat. Nostram enim ambitionẽ, nostram auaritiam, nostras cupiditates his omnibus malis populũ Dei priùs affeciſſe statìm inueniet, atque harum vi ab ecclesijs Pastores fugari, easque pabulo verbi priuari, bona Ecclesiarum quæ sunt bona pauperum, ab illis tolli, indignis sacerdotia conferri, & illis, q̃ nihil à Laicis, præterquàm in vestis genere, ac ne in hoc quidem differunt, dari. Quid enim horum est, quod negare possimus per hos annos à nobis factũ esse? Quare si Turca, si hæretici hoc idem aduersus nos faciunt, quid hîc aliud, quàm flagitia nostra, & simul iustum Dei iudicium videmus? iudicium verò plenum misericordia: si enim prò meritis nos castigaret, iampridèm sicut Sodoma & Gomorrha fuissem⁹. Cur verò hæc nunc commemoramus? an vt vos cõfundamus? absit, sed magìs, vt vos ceu Patres & fratres chariſſimos, primùm autẽ nosmetipsos admoneamus, quo pacto hæc, quibus nunc affligimur, flagella & grauiora quæ impendent, nisi resipiscamus, vitare possimus, vt effugiamus tremẽdum illud Dei iudicium, omnibus quidem non resipiscentibus tremendum, maximè verò illis, qui præsunt. Iudicium enim graue (inquit scriptura) his q̃ pśsunt, fiet. Iudicium verò incipere nũc vidimus à domo Dei. Dum enim nunc eijciuntur Sacerdotes, dum cõculcantur ab hominibus: quid aliud hoc indicat, quàm diuinũ de nobis iudicium, quod prędixit Christus, cùm diceret sacerdotes suos esse sal terræ: quòd si sal euanuerit, ad nihil valere vltrà, nisi vt eijciatur foràs, & conculcetur ab hominibus? Hæc verò omnia nos nunc patimur. Quòd si propter iustitiã, vt nostri maiores, beati nos quidem: at nũc iustè quidẽ, quia sal euanuit: minimè autem propter iustitiam patimur: in omnibus enim nostris afflictionibus videmus iudicium Dei. Atq; vtinàm quidem illud videremus: hoc enim initium esset omnia Dei iudicia & flagella effugiendi, atq; in gratiam & veram gloriam ingrediendi. Quæ res fecit, vt in his commemorandis acriores & lõgiores fuerimus: nisi enim hæc benè cognita & pśpecta fuerint, frustrà intramus in Concilium, frustrà inuocamus Spiritum sanctum, qui primum ingressum in animam hominis semper facere solet, per ipsius hominis cõdemnationem, vt condemnet mundum de peccato. Quare nisi ille spiritus nos apud nosmetipsos primùm condemnauerit, nondùm illum ingressum esse ad nos affirmare possumus, ac ne ingressurũ quidem, si peccata nostra audire recusamus. Idem enim dicetur nobis, quod populo veteri p Prophetam Ezechielem est dictum, cùm nõdùm agnitis suis sceleribus, Deum per Prophetam interrogare vellent. Sic autem ait Propheta: Venerunt viri Israel ad interrogandum Dominum, & sederunt coram me. Hæc autem dicit Dominus: Nunquìd ad interrogandum me venistis? Viuo ego, dicit Dominus, quia nõ respõdebo vobis. Sequitur autem: Si iudicas eos, abominationes patrum illorũ ostende illis. In quibus verbis ostendit Deus, quare noluerit respondere illis, quia nondũ scilicet abominationes suas & patrum suorum audierant. Quare cùm idem Dei spiritus sit, qui tum dabat responsa, & quem nunc nos sedentes coram Domino inuocamus: quid nobis faciẽdum sit, vt propitia responsa habeamus, ex his videtis: & simul quàm necessariò nos, qui præsidemus in hoc sacro consessu, à detegendis nostris peccatis sermonis exordium vobiscũ duximus. Quia verò nonnullos

Esa. 1.

Sap. 5.
1. Pet. 4.

Matth. 5.

Ezech. 20.

nonnullos nunc videmus, sua primùm peccata & nostri ordinis grauiter deflentes, atq; Dei misericordiam omnibus votis implorantes, ideo quidem in maxima spe sumus, ad nos veniſſe, quem inuocamus, Dei Spiritum. Hoc verò maximum pignus diuinæ misericordiæ habemus, nempe ipsam hanc inchoationem Concilij, in quo nunc conuenimus ad erigendam & instaurandam penè collapsam Ecclesiam, vt vetus populus post diuturnam captiuitatem apud externos reges, redijt Hierosolymam ad instaurandum templum. In illius verò populi statu, in illorum læta ad patriam profectione, & templi instauratiõe, nostri quidem temporis & nostri status, in hoc præsertim Concilio, imaginem intueri possumus: & in ducum eiusdem populi exemplo, vestrũ, qui duces estis populo DEI ad cælestem patriam contendenti officiũ videre. Quare omnes vos magnoperè hortamur, vt sæpiùs ad memoriam reũocetis, quæ in Esdræ, quæ in Nehemiæ, quæ etiam in Danielis libris sunt scripta: in quibus consilia omnium Ducum populi explicantur, quæ hunc vnum semper scopum habuerunt, vt sua & populi atque Patrũ peccata confitentes, ad pœnitentiam & implorationem diuinæ misericordiæ omnes excitarent. Quod cùm populus faceret, tum quidem omnia illis feliciter succesſẽre. Eadem verò consilia nobis, si felicem successum & exitum expectare volumus in instauranda Ecclesia, ob quam causam læti huc in spiritu conuenimus, sequenda erunt: atque eo quidem magìs, quo etiam maiora nobis certamina impendent instauraturis Ecclesiam, q̃ illis instauraturis templum. Si enim illis multi, quo minùs id perficeretur, se oppoſuẽre: si multi etiam, cùm opus impedire nõ possent, eos irriserunt: hoc quidem sic habetote, nobis nec irrisores defuturos, nec qui maximis viribus à cœpto opere nos deterreãt & auocent. Habebimus verò non modò colluctationem cum carne & sanguine, sed cum spiritualib⁹ nequitijs in cælestibus. Verùm his omnibus potentior est is, in cuius nomine hoc opus sumus aggressi. Quare in eo cõfidamus, ipsum precibus inuocemus, & ipse omnia perficiet. Quia verò hoc Concilium cùm deliberantium, tum verò iudicantium speciẽ refert, in quo & deliberatur de ijs, quę ad vniuersalis Ecclesiæ bonum pertinent, & etiam iudicatur, tam de rebus, quàm de personis: sedemus enim tanquàm iudicantes duodecim tribus Israel, quibus compræhenditur vniuersus populus Dei: ideò maximè locus videtur nos ipsos admonẽdi, vt caueamus ab his, quæ vel consultandi, vel iudicandi vim in nobis deprauare solent. Hæc verò sunt ipsæ animi passiones: quę ideò etiam perturbationes vocantur, quia rectum & verũ de rebus iudicium & sensum perturbant ac peruertunt. In quibus maximè illa sunt caueuenda, quæ rectè monet Ethnicus ille in cõsilijs abijcienda, cùm dicit: Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab ira, odio, amicitia, vacuos esse debere. Nã cùm in hæc omne genus hominum sit propensum, tum verò ij maximè, qui Principibus seruiunt: tales enim vehementiores habent affectiones: facilimè autem ad gratiam loquũtur, vel ad odium: prout scilicet ipsos existimant Principes affectos esse, à quibus mercedem expectant. Cùm verò de Principibus loquimur, tam de his qui Ecclesiastici vocantur, quàm qui seculares, loquimur. Ac licèt quidẽ nos Principes Christianos habere agnoscamus & gaudeamus, id quod in veteri, & iam recẽs fundata Ecclesia patres nostri nõ habuerũt: tamen ante omnia nobis in hoc Concilio semper est animaduertendum, hunc non esse locum laudandi aliquem, nisi solum Deũ in Christo Iesu, atque illum solum iustificãdi: omne autem genus hominũ condemnãdi, primùm verò nos ipsos, q̃ hęc loquimur, vt cum Daniele dicamus: Nobis confusio faciei, Regibus nostris, Principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt: tibi autẽ Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & nõ audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos Prophetas. Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam & declinauerunt, ne audirent vocem tuam: & stillauit super nos maledictio & detestatio. Hic verò nunc locus esset, vt eiusdem Prophetę exẽplum sequentes, cuius verba modò recitauimus, non solùm nostra qui sacerdotes sumus, sed populi, sed Principum, coram DEO & Ecclesia eius, peccata confiteremur, proq; omnibus veniam inploraremus. Sic verò dicit Daniel: Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei: nomine populi hoc loco omnium ordinum personas complectens, vt eius confessio, quã modò recitauimus, declarat: qua in re, quid nobis, qui pro salute vniuersæ Ecclesiæ tantis malis oppressæ, huc conuenimus, faciendum sit, satìs indicare videtur: nimirùm, vt nostra, & simul principum, ac populi peccata flentes confiteamur. Id quòd planè in spiritu mœroris satìs nunc abundè facimus: verbis verò vberiùs faceremus, si ipsi principes adessent, qui suam nobiscum confessionem & lachrymas coniungerent. Eiusmodi verò quasi funiculis peccatorum, vt Prophetæ loquuntur, Sacerdotum ac Principum, atque ipsius populi peccata sunt colligata, vt difficile sit de vnius ordinis peccatis inquirere, quin reliquorum simul ordinum peccata appareant. Sic verò omnes ordines vna rationis serie accusans, in veteri populo dicit Ezechiel in persona Dei: Sacerdotes eius contemṕserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sacrum & profa-

Ephe. 6.

Cæsaris in Catil. verba

Baruc. 1.

Danie. 9.

Ezech. 22.

Profanum non habuerunt distantiam. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prędam, ad effundendum sanguinem, ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. Populi terræ calumniabantur calumniam. Hæc ille. Quę vtinàm ad illa solùm tempora pertinerent, ac non nostri quoque temporis imaginem referrent. Vtinàm cùm de corruptela morum Sacerdotum loquimur, huic maximam occasionem, maximã materiam, & authoritatem ipsos Principes, atq; ipsum populum dedisse negare possemus. Sed reprimamus nunc verba, vsque ad tempus magìs opportunũ, fontes autem communium lachrymarum aperiamus. Redeamus verò ad eos, quos cœpimus admonendos, præsertim Episcopos, qui cum mandatis Principum huc venerunt. Sic verò illos admonemus, vt omni, qua possunt, fide & diligentia suis Principibus seruiant: verùm vt Episcopos decet, sic illis seruiant, vt serui Dei, non
1. Cor. 7. vt serui hominum. Nolite, inquit Apostolus, serui hominum esse. Primùm verò seruiãt vni Regi CHRISTO, cui Deus Pater omnẽ potestatẽ dedit: deindè verò propter eum omnibus, maximè autem Principibus: cui honorem, honorem: cui tributũ, tributum. Hortamur autem, vt Principibus seruiant ad honorem, quemadmodùm eorum mãdata verbis ipsis præse ferunt: in quibus
Rom. 13. nihil ferè, nisi honorificum, & ad publicam vtilitatem spectans, proponitur. Sic verò in summa seruiant, vt eorum officium in primis spectet ad honorem Dei, & vtilitatem huius Concilij, quod propter publicum bonum est conuocatum. Quare vt ab hoc maximè dehortamur omnes, qui hìc sententias coram Deo & Angelis eius, atq; coram vniuersa Ecclesia sumus dicturi, ne ad gratiam hominis alicuius loquamur: sic etiam multò magìs, ne ad odium cuiusquam sententiam proferamus, etiam si cõtra nos aduersarij, vel inimici & hostis personam gerat: deniquè vt ab omni inter nos contentione abstineamus, maximè optamus, & in Domino hortamur. Hæ enim sunt, quæ contristant & repellũt, quem inuocauimus Spiritum sanctũ, sine quo nihil omninò facere
1. Cor. 3. poterimus, quod ad bonum & pacem Ecclesiæ cedat. Cùm enim (inquit Apostolus) sint inter vos contentiones, nónne homines estis, & secundùm hominem ambulatis? Cùm verò homines eos appellat, Spiritus Dei expertes intelligit. In omnibus autem, quæ ad reformationem Ecclesiæ pertinent, ob quam causam conuenimus, imitari nos oportet illum, qui eam primùm formauit:
Esa. 42. de quo hoc ipsum opus ingrediente, sic in persona Dei Propheta loquitur: Eccè seruus meus, quem elegi: dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ: dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus nunciabit: non contendet, neque clamabit, arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans, non extinguet. Hunc verò spiritum pacis, charitatis & mansuetudinis, cùm semper apud omnes, & cum omnibus ostendere debeamus, tum verò maximè in hoc sacro confessu, in quo conuenimus, vt per gratiam ipsius Spiritus, contentionibus, quæ nimìs diu Ecclesiam vexârunt, finis tandem imponatur. Quare ne ipsi vllam contentionis ansam alicui demus, qui pacificorum personam gerimus, maximè est cauendum. Hoc verò, & cętera omnia incommoda & impedimenta pacis vnico modo euitabimus, atque ad optatum pacis portum perueniemus, si precibus ab humili & contrito corde profectis, ipsum CHRISTI Spiritum, qui est pax nostra, inuocauerimus: vt in hoc concilio præsideat, vt lucem cordibus nostris infundat, vtque nos in omnibus ad ipsius honorem, & veram Ecclesię vtilitatẽ regat & dirigat. Ad tales enim ipse dicit: Adhuc te loquente, ecce adsum. Esa. 65.
Quare vt huiusmodi oratiõibus assiduè incumbamus, quanta possumus charitate vos in Domino hortamur, vt vno ore atq; vno spiritu Deum patrem in Christo Iesu glorificemus, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

SESSIO SECVNDA, CELEBRATA die 7. Mensis Ianuarij, Anno 1546.

Anno à natiuitate Domini 1546. indictione 4. die Iouis, 7. mensis Ianuarij, põtificatus sanctiss. in Christo patris & D.D.N. Pauli, diuina prouidentia Papæ 3. anno 12. reuerendus, pater D. Episcopus Castellimaris celebrauit Missam de Spiritu sancto in ecclesia cathedrali & in loco sessionis. Qua finita, reuerendus pater dominus Epĩscopus S. Marci habuit orationem. Deinde Reuerendiss. Cardinales & alij prælati acceperũt pluuialia & mitras, fueruntque cantatę Litanię. Posteà Reuerend. Cardinalis de Monte benedixit Synodum, & fuerunt factæ cęremoniæ, in sessionibus publicis fieri solitę. Deinde reuerendus pater D. Episcopus Castellimaris legit decretum. Quo lecto, interrogauit Patres, vtrùm hæc placerent: qui responderunt, Placẽt, cum aliquibus additionibus, per aliquos ex patribus additis. Deinde interrogauit eos: Placet quòd proxima Sessio fiat 4. Februarij proximè futura? Qui respõderunt, Placet.

SEQVVNTVR NOMINA PRAElatorum, qui interfuerunt huic Sessioni, & in primis

Antedicti Legati.

Archiepiscopi,

Aquensis, Vpsalensis, Panormitanus, Armacanus.

Episcopi.

Hipporegiensis, Cauẽsis, Feltrensis, Gienensis, nunc Cardinalis: Placentinus, Foroiulien̄, Claramontanus, Fęsulanus, Caputaquensis

quensis, Sancti Marci, Soranus, Motulensis, Stabiensis, Sidonensis, Termularum, Agathensis, Lancianensis, Syracusanus, Vigornensis, Bitontinus, Bellicastrensis, Paceñ, Astoricensis, Britonoriensis, Aquinatensis, Clodiensis, Canariensis, Castellimaris.

Oratores Regis Romanorum.

Castel Alto, & Antonius de Queta.

Tres Abbates ordinis sancti Benedicti.

Generales ordinum Mendicantium.

Minoris obseruantiũ & alter Cõuentualium, Eremitarum sancti Augustini, generalis ordinis Carmelitarum, & sanctæ Mariæ seruorum. Et Claudius *Layus Sabaud⁹, & Presbyter reformatus, procurator R.D.C. Augustensis, & plures Barones.

Decretum secundæ sessionis.

De modo viuendi & alijs in Concilio seruandis.

SAcrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidentibus eiusdem Apostolicæ sedis legatis, agnoscens cum beato Iacobo Apostolo, quòd omne datũ optimum, & omne donum perfectum desursum
Iacob. 1. est, descendens à Patre luminum, qui ijs, qui postulant à se sapiẽtiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis: & simul sciens,
Eccl. 1. quòd initium sapientiæ, est timor Domini:
Psal. 110 statuit, & decreuit, omnes & singulos Christifideles, in ciuitate Tridentina congregatos, exhortandos esse, prout exhortatur, vt se à malis & peccatis hactenùs cõmissis emẽdare, ac decæterò in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sępiùs confiteri, Eucharistiæ sacramẽtum sumere, Ecclesias frequentare, præcepta deniquè Dominica (quantùm quisque poterit) adimplere, necnon quotidiè pro pace Principum Christianorum ac vnitate Ecclesię priuatìm orare velint: Episcopos verò, & quoscũq; alios in ordine sacerdotali constitutos, œcumenicum Concilium in ea ciuitate cõcelebrantes, vt assiduè Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ quolibet saltem die Dominico (in quo Deus lucẽ cõdidit, & à mortuis resurrexit, ac Spiritũ sanctum in discipulos infudit) peragere satagãt:
Act. 4. faciẽtes, sicut idem Spiritus sanctus per Apo-
1. Tim. 2. stolum præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro sanctissimo D.N. Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, ac pro omnibus hominibus, vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incremẽtum videamus. Prętereà hortatur, vt ieiunẽt saltem singulis sextis ferijs in memoriam passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in Ecclesia autem Cathedrali singulis quintis ferijs celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Litanijs & alijs orationibus ad hoc institutis. In alijs verò Ecclesijs eadem die dicãtur ad minùs Litaniæ & oratiões. Tempore autem quo sacra peragentur, colloquutiones & confabulationes non fiant, sed ore & animo celebranti assistatur.

Et quoniã oportet Episcopos esse irrepręhẽsibiles, sobrios, castos, domui suæ benè põsitos, hortatur etiam, vt ante omnia quilibet in mensa seruet sobrietatẽ moderationemq; ciborum. Deinde cùm in eo loco sæpè ociosi sermones oriri soleant, vt in ipsorũ Episcoporũ mensis diuinarum scripturarũ lectio admisceat. Familiares verò suos vnusquisque instruat & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi & voluptatũ amatores: vitia demũ fugiant, & virtutes amplectãtur, & in vestitu & in cultu, & omnibus actibus honestatem præse ferant, sicut decet ministros ministrorum Dei.
1. Tim. 3. Tit. 3.

Ad hæc, cùm huius sacrosancti Concilij præcipua cura, solicitudo & intentio sit, vt propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram Catholicæ veritatis, lux, Iesu Christo, qui vera lux est, annuẽte, candor, puritasq; refulgeat, & ea q̃ reformatione egent, reformẽtur: ipsa Synod⁹ hortatur omnes Catholicos hìc congregatos & congregãdos, atq; eos præsertim, qui sacrarum literarũ peritiam habent, vt sedula meditatione diligenter secũ ipsi cogitent, quibus potissimùm vijs & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatũ effectũ sortiri possit, quô maturiùs & consultiùs damnari damnanda, & probanda probari queant, vt p totum orbem omnes vno ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. In sententijs verò dicendis, iuxta Toletani Concilij statu-
Ioan. 1. II. Ca. 1. tum, in loco benedictionis considentibus Domini sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare: nullus etiam falsis vanísve aut obstinatis disceptationibus cõtendere: sed quicquid dicatur, sic mitissima verborũ prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Insuper ipsa sacra Synodus statuit & decreuit, quòd si fortè contigerit aliquos debito in loco nõ sedere, & sententiam etiam sub verbo Placet proferre, congregationibus interesse, & alios quoscunque actus facere Concilio durante, nulli propterea præiudicium generetur, nulliq; nouum ius acquiratur.

Angelus Massarellus sacri Concilij secretarius, manu propria.

Deinde indicta fuit futura Sessio ad diem Iouis quarta mensis Februarij proximè venturi.

TERTIA SESSIO.

ANno à natiuitate Domini 1546. quarto mẽsis Februarij fuit sessio generalis, &

celebrata Missa de Spiritusancto per Archiepiscopum Panormitanum, Magister Ambrosius Catharinus habuit orationem, & R. P. D. Archiepiscopus Turritanēsis legit decretum, & interrogauit Patres, an placeret: responderuntque, sed aliqui cum certis additionibus, Placet.

SEQVVNTVR NOMINA PRAElatorum, qui interfuerunt huic Sessioni, & in primis Antedicti Legati & Præsidentes.

Cardinales.

R. D. Cardinalis sancti Cęsarij, & Episcopus Tridentinus, ac administrator Brixinensis.
R. D. Petrus Pacecus, Cardinalis & Episcopus Gineñ.

Archiepiscopi.

Aquensis, Turritanus, Acheruntinus, Vpsalensis, Panormitanus, Armacanus.

Episcopi ijdem, qui in præcedenti Sessione: & adhuc,

Basionensis, & Fabensis.

Oratores Regis Romanorum ijdem, qui in præcedenti Sessione.

Abbates ijdem qui in præcedenti.

Generales ordinum ijdem, qui in præcedēti.

Angelus Massarellus sacri Concilij Secretarius,

Decretum de Symbolo Fidei.



NNomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritussancti: Hæc sacrosancta œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, in ea præsidentibus eisdē tribus Apostolicę sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarū considerans, præsertim earum quæ duobus illis capitibus, de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis, cōtinentur, quorum causa præcipuè est congregata: agnoscens autem cum Apostolo, non esse sibi colluctationem aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus spiritales nequitias in cęlestib⁹, cum eodē omnes & singulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes, scutū fidei, in quo possint oīa tela nequissimi ignea extinguere: atque galeam spem salutis accipiant cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque vt hæc pia eius solicitudo principium & progressum suū, per Dei gratiā habeat, arte omnia statuit & decernit præmittendam esse confessionem fidei, Patrum exempla in hoc sequuta, qui sacratioribus Concilijs hoc scutū cōtra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consueuēre: quo solo aliquando & infideles ad fidē traxerūt, hæreticos expugnārunt, & fideles cōfirmārūt. Quare symbolū fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, tanquā principiū illud, in quo omnes, qui fidem Christi Ephe. 6. profitentur, necessariò conueniunt, ac fundamentū firmum & vnicū, contra quod portæ inferi nunquàm præualebunt, totidē verbis, quibus in omnibus ecclesijs legitur, exprimendum esse censuit, quod quidem eiusmodi est: Matth. 16.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium: & in vnum Dominū Iesum Christum, filiū Dei vnigenitū, & ex patre natū ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verū de Deo vero: genitum, non factū: consubstantialem Patri: per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutē descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: & resurrexit tertia die secūdùm scripturas, & ascendit in cælū, sedet ad dexteram patris: & iterùm venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos: Cuius regni non erit finis. Et in Spiritū sanctum, Dominum & viuificantem, qui ex Patre filioq; procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: q; loquutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen.

Indictio futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta, œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidētibus eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, intelligens multos Prælatos ex diuersis partibus accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via esse, quò huc veniant: cogitansq; omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda, eo maioris apud omnes existimatiōis & honoris videri posse, quo maiori fuerint & pleniori patrum Concilio & presentia sancita & corroborata: statuit & decreuit futuram Sessionē post præsentem, celebrandam esse die Iouis, quæ subsequetur Dominicā Lætare proximè futurā: interim tamē nō differri discussionē & examinationem eorum, quæ ipsi Synodo discutienda & examinanda videbuntur.

QVARTA SESSIO.

ANNO A NATIVITATE DOMINI M. D. XLVI. Indictione quarta, diè verò Iouis, octaua mensis Aprilis: pontificatus sanctissimi in CHRISTO patris & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij anno xij. Præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ sedis legatis, R. P. D. Saluator * Alepus Archiepiscopus Turritanensis, celebrauit Missam de Sancto Spiritu in Ecclesia Cathedrali, & loco sessionis. Deinde Generalis Seruorum habuit orationem. Qua finita, R. Cardinales & Prælati, acceperunt pluuialia & mitras: & cantores incepe- * Alexius runt

runt cantare antiphonam, Exaudi nos domine, quoniam benigna est misericordia tua. Qua finita, Diaconus clamauit, Orate: quo dicto, omnes Prælati flexerunt genua, & orārunt. Deinde subdiaconus clamauit, Erigite. Tunc R. de monte, primus Præsidens, dixit hanc orationem: Adsumus Domine sancte Spiritus. Qua finita, idem Diaconus dixit iterùm, Orate: & paulò pòst dixit, Erigite. Deinde idem Præsidens dixit hanc orationem: Mentibus nostris quæsumus Domine adspirādo, &cæt. Quibus peractis, cantores inceperunt Litanias: & cùm venerunt ad illum locū, Vt dominum Apostolicum, Præsidētes, qui flexis genibus erāt, surrexerunt, & R. Cardinalis de Monte primus Præsidens, vertit se ad congregationem, dans benedictionem, & dixit: Vt hanc sanctam Synodum &cæt. Cantores respōderunt, Te rogamus audi nos. Completis verò Litanijs, Diaconus dixit, Flectamus genua: & subdiaconus respondit, Erigite. Deinde idem R. Præsidēs dixit hanc orationem: Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus, vt spiritusancto congregata. Quibus peractis, Matth. 7. Diaconus cantauit Euangelium, Attendite à falsis Prophetis. Quo finito, præfatus Reuerendissimus Præsidēs incepit hymnum, Veni creator Spiritus. Quo finito, idem R. Præsidens dixit hanc orationem: Deus qui corda. Deinde præfatus Dominus Archiepiscopus legit decretum, & quæsiuit ex Patribus, vtrùm hæc placerent. Qui omnes responderunt, Placet, cum aliquibus additionibus. Postremò, vtrū placeret, quòd prima futura sessio celebraretur die Iouis, post festum Pentecostes: qui responderunt, Placet.

Item hæc sancta Synodus statuit & decreuit, proximam futuram sessionem tenendam & celebrādam esse feria quinta post sacratissimum festum proximū Pentecostes.

Quo quidem decreto, vt præmittitur, lecto, postquàm Patres in Concilio præsentes responderunt, Placet: D. Angelus Massarellus, ipsius Concilij secretarius, legit deputationem Oratorum Cęsareæ & Catholicæ Maiestatis, in personam Illustrium domini Didaci de Mendoza, & domini Francisci à Toleto ad Concilium Tridentinum, ad faciendum ea, quæ Cæsarea Maiest. faceret, si præsens esset.

Nomina Prælatorum, qui interfuerunt huic Sessioni.

In primis antedicti Præsidentes & Legati Sessionis secundæ, Cardinales ijdem, qui in præcedenti Sessione.

Archiepiscopi.

Aquensis, Turritanus, Corcyrensis, Senensis, Materanus, Acheruntinus. Vpsalensis, Panormitanus, Armacanus.

Episcopi.

Senogalliensis, Asculanus, Cauensis, Feltrēsis, Aciensis, Placentinus, Gadditanensis, Torcellanensis, Sibinicēsis, Pientinus, Claramontanus, Chironensis, & Milopotamēsis, Reatinus, Fęsularum, Sancti Marci, Caputaquensis, Maioricensis, Aquensis, Soranus, Vasionensis, Motulanensis, Castellimaris, Fanensis, Motonensis coadiutor Veronensis, Termularum, Agathensis, Lancianēsis, Syracusanus, Caprulanus, Vigornienſis, Bituntinus, Corsulanensis, Bellicastrensis, Pacensis, Astoricensis, Britonoriēsis, Aquinatensis, Oscensis, Bergonensis, Clodiensis, Canariensis.

Oratores.

Illustriss. Dominus Franciscus à Toleto, Orator & Procurator inuictissimi Caroli Quinti Romani Imperatoris.

Procuratores.

D. Claudius Layus Procurator R. D. Cardinalis & Episcopi Augustensis.

Abbates & Generales ordinum ijdem, qui in præcedenti Sessione.

Angelus Massarellus, sacri Concilij secretarius.

Decretum de Canonicis Scripturis, 8. Aprilis promulgatum in 4. Sessione.

Acrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè cōgregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, hoc sibi propetuò ante oculos proponens, vt sublatis erroribus, puritas ipsa Euāgelij in Ecclesia cōseruetur: quod promissum antè per Prophetas in scripturis sanctis Dominus noster Christus DEI filius proprio ore primùm promulgauit, deinde p suos Apostolos, tanq; fontē omnis salutaris veritatis & morū disciplinę, omni creaturę prædicari iussit: perspiciensq; hanc veritatem & disciplinā contineri in libris scriptis, & sine scripto, Traditionib⁹, quæ ex ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritusancto dictante, quasi p manus traditæ, ad nos vsq; peruenerūt: orthodoxorū Patrum exempla sequuta, omnes libros tam veteris q̄ noui Testamēti, (cùm vtriusque vnus Deus sit author) necnō Traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinētes, tanquā vel oretenùs à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & cōtinua successione in Ecclesia catholica cōseruatas, pari pietatis affectu ac reuerētia suscipit ac veneratur. Sacrorū verò librorum indicem huic decreto asscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa synodo suscipiantur. Sunt verò infrascripti: Testamenti veteris, quinque libri Mosis, scilicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Deinde Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenōn duo, Esdræ duo, primus scilicet, & secundus qui dici- Marc. 16.

tur Nehemias, Thobias, Iudith, Esther, Iob, psalterium Dauidicum centum quinquaginta, Psalmorum, Parabolæ Salamonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapiétia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias, cũ Baruch, Ezechiel, Daniel: 12. prophetæ minores, scilicet Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahũ, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorũ, primus & secundus. Testamenti noui, quatuor Euangelia, secundùm Matthæũ, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista cõscripti: quatuordecim Epistolæ beati Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, Ad Colossenses, ad Thessalonicẽses duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonẽ, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ: Ioannis Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: vna Iudæ Apostoli: & Apocalypsis Ioannis Apostoli.

Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi cõsueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & Traditiones prædictas sciens & prudens contempserit, anathema sit. Omnes itaque intelligant, quo ordine & via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimùm testimonijs ac præsidijs in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus, sit vsura.

DECRETVM DE EDITIONE & vsu sacrorum librorum.

INSVPER EADEM SACRO sancta Synodus considerans, nõ parùm vtilitatis accedere posse Ecclesiæ DEI, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circunferuntur sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit & declarat, vt hæc ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tot seculorum vsu in Ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus, pro authentica habeatur, & vt eam nemo reijcere quouis prætextu audeat vel præsumat.

Prætereà ad coërcenda petulantia ingenia, decernit, vt nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus extorquens contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum Scripturarum, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiam si huiusmodi interpretationes nullo vnquàm tẽpore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarẽtur, & pœnis à iure statutis puniantur.

Sed & impressoribus modum in hac parte (vt par est) imponere volẽs, q̃ iam sine modo hoc est, putãtes sibi licere quicquid libet, sine licẽtia superiorũ Ecclesiasticorum, ipsos sacræ scripturæ libros, & super illos annotationes & expositiões quorũlibet indifferenter, sæpè tacito, sæpè etiam ementito prælo, & (quod est grauius) sine noïe authoris imprimũt, alibi etiam impressos libros huiusmodi temerè venales habẽt: decernit & statuit, vt posthàc sacra Scriptura, potissimùm verò hæc ipsa vetus & vulgata editio, quàm emẽdatissimè imprimatur, nulliq̃e liceat imprimere vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris sine nomine authoris, nec illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primùm examinati probatiq̃e fuerint ab ordinario sub pœna anathematis & *pœnæ in canone Concilij nouissimi Lateranensis appositæ. Et si regulares fuerint, vltra examinationem & probatiõem huiusmodi, licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant vel euulgant, nisi anteà examinati probatiq̃e fuerint, eisdem pœnis subiaceãt, quibus impressores: & qui eos habuerint vel legerint, nisi authores prodiderint, pro authoribus habeãtur. Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque adeò in fronte libri vel scripti vel impressi authenticè appareat. Idq̃; totum, hoc est, & probatio & examen, gratis fiat: vt probãda probentur, & reprobentur ímprobanda.

*pecuniæ

Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæque conuertuntur & torquentur verba & sententiæ sacræ scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat & præcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne decẽterò quisquam quomodolibèt verba sacræ scripturæ ad hæc similia audeat vsurpare, & vt omnes eiùs generis homines, temeratores & violatores verbi DEI, iuris & arbitrij pœnis per Episcopos coërceantur.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decernit, proximam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum proximum Pentecostes.

QVINTA SESSIO.

ANNO A NATIVITATE DOmini 1546. indictione 4. die verò Iouis, decima septima mensis Iunij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij, anno 12. Præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, Reuerendus Pater Dominus Alexander de Picolominibus Senensis, Episcopus Pientinus in Tuscia, celebrauit Missam de sancto Spiritu in Cathedrali Ecclesia & loco Sessionis. Deinde Magister Marcus Laurens Calaber, frater ordinis Prædicatorum, habuit orationem. Qua finita, reuerendissimi Cardinales & alij Prælati acceperunt pluuialia & mitras: fueruntq̃e factæ cęremoniæ, in alijs sessionibus fieri solitæ. Lectũ fuit etiam decretum.

Indictio futuræ sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decreuit, primam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse die Iouis, feria v. post festum beati Iacobi Apostoli.

NOMINA, COGNOMINA, ET patriæ Prælatorum, qui interfuerunt quintæ Sessioni.

Præsidentes & Legati.

R. & illustrissimus D. D. Ioannes Maria, Episcopus Prænestinus, de Monte, Aretinus.

R. & illustrissimus D.D. Marcellus tiuli sanctę Crucis in Hierusalem presbyter, ceruinus, Politianus.

R. & illustriss. D.D. Reginaldus, sanctę Mariæ in Cosmedin diaconus, Polus, Anglicus.

Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, sacri cõcilij Præsidentes, & Apostolici de latere Legati.

Cardinales.

R. & illustriss. D.D. Petrus Pacecus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, & episcopus Gienen. Hispanus.

Oratores.

Illustrissimus D. Don Didacus Hurtadus de Mendoza, Hispanus.

Illust. D. Don. Frãcisçus à Toleto, Hispanus.

Oratores & procuratores inuictissimi D.D. Caroli Quinti Romanorum Imperatoris, ac Hispaniarum &c. Regis.

Archiepiscopi.

R. D. Antonius Filholi, Archiepiscopus Aquensis. Gallus.

R.D. Saluator Alexius Sassarus, Archiepisc. *Torritan. Hispanus.

R. D. Iacobus *Cauchus, Archiepiscopus Corcyren. Venetus.

R.D. Franciscus Bandineus, Archiepiscopus Senen, Senensis.

R.D. Ioannes Michael Sarracenus, Archiepiscopus Materanus & Acheruntinus. Neapolitanus.

R.D. Sebastianus Lecauela, Archiepiscopus Parien̄sis, & Naxien. Græcus.

R.D. Olaus Magnus, Archiepiscopus Vpsalen. Gothus.

R.D. Petrus Tagliauia, Archiepiscopus Panormitan. Siculus.

R.D. Robertus Vuaucop, Archiepiscopus Armachan. Scotus.

Episcopi.

R.D. Marcus Vigerius, Episcopus Senogallien. Saonen.

R.D. Philos Rouerella, Episcopus Asculan. Ferrarien.

R.D. Robertus de Croy, Episcopus Cameracen. Germanus.

R.D. Ioannes Thomas de sancto Felicio, Episcopus Cauen. Neapolitanus.

R.D. Thomas Campegius, Episcopus Feltren. Bononien̄sis.

R.D. Benedictus de Nobilibus, Episcopus Acien. Lucenen̄sis.

R.D. Quintius de Rusticis, Episcopus Militen. Romanus.

R.D. Cathalanus Triuultius, Episcopus Placentin. Mediolanen.

R.D. Hieronymus Fuscherus, Episcopus Torcelan. Venetus.

R.D. Antonius de Numai, Episcopus Isernien. Foroliuien.

R.D. Hieronymus Theodolis, Episcopus Gaditan. Foroliuien.

R.D. Ioannes Lucius Staphyleus, Episcopus Sibinicen. Illyricus.

R.D. Alexander Picolomineus, Episcopus Pientin. Senen̄sis.

R.D. Guilhelmus à Prato, Episcopus Claramontan. Gallus.

R.D. Dionysius Episcopus Chironen̄sis, & Milopotamen. Græcus.

R.D. Marcus Aligerius de Columna, Episcopus Reatin. Reatin.

R.D. Braccius Martellus, Episcopus Fęsularum. Florentin.

R.D. Coriolanus Martyranus, Episcopus sancti Marci. Neapolitan.

R. D. Henricus Ioffredus, Episcopus Caputaquen. Neapolitan.

R.D. Baptista Campegius, Episcopus Maioricen. Bononien.

R.D. Hieronymus Vida, Episcopus Albensis. Cremonen.

R.D. Elisęus Theodinus, Episcopus Soranus. Arpinas.

R.D. Iacobus Cortesius à Prato, Episcopus Vasionen. Roman.

R.D. Baldassar de Heredia, Episcopus Bossanen. Sardus.

R.D. Angelus Paschalis, Episcopus Motulan. Dalmatus.

R.D. Ioannes Fonseca, Episcopus Castellimaris. Hispanus.

R.D. Petrus Bertanus, Epis. Fanen. Mutinen.

R.D. Ludouicus Simonetta, Episcopus Pisaurien. Mediolanen.

R.D. Aloysius Lypomanus, Episcopus Motonen, coadiutor Veronen. Venetus.

R.D. Vincentius de Durantibus, Episcopus Thermula. Brixien.

R.D. Andreas Centanus, Episcopus Nemasien. Venetus.

R. D. Ioannes Petrus Ferretus, Episcopus Milen. Rauennaten.
R. D. Claudius de la Guische, Episcopus Agathen. Gallus.
R.D. Ioannes de Salazar de Burgo, Episcopus Lancianen. Hispanus.
R.D. Fabius Mignanellus, Episcopus Lucerin. Senensis.
R.D. Hieronymus de Bononia, Episcopus Syracusan. Siculus.
R.D. Aegidius Falsetta, Episcopus Caprulan. Cingulan.
R.D. Ricardus Patus, Episcopus Vuigornien. Anglicus.
R.D. Cornelius Mussus, Episcopus Bitontin. Placentin.
R.D. Iacobus Iacobellus, Episcopus Bellicastren. Roman.
R.D. Franciscus de Nauarra, Episcopus Pacen. Hispanus.
R.D. Didacus de Alaua, Episcopus Astoricen. Hispanus.
R.D. Thomas Casellus, Episcopus Britonorien. Rossanen.
R.D. Iulius Contarenus, Episcopus Bellunen. Venetus.
R.D. Galeatius Florimanlius, Episcopus Aquinaten. Suessan.
R. D. Petrus de Augustinis, Episcopus Oscen. Hispanus.
R.D. Bernardus Diaz, Episcopus Calagurritan. Hispanus.
R.D. Gregorius Castagnola, Episcopus Mylen. Græcus.
R.D. Antonius de Cruce, Episcopus Canarien. Hispanus.

Procuratores.

R.D. Claudius Zayus, procurator Reuerendissimi & illustriss. D.D. Othonis Truchses, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopi Augustensis. Sabaudiensis.
R.D. Ambrosius Pelargꝰ, Ordinis Predicatorum, procurator Reuerendissimi D.D. Archiepiscopi Treuerensis sacri Imperij Electoris. Germanus.

Abbates.

R.D. Isidorus Clarius, Abbas Pontidæ Bergomen. Brixien.
R.D. Chrysostomus Gimilianensis, Abbas sanctæ Trinitatis de Caieta. Calaber.

Generales Ordinum.

R.P. Hieronymus Scripandus, Generalis ordinis Eremitarũ sancti Aug. Neapolitan.
R.P. Nicolaus Audetus, Generalis Ordinis Carmelitarum. Cyprius.
R.P. Augustinus Bonucius, Generalis sanctæ Mariæ Seruorum. Aretinus.

Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius.

Decretum de peccato Originali.

Heb. 11. VT fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua synceritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circunferatur: cùm serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali eiusque remedio non solùm noua, sed etiam vetera dissidia excitauerit, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos, accedere volés, sacrarum scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium & consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat:

Si quis non cõfitetur, primum hominem Adam cùm mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus erat, amisisse, incurrisseque per offensam præuaricationis huiusmodi iram & indignationem Dei, atque adeò mortem, quam antè à illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumq; Adam per illam præuaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatũ fuisse, anathema sit, Heb. 2.

Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam, quã perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse: aut inquinatum illum, per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit: cùm contradicat Apostolo dicenti, Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt. Rom. 5.

Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum, omnibus inest vnicuiq; proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Dominì nostri Iesu Christi, qui nos Deo recõciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Iesu Christi meritum, per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis q̃ paruulis applicari, anathema sit: quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vndè illa vox, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, Quicunque baptizati estis, Christum induistis. 1. Cor. 12. Acto. 4. Ioan. 1. Gal. 3.

Si quis paruulos recentes ab vteris matrum

trum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti: aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adã trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam: vndè fit cõsequẽs, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, nõ vera, sed falsa intelligatur, anathema sit: quoniam nó aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerũt, nisi quemadmodùm ecclesia catholica vbiquè diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerũt, in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

Hæc ratio sumitur ex cõcilio Mileuitano. Rom. 5. Ioan. 3.

Si quis p Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantùm radi, aut non imputari, anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis ijs, qui verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortẽ, qui non secundùm carnem ambulãt: sed veterem hominem exuentes, & nouum induentes, qui secundùm Deum creatus est, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti sunt hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur ac sentit: quæ cùm ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & viriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, non valet: quinimmò qui legitimè certauerit, coronabitur. Rom. 8. Col. 3. Rom. 8. 2. Tim. 2. Col. 3.

Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat Ecclesiam Catholicã nũquàm intellexisse peccatum appellari, quòd vetè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autẽ cõtrarium senserit, anathema sit.

Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, nõ esse suæ intentiõis, cõprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatã & immaculatam virginem Mariã Dei genitricem: sed obseruandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ Quarti, sub pœnis in eius constitutionibus contentis, quas innouat.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

Cap. 1.

EAdem sacrosancta Synodus, pijs summorum Pontificum & probatorum conciliorum constitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adijciens, ne cælestis ille sacrorum librorum thesaurus, quẽ Spiritussanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: statuit & decreuit, quòd in illis Ecclesijs, in quibus præbenda aut præstimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendiũ, pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum ordinarij, eos qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi obtinẽt, ad ipsius sacræ scripturæ expositionem & interpretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorum ordinarijs eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. Decæterò verò præbenda, præstimonium, aut stipendium huiusmodi, non nisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explicare possint, conferatur: & aliter facta prouisio, nulla sit & inualida.

In Ecclesijs autem Metropolitanis vel Cathedralibus, si ciuitas insignis vel populosa fuerit, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunq;, præterquàm ex causa refiguationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuò constituta & deputata intelligatur, & quatenùs in ipsis ecclesijs nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel episcopus ipse p assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributiõem beneficiatorum suæ ciuitatis & diœcesis, vel aliàs prout commodiùs fieri poterit, de capituli consilio ita prouideat, vt ipsa sacræ scripturæ lectio habeatur: ita tamen, vt quæcunq; aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quauis alia ratione institutæ, propter id minimè prætermittantur.

Ecclesiæ verò, quarum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua est cleri & populi multitudo, vt Theologię lectio in eis commodè haberi non possit, saltem magistrum habeant ab Episcopò cum consilio Capituli eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipsa sacræ scripturæ studia, annuente DEO, transire possint. Ideoque illi Magistro Grammatices, vel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tandiu percipiat, quandiu in docendo persti-

ſtiterit,aſſignentur:dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio: vel ex capitulari, vel epiſcopali menſa condigna aliqua merces perſoluatur: vel aliâs Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuę Eccleſiæ & diœceſi accõmodam,ne pia hęc, vtilis atq; fructuoſa prouiſio, quouis quæſito colore negligatur.

In monaſterijs quoque monachorum, vbi commodè fieri id queat, etiam lectio ſacræ ſcripturæ habeatur. Qua in re ſi abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc vt Sedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant.

In conuentibus verò aliorum Regulariũ, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, ſacræ ſcripturæ lectio ſimiliter habeatur, q̃ lectio à capitulis generalibus vel prouincialibus aſſignetur dignioribus magiſtris.

In Gymnaſijs etiam publicis,vbi tam honorifica,& cęterorum omnium maximè neceſſaria lectio hactenùs inſtituta non fuerit,religioſiſſimorum Principum ac Rerum publicarum pietate & charitate ad Catholicæ fidei defenſionem & incrementum, ſanæ doctrinæ conſeruationem & propagationẽ, inſtituatur:& vbi inſtituta foret, & negligeretur,reſtituatur.

Et ne ſub ſpecie pietatis, impietas diſſeminetur,ſtatuit eadem ſancta Synodus, neminem ad huiuſmodi lectionis officiũ tam publicè quàm priuatìm admittendum eſſe, qui priùs ab epiſcopo loci de vita,moribus, & ſcientia examinatus & approbatus non fuerit:quod tamẽ de lectoribus in clauſtris monachorum non intelligatur.

Cap. 2.

DOcentes verò ipſam ſacram ſcripturã, dum publicè in ſcholis docuerint, & ſcholares,qui in ipſis ſcholis ſtudent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum p̃bendarum,& beneficiorum ſuorum, in abſentia à iure communi conceſſis,plenè gaudeant & fruantur.

Quia verò Chriſtianæ Reipublicæ non minùs neceſſaria eſt prædicatio Euangelij, quàm lectio,& hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus:ſtatuit & decreuit eadẽ ſancta Synodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum prælatos,teneri per ſeipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium.

Si verò contigerit Epiſcopos & alios prędictos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij,viros idoneos aſſumere teneantur,ad huiuſmodi prędicationis officium ſalubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubiaceat vltioni.

Archipresbyteri quoq;, plebani, & quicunq; parochiales, vel aliâs curam animarũ habẽtes,Eccleſias quocunq; modo obtinẽt, per ſe vel per alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis & feſtis ſolennibus plebes ſibi commiſſas pro ſua & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem,annunciandoq; eis cum breuitate & facilitate ſermonis, vitia q̃ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat,vt pœnam æternam euadere, & cæleſtẽ gloriam conſequi valeãt. Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ſi ab Epiſcopi iuriſdictione quauis ratione exemptum ſe eſſe prætenderet,etiã ſi Eccleſię quouis modo exemptæ dicerentur,aut alicui monaſterio etiàm extra diœceſim exiſtenti forſan annexæ vel vnitæ, modò re ipſa in diœceſi ſint,prouida paſtoralis epiſcoporum ſolicitudo non deſit,ne illud impleatur: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Ita que vbi ab epiſcopo moniti,triũ menſium ſpatio ſuo muneri defuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu aliâs ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur:ita vt etiam, ſi ſic ei expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec principalis ipſe reſipiſcens,officium ſuum impleat. Thren. 4.

Si quæ verò parochiales Eccleſiæ reperiantur ſubiectæ monaſterijs in nulla diœceſi exiſtentibus,ſi abbates & regulares prælati in prædictis negligẽtes fuerint, à Metropolitanis,in quorum prouincijs diœceſes ipſę ſitæ ſunt,tãquam quo ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegatis,compellantur. Neque huius decreti executionem cõſuetudo, vel exemptio, aut appellatio,aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quouſquè deſupèr à competenti iudice(qui ſummariè,& ſola facti veritate inſpecta procedat) cognitum & deciſum fuerit.

Regulares verò cuiuſcunque ordinis,niſi à ſuis ſuperioribus de vita & moribus & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia,etiam in Eccleſijs ſuorũ ordinum, prædicare non poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram epiſcopis ſpræſentare, & ab eis benedictionẽ petere teneantur,antequàm prædicare incipiant.

In Eccleſijs verò quę ſuorũ ordinum non ſunt,vltra licentiam ſuorum ſuperiorũ, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur,ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum ordinũ nullo modo prædicare poſſint.Ipſam autem licentiam gratìs Epiſcopi concedant.

Si verò (quod abſit) p̃dicator errores aut ſcandala diſſeminauerit in populum,(etiam ſi in monaſterio ſui vel alterius ordinis prædicet) Epiſcopus eĩ prædicationem interdicat. Quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eum ſecundùm iuris diſpoſitionem aut loci conſuetudinem procedat, etiam ſi prædicator ipſe generali vel ſpeciali priuilegio exẽptum ſe eſſe prætenderet. Quo caſu epiſcopus

pus authoritate Apoſtolica, & tanquàm ſedis Apoſtolicæ delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne quis prædicator vel ex falſis informationibus, vel aliâs calumnioſè vexetur,iuſtámve de eis conquerendi occaſionem habeat.

Caueant prætereà Epiſcopi, ne aliquem vel eorum qui cùm ſint nomine regulares, extra clauſtra tamen & obedientiam religionum ſuarum viuunt,vel presbyterorũ ſecularium,niſi ipſis noti ſint,& moribus atq; doctrina probati, etiam priuilegiorũ quorumlibet prætextu, in ſua ciuitate vel diœceſi prædicare permittant: donec ab ipſis Epiſcopis ſuper ea re ſancta ſedes Apoſtolica conſulatur:à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate,& expreſſo mendacio,ab indignis extorqueri veriſimile non eſt.

Quæſtores verò eleemoſynarij, qui etiã quęſtuarij vulgò dicuntur,cuiuſcunq; conditionis exiſtant, nullo modo nec per ſe, nec per alium prædicare præſumant:& contrà facientes, ab epiſcopis & ordinarijs locorum, priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remedijs omninò arceantur.

Item hæc ſacroſancta ſynodus ſtatuit & decernit,primam futuram ſeſſionem tenendam & celebrandam eſſe die Iouis, feria 5. poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli.

Præfatæ ſeſſioni interfuerunt Cardinales quatuor, Archiepiſcopi nouem, & epiſcopi quinquaginta: Abbates ordinis ſancti Benedicti duo:Generales duo ordinum Mendicantium.

Prorogata deinde fuit ſeſſio ad diem 13. menſis Ianuarij, 1547.

SESSIO SEXTA.

IN nomine Domini IESV Chriſti, Amẽ. Anno à natiuitate eiuſdem Domini 1547. Indictione v. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto P.& D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ tertij, anno tertiodecimo, die verò Iouis decimatertia menſis Ianuarij, Tridenti in Eccleſia Cathedrali, in loco eminentiori ipſius Eccleſiæ, ad Concilium celebrandum & ſeſſiones habẽdas deputato, celebrata eſt ſexta publica ſeſſio ſacroſancti œcumenici & generalis Cõcilij Tridentini, præſidentibus in ea nomine eiuſdem ſanctiſſimi D.N. Papæ, reuerendiſſimis Patribus & Illuſtriſſimis D. Ioanne Maria de Monte Epiſcopo Prænestino, & Marcello tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem presbytero, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis. In qua quidem ſeſſione, poſt celebratam Miſſam de Spiritu ſancto per R. P. D. Archiepiſcopum Spalatrẽſ, & habita oratione per reuerendum P. D. Epiſcopum Salpenſem, necnon peractis per R. & illuſtriſſ. Cardinalem de Monte præfatum ſolitis cæremonijs, publicatum eſt decretum de Iuſtificatione tenoris infraſcripti.

DECRETVM DE IVSTIFICATIONE.

PROOEMIVM.

CVm hoc tempore non ſinè multarum animarum iactura, & graui Eccleſiaſticæ vnitatis detrimento, erronea quædam diſſeminata ſit de iuſtificatione doctrina: ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Eccleſiæ tranquillitatem, & animarum ſalutem, ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè cõgregata, præſidentibus in ea nomine ſanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri, Domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij, Reuerendiſſimis dominis, D. Ioanne Maria Epiſcopo Prænestino de Monte, & Marcello tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalẽ presbytero, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Chriſtifidelibus veram ſanamque ipſius Iuſtificationis doctrinam, quam ſol iuſtitiæ Chriſtus IESVS fidei noſtræ author & conſummator docuit, Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto ſuggerente, perpetuò retinuit: diſtrictiùs inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prędicare, aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuitur ac declaratur. Heb. 12.

De naturæ & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate. Cap. 1.

PRimùm declarat ſancta Synodus, ad iuſtificationis doctrinam, probè & ſyncerè intelligendam, oportere, vt vnuſquiſq; agnoſcat & fateatur, quòd cùm omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent,facti immundi: & vt Apoſtolus,inquit, natura filij iræ, quemadmodùm in decreto de peccato originali expoſuit, vſqueadeò ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli ac mortis, vt non modò gentes p̃ vim naturæ, ſed ne Iudæi quidẽ per ipſam etiam literam legis Moyſi indè liberari aut ſurgere poſſent,tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licèt attenuatum & inclinatum. Ephe. 2.

De diſpenſatione, & myſterio aduentus Chriſti. Cap. 2.

QVo factum eſt,vt cæleſtis Pater, pater miſericordiarum,& deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum Filium ſuum,& ante legem,& legis tẽpore multis ſanctis patribus declaratum ac promiſſum, cùm venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt & Iudæos, qui ſub lege erant,redimeret: & gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderẽt, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis Galat. 4. Rom. 9. Ephe. 2. 1. Ioann. 2.

nostris: non solùm autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Qui per Christum iustificantur. Cap. 3.

VErùm etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritũ passionis eius cõmunicatur. Nã sicut reuerà homines, nisi ex semine Adæ ꝓpagati nascerentur, nõ nascerẽtur iniusti, cùm ea ꝓpagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquàm iustificarentur, cùm ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitq; in regnum Filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Col. 3.

Insinuatur descriptio iustificatiõis impij, & modus eius in statu gratiæ. Cap. 4.

QVibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statũ gratiæ & adoptionis filiorum Dei per secundum Adã, Iesum Christum saluatorem nostrum. Quæ quidẽ trãslatio, post Euangelium promulgatum, sine lauacro regeneratiõis, aut eius voto fieri nõ potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ioann. 3.

De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & vndè sit. Cap. 5.

DEclarat præterea, ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christũ Iesum præueniente gratia sumendũ esse, hoc est, ab eius vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atq; adiuuantem gratiam ad conuertẽdum se ad suã ipsorum iustificationẽ, eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando disponantur: ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritum sancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omninò agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijcere potest: neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vndè in sacris literis cùm dicitur, Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur: Cùm respondemus, Conuerte nos Domine ad te, & Thren. 5. conuertemur, Dei nos gratia præueniri cõfitemur.

Modus Præparationis. Cap. 6.

DIsponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitùs reuelata & promissa sunt, atque illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu: & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propicium fore, illumque tanquàm omnis iustitiæ fontem, diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Deniquè dum proponunt suscipere baptismũ, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est: Accedentem ad Heb. 11. Deum oportet credere quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit: &, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. &, Timor Domini expellit peccatum. &, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine IESV Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. &, Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. deniq;, Præparate corda vestra Domino. Matt. 9. Eccés. 1. Actor. 2. Luc. 24. Matt. 28. 1. Re. 7.

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ. Cap. 7.

HAnc dispositionem seu præparationẽ iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum, vndè homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundùm spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ sunt, finalis quidem, gloria DEI & Christi, ac vita æterna. Efficiens verò, misericors Deus, qui gratuitò abluit & sanctificat, signans & vngens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria autem, dilectissimus vnigenitus suus, dominus noster IESVS CHRISTVS, qui cùm essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli vnquàm contigit iustificatio. Demum vnica formalis causa est, iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secũdùm mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundùm propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Ephe. 1. Ephe. 2.

Quan-

Quãquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri IESV Christi communicantur, id tamẽ in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ Passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorũ qui iustificantur, atque ipsis inhæret: vndè in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per IESVM Christum, cui inseritur, fidem, spem & charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neq; vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit. Qua ratione verissimè dicitur, Fidem sine operibus mortuam & ociosam esse: & in Christo Iesu neque circumcisionẽ aliquid valere, neq; ꝓputium, sed fidem quę per charitatem operatur. Hãc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petunt, cùm petunt fidem vitam ęternam præstantem, quam sine spe & charitate fides præstare nõ potest. Vndè & statìm verbum Christi audiunt: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa quam Adã sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, cãdidam & immaculatam iubentur statìm renati conseruare, vt eam perferant ante tribunal Domini nostri IESV Christi, & habeant vitam æternam. Rom. 5. Iaco. 2. Gal. 5. Matt. 19.

Quomodò intelligatur, impium per fidem & gratìs iustificari. Cap. 8.

CVm verò Apostol⁹ dicit, iustificari hominem per fidem, & gratìs, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit & expressit, vt scilicet per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire; gratìs autẽ iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia, Rom. 11. Rom. 5. Heb. 11.

Contra inanem hæreticorum fiduciam. Cap. 9.

QVanuìs autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vnquàm fuisse peccata, nisi gratìs diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fidutiam & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendũ est, cùm apud hæreticos & schismaticos possit esse, immò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione ꝓdicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neq; illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absq; vlla omninò dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemq́ue à peccatis absolui ac iustificari, nisi eum qui certò credat, se absolutũ & iustificatum esse, atq; hac sola fide absolutiõem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei ꝓmissis, deq; mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramẽtorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest, cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.

De acceptæ iustificationis incremento. Cap. 10.

SIc ergo iustificati, & amici Dei ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apostolus inquit, de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, in ipsa iustitia, per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atq; magìs iustificantur, sicut scriptum est: Qui iustus est, iustificetur adhuc. Et iterùm: Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Et rursus: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tãtùm. Hoc verò iustitiæ incrementũ petit sancta Ecclesia, cùm orat: Da nobis dñe fidei, spei, & charitatis augmentum: Ephe. 2. Psalm. 83. 2. Cor. 4. Apoc. 22. Eccl. 18. Iaco. 2.

De obseruatione mandatorum, deq; illius necessitate & possibilitate. Cap. 11.

NEmo autem, quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti, Dei ꝓcepta homini iustificato ad obseruãdum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. Cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligũt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius: quod vtiquè cum diuino auxilio præstare possunt. Licèt enim in hac mortali vita, quantumuis sancti & iusti, in leuia saltem & quotidiana, q̃etiam venialia dicuntur, peccata quãdoque cadãt, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est & humilis, & verax: Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam à peccato, serui autem facti DEO, sobriè, iustè & piè viuentes, proficere possunt per CHRISTVM IESVM, per quem 1. Ioann. 5. Matt. 11. Ioan. 14. Matt. 6. Tit. 2.

acces-

acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. Deus nanq; ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur. Itaq; nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemq́ue conſequuturum, etiam ſi Chriſto non compatiatur, vt & cõglorificetur. Nam
Heb.5. & Chriſtus ipſe, vt inquit Apoſtolus, cùm eſſet filius Dei, didicit ea his, quæ paſſus eſt, obedientiã: & cõſummatus, factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi, cauſa ſalutis ęternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens:
1.Cor.9. Neſcitis, quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ? ſic currite, vt comprehendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aêrem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps
2.Pet.1. Apoſtolorum Petrus: Satagite, inquit, vt p bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, nõ peccabitis aliquando. Vndè conſtat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare: aut, quod eſt intolerabilius, pœnas æternas mereri: atq; etiam eos, q ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoq; intuẽtur æternam,
Pſalm.118. cùm ſcriptum ſit: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. Et de Moſe dicat Apoſtolus, q
Heb.11. reſpiciebat in remunerationem.

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe. Cap.12.

NEmo quoq;, quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ p̃deſtinationis myſterio vſq; adeò præſumere debet, vt certò ſtatuat, ſe oñinò eſſe in numero prædeſtinatorũ: quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus, aut ampliùs peccare non poſſit, aut ſi peccauerit, certã ſibi reſipiſcentiã promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri nõ poteſt, quos De⁹ ſibi elegerit.

De perſeuerantiæ munere. Cap.13.

Matt.10. & 24. SImiliter de perſeuerãtiæ munere, de quo ſcriptum eſt, Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit: quod quidem aliundè haberi non poteſt, niſi ab eo qui potens eſt, eum qui ſtat, ſtatuere vt perſeueranter ſtet, & eum qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine pelliceat, tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debẽt. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit
Phil.1. opus bonum ita perficiet, operans velle &
1.Cor.8. perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimãt ſtare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur, in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs, in caſtitate. Formidare eñ debent, ſcientes quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloria renati ſunt, de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia, Apoſtolo obtemperent, dicenti: Debitores ſumus non carni, Rom.8. vt ſecundùm carnem viuamus. Si enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

De lapſis & eorum reparatione. Cap.14.

QVi verò ab accepta iuſtificatiõis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cùm excitante Deo, per pœnitentiæ ſacramentum merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus, eſt lapſi reparatio, quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro ijs, qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm
Ioan.20. dixit: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vndè docendum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum, multò aliam eſſe à Baptiſmali, eaq́; contineri non modo ceſſatiõem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum: verùm etiam eorundem ſacramentalem confeſſionem, ſaltem in voto & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionẽ, itemq́; ſatisfactionem p ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto vnà cum culpa remittitur, ſed p pœna temporali, quæ vt ſacræ literæ docẽt, non tota ſemper, vt in Baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperũt, ingrati, Spiritum ſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare nõ ſunt veriti. De qua pœnitentia ſcriptum eſt: Memor eſto vndè
Apoc.2. excideris, & age pœnitentiam, & prima opa
2.Cor.7. fac. Et iterùm: Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilẽ operatur: & rurſus, Pœnitentiam agite:, & Facite
Matt.3. Luc.3. fructus dignos pœnitentiæ.

Quolibet peccato mortali amitti gratiam, ſed non fidem. Cap.15.

ADuerſus etiam hominum quorundã callida ingenia, qui per dulces ſermo-
Rom.16. nes & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt, non modò infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocunq; alio mortali peccato, quãuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinã defendendo, quæ à regno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed & fideles quoq; for-
1.Cor.6. nicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebriioſos, maledicos, rapaces, cęteroſq́ue omnes, qui lœtalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratię adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.

1.Cor.6. nicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebriioſos, maledicos, rapaces, cęteroſq́ue omnes, qui lœtalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratię adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.

De fructu Iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorũ operum, deq́; ipſius meriti ratione.

Cap. 16.

HAC igitur ratione iuſtificatis hominibus, ſiue acceptam gratiam perpetuò cõſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint,
Hebr.10. proponenda ſunt Apoſtoli verba: Abundan
1.Cor.15. tes in omni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomi-
Hebr.10. ne ipſius. Et, Nolite amittere confidentiam veſtram, quę magnam habet remunerationẽ. Atq; ideo bene operantibus vſq; in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita ęterna, & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſiõe, bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda.
2.Tim.4. Hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam, & non ſolùm ſibi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Cùm enim ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto DEO grata & meritoria eſſe poſſent, nihil ipſis iuſtificatis ampliùs deeſſe credendum eſt, quô minùs plenè illis quidem operibus, quæ in
Ioan.4. Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius vitę ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam ęternam ſuo etiam tẽpore, ſi tamẽ in gratia deceſſerint, conſequẽdam, verè promeruiſſe cenſeantur, cùm Chriſtus Saluator noſter dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam. Itaque neque propria noſtra iuſtitia, tanquam ex nobis propria, ſtatuitur, neq; ignoratur aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.

Neque verò illud omittendum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris literis vſque adeò tribuatur, vt etiam, qui vni ex minimis
Matth.10. ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede carituꝝ,
2.Cor.4. & Apoſtolus teſtetur, Id quod in preſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum glorię pondus operari in nobis: abſit tamen, vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat vel glorietur, & non in Domino: cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſq; ſicut
Iacob.3. miſericordiam & bonitatem, ita ſeueritatem & iudicium ante oculos habere debet: neq; ſeipſum aliquis, etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio examinanda & iudicanda eſt, ſed Dei, qui illuminabit abſcon-
1.Cor.4. dita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui,
Matth.16. Rom.6. vt ſcriptum eſt, reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.

Poſt hanc catholicam de Iuſtificatione doctrinam, quam niſi quiſque fideliter firmiterq́; receperit, iuſtificari nõ poterit, placuit ſanctę ſynodo hos canones ſubiungere, vt omnes ſciant, nõ ſolùm quid tenere & ſequi, ſed etiam quid vitare & fugere debeant.

CANONES DE IVSTIFICATIONE.

1 Si quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Chriſtum Ieſum gratia, poſſe iuſtificari corã Deo, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit, ad hoc ſolùm diuinã gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt faciliùs homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitriũ ſine gratia vtrunque, ſed ægrè tamen & difficulter poſſit, Anathema ſit.

3 Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificatiõis gratia conferatur, Anathema ſit.

4 Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocãti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet, nec poſſe diſſentire, ſi velit, ſed velut inanime quoddã, nihil oñino agere, mereq́ue paſſiuè ſe habere, Anathema ſit.

5 Si quis liberum hominis arbitrium, poſt Adæ peccatum, amiſſum & extinctũ eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, immò titulum ſine re, figmentum denique à ſatana inuectum in Eccleſiam, Anathema ſit.

6 Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona, Deum operari, nõ permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè & per ſe, adeò vt ſit eius proprium opus non minùs proditio Iudę quàm vocatio Pauli, Anathema ſit.

7 Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri: aut quantò vehementiùs quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tãtò eum grauiùs peccare, Anathema ſit.

8 Si quis dixerit gehennæ metũ, per quem

ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatũ esse, aut peccatores peiores facere, Anathema sit.

9 Si quis dixerit sola fide impium iustificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendã cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, Anathema sit.

10 Si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, Anathema sit.

11 Si quis dixerit hominem iustificari, vel sola imputatiõe iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per spiritũ sanctum diffundatur, atq; illis inhæreat, aut etiam gratiam qua iustificamur, esse tantùm fauorem Dei, Anathema sit.

12 Si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quàm fiduciam diuinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciã solam esse qua iustificamur, Anathema sit.

13 Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequẽdam, necessarium esse vt credat certò & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, Anathema sit.

14 Si quis dixerit, hominem à peccatis absolui & iustificari, ex eo, quòd se absolui ac iustificari certò credat: aut neminẽ verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatũ, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, Anathema sit.

15 Si quis dixerit hominem renatum & iustificatum, teneri ex fide ad credẽdum se certò esse ex numero prædestinatorum, Anathema sit.

16 Si quis magnum illud vsq; in finem perseuerãtiæ donum se certò habiturũ absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, Anathema sit.

17 Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpotè diuina potestate prædestinatos ad malum, Anathema sit.

18 Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia cõstituto, esse ad obseruandum impossibilia, Anathema sit.

19 Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, Anathema sit.

20 Si quis hominem iustificatum, & quantumlibèt perfectum, dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendum: quasi verò Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum, Anathema sit.

21 Si quis dixerit, Christum Iesum à DEO hominibus datum fuisse, vt redemptorẽ cui fidant, non etiam vt legislatorem cui obediant, Anathema sit.

22 Si quis dixerit, iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo nõ posse, Anathema sit.

23 Si quis hominem semel iustificatum, dixerit ampliùs peccare non posse, nec gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat, nunquàm verè fuisse iustificatum: aut cõtrà, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodùm de beata virgine Maria tenet Ecclesia, Anathema sit.

24 Si quis dixerit, iustitiam acceptam non conseruari, atq; etiam nõ augeri coram Deo per bona opera: sed opera ipsa fructus solũmodò & signa esse iustificationis adeptę, nõ *etiam ipsius augendæ causam, Anathema sit. *autem

25 Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atq; ideo pœnas æternas mereri, tantumq; ob id non damnari, quia Deus ea opera bona non imputet ad damnationem, Anathema sit.

26 Si quis dixerit, iustos nõ debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternã retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si benè agendo, & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerint, Anathema sit.

27 Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui & enormi, præterquàm infidelitatis peccato, semel acceptam gratiã amitti, Anathema sit.

28 Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licèt nõ sit viua: aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, Anathema sit.

29 Si quis dixerit, eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento pœnitentiæ, prout sancta Romana & vniuersalis Ecclesia, à Christo Domino & eius Apostolis edocta, hucusq; professa est, seruauit & docuit, Anathema sit.

30 Si quis post acceptam iustificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitẽti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc seculo, vel in futuro in Purgatorio, antequàm ad regna cælorum aditus patére possit, Anathema sit.

31 Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternę mercedis benè operatur, Anathema sit.

32 Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum, bonis operibus, quæ ab eo per DEI gratiam & Iesu Christi meritum, cuius membrum viuum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem atque etiam glorię augmentum, Anathema sit.

33 Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de Iustificatione, à sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei vel meritis Iesu Christi Domini nostri derogari, & nõ potiùs veritatem fidei nostræ, Dei denique, ac Iesu Christi gloriam illustrari, Anathema sit.

DECRETVM DE REFORMATIONE, publicatum in eadem sexta Sessione, decimatertia Ianuarij.

CAPVT I.

EAdem sacrosancta synodus, eisdẽ Præsidentibus, & Apostolicæ sedis Legatis, ad restituendam collapsam admodùm Ecclesiasticam disciplinam, deprauatosq; in Clero & populo Christiano mores emendandos se accingere volens, ab his, qui maioribus Ecclesijs præsunt, initium censuit esse sumendum. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum. Confidẽs itaq; per Domini ac Dei nostri misericordiam, prouidamq; ipsius Dei in terris Vicarij solertiam, omninò futurum, vt ad Ecclesiarum regimen (onus quippe angelicis humeris formidandum) qui maximè digni fuerint, quorumq; prior vita ac omnis ętas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos, per disciplinæ stipendia Ecclesiasticæ laudabiliter acta, testimoniũ præbeat, secũdùm venerabiles beatorũ Patrũ sanctiones assumant: Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs quibuscunque, quouis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes sibi & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: vigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborẽt, & ministerium suum impleant. Implere autẽ illud se nequaquàm posse sciãt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo iudice requirendus, custodiæ minimè incumbant: cùm certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Ac nihilominùs, quia nonnulli (quod vehementer dolendum est) hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis immemores, terrenaque cælestibus, ac diuinis humana præferentes, in diuersis curijs vagantur, aut in negociorum temporalium solicitudine (ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta) se detinent occupatos: placuit sacrosanctæ Synodo antiquos canones, qui temporum atq; hominum incuria penè in desuetudinem abierunt, aduersus non residentes promulgatos, innouare, quemadmodùm virtute præsentis decreti innouat: ac vlteriùs pro firmiore eorundẽ residentia, & reformandis in Ecclesia moribus in hunc, qui sequitur, modum statuere atque sancire: Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana seu Cathedrali Ecclesia, sibi quocunq; titulo, causa, nomine seu iure cõmissa, quacunq; ille dignitate, gradu & præeminentia præfulgeat (legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus) sex mensibus cõtinuis extra suam diœcesim morando abfuerit: quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ ecclesiæ & pauperibus loci, per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnã ipso iure incurrat. Quòd si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartã partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescẽte verò cõtumacia, vt seueriori sacrorum canonum censuræ subijciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanũ verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, eo ipso incurrenda, infra tres menses per literas seu nuncium Romano pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes (prout cuiusque minor aut maior contumacia exegerit) suæ supremę sedis authoritate animaduertere, & Ecclesijs ipsis de pastoribus vtiliorib⁹ prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire.

CAPVT II.

Episcopi inferiores quæuis beneficia ecclesiastica, personalem residẽtiam de iure siue consuetudine exigentia, in titulum siue commendam obtinentes, ab eorum ordinarijs, quemadmodùm eis pro bono ecclesiarũ regimine, & diuini cultus augmẽto, locorum & personarum qualitate pensata, expediens videbitur, opportunis iuris remedijs residere cogantur: nulliq; priuilegia seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur: Indulgentijs verò & dispensationibus temporalibus, ex veris & rationabilibus causis tantùm cõcessis, & coram ordinario loci legitimè probandis, in suo robore permansuris. Quibus casibus, nihilominùs officiũ sit Episcoporum, tanquam in hac parte à sede Apostolica delegatorum, prouidere, vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portiõis fructuum assignationem, cura animarum nullatenùs negligatur: nemini, quo ad hoc, priuilegio seu exemptione quacunque suffragante.

Acto. 20.

2. Tim. 4.

Cap. 3.

Ecclesiarum prelati, ad corrigendum subditorum excessus, prudenter & diligenter intendant: & nemo clericus secularis, vel cuiusuis ordinis personalis, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegij prętextu tutus censeatur, quô minùs, si deliquerit, ab ordinario loci, tanquam super hoc à sede Apostolica delegato, secundùm canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat.

Cap. 4.

Capitula cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personæ nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, (quæ tantùm suos obligent authores, non etiam successores) tueri se possint, quô minùs à suis Episcopis & alijs maioribus prælatis, per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, totiès quotiès opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari etiam authoritate Apostolica, possint & valeant.

Cap. 5.

Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantùm. Si secùs factum fuerit, Episcopus ab exercitio pontificalium: & sic ordinati, ab executione ordinum, sint ipso iure suspensi.

Indictio futuræ sessionis.

Placétne vobis proximam futuram Sessionem celebrari die Iouis feria quinta post primam Dominicam subsequentis Quadragesimæ, quæ erit dies 3. mensis Martij? Responderunt, Placet.

NOMINA ET COGNOMINA & patriæ prælatorum, qui interfuerunt sextæ Sessioni.

Præsidentes & Legati.

D. D. Ioannes Maria de Monte, Episcopus Prænestinus, Aretinus.
D.D. Marcellus, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter, Ceruinus, Politianus.

Cardinales

D.D. Christophorus Madrucius, tituli sancti Cæsarij in palatio presbyter Cardinalis, & Episcopus Tridentinus, ac administrator Brixinensis, Germanus.
D.D. Petrus Pacechus, presbyter Cardinalis, Episcopus Gienensis, Hispanus.

Archiepiscopi.

R. D. Andreas Cornelius, Archiepiscopus Spalatrensis, Venetus.
R. D. Antonius Filholi, Archiepisc. Aquensis, Gallus.
R. D. Saluator Alexius Sassarus. Archiepisc. Turritanus, Hispanus.
R. D. Ludoui. Chieregatus, Archiepiscopus Antibarensis, Vicent.
R. D. Iacobus Caucus, Archiepiscop. Corcyren. Venetus.
R. D. Ioannes Michael Sarracenus, Archiep. Materan. & Acheruntinus, Neapolitan.
R. D. Sebastianus Lecauela, Archiepiscopus Naxien. Græcus.
R. D. Olaus Magnus, Archiepiscopus Vpsalensis, Gothus.
R. D. Petrus Tagliauia, Archiepiscop. Panormit. Siculus.
R. D. Robertus Vuaucop, Archiepisc. Armacan. Scotus.

Episcopi.

R. D. Marcus Vigerius, Episcopus Senogallien. Sauonen.
R. D. Philos Rouerella, Episcop. Asculanensis, Ferrarien.
R. D. Thomas Campegius, Episcopus Feltren. Bononien.
R. D. Benedictus de Nobilibus, Episcopus Ascien. Lucensis.
R. D. Quintius de Rusticis, Episcopus Militen. Romanus.
R. D. Antonius de Numai, Episcopus Iserniensis. Foroliuien.
R. D. Hieron. Theodolus, Episcopus Gaditan. Foroliuien.
R. D. Hieronymus Fuscherus. episcop. Torcellanus, Venetus.
R. D. Ioannes Lucius Staphyleus, Episcopus Sibinicensis, Dalmata.
R. D. Guilhelmus à Prato, Episcopus Claramonta. Gallus.
R. D. Dionysius Græcus, Episcopus Chironen. & Millopotamensis, Græcus.
R. D. Braccius Martellus, Episcopus Fęsulanum. Florentin.
R. D. Coriolanus Martyranus, Episcopus S. Marci, Neapol.
R. D. Henricus Iofredus, Episcopus Caputaquen. Neapol.
R. D. Eliseus Theodinus, Episcopus Soranus, Arpinâs.
R. D. Iacob⁹ Cortesius à Prato, Episcop. Vasionen. Romanus.
R. D. Baldasar de Hęredia, Episcopus Rosan. Sardus.
R. D. Alexander de Vrsis, Episcopus Emonien. Venetus.
R. D. Angelus Paschalis, Episcopus Motulanus, Dalmata.
R. D. Baldasar Limpus, Episcopus Portuensis, Portugallen.
R. D. Ioannes Fonseca, Episcopus Castellimaris, Hispanus.
R. D. Petrus Bertonus, Episcopus Fanensis, Mutinensis.
R. D. Ioannes Campegius, Episcopus Parentinus, Bononiensis.
R. D. Ludouicus Simonetta, Episcop⁹ Pisaurien sis. Mediolan.
R. D. Aloysius Lipomanus, Episc. Motonen. coadiutor

coadiutor Veronensis, Venetus:
R. D. Philippus Archintus, episcopus Salutiarum, Vicarius sanctissimi D.N. Papæ in Vrbe. Mediolanen.
R. D. Ioannes Petrus Ferretus, Episcop. Mylen. Rauennaten.
R. D. Claudius de la Guische, Episcop. Agathen. Gallus.
R. D. Ioannes Salazar, Episcopus Lancianensis, Hispanus.
R. D. Hieronymus de Bononia, Episcopus Syracusanus, Siculus.
R. D. Ricardus Patus, Episcop. Vvigornien sis, Anglicus.
R. D. Cornelius de Mullis, Episcop. Bitontinus, Placentin.
R. D. Marcus Maliperius, Episcopus Corsulan. Venetus.
R. D. Iacobus Iacobellus, Episcopus Bellicastren. Romanus.
R. D. Franciscus de Nauarra, Episcopus Pacen. Hispanus.
R. D. Didacus de Alaba, Episcopus Astoricen. Hispanus.
R. D. Thomas Caselus, Episcopus Britonorien. Rosanen.
R. D. Galeatius Florimătius, Episcop. Aquinaten. Suesan.
R. D. Petrus de Augustinis, Episcopus Oscen. Hispanus.
R. D. Philippus Bonus, Episcopus Famaugust. Venetus.
R. D. Ioannes Baptista Cicada, Episc. Albiganen. auditor Camerę Apostol. Gienen.
R. D. Thomas de Stella, Epis Salpen. Venet.
R. D. Bernardus Diaz, Episcopus Calagurritan. Hispanus.
R. D. Gregorius Castagnola, Episcopus Mylen. Græcus.
R. D. Antonius de la Cruz, Episcopus Canarien. Hispanus.
R. D. Sebastianus Pighinus, Episc. Alyphan. auditor rotæ Romanæ. Rhegien.
R. D. Ambrosius Catharinus Politus, Episc. Minorien sis, Senensis.

Procuratores absentium.

R. D. Claudi⁹ *Zayus, procurator R. D. D. Othonis Truchses, Cardinalis & Episco. Augusten. Sabaudus.
R. P. Ambrosius Pelargus, ordinis Prædicatorum, procurator R. D. D. Archiep. Treuiren. Electoris Imperij Rom. German.

Abbates.

R. D. Lucianus de Othonibus, Abbas Pomposiæ Ferrarien sis, Mantuan.
R. D. Christophorus Gimilianen. Abbas sanctissimæ Trinitat. de Caieta. Calaber.

Generales.

R. P. Franciscus Romæus, Generalis ordinis Prædicatorum, Aretinus.
R. P. Bonauentura Pius, Generalis ordinis Minorum Conuętualium, Costacciarius.
R. P. Hieronymus Seripandus, Generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini, Neapolitanus.
R. P. Nicolaus Audetus, Generalis ordinis Carmelitarum, Cyprius.
R. P. Augustinus Bonucius, Generalis ordinis sanctæ Mariæ Seruorum, Aretinus.

Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius.

SESSIO SEPTIMA.

IN nomine Domini, Amen. Anno à natiuitate eiusdem Domini, M.D.XLVII. Indictione quinta, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Pauli, diuina ptouidentia Papæ III. anno eius tertiodecimo, die verò Iouis, tertia mensis Martij, Tridenti in Ecclesia Cathedrali, in loco eminentiori ipsius Ecclesiæ, ad Concilium celebrandum & Sessiones habẽdas deputato, celebrata est septima publica Sessio sacrosancti œcumenici & generalis Concilij Tridentini: præsidentibus in ea nomine prelibati sanctissimi Domini nostri Papæ, reuerendissimis patribus, & illustrissimis Dominis Ioanne Maria de Monte, Episcopo Prenestino, & Marcello, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbytero, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis. In qua quidem Sessione, post celebratam Missam de Spiritusancto per reuerendissimum Dominum D. Archiepiscopum Corcyrẽsem (non fuit enim habita oratio, quia reuerendus pater D. Episcopus sancti Marci Neapolitanus, qui eam habiturus erat, erat raucus) necnõ post peractas per reuerendissimum & illustrissimum D. Cardinalem de Monte, Præsidentem præfatum solitas cęremonias, publicata fuerunt duo Decreta, seu certi canones super Sacramentis in genere, & super Baptismo & Confirmatione in specie: necnon certi alij canones super residentia, tenorum infrascriptorum.

NOMINA, ET COGNOMINA, & patriæ prælatorum, qui interfuerunt septimæ Sessioni.

Præsidentes & Legati.

D.D. Ioãnes Maria de Monte, Episcopus Prenestinus, Aretinus.
D.D. Marcellus, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbyter, Ceruinus, Politianus.
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sacri Concilij Præsidentes, & Apostolici de latere Legati.

Cardinales.

D.D. Petrus Pacechus, presbyter Cardinalis, Episcopus Gienensis, Hispanus.

Archiepiscopi.

R. D. Andreas Cornelius, Archiepiscopus Spalatren. Venetus.
R. D. Saluator Alexius Sassarus, Archiepisc. Turri. Hispanus.
R. D. Ludoui. Chieregatus, Archiepiscopus Antibaren. Vicent.

R.D.Iacobus Caucus, Archiepiſcop. Corcyren. Venetus.
R.D.Ioannes Michael Sarracenus, Archiep. Materan. & Acheruntinus, Neapolitan.
R.D.Sebaſtianus Lecauela, Archiepiſcopus Naxien. Græcus.
R.D.Olaus Magnus, Archiepiſcopus Vpſalenſis, Gothus.
R.D.Petrus Tagliauia, Archiepiſcop. Panormit. Siculus.
R.D.Robertus Vuaucop, Archiepiſc. Armacan. Scotus.

Epiſcopi.

R.D.Marcus Vigerius, Epiſcopus Senogallien. Sauonen.
R.D.Philos Rouerella, Epiſcop. Aſculanenſis, Ferrarien.
R.D. Thomas Campegius, Epiſcopus Feltren. Bononien.
R. D. Benedictus de Nobilibus, Epiſcopus Aſcien. Lucenſis.
R.D.Quintius de Ruſticis, Epiſcopus Militen. Romanus.
R.D.Cathalanus Triuultius, epiſcopus Placentin. Mediolanen.
R.D.Hieronymus Fuſcherus, epiſcop. Torcellanus, Venetus.
R.D.Hieron. Theodolus, Epiſcopus Gaditan. Foroliuien.
R.D.Antonius de Numai, Epiſcopus Iſernienſis. Foroliuien.
R.D.Marcus Antonius Crucius, Epiſcopus Tiburtin. Tiburt.
R.D.Ioannes Lucius Staphyleus, Epiſcopus Sibinicenſis, Illyricen.
R.D.Guilhelmus à Prato, Epiſcopus Claramonta. Gallus.
R.D.Dionyſius Græcus, Epiſcopus Chironen. & Millopotamenſis, Græcus.
R.D. Braccius Martellus, Epiſcopus Fęſularum. Florentin.
R.D.Hieronymus Vida, Epiſcopus Albenſis, Cremonen.
R. D. Eliſeus Theodinus, Epiſcopus Soranus, Arpinâs.
R.D.Iacobꝰ Corteſius à Prato, Epiſcop. Vaſionen. Romanus.
R. D. Petrus Franciſc. Ferretus, Epiſcopus Vercel. Hiporigi.
R.D.Baldaſar Limpus, Epiſcopus Portuenſis, Portugallen.
*Boſan. R. D. Baldaſar de Hęredia, Epiſcopus *Roſan. Sardus.
R.D.Angelus Paſchalis, Epiſcopus Motulanus, Dalmata.
R.D.Alexander de Vrſis, Epiſcopus Emonien. Venetus.
R.D. Georgius Cornelius, Epiſcopus Taruiſin. Venetus.
R.D. Ioannes Fonſeca, Epiſcopus Caſtellimaris, Hiſpanus.
R.D.Petrus Bertonus, Epiſcopus Fanenſis, Mutinenſis.
R.D.Ioannes Campegius, Epiſcopus Parentinus, Bononienſis.
R.D.Ludouicus Simonetta, Epiſcopꝰ Piſaurienſis. Mediolan.
R.D.Aloyſius Lipomanus, Epiſ. Motonen. coadiutor Veronenſis. Venet.
R.D.Philippus Archintus, epiſ. Salutiarum, Vicarius ſanctiſſimi D. N. Papæ in Vrbe. Mediolanen.
R.D.Ioãnes Petrus Ferretus, Epiſcopus Mylen. Rauennaten.
R.D.Claudius della Guiſche, epiſcopus Mirapicen. Gallus.
R.D.Ioannes Salazar, Epiſcopus Lancianenſis, Hiſpanus.
R. D. Hieronymus de Bononia, Epiſcopus Syracuſanus, Siculus.
R. D. Aegidius Falſetta, Epiſcopus Caprulan. Cingulan.
R.D.Ricardus Patus, Epiſcop. Vvigornienſis, Anglicus.
R.D. Cornelius * Muſſus, Epiſcop. Bituntinus, Placentin.
R.D.Marcus Maliperius, Epiſcopus Corſulan. Venetus.
R.D.Iacobus Iacobellus, Epiſcopus Bellicaſtren. Romanus.
R.D. Franciſcus de Nauarra, Epiſcopus Pacen. Hiſpanus.
R.D. Didacus de Alaba, Epiſcopus Aſtoricen. Hiſpanus.
R.D.Thomas Caſelus, Epiſcopus Britonorien. Roſanen.
R.D.Galeatius Florimãtius, Epiſcop. Aquinaten. Sueſan.
R.D. Petrus de Auguſtinis, Epiſcopus Oſcen. Hiſpanus.
R. D. Philippus Bonus, Epiſcopus Famaguſt. Venetus.
R. D. Ioannes Baptiſta Cicada, Epiſcopus Albiganen. Auditor Camerę Apoſtolicæ Gienen.
R. D. Thomas de Stella, Epiſcopus Salpen. Venetus.
R.D.Gregorius Caſtagnola, Epiſcopus Mylen. Græcus.
R.D.Bernardus Diaz, Epiſcopus Calagurritan. Hiſpanus.
R.D.Petrus Donatus Cęſius, Epiſcop. Narñien. de Cæſis,
R.D.Antonius de *Cruce, Epiſcopus Canarien. Hiſpanus. * la Cruz
R.D.Sebaſtianus Pighinus, Epiſc. Alyphan. auditor rotæ Romanæ. Rhegien.
R.D.Ambroſius Catharinus Politus, Epiſc. Minorienſis, Senenſis.

Procuratores abſentium.

R.D.Claudiꝰ *Zayus, procurator R. D. D. Othonis Truchſes, S.R.Eccleſ. presbyteri Cardinalis, & Epiſc. Auguſten. Sabaudus.
R.P. Ambroſius Pelargus, ordinis Prædicatorum, procurator R. & illuſtriſſ. D.D. Archiepiſc.

chiepiſcop. Treuiren. Electoris Imperij Romani. Germanus.

Abbates,

R.D.Lucianus de Othonibus, Abbas Pompoſiæ Ferrarien. Mantuanus.
R.D. Chriſtophorus Gimilianen. Abbas ſanctæ Trinitatis de Caieta. Calaber.

Generales.

R.P. Franciſcus Romęus, Generalis ordinis Prædicat. Aretin.
R.P. Bonauentura Pius, Generalis ordinis Minorum conuentualium. Coſtacciarius.
R. P. Hieronymus Seripãdus, General. ord. Eremitarum ſancti Auguſt. Neapolitan.
R.P. Nicolaus Audetus, Generalis ord. Carmelit. Cyprius.
R.P. Auguſtinus Bonucius, Generalis ord. ſanctæ Mariæ Seruorum. Aretinus.

Angelus Maſſarellus, ſacri Concilij Secretarius.

DECRETVM DE SACRAMENTIS Eccleſię, publicatum in ſacroſancta œcumenica & generali Tridentina Synodo, ſeptima Seſſióe, die tertia Martij, 1547.

PROOEMIVM.

DConſummationem ſalutaris de iuſtificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima ſeſſione, vno oĩm Patrum conſenſu promulgata fuit, cõſentaneum viſum eſt de ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera iuſtitia vel incipit, vel incepta augetur, vel amiſſa reparatur. Propterea ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ ſedis Legatis, ad errores eliminandos & extirpandas hæreſes, quę circa ſanctiſſima ipſa ſacramenta hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de nouo adinuentæ ſunt, quæ catholicæ Eccleſiæ puritati & animarum ſaluti magnoperè officiunt, ſanctarum ſcripturarum doctrinæ, Apoſtolicis traditionibus atque aliorum conciliorum & Patrum conſenſui inhærendo, hos præſentes Canones ſtatuendos & decernendos cenſuit, reliquos qui ſuperſunt ad cœpti laboris perfectiõem, deinceps diuino ſpiritu adiuuante editura.

Canones de Sacramentis.

1 Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à IESV CHRISTO Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura vel pauciora quàm ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionẽ, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum ſeptẽ non eſſe verè & propriè ſacramentum, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit ea ipſa nouæ legis ſacramenta à ſacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cęremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, Anathema ſit.

3 Si quis dixeris, hæc ſeptem ſacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, Anathema ſit.

4 Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licèt omnia ſingulis neceſſaria nõ ſint, Anathema ſit.

5 Si quis dixerit, hæc ſacramenta propter ſolam fidem nutriẽdam inſtituta fuiſſe, Anathema ſit.

6 Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tàtùm externa ſint acceptæ per fidem gratiæ vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, Anathema ſit.

7 Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi ſacramenta ſemp & omnibus, quantùm eſt ex parte Dei, etiamſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando & aliquibus, Anathema ſit.

8 Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis, ad gratiã cõſequendã ſufficere, Anathema ſit.

9 Si quis dixerit, in tribus ſacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Cõfirmatione, & ordine, nõ imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignũ quoddam ſpirituale & indelebile, vndè ea iterari non poſſunt, Anathema ſit.

10 Si quis dixerit, Chriſtianos omnes in verbo & omnibus ſacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, Anathema ſit.

11 Si quis dixerit, in miniſtris, dum ſacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciẽdi quod facit Eccleſia, Anathema ſit.

12 Si quis dixerie, miniſtrum in peccato mortali exiſtẽtem, modò omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiẽdum aut conferendũ pertinent, ſeruauerit, non conficere aut conferre ſacramentum, Anathema ſit.

13 Si quis dixerit, receptos & approbatos, Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolenni adminiſtratione ſacramentorum adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Eccleſiarum paſtorem mutari poſſe, Anathema ſit.

De Baptiſmo. Canon I.

Si quis dixerit, Baptiſmum Ioannis habuiſſe eãdem vim cum Baptiſmo Chriſti, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit, aquam veram & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque

ideo verba illa Domini noſtri Chriſti Ieſu,
Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit, Anathema ſit.

3 Si quis dixerit, In Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra, non eſſe veram de Baptiſmi ſacramento doctrinam, Anathema ſit.

4 Si quis dixerit, Baptiſmũ, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, cum intentiõe faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſmum, Anathema ſit.

5 Si quis dixerit, Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, Anathema ſit.

6 Si quis dixerit, Baptizatum nõ poſſe, etiam ſi velit, gratiam amittere, quantumcunquè peccet, niſi nolit credere, Anathema ſit.

7 Si quis dixerit, Baptizatos, per Baptiſmum ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri, nõ autem vniuerſę legis Chriſti ſeruandæ, Anathema ſit.

8 Si quis dixerit, Baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare nõ teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint, Anathema ſit.

9 Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia, quę poſt Baptiſmum fiunt, vi promiſſionis in Baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligãt, quaſi per ea & fidei quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi Baptiſmo, Anathema ſit.

10 Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione & fide ſuſcepti Baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri, Anathema ſit.

11 Si quis dixerit, verum & ritè collatum Baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur, Anathema ſit.

12 Si quis dixerit neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, Anathema ſit.

13 Si quis dixerit, paruulos, eõ quòd actũ credendi non habent, ſuſcepto Baptiſmo inter fideles computandos nõ eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm nos non actu proprio credẽtes, baptizari in ſola fide Eccleſię, Anathema ſit.

14 Si quis dixerit, huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum haberi velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti ſunt, & vbi ſe nolle reſpõderint, ſuo eſſe arbitrio relinquẽdos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitã cogẽdos, niſi vt ab Euchariſtiæ aliorumq; ſacramentorum pceptione arceantur, donec reſipiſcant, Anathema ſit.

De Confirmatione. Canon I.

Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum ocioſam cæremoniam eſſe, & non potiùs verum & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi, fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit, iniurios eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuunt, Anathema ſit.

3 Si quis dixerit, ſanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotẽ, Anathema ſit.

DECRETVM DE REFORMATIONE, publicatum in eadem ſeptima Seſſione Concilij Tridentini, die verò tertia menſis Martij anno 1547.

EAdem ſacroſancta Synodus, eiſdẽ præſidentibus & Legatis, inceptum reformationis & reſidentiæ negocium, ad Dei laudem & Chriſtianæ religionis incrementum proſequi intendens, vt ſequitur, ſtatuẽdum cenſuit, ſalua ſemper in omnibus ſedis Apoſtolicæ authoritate.

Caput primum.

Ad cathedralium eccleſiarũ regimen, nullus niſi ex legitimo matrimonio natꝰ, & ętate matura, grauitate morũ, literarumq; ſciẽtia, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, quæ incipit, Cùm in cunctis, in Concilio Lateranenſi promulgatã, præditus aſſumatur.

Cap. 2.

Nemo quacunque etiam dignitate, gradu aut preeminentia prefulgens, plures Metropolitanas ſeu cathedrales Eccleſias in titulũ ſiue cõmendã, aut alio quouis nomine, contra ſacrorum Canonum inſtituta, recipere, & ſimul retinere præſumat: cùm valdè felix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam benè ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias contra præſentis decreti tenorem nunc detinent, vna quam maluerint retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam ſedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, aliâs infra annum dimittere teneantur: alioquin Eccleſiæ ipſæ (vltimò obtenta duxtaxat excepta) eo ipſo vacare cenſeantur.

Cap. 3.

Inferiora beneficia eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in Lateranenſi, quæ incipit, Quia nonnulli, & aliam Gregorij decimi, in generali Lugdunẽſi concilio, quæ incipit, Licet canon, editam conferãtur. Aliter autem facta collatio ſiue prouiſio, omninò irritetur, & ordinarius collator pœnas Conſtitutionis Concilij generalis,

ralis, quæ incipit, Graue nimis, ſe nouerit incurſurum.

Cap. 4.

Quicũque decæterò plura curata, aut aliâs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentij tertij, quæ incipit, De multa, recipere ac ſimul retinere pſumpſerit, beneficijs ipſis iuxta ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem ipſo iure, etiam præſentis Canonis vigore, priuatus exiſtat.

Cap. 5.

Ordinarij locorum quoſcunque plura curata, aut aliâs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, diſpenſationes ſuas exhibere diſtrictè compellant, & aliâs procedant iuxta conſtitutionem Gregorij decimi, in generali Lugdunenſi Concilio editam, quæ incipit, Ordinarij, quam eadem ſancta Synodus innouandam cenſuit & innouat: addens inſuper, quòd ipſi ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſſignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenùs negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudẽtur, appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus quibuſcunque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitiõibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

Cap. 6.

Vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ, examinari ab ordinarijs, tãquam à ſede Apoſtolica delegatis poſſint, & quæ per ſubreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarẽtur. Illę verò quæ à dicto tempore citrà conceſſæ, nondum in toto vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliâs rationabilibus cauſis corã loci ordinario, vocatis quorum intereſt, verificandis factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtẽtę præſumantur: ac propterea, niſi aliter à ſede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omninò careant.

Cap. 7.

Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs, vel monaſterijs, beneficijs, ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcunque perpetuò vnita & annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur: qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarius etiam perpetuos, niſi ipſis ordinarijs pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum ordinariorum, portione, etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidèm deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcunque in præmiſſis minimè ſuffragantibus.

Cap. 8.

Locorum ordinarij Eccleſias quaſcũque, quomodolibèt exemptas, authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt quę reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi qua illis immineat, alijsque debitis obſequijs minimè defraudentur, appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitùs excluſis.

Capi 9.

Ad maiores eccleſias promoti, munus conſecrationis infra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant: &, progationes vltra ſex menſes conceſſæ, nulli ſuffragentur.

Cap. 10.

Non licet capitulis Eccleſiarum, ſede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimiſſorias, ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm etiam cuiuſuis priuilegij aut conſuetudinis vigore, alicui qui beneficij eccleſiaſtici recepti ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere. Si ſecùs fiat, capitulum contraueniens eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, preſertim in criminalibus, gaudeant: in maioribus verò, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri prælati, ſint ipſo iure ſuſpenſi.

Cap. 11.

Facultates de promouendo à quocunque, non ſuffragentur, niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſſint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo pontificalia exercente, & diligenti præuio examine.

Cap. 12.

Facultates de non promouendo, præterquàm in caſibus à iure expreſſis conceſſæ, ad annum tantùm ſuffragentur.

Cap. 13.

Præſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſuis eccleſiaſticis pſonis, etiam ſedis Apoſtolicæ nuncijs, ad quæuis eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur etiam prætextu cuiuſuis priuilegij ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tẽpore preſcripte, niſi fuerint priùs à locorum ordinarijs examinati & idonei reperti: & nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quô minùs examen ſubire teneatur: præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus ſeu collegijs generalium ſtudiorum, exceptis.

Cap.

Cap. 14.

In exemptorum causis constitutio Innocentij quarti, quæ incipit, Volentes, in generali Concilio Lugdunensi edita, seruetur: quam eadem sacrosancta Synodus innouandam censuit, & innouat: addendo insuper, quòd in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, clerici seculares aut regulares extra monasterium degentes, quomodolibèt exempti, etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in alijs verò, si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluẽdum debitum cogi & compelli possint, priuilegijs, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduersus præmissa nequaquàm valituris.

Cap. 15.

Curent ordinarij, vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibèt exemptis, fideliter & diligenter gubernentur, constitutionis Concilij Viennensis, quæ incipit, Quia contingit, forma seruata. quam quidem constitutionem eadem sancta synodus innouandam duxit, & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decreuit proximam futuram sessionem habendam & celebrandam esse die Iouis feria quinta post sequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigesimaprima mensis Aprilis præsentis anni 1547.

Et quia ego Angelus Massarellus, Sanctoseuerinâs, vtriusque Iuris Doctor, & Protonotarius Apostolicus, ac sacri Tridẽtini Concilij Secretarius, publicationi suprascriptorum decretorum, manu aliena mihi fida scriptorum, interfui, & ea cum originalib. quæ penes me sunt, collata sunt, & cum eis concordant: ideo suprascripta decreta singula, manu mea propria obsignaui, ac de eis omnibus, ad quorum manus peruenerint, fidem facio indubitatam.

BVLLA FACVLTATIS TRANSferendi Concilij.

PAulus Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili fratri Ioanni Mariæ Episcopo Prænestino, & dilectis filijs Marcello tituli S. Crucis in Hierusalem Presbytero, ac Reginaldo S. Marię in Cosmedin Diacono, Cardinalibus, nostris & Apostolicæ sedis Legatis de latere, salutem & Apostolicam benedictionẽ. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licet imparibus, disponente Domino psidentes, nostri officij partes esse putamus, vt si quid grauius causa Reip. Christianæ constituendum sit, id non modò tempore opportuno, verùm etiam loco cõmodo & ido-

neo perficiatur. Cùm itaq; nos nuper, postquàm suspensionem celebrationis sacri œcumenici & vniuersalis concilij, aliâs per nos in ciuitate Tridentina ex causis tunc expressis, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinaliũ cõsilio & assensu indicti, ex certis alijs etiam tunc expressis causis, vsque ad aliud opportunius & commodius tempus per nos declarandum, de simili consilio & assensu factam, audita pace inter chariſſimos in Christo filios nostros, Carolum Rom. Imperatorem semper Augustum, & Franciscum Francorum regem Christianiſſimum conciliata, pari consilio & assensu sustuleramus & amoueramus: nequeuntes ipsi tunc legitimè impediti, ad dictam ciuitatem personaliter accedere, & eidem concilio interesse, vos nostros & Apostolicæ Sedis legatos de latere, in eodem Concilio de simili consilio constituerimus & deputauerimus, vosque ad eandem ciuitatem tanquam pacis angelos destinauerimus, prout in diuersis nostris desupèr confectis literis pleniùs continetur: Nos, ne tam sanctum celebrationis Concilij huiusmodi op' ex incommoditate loci, aut aliâs quouis modo impediatur, aut plùs debito differatur, opportunè prouidere volentes, motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, pariqúe consilio & assensu, vobis insimul, aut duobus ex vobis, reliquo legitimo impedimento detento, seu indè fortè absente, quandocunquè vobis videbitur, Concilium prædictum de eadem ciuitate Tridentina ad quancunque aliam commodiorem & opportuniorem seu tutiorem ciuitatem, de qua vobis etiam videbitur, transferendi & mutandi, ac illud in ipsa ciuitate Tridentina supprimendi & dissoluendi: necnon Prælatis & alijs psonis Concilij huiusmodi, ne in eo ad vlteriora in dicta ciuitate Tridentina procedant, etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis inhibendi, ac idem Concilium in alia ciuitate huiusmodi, ad quam illud transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi & celebrandi, & ad illud Prælatos & alias personas Concilij Tridentini huiusmodi etiã sub periurij & alijs in literis indictionis Cõcilij huiusmodi expressis pœnis, euocandi, eidemq; sic translato & mutato concilio nomine & authoritate prędictis præsidendi, ac in eo procedendi, cæteraq́ue in præmissis & circa ea necessaria & opportuna, aliâs iuxta priorum vobis directarum literarum continentiam & tenorem faciendi, statuendi, ordinandi & exequẽdi, plenam & liberam APOSTOLICA authoritate tenore præsentium concedimus potestatem & facultatem: ratum & gratum habituri, quicquid per vos in præmissis factum, statutum, ordinatum, executúmve fuerit, idq́ue facturi authore Domino inuiolabiliter obseruari: non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apo-

Apostolicis, cæterisq́ue contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ei' se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1544. octauo Calend. Martij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Fab. Episcopus Spol.
B. Motta.

Hucusquè progressum fuit Concilium Tridentinum sub Paulo tertio, à quo posteà Concilium idem Bononiam translatum, illic ad tempus est intermissum. Interim verò Paulus tertius viam vniuersæ carnis ingressus, successorem habuit Iulium tertium, sub quo posteà conuocatum est iterùm in eadem ciuitate Tridentina, & vocati omnes, qui solent interesse Concilio, ad primam diem Maij, M. D. LI. Qua die adfuit præsens Legatus Crescentius cum nonnullis Episcopis, nihil tamen actum est propter paucitatem Episcoporum vsque ad xj. Octobris eiusdem anni, qua die celebrata est tertia sessio sub Iulio Pontifice.

SESSIO OCTAVA.

DEcretum sancitum & publicatum in octaua Sessione, habita die vndecimo mensis Martij 1547. super translatione Concilij ex Tridento ad ciuitatem Bononieñ rogante Reuerendiſſimo & illustriſſ. D. Cardinale de Monte, ipsius Concilij præsidente & Legato Patrum sententias sub infrascripta forma, videlicet:

Placétne vobis decernere & declarare, de huiusmodi morbo ex præmissis & alijs allegatis ita manifestè & notoriè cõstare, vt Prælati in hac ciuitate sine vitæ discrimine commorari, & in ea idcircò inuiti minimè retineri possint & debeant? Itemq́ue attento recessu multorum Prelatorum post proximè præteritam Sessionem, & attentis protestationibus aliorum quamplurium Prælatorum in congregationibus generalibus factis, hinc omninò timore ipsius morbi abire volentium, qui iustè detineri nõ possunt, & ex quorum discessu Concilium vel dissolueretur, vel ex paucitate Prelatorum bonus eius progressus impediretur, & attento etiam imminenti periculo vitæ, & alijs causis per aliquos ex Patribus in ipsis congregationibus allegatis, vtpotè notoriè veris & legitimis: placétne vobis similiter decernere & declarare pro conseruatione & prosecutione ipsius Concilij, & securitate vitæ ipsorum prælatorum, Concilium ipsum ad ciuitatem Bononiæ, veluti ad locum magis paratum, salubrem & idoneum, pro tempore transferendum esse, & ex nunc transferri, & ibidem ses-

sionem iam indictam statuta die vigesimaprima Aprilis celebrandam esse & celebrari, & successiuè ad vlteriora procedendum, donec sanctiſſimo Domino nostro & sacro cõcilio expedire videbitur, vt ad hunc, seu alium locum, communicato etiam consilio cum inuictiſſimo Cæsare, & Christianiſſimo rege, & alijs regibus ac principibus Christianis, ipsum Conciliũ reduci possit & debeat?

Decretum suprascriptum placuit longè maiori parti Patrum, contradicentibus tamen & palàm reclamantibus Patribus nonnullis.

NOMINA, COGNOMINA ET patriæ prælatorum, qui interfuerunt translationi Concilij.

Præsidentes & Legati.

R. & Illust. Dominus, D. Ioãnes Maria, Episc. Prænestinus de Monte. Aretinus.
R. & Illustriſſ. D. D. Marcellus, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbyter, Ceruinus. Politianus.
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sacri Concilij Præsidentes, & Apostolici delatere Legati.

Archiepiscopi.

R. D. Andreas Cornelius, Archiepiscopus Spalatren. Venetus.
R. D. Ludoui. Chieregatus, Archiepiscopus Antiba. Vicent.
R. D. Ioannes Michael Sarracenus, Archiepus Materanus, & Acherontinus. Neapolitan.
R. D. Sebastianus Lecauela, Archiepiscopus Naxien. Græcus.
R. D. Olaus Magnus, Archiepiscopus. Vpsalen. Gothus.
R. D. Robertus VVaucop, Archiepiscop. Armacan. Scotus.

Episcopi.

R. D Philos Rouerella, Episcopus Asculan. Ferrarien.
R. D. Thomas Campegius, Episcopus Feltren. Bononien.
R. D. Benedictus de Nobilibus, Episcopus Ascien. Lucensis.
R. D. Quintius de Rusticis, Episcop' Militen. Romanus.
R. D. Antonius de Numais, Episcopus Isernienſis. Foroliuien.
R. D. Cathalanus Triuultius, Episcopus Placentin. Mediol.
R. D. Hiero. Fuscherus, Episcopus Torcellanus. Venetus.
R. D. Hiero. de Theodolis, Episcopus Geddicen. Foroliuien.
R. D. Ioannes Lucius Staphyleus, Episcop. Sibinicen. Illyricen.
R. D. Hieronymus Vida, Episcopus Alben. Cremonen.
R. D. Iacobus Cortesius à Prato, Episcopus Vasionen. Romanus.
R. D. Alexander de Vrsis, Episcopus Emonien. Venetus.

R. D.

R.D.Georgius Cornelius, Episcopus Taruisin. Venetus.
R.D.Ioannes Campegius, Episcopus Parentinus. Bononien.
R.D.Ludouicus Simonetta, Episcopus Pisaurien. Mediol.
R.D.Aloysius Lipomanus, Episcopus Motonen. coadiutor Veronensis. Venet.
R.D.Philippus Archintus, Episcopus Salutiarum, Vicarius sanctiss.D.N.Papæ in Vrbe. Mediol.
R.D.Ioannes Petrus Ferretus, Episcopus Mylen. Rauennaten.
R.D.Aegidius Falsetta, Episcop. Caprulan. Cingulan.
R.D.Ricardus Patus, Episcopus VVigornien sis. Anglicus.
R.D.Marcus Maliperius, Episcopus Corsulan. Venetus.
R.D.Iacobus Iacobellus, Episcopus Bellicastren. Roma.
R.D.Thomas Caselus, Episcopus Britonorien. Rosanen.
R.D.Ioan.Baptista Cicada, Episc. Albigan. Auditor Cameræ Apostolicæ. Gienen.
R.D. Philippus Bonus, Episcopas Famaugust. Venetus.
R.D.Gregorius Castagnola, episcopus Mylen. Græcus.
R.D. Petrus Donatus Cæsius, episcop. Narnien. de Cæsis.
R.D.Sebastianus Pighinus, Episc.Alyphan. Auditor Rotæ Romanæ. Rhegien.
R.D.Ambrosi⁹ Catharinus Politus, Episco. Minoric. Senen.

Abbates.

R.D.Lucianus de Othonibus, Abbas Pomposiæ Ferrarien. Mantuan.
R.D. Chrysostom⁹ Gimilianen. Abbas sanctiss. Trinitatis de Caieta. Calaber.

Generales.

R.P. Franciscus Romæus, Generalis ordin. Prædicatorum. Aretinus.
R.P.Hieronymus Seripandus, Generalis ordinis Eremitarum sancti Augustini. Neapolitan.
R.P.Augustinus Bonucius, generalis ordinis sanctæ Mariæ Seruorum. Aretinus.
Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius.

Patres, qui non consenserunt in translationem Concilij.

R.& illustriss. D.D. Petrus Pacechus, S.R.E. presbyter Cardinalis, & Episcopus Gienen. Hispanus.

Archiepiscopi.

R.D.Saluator Alexius Sassarus, Archiepiscopus Turritan. Hispanus.
R.D. Petrus Tagliauia, Archiepiscopus Panormitan. Siculus.

Episcopi

R.D. Marcus Vigerius, Episcopus Senogallien. Sauouen.
R.D.Braccius Martellus, Episcopus Fęsulanrum. Florentin.
R.D.Coriolanus Martyranus, Episcopus S. Marci. Neapolitan.
R.D.Baldasar de Hęredia, Episcopus Rosan. Sardus,
R.D.Ioannes Fonseca, Episcopus Castellimaris. Hispanus.
R.D.Ioannes Salazar, Episcopus Lācianen. Hispanus.
R.D. Hieronymus de Bononia, Episcopus Syracusan. Siculus.
R.D. Franciscus de Nauarra, Episcopus Pacen. Hispanus.
R.D. Didacus de Alaba, episcopus Ascoricen. Hispanus.
R.D. Petrus de Augustinis, Episcopus Oscen. Hispanus.
R.D. Bernardus Diaz, Episcopus Calagurritan. Hispanus.
R.D. Antonius de Cruce, Episcopus Canarien. Hispanus.
R.D.Baldasar Limpus, Episcopus Portuen. Portugalen.
R.D.Claudius della Guische, Episcopus Mirapicen. Gallus.
R. D. Galeatius Florimantius, Episcopus Aquinaten. Suessan.

SESSIO NONA.

Bononiæ celebrata die 21. mensis Aprilis, 1547.

DECRETVM PROROGATIONIS Sessionis.

HAec Sacrosancta, œcumenica & generalis Synodus, quę dudùm in ciuitate Tridenti congregata erat, nũc Bononiæ in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea, nomine sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij, eisdem reuerẽdissimis Dominis, Dominis Ioanne Maria, Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbytero, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis delatere Legatis: considerans quòd die 11. mẽsis Martij præsentis anni, in generali publica Sessione in eadem ciuitate Tridenti, & in loco consueto celebrata, omnibusque agendis de more peractis, ex causis tunc instantibus, vrgentibus & legitimis, interueniente etiam authoritate sanctæ sedis Apostolicæ, eisdem reuerendissim. Præsidentibus etiam specialiter concessa, decreuit & ordinauit Concilium ex eo loco in hanc ciuitatem transferendum esse, sicuti transtulit: itemque Sessionem pro præsenti die vigesima prima Aprilis illic indictam, vt de sacramentorum, & reformationis materijs, de quibus tractandum proposuerat, Canones sancirentur & promulgarentur, in hac ipsa ciuitate Bononiæ

nię celebrari debere: considerásq; nonnullos ex Patribus, qui in hoc concilio interesse consueuerunt, his superioribus maioris hebdomadæ, & solennitatis Paschalis diebus, in proprijs ecclesijs occupatos, aliquos etiam alijs impedimẽtis detentos, huc nondùm accessisse, quos tamen breui affuturos sperandum est: ac propterea factum esse, vt non ea, quam sancta Synodus desiderabat, Prælatorum frequentia potuerint materiæ ipsæ sacramentorum & reformationis examinari & discuti: vt omnia maturo consilio cum dignitate & grauitate debita fiant, bonum, opportunum & expediens censuit cẽsetque, Sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, vt præfertur, celebranda erat, ad diem Iouis infra octauam Pentecostes proximè futuram, quo ad ipsas materias expediendas, differendam & prorogandam esse, quẽ admodùm differt ac prorogat: quam diem & rei gerendæ maximè opportunam, & Patribus præsertim absentibus percómodam iudicauit & iudicat: hoc tamen adiecto, q terminum ipsum ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio & voluntate, sicuti rebus Cõcilij putauerit expedire, etiã in priuata congregatione restringere, & imminuere possit & valeat.

NOMINA, COGNOMINA ET patriæ prælatorum, qui interfuerunt nonæ Sessioni.

Præsidentes & Legati ijdem, qui in præcedenti Sessione.

Archiepiscopi.

R.D.Iacobus Caucus, Archiepiscop⁹ Corcyren. Venetus.
Et alij qui in præcedenti Sessione, præter Olaum Magnum.

Episcopi.

R.D.Marcus Antonius Campegius, Episc. Grosetan. Bononiẽ.
R. D. Dionysius Græcus, Episcopus Chiron. & Millopotamensis. Græcus.
R.D.Ioannes Baptista Campegius, Episco. Maioricen. Bonon.
R.D. Petrus Boristius, Episcopus Aquen. Flandrus.
R.D.Augustinus Zannetus, Episcopus Sebasten. Bonon.
R.D.Eliseus Theodinus, Episcopus Soranus. Arpinâs.
R.D.Vincentius de Durantibus, Episcop. Thermula. Brixien.
R.D. Cornelius Musus, Episcopus Bituntinus. Placentin.
R. D. Galeatius Florimantius, Episcopus Aquinaten. Suessan.
R.D.Camillus Mantuanus, Episcopus Satuanen. Placentin.
Et alij omnes qui in præcedenti Sessione, demptis his decem, Episcopo Feltrensi, Torcellano, Gaddicen. Albenen. Emoniẽsi, Parentino, Pisaurien. Albiganen. Mylen. Narnien. Exceptis etiam illis, qui non consenserunt translationi Concilij præter Galeatium Florimantium, Episcopum Aquinaten. Suessan. Abbates.
R.D. Chrysostom⁹ Gimilianen. Abbas sanctiss. Trinitatis de Caieta, Calaber.

Generales Ordinum ijdem, qui in præcedenti.

Et adhuc R.P.Bonauentura Pius, Generalis Ordinis Minorum conuentualium, Costacciarius.

¶ Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius.

SESSIO DECIMA,

Bononiæ celebrata die secunda mensis Iunij, 1547.

Decretum prorogationis Sessionis.

QVanuis hæc sacrosancta Oecumenica & generalis Synod⁹ Sessionem, quæ die vigesimaprima mensis Aprilis proximè præteriti, super sacramentorum & reformationis materijs in hac inclyta ciuitate Bononię, ex Decreto in vrbe Tridentina in publica Sessione die vndecima mensis Martij promulgato, celebranda erat: propter aliquas causas, ac præsertim propter absentiam nonnullorum Patrũ, quos breui affuturos sperabat, ad hunc præsentẽ diem differendam & prorogandam esse decreuerit: volens tamen cum his, qui non venerunt, etiam adhuc benignè agere, eadem sacrosancta Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicæ sedis Legatis, statuit & decernit Sessionẽ ipsam, quam hac die secunda mensis Iunij præsentis anni millesimi quingẽtesimi quadragesimi septimi celebrare decreuerat, ad diem Iouis post festum Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis, quæ erit decimaquinta mensis Septembris proximè futuri, quo ad prędictas & alias materias expediendas, differendam & prorogandam esse, quemadmodùm differt & prorogat: ita tamẽ, quòd prosecutio discussionis & examinationis tam eorum quæ ad dogmata, quàm quę ad reformationem pertinent, interim non omittatur, & terminum ipsum ipsa sancta Synodus pro eius libitò & voluntate, etiam in priuata cõgregatione abbreuiare & prorogare liberè possit & valeat.

R. Prælati, qui interfuerunt decimæ Sessioni.

Præsidentes & Legati.

R.& Illustriss.D.D.Ioannes Maria, Episcopus Prænestinus de Monte, Aretinus.
R.& Illustriss.D.D.Marcellus, tituli sanctę Crucis in Hierusalem presbyter, Ceruinus, Politianus.
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sacri

Concilij Præſidẽtes, & Apoſtolici de latere Legati.

R.D. Archiepiſcopi.

Antibaren. Corcyrenſis, Materan. & Acheruntinus, Naxien. Vpſalen. Armacanus.

R.D. Epiſcopi.

Aſculan. Feltren. Aſcien. Militen. Bononiẽ. Iſernien. Sibinicen. Groſſetan. Chironen. & Millopotamenſis, Maioricen. Aquen. Sebaſteenſis, Soranus, Vaſionen. Motulanus, Parentinus, Piſaurienſis, Motonen. Ieracẽſis, Salutiarum, Mylenſis, Thermular. Caprulanẽſis, Vvigornienſis, Gauillicenſis, Bituntinus, Corſulan. Bellicaſtren. Venuſin. Britonorien. Aquinaten. Famauguſtan. Lauelen. Mylen. Alphan. Minorien.

Abbates.

R.D. Chryſoſtomus Gimilianenſis, Abbas ſanctiſſimæ Trinitatis de Caieta, Calaber.

Generales Ordinum.

R.P. Bonauentura Pius, Generalis ordinis Minorum conuentualium. Coſtacciarius.
R.P. Auguſtinus Bonucius, generalis ordi. ſanctæ Mariæ Seruorum. Aretinus.

¶ Angelus Maſſarellus, ſacri Concilij Secretarius.

SESSIONIS VNDECIMAE prorogatio.

Acta in generali cõgregatiõe, habita die Mercurij 14. mẽſis Septemb. anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimiſeptimi, ſuper prorogatiõe vndecimæ Seſſionis Bononiẽ.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, amen. Anno à Natiuitate eiuſdem M.CCCCC. quadrageſimo ſeptimo, indictiõe quinta, die verò Mercurij decimaquarta menſis Septembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij anno tertiodecimo, Bononię in domo Campegiorum, & ſolitæ reſidentiæ Reuerendiſſimorum & illuſtriſſ. Dominorum, ſacri Concilij Præſidentiũ, & Apoſtolicorũ de latere Legatorũ, & in aula vbi generales congregationes fieri conſueuerũt, hora circiter vigeſimaprima, habita fuit cõgregatio generalis Patrum ipſius ſacri concilij. In qua quidẽ congregatione primùm, more ſolito, reuerendiſſimus & illuſtriſſimus dominus Ioãnes Maria, Epiſcopus Prẽneſtinus, Cardinalis de Monte, ipſius ſacri concilij Præſidens & legatus inuocauit auxilium ſancti Spiritus, legens alta & intelligibili voce infraſcriptam orationem, videlicet: Adſumus Domine Sancte ſpiritus, adſumus quidem peccati immanitate detẽti, ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregati. veni ad nos, & eſto nobiſcum, & dignare illabi cordib⁹ noſtris. Doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oſtẽde quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi complacere in omnibus valeamus. Eſto ſalus & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre & eius Filio nomen poſſides glorioſum. Nõ patiaris perturbatores eſſe iuſtitię, qui ſummam diligis æquitatem. Nõ in ſiniſtrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio munerum vel perſonę corrumpat: ſed iũge nos efficaciter tibi ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnũ, & in nullo aberremus à vero: quatenùs in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt hìc à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis cõſequamur prẽmia ſempiterna. Qua oratione abſoluta, idẽ Reuerendiſſimus & illuſtriſſ. D. Cardinalis de Monte, Præſidens & Legatus prẽfatus, alloquutus fuit patres his verbis, videlicet:

Dies Craſtina, ſanctiſſimi patres (vt dominationes veſtræ ſciunt) erit ea dies, quæ ſtatuta fuit à nobis ad ſeſſionem celebrandam. Quot quantisq;, & quàm diuerſis circunueniamur anguſtijs, difficultatibus & impedimentis, nemo eſt qui nõ videat. Nõdùm venerunt Prælati complures, quos ſcimus arripuiſſe iter, ac pſertim piæ & inclytę nationis Gallicanę. Aliqui venerunt hodiè, herì, nudiuſtertiùs, nudiusquartùs, deniq; tam derepentè, vt non potuerint ſeipſos & animũ ſuum informare in materia tam grauì, ampla & diffuſa, prout eſt hæc Sacramẽtorum eccleſię, & abuſuum innumerabiliũ, qui in miniſterio ipſorum Sacramentorum irrepſerunt. Sed quid loquimur de abſentibus, aut de ijs qui nuper venerunt, cùm illi, qui ſemper fuerunt preſentes, & tota æſtate verſati ſunt in diſputationibus & examinationibus, & in audiẽdo priuatim & publicè minores theologos, adhuc parati non ſint, neq; eſſe potuerint? His difficultatibus accedit atrocitas inſperati caſus Illuſtriſſ. Ducis Placentiæ, qui nos ita detinet occupatos in tuenda libertate ciuitatũ Eccleſię, vt nos ipſi neq; per horam quidẽ vel punctũ temporis liberi ſimus. Lætamur & gratias agimus Deo, q⁹ in decreto proximæ præteritæ ſeſſionis fuerit addita illa clauſula in fine, prorogandi & reſtringendi terminũ, etiã in priuata cõgregatione &c. per quã certè magna cura & ſolicitudine leuamur, cùm non oporteat nos imparatos ad Eccleſiam accedere, vt ſeſſionẽ celebremus. Itaq;, ne diutiùs dominationes veſtras perplexas detineamus, conſilium noſtrum eſt, (quid dicimus cõſilium? quinimmò neceſſitas) vt beneficio illius decreti & clauſulæ nos inuemus, prorogando nunc terminũ Seſſionis, & omittẽdo craſtina die celebrationẽ. Cupimus intelligere, vtrùm placeat dominationibus veſtris conſilium noſtrũ. Hoc puncto abſoluto, agemus de tempore.

Super qua re rogatis ſententijs Patrum, placuit

placuit omnibus Seſſionem ipſam, quæ die craſtina celebranda erat, prorogari.

Deinde idem R. & illuſt. D. Cardinalis de Monte, Præſidens & Legatus præfatus, proſequendo ſermonem ſuum dixit infraſcripta verba, videlicet:

Multùm cogitauimus de tempore huius prorogationis: nullam tandem inuenimus in mente noſtra rationem, in qua poſſimus figere pedem pro aliquo die certo. Certi eſſe non poſſumus, quando erimus parati in materijs noſtris, ita vt ſuper ipſis poſſit promulgari decretum. Scimus quòd cùm eſſemus Tridẽti, & crederemus ſpatio quindecim dierum expediri poſſe decretum Iuſtificatiõis, coacti fuimus inſudare in eo ſeptem continuis menſibus, non intermittẽdo vnam diem, & habendo ſæpè duas congregationes in vno & eodem die. Vbi agitur de fide, de dogmatibus, de confundendis hæreticis, oportet nos cum pede plumbeo procedere, & interdũ in vnius verbuli diſcuſſione longo tempore immorari. Occurrunt nobis etiam aliæ difficultates permultæ: ſed quæ nos acriùs & vehementiùs vrget, eſt, quia eam videmus eſſe conditionem temporum, & ita eſſe tempora præparata & diſpoſita ad producendas res nouas, vt neſciamus, neque pro firmo & conſtanti aſſerere poſſim⁹, vtrùm neceſſitas nobis futura ſit celebrandi Seſſionem perendiè, ex aliquo nouo & inſperato emergenti & incidenti, vel hinc ad octo dies, vel ad vnũ mẽſem, vel pluręs. Propterea ſumus huius ſententiæ, vt ſi velimus cautè & prudenter agere, debeamus facere prorogationem ipſam ad beneplacitum Concilij. Hoc modo, & hac ratione erit ſemper ſacro concilio liberum & integrum, vt poſſit celebrare Seſſionem tunc & quando nouerit ita honori diuino, & rationibus ipſius Concilij & Reipublicæ expedire. Sic deniquè putamus ex vſu eſſe præſentis tẽporis. Sciunt Patres nos ſemper habuiſſe oculos ad conſeruandum ius & authoritatem Concilij, & ad bene dirigendum & ordinandum ipſum conciliũ: credere debent, nos non mutaſſe animum: & propterea poſſunt habere aliquam fidem in nobis, & quo ad hoc, ſe nobiſcũ conformare: habentes pro certo, quòd nos bene conſiderabimus, quid deceat & expediat in præſenti rerum & temporum ſtatu. Vna tantùm ratio poſſet fortè aliquid ſcrupuli inijcere in mente alicuius, videlicet quia ſi Patres ſcirent diem certũ Seſſionis, poſſent aliqui ex eis meliùs conſulere rebus ſuis, prijs vna ratione, vel alia. Credimus, quòd hæc hæſitatio haud longo tempore durabit, & quòd vnuſquiſque poſt non multos dies videre poterit, quem curſum & quem progreſſum ſit ſancta hæc Synodus habitura. Et nihilominùs, capiendo rem in quemcunq; ſenſum etiam aſperiorem, & in quocunq; euentu poſſunt Patres ſperare & ſibi polliceri de nobis, quòd non erimus ſecũdiores, quàm hactenùs fuerimus: & quòd ita ſemper publica dirigemus, vt priuatę Patrum commoditatis rationem (quantũ fieri poterit) habeamus. Sit igitur concluſio, quòd huius ſententiæ & opinionis ſumus, vt ſi Patribus ita videatur & placeat, hęc prorogatio fiat ad beneplacitũ Concilij. Vnuſquiſq; dicat liberè, more ſolito, ſentẽtiam ſuam, prout Reipublicæ Chriſtianæ, honori Concilij, cõmoditati Patrum putauerit expedire, & Spiritus ſanct⁹ ſuggeſſerit ei. Quęcunq; à nobis dicta ſunt, nulla alia ratione dicta eſſe cẽſeri volumus, quàm pro maiori Patrũ informatione: quia multi à nobis petierunt, vt quid in hac re ſentiremus, Patribus aperire vellemus.

Poſteà Patres dixerunt ſententias ſuas, & omnibus placuit, Seſſionem ipſam, quæ die craſtina iuxta decretum publicatũ in proxima præcedenti Seſſione, die 2. Iunij præſentis anni celebrãda erat, prorogari ad beneplacitum ſacri Concilij. Et ita fuit cõcluſum decretum & firmatum. Deinde dimittitur congregatio, & Patres omnes receſſerunt circa horam vigeſimamtertiam.

INTERFVERVNT HVIC SESſioni Patres præcedẽtis Seſſionis præterquàm ſequentes.

Archiepiſcopi.

R.D. Archiepiſ. Antibaren. Venetus.
R.D. Archiepiſ. Corcyren. Venetus.

Epiſcopi.

R.D. Epiſcopus Aſculan. Ferrarien.
R.D. Epiſcopus Militen. Romanus.
R.D. Epiſcopus Soranus. Arpinas.

Orator Chriſtianiſſimi Regis

Illuſtriſſimus D. Claudius Durfe. Gallus.

BVLLA RESVMPTIONIS Concilij Tridentini ſub Iulio III. Pont. Max.

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futurã rei memoriam. Cùm ad tolleda religionis noſtræ diſſidia, quę in Germania longo tempore, non ſine totius Chriſtiani orbis perturbatione & ſcandalo viguerunt, bonum, opportunum & expediens eſſe videatur, ſicuti etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, nobis per ſuas literas & nuncios ſignificari fecit, vt ſacrum œcumenicum & generale Cõcilium, per felicis recordationis Paulum Papam tertium prædeceſſorem noſtrum indictum, & per nos tũc Cardinalatus honore fungentes, atq; ipſius prædeceſſoris nomine, vnà cũ duobus alijs ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, ipſi Concilio preſidentes, inceptum, ordinatũ & cõtinuatum, in quo plures publicæ & ſolennes

lennes habitæ fuerunt Seſſiones, pluraq́ tam in cauſa fidei quàm reformationis promulgata decreta, multaq́; etiam ad vtranq; cauſam pertinẽtia, examinata & diſcuſſa, ad ciuitatem Tridentinam reducatur. Nos, ad quos vt ſummos pro tempore Pontifices, ſpectat generalia Concilia indicere & dirigere, vt Eccleſiæ pacem, & Chriſtianæ fidei atq; orthodoxæ religionis incremẽtum ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus, & quantùm in nobis eſt, tranquillitati ipſius Germaniæ, quæ ſanè prouincia retroactis temporibus in vera religione, ac ſacrorum conciliorum & ſanctorum Patrũ doctrina excolenda, exhibendaq́; maximis Pontificibus, Chriſti redemptoris noſtri in terris Vicarijs, debita obedientia & reuerẽtia, nulli Chriſtianorum prouinciæ fuit vnquàm ſecunda, paternè conſulamus, ſperãtes per ipſius Dei gratiam & benignitatem futurũ, vt Reges omnes ac Principes Chriſtiani, iuſtis pijsq́; noſtris in hac re votis annuant, faueant atque aſſiſtant: Venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, oẽsq́; alios & ſingulos, qui de iure vel cõſuetudine vel priuilegio cõcilijs generalibus intereſſe debẽt, quosq́; idem prædeceſſor noſter in ſuis Indictionis, & alijs quibuſcunque deſuper confectis & publicatis literis cõcilio intereſſe voluit, per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti hortamur, requirim⁹ & monemus, vt proximis futuris Calendis Maij, quem diem ad ipſum conciliũ, in eo in quo nunc reperitur ſtatu, reſumendum & proſequendum, præuia matura deliberatione, ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, ac venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, ſtatuimus, decernim⁹ & declaramus, in ipſa ciuitate Tridẽti, legitimo ceſſante impedimento, conuenire & ſe congregare, ac ipſius concilij continuationi & proſecutioni, oẽi mora poſtpoſita, incumbere velint. Nos eñ operam ſedulò daturi ſumus, vt eodem tẽpore, in eadem ciuitate noſtri omninò adſint Legati, per quos ſi per ætatem noſtram valetudinem q́;, & ſedis Apoſtolicæ neceſſitates perſonaliter adeſſe nequiuerim⁹, Spiritu ſancto duce, ipſi cõcilio præſidebimus, quacunq; ipſius concilij tranſlatione & ſuſpenſione, cæterisq́; contrarijs non obſtantibus quibuſcunque, ac præſertim illis, quæ idem prædeceſſor noſter in ſuis literis prædictis, quas cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis & decretis in ſuo robore permanere volumus, atq; decernimus, & quatenùs opus ſit, innouamus, voluit non obſtare: Irritum nihilominùs decernentes & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter cõtigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum hortationis, requiſitionis, monitionis, ſtatuti, declarationis, voluntatis, innouationis & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnatiõis Dominicę 1550. Decimaoctaua Calend. Decemb. Pontificatus noſtri anno 1.

M. Car. Creſcentius. Rom. Amaſæus.
R. per Romulum ſecre.
R. de ſancta Maria.

IVLIVS PAPA III.

AD futuram rei memoriam. Superioribus diebꝰ de venerabilium fratrũ noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ex cauſis tunc expreſſis Apoſtolica authoritate decreuimus, quòd ſacrum œcumenicum & vniuerſale concilium Tridentum, vbi olim inceptum fuerat, reduci, & ibi (adiuuante Domino) terminari deberet, tempusq́; ad illud reſumendum & proſequendum Calẽdas Maij proximè futuri præfiximus, oẽsq́; & ſingulos quomodolibet in eo intereſſe debentes hortati fuimus & monuimus, vt dicto tempore Tridenti eſſe vellent, prout in noſtris, ſub plumbum deſupèr expeditis literis, pleniùs continetur. Ne autem propterea quòd dictæ literæ nondum publicatæ fuerunt, aliqui ignorantiam rei vllo modo prætexere poſſint, ſed omnes plenam illius notitiam habeãt, dicta authoritate per præſentes ordinamus, quòd tam prædictæ, quàm præſentes literæ, per aliquem ex noſtris curſoribus in baſilicis ſancti Petri de Vrbe & ſancti Ioãnis Lateranenſis, dum ibi diuina celebrantur, publicè ac alta & intelligibili voce legatur, & poſtquàm lectę fuerint, valuis ipſarum baſilicarum affigantur, & ibi aliquandiù dimittantur, & relicta poſteà illarum copia, amoueãtur: Decernẽtes publicationẽ ſic faciẽdam, omnes & ſingulos ipſius concilij celebrationi quomodolibet intereſſe debentes, perindè arctare, ac ſi eis perſonaliter inti matę fuiſſent: quodq́; ipſarum literarũ tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur: Ac hortantes & in Domino requirentes omnes & ſingulos venerabiles fratres noſtros, Patriarchas & Archiepiſcopos, ad quos ipſarum literarũ exempla impreſſa tranſmitti curabimus, vt pro ſuo officio

ficio & debito, id eorum ſuffraganeis & alijs minoribus Prelatis & Abbatibus notificẽt, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die 27. Decẽb. 1550. Pontificatus noſtri anno primo.

MANDATVM IVLII TERTII ſummi Pontificis, in reductione concilij ad ciuitatem Tridentinam.

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio Marcello, tituli Sancti Marcelli presbytero Cardinali, Creſcentio nũcupato, noſtro & Apoſtolicæ ſedis ad Cõcilium Tridentinum legato de latere, & venerabilibus fratribus Sebaſtiano Pighino Archiepiſcopo Sipontino, ac Aloyſio Lipomano Epiſcopo Veronẽſi, noſtris & ipſius ſedis, ac in dicto Concilio vnà cum eodem Marcello Cardinali & legato, nomine noſtro ad præſidendum nũcijs, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ.

Ad prudentis patris familiâs officiũ ſpectat, ea quæ per ſeipſum commodè efficere non poteſt, vt per alios idoneos fiant, diligenter curare. Dudum ſiquidem, cùm ex certis tum expreſſis cauſis bonum, opportunum & expediens eſſe videretur, vt ſacrũ œcumenicum & generale Cõcilium, per felicis recordationis Paulum papam tertium prædeceſſorem noſtrum indictum, ad ciuitatem Tridentinam reduceretur, nos ſperãtes per omnipotentis Dei gratiam & benignitatem futurum, vt Reges omnes & Principes Chriſtiani iuſtis pijsque noſtris in hac re votis annuerent, fauerent & aſsiſterent, venerabiles fratres noſtros Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos, ac dilectos filios Abbates, omnesq́; alios & ſingulos, qui de iure vel conſuetudine aut priuilegio Cõcilijs generalib⁹ intereſſe debẽt, hortati fuimus, requiſiuimus & monuimus, vt proximè futuris Calendis Maij, quam diem ad ipſum Concilium, in eo quo reperitur ſtatu reſumendum, præuia matura deliberatione, ex certa noſtra ſciẽtia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac venerabiliũ fratrum noſtrorum ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalium cõſilio & aſſenſu, ſtatuimus, decreuimus & declarauimus in ipſa ciuitate Tridentina, legitimo ceſſante impediměto, cõuenire & ſe congregare, ac ipſius Concilij continuationi & proſecutioni, omni mora poſtpoſita, incumbere vellẽt, prout in alijs noſtris indè confectis literis pleniùs continetur. Nos igitur, qui ætate noſtra iam ingraueſcente & alijs multipliciter impediti, ad dictam ciuitatem ad præſens perſonaliter accedere, & ipſi Concilio iuxta deſiderium cordis noſtri intereſſe nequimus, volentes reſumptionem, continuationem & proſecutionem Concilij huiuſmodi ex noſtra abſentia non impediri, te fili Marcelle Cardinalis, fide feruentem, prudentia, ſciẽtia ac rerum vſu cõſpicuum, noſtrũ & Apoſtolicæ ſedis ad Concilium huiuſmodi legatum de latere, ac vos fratres, Sebaſtiane Archiepiſcope & Aloyſi epiſcope, pietate & doctrina ac rerum experientia inſignes, noſtros & ipſius ſedis ad dictum Conciliũ vnà tecum fili Marcelle, cardinalis & legate, nomine noſtro præſidendum nuncios cũ ſpeciali & expreſſo mandato, necnon ratihabitionibus & alijs clauſulis in ſimilib⁹ apponi ſolitis, de ſimili eorundem fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica authoritate tenore præſentium conſtituimus & deputamus, vosque ad dictam ciuitatem Tridentinam tanquàm pacis angelos deſtinamus, ac vobis nomine & authoritate noſtra eidẽ concilio præſidendi, ac illud reaſſumendi, continuandi, dirigendi & proſequendi, necnon in illo pro veſtra pietate & ſapientia ea oĩa, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria & aliâs quomodolibet opportuna eſſe, ac aliâs ad laudem & honorem DEI pertinere noueritis, etiam ſi magis ſpeciale mandatum exigant, iuxta noſtrarum prædictarum, ac Indictionis & aliarum ipſius prædeceſſoris ſuper præmiſſis confectarum & publicatarum literarum formam, faciendi & exercẽdi plenam & liberam, authoritate & tenore prædictis, cõcedimus poteſtatem & authoritatem. Hoc itaq; munus vobis iniunctum ita implere ſtudeatis, vt ſperati fructus indè proueniant, vosque à nobis commendatiõem, & à Deo bonorum operum retributore, felicitatis æternæ gloriã conſequi mereamini. Datis pontificatus noſtri anno ſecundo.

MANDATVM IMperatoris.

CArolus V. diuina fauente clemẽtia Romanorũ Impator ſemp Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Sicilię, Hieruſalẽ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Habſpurgi, Flandriæ & Tyrolis &c. Quum beatiſſimus in Chriſto pater & D. D. N. Iulius III. diuina prouidentia, S. R. ac vniuerſalis Eccleſiæ Pontifex Maximus D. N. R. ſacrum œcumenicum & generale Concilium, per ſanctitatis ſuæ prædeceſſorem felicis recor. Paulum Papam III. indictum & inceptum & aliquandiu intermiſſum, ad tollenda religionis noſtræ diſſidia, quæ in Germania longo tempore, maxima totius orbis Chriſtiani pturbatione viguerunt, denuò ad ciuitatem Tridentinam reuocauerit, ac per literas ſuæ ſanctitatis ad Calend. Maias proximè præteritas conuocauerit: Nos verò ob aduerſam valetudinem, cum qua aliquãdiù iam continuò fermè cõflictamur, tum alijs negocijs impediti, quum eidem Concilio, vti cupiebamus,

perſonaliter intereſſe non poſſimus, ne tamen muneri noſtro in re tam ardua defuiſſe videamur, operæprecium duximus mandatarios &procuratores noſtros eò ablegare: ac proinde cõfiſi de fide, probitate & rerum experientia, ac erga ſacroſanctam religionem noſtram orthodoxam zelo & pietate, venerabilium, deuotorum ac generoſitate nobilium fidelium, nobis dilectorũ Hugonis Comitis à Monfort, don Frãciſci à Toleto, Prioris monaſterij Reconuallenſis, & Guilhelmi à Pictauia, Archidiaconi Campaniæ, conſiliariorum noſtrorum, eoſdem tam ratione Imperialis noſtrę dignitatis, quam ſuſtinemus, quàm regnorum & prouinciarum, hæreditario iure nobis ſpectantium, cõiunctim & ſeparatim fecimus, creauimus, conſtituimus & ordinauimus, atq; ex nunc tenore præſentium, ex certa animi noſtri ſcientia, & omnibus alijs melioribus medio, via, iure & cauſa, quibus validiùs & efficaciùs poſſumus & debemus, ſolenniter facimus & creamus, conſtituimus &ordinamus noſtros veros, legitimos & indubitatos oratores & mandatarios: dantes eis, & cuilibet eorũ in ſolidum amplam facultatem & poteſtatem, vt omnes ſimul, aut tres, duo vel vnus ipſorum nomine noſtro in dicto Concilio œcumenico comparére, in omnibus ſeſſionibus noſtrum locum, vtì oratores & mandatarij noſtri habere, res & negocia religionis & fidei, & alia quęcunq; in prædicto Concilio tractanda, vnà cũ alijs ibidèm ſtantibus Reipublicæ Chriſtianæ principibus, eorum´ve legatis, oratoribus, mandatarijs conſultare, agere & tractare, illisq; omnibus & per omnia adeſſe, conſiliũ, votum & decretũ noſtro nomine dare, impartiri ac interponere, aliaque oñia tractare, procurare, agere, concludere & exercere debeant & poſſint, quæ ad Dei gloriam, fidei vnionem & exaltationem, & Reipublicæ Chriſtianæ honorem, cõmodum & augmentum pertinere, & in ipſo concilio expedire viſa fuerint, & quæ nos ipſi agere, tractare, procurare & facere poſſem⁹, ſi præmiſſis omnibus & ſingulis perſonaliter intereſſemus: etiam ſi talia eſſent, quę mandatum exigerẽt magìs ſpeciale, quàm præſentibus eſt expreſſum: ponentes idcirco præfatos oratores & mandatarios noſtros, quo ad præmiſſa, in locum & vicem perſonę noſtræ: promittẽtes in verbo noſtro Cæſareo, nos habituros ratum & gratum, quicquid per ipſos oratores, mãdatarios noſtros, tres aut duos vel vnũ ipſorum, ad modum prænarratum, actum, procuratum & geſtum fuerit, dolo & fraude penitùs ſemotis: Harum teſtimonio literarum, ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datis in ciuitate noſtra Imperiali Auguſta Vindelica, die primo menſis Iulij, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, Imperij noſtri 31. & Regnorum noſtrorum 36.

CAROL.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ M. proprium.

Ioannes Burger.

ORATIO ORATORIS IMperat. poſt præſentationem ſui mandati.

POſtquàm intermiſſum annis aliquot ſacroſanctum concilium, Illuſtriſſ. D. R. Præſules, P. ampliſſimi, ad fidei & religionis Chriſtianę incrementum, hæreſes extirpandas morumq; reformationem non modò vtiliſſimum, verùm & neceſſariũ, à ſanctiſſimo Patre Iulio tertio Pontifice maximo Cæſar inuictiſſimus in hac ciuitate Tridentina proſequendum impetrauit, omnes tam imperij Romani quàm regnorum ſuorum & patrimonialium prouinciarum præſules hortari, monere, frequenter etiã orare, vt ad conciliũ ſe conferrent, non deſtitit: quod equidem & Præſulum in hoc conuentu frequẽtia, & illuſtriſſimorum ſacri Romani Imperij Electorum præſentia, vel me tacente, atteſtatur. Nec his contentus Cæſar, quô maiorem teſtationemq; animi ſui erga ſacram Synodum propenſionem oſtenderet, præter fideliſſimum, & iam dudum hoc munere fungentem dominum Illuſtriſſimũ Frãciſcum à Toleto, vnum ex Hiſpaniarum regnis, ex patrimonialibus ſuis prouincijs, alterum me quoque, licèt indignum, ex Germania ad ipſius vices vnà cum illo hîc gerendas oratorem ac mandatarium conſtituit. Vndè magnum animi Caroli Cæſaris inuictiſſimi erga religionem Chriſtianam, ac Germanicę nationis ſalutem extat argumentum. Vt verò voluntati clementiſs. domini mei morem gererem, eiusq; iuſſis obtemperarem, omiſſis rebus oñibus, huc me quàm diligentiſſimè potui, contuli. Quamobrèm ego vos Præſules Reuerendiſſimi ac Patres ampliſſimi precor, vt iuxta Cæſarei mandati tenorem, in eius me oratorem recipiatis. Dixi.

RESPONSVM SYNODI AD oratores Imperatoris.

ILluſtres domini, Mandatum Cæſareæ Maieſtatis, quod modò à dominationibus veſtris exhibitum eſt, & coram Patribus recitatum fuit, huic ſanctæ Synodo iucundiſſimum nuncium attulit: Quantùm enim in hoc tam vniuerſę Chriſtianę Reipublicę ſalutari opere, de pijſſima hui⁹ religiõe & potẽtiſſimi principis animo ſibi polliceri poſſit, facilè tũ ex ipſius mãdati lectione, tum ex perſonarũ veſtrarum deſtinatione intellexit. Quare & dominatiões veſtras, quas ob ſingularem earum prudentiã & religionis ſtudiũ magno ſibi adiumẽto fore ſperat, grato & beneuolo año amplectitur,

ctitur, & mandatum ſuæ Cæſareæ maieſtatis, quantùm de iure poteſt, libentiſſimè admittit: Et cùm de his omnibus ſancta Synodus DEO benedicto gratias aget, ſimul & Diuinam clementiam pro ſalute eiuſdem maieſtatis, & felici rerum ipſius euentu aſſiduè precabitur.

SACROSANCTI OECVMENICI ET GENERALIS CONCILII Tridentini Seſſio XI. quæ eſt prima ſub Iulio III. Pont. Maximo, celebrata Calend. Maij, 1551.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spirituſſancti, Amen. Anno à natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, Indictione nona, die verò Veneris, prima menſis Maij, pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri Iulij, diuina prouidentia Papæ tertij, anno ſecundo, Reuerẽd. & Illuſtr. D. Marcellus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis de Creſcentijs, prælibati ſanctiſſimi D. N. Papæ de latere Legatus, ac R. D. Sebaſtianus Pighinus, Archiepiſcopus Sipontinus, & Aloyſius Lypomanus, Epiſcopus Veroneñ, Apoſtolicæ ſedis nuncij, vnà cum reliquis Patribus, qui Tridenti aderant, de manè conueneruntin Eccleſia cathedrali ſancti Vigilij ciuitatis Tridẽtinæ, in qua celebrârunt primam Seſſionem huius ſacri Concilij Tridentini ſub eodem ſanctiſſimo D. N. Iulio: Vbi celebrata priùs de Spirituſancto ſolenni Miſſa, peractisq; conſuetis cæremonijs, lectæ fuerunt literæ eiuſdem ſanctiſſimi D. N. Papæ ſuper reaſſumptione & proſecutione ſacri œcumenici & generalis Concilij Tridentini. Deinde R. D. Archiepiſcopus Turritanus conuerſus ad Patres, alta & intelligibili voce legit hæc, quę ſequuntur.

Decretũ de reſumendo Concilio.

Reuerend. & Illuſtr. D. & Reuerendi Patres, placét ne vobis ad laudem & gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spirituſancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Chriſtianę, ſacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, iuxta formam & tenorem literarum ſanctiſſimi domini noſtri reſumi debere, & procedendum eſſe ad vlteriora? Reſponderunt, Placet.

Indictio futuræ Seſſionis.

R. & Illuſtr. domini, reuerendiq; patres, placét ne vobis proximè futuram Seſſionẽ, habendam & celebrandã eſſe in futuris Calendis Septembris? Reſponderunt, Placet. Et ſucceſſiuè ab ipſo Reuerẽd. & Illuſt. dño Legato declaratum eſt, Cõcilium ipſum reſumptũ eſſe, & ꝓcedendũ eſſe ad vlteriora.

Ego Angelus Maſſarellus, ſacri Concilij Secretarius, ſcripta oñia, ita vt notata ſunt, acta fuiſſe: in quorum fidem manu mea ꝓpria ſubſcripſi.

EXHORTATORIA ORATIO, Reuerendiſſimorum ſacri Concilij Tridentini Præſidum nomine recitata Calen. Septemb. M. D. LI.

CVM poſt reſtitutam huc Synodum Patres Ampliſſimi, recens isq; peropportunus ac nobis optatiſſimus duorum clariſſimorum Germaniæ Præſulum, & eorundem ſacri Romani Imperij principum Electorum aduentus magnam ſpem attulerit nobis, fore vt non ſolùm multi eiuſdẽ nationis Epiſcopi, illorum exemplo excitati, verùm etiam alij quamplurimi varijs ex locis propedièm huc adſint, atq; ita ſacrum Cõcilium, ad Dei omnipotentis honorem, proſequi & peragere liceat: nunc deniquè noſtras eſſe partes duximus, pro loco ac perſona, quã ſuſtinemus, vt in principio & tanquàm limine actionum noſtrarũ, pauca verba veſtrî ſimul & noſtrî hortandi atque admonendi cauſa faciamus. Etſi enim vos pro veſtra pietate & ſapientia ac ſtudio ſalutis animarum, in tam graui Chriſtianæ Reipu. tempore ac neceſſitate, bonorũ ſacerdotũ & paſtorum officio fungi paratos eſſe minimè dubitamus: tamen tanta eſt earum rerũ, quas præclarè inchoatas, Deo adiuuãte, perſequi & ad exitum adducere inſtituimus, magnitudo, vt nulla, quæ nos vehementiùs excitet & officij noſtri ſæpiùs admoneat, ſuperuacanea videri debeat oratio. Tollendę enim nobis, vt ſcitis atq; extirpandę ſunt hæreſes: quibus nõ ſine maxima animarum iactura longè lateq́ue diſſeminatis, & indiès lõgiùs ſerpentibus, miſerandum in modum Eccleſia ſciſſa, lacerata & perturbata eſt. Corrigenda, & reformanda eſt Eccleſiaſtica diſciplina, quæ iamdiù deprauata atque corrupta, harum ipſarum hæreſum magna ex parte cauſa origoque extitit. Poſtremò agendum eſt de ſedandis Regum inter ſe Principumq́ue diſcordijs: quibus effectum eſt, vt Chriſtiana Reſpublica maximas intùs & foris calamitates acceperit, & impiorum hoſtium aucta potẽtia, noſtris autem fractis & debilitatis viribus, ſalus iam & libertas Chriſtianorum omnium, atque adeò ipſa fides & religio in ſummum & extremũ penè diſcrimen adducta ſit. Vndè autem noſtræ hortationis initium aptiùs duxerimus, quàm vt nos tantis ac tam arduis rebus non modò perficiendis, ſed ne aggrediendis quidem impares eſſe intelligamus? Quis enim oculos ad tantarum rerum molem inſpiciendam attollens, inde eõſdem ad humanarum virium exiguitatem conſiderandam deijciens, hoc non intelligat, nequaquàm tanto oneri ſubeundo ac ſuſtinẽdo infirmitatem humanam poſſe ſufficere? Nec verò hoc deterrendi veſtrî cauſa dicimus, ſed vt noſtram imbecillitatem agnoſcentes, ad Dei opt. max. opem & miſericordiam nobis confugiendum eſſe ſtatuamus.

2. Cor. 3. Ex eo enim omnis, vt inquit Apostolus, sufficientia nostra est. Itaq; in illo nostra omis nobis spes & fidutia collocanda & reponenda est, qui omnibus, dummodò in fide postulent, affluenter dat, & non improperat. Agitur ipsius religionis causa, agitur Ecclesiæ salus: quam tantoperè dilexit, vt eam filij sui vnigèniti passione & morte redimẽdam putauerit. Vt superioribus temporibus illi nunquàm defuit, ita nec hoc quidem tempore aut in posterum vnquã est defuturus. Iacta sunt, eo authore, harum rerum ferè omnium fundamenta. Profectò cuius impulsu atq; auxilio opus iam institutũ & cœptum est, eodem qûoq; vires subministrãte & nobiscum simul operante, absoluetur. Nó
Esai. 59. est abbreuiata manus Domini, vt Ecclesiæ suæ opitulari non possit: neque minuta clementia, vt nolit. Cuius quidem propitię voluntatis erga nos, cùm alia multa, tum hoc nó minimum testimonium habemus, quòd hos duos Germaniæ præsules, authoritate, prudentia, pietate præstantissimos in eam mentem impulit, vt tam opportuno tẽpore, multis & magnis, quibus impediebantur, difficultatibus consilio & virtute superatis, ad hanc sacrosanctam Synodum accederẽt. Nos modò contrito & humiliato corde supplices eius opem assiduè imploremus, quẽ admodùm paulò antè more Maiorum atq; instituto fecimus. Intimo animi dolore peccata nostra ingemiscam⁹, atq; in bonis operibus & dignis pœnitentiæ fructibus ambulantes, animas nostras & corda Spiritui sancto tanquam sedes ac templa munda præbeamus, memores eius, quod scriptum est:
Esaiæ 52. Mundamini, qui fertis vasa Domini. Maxima semper, vt vos minimè præterit Patres, generalium Conciliorum vis, maxima fuit authoritas. Nec enim dubium est quin eis, modò rectè & ordine habeantur, Spiritus
Matt. 18. sanctus ipse præsideat. Etenim si Dominus noster, vbicunquè duo aut tres in nomine eius fuerint congregati, in medio eorum se futurum esse confirmauit: quis eum & sanctum ipsius Spiritum abesse putet ab huiusmodi plurimorũ Patrum & sacerdotũ conuentu iusto atq; legitimo, qui, quemadmodùm hic noster, propter causam fidei & religionis, propter correctionẽ morum, propter pacem deniq; & tranquillitatem Ecclesiæ sit coactus? Itaque talium Conciliorum scita, non hominum magìs quàm Dei ipsius existimantur esse decreta. Horum exemplũ nobis primis illis Ecclesiæ temporibus, Spiritu sancto pleni Apostoli prodiderunt. Ad hoc remedium maiores nostri deinceps grauissimis Ecclesiæ temporibus cõfugerunt. Hoc Arrianam illam sectam, toto terrarum orbe diffusam, tam inueteratam, tantis studijs opibusq; potentissimorum principum defensam, hoc Macedonij, Nestorij & Eutychetis hæresim, innumerabilesq; alias sustulerunt: Hoc sæpè sacerdotum & populi vitã ac mores reformarunt: Hoc seditionibus & discordijs aliquando agitatam Ecclesiam, in quietum & tranquillum statum redegerunt. Quarè magna spe, magno animo, Patres, tam pias actiões & tam Christiano nomini salutares persequamur. Hoc munus, hæ partes, hoc officium nostrum est, qui hãc ob causam ex tam distãtibus ac remotis regionibus in hanc vrbem conuenimus. Ac primùm quidẽ æterni Dei honor & gloria, & sanctissimæ ipsius fidei, ac religionis causa nos moueat. Nam cùm propter prauos & corruptos mores, Dei venerationem, cultũ & charitatem vbiq; imminuta, tum verò hęresibus & impietate dogmatum, veritatem & synceritatem fidei nusquàm ferè non cõtaminatam atque pollutam videamus, quis tam ingratus ac tam immemor diuinorum munerum ac beneficiorum erit, qui nõ Dei benedicti cultum & gloriam, non cæteris modò rebus anteponat, sed vita & anima sua habeat chariorem? Qui, vt reliqua eius in humanum genus beneficia, quæ sunt innumerabilia & longè maxima, omittamus, tantoperè nos, figmẽtum manuum suarum luteum, amauit, quanquàm inimici ei essemus, & eo impiè relicto ac repudiato, muta & fragilia quædam simulacra coleremus, tamen per vnigeniti filij sui mortem crudelissimosq; cruciatus nos sibi reconciliauerit, & Satanæ dominatu ac peccatorum mole oppressos, æternisque supplicijs addictos liberârit, atque in filios sibi in spem æternæ gloriæ & cælestis hæreditatis adoptârit.
Quòd si eius honori & gloriæ fideles oẽs tantoperè inseruire oportet, quantò maiore studio nos, quos ille sibi sacerdotes elegit, eius cultum & religionem tueri, defendere & conseruare debemus? Salus prętereà nos moueat animarum, pro quibus agnus ille immaculatus, D.N. Iesus Christus suum in ara crucis sanctiss. & pretiosiss. sanguinem effudit: quæ cùm fidei & custodiæ nostræ commissæ & cõmendatæ fuerint, earum incolumitati à nobis cura & solicitudine, quidendum est, si officio nostro satisfacere, si nostræ ipsorum saluti consulere volumus.
Hier. 48. Væ enim ijs, qui DEI opus negligenter faciunt. Væ nobis, si tam necessario tempore, officio ac muneri nostro defuerimus. Quas
Cap. 34. per Ezechielem minas dominus pastoribus, oues sibi commissas negligentibus, intentauit? quàm acriter, quàm seuerè, quàm atrociter gregẽ suum se de eorum manu requisiturum esse denunciauit? Qui cùm primò eorum negligentiam his verbis accusasset,
Ezec. 34. Quod infirmum fuit, non consolidâstis: & quod ægrotum, non sanâstis: & quod confractum, nõ alligâstis: & quod abiectum, nó reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: hæc paulopòst adiunxit: Viuo ego, quia pro eo, quòd facti sunt greges mei in rapinã, & oues

oues meę in deuorationẽ omnium bestiarũ agri: eccè ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum. Quæ eàdem ferè, quanquàm alijs verbis, per Hie-
Hier. 2. remiam, minatus est. Vtinàm verò, Patres, hæc magno animæ diceremus cum dolore, vtinàm hæc tam vehemens increpatio in nostra tempora minimè conueniret, nõ tantum ouium numerum desideraremus, non grex Domini tantoperè diiectus ac laceratus fuisset. Heu quis tantam eius dissipationem, dissipationem autem? immò verò stragem ac vastitatem satis dignè possit deplorare? Superat omnem non orationis modò copiam, sed vim etiam doloris, tantæ & tam luctuosæ cladis magnitudo. Expergiscamur igitur, expergiscamur per viscera misericordię Domini nostri Iesu Christi. Et quoniam ijs, quæ interierunt, ouibus ampliùs subuenire non possumus, demus saltem operam, vt tum ab ouili Dominico abductas recuperemus, tum illas, quæ inde non exierunt, diligentiùs in posterum custodiamus. Non de salute tãtùm eorum agitur: nostra quoq; ipsorum salus agitur. Neq; perire illæ incuria nostra possunt, quin id animabus nostris exitiosum futurum sit. Earum à nobis rationem in tremendo illo iudicio is reposcet,
Hebr. 10. qui illas sanguine suo redemptas, nobis pascendas custodiendasque commisit. Hinc nos viuentis Dei minæ commoueant, cuius in manus incidere horrendum est, si officio nostro defuerimus: inde parata nobis laboris & solicitudinis futuræ merces excitet, si fuerit per nos Dominici gregis saluti prospectum atque consultum. Omittimus laudem, quæ ab omnibus nõ huius modò ætatis hominibus, sed ab omni posteritate sacro huic Concilio sine dubio maxima tribuetur: & eam omittimus, propterea quòd minimè decet nos inanem istam & falsam gloriam aucupari, aut in ea vllum rectè factorum fructum ponere: Quod qui faciũt,
Matt. 6. ij, vt Dominus in Euangelio inquit, mercedem iam suam receperunt. De vera illa & solida & sempiterna gloria loquimur, quæ bonis operibus à Christo Domino nostro
Matt. 25. promissa & præparata est. Etenim si ijs, qui proximum suum esurientem, aut sitientem, aut nudum, cibo, potu, veste, aut alijs huiusmodi charitatis officijs iuuerint, regnum ab eo cęleste promissum est: quãtò illud magìs sperare is debebit, qui proximi & fratris sui animam ex ipsis Satanæ faucibus eripuerit? Quid? qui non de vno aut altero fratre, sed de cuncto fidelium cœtu & vniuersa Republica Christiana optimè fuerit meritus, ipsamque Dei religionem consilijs & laboribus suis instaurauerit, quantò maiora ab illo omnium bonorum operum authore, & eodem remuneratore præmia consequetur? Hæc sunt quæ spectare, quæ intueri, quæ proposita habere & possumus & debemus. Hæc sunt genere ipso ineffabilia, magnitudine infinita, diuturnitate perpetua & sempiterna. Quamobrem incumbamus Patres toto pectore, vt aiunt, ad sananda Christianæ Reipublicæ vulnera: incumbamus quanta maxima possumus cura & diligentia ad eas actiones, ex quibus ad Deum honor, ad Ecclesiam salus, ad nos æterna gloria & felicitas peruentura est. Incredibile est, quibus piorum omnium votis expetitum, qua lætitia cœptum, qua expectatione rursus restitutum huc fuerit instauratumque Concilium. Persuasum ijs est & rectè persuasum, hoc vnum esse remedium, quo Ecclesiæ nauis, iam diù hæresum & discordiarum procellis agitata atq; quassata, & cùm vi tempestatis, tùm nautarum etiam negligentia propè obruta, è periculo eripi, & tuto in portu possit collocari.
Hæc ne eorum vota inania, has spes fallaces, hanc voluptatem irritam patiemur euadere? Quid reliquum erit ampliùs, quod sperent? quid supererit, quod expectent? Si vllo vnquàm tempore bonorum & sapientium sacerdotum ECCLESIA fidem auxiliumque implorauit, hoc tempore Patres, hoc tempore maximè implorat, afflicta, vexata, lacerata, tot spoliata præsidijs, tot charissimis filijs orbata, supplex DEO & vobis manus tendit: filios suos è sinu sibi ereptos recuperare pia parens desiderat, & cùm eorum desiderio angitur, tum de reliquorum etiam salute est solicita. Quas illa Deo grates aget? quanta præ lætitia ac voluptate exultabit, si quod optat, per vos fuerit consecuta? quam ea res nõ huic solùm quæ in terris est, verùm etiam illi cælesti Ecclesiæ grata, iucunda, optataq; accidet? Etenim si vel
Luc. 15. vno peccatore in terris pœnitentiam agente, beatæ illæ mentes tantoperè in cælo gaudent, quid tot populis ad veritatis lucem & rectam viuẽdi rationem reuocatis futurum esse censemus? Ipsum profectò cęlum ecclesiæ hac vnione, & religionis ac disciplinæ Ecclesiasticæ instauratione lętabitur, & terra ob factoris sui gloriam iubilabit, ac Dño nobis placato, atq; ppitio, lætiores posthàc dies, feliciora tempora, vberiores terræ fructus erunt. Reliquum est, Patres amplissimi, vt vos pro officio nostro admoneam⁹, tametsi grauitas & sapientia vestra minimè admonitionem nostram desideret, vt hæc quę pro totius Ecclesiæ salute agere molimur, in spiritu lenitatis & mansuetudinis,
Gala. 6. quemadmodùm sanctę huic Synodo dignum est, agãtur. Facessat hinc omnis huius sacrosancti cœtus maiestate indigna contentio. Facessat omne odium, omnis verborũ immoderatio. Sit summa inter nos, vt debet, charitas, summa animorũ cõsensio, summa cõcordia. Nemo nostrũ quę sua sunt qrat, sed quę Iesu Christi. Deniq; meminerim⁹, huic cõuentui Deũ ipsum, nostrorũ cõsiliorum &

& actionum omnium spectatorem ac iudicem esse affuturum. Cui salus est & honor in secula seculorum. Amen.

SESSIO XII. QVAE EST SECVNDA SVB IVLIO III. PONT. Max. celebrata die 1. Septemb. 1551.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis Apostolicæ Legato & Nuncijs, quę in proximè præterita Sessione sequentem hanc hodiè habendam, & ad vlteriora procedendum esse decreuerat, cùm ob inclytę Germanicæ nationis, cuius præcipuè causa agitur, absentiam, ac non magnam cæterorum Patrum frequẽtiam procedere hactenùs distulerit, de venerabilium in Christo fratrum & filiorum suorum, Maguntini & Treuirensis Archiepiscoporũ, ac sacri Romani imperij Principum Electorum, & cõplurium ipsius aliarumq; prouinciarum Episcoporum sub hãc ipsam diem aduentu in Domino exultans, & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias, firmamq; spem concipiens quamplurimos tam ipsius Germaniæ, quàm aliarũ nationum Prælatos, & sui officij debito & hoc exemplo commotos propediem esse venturos, futuram sessionem ad quadragesimam diem, quæ erit xj. mensis Octobris proximè sequentis, indicit: & Concilium ipsum in statu, in quo reperitur, prosequẽdo, cùm in præteritis sessionibus de septem sacramentis nouæ legis in genere, & in specie de baptismate & Confirmatione diffinitum fuerit, statuit & decreuit de sanctissimæ Eucharistiæ sacramento, necnon quòd ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem Prælatorum residentiam pertinent, agi & tractari debere: Ac monet & hortatur omnes Patres, vt interim D. N. Iesu Christi exemplo, quantùm tamen humana fragilitas patietur, ieiunijs & orationibus vacent, vt tandem placatus, qui in secula sit benedictus Deus, corda hominum ad verę suę fidei agnitionẽ, & sanctę matris Ecclesiæ vnitatem, ac rectè viuendi normam reducere dignetur.

Concordat cum originali: in cuius fidem ego Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius, subscripsi manu propria.

SESSIO XIII. QVAE EST III. SVB IVLIO III. PONTIF. MAX. celebrata die vndecima Octobris 1551. Celebrauit autem Missam summam Episcopus Maioricensis, Orationemque habuit Archiepiscopus Turritanus.

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

SAcrosancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè cõgregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis Apostolicæ legato & nuncijs, & si in eum finem non absq; peculiari scilicet ductu & gubernatione conuenerit, vt veram & antiquam de fide & sacramentis doctrinam exponeret, & vt hæresibus omnibus, & alijs grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitatur, & in multas & varias partes scinditur, remediũ afferret, hoc præsertim iam inde à principio in votis habuit, vt stirpitùs conuelleret zizania execrabiliũ errorum & schismatum, quæ inimicus homo his nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, vsu, & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminauit: quam alioquì Saluator noster in Ecclesia sua tanquàm symbolũ reliquit eius vnitatis & charitatis, qua Christianos omnes inter se coniunctos & copulatos esse voluit. Itaq; eadem sacrosancta Synodus, sanam & syncerã illam de Venerabili hoc & Diuino Eucharistiæ Sacramento doctrinã tradens, quam semper Catholica Ecclesia ab ipso Iesu Christo Domino nostro & eius Apostolis erudita, atque à Spiritu sancto, illi omnem veritatem indies suggerente, edocta retinuit, & ad finem vsq; seculi conseruabit, omnibus Christifidelibus interdicit, ne posthàc de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere aut prædicare audeãt, quàm vt est hoc præsenti decreto explicatum atq; diffinitum.

De Reali præsentia Domini nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistiæ sacramento. Cap. I.

Principio docet sancta Synodus, & apertè ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento, post panis & vini consecrationem D. N. Iesum Christum, verum DEVM atque hominem, verè, realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris, in cælis assideat iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominùs alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existẽdi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & cõstantissimè credere debemus. Ita enim Maiores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerũt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissimè pfessi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cœna redemptorem nostrum instituisse, cùm post panis viniq; benedictionẽ, se suum ipsius corpus illis præbere ac suum sanguinem distis ac perspicuis verbis testatus est. Quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata, & à D. Paulo posteà

posteà repetita, cùm propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundùm quam à Patrib⁹ intellecta sunt, indignissimum sanè flagitium est, ea à quibusdam cõtentiosis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesię sensum detorqueri: quę tanquàm columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata cõmenta, velut Satanica detestata est, grato semper & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

De ratione institutionis huius sanctissimi Sacramenti. Cap. II.

Ergo Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga hoĩes amoris velut effudit, memoriã faciens mirabilium suorum: & in illius sumptione colere nos suî memoriam præcepit, suamq́ue annunciare mortẽ, donec ipse ad iudicandũ mundũ veniat. Sumi aũt voluit sacramentũ hoc tanquàm spiritalẽ animarũ cibum, quo alantur & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me: & tanquàm antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur: Pignus præterea id esse voluit futuræ nostrę gloriæ & perpetuæ felicitatis, adeoq; symbolũ vnius illius corporis, cuius ipse caput existit, cuiq; nos tanquàm mẽbra, arctissima fidei, spei & charitatis connexione adstrictos esse voluit, vt idipsum omnes diceremus, neque essent in nobis schismata.

Pſal. 110.
Matt. 26.
1. Cor. 11.
Ioan. 6.
Ephe. 4.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua sacramenta. Cap. III.

Commune hoc quidẽ est sanctissimæ Eucharistiæ cum cęteris sacramentis, symbolũ esse rei sacræ, & inuisibilis gratiæ formã visibilem: verùm illud in ea excellens & singulare reperitur, quòd reliqua sacramenta tunc primùm sanctificãdi vim habent, cùm quis illis vtitur: at in Eucharistia, ipse sanctitatis author ante vsum est. Nondùm enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cùm verè tamen ipse affirmaret, corpus suum esse quod præbebat. Et semper hęc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumq́; eius sanguinẽ sub panis & vini specie, vnà cum ipsius anima & diuinitate existere: sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinẽ sub vini specie ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamq́; sub vtraq;, vi naturalis illius cõnexionis & concomitantiæ, qua partes Christi Domini, qui iam ex mortuis resurrexit non ampliùs moriturus, inter se copulantur: diuinitatẽ porrò propter admirabilẽ illam eius cum corpore & anima hypostaticam vnionem. Quapter veriss imũ est, tantundẽ sub alterutra specie, atquè sub vtraq; cõtineri: totus enim & integer Christus sub panis specie & sub quauis ipsius speciei parte: totus itẽ sub vini specie, & sub eius partibus existit.

Luc. 22.
Marc. 14.

De Transsubstantiatione. Cap. IIII.

Quoniam autẽ Christus redemptor noster corpus suum, id quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideò persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq́ue nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini, conuersionem fieri totius substantiæ panis, in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantię vini, in substantiã sanguinis eius: quæ conuersio conuenienter & propriè à sancta Catholica Ecclesia, Transsubstantiatio est appellata.

De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda. Cap. V.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christifideles, pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero DEO debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione adhibeant. Neque enim minùs est adorandum, quòd fuerit à Christo Domino, vt sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducẽs in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei, quẽ Magi procidentes adorauerunt: quẽ deniq; in Galilæa ab Apostolis adoratũ fuisse scriptura testatur.

Hebr. 1.
Pſal. 96.
Matt. 2.
Matt. 28.

Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodùm in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, vt singulis annis peculiari quodã & festo die præcelsum hoc & venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solennitate celebraretur, vtq; in processionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circunferretur. Aequissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cùm Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum & redemptorem, pro tam ineffabili & planè Diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræsentatur. Ac sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæresi triumphum agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi, aliquando resipiscant.

De asseruando sacræ Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo. Caput VI.

Cõsuetudo asseruandi in sacrario sanctã Eucharistiã adeò antiqua est, vt eam seculũ etiam

etiam Niceni Concilij agnouerit. Porrò deferri ipſam ſacrã Euchariſtiam ad infirmos, & in hunc vſum diligenter in Eccleſijs conſeruari, præterquàm q̃ cum ſumma æquitate & ratione coniunctum eſt, tum multis in Cõcilijs pręceptũ inuenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ more eſt obſeruatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendũ omĩnõ ſalutarem hunc & neceſſarium morem ſtatuit.

De præparatione quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat. Cap. VII.

Si non decet ad ſacras vllas functiones quẽpiam accedere niſi ſanctè, certè quo magis ſanctitas & Diuinitas cæleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano cõperta eſt, eo diligentiùs cauere ille debet, ne abſq; magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat: præſertim cùm illa plena formidinis verba apud Apoſtolũ legamus: Qui mãducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Dñi. Quare cõmunicare volenti reuocãdum eſt in memoriã eius præceptũ: Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica aũt cõſuetudo declarat eam probationẽ neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi cõſcius mortalis peccati, quantũuis ſibi cõtritus videatur, abſq; præmiſſa ſacramentali cõfeſſione ad ſacrã Euchariſtiã accedere debeat: quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſeruandũ eſſe decreuit, modò nõ deſit illis copia cõfeſſoris. Quòd ſi neceſſitate vrgente ſacerdos abſq; præuia confeſſione celebrauerit, quamprimùm confiteatur.

1. Cor. 11.

Ibidẽm.

De vſu admirabilis huius Sacramenti. Caput VIII.

Quo ad vſum autẽ, rectè & ſapienter Patres noſtri tres rationes, hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerũt. Quoſdam enim docuerunt ſacramẽtaliter duntaxat id ſumere, vt peccatores: alios tantùm ſpiritualiter, illos nimirùm, qui voto propoſitũ illũ cæleſtem panem edentes, fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem ſentiunt: tertios porrò ſacramentaliter ſimul & ſpiritualiter: ij autẽ ſunt, qui ita ſe priùs probant & inſtruunt, vt veſtem nuptialem induti, ad Diuinam hanc menſam accedant. In ſacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à ſacerdotibus cõmunionem acciperent, ſacerdotes aũt celebrantes ſeipſos cõmunicarẽt: qui mos tanquam ex traditione Apoſtolica deſcendens, iure ac meritò retineri debet.

Demum verò paterno affectu admonet ſancta Synodus, hortatur, rogat & obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt oẽs & ſinguli, qui Chriſtiano nomine cẽſentur, in hoc vnitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc cõcordię ſymbolo iam tandem aliquando conueniant & concordent: mores q̃; tãtæ maieſtatis & tam eximij amoris Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis precium, & carnem ſuam nobis dedit ad manducãdum, hæc ſacra myſteria corporis & ſanguinis ei', ea fidei conſtantia & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate & cultu credant & venerentur, vt panem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint, & is verè eis ſit animæ vita, & perpetua ſanitas mentis: cuius vigore confortati, ex huius miſeræ peregrinationis itinere ad cæleſtem patriam peruenire valeant, eundem panem angelorũ, quẽ modò ſub ſacris velaminibus edunt, abſq; vllo velamine manducaturi.

Quoniam autem non eſt ſatis veritatem dicere, niſi & detegantur & refellantur errores, placuit ſanctæ Synodo hos Canones ſubiungere, vt omnes iam agnita doctrina Catholica, intelligant quoque, quę ab illis hęreſes caueri vitariq; debeant.

DE SACROSANCTO EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

Canon I.

SI quis negauerit in ſanctiſſimo Euchariſtię ſacramento contineri verè, realiter & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proindè totum Chriſtum, ſed dixerit tantummodò eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute, Anathema ſit.

Canon II.

Si quis dixerit, in ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtãtiam panis & vini, vnà cũ corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritq; mirabilem illam & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manẽtibus duntaxat ſpeciẽbus panis & vini: quam quidẽ conuerſionem, Catholica Eccleſia aptiſſimè Trãſubſtantiationem appellat, Anathema ſit.

Canon III.

Si quis negauerit in venerabili Sacramẽto Euchariſtiæ ſub vnaquaq; ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſq; ſpeciei partibus ſeparatione facta totum Chriſtum contineri, Anathema ſit.

Canon IIII.

Si quis dixerit, peracta conſecratione in admirabili Euchariſtiæ ſacramento nõ eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri IESV Chriſti, ſed tantùm in vſu dum ſumitur, nõ autem antè vel pòſt: & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur vel ſuperſunt, non remanere verũ corpus Domini, Anathema ſit.

Canon V.

Si quis dixerit, vel præcipuum fructum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea nõ alios effectus prouenire, Anathema ſit.

Canon VI.

Si quis

Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum vnigenitum Dei filium nõ eſſe cultu Latrię etiã externo adorandũ, atque ideò nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neq; in proceſſionibus ſecundùm laudabilẽ & vniuerſalẽ Eccleſię ſanctæ ritum & conſuetudinem ſolenniter circũgeſtandum, vel nõ publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras, Anathema ſit.

Canon VII.

Si quis dixerit, nõ licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim pòſt conſecrationem adſtantibus neceſſariò diſtribuendam, aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur, Anathema ſit.

Canon VIII.

Si quis dixerit, Chriſtum in Euchariſtia exhibitum, ſpiritualiter tantùm manducari, & non etiam ſacramentaliter ac realiter, Anathema ſit.

Canon IX.

Si quis negauerit, oẽs & ſingulos Chriſti fideles vtriuſq; ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis, ſaltem in Paſchate, ad communicandum, iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ, Anathema ſit.

Canon X.

Si quis dixerit, non licere ſacerdoti celebranti ſeipſum cõmunicare, Anathema ſit.

Canon XI.

Si quis dixerit, ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentũ, Anathema ſit. Et ne tantùm ſacramentum indignè, atque ideò in mortem & condemnationem ſumatur, ſtatuit atque declarat ipſa ſancta Synodus, illis, quos cõſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunq; etiam ſe cõtritos exiſtiment, habita copia cõfeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem contrariũ docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excõmunicatus exiſtat.

DECRETVM DE REFORMATIONE. Cap. I.

EAdem ſancta Tridẽtina Synodus, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Legato & Nuncijs, intendens nonnulla ſtatuere, quę ad iuriſdictionẽ pertinent Epiſcoporum, vt iuxta proximæ Seſſionis decretum, illi in cõmiſſis ſibi Eccleſijs eo libentiùs reſideant, quo faciliùs & commodiùs ſibi ſubiectos regere & in vitæ ac morum honeſtate cõtinere potuerint: illud primùm eos admonendos cenſet, vt ſe paſtores, non percuſſores, eſſe meminerint: atq; ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt nõ in eis dominẽtur, ſed illos tanq̃ filios & fratres diligant, elaborẽtq;, vt hortãdo & monendo ab illicitis deterreant, ne vbi delinquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem peccare cõtigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpẽt in omni bonitate & patientia: cùm ſæpè plùs erga corrigẽdos agat beneuolentia, quàm auſteritas: plùs exhortatio, quàm cõminatio: plùs charitas, quàm poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cũ lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate diſciplina populis ſalutaris ac neceſſaria cõſeruetur, & qui correcti fuerint, emendentur: aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitijs deterreantur: cùm ſit diligentis & pij ſimul paſtoris officiũ, morbis ouium lenia primùm adhibere fomenta: pòſt, vbi morbi grauitas ita poſtulet, ad acriora & grauiora remedia deſcendere: ſin autem ne ea quidẽ proficiant, illis ſubmouendis cęteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare.

2. Tim. 4.

Cùm igitur rei criminum plerunquè ad èuitandas pœnas & Epiſcoporum ſubterfugienda iudicia, querelas & grauamina ſimulent, & appellationis diffugio iudicis proceſſum impediant, ne remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutantur, atq; vt huiuſmodi eorum calliditati & tergiuerſationi occurratur, ita ſtatuit & decreuit:

In cauſis viſitationis & correctionis, ſiue habilitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali, ante diffinitiuam ſententiam, ab interlocutoria vel alio quocunque grauamine non appelletur: nec Epiſcopus ſeu Vicarius appellationi huiuſmodi, tanquàm friuolæ, deferre teneatur, ſed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnon omni ſtylo & conſuetudine etiam immemorabili, contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere, niſi grauamen huiuſmodi per diffinitiuã ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua appellari non poſſit: quibus caſibus, ſacrorum & antiquorum Canonum ſtatuta illibata perſiſtant.

Cap. 2.

A ſententia Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus Vicarij generalis, in criminibus appellationis cauſa (vbi appellationi locus fuerit) ſi Apoſtolica authoritate in partibus eam committi contigerit, Metropoliaano, ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali, aut ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel vltra duas legales dietas diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, vni ex viciniorib⁹ Epiſcopis, ſeu illorum Vicarijs, non autem inferioribus iudicibus committatur.

Cap. 3.

Reus ab Epiſcopo, aut eius Vicario in ſpi-

ritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice ad quem appellauit, acta primæ instantiæ omninò producat, & iudex nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat: is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioquì absq; illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit, terminetur.

Cap. IIII.

Cùm verò tam grauia nonnunquàm sint delicta ab Ecclesiasticis commissa personis, vt ob eorum atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari, in quo secundùm sacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur, si quãdo autem interuenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit & decreuit, episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, cõtra clericum in sacris etiã presbyteratus ordinibus cõstitutum, etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem, & per seipsum, etiam ad actualem atq; solennem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus Ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporũ præsentia in numero à Canonibus diffinito requiritur, etiam absq; illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, vsum mitræ & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint: alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues ac Iuris scientia cõmendabiles existant.

Cap. V.

Et quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videtur, interdum accidit, vt nonnulli eiusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis Episcoporum, iuxta seueritatem inflictę, aut remittuntur omninò aut minuuntur, cùm non ferendum sit, vt mendacium, quod tantoperè Deo displicet, non modò ipsum impunitum sit, verùm etiã alterius delicti veniam impetret mentienti: idcircò, vt sequitur, statuit & decreuit: Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de subreptione & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicuius publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum cõdemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per seipsum, tanquàm sedis Apostolicæ delegatus, etiã summariè cognoscat, ipsamq; gratiam, postquàm per falsi narrationem aut veri taciturnitatem, obtentam esse legitimè constiterit, non admittat.

Cap. VI.

Quoniam verò subditi Episcopo, tametsi iure correpti fuerint, magnoperè tamẽ eum odisse, & tanquàm iniuria affecti sint, falsa illi crimina obijcere solent, vt quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant: cuius vexationis timor plerunq; illum ad inquirenda & punienda eorum delicta segniorem reddit: idcircò ne is magno suo & Ecclesiæ incommodo, gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit & decreuit: Episcopus nisi ob causam, ex qua deponendus siue priuandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionẽ seu denunciationem, vel accusationẽ, siue alio quouis modo procedatur, vt personaliter cõpareat, nequaquã citetur vel moneatur.

Cap. VII.

Testes in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu aliâs in causa principali, contra Episcopum, nisi contestes & bonę conuersationis, existimationis & famæ fuerint, non recipiantur: & si odio, temeritate aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur.

Cap. VIII.

Causæ Episcoporum, cùm pro criminis obiecti qualitate comparere debeãt, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

DECRETVM PROROGATIONIS diffinitionis quatuor articulorum de sacramẽto Eucharistiæ, & salui conductus Protestantibus dandi.

EAdem sancta Synodus errores omnes, qui super hoc sanctissimo Sacramento repullularunt, tanquàm vepres ex agro dominico euellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti piè oblatis, inter alios ad hoc sacramentùm pertinentes articulos diligentissima veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis accuratissimisq; pro rerum grauitate disputationibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententijs, hoc etiam tractabat: an necessarium sit ad salutem & Diuino iure præceptum, vt singuli Christifideles sub vtraq; specie ipsum venerabile sacramentũ accipiant: & num minùs sumat qui sub altera, quàm qui sub vtraq; communicat: & an errauerit sancta mater Ecclesia laicos, & nõ celebrantes sacerdotes, sub panis specie dũtaxat communicando: & an paruuli etiam communicandi sint. Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ prouincia ij, qui se Protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequàm diffiniantur, audiri à sancta Synodo cupiunt, & eam ob causam fidẽ publicam ab illa postulârunt, vt ipsis tutò huc venire & in hac vrbe commorari, ac liberè coram Synodo dicere atque proponere quæ senserint, & posteà cũ libuerit, recedere liceat: sancta ipsa Synodus, licèt magno desiderio eorum aduentũ multos anteà menses

expectârit, tamen vt pia mater, quæ ingemiscit & parturit, summoperè id desiderans ac laborans, vt in ijs, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata: sed quemadmodùm eundẽ omnes Deum & redemptorem agnoscunt, ita idẽ dicant, idem credant, idem sapiant: confidens in DEI misericordia & sperans fore, vt illi in sanctissimam & salutarem vnius fidei, spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, securitatem & fidẽ vt petierunt, publicam, quam saluum conductum vocant, quo ad se pertinent, eius, qui infrà scriptus erit, tenoris dedit atque concessit, & eorum causa diffinitionem illorum articulorum ad secundam sessionem distulit: quam, vt illi commodè ei interesse possent, in diem festum Conuersionis Diui Pauli, quæ erit XXV. die mensis Ianuarij anni sequentis, indixit: illudque prætereà statuit, vt in eadem sessione de sacrificio Missę agatur, propter magnam vtriusque rei connexionem. Intereà sessione proxima de Pœnitentiæ & Extremæ vnctionis sacramẽtis tractandum. Illam autem die festo Diuæ Catharinæ virginis & martyris (qui erit vigesimaquinta Nouembris) habendam esse decreuit: simulq; in vtraq; materiam reformationis prosequatur.

SALVVS CONDVCTVS DATVS PROTESTANTIBVS.

SAcrosancta generalis Tridẽtina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis Apostolicæ Legatis & Nuncijs.

Omnibus & singulis, siue Ecclesiasticis, siue secularibus personis vniuersæ Germaniæ, cuiuscunque gradus, status, conditionis, & qualitatis sint, quæ ad œcumenicum hoc & generale concilium accedere voluerint, vt de ijs rebus, quæ in ipsa Synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere & tractare, ac ad ipsum œcumenicum Concilium liberè & tutò venire, & in eo manere & commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam scripto quàm verbo offerre, proponere, & cum Patribus, siue ijs, qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque vllis conuicijs & contumelijs disputare, necnon quando illis placuerit, recedere possint & valeant, publicam fidem & plenam securitatem, quam saluum conductum appellant, cum omnibus & singulis clausulis, & decretis necessarijs & opportunis, etiamsi specialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi voluit, quãtùm ad ipsam sanctam Synodum spectat, concedit. Placuit prætereà sanctæ Synodo, vt si pro maiori libertate ac securitate eorum, certos tam pro commissis quàm pro committendis per eos delictis iudices eis deputari cupiãt, illos sibi beneuolos nominent, etiam si delicta ipsa quantumcunq; enormia ac hæresim sapientia fuerint.

Angelus Massarellus Secretarius.

R. PATRES ET ORATORES, qui adfuerunt in Sessione, quæ habita fuit vndecima Octobris.

R. Marcellus, tituli sancti Marcelli Cardinalis Crescentius, Legatus concilij à latere, patria Romanus.

Præsidentes Concilij.

Sebastianus Pighinus, Archiepiscopus Sipontinus. Resan.

Aloysius Lypomanus, Episcopus Veroneñ. Venetus.

Christophorus Madrucius, tituli sancti Cęsarij in palatio S. Rom. Ecclesiæ Card. & princeps Trident. de Madrucio.

Electores & principes sacri R. Imp.

Sebastianus ab Hausenstain Archiepisc. Moguntineñ. Germa.

Ioannes Comes ab Eysemburg Archiepisc. Treuireñ. Germa.

Adolphus à Schavuemburg Archiepiscopus Colonien. Germa.

Oratores Imperatoris.

Hugo Comes à Monfort & Rotenfels, orator Imperij. Germanus.

Franciscus à Toleto, Prior Reconuallensis orator Cæsaris. Hispan.

Guilhelmus à Pictauia, Archidiaconus Cãpaniæ, Orator Flandriæ. Flandrus.

Oratores Regis Romanorum.

Paulus de Gregorianis, Episco. Zagabrien. Hungar.

Fredericus Nausea, Episcopus Viennensis, Germa.

Archiepiscopi.

Archiepiscopus Turritanus, Antibaren. Vpsalen. Panormitan⁹, Granateñ. Calaritan.

Episcopi.

Episcopus Feltrensis, Senobricensis, S. Marci, Maioriceñ, Camerineñ. Castellimaris, Lancianensis, Alguerẽsis, Mitiensis, Syracusan. Vuigornien sis, Bellicastrensis, Bizont. Aurien sis, Pacensis, Argẽtiñ. Cõstant. Oscen. Clodien. Soloneñ. Calagurritan. Eluensis, Ecneden. Monopothan⁹, Legion. *Oueten. Triden. Iacorẽ. Gnichxersis, Astoricen. Virduneñ. Salaminẽ. Bosen. Mutinẽ.

Abbates & Generales.

Gerardus Hamericurth, Abbas Bortini, ordinis Carmelitarum. Germ.

Marcus de Brixida, Abbas sancti Vitalis, de Rauenna, ordinis S. Benedicti. Ital.

Eusebius de Parma, Abbas sanctæ MARIAE Gratiarum, diœces. Placen. eiusdem ordinis. Italus.

Christophorus Patauinus, Generalis ordinis sancti Augustini. Italus.

Oratores Marchionis Brandeburgeñ.

Christophorus de Strassen.

Ioannes Hofmannus.

¶ Angelus Massarellus, sacri Concilij Secretarius.
Ioannes Baptista Castellus, promotor Concilij, Italus. Bononien.
Ludouicus Firmanus, Magister cæremoniarum. Italus.

SESSIO XIIII. QVAE EST IIII. sub Iulio III. Pont. Max. celebrata die 25. Nouembris, 1551.

Doctrina de sanctissimis Pœnitentiæ & extremæ Vnctionis Sacramentis.

SAcrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè cõgregata, præsidẽtibus in ea eisdem sanctæ Apostolicæ sedis Legato & Nuncijs. Quanuis in decreto de Iustificatione multus fuerit de Pœnitentiæ sacramento propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus, tãta nihilominùs circa illud nostra hac ætate diuersorum errorum est multitudo, vt non parùm publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem & pleniorem diffinitionem tradidisse: in qua demonstratis & conuulsis Spiritussancti præsidio vniuersis erroribus, Catholica veritas perspicua & illustris fieret, quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuò seruandam proponit.

De necessitate & institutione Sacramenti Pœnitentiæ. Cap. I.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iustitiã in Baptismo ipsius beneficio & gratia susceptam, constanter tuerentur, non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo sacramẽtum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus diues in misericordia cognouit firmamentum nostrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese posteà in peccati seruitutem & dæmonis potestatem tradidissent: sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsis post Baptismũ beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidẽ Pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinâssent, quouis tempore ad gratiam & iustitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petiuissent, vt peruersitate abiecta
emendata & eliminata, tãtam Dei offensionem cum peccati odio & pio animi dolore detestarentur: Vndè Propheta ait: Conuertimini, Ezec.18. & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & nõ erit vobis in ruinam iniquitas. Lucæ 13. Dominus etiam dixit: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus, peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam cõmendans, dicebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm. Actor. 2. Porrò nec ante aduentum Christi pœnitentia erat sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit, cùm à mortuis excitatus, insufflauit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritũ sanctũ: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20. Quo tã insigni facto & verbis tam perspicuis potestatẽ remittendi & retinẽdi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse cõmunicatam, vniuersorum Patrum consensus semper intellexit: & Nouatianos remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica tanquàm hæreticos exposit atq; condemnauit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicãdi verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi, cõtra huiusmodi sacramenti institutionem falsò detorquent.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ & Baptismi. Cap. II.

Cæterùm hoc sacramentum multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur. Nam præterquàm quòd materia & forma quibus sacramenti essentia perficitur, longissimè dissident, cõstat certè Baptismi ministrum iudicem esse non oportere, cùm Ecclesia in neminẽ iudicium exerceat, qui non priùs in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. 1. Cor. 5. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de his qui foris sunt, iudicare? Secùs est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lauacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se posteà crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito Baptismo ablui, cùm id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal tanquàm reos, sisti voluit, vt per sacerdotũ sententiam non semel, sed quotiès ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes cõfugerint, possent liberari. Alius est præterea Baptismi, & alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptismum enim Christum induentes, noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum Pœnitentiæ sine nostris magnis fletibus & laboribus, Diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquàm possumus, vt meritò Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondùm regeneratis ipse Baptismus.

De partibus & fructu huius sacramenti. Cap. III.

Docet præterea sancta Synodus, sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius

ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse, Ego te absoluo &c. Quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur, ad ipsius tamen formę essentiam nequaquàm spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia huius sacramẽti, ipsius pœnitentis actº, nempe Contritio, Confessio & Satisfactio: qui, quatenùs in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamq; & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes Pœnitentiæ dicuntur. Sanè verò res & effectus huius sacramenti, quãtùm ad eius vim & efficaciã pertinet, reconciliatio est cum DEO, quam interdùm in viris pijs & cum deuotiõe hoc sacramentum percipientibus, conscientiæ pax ac serenitas cum vehementi spiritus cõsolatione consequi solet. Hæc de partibus & effectu huius sacramenti sancta Synodus tradens, simul eorum sentẽtias damnat, qui Pœnitentiæ partes, incussos conscientię terrores & fidem esse contendunt.

De Contritione. Cap. IIII.

Contritio, quæ primum locum inter dictos Pœnitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato cõmisso, cum proposito non peccandi decæterò. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius: & in homine post Baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia Diuinæ misericordiæ, & voto præstãdi reliqua coniunctus sit, quę ad ritè suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc contritionem non solùm cessationem à peccato, & vitæ nouę propositũ & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, Ezec.18. iuxtà illud: Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et certè, qui illos sanctorum clamores consideranerit, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: Psal. 50. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: Psal. 6. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: & alios huiusmodi generis, facilè intelliget eos ex vehemẽti quodam anteactæ vitæ odio & ingenti peccatorum detestatione manâsse. Esa. 38. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo recõciliare, priusquàm hoc sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominùs reconciliationem ipsi Contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, nõ esse asscribendam. Illam verò Cõtritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam Attritio. vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu cõmuniter cõcipitur, si volũtatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat non solùm non facere hominem hypocritã, & magìs peccatorem, verùm etiam donum Dei esse, & Spiritussancti impulsum, nõ adhuc quidem inhabitãtis, sed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat: & quanuis sine sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationẽ perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerũt, & misericordiam à Domino impetrârunt. Ionæ 3. Quamobrem falsò quidam calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum Pœnitentiæ absq; bono motu suscipientium gratiam cõferre: quod nunquàm Ecclesia Dei docuit, nec sensit: sed & falsò docent, Contritionem esse extortam & coactam, non liberam & voluntariam.

De Confessione. Cap. V.

Ex institutione sacramenti Pœnitentiæ iam explicata, vniuersa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum cõfessionem, & omnibus post Baptismum lapsis, iure diuino necessariam existere. Quia Dominus noster Iesus Christus, è terris asscensurus ad cælos, sacerdotes suijpsius vicarios reliquit, tanquam præsides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quę Christi fideles ceciderint, quô, p potestate clauiũ, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient. Constat enim, sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neq; æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis seruare potuisse, si in genere duntaxàt, & non potiùs in specie ac sigillatim sua ipsi peccata declarâssent. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in cõfessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, & tantùm aduersus duo vltima Decalogi præcepta commissa, quæ nõnunquàm animum grauiùs sauciant, & periculosiora sunt his, quæ in manifesto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia DEI non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quanquam rectè & vtiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominũ vsus demonstrat, taceri tamẽ citra culpam, multisq; alijs remedijs expiari possunt. Verùm cùm vniuersa mortalia peccata, etiam cogitationes, homines irę filios & Dei inimicos reddant, necessum est omnium etiã veniam cũ aperta & verecunda confessione à Deo quærere. Itaque dum omnia, quę memoriæ occurrunt, peccata Christifideles cõfiteri studẽt, proculdubiò oĩa diuinę misericordię ignoscenda exponunt. Qui verò secùs faciunt,

& ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponũt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat medicina, non curat. Colligitur prętereà, etiam eas circunſtantias in cõfeſſione explicandas eſſe, quæ ſpeciem peccati mutant: quòd ſine illis peccata ipſa neq; à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcãt, & fieri nequeat, vt de grauitate criminũ rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere. Vndè alienũ à ratione eſt, docere circunſtãtias has ab hominibus ocioſis excogitatas fuiſſe, aut vnã tantùm circunſtantiam confitendã eſſe, nempe peccâſſe in fratrem. Sed & impium eſt cõfeſſionem, quę hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinã illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, q̃ vt poſtquàm quiſq; diligentiùs ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuę ſinus oẽs & latebras explorauerit, ea peccata cõfiteatur, quibus ſe Dominum & Deum ſuũ mortaliter offendiſſe meminerit. Reliqua autẽ peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum eadem confeſſione incluſa eſſe intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, Ab occultis meis munda me Dñe. Pſal.18.

Ipſa verò huiuſmodi cõfeſſionis difficultas, ac peccata detegẽdi verecundia, grauis quidem videri poſſet, niſi tot tantisq; commodis & cõſolationibus releuaretur, quæ oĩbus dignè ad hoc ſacramentum accedentibus, per abſolutionem certiſſimè cõferuntur. Cæterùm quo ad modum cõfitendi, ſecretò apud ſolum ſacerdotem: & ſi Chriſtus nõ vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum & ſuí humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè cõfiteri poſſit, non tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatìs cõſultè humana aliqua lege præciperẽt, vt delicta, præſertim ſecreta, publica eſſent cõfeſſione aperienda. Vndè cùm à ſanctiſſimis & antiquiſſimis Patribus, magno vnanimiq; conſenſu ſecreta cõfeſſio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta vſa eſt, & modò etiam vtitur, fuerit ſemper cõmendata, manifeſtè refellitur inanis eorũ calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſſe, atq; à Patribus in Cõcilio Lateranenſi congregatis initium habuiſſe, docere nõ verentur. Nec enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit, vt Chriſtifideles cõfiterentur, quod iure Diuino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerat: ſed vt præceptũ cõfeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus & ſingulis, cùm ad annos diſcretionis peruenĩſſent, impleretur. Vndè iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarũ fructu, fidelium obſeruatur mos ille ſalutaris cõfitendi ſacro illo & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ: quẽ morẽ hæc ſancta Synodus maximè probat & amplectitur, tãquàm piè & meritò retinendum.

De miniſtro huius ſacramenti, & abſolutione.
Cap. 6.

Circa miniſtrum autem huius ſacramenti declarat ſancta Synodus, falſas eſſe & à veritate Euãgelij penitùs alienas doctrinas oẽs, quæ ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos & ſacerdotes, Clauium miniſterium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini, Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terrã, erũt ſoluta & in cælo: &, Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt: ad omnes Chriſtifideles indifferenter & promiſcuè cõtra inſtitutionẽ huius ſacramenti ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeãt remittẽdi peccata, publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionẽ tuicunq; factam. Docet quoq;, etiam ſacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutẽ Spiritusſancti in ordinatione collatam, tanquàm Chriſti miniſtros functionẽ remittendi peccata exercere, eosq; prauè ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatẽ non eſſe cõtendunt. Quãuis autem abſolutio ſacerdotis, alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen nõ eſt ſolùm nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actꝰ iudicialis, quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronunciaẽ. Atq; ideò non debet pœnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blãdiri, vt etiã ſi multa illi adſit cõtritio, aut ſacerdoti animꝰ ſeriò agendi & verè abſoluendi deſit, putet tamẽ ſe propter ſuam ſolam fidem verè, & coram Deo eſſe abſolutũ. Nec enim fides ſine pœnitentia remiſſionẽ vllã peccatorũ præſtaret, nec is eſſet niſi ſalutis ſuę negligentiſſimus, qui ſacerdotẽ ioco ſe abſoluentẽ cognoſceret, & nõ alium ſeriò agentẽ ſedulò requireret. Matt.18. Ioan.20.

De caſuum reſeruatione.
Cap. 7.

Quoniam igitur natura & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxàt feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia DEI fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum pfert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnoperè verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxàt ſacerdotibus abſoluerentur. Vndè meritò Pontifices maximi pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerũt peculiari

culiari iudicio reſeruare. Neq; dubitandum eſt, quando omnia, quę à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus, in ſua cuiq; diœceſi, in ædificationẽ tamen, nõn in deſtructiõem liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores ſacerdotes authoritate, præſertim quo ad illa, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem, conſonum eſt diuinæ authoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiã coram Deo vim habere. Veruntamen piè admodùm, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditũ ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſint: extra quem articulũ ſacerdotes, cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitẽtibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Rom.13.

De Satisfactionis neceſsitate & fructu. *Cap.*8.

Demum quo ad Satisfactionem (quæ ex omnibus Pœnitentię partibus, quemadmodùm à patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore cõmendata, ita vna maximè noſtra ętate, ſummo pietatis prętextu impugnatur ab his, qui ſpeciẽm pietatis habent, virtutem autem eius abnegârunt) Sancta Synodus declarat, falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à Dño nũquàm remitti, quin vniuerſa etiam pœna cõdonetur. Perſpicua enim & illuſtria in ſacris literis exempla reperiuntur, quibꝰ, præter diuinam Traditionem, hic error quàm manifeſtiſſimè reuincitur. Sanè & diuinæ iuſtitię ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorãtiam deliquerint: aliter verò, qui ſemel à peccati & dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritusſancti dono, ſciẽtes templum Dei violare & Spiritumſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt occaſione accepta, peccata leuiora putãtes, velut iniurij & cõtumelioſi Spirituiſancto, in grauiora labamur, theſaurizãtes nobis iram in die iræ. Proculdubiò enim magnoperè à peccato reuocant, & quaſi freno quodam coërcẽt hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioresq; & vigilantiores in futurũ pœnitentes efficiunt: medẽtur quoq; peccatorum reliquijs, & vitioſos habitus, malè viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollũt. Neq; verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquàm exiſtimata fuit ad amouendũ imminentem à Dño pœnam, quàm vt hęc Pœnitentiæ opera homines cũ vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dũ ſatisfaciẽdo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficiẽtia eſt, conformes efficimur, certiſſimã quoq; indè arram habentes, quòd ſi compatimur, & conglorificabimur. Neq; verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum: nam qui ex nobis, tãquàm ex nobis nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus. Ita nõ habet homo vndè glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt: in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, facientes fructus dignos pœnitẽtiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo ſacerdotes dñi, quantùm Spiritus & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate, ſalutares & conuenientes ſatisfactiones iniungere: ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantùm ad nouæ vitę cuſtodiam, & infirmitatis medicamẽtum, ſed etiam ad præteritorum peccatorũ vindictam & caſtigationẽ. Nam claues ſacerdotum nõ ad ſoluendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiã antiqui Patres & credunt, & docent. Nec propterea exiſtimârunt ſacramentum Pœnitẽtiæ eſſe forum iræ vel pœnarum, ſicut nemo vnquã Catholicus ſenſit ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus, vim meriti & ſatisfactionis Dñi nõſtri Ieſu Chriſti vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dùm Nouatores intelligere nolunt, ita optimam pœnitentiam, nouam vitam eſſe docent, vt omnem ſatisfactionis vim & vſum tollant. Rom.8. 1. Cor.15. Matt.13. Luc.3. Ioan.15. Ioan.17.

De operibus Satisfactionis. *Cap.* 9.

Docet prætereà, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis, ſpontè à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam (quod maximũ amoris argumentum eſt) temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtũ Ieſum ſatisfacere valeamus.

Doctrina de ſacramento extremæ Vnctionis.

VIſum eſt aũt ſanctæ ſynodo, prędictã doctrinę de Pœnitentia adiungere ea, quę ſequuntur de ſacramento extremæ Vnctionis: quod nõ modò Pœnitentiæ, ſed etiã totiꝰ Chriſtianę vitæ, q̃ perpetua pœnitentia eſſe debet, cõſummatiuum exiſtimatũ eſt à Patribꝰ. Primùm itaq; circa illius inſtitutionẽ declarat & docet, q̃ clementiſſimus redẽptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tẽpore voluit de ſalutaribus remedijs aduerſus omnia omniũ hoſtium tela eſſe proſpectũ, quemadmodùm auxilia maxima in ſacramẽtis alijs ꝓparauit, quibus Chriſtiani Gene.3. 2.Reg.12. Num.12. & 20.

conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incómodo poſſint: ita extremæ Vnctionis ſacramento finem vitę tanquàm firmiſſimo quodam præſidio, muniuit. Nam etſi aduerſarius noſter occaſiones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementiùs ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitùs, & à fiducia etiam, ſi poſſit, diuinæ miſericordię deturbandos, quàm cùm impędére nobis exitum vitæ proſpicit.

De inſtitutione Sacramenti extremæ Vnctionis. Cap. 1.

Inſtituta eſt autem ſacra hæc Vnctio infirmorum, tanquàm verè & propriè ſacramentum noui Teſtamenti, à Chriſto Domino noſtro, apud Marcum quidē inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolū ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur (inquit) quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſię, & orēt ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittētur ei. Quibus verbis, vt ex Apoſtolica traditione per manus accepta Eccleſia didicit, docet materiā, formam, propriū miniſtrū, & effectum huius ſalutaris ſacramenti. Intellexit enim Eccleſia, materiam eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum. Nam Vnctio aptiſſimè Spiritus ſancti gratiā, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat. Formam deindè eſſe illa verba, Per iſtam Vnctionem &c.

Marc. 6. Iaco. 5.

De effectu huius Sacramenti. Cap. 2.

Res porrò & effectus huius ſacramenti illis verbis explicatur, Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittētur ei. Res etenim hæc gratia eſt Spiritus ſancti, cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animā alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitādo: qua infirmus ſubleuatus, & morbi incómoda ac labores leuiùs fert, & tentationibus dęmonis calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.

Iaco. 5.

De miniſtro huius Sacramenti, & tempore quo dari debeat. Cap. 3.

Iam verò quòd attinet ad præſcriptionē eorū, qui & ſuſcipere & miniſtrare hoc Sacramētum debent, haud obſcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum: Nam & oſtenditur illic, proprios huius ſacramēti miniſtros eſſe Eccleſię presbyteros: quo nomine eo loco non ętate ſeniores, aut primores in populo intelligendi veniunt: ſed aut Epiſcopi, aut ſacerdotes ab ipſis ritè ordinati per impoſitionem manuum presbyterij. Declaratur etiam, eſſe hanc Vnctionē infirmis adhibendam, illis verò præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur: vndè & ſacramētum exeuntium nuncupatur. Quòd ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc Vnctionem cōualuerint, iterùm huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterūt, cùm in aliud ſimile vitę diſcrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi ſunt, qui cōtra tam apertam & dilucidam Apoſtoli Iacobi ſententiam, docent hanc Vnctionem vel figmētum eſſe humanum, vel ritum à Patribus acceptū, nec mādatum Dei, nec promiſſionē gratiæ habentem: & qui illam iam ceſſaſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua Eccleſia referenda eſſet: & qui dicunt ritum & vſum, quem ſancta Romana Eccleſia in huius ſacramēti adminiſtratione obſeruat, Iacobi Apoſtoli ſententiæ repugnare, atq; ideo in alium commutādum eſſe: & denię; qui hanc extremam vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmāt. Hæc enim omnia manifeſtiſſimè pugnāt cum perſpicuis tanti Apoſtoli verbis. Nec profectò Eccleſia Romana, aliarum omniū mater & magiſtra, aliud in hac adminiſtranda Vnctione, quantùm ad ea, quæ huius ſacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quàm quod beatus Iacob⁹ præſcripſit. Nec verò tanti ſacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poſſet.

Hæc ſunt, quæ de Pœnitētiæ & Extremæ Vnctionis ſacramentis hæc ſancta œcumenica Synodus profitetur & docet, atq; oīmibus Chriſtifidelibus credenda & tenenda proponit. Sequentes autem canones inuiolabiliter ſeruandos eſſe tradit, & aſſerentes contrarium perpetuò damnat & anathematizat.

DE SANCTISSIMO POENITENTIÆ SACRAMENTO.

Canon primus.

Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia Pœnitentiam non eſſe verè & propriè ſacramētū pro fidelibus, quotiès poſt Baptiſmū in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, Anathema ſit.

Canon II.

Si quis ſacramenta confundens, ipſum Baptiſmum, Pœnitentiæ ſacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque ideo Pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam appellari, Anathema ſit.

Canon III.

Si quis dixerit, verba illa Domini Saluatoris, Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt, nō eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata in ſacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit: detorſerit autem contra inſtitutionem huius ſacramenti, ad authoritatē prædicandi Euangelium, Anathema ſit.

Ioan. 20.

Canon IIII.

Si quis negauerit, ad integrā & perfectā peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiā ſacramenti Pœnitentiæ, videlicet Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quę tres Pœnitētiæ partes dicuntur: aut dixerit duas tātùm eſſe Pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, Anathema ſit.

Canon V.

Si quis dixerit, eam contritionē, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ: non eſſe verum & vtilem dolorem, nec prępparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam & magìs peccatorē: demùm illam eſſe dolorē coactum, & non liberum ac voluntatem, Anathema ſit.

Eſa. 38.

Canon VI.

Si quis negauerit Confeſſionem ſacramētalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino: aut dixerit, modum ſecretè cōfitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, Anathema ſit.

Canon VII.

Si quis dixerit, in ſacramento Pœnitētiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſariū nō eſſe iure diuino, confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, quorū memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta & quę ſunt cōtra duo vltima Decalogi præcepta, & circunſtantias quæ peccati ſpeciem mutant: ſed eam confeſſionem tantùm eſſe vtilem ad erudiendum & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantùm ad ſatisfactionē canonicam imponendam: aut dixerit: eos qui omnia peccata cōfiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum: aut demùm, non licere confiteri peccata venialia, Anathema ſit.

Canon VIII.

Si quis dixerit, confeſſionem omnium peccatorū, qualem Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam, à pijs abolendam: aut ad eam non teneri omnes & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſtifideles, iuxta magni Concilij Lateranen. conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuādendum eſſe Chriſtifidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ, Anathema ſit.

Canon IX.

Si quis dixerit, abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis nō eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti, modò tantùm credat ſe eſſe abſolutum: aut ſacerdos nō ſeriò, ſed ioco abſoluat: aut dixerit, non requiri confeſſionem pœnitentis, vt ſacerdos eum abſoluere poſſit, Anathema ſit.

Canon X.

Si quis dixerit, ſacerdotes qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluendi non habere, aut non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus eſſe dictū, Quęcunq; ligaueritis ſuper terrā, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta & in cęlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem dūtaxàt, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, Anathema ſit.

Canon XI.

Si quis dixerit, Epiſcopos nō habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quo ad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruatiōem nō prohibere, quo minùs ſacerdos à reſeruatis verè abſoluat, Anathema ſit.

Canon XII.

Si quis dixerit, totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionēq; pœnitentium non eſſe aliam, quàm fidem, qua appræhendunt Chriſtum pro eis ſatis feciſſe, Anathema ſit.

Canon XIII.

Si quis dixerit, pro peccatis quo ad pœnam temporalem, minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à ſacerdote iniunctis, ſed neque ſpontè ſuſceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, vel alijs etiam pietaris operibus, atq; ideo optimam pœnitentiā eſſe tantùm nouam vitam, Anathema ſit.

Canon XIIII.

Si quis dixerit, ſatisfactiōes, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verū Dei cultum, atq; ipſum beneficiū mortis Chriſti obſcurantes, Anathema ſit.

Canon XV.

Si quis dixerit, Claues Eccleſię eſſe datas tantùm ad ſoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea ſacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clauiū, & contra inſtitutionē Chriſti, & fictio-

& fictióem esse, quòd virtute clauium subla-
ta pœna æterna, pœna temporalis plerũq;
exoluenda remaneat, Anathema sit.

DE SACRAMENTO EXtremæ Vnctionis.

Canon primus.

Si quis dixerit, Extremam vnctionẽ non esse verè & propriè sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo promulgatum, sed ritũ tantùm acceptum à Patribus, aut figmentũ humanum, Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, sacram infirmorum Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantùm fuerit gratia curationum, Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, Extremæ Vnctionis ritũ & vsum, quem obseruat sancta Romana ecclesia, repugnare sentẽtię beati Iacobi Apostoli, ideoq; eum mutãdum, posseq; à Christianis absque peccato contemni, Anathema sit.

Canon 4.

Si qs dixerit, presbyteros Ecclesię quos beatus Iacobus adducẽdos esse ad infirmũ inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis communitate, ob idq́ue propriũ Extremæ Vnctiõnis ministrum non esse solum sacerdotem, Anathema sit.

DECRETVM DE REformatione.

Proœmium.

CVm propriè Episcoporũ munus sit, subditorum omium vitia redarguere, hoc illis præcipuè cauendũ erit, ne Clerici, præsertim ad animarum curam constituti, crimino si sint, néve inhonestam vitam ipsis cõniuentibus ducant. Nam si eos prauis & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitijs redarguẽt, qui vno ab eis sermone conuinci possent, quòd Clericos ipsis patiantur esse deteriores? Qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes, cùm tacitè sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripiunt? Monebũt propterea Episcopi suos clericos, in quocunq; ordine fuerint, vt conuersasione, sermone & scientia commisso sibi Dei populo præeant, memores eius quod scriptum est: Sãcti
Leu. 19. & 20. estote, quia & ego sanctꝰ sum: & iuxta Apostoli vocem, Nemini dẽt vllam offensionẽ,
2. Cor. 6. vt non vituperetur ininisterium eorum: sed in oibus exhibeant se sicut ministros Dei, ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis,
Ezech. 22. Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem. Vt autem ipsi Episcopi id liberiùs exequi, ac quoquã prætextu desupèr impediri nequeant, eadem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Apostolicę sedis Legato & Nuncijs, hos qui sequuntur Canones statuẽdos & decernendos duxit.

Canon primus.

Cùm honestius ac tutius sit subiecto, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire, q̃ cum præpositorum scandalo graduũ altiorũ appetere dignitatem, ei cui assẽsus ad sacros ordines à suo prælato ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibèt etiã extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis ordinibus seu gradibꝰ, vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspẽsus, nulla cõtra ipsius prælati volũtatem cõcessa licẽtia de se promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus & dignitates siue honores restitutio suffragetur.

Canon 2.

Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quę in partibus infidelium consistũt, clero carentes & populo Christiano, cùm ferè vagabundi sint, & permanẽtem sedem non habeant, non quę Iesu Christi, sed alienas oues inscio proprio pastore quęrentes, dum per hanc sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantùm, exercere prohibitos vident, in legis fraudẽ & contemptum, quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligũt, & quoscunq; ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum seu Prælatorum literas cõmendatitias non habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promouere pręsumũt: quo plerũq; fit, vt minùs idonei & rudes ac ignari, & qui à suo Episcopo tanquàm inhabiles & indigni reiecti fuerũt, ordinati, nec diuina officia peragere, nec Ecclesiastica sacramenta rectè valeant ministrare: nemo Episcoporum, qui titulares vocãtur, etiam si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cuiusuis ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cuiusuis priuilegij, sibi de promouendo quoscunq; ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prętextu familiaritatis continuæ cõmensalitatis suæ, absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut literis dimissorijs, ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tõsuram promouere seu ordinare valeat: cõtrà faciens, ab exercitio pontificalium per annum: taliter verò promotus, ab executiõe ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

Canon 3.

Episcopus quoscunq; suos clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine & commendatitijs literis qua-

quacunq; authoritate promotos, licèt tanquàm habiles ab eo à quo ordinati sunt, ꝓbatos, quos tamen ad diuina officia celebrãda, seu ecclesiastica sacraméta ministrãda minùs idoneos & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspẽdere, & illis ne in altari aut aliquo ordine ministrent, interdicere possit.

Canon 4.

Omnes Ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per huius sanctæ Synodi statuta cuiusuis priuilegij prætextu tutus censetur, quo minùs iuxta Canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi possit, si in ecclesiis suis resederint, quoscũq; seculares clericos, qualitercunq; exẽptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus & delictis, quotiès & quãdò opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquàm ad hoc Apostolicæ sedis delegati, corrigẽdi & castigandi facultatem habeant: quibuscũq; exemptionibus, declarationibus, cõsuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm suos obligent authores, ipsis clericis ac eorũ consanguineis, Capellanis, familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuslibet, ipsorum exemptorum contemplatione & intuitu minimè suffragantibus.

Canon 5.

Insupèr cùm nonnulli, qui sub prętextu, ꝙ super bonis & rebꝰ ac iuribus suis diuersę eis iniuriæ ac molestiæ inferãtur, certos iudiçes p literas cõseruatorias deputari obtinent, qui illos à molestijs & iniurijs huiusmodi tueantur ac defendant, & in possessione, seu quasi, bonorum, rerum ac iurium suorum manuteneant & cõseruent, nec super illis eos molestari permittãt, eiusmodi literas in plerisq; contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant: idcircò nemini omĩnò, cuiuscunq; dignitatis & cõditionis sit, etiam si Capitulum fuerit, conseruatoriæ literæ cũ quibuscunq; clausulis aut decretis, quorumcunq; iudicum deputatione, quocunq; etiam alio prętextu aut colore concessæ suffragentur ad hoc, vt coram suo Episcopo siue alio superiore ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari & conueniri, ac contra eum inquiri & procedi nõ possit, aut quo minùs, si qua iura ei ex cessione competierint, super illis liberè valeat apud iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conseruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. Quòd si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo cõseruator ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices, conseruatorẽ & ordinarium, controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquã in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos, super suspicione aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum. Familiaribus verò eius, qui huiusmodi literis cõseruatorijs tueri se solent, nihil illæ prosint, præterquàm duobus duntaxàt, si tamen illi proprijs eius sumptibus vixerint. Nemo etiam similium literarum beneficio vltra quinquennium gaudere possit. Non licèt quoq; cõseruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. In causis verò mercedum aut miserabilium personarũ, huius sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat. Vniuersitates autẽ generales, ac collegia doctorum seu scholarium, & regularia loca, necnõ hospitalia, actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum, collegiorum, locorum & hospitalium huiusmodi personæ, in præsenti Canone minimè comprehensa, sed exempta omĩnò sint, & esse intelligantur.

Canon 6.

Quia verò, etsi habitus non facit monachũ, oportet tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, vt per decẽtiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodiè aliquorum inoleuit temeritas religionisq́; cõtemptus, vt propriam dignitatem & honorem clericalem paruipendentes, vestes etiam deferãt publicè laicales, pedes in diuersis ponẽtes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: Propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quantumcũq; exẽptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacunq; Ecclesiastica obtinuerint, si postquàm ab Episcopo suo etiam per edictum publicũ moniti fuerint, honestum habitum clericalẽ, illorum ordini & dignitati congruentem, & iuxta ipsius Episcopi ordinationem & mãdatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio & beneficio, ac fructibus, redditibus & prouentibus ipsorum beneficiorum, necnon si semel correpti, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum & beneficiorum hũiusmodi coërceri possint & debeant, constitutionẽ Clementis quinti in Concilio Viennen. editã, quæ incipit, Quoniam, innouãdo & ampliando.

Canon 7.

Cùm etiam qui per industriam occíderit proximum suũ & per insidias, ab altari auelli debeat, quia sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam si crimẽ id nec ordine iudiciario probatũ, nec alia ratiõe publicũ, sed occultum fuerit, nullo tẽpore ad sacros ordines ꝓmoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam nõ habeant animarum, conferre liceat, sed omni ordine ac beneficio & officio Ecclesiastico

ſtico perpetuò careat. Si verò homicidium nō ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quā ob cauſam etiam ad ſacrorum ordinum & altaris miniſteriū, & beneficia quæcunq; ac dignitates iure quodammodò diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut, ex cauſa, Metropolitano ſeu viciniori Epiſcopo, qui nō niſi cauſa cognita, & probatis proceſſibus ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit.

Canon 8.

Prætereà quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri ſunt paſtores, ac ꝓprias oues habent, alienis etiam ouibus præeſſe quærūt, & ita alienis ſubditis quandoq; intendunt, vt ſuorū curam negligant, quicunq; etiam Epiſcopali præditus dignitate, qui alienos ſubditos puniendi priuilegium habuerit, contra clericos ſibi nō ſubditos, preſertim in ſacris conſtitutos, quorumcunq; etiam atrocium criminum reos, niſi cum proprij ipſorum clericorum Epiſcopi, ſi apud eccleſiam reſederit, aut perſonæ ab ipſo Epiſcopo deputandæ interuētu, nequaquàm procedere debeat: aliàs ꝓceſſus & indè ſequuta quæcunque, viribus omninò careant.

Canon 9.

Et quia iure optimo diſtinctæ fuerūt diœceſes & parochiæ, ac vnicuiq; gregi ꝓprij attributi paſtores, & inferiorum eccleſiarū rectores, qui ſuarum quiſq; ouium curā habeant, vt ordo eccleſiaſticus non confundatur, aut vna & eadē Eccleſia duarū quodammodò diœceſum fiat, nō ſine graui eorū incōmodo, qui illi ſubditi fuerint: beneficia vnius diœceſis, etiā ſi parochiales Eccleſiæ, vicarię ꝓpetuæ, aut ſimplicia beneficia ſeu preſtimonia, aut preſtimoniales portiones fuerint, etiā ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorū, aut alia quacunque de cauſa alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam pio, perpetuò non vniantur, decretū huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando.

Canon 10.

Regularia beneficia, in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, cùm per obitum, aut reſignationem, vel aliâs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religioſis tātùm illius ordinis, vel his qui habitum omninò ſuſcipere & profeſſionē emittere teneantur, & non alijs, ne veſtem lino lanaque contextam induant, conferantur.

Canon 11.

Quia verò regulares de vno ad alium ordinem tranſlati, facilè à ſuo ſuperiore licentiam ſtandi extra monaſteriū obtinere ſolent, ex quo vagandi & apoſtatandi occaſio tribuitur, nemo cuiuſcūq; ordinis prælatus vel ſuperior, vigore cuiuſcunque facultatis aliquem ad habitum & profeſſionē admittere poſſit, niſi vt in ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuò maneat, ac taliter trāſlatus, etiam ſi Canonicorum regularium fuerit, ad beneficia ſecularia etiam curata omninò incapax exiſtat.

Canon 12.

Nemo etiam, cuiuſuis dignitatis eccleſiaſticæ vel ſecularis, quacunque ratione, niſi eccleſiam, beneficium, aut capellam de nouo fundauerit & conſtruxerit, ſeu iam erectæ, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis proprijs & patrimonialib⁹ bonis cōpetēter dotauerit, ius patronatus impetrare aut obtinere poſſit aut debeat. In caſu autē fundationis aut dotationis, huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri inferiori, reſeruetur.

Canon 13.

Nō licet prætereà patrono, cuiuſuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia ſui iuris patronatus, niſi Epiſcopo loci ordinario, ad quē prouiſio ſeu inſtitutio ipſius beneficij, ceſſante priuilegio, iurè pertineret, quoquo modo præſentare: aliâs præſentatio ac inſtitutio forſan ſequutę, nullę ſint & eſſe cenſeantur.

Declarat prætereà ſancta Synodus, in futura Seſſiōe, quam ad 25. diem Ianuarij ſubſequentis anni 1552. habendam eſſe iam decreuit, vnà cum ſacrificio Miſſæ, agendum & tractandū etiam eſſe de Sacramento Ordinis, & proſequēdam eſſe materiam de reformatione.

¶ Angelus Maſſarellus ſubſcripſit, in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

¶ Subſcripſerunt prælati ijdem, qui in Seſſione præcedenti.

SESSIO XV. QVAE EST V. ſub Iulio III. Pontif. Max. celebrata die 25. Ianuarij, 1552.

Rem diuinam fecit Epiſcopus Catanenſis: Orationem autem habuit Epiſcopus Maioricenſis.

Decretum prorogationis Seſſionis.

CVM ex eo, quòd proximis Seſſionibus decretum fuit, ſancta hęc & vniuerſalis Synodus per hos dies accuratiſſimè diligentiſſimeq; tractauerit ea, quæ ad ſanctiſſimū miſſę ſacrificiū, & ad ſacramētum Ordinis ſpectant, vt hodierna Seſſione, quēadmodùm Spiritus ſanctus ſuggeſſiſſet, decreta de his rebus, & quatuor prēterea articulos ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum pertinentes, in hanc tandem Seſſionem dilatas publicaret, atq; interim affuturos eſſe putauerit ad hoc ſacroſanctū Conciliū eos, qui Proteſtantes ſe vocant, quorū cauſa eorum publicationē articulorū diſtulerat, & vt liberè

berè ac ſine cunctatione vlla huc venirent, fidem eis publicam ſiue ſaluum conductum conceſſerat: tamen cùm illi nōdùm venerint, & eorum nomine ſupplicatum huic ſanctæ Synodo fuerit, vt publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat, in ſequentem Seſſionem differatur, certa ſpe allata, affuturos eos eſſe omninò multò ante illam ſeſſionem, ſaluo conductu amplioris formæ interim accepto, eadem ſancta Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, iſdem Legato & Nuncijs Præſidentibus, nihil magis optans, quàm ex præſtantiſſima natione Germanica omnes de religione diſſenſiones & ſchiſmata tollere, ac eius quieti, paci ocioque conſulere, parata ipſos, ſi venerint, & humaniter excipere, & benignè audire, confidensque eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandę, ſed veritatis cognoſcendæ ſtudio eſſe venturos, & vt Euangelicæ veritatis ſtudioſos decet, ſanctæ matris Eccleſiæ decretis ac diſciplinę, ad extremum eſſe acquieturos, ſequentem Seſſionem ad edenda & publicāda ea, quę ſuprà cōmemorata ſunt, in diem feſtum ſancti Ioſephi, qui erit die xix. menſis Martij, diſtulit, vt ſatis illi temporis & ſpatij habeant, non ſolùm ad veniendum, verumetiam ad ea quæ voluerint, antequàm is dies veniat, proponenda. Quibus vt omnem cunctandi diutiùs cauſam adimat, fidem publicam ſiue ſaluum conductum eius, qui recitabitur, tenoris & ſententię, libenter dat & cōcedit. Intereà verò de Matrimonij ſacramento agendū, & de eo, præter ſuperiorum decretorum publicationem, diffiniendū eſſe eadem Seſſione ſtatuit & decernit, & proſequendam eſſe materiam reformationis.

SYNODI TRIDENTINAE PROteſtatio in congregatione generali 25. Ianuarij, 1552. anteà quàm Proteſtantes audirentur, acta.

HAEC Sacroſancta ſynodus, &c. ne ob diſceptationes, (quæ tam de perſonis comparentibus, mandatis q́; & ſcripturis exhibendis, quàm de loco ad ſedendum perſonis aſſignando oriri poſſent) felix ipſius concilij progreſſus retardetur, inhærens decreto in ſecunda ſeſſione promulgato, atque illud innouans ſtatuit, decernit, declarat, quòd ſi fortè contigerit aliquos, qui ex diſpoſitione iuris aut ex approbatorum Conciliorū more admittendi aut recipiendi non eſſent, vel per ſeipſos vel per interpoſitas perſonas admitti aut recipi, vel in loco non debito ſedere, vel ſententiā etiam ſub verbo, Placet, proferre, vel congregationibus intereſſe, vel alios quoſcunq; actus facere Concilio durāte, quod q́; ſi etiam contigerit mandata, inſtrumenta, proteſtationes, & alia cuiuſuis generis ſcripta quęcunq;, quæ ipſius Concilij honorem, ius, ac poteſtatem quomodocunquè læderent ſeu lędere poſſent, recipi aut admitti, propterea non præiudicetur, neq; aliquo modo præiudicatum cenſeatur vel intelligatur præſenti Concilio, neq; Concilijs œcumenicis ac generalibus in perpetuū celebrandis: cùm omnis intentio huius Concilij ſit & eò tendat, vt pax & concordia quacunq; ratione, licita tamen & congruenti, in Eccleſia reducantur.

SALVVS CONDVCTVS, DAtus Proteſtantibus.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, preſidentibus in ea eiſdem ſanctæ ſedis Apoſtolicę legato & Nuncijs, inhærendo ſaluo conductui in penultima Seſſione dato, & illum iuxta tenorem infraſcriptum ampliādo, Vniuerſis fidem facit, quòd omnibus & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militaribus, Popularibus, & alijs quibuſcunq; viris, cuiuſcunque ſtatus & conditionis aut qualitatis exiſtant, Germanicæ prouincię & nationis ciuitatibus ac alijs locis eiuſdē, & omnibus alijs eccleſiaſticis & ſecularibus, præſertim Auguſtanę cofeſſionis perſonis, qui aut quæ vnà cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur ac profecturi ſunt, aut hucuſq; venerunt, quocunque nomine cenſeantur aut valeant nuncupari, tenore præſentium publicam fidem & pleniſſimam veriſſimamq́ ſecuritatem, quam ſaluum conductū appellant, liberè ad hanc Tridentinam ciuitatem veniendi, ibidemq́; manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi, vnà cum ipſa ſynodo de quibuſcunque negocijs tractandi, examinandi, diſcutiendi, & omnia quæcunq; ipſis libuerit, ac articulos quoſlibet tam ſcripto quàm verbo liberè offerendi, propalandi, eosq́ue ſcripturis ſacris & beatorum patrum verbis, ſentētijs & rationibus declarandi, adſtruēdi & perſuadendi, & ſi opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij generalis reſpondendi, & cum ijs, qui à Concilio delecti fuerint, diſputādi Chriſtianè, aut charitatiuè abſq; omni impedimento conferendi, opprobrijs, conuicijs ac contumelijs penitùs ſemotis, & ſignanter, quòd cauſæ controuerſæ, ſecundùm ſacram ſcripturam & Apoſtolorū traditiones, probata concilia, Catholicæ Eccleſiæ cōſenſum, & ſanctorum Patrum authoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam cōmiſſorum aut committendorum minimè puniantur, impartitur ac omninò concedit: ſic etiam, vt propter illorū præſentiam neq; in itinere, aut quocunq; locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipſa ciuitate Tridentina à diuinis officijs quouis modo ceſſetur: & vt his peractis, vel non peractis, quandocunq; ipſis libuerit, aut maiorum ſuorum mādato & aſſenſu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorū optabit,

bit, mox abſque vlla renitentia & occaſione aut mora, ſaluis rebus eorum & ſuorum pariter honore & perſonis, vice verſa poſſint iuxta beneplacitum liberè & ſecurè redire, de ſcientia tamen ab eadem ſynodo deputãdorum, vt tunc opportunè eorum ſecuritati abſque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam ſancta ſynod⁹ in hac publica fide ſaluoq; conductu omnes quaſcunque clauſulas includi ac contineri, ac pro inclusis haberi, quę pro plena, efficaci & ſufficienti ſecuritate in eundo, ſtando & redeundo neceſſariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem ſecuritatem & pacis ac conciliationis bonum exprimẽs, quòd ſi quiſpiam aut illorum aliqui, ſiue in itinere Tridentum veniendo, ſiue ibidẽm morando aut redeundo, aliquod enorme (quod abſit) egerint aut cõmiſerint, quo poſſet huius fidei publicæ & aſſecurationis beneficium eis conceſſum annullari aut caſſari, vult & concedit eadem ſancta ſynodus, vt in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſis duntaxat, & non ab alijs, condigna animaduerſione cum emẽda ſufficienti, per partem ipſius ſynodi meritò approbanda & laudanda, mox puniantur, illorum aſſecurationis forma, conditionibus & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiã vult, vt ſi quiſquam, vel aliqui ex ipſa ſynodo, ſiue in itinere, aut manẽdo, aut redeundo, aliquod enorme (quod abſit) egerint aut commiſerint, quo poſſet huius fidei publicę & aſſecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiuſmodi facinore deprehẽſi, ab ipſa ſynodo duntaxat, & nõ ab alijs condigna animaduerſione & emẽda ſufficienti, per partem dominorum Germanorum Auguſtanæ confeſſionis tunc hîc præſentiũ meritò laudanda & approbanda, mox puniantur, præſenti aſſecurationis forma, conditionibus & modis omninò manentibus illibatis. Vult prætereà ipſa ſynodus, quòd liceat ipſis ambaſiatoribus omnibus & ſingulis, totiès quotieſcunq; opportunũ fuerit ſeu neceſſarium, ad auram capiẽdam exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem: necnõ nuncium vel nuncios ſuos ad quæcunq; loca pro ſuis neceſſarijs negocijs ordinãdis liberè mittere ſeu deſtinare, ac ipſos miſſos ſeu deſtinatos, ſeu miſſum & deſtinatum ſuſcipere, totiès quotiès eis videbitur expedire, ita quòd aliqui vel aliquis per deputandos Cõcilij ſociẽtur, qui eorum ſecuritati prouideant vel prouideat. Qui quidem ſaluus conductus & ſecuritates ſtare ac durare debẽt & à tempore & per tempus, quo in ipſius ſynodi & ſuorum tuitionis curã ipſos ſuſcipi cõtigerit, & vſque ad Tridentum perduci, ac toto tempore manſionis eorum ibidẽm, & rurſum poſt ſufficientem audieutiam habitam, ſpatio viginti dierum præmiſſo, cùm ipſi petierint, aut Concilium, habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſum indixerit, à Tridento vſque in quem quiſque elegerit ſibi locum tutum, Deo fauente, reſtituet, dolo & fraude prorſus excluſis. Quæ quidẽ omnia pro vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, pro omnibus Principibus tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus quibuſcunq;, atque omnibus alijs eccleſiaſticis ac ſecularibus perſonis, cuiuſcunq; ſtatus & cõditionis exiſtant, aut quocunque nomine cenſeantur, inuiolabiliter obſeruanda eſſe promittit, & bona fide ſpondet.

Inſuper omni fraude & dolo excluſis, vera & bona fide promittit, ipſam ſynodum nullam vel manifeſtè vel occultè occaſionẽ quęſituram, aut aliqua authoritate, potẽtia, iure, vel ſtatuto, priuilegio legum vel canonũ, aut quorumcunq; Conciliorum, præſertim Conſtantienſis & Senenſis, quacunq; forma verborum expreſſa, in aliquod huius fidei publicæ & plenißimæ aſſecurationis, ac publicę & liberæ audientiæ, ipſis per ipſam ſynodum conceſſæ, præiudicium quouis modo vſurã, aut quenquã vti permiſſuram, quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quòd ſi ſancta ſynodus, aut aliquis ex ea vel ſuis, cuiuſcunq; cõditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exiſtens, præſcriptæ aſſecurationis & ſalui conductus formam & modũ in quocunq; puncto vel clauſula violauerit, (quod tamen dignetur auertere Omnipotens) & ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſequuta, ipſorũ arbitrio meritò approbanda & laudanda, habeant ipſam Synodum & habere poterũt incidiſſe in omnes pœnas, quas iure diuino & humano, aut conſuetudine huiuſmodi ſaluorum conductuũ violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione aut quauis in hac parte contradictione. Datum Trideti in ſeſſione publica, die 25. Ianuarij, M.D.LII.

Ego Angelus Maſſarellus, ſacri Concilij ſecretarius, in fidem & teſtimonium præmiſſorum manu propria ſubſcripſi.

SVBSCRIPSERVNT HVIC Seſſioni patres, qui in præcedenti, & inſupèr ſequentes:

Epiſcopus Placentin. Epiſc. Zamoren.
Epiſcopus Carthagin. Epiſc. Segobien.
Epiſcopus Pampilon. Epiſc. Ciuitaten.
Epiſcopus Mondonien. Epiſc. Leriden.
Epiſcopus Elenen.

SESSIO XVI. QVAE EST VI. & vltima ſub Iulio III. Pont. Max. celebrata die 28. Aprilis, 1552.

Decretum ſuſpenſionis Concilij.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridẽtina ſynodus, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, pſidentibus in ea reuerendiſſ. Dñis Sebaſtiano Archiepiſc. Sipõtino, & Aloyſio epiſ. Veronen. Apoſtolicis Nũcijs, tam eorũ proprio q; Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi domini Marcelli, tituli ſancti Marcelli, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Creſcentij Legati, ob aduerſam eius grauiſſimam valetudinem abſentis, nomine, non dubitat Chriſtianis omnibus patére, hoc Concilium œcumenicum Tridentum primò à Paulo felicis recordationis conuocatum & collectum fuiſſe: deinde à ſanctiſſimo domino noſtro Iulio III. (efflagitante Carolo quinto Auguſtiſſimo Imperatore) ea præcipuè de cauſa fuiſſe reſtitutũ, vt religionem in multis orbis partibus, & pſertim in Germania, in diuerſas opiniones miſerabiliter diſtractam, in ſtatum priſtinum reuocaret, abuſus & mores Chriſtianorum corruptiſſimos emendaret: Cumque ad hoc agendum quamplurimi patres, nulla laborum ſuorum periculorumq; habita ratione è diuerſis regionibus alacriter confluxiſſent, resque ſtenuè magno fidelium concurſu feliciterque procederet, ac ſpes eſſet non leuis, illos Germanos, qui eas nouitates excitârãt, in Concilium venturos ſic animatos, vt veris Eccleſiæ rationibus vnanimiter acquieſcerent: lux deniquè quędam rebus affulſiſſe videretur, caputque attollere inciperet profligata anteà & afflicta Reſpubl. Chriſtiana: hi repentè tumultus, ea bella (hoſtis generis humani verſutia) exarſerunt, vt Concilium velut hærere ac ſuum curſum interrumpere ſatis incommodè cogeretur, ſpesq; omnis vlterioris progreſſus hoc in tẽpore tolleretur: tantumq; aberat vt ſancta ſynodus Chriſtianorum malis & incommodis mederetur, vt multorum mentes præter ſui animi ſententiam irritaret potiùs quàm placaret. Cùm igitur ipſa ſancta ſynodus omnia, & præcipuè Germaniam, armis ardere & diſcordijs videret, omnes ferè Epiſcopos Germanos, præſertim Principes Electores ſuis cõſultum Eccleſijs è Concilio abijſſe, decreuit tantæ neceſſitati non reluctari, & ad meliora tempora reticere, vt Patres, quod eis nunc agere nõ licet, ſuis ouibus proſpectum ad ſuas Eccleſias regredi valerent, ne diutiùs vtrobiq; inutili ocio conterantur. Atque ita, quoniam ſic temporum conditio tulit, huius œcumenici Concilij Tridentini progreſſum per biennium ſuſpendendum fore decreuit, prout præſenti decreto ſuſpendit: ea tamen lege, vt ſi citiùs pacata res ſit, ac tranquillitas priſtina reuertatur, quod ſperat Dei Optim. Maximi beneficio non longo fore ſpatio futurum, ipſius Concilij progreſſus, eodemmet tempore ſuam vim, firmitatem vigoremque habere cenſeatur. Sin autẽ (quod Deus auertat) peracto biennio prędicta legitima impedimenta nõ fuerint ſubmota, quamprimùm ceſſauerint, talis ſuſpẽſio eo ipſo ſublata eſſe intelligatur, ac ſuus vigor & robur Concilio ſit reſtitutum & eſſe intelligatur, ſine alia noua Concilij conuocatione: accedente ad hoc decretum conſenſu & authoritate ſanctitatis ſuæ, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ.

Interea tamen eadem ſancta ſynodus exhortatur omẽs Principes Chriſtianos & oẽs Prędatos, vt obſeruẽt, & reſpectiuè, quatenùs ad eos ſpectat, obſeruari faciãt in ſuis regnis, dominijs & Eccleſijs omnia & ſingula, quę p hoc ſacrum œcumenicum cõcilium fuerunt hactenùs ſtatuta & decreta.

Angelus Maſſarellus, Secretarius Concilij ſacri, ſubſcripſi.

BVLLA CELEBRATIONIS CONcilij Tridentini ſub Pio IIII. Pont. Max.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERuorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Eccleſiæ regimen, licèt tãto oneri impares, ſola dei dignatione vocati, ſtatìm circunferentes mentis oculos per omnes Reipublicæ Chriſtianæ partes, cernentesq; non ſine magno horrore, quàm longè lateque peſtis hęreſum & ſchiſmatis peruaſiſſet, & quanta Chriſtiani populi mores correctione indigerẽt: in eam curam & cogitationem pro ſuſcepti muneris officio incumbere cœpimus, quẽadmodùm ipſas hęreſes extirpare, tantumq; & tam pernicioſum ſchiſma tollere, moresq; adeò corruptos & deprauatos emendare poſſemus. Cùm autem intelligeremus ad hæc ſananda mala aptiſſimum eſſe remedium, quod ſancta hæc ſedes adhibere conſueuiſſet, œcumenici generaliſq; Concilij, eius cõgregandi & opem iuuante celebrandi conſilium cepimus. Indictum illud quidem anteà fuit à felicis rec. Paulo III. & eius ſucceſſore Iulio prędeceſſoribus noſtris, ſed varijs de cauſis ſępiùs impeditum & interpellatum, perfici non potuit. Siquidem Paulus cùm id primò in vrbẽ Mantuam, deinde Vincẽtiam indixiſſet, quaſdam ob cauſas in literis eius expreſſas id primò ſuſpendit, poſteà Tridentum tranſtulit. Deinde cùm quibuſdã de cauſis ibi quoq; eius celebrandi tempus dilatum fuiſſet, tandem ſuſpenſione ſublata, in eadẽ ciuitate Tridentina inchoatum fuit. Verùm ſeſſionibus aliquot habitis, & nõnullis decretis factis, ipſũ ſe poſteà Conciliũ aliquibus de cauſis, accedente etiã Sedis Apoſtolicę authoritate, Bononiam trãſtulit. Iulius autem, qui ei ſucceſſit, in eandem ciuitatem Tridentinam id reuocauit: quo quidem tẽpore facta alia quædam decreta ſunt. Sed cùm noui in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuiſſent, & bellum in Italia & Gallia grauiſſimũ exarſiſſet, rurſus Concilium ſuſpenſum & dilatum fuit: adnitente nimirùm humani generis hoſte, alias q; ex alijs difficultates & impedimenta obijciente, vt tantum Eccleſię cõmodum, quod prorſus auferre non poterat, ſaltem quàm diutiſſimè retardaret. Quantoperè verò intereà auctæ fuerint & multiplicatæ ac propagatæ hæreſes, quantoperè ſchiſma

ſma creuerit, ſine maximo animi dolore nec meminiſſe poſſumus, nec referre. Sed tãdem pius & miſericors Dominus, qui nunquàm ita iraſcitur, vt miſericordiæ obliuiſcatur, regibus & principibus Chriſtianis pacem & vnanimitatem donare dignatus eſt. Qua nos occaſione oblata maximam in ſpem venim⁹, ipſius miſericordia freti, fore vt his tantis quoque Eccleſiæ malis eadem Concilij via finis imponatur. Nos itaq; ad ſchiſma hæreſesq́; tollendas, ad corrigendos & reformandos mores, ad pacem inter Chriſtianos Principes conſeruandam, celebrationem eius nõ eſſe duximus diutiùs differendam. Habita igitur cum Venerabilibus fratribus noſtris ſacræ R. Eccleſ. Cardinalibus deliberatione matura, factis etiam cõſilij noſtri certioribus chariſſimis in Chriſto filijs noſtris, Ferdinãdo Romanorum Imperatore Electo, & alijs Regibus atque Principibus, quos quidẽ (ſicut de eorum ſumma pietate & ſapientia nobis pollicebamur) paratiſſimos ad ipſius cõcilij celebrationem adiuuãdam inuenimus: ad Dei omnipotentis laudem, honorẽ & gloriam, atque vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem de eorundem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, Sacrum œcumenicũ & generale concilium ex authoritate eiuſdem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum (qua nos quoq; in terris fungimur) freti & ſubnixi, in ciuitate Tridentina ad ſacratiſſimum diem reſurrectionis Dominicæ proximè futurum indicimus, & ibi celebrandũ, ſublata ſuſpenſione quacunq;, ſtatuimus atq; decernimus. Quocirca venerabiles fratres noſtros omnibus ex locis patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, & dilectos filios Abbates, cæteroſq́;, quibus in concilio generali ſedere & ſententiam dicere iure communi vel ex priuilegio, vel ex antiqua conſuetudine licet, vehementer in Domino hortamur & monemus, atque etiam diſtrictè præcipiendo mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ, in vi quoque iuramenti quod præſtiterũt, & ſub pœnis, quas in eos, qui ad concilia generalia conuenire neglexerint, ſacris ſciunt eſſe Canonibus cõſtitutas, vt ad concilium ibi celebrandũ conueniant intra eam diem, niſi fortè impedimẽto fuerint legitimo præpediti: quod tamẽ impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes & ſingulos, quorum intereſt intereſſéve poterit, vt in Concilio adeſſe ne negligant. Chariſſimos verò in Chriſto filios noſtros, Romanorum Imperatorem electũ, cæteroſque Reges & Principes, quos optandum ſanè eſſet concilio intereſſe poſſe, hortamur & rogamus, vt ſi ipſi intereſſe concilio non potuerint, Oratores ſuos prudẽtes, graues & pios viros vtiquè mittant, qui ipſorum nomine illi interſint, curentq́; diligenter pro ſua pietate, vt ex eorum regnis atq; dominijs Prelati ſine recuſatione ac mora, tam neceſſario tempore Deo & Eccleſiæ officium ſuũ præſtent: eoſdem etiam curaturos eſſe minimè dubitantes, vt per ipſorum regna & dominia tutum ac liberũ iter Prelatis eorumq́; familiaribus, comitibus & alijs omnibus ad Concilium euntibus & ab illo redeuntibus pateat, benigneq́; ac comiter omnibus in locis recipiantur atq; tractẽtur, ſicut (quòd ad nos attinet) ipſi quoq; curabimus: qui nihil oẽminò prætermittere decreuimus, quod ad tam pium & ſalutare opus perficiẽdum à nobis in hoc loco conſtitutis præſtari poſſit: nihil, vt Deus ſcit, quærentes aliud, nil propoſitum habentes in hoc Concilio celebrando, niſi honorem ipſius Dei, diſperſarum ouium reductionem ac ſalutem, & perpetuam Chriſtianæ Reip. tranquillitatem ac quietem. Vt verò hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet, notitiam perueniant, nec quiſquam ea excuſatione vti poſſit, quòd illa ignorauerit: præſertim cùm nõ ad omnes, quos de his literis certiores fieri oporteret, tutus forſitan pateat aditus: volumus & mandamus, vt in Baſilica Vaticana principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranen. tunc, cùm in eis populus vt Miſſarum ſolennibus interſit, congregari ſolet, palàm clara voce à Curiæ noſtræ curſoribus ſeu Notarijs aliquibus publicis recitentur, & poſtquàm recitatæ fuerint, ad valuas earum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito campi Floræ affigãtur, ibiq́; quò legi & omnibus innoteſcere poſſint, aliquandiù relinquantur. Cùm autẽ indè amouebuntur, earum exempla in ijſdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes & ſingulos, qui his literis comprehẽduntur, poſt duos menſes à die publicationis & affixionis earum, volumus perindè adſtrictos & obligatos eſſe, àc ſi ipſiſmet illæ coràm editæ & lectæ fuiſſent. Tranſumptis quoq; earum, quæ manu publici alicuius Notarij ſcripta ſubſcriptáve, & ſigillo ac ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munita fuerint, vt ſine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omninò hominũ liceat hanc paginam noſtræ indictionis, ſtatuti, decreti, præcepti, admonitionis & adhortationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicę 1560. 3. Calendas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Antonius Florebellus.
Barengus.

Ego Pius, Catholicæ Eccleſiæ epiſcopus.

Pſalm. 18.



Ego R. Cardinalis de Carpo, Epiſcopus Portuen.
Ego F. Cardin. Epiſcopus Tuſculanus.
Ego Fed. Cardin. Cæſius, Epiſcopus Prænestinus.
Ego Io. Cardin. Moronus, Epiſcopus Albanen.
*
*
Ego Chriſtophorus Madrucius, Card. Tridentinus.
Ego Ottho Truchſes, Cardinalis Auguſtanus.
Ego B. de la Cueua, Cardinalis ſanctæ Crucis.
Ego Tiberius Card. Criſpus.
Ego Ioan Mich. Cardin. Saracenus.
Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. And. Card. Meſſanen.
Ego Iacobus, Card. Puteus.
Ego Io. B. Cicada, Card. S. Clementis.
*
*
Ego Scipio, Card. Piſarum.
Ego Io. Card. Romanus.
Ego Io. Ant. Card. Capiſuccus.
Ego Thad. Card. Gaddus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Clem. Card. Aræ cæli.
Ego Io. Card. Sabellus.
Ego Io. Card. S. Georgij.
*
Ego A. Card. Farneſius, vicecancel.
Ego G. Aſ. Cardin. Camerarius.
Ego Hip. Card. Ferrarien.
*
Ego Iu. Card. Vrbin.
Ego Aloy Card. Cornelius.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Io. Card. de Medicis.
Ego Carolus, Card. Borromæus.
Antonius Florebellus Lauellinus, Barengus.

Anno à natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo, Indictione tertia, die verò ſecunda menſis Decembris, Põtificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Pij, diuina prouidentia Papæ 4. Anno Pri. Retrorſ. literę Apoſtol. le-

ctę, affixę, & publicatæ fuerũt in locis ſupraſ. iuxta earũ ſeriem & tenorẽ, & etiam vt moris eſt: & illis amotis, dimiſſis illarum copijs affixis per nos Bernardinum Andreutium, & Ioann. Andream Panizza Apoſtolicos Curſ. Petrus Valtrini magiſter Curſorum.

BREVE PII PAPAE IIII. SVper ordine ſedendi in Concilio, non habita ratione dignitatis primatialis.

Dilecti filij noſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut ea quæ pacem & concordiam nutriunt, pura mente ſemper inquirimus, ita ex debito noſtræ paſtoralis ſolicitudinis tenemur illa ſubmouere, quę diſcordiam ſuſcitare, & ſcãdalum introducere poſſe videntur. Itaque ad tollendam omnem cõtrouerſiam materierum, quæ inter Prælatos, ad celebrationem ſacri Oecumenici & generalis Concilij in ciuitate Tridentina pro tẽpore congregatos, ſuper eorum pręcedentia fortè iam ſunt exortę, & indies oriri poſſunt: Volumus ac vobis per preſentes mandamus, vt omnes & ſingulos prælatos prædictos, videlicet venerabiles fratres patriarchas primo, ſecundo Archiepiſcopos, tertio autem loco Epiſcopos in quibuſuis actibus publicis ſecũdùm gradum & ordinem ſuarum ad eorum Eccleſias promotionum (ita quòd, q priùs promotus ad eas fuerit, in ſuo quiſque ordine prior exiſtat) incedere, ſedere, ac locũ habere (nulla habita ratione ad ipſorum dignitates primatiales, ſiue veræ ſiue prætenſæ illæ fuerint) authoritate noſtra faciatis, ſtudioseque & diligenter curetis, atque pro veſtra prudentia ac pietate geratis, vt cuncta iſtic concordibus animis in virtute Spiritus ſancti cum Dei omnipotentis honore atque timore, quietè feliciterque procedere valeãt: non obſtantib⁹ premiſſis, & quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq́; contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vltima Decembris, M.D.LXII. pont. noſtri anno ſecundo.

DECLARATIO FACTA PER Illuſtriſſimos D.D. Legatos, ſuper Decreto Sanctiſſimi D.N.D. Pij PP. Quarti.

QVIA dubitari poſſet, an ex prædicto Decreto ſanctiſſimi D.N. aliquod præiudicium generetur Primatibus ſupradictis in proprietate ſeu poſſeſſione ſuarum primatiarum, ſiue verarum, ſiue prætenſarum: Nos Hercules tituli ſanctæ Mariæ noue de Mantua, Hieronymus tituli ſanctæ Suſannæ Seripandus, Staniſlaus tituli ſancti Laurentij in Paliſperna, Varmienſis, ac Ludouicus tituli ſancti Cyriaci in Thermis Simonetta nuncupati

cupati S. R. E. Presbyteri Cardinales, sacri Oecumenici Concilij Tridentini Præsidentes, & Apostolici de latere legati, declaramus quòd mens sanctissimi D.N. & nostra est, q̃ per hoc decretum nulli ius de nouo acquiratur, nulliq̃ præiudicium generetur, nullius q̃; ius in proprietate vel possessione lædatur, atque demùm in omnibus & per omnia vnumquenq; Primatem verum vel Prætensum, in eodem statu post hoc Concilium remanere, in quo anteà permanebat.

SACROSANCTI OECVMENICI & Generalis Concilij Tridentini Sessio XVII.

Quæ est prima sub Pio quarto, Pontifice Maximo, celebrata die XVIII. Ianuarij, M. D. LXII.

Decretum de celebrando Concilio.

ILlustrissimi & Reuerendissimi D.D. Reuerendiq̃; Patres, Placét ne vobis ad laudem & gloriam sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationẽ fidei & religionis Christianæ, sacrum Oecumenicum & generale Coucilium Tridentinum, in Spiritu sancto legitimè congregatum, ab hodierno die, qui est decimus octauus mẽsis Ianuarij, anni à natiuitate Domini millesimi quingentesimi sexagesimi secundi, Cathedræ Romanæ beati Petri Apostolorum Principis consecrato, sublata quacunque suspensione, iuxta formam & tenorem literarum sanctissimi D.N. Pij iiij. Pont. Max. celebrari, & in eo ea debito seruato ordine tractari, quæ proponentibus Legatis ac Præsidentibus ad horum temporum leuandas calamitates, sedandas de religiõe cõtrouersias, coërcendas linguas dolosas, deprauatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiq̃ veram atque Christianam pacem conciliandam, apta & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur? Resp̃onderunt, Placet.

Indictio futuræ sessionis.

Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, Reuerendiq̃; Patres, Placét ne vobis proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse feria quinta post secundã Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die vigesima sexta Mensis Februarij? Resp̃onderunt, Placet.

PROPOSITIO FACTA.

In prima præterita Sessione declaratũ est & cõmuni omniũ voto approbatum, pertractandum esse de eis, quæ necessaria videbuntur ad Catholicæ fidei doctrinam stabiliendam, atq; morum integritatẽ restituendam.

Vt autem hæc, Deo Duce, aggrediamur, visum est magnoperè referre ad doctrinam de fide in suam puritatem restituenda, vt libri à varijs authoribus post exortas hæreses scripti, atq; etiam librorum censurę in diuersis locis à Catholicis editæ examinentur. De quibus quicquid sancta Synodus statuerit, tanquàm sacrosanctum decretum suo tẽpore publicabitur, vt ab omnibus absq; vlla tergiuersatione custodiatur. Super qua re quicunq; pro eius faciliori expeditione aliquid afferre voluerint, libenter audientur.

Ad hæc ritè dijudicanda vt vocentur omnes ex decreto sanctę synodi, consentaneum fore existimauimus, ad quos istarum rerum aliqua pertinere quoquo modò potest, ne deinceps inauditos se esse condemnatos *conquerã seri possint.

Non ab re quoq; putauimus esse, omnes qui in hereses quascunq; lapsi sunt, & adhuc irretiti sunt, ad pœnitentiã inuitare, cum salui conductus ampla concessione, ac promissione magnæ & singularis clementiæ & benignitatis, modò redeãt ad cor, & sanctę Ecclesiæ Catholicę potestatem agnoscant.

Tam super modo facilioris expeditionis examinis librorum & censurarum, quàm super alijs quæ sequuntur, Patres, postquàm huius scripti exemplum acceperint & considerauerint, dicant sententias suas in sequenti congregatione.

SESSIO XVIII. QVAE EST II. sub Pio 4. Pont. Max. celebrata die 26. Februarij, 1562.

DECRETVM DE LIBRORVM delectu, & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis.

SAcrosancta Oecumenica & Generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidẽtibus in ea eisdẽ Apostolicæ sedis legatis, non humanis quidem viribus confisa, sed Domini nostri Iesu Christi (quios & sapientiam Ecclesiæ suæ daturum se p̃- Luc. 21.
misit) ope & auxilio freta, illud præcipuè cogitat, vt Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissidentium opinionibus pluribus locis inquinatam & obscuratam, in suam puritatem & splendorem aliquando restituat, & mores, qui à veteri instituto deflexerunt, ad meliorem vitæ rationem reuocet, corq̃; patrum ad filios, & cor filiorum ad patres conuertat. Cùm itaq; omnium primùm animaduerterit, hoc tempore suspectorum ac pernicioſorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longè lateq̃; diffunditur, numerum nimis excreuisse (quod quidem in causa fuit, vt multæ censurę in varijs prouincijs, & præsertim in alma vrbe Roma pio quodam zelo editę fuerint) neq; tamen huic tam magno ac pernicioso morbo salutarem vllã profuisse medicinã, censuit vt delecti ad hanc disquisitionẽ patres, de censuris librisq̃; quid facto opus esset, diligenter cõsiderarent, atq; etiam ad eandem sanctam Synodum suo tempore referrent, quô facilius

lius ipsa possit varias & peregrinas doctrinas, tanquàm zizania à Christianæ veritatis tritico separare, deque his cõmodiùs deliberare & statuere, quæ ad scrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas magis opportuna videbuntur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcunque deducta esse vult, p̃ut etiam præsenti decreto deducit, vt si quis ad se pertinere aliquo modo putauerit, quæ vel de hoc librorum & censurarum negocio, vel de alijs, quæ in hoc generali concilio tractanda prædixit, non dubitet à sancta Synodo se benignè auditum iri.

Quoniam verò eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumq̃ enixè rogat quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, vt vniuersi communem Matrem in terris agnoscẽtes, (quæ quos peperit, obliuisci non potest) vnanimes, vno ore glorificemus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi: per viscera misericordiæ eiusdem DEI & Domini nostri omnes, qui nobiscum communionem non habent, ad concordiã & reconciliationem, & vt ad hanc sanctam synodum veniãt, inuitat atque hortatur, vtque charitatem, quod est vinculum perfectionis, amplectantur, pacemq̃ Christi exultantem in cordibus suis præ se ferant, in quem vocati sunt in vno corpore. Hanc ergo non humanam, sed Spiritus sancti vocem audientes, ne obdurent corda sua: sed in suo sensu non ambulantes, neque sibi placentes, ad tam piam & salutarem Matris suæ admonitionem excitentur & conuertantur. Oñibus enim charitatis officijs sancta Synodus eos vt inuitat, ita complectetur.

Insuper eadem sancta Synodus decreuit, fidem publicam in congregatione generali concedi posse, & eandem vim habituram, eiusdemque roboris & momenti futuram, ac si in publica Sessione data & decreta fuisset.

Indictio futuræ Sessionis.

EAdem sacrosancta synodus Tridentina, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis, statuit & decreuit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum assensionis Dñi, quę erit die 14. mensis Maij.

SALVVS CONDVCTVS, CONcessus Germanicæ nationi, in congregatione generali, die 4. Martij, 1562.

SAcrosancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, p̃sidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis, vniuersis fidem facit, q̃ omnibus & singulis sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchiõibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularib⁹, & alijs quibuscunq; viris cuiuscunq; status & conditionis aut qualitatis existãt, Germanicæ p̃uinciæ & nationis, ciuitatibus ac alijs locis eiusdem, & omnibus alijs Ecclesiasticis & secularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis, qui aut quę vnà cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Conciliun venient, aut mittẽtur, ac profecturi sunt, aut hucusquè venerunt, quocunque nomine censeantur aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem, & pleniſſimam verissimamq̃; securitatem, quam saluum conductũ appellant, liberè ad hanc Tridentinam ciuitatem veniendi, ibidemq̃; manendi, standi, morandi, proponẽdi, loquẽdi, vnà cum ipsa Synodo de quibuscunque negocijs tractandi, examinandi, discutiendi, & omnia quæcunque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto quàm verbo liberè offerendi, p̃palandi, eosq̃ scripturis sacris & beatorum Patrum verbis, sententijs & rationibus declarandi, adstruẽdi, & p̃suadendi, &, si opus fuerit, etiã ad obiecta Concilij generalis respondendi, & cum ijs, qui à Concilio delecti fuerint, disputandi, aut charitatiuè absque oñi impedimento conferendi, opprobrijs, conuicijs ac contumelijs penitùs semotis: & signanter, quòd causæ controuersæ secũdùm sacram scripturam & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum authoritates in prædicto Cõcilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum aut committẽdorum minimè puniant, impertiturac omninò cõcedit: sic etiam, vt propter illorum præsentiã, neque in itinere, aut quocunque locorum eundo, manendo aut redeundo, nec in ipsa ciuitate Tridẽtina à diuinis officijs quouis modo cesſetur: & vt his peractis vel non peractis, quandocunquè ipsis libuerit, aut maiorum suorum mandato & assensu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque vlla renitẽtia & occasiõe aut mora, saluis rebus eorum & suorũ pariter honore & personis, vice versa, possint iuxta beneplacitum liberè & securè redire, de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportunè eorũ securitati absq; dolo & fraude prouideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide saluoque conductu omnes quascunque clausulas includi & contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci & sufficiẽti securitate in eundo, standoac redeũdo necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimẽs, quòd si quispiam, aut illorum aliqui, siue in itinere Tridentum veniendo, siue ibidèm morando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ & assecurationis beneficium eis concessum

annullari aut cassari, vult & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehēsi, ab ipsis duntaxat & non ab alijs, condigna animaduersione, cum emēda sufficienti, per partem ipsius Synodi meritò approbanda & laudanda, mox puniantur, illorum assecurationis forma, conditionibus & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, vt si quisquam vel aliqui ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeūdo aliquod enorme (quod absit) egerint aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ & assecuratiōis beneficiū violari aut quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dūtaxat, & non ab alijs, condigna animaduersione & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ Confessionis tunc hîc præsentium meritò laudanda & approbanda, mox puniantur, præsenti assecurationis forma, conditionibus & modis omninò manētib⁹ illibatis. Vult prætereà ipsa Synodus, quòd liceat ipsis Ambasiatoribus oīibus & singulis totiès quotiescunquè opus fuerit seu necessarium, ad auram capiendam exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem: necnon nuncium vel nuncios suos ad quæcunque loca, pro suis necessarijs negocijs ordinādis, liberè mittere seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum susc̃ipere totiès quotiès eis videbitur expedire, ita quòd aliqui vel aliquis per deputandos Concilij socientur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat. Qui quidem saluus conductus & securitates stare ac durare debeant, & à tempore & per tempus quo in ipsius Synodi & suorum tuitionis curam ipsos susc̃ipi contigerit, & vsque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidèm: & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cùm ipsi petierint, aut Concilium, habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento vsque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo fauente restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro vniuersis & singulis Christifidelibus pro omnibus principibus tam Ecclesiasticis quàm secularibus quibuscunque, atque omnibus alijs Ecclesiasticis ac secularibus personis, cuiuscunque status & conditionis existant, aut quocunq; nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit & bona fide spōdet. Insupèr omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifestè, vel occultè occasionem quæsituram, aut aliqua authoritate, potentia, iure, vel statuto, priuilegio Legum vel Canonum, aut quorumcunq; Conciliorum, præsertim Constantien & Senen, quacunque forma verborum expressa, in aliquod huius fidei publicæ & pleniss̃imæ assecurationis, ac publicæ & liberæ audiētiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ, præiudicium quouis modo vsuram, aut quenquam vti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quòd si sancta Synodus, aut aliquis ex ea vel suis, cuiuscunque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis & salui conductus formam & modum in quocunque puncto vel clausula violauerit, quod tamen auertere dignetur Omnipotens, & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio meritò approbanda & laudanda, habeāt ipsam Synodum & habere poterunt incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino & humano aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt, absque oīi excusatione aut quauis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias nationes.

EAdem sacrosancta Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis delatere Legatis: omnibus & singulis alijs, qui nobiscum in ijs, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscunque regnis, nationibus, prouincijs, ciuitatibus & locis, in quibus publicè & impunè prædicatur, vel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Rom. sentit ecclesia, dat fidem publicam siue saluum conductum sub eadem forma & eisdē verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX. QVAE EST III.

sub Pio 4. Pont. Max. celebrata die 14. Maij, 1562.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta Oecumenica & gn̄alis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus, in ea eisdē Apostolicæ sedis legatis, Decreta ea quę hodiè in pręsenti Sessione statuenda ac sancienda erant, iustis nonnullis ac honestis causis in feriam quintam post proximā solennitatē corporis Christi (q̄ erit pridiè Nonas Iunij) prorogāda esse censuit ac prorogat, dictaq; die Sessionē habendam esse ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogādus est Deus & Pater D. N. Iesu Christi, author pacis, vt sanctificet corda oīum, quo adiuuāte Sancta Synodus & nūc & semper meditari atq; peragere valeat, quæ ad eius laudem & gloriam pertineant.

SESSIO XX. QVAE EST IIII.

sub Pio 4. Pont. Max. celebrata die 4. Iunij, 1562.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, pręsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis legatis, ppter varias difficultates ex diuersis causis

causis exortas, atque etiam vt congruentiùs maioriq́ue cum deliberatione omnia procedant, nempe vt dogmata cum ijs, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur, & sanciantur ea quæ statuēda videbuntur, tam de Reformatione, quàm de dogmatibus, in proxima Sessione, quam omnibus indicit in diem sextamdecimam subsequentis mensis Iulij, diffinienda esse decreuit: Hoc tamen adiecto, quòd dictum terminum ipsa sancta Synodus, pro eius arbitrio & voluntate, sicuti rebus concilij putauerit expedire, etiam in generali congregatione restringere & prorogare liberè possit & valeat.

SESSIO XXI. QVAE EST V.

sub Pio 4. Pont. Max. celebrata die 16. Iulij, 1562.

DOCTRINA DE COMMVNIONE sub vtraque specie, & paruulorum.

PROOEMIVM.

SAcrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis legatis, cùm de tremēdo & sanctissimo Eucharistiæ sacramento varia diuersis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circunferantur, ob quæ in nonnullis Prouincijs multi à Catholicæ Ecclesiæ fide atque obedientia videātur discessisse, censuit ea, quę ad Communionem sub vtraque specie, & paruulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christifidelibus interdicit, ne posthàc de eis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, q̄ est ijs Decretis explicatum atq; definitum.

LAICOS, ET CLERICOS NON conficiētes, non adstringi iure diuino ad Communionem sub vtraque specie. Cap. I.

Esai. 11. ITaque sancta ipsa synodus, à Spiritu sancto (qui spiritus est sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & pietatis) edocta, atq; ipsius Ecclesiæ iudicium & consuetudinem sequuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto laicos & clericos non conficiētes, obligari ad Eucharistiæ sacramentum sub vtraque specie sumendum: neque vllo pacto salua fide dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam etsi Christus Dominus in vltima Cœna venerabile hoc sacramentum in panis & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit: non tamen illa institutio & traditio eò tendunt, vt oēs Christifideles statuto Domini ad vtranque speciem accipiendam adstringātur. Sed neque ex sermone illo apud Ioannem sexto rectè colligitur, vtriusque speciei Communionem à Domino præceptam esse, vtcunq; iuxta varias sanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Nanque qui

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Ioan. 6.

dixit, Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque, Si quis mandūcauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit, Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam, Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Et deniquè qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominùs, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem sacramenti Eucharistiæ, Cap. 2.

PRætereà declarat hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quæ susc̃ipientium vtilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi pro rerum, temporum & locorum varietate magis expedire iudicaret. Id autem Apostolus nō obscurè visus est innuisse, cùm ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Cor. 4.
Atque ipsum quidem hac potestate vsum esse satis cōstat, cùm in multis alijs, tum in hoc ipso sacramento, cùm ordinatis nonnullis circa eius vsum, Cętera, inquit, cùm venero, 1. Cor. 11. disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione sacrāmētorum authoritatem, licèt ab initio Christianæ religionis non infrequens vtriusque speciei vsus fuisset, tamen progressu temporis latissimè iam mutata illa consuetudine, grauibus & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ authoritate pro libito mutare non licet.

Totum & integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi. Cap. 3.

INsupèr declarat, quanuis redemptor noster (vt anteà dictum est) in suprema illa Cœna hoc sacramentum in duabns speciebus instituerit & Apostolis tradiderit, tamen 1. Cor. 11. fatendum esse, etiam sub altera tantùm specie, totum atq; integrum Christum verumq́; sacramentum sumi. Ac propterea, quòd ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt.

Paruulos non obligari ad communionem sacramentalem. Cap. 4.

DEniquè eadem sancta Synodus docet, paruulos vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem. Siquidem per Baptismi lauacrum regenerati & Christo incorporati, adeptam iam filiorum DEI gratiam Tit. 3. in illa

in illa ætate amittere non possunt. Neq; ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit. Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos nulla salutis necessitate id feciſſe, sinè cõtrouersia credendum est.

DE COMMVNIONE SVB vtraque specie, & Paruulorum.

Canon I.

Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis omnes & singulos Christifideles vtranque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti sumere debere, Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam clericos nõ conficientes, sub panis tantummodò specie communicaret, aut in eo errâsse, Anathema sit.

Canon 3.

Si quis negauerit totum & integrum Christum, omnium gratiarum fontem & authorem, sub vna panis specie sumi, quia (vt quidam falsò asserunt) nõ secũdùm ipsius Christi institutiõem sub vtraque specie sumatur, Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, paruulis antequàm ad annos discretiõis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, Anathema sit.

Duos verò articulos aliâs propositos hos, nondùm tamen excussos, videlicet,

An rationes quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos atque etiam non celebrantes sacerdotes sub vna tantùm panis specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit permittendus: &,

An si honestis & Christianę charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel Regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam sint illæ,

Eadem sancta Synodus in aliud tempus, oblata sibi quamprimùm occasione, examinandos atque definiendos reseruat.

DECRETVM DE REFORmatione.

PROOEMIVM.

EAdem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis, ad DEI omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesię ornamentum, ea quæ sequuntur, de reformationis negocio in præsidenti statuenda esse censuit.

Cap. I.

Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcunque ordinum, etiam clericalis tõsuræ, nec pro literis dimissorijs aut testimonialibus, nec pro sigillo nec alia quacunque de causa, etiam spontè oblatum, episcopi & alij ordinum collatores, aut eorum ministri quouis prætextu accipiant. Notarij verò in his tantùm locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissorijs aut testimonialibus, decimam tãtùm vnius aurei partem accipere possint, dummodò eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo: nec episcopis ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directè vel indirectè prouenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos præstare omninò teneri decernit, contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines etiam immemorabiles, quorumcunque locorum (quæ potiùs abusus & corruptelæ, simoniacæ prauitati fauentes, nuncupari possunt) penitùs cassando & interdicẽdo: & qui secùs fecerint, tam dantes quàm accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas ipso facto incurrant.

Cap. 2.

Cùm non deceat eos, qui diuino ministerio asscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: compertumque sit, quamplures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artib⁹ ac fallacijs confingunt se beneficium ecclesiasticum, aut etiã idoneas facultates obtinere: statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis (quantuis aliâs sit idoneus moribus, scientia & ætate) ad sacros ordines promoueatur, nisi priùs legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulũ sit promotus. Neque ea resignatio admittatur, nisi constito quòd aliũdè viuere commodè possit: & aliter facta resignatio, nulla sit. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes, ordinari posthàc non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum: eo quoquè priùs perspecto, patrimonium illud vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandã satis sint: atque illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenùs possint, donec beneficium Ecclesiasticũ sufficiens sint adepti, vel aliũdè habeant vndè viuere possint, antiquorũ Canonum pœnas super his innouando.

Cap. 3.

Cùm beneficia ad diuinum cultum atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei

sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus, in Ecclesijs tam cathedralibus quàm collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum & quorumcunque prouentuum & obuentionum, tam dignitatum quàm Canonicatuum, personatuum, portionum & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti: quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes proportionabiliter iuxta diuisionem ab Episcopo, etiam tanquàm Apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciẽda, diuidantur: saluis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruiẽtes, nihil vel minùs tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus ac alijs cõsuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellatiõibus quibuscunque: Crescenteque non seruiẽtium contumacia, liceat contra eos procedere iuxta Iuris ac sacrorum Canonum dispositionem.

Cap. 4.

Episcopi etiam, tanquàm Apostolicę sedis delegati, in omnibus Ecclesijs parochialibus vel baptismalibus, in quibus populus ita muneroſus sit, vt vnus rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant rectores vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. In ijs verò, in quibus ob locorum distantiam siue difficultatem, parochiam sine magno incommodo ad percipienda sacramenta & diuina officia audienda accedere non possunt, nouas parochias etiam inuitis rectoribus iuxta formam constitutionis Alexandri tertij (quæ incipit, Ad audientiam) constituere possint. Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocunq; pertinẽtibus: & si necesse fuerit, compellere possit populum ea submini strare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam, quacunque reseruatione generali vel speciali, vel affectione super dictis Ecclesijs non obstantibus. Neque huiusmodi ordinationes & erectiones possint tolli, nec impediri ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore resignatiõis, aut quibusuis alijs derogationib⁹ vel suspensionib⁹.

Cap. 5.

Vt etiam Ecclesiarum status, vbi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conseruetur, possint Episcopi, etiam tanquàm Apostolicæ sedis delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcunque Ecclesiarum parochialium & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum pauperta tem, & in cæteris casibus à iure permissis, etiam si dictæ Ecclesiæ vel beneficia essent generaliter vel specialiter reseruata, aut qualitercunquè affecta. Quæ vniones etiam non possint reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuscunque prouisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

Cap. 6.

Quia illiterati & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores, sacris minùs apti sunt officijs, & alij propter eorum vitę turpitudinem potiùs destruunt, quàm ædificant, Episcopi, etiam tanquàm Apostolicę sedis delegati, eisdem illiteratis & imperitis, si aliâs honestæ vitę sint, coadiutores aut Vicarios pro tempore deputare, partemq; fructuũ eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint, quacunque appellatiõe & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter & scandalosè viuunt, postquàm præmoniti fuerint, coërceant ac castigent: Et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs, iuxta sacrorum canonum constitutiones, exẽptione & appellatione qua cunque remota, priuandi facultatem habeant.

Cap. 7.

Cùm illud quoque valdè curandum sit, ne ea, quę sacris ministerijs *dicata sunt, temporum iniuria obsolescãt, & ex hominum memoria excidant, Episcopi, etiam tanquàm Apostolicæ sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia (etiam iuris patronatus) ex Ecclesijs, quæ vetustate vel aliâs collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis ijs quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu viciniorum, arbitrio suo: atque in eisdem Ecclesijs erigant altaria vel capellas sub ijsdem inuocationibus: vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant, cum omnibus emolumentis & oneribus, prioribus Ecclesijs impositis. Parochiales verò Ecclesias, etiam si iuris patronatus sint, ita collapsas reficiat & instaurari procurent ex fructibus & prouentibus quibuscunque, ad easdem Ecclesias quomodocunquè pertinentibus. Qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum, parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exemptione & contradictione remota. Quòd si nimia egestate omnes laborent, ad matrices seu viciniores Ecclesias transferãtur, cum facultate tam dictas, parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas, in pphanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.

*dedicata

Cap. 8.

Quæcun-

Quæcunque in Diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab ordinario diligenter curari, atq; ijs, vbi oportet, prouideri æquum eſt. Propterea commendata monaſteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis obſeruantia, necnõ beneficia tam curata q̃ nõ curata, ſecularia & regularia qualitercũque cõmendata, etiã exẽpta ab ẽpis, etiã tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatis, annis ſingulis viſitentur: curentq́ue ijdem Epiſcopi congruentibus remedijs, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent aut reſtauratione, reficiantur, & cura animarum, ſi qua illis vel eorum annexis immineat, aliaq́; debita obſequia rectè exerceantur, appellationibus quibuſcunque, priuilegijs, conſuetudinibus, etiam immẽmorabili tempore præſcriptis, conſeruatorijs, iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus, non obſtantibus: & ſi in eis vigeret obſeruantia regularis, prouideant Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum Regularium ſuperiores, iuxta eorum regularia inſtituta, debitam viuendi rationem obſeruent & obſeruari faciant, & ſibi ſubditos in officio contineant ac moderentur. Quòd ſi admoniti, intra ſex menſes eos non viſitauerint vel correxerint, tunc eidem Epiſcopi, etiam vt delegati ſedis Apoſtolicæ, eos viſitare poſſint & corrigere, ꝓut ipſi ſuperiores poſſent iuxta eorũ inſtituta: quibuſcũque appellationibus, priuilegijs & exemptionibus penitùs remotis, & non obſtantibus.

Cap. 9.

Cùm multa à diuerſis anteà Concilijs, tam Lateranẽſ ac Lugdunẽſ, quàm Viẽnẽſ, aduerſus prauos eleemoſynarum Quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita, poſterioribus temporib⁹ reddita fuerint inutilia, potiusq́; eorum malitia ita quotidiè magno fidelium omnium ſcandalo & querela excreſcere deprehendatur, vt de eorum emẽdatione nulla ſpes ampliùs relicta videat: ſtatuit, vt poſthàc in quibuſcunque Chriſtianæ Religionis locis eorum nomen atque vſus penitùs aboleatur, nec ad officium huiuſmodi exercendum vllatenùs admittantur, non obſtantib⁹ priuilegijs, Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, pijs locis, & quibuſuis, cuiuſcunque gradus, ſtatus & dignitatis perſonis conceſſis. aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias verò aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideo Chriſtifideles decet priuari, deinceps per ordinarios locorũ, adhibitis duobus de capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decernit: Quibus etiam eleemoſynas atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur, vt tandem cæleſtes hos Eccleſiæ theſauros non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri omnes verè intelligant.

Indictio futuræ Seſſionis.

EAdem ſacroſancta œcumenica & generalis Tridẽtina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, prẽſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicę ſedis legatis, ſtatuit & decreuit proximam futuram Seſſionem habendam & celebrandam eſſe feria quinta poſt octauam feſti Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis, quæ erit decimaſeptima menſis Septẽbris proximè futuri: Hoc tamen adiecto, quòd dictum terminum ac cuicunque Seſſioni in poſterum præfigendum, ipſa ſancta Synodus pro eius arbitrio & voluntate, ſicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali cõgregatione reſtringere & prorogare liberè poſſit & valeat.

SESSIO XXII. QVAE EST VI. ſub Pio. 4. Pont. Max. celebrata die 17, Septemb. 1562.

Doctrina de ſacrificio Miſſæ.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdẽ Apoſtolicæ Sedis Legatis: vt vetus, abſoluta atque omni ex parte perfecta de magno Euchariſtiæ myſterio in ſancta Catholica ecclẽſia fides atque doctrina retineatur, & in ſua puritate propulſatis erroribus atque hæreſibus, conſeruetur, de ea quatenùs verum & ſingulare ſacrificium eſt, Spiritus ſancti illuſtratione edocta, & hæc quæ ſequuntur docet, declarat & fidelibus populis prædicanda decernit.

Cap. I.

Quoniam ſub priori teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter Leuitici ſacerdotij Heb. 7. imbecillitatem cõſummatio non erat, oportuit, Deo Patre miſericordiarũ ita ordinante, ſacerdotem alium ſecundùm ordinem Melchiſedech ſurgere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui poſſet omnes quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectũ adducere. Is igitur Deus & Dominus noſter, etſi ſimel ſeipſum in ara crucis, morte intercedente, DEO Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem ſacerdotium eius extinguendum non erat, in Cœna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ ſuæ ſponſæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret ſacrificium, quo cruentum illud ſemel in cruce peragendum repræſentaretur, eiusq́ue memoria in finem vſque ſeculi permaneret, atque illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidiè committuntur, peccatorum applicaretur, ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech ſe in æternum conſtitutum declarans, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri obtulit, ac ſub earũdem rerũ ſymbolis Apoſtolis quos tũc noui Teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent

tradidit, & eiſdẽ eorumq́; in ſacerdotio ſucceſſoribus vt offerrẽt ꝓcepit, per hæc verba, Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: vti ſemper Eccleſia Catholica intellexit & docuit. Nam celebrato veteri Paſcha, (quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo Exod. 13. filiorum Iſrael immolabat) nouum inſtituit Paſcha ſeipſum, ab Eccleſia ꝑ ſacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum, in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad Patrem, quãdo per ſui ſanguinis effuſionem nos redemit, atq; eripuit de poteſtate tenebrarũ, Coloſ. 3. & in regnum ſuum tranſtulit. Et hæc quidẽ illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari poteſt, Malac. 1. quam Dominus per Malachiã nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mũdam offerendam prædixit, & quam nõobſcurè innuit Apoſtolus Paulus, Corinthijs ſcribens, cùm dicit non poſſe 1. Cor. 10. eos, qui participatione menſæ dæmoniorũ polluti ſunt, menſæ Domini participes fieri: per menſam, altare vtrobiquè intelligens. Hæc deniquè illa eſt, quæ per varias ſacrificiorum Naturæ & legis tempore ſimilitudines figurabatur, vtpotè quæ bona omnia ꝑ illa ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio, complectitur.

Cap. II.

Et quoniã in diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruẽtè obtulit, docet ſancta Synodus ſacrificium iſtud verè propitiatorium eſſe, per ipſumq́ue fieri, vt ſi cũ vero corde & recta fide, cum metu & reuerentia, cõtriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniam⁹ in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Vna enim eademq́ue eſt hoſtia, idemq́ue nũc offerens ſacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidẽ oblationis (cruentæ, inquã) fructus per hanc incruentam vberrimè percipiuntur: tãtum abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non ſolùm pro fidelium viuorũ peccatis, pœnis, ſatisfactionibus & alijs neceſſitatibus, ſed & ꝑ defunctis in Chriſto, nõdùm ad plenum purgatis, ritè iuxta Apoſtolorũ traditionẽ, offertur.

Caput III.

Et quanuis in honorem & memoriã ſanctorum, nonnũllas interdùm Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit, non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronauit. Vndè nec ſacerdos dicere ſolet, Offero tibi ſacrificium Petre vel Paule: ſed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.

Caput IIII.

Et cùm ſancta ſanctè adminiſtrari conueniat, ſitq́; hoc omnium ſanctiſſimũ ſacrificium, Eccleſia Catholica vt dignè reuerẽterq́; offerretur ac perciperetur, ſacrum Canonẽ multis antè ſeculis inſtituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo cõtineatur, quod non maximè ſanctitatem & pietatem quandam redoleat, mentesq́; offerentium in Deũ erigat. Is enim conſtat cùm ex ipſis Dñi verbis, tũ ex Apoſtolorũ traditióib⁹, ac ſanctorũ quoq; Pontificum pijs inſtitutionibus.

Caput V.

Cumq́; natura hominum ea ſit, vt nõ facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationẽ ſuſtolli, propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, vt ſcilicet quędam ſummiſſa voce, alia verò elatiore in miſſa pronunciarentur, inſtituit: Cęremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, Thymiamata, veſtes, aliaq́; id genus multa ex Apoſtolica diſciplina & traditiõe: quô & maieſtas tãti ſacrificij commendaretur, & mentes fideliũ per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna, ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Caput VI.

Optaret quidẽ ſacroſancta Synodus, vt in ſingulis miſſis fideles adſtãtes, nõ ſolùm ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiã Euchariſtię ꝓceptione cõmunicarẽt, quô ad eos huius ſanctiſſimi ſacrificij fructus vberior proueniret: nec tamen ſi id non ſemper fiat, ꝓptereà Miſſas illas, in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter cõmunicat, vt priuatas & illicitas damnat, ſed probat, atq; adeò cõmendat. Siquidẽ illæ quoq; Miſſæ verè cõmunes cenſeri debent, partìm quòd in eis populus ſpiritualiter cõmunicet: partìm verò quòd à publico Eccleſiæ miniſtro non pro ſe tantùm, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Chriſti pertinent, celebrentur.

Caput VII.

Monet deinde ſancta Synodus, præceptũ eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent: tum ꝙ Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tũ etiã, quia è latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit: quod ſacramẽtum hac mixtione recolitur, & cùm aquæ in Apocalypſi beati Io- Apoc. 17. annis populi dicantur, ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio repræſentatur.

Caput VIII.

Etſi miſſa magnã cõtineat populi fidelis eruditionẽ, nõ tamẽ expedire viſum eſt Patrib⁹, vt vulgari lingua paſsìm celebraretur. Quãobrẽ retẽto vbiq; cuiuſq; Eccleſiæ antiquo & à ſancta Romana Eccleſia, omniũ Eccleſiarum matre & magiſtra, ꝓbato ritu, ne oues Chriſti eſuriãt, nẽve paruuli panẽ petant, & nõ ſit, q̃ Thre. 4. frangat eis: mandat ſancta ſynodus Paſtoribus,

ribus,& singulis curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Missarum celebrationem,vel per se vel per alios ex ijs, quæ in Missa leguntur,aliquid exponant, atque inter cætera sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis & festis.

Caput IX.

Quia verò aduersus veterem hanc in sacrosancto Euangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem hoc tempore multi disseminati sunt errores, & multa à multis docentur atque disputantur: sacrosancta Synodus post multos grauesque his de rebus maturè habitos tractatus, vnanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei sacræque doctrinę aduersantur,damnare & à sancta Ecclesia eliminare per subiectos hos canones constituit.

De sacrificio Missæ.

Canon I.

Si quis dixerit,in Missa non offerri DEO verum & proprium sacrificium, aut quòd offerri non sit aliud,quàm nobis Christum ad manducandum dari,Anathema sit.

Canon II.

Luc.22. Si quis dixerit,illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes,aut non ordinâsse, vt ipsi alijque sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum,Anathema sit.

Canon III.

Si quis dixerit,Missæ sacrificium tantùm esse laudis & gratiarũ actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti,nõ autẽ propitiatorij,vel soli prodesse sumenti:neque pro viuis & defunctis, ꝓ peccatis,pœnis,satisfactionibus & alijs necessitatibus offerri debere,Anathema sit.

Canon IIII.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari,Anathema sit.

Canon V.

Si quis dixerit,impostura esse Missas celebrare in honorem Sanctorum,& pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit,Anathema sit.

Canon. VI.

Si q̃s dixerit, Canonẽ Missę errores cõtinere, ideoq́; abrogandũ esse, Anathema sit.

Canon VII.

Si quis dixerit,cęremonias, vestes & externa signa,quib⁹ in Missarũ celebratiõe Ecclesia catholica vtitur,irritabula impietatis esse magis q̃ officia pietatis,Anathema sit.

Canon VIII.

Si quis dixerit Missas,in quibus solus sacerdos sacramẽtaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, Anathema sit.

Canon IX.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce pars Canonis & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse,aut lingua tantùm vulgari Missam celebrari debere,aut aquam non miscendã esse vino in Calice offerendo, eò quòd sit cõtra Christi institutionem,Anathema sit.

DECRETVM DE OBSERVANDIS & euitandis in celebratione Missæ.

QVanta cura adhibenda sit,vt sacrosanctum missæ sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur, quiuis facilè existimare poterit, qui cogitârit maledictũ in sacris literis eum vocari,qui opus Hier.48. Dei facit negligenter. Quòd si necessariò fatemur,nullum aliud opus adeò sanctum ac diuinum à Christifidelibus tractari posse,q̃ hoc ipsum tremendũ mysteriũ,quo viuifica illa hostia,qua DEO patri reconciliati sumus, in altari per Sacerdotes quotidiè immolatur:satis etiam appáret, omnem operam & diligentiam in eo ponendam esse,vt quanta maxima fieri potest,interiori cordis mundicia & puritate atque exteriori deuotionis ac pietatis specie peragatur. Cùm igitur multa iam siue temporum vitio, siue hominum incuria & improbitate irrepsisse videantur,quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt,vt ei debitus honor &cultus ad DEI gloriam & fidelis populi ædificationem restituatur,decernit sancta Synodus, vt ordinarij locorum Episcopi ea omnia prohibere,atque è medio tollere sedulò curẽt ac teneãtur,quæ vel auaritia, idolorum seruitus, vel irreuerentia,quæ ab impietate vix seiuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix,induxit.

Atque vt multa paucis comprehendantur,in primis, quòd ad auaritiam pertinet, cuiusuis generis mercedum conditiones, pacta,& quicquid pro Missis nobis celebrãdis datur,necnon importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potiùs q̃ postulationes,aliaque huiusmodi,quæ à Simoniaca labe vel certè à turpi quæstu non longè absunt,omninò prohibeant.

Deinde vt irreuerẽtia vitet̃,singuli in suis diœcesibus interdicãt,ne cui vago & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminẽ p̃tereà,qui publicè & notoriè criminosus sit, aut sancto altari ministrare,aut sacris interesse p̃mittãt:néve patiant̃ priuatis in domib⁹, atq; omninò extra ecclesiã & ad diuinũ tantũ cultũ dedicata oratoria, ab eisdẽ ordinarijs designãda & visitãda,sanctũ hoc sacrificium à secularib⁹ aut regularib⁹ quibuscunq; pagi,ac nisi priùs q̃ interfint,decenter cõposito corporis habitu, declarauerint se mente etiã ac deuoto cordis affectu,nõ solùm corpore,adesse. Ab Ecclesijs verò musicas eas, vbi siue organo,siue cãtu lasciuũ aut impurũ aliquid misceat̃,item seculares oẽs actiões, vana atq; adeò ꝓfana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, vt domus Dei,verè domus orationis esse videatur & dici possit.

Postremò,ne superstitioni locus aliquis detur, edicto & pœnis propositis caueant, ne sacerdotes alijs quàm debitis horis celebrent,néve ritus alios,aut alias cæremonias & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas,quæ ab Ecclesia probatæ,ac frequenti & laudabili vsu receptæ fuerint. Quarundam verò Missarum & candelarum certum numerum,qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione inuentus est, omninò ab Ecclesia remoueant, doceantq́; populũ,quis sit & à quo potissimùm prouenial huius sanctissimi sacrificij tam pretiosus ac cælestis fructus.Moneãt etiam eundẽ populũ,vt frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis & maiorib⁹ festis, accedãt. Hæc igit̃ omnia,quę summatim enumerata sunt,locorum ordinarijs ita proponantur,vt non solùm ea ipsa,sed quæcunq; alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, acetiã vt delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent,corrigant,statuant,atque ad ea inuiolatè seruãda,censuris ecclesiasticis alijsq́; pœnis,quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus priuilegijs,exemptionibus, appellationibus,ac consuetudinibus quibuscunque.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus,in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis,vt reformationis negocium prosequatur, hæc in præsenti sessione statuenda censuit.

Caput 1.

Nihil est quod alios magis ad pietatem ac DEI cultum assiduò instruat, quàm eorum vita & exemplum,qui se diuino ministerio dedicârunt. Cùm enim à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos,tanquàm in speculum, reliqui oculos conijciunt,ex ijsque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omninò Clericos,in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone,alijsq́; omnibus rebus nil nisi graue, moderatum ac religione plenum præ se ferant: leuia etiam delicta,q̃ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones,cunctis afferant venerationẽ.Cùm igitur quo maiore in ecclesia DEI & vtilitate & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentiùs sunt obseruãda, statuit sancta Synodus,vt quæ aliâs à summis Pontificibus & à sacris Concilijs de Clericorum vita,honestate,cultu doctrinaq́; retinẽda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus,ac quibuscunque criminibus, nec non secularibus negocijs fugiẽdis copiosè ac salubriter sancita fuerunt,eadem in posterum ijsdem pœnis vel maiorib⁹, arbitrio ordinarij imponendis obseruentur:nec appellatio executionẽ hanc,quæ ad morum correctionem pertinet,suspendat. Si qua verò ex ijs in desuetudinem abijsse cõpererint,ea quãprimùm in vsum reuocari & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque: ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas,Deo vindice,pœnas persoluant.

Caput 2.

Quicunque posthac ad Cathedrales Ecclesias erit assumendus,is non solùm natalibus,ætate,moribus & vita,ac alijs, quæ à sacris Canonibus requiruntur, plenè sit præditus: verum etiam in sacro ordine anteà,saltem sex mensiũ spatio,constitutus, quarum rerum instructio,si eius notitia nulla aut recens in Curia fuerit,à sedis Apostolicę Legatis,seu nuncijs prouinciarum,aut eius ordinario,eoq́; deficiẽte,à vicinioribus ordinarijs sumatur.Scientia verò præter hæc huiusmodi polleat,vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere. Ideoq́; anteà in vniuersitate studiorũ Magister siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure canonico,meritò sit promotus,aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quòd si regularis fuerit,à superioribus suæ religionis similẽ fidem habeat.Prędicti aũt oẽs,vndẽ instructio seu testificatio erit sumenda, hęc fideliter & gratis referre teneant̃: alioquin eorum cõscientias grauiter oneratas esse scient, & Deum & superiores suos habebunt vltores.

Caput 3.

Episcopi etiam tãquàm delegati Apostolici,ex fructibus &prouentibus quibuscunque omnium dignitatum, personatuum & officiorũ in Ecclesijs Cathedralibus vel collegiatis existentium, tertiam partem in distributiones,eorũ arbitrio assignandas,diuidere possint:vt scilicet qui eas obtinẽt, si personaliter cõpetens sibi seruitiũ, iuxta formã ab eisdẽ Episcopis præscribẽdam, quolibet die statuto nõ impleuerint,illius diei distributionem amittãt,nec eius quoquo modo dominium acquirant.sed fabricæ Ecclesiæ, quatenùs indigeat,aut alteri pio loco, arbitrio ordinarij applicetur.Crescẽte verò contumacia,contra eos iuxta sacrorum Canonũ cõstitutiones procedant. Quòd si alicui ex prędictis dignitatibus in Ecclesijs cathedralibus vel collegiatis de iure seu cõsuetudine iurisdictio,administratio vel officium non competat,sed extra ciuitatem in diœcesi cura animarũ immineat,cui is, qui dignitatem obtinet,incumbere voluerit,tunc pro tempore,quo in curata Ecclesia resederit ac ministrauerit, tanquàm præsens sit ac diuinis intersit,in Ecclesijs Cathedralibus ac collegia-

giatis habeatur. Hæc in his Ecclesijs tantùm instituta intelligãtur, in quibus nulla est cõsuetudo vel statutum, vt dictæ dignitates nó seruientes aliquid amittant, quod ad tertiam dictorum fructuum & prouentuum partem assendat: non obstãtibus consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptiõibus, & constitutionibus etiam iuramento & quauis authoritate firmatis.

Caput IIII.

Quicunque in Cathedrali vel collegiata, seculari aut regulari Ecclesia diuinis mãcipatus officijs, in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in Capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum. Ij verò, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, vt alij Missas, alij Euangelia, alij Epistolas dicant & cantent, quocunque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, iusto impedimento cessante, infra annũ ordines suscipere requisitos: Alioquin pœnas incurrant, iuxta constitutionem Concilij Viennen. quæ incipit, Vt ij, qui &c. quam præsenti decreto innouat. Cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per seipsos exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino pstare, sub eisdẽ & alijs etiã grauioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec alijs in posterum fiat prouisio, nisi ijs, qui iam ætatem & cæteras habilitates integrè habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio.

Caput V.

Dispensationes quacunque authoritate concedendæ, si extra Romanam Curiã committendæ erunt, committantur ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint. Eæ verò quæ gratiosè concedentur, suum non fortiantur effectum, nisi priùs ab eisdem, tanquàm delegatis Apostolicis, summariè tantùm & extraiudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis vel obreptionis vitio non subiacere.

Caput VI.

In commutationibus vltimarum voluntatũ, quæ non nisi ex iusta & necessaria causa fieri debent, Episcopi, etiam tanquàm delegati Sedis Apostolicæ, summariè & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate vel suggesta falsitate, fuisse narratum, priusquàm commutationes prædictæ executioni demandentur.

Caput VII.

Legati & Nuncij Apostolici, Patriarchæ, Primates & Metropolitani, in appellationibus ad eos interpositis in qbusuis causis, tã in admittẽdis appellatiõibus, q̃ in concedẽdis inhibitionibus, post appellationem seruare teneãtur formam & tenoré sacrarũ con

stitutionum, & præsertim Innocẽtij quarti, quæ incipit, Romana: quacunque consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, vel priuilegio in contrarium non obstãtibus: aliâs inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque, sint ipso iure nulla.

Caput VIII.

Episcopi etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegati, in casibus à iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate quàm inter viuos, sint executores: habeantq́; ius visitãdi hospitalia, collegia quæcunque ac confraternitates laicorum, etiam quas scholas siue quocunq; alio nomine vocant: non tamen quæ sub Regũ immediata protectione sunt, sine eorum licentia. Eleemosynas montis pietatis, siue charitatis, & pia loca omnia, quocunque modo nuncupentur, etiam si prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo iuxta sacrorum Canonum statuta cognoscant & exequantur: non obstantibus quacunque consuetudine, etiam immemorabili, priuilegio aut statuto.

Caput IX.

Administratores tam Ecclesiastici quàm laici fabricæ cuiusuis Ecclesiæ etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ montis pietatis, & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus & priuilegijs quibuscunque in contrarium sublatis: nisi secùs fortè in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ seu fabricæ expresè cautum esset. Quòd si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis, ratio reddenda esset, tunc cum ijs adhibeatur etiam ordinarius: aliter factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragentur.

Cap. X.

Gùm ex notariorum imperitia, plurima damna & multarum occasio litium oriatur, possit Episcopus quoscunque notarios, etiam si Apostolica, Imperiali, aut Regia authoritate creati fuerint, etiam tanquàm delegatus sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari: illisque nõ idoneis repertis, aut* quomodocunque in officio delinquentibus, officij eius in negocijs, litibus & causis Ecclesiasticis & spiritualibus exercendi vsum perpetuò, aut ad tempus prohibere: Nec appellatio eorum, interdictiõem ordinarij suspẽdat.

*quandocunque.

Caput XI.

Si quem clericorum aut laicorum, quacunque is dignitate, etiam Imperiali aut Regali

Regali præfulgeat, intantùm malorũ omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis secularis aut regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census ac iura etiam feudalia & emphyteotica, fructus, emolumenta, seu quascunque obuentiones, quæ in ministrorum ac pauperum necessitates conuerti debent, per se vel per alios, vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur: is Anathemati tandiù subiaceat, quandiù iurisdictiones, bona, res, iura, fructus & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint, Ecclesiæ eiusque administratori siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quòd si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam iurepatronatus, vltra prædictas pœnas, eo ipso priuatus existat: Clericus verò, qui nefandæ fraudis & vsurpationis huiusmodi fabricator seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat: necnon quibuscunque beneficijs priuatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem & absolutionem, arbitrio sui ordinarij suspendatur.

DECRETVM SVPER PETITIone concessionis calicis.

INsupèr cùm eadem sancta Synodus superiori Sessione duos articulos, aliâs propositos, & tum nondùm discussos, videlicet, An ratiões, quibus sancta catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub vna panis specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit permittendus: & An, si honestis & Christianæ charitati cõsentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus sit concedendus, & quænam sint illæ: in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos atque definiendos reseruauerit: múc eorũ pro quibus petitur, saluti optimè consultum volés, decernit integrum negocium ad sanctissimum dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert, qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod vtile Reipub. Christianę & salutare petentibus vsum calicis fore iudicauerit.

Indictio futuræ sessionis.

Insupèr eadem sacrosancta Synodus diem futuræ Sessionis ad feriam quintam post octauam festiuitatis Omnium Sanctorum, qui erit dies XII. mensis Nouembris, indicit, & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonij, &c.

PROROGATA FVIT SESSIO vsque ad diem 15. Iulij, 1563.

Sessio xxiij. quæ est septima sub Pio 4. Põt. Max. celebrata die 15. Iulij, 1563.

Doctrina de Sacramento Ordinis.

Caput 1.

SAcrificium & sacerdotium ita DEI ordinatione coniuncta sunt, vt vtrunque in omni lege extiterit. Cùm igitur in nouo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet, in ea nouum esse visibile & externum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrãdi corpus & sanguinem eius, necnon & peccata dimittendi & retinendi, sacræ literæ ostendunt, & catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

Caput 2.

Cùm autem diuina res sit tam sancti sacerdotij ministerium, consentaneum fuit, quo digniùs & maiori cum veneratiõe exerceri posset, vt in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdõtio ex officio deseruirent: ita distributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores assenderent. Nam non solùm de sacerdotibus, sed & de diaconis sacræ literæ apertam mentionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordinatione attendẽda sunt, grauissimis verbis docent: & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum, nomina, atque vniuscuiusq; eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistę, lectoris & ostiarij in vsu fuisse cognoscuntur, quanuis non pari gradu. Nam subdiaconatus ad maiores Ordines à Patribus & sacris Concilijs refertur, in quibus & de alijs inferioribus frequentissimè legimus.

Caput 3.

Cùm scripturæ testimonio, Apostolica traditione, & Patrum vnanimi cõsensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri: dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè vnum ex septẽ sanctæ Ecclesię Sacramentis. Inquit enim Apostolus: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuũ mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis, & sobrietatis. 2. Tim. 2.

Cap. 3.

Quoniam verò in Sacramento Ordinis, sicut & in Baptismo & Confirmatione, cha-

racter imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest, meritò sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt noui Testamenti sacerdotes temporariam tantummodò potestatem habere, ac semel ritè ordinatos, iterū laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quòd si omnes Christianos promiscuè noui Testamenti sacerdotes esse, aut oēs pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm Ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est vt castrorum acies ordinata, cōfundere, perindè ac si contra beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetę, 1.Cor.12. Ephe.4. omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum succesſerunt, ad hūc Hierarchicum ordinē præcipuè pertinere, & positos, sicut idē Actor.20. Apost. ait, à Spiritusancto regere Ecclesiam Dei, eosq; Presbyteris superiores esse, ac sacramentū confirmationis cōferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporū, sacerdotum & cæterorum ordinum nec populi, nec cuiuscuis secularis potestatis & magistratus cōsensum, siue vocationem, siue authoritatem ita requiri, vt sine ea irrita sit ordinatio: quin potiùs decernit, eos qui tantūmodò à populo aut seculari potestate ac magistratu vocati & instituti, ad hæc ministeria exercenda assceṅdunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ Synodo visum est Christi fideles de sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis & proprijs Canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare cōstituit, vt omnes adiuuante Christo, fidei regula vtētes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem faciliùs agnoscere & tenere possint.

De sacramento Ordinis.

Canon 1.

Si quis dixerit non esse in nouo Testamento sacerdotium visibile & externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi, sed officium tantùm & nudum ministerium prædicandi Euangelium: vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes, Anathema sit.

Canon 2.

Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines & maiores & minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tēdatur, Anathema sit.

Canon 3.

Si quis dixerit, Ordinem, siue sacram Ordinationem non esse verè & propriè sacramentum, à Christo Domino institutum: vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis: aut esse tantùm ritum quendam eligendi ministros verbi Dei & sacramentorum, Anathema sit.

Canon 4.

Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustrà Episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctum: aut per eam non imprimi characterē, vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, Anathema sit.

Canon 5.

Si quis dixerit sacram Vnctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione vtitur, nō tātùm non requiri, sed cōtemnendam & perniciosam esse, similiter & alias Ordinis cęremonias, Anathema sit.

Canon 6.

Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris & ministris, Anathema sit.

Canon 7.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam quā habent, illis esse cum Presbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos sine populi vel Potestatis secularis consensu aut vocatione, irritos esse: aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & Canonica potestate ritè ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniūt, legitimos esse verbi & sacramētorum ministros, Anathema sit.

Canon 8.

Si quis dixerit, Episcopos, qui authoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos ac veros Episcopos, sed figmentum humanum, Anathema sit.

Decretum de reformatione.

EADEM SACROSANCTA TRIdentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit & decernit.

Caput 1.

CVm præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura cōmissa est, oues agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique Diuini prædicatione, sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumq; miserabiliū psonarum curā paternā gerere, & in cætera munia pastoralia incūbere: quæ omnia nequaquā ab ijs pstari & impleri possunt, qui gregi suo non

nō inuigilāt neque assistūt, sed mercenariorum more deserūt: sacrosancta synodus eos admonet & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in iudicio & veritate pascant & regant. Ne verò ea, quæ de residētia sanctè & vtiliter iam anteà sub felicis recordatiōis Paulo III. sancita fuerunt, in sensus à sacrosanctæ synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat, illis inhærendo, declarat sacrosancta synodus, omnes patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac cathedralib. Ecclesijs quibuscunq; quocunq; nomine & titulo præfectos, etiā si S.R.E. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis & modis infrascriptis. Nā cùm Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ vel Reipublicæ vtilitas aliquos nonnunquàm abesse postulent & exigant, decernit eadē sancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à beatissimo Romano pontifice, aut à Metropolitano, vel, eo absente, suffraganeo episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas: nisi cùm absentia inciderit propter aliquod munus & Reipublicæ officiū, episcopatibus adiunctū: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repētinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit. Ad eundem tamen cum Concilio prouinciali spectabit iudicare de licentijs à se vel à suffraganeo datis, & videre ne quis eo iure abutatur, & vt pœnis canonicis errantes puniantur. Intereà meminerint discessuri ita ouibus suis prouidendum, vt quantùm fieri poterit, ex ipsorū absentia nullum damnum accipiāt. Quoniam autem qui aliquantisper tantùm absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statìm reuersuri sunt, sacrosancta Synodus vult illud absentię spatium singulis annis, siue continuum siue interruptū, extra prædictas causas nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere, & haberi rationem, vt id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento. Quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinqt, quam sperat religiosam & timoratam fore, cùm Deo corda pateant, cuius opus nō fraudulenter agere suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatiū, Dominici aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item & Corporis Christi diebus, quibus refici maximè & in Domino gaudere pastoris præsentia oues debeant, ipsi ab ecclesia sua cathedrali vllo pacto absint, nisi episcopalia munia in sua diœcesi eos aliò vocent.

Si quis autem (quod vtinàm nunquàm eueniat) contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta synodus, præter alias pœnas aduersus nō residētes sub Paulo III. impositas & innouatas, ac mortalis peccati reatum quē incurrit, eum pro rata temporis absentiæ, fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione nō secuta, illos sibi detinere posse: sed teneri, aut ipso cessante, per superiorem ecclesiasticum illos fabricæ ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacunq; conuentione vel compositione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam pdicti fructus in totum aut pro parte ei remitterentur, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs cuicunque collegio aut fabricæ concessis.

Eadem omninò, etiam quo ad culpam, & amissionem fructuum, & pœnas, de curatis inferioribus & alijs quibuscunque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat & decernit: ita tamen, vt quādocunque eos, causa priùs per episcopū cognita & probata, abesse contigerit, Vicariū idoneum, ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatiōe relinquāt. Discedendi autem licētiam, in scriptis gratisque concedēdam, vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa, non obtineant. Quòd si per edictum citati, etiam non personaliter contumaces fuerint, liberum esse vult ordinarijs, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem, compellere: Nec executionē hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscunq; beneficij, pactione, statuto, etiam iuramento, vel quacunq; authoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela censenda est, siue appellatione, aut inhibitiōe, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis, suspendi posse.

Postremò tam decretum illud sub Paulo III. quàm hoc ipsum in Concilijs prouincialibus & episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeò ex pastorum munere animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque infigi, vt in posterum, DEO iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut desuetudine aboleantur.

Cap. 2.

Ecclesijs cathedralibus seu superioribus quocunq; nomine ac titulo præfecti, etiam si S.R.E. Cardinales sint, si munus cōsecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses posteà id

facere neglexerint, Eccleſijs ipſo iure ſint priuati. Conſecratio verò, ſi extra Curiam Romanam fiat, in eccleſia ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.

Cap. 3.

Epiſcopi per ſemetipſos ordines conferant. Quòd ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm iam probatos & examinatos, ad alium epiſcopum ordinandos dimittant.

Cap. 4.

Prima tonſura non initientur, qui ſacramentum Confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti nõ fuerint, quiq; legere & ſcribere neſciant, & de quibus ꝓbabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum ꝓſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

Cap. 5.

Ad minores ordines promouendi, bonũ à Parocho & à magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem epiſcopũ adeant, q Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus ac deſiderio eorum, qui volẽt promoueri, publicè in eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales, ipſam inquiſitiõem factam continentes, ad ipſum epiſcopũ quãprimùm tranſmittat.

Cap. 6.

Nullus prima tõſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus, ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere. Is etiam fori priuilegio non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum & tonſurã deferens, alicui eccleſiæ ex mandato epiſcopi inſeruiat: vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſetur. In clericis verò coniugatis ſeruetur conſtitutio Bonifacij IX. quæ incipit, Clerici qui cum vnicis: modò hi clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio vel miniſterio ab epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant vel miniſtrent, & clericali habitu & tonſura vtantur: nemini, quo ad hoc, priuilegio vel conſuetudine etiã immemorabili ſuffragante.

Cap. 7.

Sacroſancta ſynodus, antiquorũ Canonum veſtigijs inhærendo decernit, vt quando epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando epiſcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Epiſcopus autem, ſacerdotibus & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinãdorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionẽ, mores, doctrinam & fidem diligenter inueſtiget & examinet.

Cap. 8.

Ordinationes ſacrorum ordinum ſtatutis à iure temporibus, ac in cathedrali eccleſia, vocatis præſentibus q̃; ad id Eccleſiæ canonicis, publicè celebrent. Si autem in alio diœceſis loco, præſente clero loci, dignior, quantùm fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur. Vnuſquiſq; autem à proprio epiſcopo ordinetur. Quòd ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenùs id ei, etiam cuiuſuis generalis aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prętextu, etiam ſtatutis temporibus permittat, niſi eius probitas ac mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur. Si ſecùs fiat, ordinans à collatione ordinum per annum: & ordinatus: à ſuſceptorum ordinum executione, quandiù proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

Cap. 9.

Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum, ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit cõmoratus, & beneficiũ, quacunque fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacunq;, etiã immemorabili, in contrarium non obſtante.

Cap. 10.

Abbatibus ac alijs quibuſcunque quantunùs exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius diœceſis cõſiſtentibus, etiam ſi nullius diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram vel minores ordines conferre: nec ipſi abbates & alij exempti, aut collegia, vel capitula quæcunque etiam Eccleſiarum Cathedralium, literas dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus, vt ab alijs ordinentur, cõcedant: ſed horum omnium ordinatio, ſeruatis omnibus, quæ in huius ſacroſanctæ ſynodi decretis continẽtur, ad Epiſcopos, intra quorum diœceſis fines exiſtant, pertineat: non obſtantibus quibuſuis priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus: Pœnam quoque impoſitã his, qui contra huius ſanctæ ſynodi ſub Paulo III. decretum, à capitulo, epiſcopali ſede vacãte, literas dimiſſorias impetrant, ad illos, qui eaſdẽ literas nõ à capitulo, ſed ab alijs quibuſuis in iuriſdictione epiſcopi loco capituli, ſede vacante, ſuccedentibus, obtinerent, mãdat extendi. Concedentes autem dimiſſorias contra formam decreti, ab officio & beneficio per annum ſint ipſo iure ſuſpenſi.

Cap. 11.

Minores Ordines ijs, qui ſaltem Latinam linguam intelligant, per temporum interſtitia (niſi aliud epiſcopo expedire magis videretur) conferantur, vt eo accuratiùs, quãtum

tum ſit huius diſciplinę põdus, poſſint edoceri: ac in vnoquoque munere iuxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, idque in ea, cui adſcripti erũt, Eccleſia, niſi fortè ex cauſa ſtudiorum abſint: atque ita de gradu in gradum aſſcendant, vt in eis cum ætate, vitæ meritum & doctrina maior accreſcat: quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduũ in Eccleſia miniſterium, atque maior erga presbyteros & ſuperiores ordines reuerentia, & crebrior, quàm anteà, cor poris Chriſti communio maximè comprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo ijs initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtendat. Hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad ſacros ordines promoueantur, niſi neceſſitas, aut eccleſiæ vtilitas iudicio epiſcopi aliud expoſcat.

Cap. 12.

Nullus in poſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Sciant tamen Epiſcopi, non ſingulos in ea ætate conſtitutos deberead hos ordines aſſumi, ſed dignos duntaxàt, & quorum probata vita ſenectus ſit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinẽtur, priuilegijs quibuſcunque, quo ad hoc, penitùs excluſis.

Cap. 13.

Subdiaconi & Diaconi ordinentur, habentes bonum teſtimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis & his, quæ ad ordinem exercendum pertinent, inſtructi, qui ſperant, DEO authore, ſe continere poſſe, Eccleſijs, quibus aſſcribentur, inſeruiant: ſciantque maximè decere, ſi ſaltem diebus dominicis & ſolennibus, cùm altari miniſtrauerint, ſacram communionem ꝓceperint. Promoti ad ſacrum ſubdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum (niſi aliud Epiſcopo videatur) aſſcendere non permittantur. Duo ſacri ordines non eodem die etiam regularibus conferantur, priuilegijs ac indultis quibuſuis conceſſis, non obſtãtibus quibuſcunque.

Cap. 14.

Qui piè & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinẽ aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium. Et hi ſint, qui non modò in diaconatu ad minus annum integrum, (niſi ob Eccleſiæ vtilitatem ac neceſſitatem aliud epiſcopo videretur) miniſtrauerint, ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac miniſtranda ſacramẽta, diligenti examine ꝓcedente, idonei comprobentur, atq; ita pietate ac caſtis moribus conſpicui, vt præclarum bonorum operum exemplum & vitæ monita ab eis poſſint expectari. Curet epiſcopus, vt ij ſaltẽ diebus dominicis ac feſtis ſolennibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciãt, Miſſas celebrent. Cùm promotis per ſaltum, ſi nõ miniſtrauerint, epiſcop⁹ ex legitima cauſa poſſit diſpenſare.

Cap. 15.

Quanùis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſacroſancta ſynodus, nullũ, etiam regularem, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotũ audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab epiſcopis per examẽ, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationẽ, quæ gratis detur, obtineat: priuilegijs, & conſuetudine quacunque etiam immemorabili, non obſtantibus.

Cap. 16.

Cùm nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui epiſcopi non ſit vtilis aut neceſſarius ſuis eccleſijs, ſancta ſynodus, veſtigijs ſexti canonis concilij Chalcedonenſis inhærendo, ſtatuit vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate aut vtilitate aſſumitur, non aſſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. Quòd ſi locum inconſultò epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. Nullus prætereà clericus peregrinus ſine commendatitijs ſui ordinarij literis, ab vllo epiſcopo ad diuina celebranda & ſacramenta adminiſtranda admittatur.

Cap. 17.

Vt ſanctorum ordinum à diaconatu ad Oſtiariatum functiones, ab Apoſtolorum temporibus in eccleſia laudabiliter receptę, & pluribus in locis aliquandiù intermiſſæ, in vſum iuxta ſacros canones reuocentur, nec ab hæreticis tanquàm ocioſæ traducantur, illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, vt in poſterum huiuſcemodi miniſteria non niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur: omnesque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in domino hortatur, & illis præcipit, vt, quantùm fieri commodè poterit, in eccleſijs Cathedralibus, collegiatis & parochialibus ſuę diœceſis, ſi populus frequẽs & eccleſiæ prouentus id ferre queant, huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte reddituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriuſque illorum eas functiones exercentibus, ſtipendia aſſignent: quibus, ſi negligentes fuerint, Ordinarij iudicio aut ex parte mulctari, aut in totum priuari poſſint: ꝙ ſi miniſterijs 4. minorum ordinum exercẽdis clerici cælibes prę-

stò non erunt, suffici possint etiam coniugati vitæ probatæ, dummodò nō bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui tonsuram & habitum clericalem in ecclesia gestent.

Cùm adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequàm vitiorum habitus totos homines possideat, nunquàm perfectè ac sine maximo ac singulari propemodùm Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseuerat: sancta synodus statuit, vt singulæ cathedrales, Metropolitanæ atq; his maiores Ecclesiæ, pro modo facultatum & diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius ciuitatis & diœcesis, vel eius prouinciæ, si ibi non reperiātur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias, vel alio in loco conuenienti ab episcopo eligendo, alere ac religiosè educare, & in Ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. In hoc verò collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos & ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere & scribere competenter nouerint, & quorum indoles & voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministerijs perpetuò inseruituros. Paucorum autem filios præcipuè eligi vult, nec tamē ditiorum excludit, modò suo sumptu alantur, & studium præ se ferant Deo & Ecclesiæ inseruiendi. Hos pueros episcopus in tot classes, quot ei videbitur, diuisos, iuxta eorum numerū, ætatem ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim, cùm ei opportunum videbitur, ecclesiarum ministerio addícet, partim in collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum eductorū sufficiet, ita vt hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Vt verò in eadē disciplina ecclesiastica commodiùs instituantur, tonsura statim atque habitu clericali semper vtentur, Grammatices, Cantus, Cōputi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent, sacram scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum ac cæremoniarum formas ediscent. Curet episcopus, vt singulis diebus Missæ sacrificio intersint, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata, & iuxta confessoris iudicium sumant corp⁹ Domini nostri IESV CHRISTI cathedrali & alijs loci ecclesijs diebus festis inseruiant. Quæ omnia atque alia ad hanc rem opportuna & necessaria, episcopi singuli cum cōsilio duorum canonicorum seniorum & grauiorum, quos ipsi elegerint, prout spiritus sanctus suggesserit, constituent, eaque vt semper obseruentur, sæpiùs visitando operam dabunt, dyscolos & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quæcunque ad conseruandum & augendum tam pium & sanctum institutū pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam instituendam, & ad mercedē præceptoribus & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarij, vltra ea, quæ ad instituendos alendósve pueros sunt in aliquibus Ecclesijs & locis destinata, quæ eo ipso huic seminario sub eadem episcopi cura applicata censeantur, ijdem episcopi cum cōsilio duorum à capitulo, quorū alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur: itemque duorum de clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad episcopum, alterius verò ad clerum pertineat, ex fructibus integris mensæ episcopalis & capituli, & quarumcunq; dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum & prioratuum, cuiuscunque ordinis etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, & hospitalium quæ dātur in titulum vel administrationem, iuxta constitutionem concilij Viēnensis, quæ incipit, Quia contingit: & beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiā si iuris patronatus cuiuscunq; fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diœcesis, vel alijs ecclesijs, monasterijs & hospitalibus, & alijs quibuscunque locis pijs, etiam exemptis, annexa, & ex fabricis ecclesiarum & aliorum locorum, etiam ex quibuscunq; alijs ecclesiasticis redditibus seu prouentib⁹ etiam aliorum collegiorum, in quibus tamē seminaria discentium vel docentium ad cōmune ecclesiæ bonum promouendum actu non habentur (Hæc enim exempta esse voluit, præterquàm ratione redditus, qui superflui essent, vltra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem) seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorū, nō tm̄ mendicantiū, etiā ex decimis quacunq; ratiōe ad laicos, ex qbus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscunque militiæ aut ordinis ptinentibus, fratribus S. Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis, partē aliquā vel portionē detrahent, & eam portionem sic detractā, necnon beneficia aliquot simplicia, cuiuscunq; qualitatis & dignitatis fuerint, vel etiam pstimonia, vel pstimoniales portiones, etiam ante vacationem nuncupatas, sine cultus diuini & illa obtinentium piudicio, huic collegio applicabunt & incorporabunt. Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reseruata vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum vniones & applicatiōes suspendi, vel vllo modo impediri possint: sed omninò quacunq; vacatione, etiam si in curia effectū suū sortiant̄, & quacunq; constitutiōe nō obstāte. Ad hanc autē portionē

soluendam, bñficiorū, dignitatum, personatuum & omnium & singulorū suprà commemoratorum possessores, non modò pro se, sed pro pensionibus, quas alijs forsan ex dictis fructibus soluerent, retinendo tamen pro rata, quicquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, ab Episcopo loci, per censuras ecclesiasticas ac alia iuris remedia compellantur: etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachij secularis, quibuscunque, quo ad omnia & singula suprascripta, priuilegijs, exemptiōibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiā immemorabili, quauis appellatione & allegatione, quę executionem impediat, nō obstantibus. Succedente verò casu, quo per vniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex singulis beneficijs, vt suprà, detracta & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quòd si cathedralium, & aliarum maiorum ecclesiarū prælati in hac seminarij erectione, eiusque conseruatione negligentes fuerint, ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum & superiores Synodus Prouincialis acriter corripere, eosque ad omnia suprādicta cogere debeat: & vt quamprimùm hoc sanctum & piū opus vbicunquè fieri poterit, promoueatur, studiosè curabit. Rationes autem reddituū huius seminarij Episcopus singulis annis accipiat, præsentibus duobus à capitulo, & totidem à clero ciuitatis deputatis.

Deinde vt cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis prouideatur, statuit sancta Synodus, vt Episcopi, archiepiscopi, Primates & alij locorum ordinarij scholasterias obtinentes, & alios quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis Scholis instituendos, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem Scholasticis eligendos, & ab ordinarijs approbandos, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. Quòd si iudicio Episcopi digni non fuerint, alium qui dignus sit nominēt, omni appellatione remota. Quòd si neglexerint, Episcop⁹ ipse deputet. Docebunt autem prædicti, q̄ videbunt̄ Episcopo expedire. Decæterò verò officia vel dignitates illę, q̄ scholasterię dicuntur, non nisi doctoribus vel magistris aut licētiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico, & aliâs psonis idoneis, & q per seipsos id mun⁹ explere possint, cōferantur: & alia facta ꝓuisio, nulla sit & inualida: nō obstātibus quibuscunque priuilegijs & cōsuetudinib⁹, etiā immemorabilib⁹.

Si verò in aliqua prouincia Ecclesiæ tanta paupertate laborent, vt collegiū in aliquibus erigi non possit, Synodus prouincialis vel Metropolitanus, cū duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia Metropolitana, vel alia ꝓuinciæ Ecclesia commodiori, vnū aut plura collegia, ꝓut opportunum iudicabit, ex fructibus duarū aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegiū commodè institui non potest, erigendum curabit, vbi pueri illarum ecclesiarum educentur.

In ecclesijs autem amplas Diœceses habentibus, possit Episcopus vnum vel plura in Diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria, quæ tamē ab illo vno, quod in ciuitate erectum & constitutū fuerit, in omnibus dependeant.

Postremò si vel pro vnionibus, seu proportionum taxatione vel assignatione & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quā huius seminarij institutio vel conseruatio impediretur aut perturbaretur, Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus ꝓuincialis pro regiōis more, pro ecclesiarum & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando aut augendo, omia & singula, quę ad felicem huius seminarij ꝓfectum necessaria & opportuna videbūtur, decernere ac prouidere valeat.

Indictio futurę Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram Sessionem in diem decimamsextam Mensis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonij, & de alijs, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint. Item de prouisionibus Episcopatuū, dignitatū, aliorumq; beneficiorum ecclesiasticorū, ac de diuersis reformationis articulis.

Prorogata fuit Sessio ad diem
11. Nouemb. 1563.
Sessio XXIIII. Quæ est octaua sub Pio 4.
Pont. Max. Celebrata die 11. Nouemb. 1563.

Doctrina de sacramento Matrimonij.

MAtrimonij perpetuū indissolubilemq; nexum primus humani generis parēs diuini spiritus instinctu pronūciauit, cùm dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrē suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Gene. 2.

Hoc autem vinculo duos tantummodò copulari & coniungi, CHRISTVS Dominus apertiùs docuit, cùm postrema illa verba tanquàm à DEO prolata referens, dixit: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. statimque eiusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantò antè pronūciatam, his verbis confirmauit: Quod ergo DEVS coniunxit, homo non separet. Matth. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Ephe. 5.

Gratiam verò, quæ naturalem illū amorem perficeret, & indissolubilem vnitatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor

ſtitutor atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit. Quod Paulus Apoſtolus innuit,
Ephe. 5. dicẽs: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: mox ſubiungens, Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.

Cùm igitur matrimonium in lege Euangelica veteribus connubijs per Chriſtũ gratia præſtet, meritò inter nouæ legis ſacramenta annumerandum ſancti Patres noſtri, Cõcilia & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt. Aduerſus quam impij homines huius ſeculi inſanientes, non ſolùm perperàm de hoc venerabili ſacramẽto ſenſerunt, ſed de more ſuo prætextu Euangelij libertatem carnis introducentes, multa ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorũ temporibus probata conſuetudine aliena, ſcripto & verbo aſſeruerunt, non ſine magna Chriſtifideliũ iactura. Quorum temeritati ſancta & vniuerſalis Synodus cupiens occurrere, inſigniores prædictorũ ſchiſmaticorum hæreſes & errores, ne plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminãdos duxit, hos in ipſos hæreticos eorũq; errores decernens Anathematiſmos.

DE SACRAMENTO MATRIMONIJ.

Can. 1.

SI quis dixerit, Matrimonium nõ eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis Euãgelicæ ſacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſiam inuectum, neque gratiam conferre, Anathema ſit.

Can. 2.

Si quis dixerit, licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, Anathema ſit.

Can. 3.

Si quis dixerit, eos tantùm conſanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico expri
Leuit. 18. muntur, poſſe impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere cõtractum, nec poſſe Eccleſiã in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant & dirimant, Anathema ſit.

Can. 4.

Si quis dixerit, Eccleſiam nõ potuiſſe cõſtituere impedimenta Matrimoniũ dirimẽtia, vel in ijs conſtituendis errâſſe, Anathema ſit.

Can. 5.

Si quis dixerit, propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam à coniuge, diſſolui poſſe matrimonij vinculum, Anathema ſit.

Can. 6.

Si quis dixerit, Matrimonium ratum, nõ conſummatum, per ſolennem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, Anathema ſit.

Can. 7.

Si quis dixerit eccleſiam errare, cùm docuit & docet, (iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum Matrimonij vinculum nõ poſſe diſſolui, & vtrunque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, nõ poſſe altero cõiuge viuente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quę dimiſſo adultero alij nupſerit, Anathema ſit.

Can. 8.

Si quis dixerit Eccleſiam errare, cùm ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges, quoad torum, ſeu quoad cohabitatiõem, ad certum incertúmve tẽpus fieri poſſe decernit, Anathema ſit.

Can. 9.

Si quis dixerit, clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatẽ ſolenniter profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumque validũ eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica vel voto, & oppoſitum nihil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeq; omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiũt ſe caſtitatis etiam ſi eam vouerint, habere donum, Anathema ſit: cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari.

Can. 10.

Si quis dixerit, ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis vel cælibatus, & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate aut cælibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit.

Can. 11.

Si quis dixerit, prohibitionem ſolennitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab ethnicorũ ſuperſtitione profectam, aut benedictiones aut alias cæremonias, quibus eccleſia in illis vtitur, damnauerit, Anathema ſit.

Can. 12.

Si quis dixerit, cauſas matrimoniales nõ ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos, Anathema ſit.

DECRETVM DE REFORMATIONE MATRIMONIJ.

Cap. 1.

Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libero contrahẽtium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quandiù Eccleſia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant, quiq; falsò affirmant matrimonia à filijsfamiliâs ſine cõſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta DEI Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt atque prohibuit. Verùm cùm ſancta ſynodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam, iam non

non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clãdeſtinis coniugijs ortum habent, præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clàm contraxerant, relicta, cum alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt: cui malo, cùm ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri nõ poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur: idcirco ſacri Lateranenſis concilij, ſub Innocentio III. celebrati, veſtigijs inhærẽdo præcipit, vt in poſterũ, antequàm matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahẽtium parocho tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolennia publicè denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum. Quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur. Vbi Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptũ vniuſcuiuſque prouinciæ ritum. Quòd ſi aliquãdò probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantùm denunciatio fiat: vel ſaltem Parocho, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus, matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſummationem, denunciationes in Eccleſia fiãt, vt ſi aliqua ſubſunt impedimẽta, faciliùs detegantur: niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio ſancta ſynodus relinquit. Qui aliter quàm præſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Inſupèr parochum vel alium ſacerdotem, qui cũ minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho vel ſacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, nec non ipſos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Prætereà eadem ſancta ſynodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo nõ cohabitent: Statuitq; benedictionem à proprio parocho fieri: neque à quoquam, niſi ab ipſo parocho vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij ſacerdoti cõcedi poſſe: quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela dicẽda eſt, vel priuilegio non obſtante. Quòd ſi quis parochus vel alius ſacerdos, ſiue regularis ſiue ſecularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio vel immemorabili conſuetudine licere cõtendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum parochi licentia matrimonio coniungere aut benedicere auſus fuerit, ipſo iure tandiù ſuſpenſus maneat, quandiù ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. Habeat Parochus librum, in quo coniugum & teſtium nomina, diemq; & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligẽter apud ſe cuſtodiat.

Poſtremò ſancta ſynodus coniuges hortatur, vt antequàm contrahãt, vel ſaltem triduò ante matrimonij conſummatiõem, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus & cæremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta ſynodus vehementer optat. Ne verò hæc tam ſalubria præcepta quenquam lateant, Ordinarijs omnibus ꝑcipit, vt cùm primùm potuerint, curent hoc decretũ populo publicari ac explicari in ſingulis ſuarũ diœceſum parochialibus eccleſijs: idque in primo anno quàm ſæpiſſimè fiat: deindè verò quotiès expedire viderint. Decernit inſuper, vt huiuſmodi decretum in vnaquaq; parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

Cap. 2.

DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multotiès in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta ſynodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiẽs, ſtatuit vt vnus tantùm, ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus & vna, baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant: inter quos ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequàm ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant: & eum vel eos tãtùm ad illũ ſuſcipiendũ admittat, & in lib. eorum noïa deſcribat, doceatq; eos quã cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeãt. Quòd ſi alij vltra deſignatos baptizatũ tetigerĩt, cognationẽ ſpiritualẽ nullo pacto contrahãt, cõſtitutionib⁹ in cõtrariũ faciẽtib⁹, nõ obſtãtibus. Si parochi culpa vel negligẽtia ſecùs factũ fuerit, arbitrio Ordinarij puniaꝫ. Ea quoq; cognatio, q̃ ex cõfirmatione contrahitur, confirmantẽ & cõfir-

firmatum,illiusque patrem & matrem,ac tenentem non egrediatur,omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omninò sublatis.

Cap. 3.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum,vbi sponsalia quacunq; ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedant:quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari.

Cap. 4.

Prætereà sancta synodus, eisdem & alijs grauissimis de causis adducta, impedimentum,quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium posteà factum dirimit, ad eos tantùm qui in primo & secundo gradu coniunguntur,restringit:In vlterioribus verò gradibus statuit,huiusmodi affinitatem matrimoniũ posteà contractum non dirimere.

Cap.5.

Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit,separetur, & spe dispensationis consequendæ careat:idque in eo multò magis locum habeat, qui non tãtùm matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quòd si ignoranter id fecerit,si quidem solennitates requisitas in contrahendo matrimõio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis.Non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facilè experiatur,cuius salubria p̃cepta temerè contempsit.Si verò solennitatibus adhibitis, impedimentũ aliquod posteà subesse cognoscatur,cuius ille probabilem ignorantiam habuit,tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit.In contrahendis matrimonijs vel nulla omninò detur dispensatio,vel rarò, idque ex causa,& gratis concedatur: In secundo gradu nũquàm dispensetur,nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Cap.6.

Decernit sancta synodus,inter raptorem & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium.Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, illum in virũ habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat: & nihilominùs raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium & fauorem præbentes,sint ipso iure excommunicati,ac perpetuò infames,omniumque dignitatum incapaces:& si clerici fuerint, de ꝓprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptã, siue eam vxorem duxerit, siue nõ duxerit,decẽter arbitrio iudicis dotare.

Cap.7.

Multi sunt, qui vagantur & incertas habent sedes, & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta,aliam & plerunquè plures, illa viuente,diuersis in locis ducũt:cui morbo cupiẽs sancta Synodus occurrere, omẽs, ad quos spectat,paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiant:magistratus etiam seculares hortatur, vt eos seuerè coẽrceant: Parochis autem præcipit,ne illorum matrimonijs intersint,nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata,ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Cap.8.

Graue peccatũ est, homines solutos cõcubinas habere:grauissimum verò,& in huius magni sacramẽti singularem contemptũ admissum,vxoratos quoq; in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas quandoquè domi etiam cum vxoribus alere & retinere. Quare vt huic tanto malo sancta synodus opportunis remedijs prouideat,statuit huiusmodi concubinarios, tam solutos quàm vxoratos,cuiuscunque status, dignitatis & conditionis existant, si postquàm ab Ordinario etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint,concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint,excõmunicatione feriendos esse: à qua non absoluantur,donec reipsa admonitioni factæ paruerint. Quòd si in concubinatu per annum,censuris neglectis, permanserint, contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatę siue solutæ,quæ cum adulteris seu concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ nõ paruerint,ab Ordinarijs locorum,nullo etiam requirente, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidũ vel diœcesim, si id eisdẽ Ordinarijs videbitur, inuocato,si opus fuerit,brachio seculari,eijciantur:alijs pœnis,contra adulteros & concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

Cap.9.

Ita plerunquè temporalium Dominorũ ac magistratuum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excæcant, vt viros & mulieres,sub eorum iurisdictione degentes, maximè diuites vel spem magnæ hæreditatis habentes,minis & pœnis adigãt cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini vel magistratus illis præscripserint. Quarè cùm maximè nefariũ sit,matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias nasci,à quibus iura expectãtur,præcipit sancta synodus omnibus cuiuscunque gradus, dignitatis & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos,vel quoscunque alios cogãt,quô minùs liberè matrimonia contrahant.

Cap.10.

Ab aduentu Domini nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vsq; in octauã Paschatis incluſiuè, antiquas solenniũ nuptiarũ prohibitiones, diligenter ab omnibus obseruari sancta synodus præcipit:in alijs verò temporibus nuptias solenniter celebrari permittit, quas Episcopi,vt ea,qua decet modestia & honestate fiant,curabunt.Sancta enim res est matrimonium,& sanctè tractandum.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

EAdem sacrosancta synodus, Reformationis materiam prosequẽs, hæc in præsenti Sessione statuenda decreuit.

Cap. 1.

Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus ꝓuidenter scienterq; curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum: multo magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur,non erretur.Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore,non inueniatur in capite.Vnde & si aliàs sancta Synodus de promouendis ad cathedrales & superiores Ecclesias nonnulla vtiliter decreuit,hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt si ꝓ rei magnitudine expendatur,nunquàm satis cautum de eo videri possit.Itaque statuit,vt cùm primùm ecclesia vacauerit,supplicationes ac preces publicè priuatimque habeantur, atque à capitulo per ciuitatem & diœcesim indicantur, quibus clerus populusque bonum à Deo pastorem valeat impetrare.Omẽs verò & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunq; ius quacunque ratione à sede apostolica habẽt, aut alioquin operam suam præstant,nihil in ijs pro præsenti temporum ratione innouãdo,hortatur & monet,vt in primis meminerint, nihil se ad dei gloriam & populorũ salutẽ vtilius posse facere, quàm si bonos pastores & Ecclesiæ gubernandæ idoneos ꝓmoueri studeant,eosque alienis peccatis cõmunicãtes mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint,non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambiẽtium suggestionibus,sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos,& vita,ætate, doctrina, atq; alijs omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ iuxta sacros canones & Tridẽtini huius Synodi decreta requirũtur. Quoniã verò in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui idoneoq; bonorum & doctorũ virorum testimonio, non vniformis ratio vbiquè ex nationum, populorum ac morũ varietate potest adhiberi,mãdat sancta synodus,vt in prouinciali Synodo,ꝓ metropolitanum habenda, præscribatur quibusque locis &,ꝓ uincijs ꝓpria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, sanctiss.Rom. Pon. arbitrio approbanda,q̃ magis eisdẽ locis vtilis atq; opportuna esse videbitur:ita tñ,vt cùm deinde hoc examen seu inq̃sitio de psona,ꝓmouenda pfecta fuerit,ea in instrumentũ publicũ redacta,cum toto testimonio ac professiõe fidei ab eo facta, quãprimùm ad sanctiss. Rom.Pontificẽ oñinò transmittat,vt ipse summus põtifex, plena totius negocij ac psonarũ notitia habita,ꝓ gregis Dñici cõmodo de illis, si idonei per examen,seu per inquisitionẽ factam reperti fuerint,ecclesijs possit vtiliùs prouidere. Omẽs verò inquisitiones, informationes,testimonia ac probationes,quæcunq; de ꝓmouendi qualitatibus & Ecclesię statu,à quibuscunq;, etiam in Romana Curia habitæ,per Cardinalem, qui relationem facturus erit in cõsistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur,ac relatio ipsa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment,se adhibita accurata diligentia, inuenisse promouẽdos qualitatibus,à iure & ab hac sancta Synodo requisitis præditos, ac certò existimare, sub periculo salutis æternæ,idoneos esse, q̃ Ecclesijs præficiantur:ita vt relatiõe in vno cõsistorio facta, quô maturiùs intereà de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud consistorium iudicium differatur,nisi aliud beatissimo Põtifici videbitur expedire. Ea verò omnia & singula, quæ de episcoporũ ꝓficiendorum vita,ætate, doctrina & cæteris qualitatibus aliâs in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatiõe sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiã si Diaconi sint,exigenda:quos sanctissimus Rom.Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus,quantùm commodè fieri poterit, ꝓut idoneos repererit,assumet. Postremò eadem sancta synodus, tot grauissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest nõ commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quàm vt beatissimus Romanus pontifex,quam solicitudinẽ vniuersæ Ecclesię,ex muneris sui officio debet, eam hîc potissimũ impendat, vt lectissimos tantùm sibi Cardinales adsciscat, & bonos maximè atq; idoneos pastores singulis ecclesijs ꝓficiat: idq̃; eò magis, q̃ ouium Christi sanguinẽ,q̃ ex malo negligentiũ & sui officij immemorũ pastorũ regimine peribunt, dominus noster Iesus Christus de manib⁹ eius sit requisiturus.

Cap.2.

Prouincialia concilia sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus,controuersijs componẽdis, alijsq; ex sacris canonibus permissis renouentur. Quare metropolitani per seipsos,seu illis legitimè impeditis,coẽpiscopus antiq̃or intra annũ ad minus à fine psentis Cõcilij, & deinde quolibet saltẽ triennio post octauam Paschæ Resurrectiõis Dñi nostri Iesu Chri-

sti,seu alio commodiori tempore pro more prouinciæ, non prætermittat synodum in prouincia sua cogere: quò episcopi omnes, & alij, qui de iure vel consuetudine interesse debẽt, exceptis his, quibus cum imminẽti periculo transfretandũ esset, cõuenire ominò teneantur. Nec episcopi comprouinciales ptextu cuiuslibet consuetudinis ad metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inuiti compellantur. Itidèm episcopi, qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius synodo prouinciali cum alijs interesse debeãt, & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent ac obseruari faciant: In reliquis omnibus eorum exemptio & priuilegia salua atq; integra maneãt. Synodi quoq; diœcesanæ quotannis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui aliâs cessante exemptione interesse deberent, nec capitulis generalibus subdũtur, accedere teneantur: ratione tamen Parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarũ, debeant hi, qui illarũ curam gerunt, quicunq; illi sint, Synòdo interesse. quòd si in his tam Metropolitani quàm episcopi & alij suprascripti negligentes fuerint, pœnas sacris canonibus sancitas incurrant.

Cap. 3.

Patriarchæ, Primates, Metropolitani & episcopi propriam diœcesim per seipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem vicarium aut visitatorem, si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non poterũt, saltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per se vel visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. A metropolitanis verò etiã post plenè visitatam propriam diœcesim, non visitentur cathedrales ecclesiæ, neque diœceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita & probata in Concilio Prouinciali: Archidiaconi autem, Decani & alij inferiores in ijs Ecclesijs, vbi hactenùs visitatiõem exercere legitimè consueuerunt, debeant q̃dem assumpto notario de consensu episcopi deinceps per seipsos tantùm ibidèm visitare. Visitatores etiam à capitulo deputandi, vbi capitulum ius visitandi habet, priùs ab episcopo approbentur: sed non ideo episcopus, vel eo impedito eius visitator easdẽ Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeaẽ: cui ipsi archidiaconi vel alij inferiores visitationis factæ infra mensem, rationem reddere, & depositiones testium ac integra acta ei exhibere teneantur: non obstãtibus quacunque consuetudine, etiam immemorabili, atq; exemptionibus & priuilegijs quibuscunque. Visitationum autem omnium istarum præcipuus sit scopus, sanam orthodoxamq̃ doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortatiõibus & admonitionibus ad religionẽ, pacẽ, innocentiamq̃; accendere: cætera, prout locus, tempus & occasio feret, ex visitantium prudẽtia ad fidelium fructum cõstituere. Quæ vt faciliùs feliciusq̃ succedãt, monentur p̃dicti omnes & singuli, ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate Christianoq̃; zelo omnes amplectantur: ideoq̃ue modesto contenti equitatu famulatuq̃ue, studeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absoluere. Interimq̃ue caueant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graues onerosíve sint, néve ipsi aut quisquam suorũ quicquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamẽtorum ad pios vsus, præter id quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis noíe, nec pecuniã, nec munus, quodcunq; sit, etiã qualitercunq; offeratur, accipiant: nõ obstante quacunq; consuetudine, etiã immemorabili: exceptis tñ victualibus, q̃ sibi ac suis frugaliter moderateq̃;, pro tẽporis tantùm necessitate & non vltrà, erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum q̃ visitantur, si malint soluere id, quod erat ab ipsis anteà solui, certa pecunia taxata, consuetum: an verò prædicta victualia subministrare: saluo item iure conuentionum antiquarum, cum monasterijs, aliísve pijs locis aut ecclesijs non parochialibus inito, quod illæsum p̃maneat. In his verò locis seu prouincijs, vbi cõsuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec q̃quã aliud à Visitatoribꝰ accipiaẽ, sed oĩa gratis fiãt, ibi id obseruetur. quòd si quisquã, quod absit, aliquid amplius in supradictis oĩbus casibꝰ accipere p̃sumpserit, is, p̃ter dupli restitutionem intra mensem faciendam, alijs etiam pœnis, iuxta constitutionẽ cõcilij generalis Lugdunẽ, q̃ incipit, exigit, necnõ & alijs pœnis in synodo prouinciali arbitrio synodi absq; vlla spe veniæ mulctẽ. Patroni verò in his, q̃ ad sacramentorum administrationem spectãt, nullatenùs se p̃sumant ingerere, neq; visitationi ornamentorũ ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarũ prouentibus immiscant, nisi quatenùs id eis ex institutiõe ac fundatione competat: sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarũ reditus in vsus ecclesiæ necessarios & vtiles, prout sibi expedire magìs visum fuerit, expendi curent.

Cap. 4.

Prædicationis munus, quod episcoporũ præcipuum est, cupiens sancta Synodus quo frequentiùs possit, ad fidelium salutem exerceri, Canones aliâs super hoc editos sub fe. re. Paulo III. aptiùs præsentium temporum vsui accommodando, mandat vt in ecclesia sua ipsi per se, aut si legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument: in alijs autem Ecclesijs per parochos, siue ijs impeditis, per alios ab episcopo impensis eorum, qui eas præstare vel tenentur vel solent, deputandos in ciui-

uitate, aut in quacunq; parte diœcesis censebunt expedire, saltem omnibus Dominicis & solennibus diebus festis: tempore autẽ Ieiuniorũ, Quadrageſimæ & Aduentus Dñi quotidiè, vel saltẽ tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, sacras scripturas diuinamq̃ue legem annuncient, & aliâs, quotiescunq; id opportunè fieri posse iudicauerint. Moneatq̃; episcopus populum diligenter, teneri vnumquenq; parochiæ suæ interesse, vbi cõmodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem secularis siue regularis, etiam in ecclesijs suorũ ordinum, contradicẽte episcopo, p̃dicare p̃sumat. Ijdem etiam saltem Dominicis & alijs festiuis diebus, pueros in singulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deũ & parentes, diligẽter ab his, ad quos spectabit, doceri curabunt, & si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent, non obstantibus priuilegijs & consuetudinibus. In reliquis ea, quæ de prædicatiõis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant.

Cap. 5.

Causæ criminales grauiores contra episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione aut priuatione dignæ sunt, ab ipso tantùm summo Romano Pontifice cognoscantur & terminentur. Quòd si eiusmodi sit causa, quæ necessariò extra Romanam curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut episcopis, à beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio & specialis sit, & manu ipsius sanctissimi pontificis signata: nec vnquàm plus his tribuat, quàm vt solam facti instructionem sumant, processumq̃ue conficiant, quem statìm ad Romanum pontificẽ transmittant, reseruata eidem sanctissimo sententia diffinitiua. Cætera aliâs sub fe. re. Iulio III. super his decreta, necnon & constitutio sub Innocentio III. in concilio generali, q̃ incipit, Qualiter & quando, quam sancta synodus in præsenti innouat, ab omnibus obseruetur. Minores verò criminales causæ episcoporum, in concilio tantùm prouinciali cognoscantur & terminentur, vel à deputandis per Concilium prouinciale.

Cap. 6.

Liceat episcopis in irregularitatibus oĩbus & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea q̃ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forũ cõtentiosum, dispensare, & in q̃buscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunq; sibi subditos in diœcesi sua per se ipsos, aut Vicariũ ad id specialiter deputandũ, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantùm, non eorum Vicarijs, sit permissum.

Cap. 7.

Vt fidelis populus ad suscipienda sacramenta, maiori cum reuerentia atque animi deuotione accedat, præcipit sancta synodus episcopis omnibus, vt non solùm cùm hæc per se ipsos erũt populo administrãda, priùs illorum vim & vtum pro suscipiẽtium captu explicẽt, sed etiam idem à singulis parochis piè prudenterq̃;, etiam lingua vernacula, si opus sit & cõmodè fieri poterit, seruari studeant, iuxta formam à sancta synodo in catechesi singulis Sacramentis præscribendã, quam episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: necnõ, vt inter Missarum solennia, aut diuinorum celebrationem sacra eloquia & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis vel solennibus explanent, eademq̃; in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atq; eos in lege Dñi erudire studeãt.

Cap. 8.

Apostolus monet, publicè peccantes palàm esse corripiendos. Quãdo igitur ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vndè alios scandalo offensos commotosque fuisse non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet: vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendatiõis testimonio ad rectã reuocet vitam. Episcopus tamẽ publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretũ poterit cõmutare, q̃n ita magìs iudicauerit expedire. In omnibus etiam cathedralibus ecclesijs, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis, cum vnione p̃bendæ proximè vacaturæ, ab episcopo instituatur, qui magister sit vel doctor aut Licentiatus in Theologia, vel Iure canonico, & annorũ quadraginta, seu aliâs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur: qui dum confessiones in ecclesia audiet, interìm præsens in choro censeatur. 1. Tim. 5.

Cap. 9.

Quæ aliâs sub fe. re. Paulo III. & nuper sub beatissimo Dño nostro Pio IIII. in hoc eodem concilio de adhibenda ab ordinarijs diligentia in beneficiorũ etiam exemptorum visitatione, constituta sunt, eadem etiã in ijs Ecclesijs secularibus obseruentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur: vt ab episcopo, cuius Cathedralis ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in concilio prouinciali à prælato loci illius electus fuerit, tanq̃ sedis Apostolicæ delegato visitentur: non obstãtibus priuilegijs & cõsuetudinibꝰ q̃buscunq;, etiã immemorabilibꝰ.

Cap. 10.

Episcopi, vt aptiùs quem regunt populũ possint in officio atq; obedientia cõtinere, in omnibus his, q̃ ad visitatiõem ac morum correctionem subditorum suorum spectãt, ius & potestatem habeant, etiam tanquàm

sedis apostolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi iuxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudẽtia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ vtilitate necessaria videbuntur: Nec in his, vbi de visitatione aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, seu querela etiam ad sedẽ Apostolicã interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat aut suspendat.

Cap. II.

Quoniam priuilegia & exemptiones, quę varijs titulis plerisque conceduntur, hodiè perturbationem in episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, decernit S. Synodus, vt si quando iustis, grauibus & ferè necessarijs suadentibus causis, aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut alijs huiusmodi in Romana curia vel extra insignibus decorãdos esse placuerit, nec non alios cuicunque monasterio oblatos vel quomodocunquè addictos, aut sub nomine seruientium militijs, seu monasterijs, Hospitalibus, Collegijs, aut quocunq; alio titulo assumi, nihil ex his priuilegijs detractum esse ordinarijs intelligatur, quo minùs ij, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi cõtigerit, ipsis ordinarijs, tanquàm sedis Apostolicæ delegatis, plenè in omnibus, & quo ad capellanos regios, iuxta constitutionem Innocentij III. quæ incipit, Cùm capellæ, subiecti existant, exceptis tamen ijs, qui prædictis locis aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa ac domos residẽt, subque eorum obedientia viuunt: siue ijs, qui legitimè & secũdum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat: non obstantibus priuilegijs quibuscunq;, etiam religionis sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Quę verò priuilegia residentibus in curia Romana vigore Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in ijs qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneant, non obstantibus quibuscunq; inhibitionibus. Cap. 12.

Cùm dignitates, in Ecclesijs præsertim cathedralibus, ad conseruandã augendamq; Ecclesiasticã disciplinam fuerint institutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerent, alijsq; exemplo essent, atq; episcopos opera & officio iuuarent, meritò qui ad eas vocãtur, tales esse debent, qui suo muneri respõdere possint. Nemo igitur deinceps ad dignitates quascunq;, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem vicesimumquintum suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suũ munus exequendum necessaria ac morum integritate commendetur, iuxta constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatam, q̃ incipit, Cùm in cunctis. Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur episcopi, sint in omnibus Ecclesijs, vbi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores aut Licentiati in Iure canonico. Ad cæteras autem dignitates vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & vigintiduobus annis non minores adsciscãtur. Prouisi etiam de beneficijs qurbuscunque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius episcopi, vel eo impedito, cora generali eius Vicario seu Officiali orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant ac iurent. Prouisi autem de Canonicatibus & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solùm coram episcopo seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idẽ facere teneantur: alioquin ꝓdicti omnes ꝓuisi, vt suprà fructus nõ faciant suos, nec illis possessio suffragetur. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatũ, aut portionem recipiant, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbẽda aut portio requirit: aut in tali ætate, vt infra tempua à iure & ab hac sancta Synodo statutũ initiari valeat. In omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus omnes canonicatus ac portiones habeãt annexũ ordinẽ presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus. Episcop⁹ autẽ cum consilio Capituli designet ac distribuat, prout viderit expedire, quibus q̃que ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat: Ita tamen, vt dimidia saltem pars presbyteri sint: cętera verò, diacõi aut subdiaconi. Vbi verò consuetudo laudabilior habet, vt plures vel omnes sint presbyteri, omninò obseruetur. Hortatur etiam sancta synodus, vt in ꝓuincijs, vbi id cõmodè fieri potest, dignitates oẽs, & saltẽ dimidia pars canonicatuũ in Cathedralibus Ecclesijs & collegiatis insignibus, conferatur tantùm magistris vel doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia vel iure Canonico. Præterea obtinẽtibus in eisdẽ Cathedralib⁹ aut collegiatis dignitates, canonicat⁹, ꝓbendas, aut portiões, nõ liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis vltra tres menses ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse: saluis nihilominùs earum Ecclesiarum constitutionibus, q̃ longius seruitij tempus requirunt: alioquin primo anno priuetur vnusq̃sque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam ꝓbendæ ac residẽtiæ fecit suos. Quòd si iterùm eadem fuerit vsus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia, contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiões procedatur. Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quauis collusione aut remissione excusa, his careant, iuxta Bonifacij viij. decretũ quod incipit, Consuetudinẽ: quod sancta Synodus in vsũ reuocat, nõ obstãtib⁹ quibuscunq; statutis & consuetudinibus.

Omes verò diuina per se & non per substitutos cõpellantur obire officia, & Episcopo celebrãti, aut alia pontificalia exercẽti adsistere & inseruire, atque in choro ad psallendũ instituto hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuoteq̃; laudare. Vestitu insuper decenti tam in Ecclesia quàm extra assiduò vtanť, ab illicitis q̃; venationibus, aucupijs, choreis, tabernis, lusibusq̃; abstineant, atq; ea morum integritate polleãt, vt meritò Ecclesiæ Senatus dici possint. Cætera, quę ad debitum in diuinis officijs regimen spectant, deq̃; congrua in his canendi seu modulandi ratione, de certa lege in choro conueniendi & permanendi, simulq̃; de omnibus Ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt, & si qua huiusmodi, Synodus Prouincialis pro cuiusq; prouinciæ vtilitate & moribus certam cuiq; formulã præscribet. Interea verò Episcopus nõ minùs quàm duobus canonicis, quorũ vnus ab Episcopo, alter à Capitulo eligať, in ijs, quæ expedire videbunť, poterit ꝓuidere. Caput 13.

Quoniam pleræque cathedrales Ecclesiæ tã tenuis redditus sunt & angustę, vt Episcopali dignitati nullo modo respondeãt, neq; Ecclesiarum necessitati sufficiant, examinet Concilium Prouinciale, vocatis ijs quorum interest, & diligenter expẽdat, quas propter angustias tenuitatemque vicinis vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de præmissis instrumenta ad summũ Romanum Pontificem mittat. Quibus instructus summus Pontifex, ex prudẽtia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicèm vniat, aut aliqua accessiõe ex fructibus augeat. Interim verò, donec prędicta effectũ sortiãtur, huiusmodi Episcopis q̃ fructuum subuentione pro diœcesis suæ tenuitate indigẽt, poterit de beneficijs aliquibus, dũ tã curata non sint, nec dignitates, seu canonicatus & præbendæ, nec monasteria, in quib⁹ viget regularis obseruantia, vel quæ capitulis generalibus & certis visitatoribus subdũtur, à summo Pontifice prouideri. In parochialibus etiam Ecclesijs, quarum fructus æquè adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non possit, vt primitiarum vel decimarum assignatione, aut per Parochianorũ symbola ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod ꝓ Rectoris aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, In vnionibus verò quibuslibet, seu ex supradictis, seu alijs causis faciendis Ecclesiæ parochiales monasterijs quibuscunq;, aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue ꝓbendis Ecclesiæ cathedralis vel collegiatę, siue alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalib⁹, militijsve nõ vniãtur: & quę vnitę sunt, reuideant ab ordinarijs iuxta aliâs decretũ in eadẽ Synodo sub fe. re. Paulo III. quod etiã in vnitis ab eo tempore citrà æquè obseruetur: nõ obstantibus in ijs, quibuscunq; verborũ formis, quæ hîc pro sufficienter expressis habeãtur. Ad hæc in posterum oẽs hæ cathedrales Ecclesiæ, quarũ redditus summã ducatorũ mille, & parochiales, quæ summam ducatorum cẽtum secundũ verũ annuũ valorem nõ excedunt, nullis pẽsionibus aut reseruationibus fructuum grauentur. In ijs quoque ciuitatibus ac locis, vbi parochiales Ecclesiæ certos non habent fines, nec earum Rectores proprium populum quem regant, sed promiscuè petẽtibus sacramenta administrant, mãdat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarũ eis cõmissarum salute, vt distincto populo in certas ꝓprias q̃; parochias, vnicuiq; suum perpetuum peculiarem q̃; parochum assignent, q̃ eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè sacramenta suscipiant: aut alio vtiliori modo, ꝓut loci qualitas exegerit, ꝓuideãt. Idem q̃; in his ciuitatibus ac locis, vbi nullæ sunt parochiales, quam primùm fieri curent: nõ obstantibus quibuscunq; priuilegijs & cõsuetudinibus etiam immemorabilibus.

Caput 14.

In pluribus Ecclesijs tam cathedralibus quàm collegiatis & parochialibus, ex earum constitutionibus aut ex praua consuetudine obseruari intelligitur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione siue admissione ad possessionem alicuius cathedralis Ecclesiæ vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationésve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur turnorum lucra, interponantur. Hæc cùm sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, vt quæcunque huiusmodi in vsus pios non cõuertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant: ipsique diligẽter de eorum constitutionibus siue consuetudinibus, super prædictis cognoscant, & illis tãtùm, quas vt laudabiles ꝓbauerint, exceptis, reliquas vt prauas ac scãdalosas reijciãt & aboleãt. Eos verò, q̃ aduersus hæc in præsenti decreto comprehensa, quauis ratione commiserint, pœnis contra simoniacos editis sacris canonibus & varijs summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes

innouat, teneri decernit: non obstantibus quibuscunque statutis, constitutionibus & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apostolica authoritate cõfirmatis, de quarum subreptione, obreptione & intentionis defectu Episcopus, tanquàm Apostolicæ sedis delegatus, cognoscere possit.

Caput 15.

In Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis insignib⁹, vbi frequẽtes adeoq; tenues sunt præbendę simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decẽti canonicorum gradui pro loci & personarum qualitate nõ sufficiant, liceat Episcopis cum cõsensu Capituli vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia ijs vnire, vel si hac ratione ꝓuideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicẽtur, eas ad pauciorem numerum reducere: ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando ac dignitati Ecclesiæ commodè valeãt respondere: non obstantibus quibuscunque constitutionibus & priuilegijs, aut quacunque reseruatione generali, vel speciali, aut affectione: neque prædictę vniones aut suppressiones tolli seu impediri possint ex quibuscunque prouisiõibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis alijs derogationibus vel suspensionibus.

Caput 16.

Capitulum, sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomũ vnum vel plures fideles ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item Officialem seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur, qui saltem in Iure Canonico sit Doctor vel Licentiatus, vel aliâs, quantùm fieri poterit, idoneus. Si secùs factũ fuerit, ad Metropolitanũ deputatio huiusmodi deuoluatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit aut exẽpta, capitulum q;, vt ꝑfertur, negligẽs fuerit, tũc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & ꝓpinquior Episcopus in exempta Oeconomũ & Vicarium idoneos possit cõstituere. Episcopus verò ad eãdem Ecclesiã vacantem promotus, ex his, quæ ad eum spectãt, ab eisdẽ Oeconomo, Vicario & alijs quibuscunque officialibus, & administratoribus, q, sede vacante fuerunt à Capitulo vel ab alijs in eius locũ constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorũ, Iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscunq; eorũ muneris: possitque eos punire, qui in eorũ officio seu administratiõe deliquerint, etiã si prædicti officiales redditis rationibus à Capitulo vel à deputatis, ab eodẽ absolutionẽ aut liberationẽ obtinuerint. Eidem quoq; Episcopo teneatur Capitulum de scripturis ad Ecclesiã pertinentibus, si quæ ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere.

Caput 17.

Cùm Ecclesiasticus ordo puertatur, quãdo vnus pluriũ officia occupat clericorũ, sanctè sacris Canonibus cautum fuit, neminẽ oportere in duabus Ecclesijs conscribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu, seipsos non Deũ decipientes, ea quæ bene constituta sunt, varijs artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere nõ erubescunt, sancta Synodus debitã regẽdis ecclesijs disciplinã restituere cupiẽs, præsenti decreto, quod in quibuscunq; personis, quocunq; titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeãt, mãdat obseruari) statuit vt in posterum vnũ tantùm beneficiũ Ecclesiasticũ singulis conferatur. Quod quidem, si ad vitam eius, cui cõfertur, honestè sustentandã non sufficiat, liceat nihilominùs, aliud simplex sufficiens, dummodò vtrunq; personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcq; non modò ad cathedrales Ecclesias, sed etiã ad alia omnia beneficia tã secularia quàm regularia quæcunq;, etiã commendata, pertineãt, cuiuscunq; tituli ac qualitatis existant. Illi verò, qui in præsenti plures parochiales ecclesias, aut vnã cathedralẽ & aliã parochialem obtinent, cogantur omninò, quibuscunq; dispẽsationibus ac vnionibus ad vitam nõ obstantibus, vna tantùm parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatiũ sex mensium dimittere: alioquin tã parochiales q̃ beneficia oñia, q̃ obtinẽt, ipso iure vacare censeantur, ac tanq̃ vacantia, liberè alijs idoneis cõferantur, nec ipsi anteà illa obtinentes, tuta conscientia fructus post dictũ tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, vt resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, ꝓut summo Pontifici videbitur, prouideatur.

Caput 18.

Expedit maximè animarum saluti à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Id vt diligentiùs ac rectiùs perficiatur, statuit sancta Synodus, vt cùm parochialis Ecclesiæ vacatio, etiam si cura Ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum vel plures administretur, etiam in Ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consueuit Episcopus vni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocunquè contigerit, etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata vel affecta fuerit generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti seu priuilegij in fauorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel capitulorum, debeat

debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur. Porrò Episcopus, & qui ius patronatus habet, intra decẽ dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt possit posteà de cuiuslibet ætate, moribus & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo aut Synodo Prouinciali, pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, omnes q̃ descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, siue (eo impedito) ab eius Vicario generali, atque ab alijs examinatoribus nõ paucioribus quàm tribus, quorum votis, si pares aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus vel Vicarius, quibus magis videbit. Examinatores autẽ singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo vel eius Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab eo probentur. Aduenienteque vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant: indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi examinatores, Magistri seu doctores aut Licentiati in Theologia aut iure Canonico, vel alij clerici, seu regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei: iurentque omnes ad sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Caueantque ne quicquam prorsus occasione huius examinis nec antè nec pòst accipiant: alioquì simoniæ vitium tam ipsi, quàm alij dantes, incurrant: à qua absolui nequeãt, nisi dimissis beneficijs, quę quomodocunquè etiam anteà obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solùm coram Deo, sed etiam in Synodo Prouinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur: A qua, si quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine, renuncientur quotcunque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit: atque illi, & non alteri, collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quẽ spectabit eam cõferre. Si verò ius patronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopũ & non aliũ pertineat, is, quẽ patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur. Cùm verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem quem Patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat. Quòd si iuris patronatus laicorũ fuerit, debeat, qui à Patrono ꝑsentatus erit, ab eisdem deputatis, vt suprà examinari, & nõ, nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibus q̃; supradictis casibus nõ cuiquã alteri, quàm vni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus apꝰbatis, iuxta supradictam regulã, de Ecclesia prouideatur: Nec prædictorũ examinatorũ relationem, quo minùs executionem habeat, vlla deuolutio aut appellatio, etiã ad sedem Apostolicam, siue eiusdem sedis Legatos, aut vicelegatos aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel patriarchas interposita impediat aut suspẽdat: alioquin Vicarius, quẽ Ecclesiæ vacanti anteà Episcopus arbitrio suo ad tẽpus deputauit, vel forsan posteà deputabit, ab ei⁹ Ecclesiæ custodia & administratione nõ amoueatur, donec aut eidẽ aut alteri, qui probatus & electꝰ fuerit vt suprà, sit ꝓuisum: Aliâs prouisiones oẽs, seu institutiões, ꝓter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeanẽ: Non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegijs, prẽuentionibus, affectionibus, nouis ꝓuisionibus indultis, cõcessis quibuscunq; vniuersitatib⁹, etiã ad certã summã, & alijs impedimẽtis quibuscũq;. Si tamẽ adeò exigui redditus dictę parochialis fuerint, vt totius huius examinationis operã nõ ferant, aut nemo sit, qui se examini quẽrat subijcere, aut ob apertas factiones seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ ac tumultus possint excitari, poterit Ordinarius, si ꝓ sua conscientia cum deputatorũ cõsilio ita expedire arbitrabit, hac forma omissa, priuatum aliud examẽ, cęteris tamen vt suprà seruatis, adhibere. Licebit etiã Synodo Prouinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addẽda remittendáve esse censuerit prouidere. Caput 19.

Decernit sancta Synodus, Mãdata de prouidendo, & gratias q̃ expectatiuę dicunt, nemini ampliùs, etiã Collegijs, Vniuersitatib⁹, Senatib⁹ & alijs singularibus ꝑsonis, etiã sub nomine indulti, aut ad certã summã, vel alio quouis colore cõcedi, nec hactenùs concessis cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mẽtales, nec alię quæcunq; gratię ad vacaturа, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria alicui etiã ex sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus concedanẽ: & hactenùs cõcessa, abrogata esse cẽseanẽ. Cap. 20.

Causæ omnes, ad forum ecclesiasticum quomodolibèt pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs

narijs locorum duntaxat cognoſcantur, atque omninò ſaltem infra biennium à die motæ litis terminentur: alioquin poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel alteri illarum, iudices ſuperiores, aliâs tamen competentes, adire, qui cauſam in eo ſtatu quo fuerit aſſumant, & quàm primùm terminari curent, nec anteà alijs committantur, nec auocentur: nec appellationes ab eiſdem interpoſitæ, per ſuperiores quoſcunque recipiãtur, eorúmve commiſſio aut inhibitio fiat, niſi à diffinitiua vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua repari nequeat. Ab his excipiantur cauſæ, quæ iuxta Canonicas ſanctiones apud ſedem Apoſtolicam ſunt tractandæ: vel quas ex vrgenti rationabiliq́ue cauſa iudicauerit ſummus Rom. Pontifex per ſpeciale reſcriptũ, ſignaturæ ſanctitatis ſuę manu ꝓpria ſubſcribendũ, cõmittere aut auocare. Ad hæc cauſæ matrimoniales & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorũ inferiorum iudicio, etiam viſitãdo, ſed Epiſcopi tantùm examini & iuriſdictioni relinquantur: etiam ſi in præſenti inter Epiſcopũ & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quacunque inſtantia pendeat: coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit, non cogatur extra Prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera & alimẽta & expenſas litis velit ſubminiſtrare. Legati quoque etiam delatere, Nũcij, gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcunque facultatum vigore non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem ijs prępripere aut turbare non præſumant: ſed nec etiam contra Clericos aliásve perſonas eccleſiaſticas niſi Epiſcopo priùs requiſito, eoq́; negligente procedant: aliâs eorum proceſſus ordinationésve nulli⁹ momẽti ſint, atq; ad damni ſatisfactionem partibus illati teneãtur. Prætereà ſi quis in caſibus à iure permiſſis appellauerit, aut de aliquo grauamine conqueſtus fuerit, ſeu aliâs ob lapſum biennij, de quo ſuprà, ad alium iudicẽ recurrerit, teneatur, acta omnia coram Epiſcopo geſta, ad iudicem appellationis expenſis ſuis transferre: eodem tamen Epiſcopo priùs admonito, vt ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellatióis ſignificare. Quòd ſi appellatus cõpareat, cogatur tunc is quoque actorum, quę tranſlata ſunt, expenſas pro portione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, niſi aliter ex loci cõſuetudine ſeruetur, vt ſcilicet ad appellantẽ integrũ hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiã teneatur Notarius, cõgrua mercede accepta appellãti quãto citiùs, & ad minùs intra mẽſem, exhibere. Qui notari⁹ ſi in differẽda exhibitione fraudẽ fecerit, ab officij adminiſtratione arbitrio ordinarij ſuſpendatur, & ad dupli pœnã, quãti ea lis fuerit, inter appellantem & pauperes loci diſtribuendam, cõpellatur. Iudex verò ſi & ipſe impedimenti hui⁹ cõſcius particẽps ve fuerit, alitérve obſtiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus traderẽtur, ad eandẽ dupli pœnã prout ſuprà teneatur: nõ obſtãtibus, quo ad omnia ſupradicta, priuilegijs, indultis, concordijs, quæ ſuos tantùm teneant authores, & alijs quibuſcunq; cõſuetudinibus. Cap. 21.

Cupiens ſancta Synodus, vt ex decretis ab ea editis nulla vnquàm futuris temporibus dubitandi occaſio oriatur: Verba illa poſita in Decreto publicato Seſſione prima ſub beatiſſimo D.N.Pio Quarto, Videlicet: Quę ꝓponẽtibus Legatis ac ꝓſidentibus ad horũ temporũ leuãdas calamitates, ſedãdas de religione controuerſias, coẽrcendas linguas doloſas, deprauatorum morũ abuſus corrigendos, Eccleſiæ veram & Chriſtianam pacem conciliandam apta & idonea ipſi ſanctæ Synodo videbuntur: explicando, declarat mentis ſuę nõ fuiſſe, vt ex prędictis verbis ſolita ratio tractãdi negocia in generalibus concilijs vlla ex pãrte immutaretur, neque noui quicquam, præter id quod à ſacris Canonibus vel generalium Synodorum forma hactenùs ſtatutum eſt, cuiquam adderetur vel detraheretur.

Indictio futuræ ſeſſionis.

Inſupèr eadem ſacroſancta Synod⁹ proximam futuram Seſſionem feria poſt Conceptionem beatæ Mariæ virginis, quæ erit dies nona menſis Decembris proximè venturi, habendam eſſe ſtatuit & decernit, cum poteſtate etiam abbreuiandi. In qua Seſſione tractabitur de ſexto nunc in eam dilato capite, & de reliquis reformationis capitib⁹ iam exhibitis, deque alijs ad eam pertinentibus. Si verò opportunum videbitur & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout ſuo tempore in cõgregationibus proponetur.

Abbreuiata eſt dies Seſſionis.

SESSIO XXV. QVAE EST IX. & vltima ſub Pio 4. Pont. Max. cœpta die 3. abſoluta die 4. Decembris, 1563.

Decretum de Purgatorio.

CVM Catholica Eccleſia Spiritu ſancto edocta, ex ſacris literis & antiqua Patrum traditione in ſacris Conciljs & nouiſſimè in hac œcumenica Synodo docuerit Purgatorium eſſe, animasq́ue ibi detentas fidelium ſuffragijs, potiſſimùm verò acceptabili altaris ſacrificio iuuari, præcipit S. Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patrib⁹ & ſacris Cõcilijs traditã, à Chriſtifidelib⁹ credi, teneri, doceri, & vbiq; prædicari diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores ac ſubtiliores quæſtiones

ſtiones, quæq́ue ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerunquè nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari & tractari non permittant. Ea verò, quæ ad curioſitatem quandã aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrũ ſapiunt, tanquàm ſcandala & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliaq́; pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundũ Eccleſiæ inſtituta piè & deuotè fiant: & quę pro illis ex teſtatorum fundatiõibus vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à ſacerdotibus & eccleſiæ miniſtris, & alijs, q hoc præſtare tenentur, diligenter & accuratè perſoluantur.

Decretum de Inuocatione, veneratione & reliquijs ſanctorum, & ſacris imaginibus.

Mandat ſancta ſynodus omnibus epiſcopis, & cæteris docendi munus curamq́; ſuſtinentibus, vt iuxta Catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ vſum, à primæuis Chriſtianę religionis temporibus receptũ, ſanctorumq́; patrum conſenſionum, & ſacrorum conciliorum decreta, in primis de ſanctorum interceſſione, inuocatiõe, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vſu fideles diligẽter inſtruant, docentes eos, Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro hominibus Deo offerre: bonum atque vtile eſſe, ſuppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo, per Filium eius Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, qui ſolus noſter Redemptor & Saluator eſt, ad eorum orationes, opem auxiliumq́ue confugere. Illos verò, qui negant ſanctos æterna felicitate in cælo fruentes, inuocandos eſſe, aut qui aſſerunt vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam ſingulis orẽt, inuocationem eſſe idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſariq́; honori vnius mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti, vel ſtultum eſſe in cælo regnãtibus voce vel mente ſupplicare, impiè ſentire.

Sanctorum quoque martyrum & aliorũ cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quę viua membra fuerunt Chriſti & templũ ſpiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda, à fidelibus veneranda eſſe, per quę multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ita vt affirmantes ſanctorũ reliquijs venerationem atque honorem nõ deberi, vel eas aliaq́ue ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa ſanctorum memorias fruſtrà frequentari, omninò damnãdos eſſe: prout iampridèm eos damnauit, & nũc etiam damnat eccleſia.

Imagines porrò Chriſti, deiparæ Virginis & aliorum ſanctorum, in templis præſertim habendas & retinendas, eisq́; debitum honorem & venerationem impertiendam: non quòd credatur ineſſe aliqua in ijs diuinitas vel virtus, propter quam ſint colendæ, vel quòd ab eis ſit aliquid petendum, vel quòd fiducia in imaginibus ſit figẽda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabãt: ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant: ita vt per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Chriſtum adoremus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod conciliorum, præſertim verò ſecũdæ Nicenæ Synodi, decretis cõtra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

Illud verò diligenter doceant epiſcopi, p hiſtorias myſteriorum noſtræ redemptiõis, picturis vel alijs ſimilitudinibus expreſſas, erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis & aſſiduè recolẽdis: Tum verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi, non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt: ſed etiam, quia Dei per Sanctos miracula & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur, vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorumq́ue imitationem vitam mores q́ue ſuos componant, excitenturq́ue ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis cõtraria docuerit aut ſenſerit, Anathema ſit.

In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri ſancta ſynodus vehementer cupit: ita vt nullæ falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem prębẽtes, ſtatuantur. Quòd ſi aliquando hiſtorias & narrationes ſacræ ſcripturæ, cùm id indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit: doceatur populus, nõ propterea diuinitatẽ figurari, quaſi corporeis oculis cõſpici, vel coloribus aut figuris exprimi poſſit. Omnis porrò ſuperſtitio in ſanctorũ inuocatione, reliquiarum veneratiõe, & imaginum ſacro vſu tollatur: omnis turpis quæſtus eliminetur: omnis denique laſciuia vitetur: ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & ſanctorum celebratione ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes atq; ebrietates nõ abutantur, quaſi feſti dies in honorem ſanctorum per luxum ac laſciuiam agantur. Poſtremò tanta circa hæc diligentia & cura ab epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatũ, aut præpoſterè & tumultuariè accõmodatum, nihil prophanũ, nihilq́; inhoneſtum appareat, cùm domum Dei deceat ſanctitudo. Pſal. 92.

Hęc vt fideliùs obſeruentur, ſtatuit ſancta Synodus nemini licere vllo in loco vel Eccleſia, etiam quomodolibèt exempta, vllam inſolitam ponere, vel ponẽdam curare imaginem,

ginem,niſi ab Epiſcopo approbata fuerit: nulla etiam admittenda eſſe noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, niſi eodē recognoſcente & approbante Epiſcopo. Qui ſimul atquè de ijs aliquid compertum habuerit,adhibitis in concilium Theologis & alijs pijs viris,ea faciat, quæ veritati & pietati conſentanea iudicauerit. Quòd ſi aliquis dubius aut difficilis abuſus ſit extirpādus,vel omninò aliqua de ijs rebus grauior quæſtio incidat, Epiſcopus antequàm controuerſiā dirimat,Metropolitani & cōprouincialium Epiſcoporum in Concilio prouinciali ſententiam expectet:ita tamen, vt nihil inconſulto ſanctiſſimoRom.Pontifice nouum,aut in Eccleſia hactenùs inuſitatum decernatur.

De regularibus & monialibus.

EAdem ſacroſancta Synodus Reformationem proſequens, ea quæ ſequuntur,ſtatuenda eſſe cenſuit.

Caput 1.

QVoniam nō ignorat ſancta Synodus, quantum ex monaſterijs piè inſtitutis & rectè adminiſtratis, in Eccleſia DEI ſplendoris atque vtilitatis oriatur,neceſſarium eſſe cēſuit,quo faciliùs ac maturiùs, vbi collapſa eſt,vetus & regularis diſciplina inſtauretur,& conſtantiùs,vbi conſeruata eſt, perſeueret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit,vt omnes Regulares,tam viri quàm mulieres,ad regulę,quam profeſſi ſunt,pręſcriptum vitam inſtituant & componant. Atq; in primis quę ad ſuę profeſſionis perfectionem,vt obedientiæ,paupertatis & caſtitatis,ac ſi quæ alia ſunt alicuius regulæ & ordinis peculiaria vota & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam,necnon ad communem vitam,victum &veſtitum conſeruāda,pertinentia,fideliter obſeruēt. Omnis q; cura & diligētia à ſuperioribus adhibeatur, tam in capitulis generalibus & prouincialibus,quàm in eorum viſitationibus,quę ſuis temporibus facere non prætermittant,vt ab illis nō recedatur:cùm compertum ſit,ab eis non poſſe ea,quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent,relaxari. Si enim illa,quæ baſes ſunt & fundamenta totius regularis diſciplinæ, exactè nō fuerint conſeruata,totū corruat ædificium neceſſe eſt.

Caput 2.

Nemini igitur Regularium,tam virorum quàm mulierum,liceat bona immobilia vel mobilia,cuiuſcúque qualitatis fuerint, etiā quouis modo ab eis acquiſita, tanquàm ꝓpria aut etiam nomine conuentus poſſidere vel tenere,ſed ſtatim ea ſuperiori tradanť, conuentuiq; incorporent. Nec deinceps liceat ſuperioribꝰ bona ſtabilia alicui regulari concedere etiā ad vſumfructum vel vſum, ad miniſtrationē,aut cōmendā. Adminiſtratio autem bonorum monaſteriorum ſeu cōuentuum, ad ſolos officiales eorundem,ad nutum ſuperiorum amouibiles,pertineat. Mobilium verò vſum ita ſuperiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt,conueniat: nihilq; ſuperfluat in ea ſit,nihil etiam,quod ſit neceſſarium,eis denegetur. Quòd ſi aliquis quicquam tenere deprehēſus aut conuictus fuerit,is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit,atque etiam iuxta ſuæ regulæ & ordinis conſtitutiones puniatur.

Caput 3.

Cōcedit ſancta Synodus omnibus Monaſterijs & domibus tam virorum quàm mulierum,&Mendicantium(exceptis domibus fratrum ſancti Franciſci Capuccinorum, & eorum qui Minorum de obſeruantia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum,aut ex priuilegio Apoſtolico non erat cōceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis,quibus Authoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat,eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit. In prædictis aūt monaſterijs & domibus tam virorum q̄ mulierū, bona immobilia poſſidētibus,vel non poſſidentibus,is tantùm numerus cōſtituatur,ac in poſterū conſeruetur,qui vel ex redditibus proprijs monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari,nec decæterò ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi,in cuius diœceſi erigēda ſunt, licentia priùs obtenta. Caput 4.

Prohibet ſancta Synodus,ne quis regularis, ſine ſui ſuperioris licētia, prędicationis, vel lectionis,aut cuiuſuis pij operis prætextu,ſubijciat ſe obſequio alicuiꝰ ꝑlati, principis,vel vniuerſitatis,vel communitatis aut alterius cuiuſcunque perſonæ ſeu loci:neq; ei aliquod priuilegium aut facultas ab alijs ſuperijs obtenta,ſuffragetur. Quòd ſi cōtrà fecerit,tanquàm inobediens arbitrio ſuperioris puniatur.Nec liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedēdi,niſi ab eiſdē miſſi aut vocati fuerint. Qui verò ſine prædicto mandato in ſcriptis obtēto repertus fuerit, ab Ordinarijs locorū tanquàm deſertor ſui inſtituti puniatur.Illi aūt qui ſtudiorū cauſa ad Vniuerſitates mittūtur, in cōuentibus tantùm habitēt:alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

Caput 5.

Bonifacij Octaui conſtitutionem, quę incipit,Periculoſo,renouās ſancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis,ſub obteſtatione diuini iudicij & interminatiōe maledictionis æternæ ꝑcipit, vt in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis,ordinaria:in alijs verò ſedis Apoſtolicæ authoritate clauſuram ſanctimonialium,vbi violata fuerit,diligenter reſtitui,& vbi inuiolata eſt,eōſeruari maximè ꝓcurēt, inobedientes atq; cōtradictores ꝑ cenſuras

eccleſiaſticas aliasq; pœnas,quacūq; appellatione poſtpoſita, compeſcentes:inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Quod auxilium vt præbeatur, oēs Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus,& ſub excōmunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus magiſtratibus ſecularibus iniungit.Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus, quocunq; prætextu,niſi ex aliqua legitima cauſa,ab Epiſcopo approbāda,indultis quibuſcunq; &priuilegijs non obſtantibus.Ingredi aūt intra ſepta monaſterij nemini liceat, cuiuſcunq; generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit,ſine Epiſcopi vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta,ſub excōmunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantùm Epiſcopus vel ſuperior licētiam debet in caſibus neceſſarijs, neq; alijs vllo modo poſſit,etiam vigore cuiuſcunq; facultatis vel indulti hactenùs conceſſi, vel in poſterum concedendi.Et quia monaſteria ſanctimonialium,extra mœnia vrbis vel oppidi conſtituta,malorum hominū prędæ & alijs facinoribus ſine vlla ſæpè cuſtodia ſunt expoſita,curent Epiſcopi & alij ſuperiores,ſi ita videbitur expedire, vt ſanctimoniales ex eis ad noua vel antiqua Monaſteria intra vrbes vel oppida frequentia reducanť, inuocato etiā auxilio, ſi opus fuerit, brachij ſecularis:impedientes verò,vel non obediētes per cenſuras eccleſiaſticas parére compellant. Cap. 6.

In electione ſuperiorum quorumcunq;, Abbatum temporalium,& aliorum officialium,ac Generalium,& Abbatiſſarum, atq; aliarum Præpoſitarum, quō omnia rectè & ſine vlla fraude fiant,in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta,ita vt ſingulorum eligētium nomina nunq̄ publicentur. Nec in poſterū liceat Prouinciales, aut Abbates,Priores aut aliquos quoſcunq; titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere,aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò cōtra huius decreti conſtitutionē aliquis electꝰ fuerit, electio irrita ſit, & is,qui ad hunc effectū ſe in Prouincialē, Abbarem aut Priorem creari ꝓmiſerit, deinceps ad oīa officia in religione obtinēda inhabilis exiſtat,facultatesq; ſup his cōceſſæ,eo ipſo abrogatæ cenſeantur: & ſi in poſterum aliæ concedantur, tanq̄ ſubreptitiæ habeantur. Cap. 7.

Abbatiſſa & Prioriſſa, & quocunq; alio nomine ꝑfecta vel ꝑpoſita appelletur,eligatur nō minor annis quadraginta, & q̄ octo annis poſt expreſſam ꝓfeſſionem laudabiliter vixerit. Quòd ſi his qualitatibus nō reperiatur in eodem monaſterio,ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incōmodū ſuperiori,qui electioni præeſt,videatur,ex ijs, q̄ in eodē monaſterio annum 30. exceſſerint,& 5.ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo vel alio ſuperiore conſentiente, eligatur. Duobus verò monaſterijs nulla præficiatur. Et ſi quæ duo vel plura quocunq; modo obtinent, cogātur,vno excepto,intra ſex mēſes cætera reſignare. Poſt id verò tempus,niſi reſignauerit,omnia ipſo iure vacent. Is verò, qui electioni pręeſt,Epiſcopus ſiue alius ſuperior, clauſtra monaſterij nō ingrediatur, ſed ante cācellorum feneſtellā vota ſingulorū audiat vel accipiat. In reliquis ſeruētur ſingulorum ordinum vel monaſteriorum cōſtitutiones. Cap. 8.

Monaſteria omnia, q̄ generalibus Capitulis aut Epiſcopis nō ſubſunt,nec ſuos habent ordinarios regulares viſitatores, ſed ſub immediata ſedis Apoſtolicæ ꝓtectione ac directione regi cōſueuerunt, teneantur infra annum à fine ꝓſentis cōcilij,& deindè quolibet triennio ſeſe in cōgregationes redigere,iuxta formā cōſtitutionis Innocētij 3.in concilio generali,q̄ incipit, In ſingulis: ibiq; certas regulares ꝑſonas deputare,quę de modo & ordine de ꝓdictis cōgregationibus erigendis,ac ſtatutis in eis exequēdis delíberent & ſtatuant. Quòd ſi in his negligentes fuerint,liceat Metropolitano,in cuius Prouincia ꝓdicta monaſteria ſunt, tanq̄ ſedis Apoſtolicæ delegato, eos pro ꝓdictis cauſis cōuocare. Quòd ſi infra limites vnius prouinciæ non ſit ſufficiens talium monaſteriorum numerus ad erigendā cōgregationem,poſſint duarum vel trium prouinciarum monaſteria vnā facere cōgregationē. Ipſis aūt congregatiōibus conſtitutis, illarum generalia Capitula,& ab illis electi ꝓſides vel Viſitatores eādem habeāt authoritatem in ſuę cōgregatiouis Monaſteria, ac regulares in eis cōmorantes,quam alij Præſides ac Viſitatores in cæteris habent ordinibus:teneanturq; ſuę cōgregatiōis monaſteria frequenter viſitare, & illorum reformationi incumbere,& ea obſeruare q̄ in ſacris Canonibus & in hoc ſacro cōcilio ſunt decreta. Quòd ſi,etiā Metropolitano inſtāte,ꝓdicta exequi nō curauerint, Epiſcopis, in quorum diœceſibꝰ loca ꝓdicta ſita ſunt, tanq̄ ſedis Apoſtolicæ delegatis ſubdātur. Cap. 9.

Monaſteria Sanctimonialium ſanctæ ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiā ſub nomine capitulorum ſancti Petri,vel ſancti Ioānis,vel aliās quomodocunq; nuncupētur,ab Epiſcopis tanq̄ dictæ ſedis delegatis gubernent,non obſtantibus quibuſcunq;. Quæ verò,à deputatis in capitulis generalibus, vel ab alijs regularibus reguntur, ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur. Cap. 10.

Attendant diligenter Epiſcopi & cæteri ſuperiores mōaſteriorum ſanctimonialiū,

vt in constitutionibus earum admoneatur sanctimoniales, vt saltē semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiā suscipiant, vt eo se salutari p̄sidio muniant ad om̄es oppugnationes dæmonis fortiter superandas. Prę̄ter ordinarium autē confessorem alius extraordinarius ab Episcopo & alijs superioribꝰ bis aut ter in anno offeratur, qui omniū cōfessiōes audire debeat. Quòd verò sanctissimum Christi corpus intra chorū vel septa monasterij, & non in publica Ecclesia conseruetur, prohibet S. Synodus, non obstāte quocunque indulto aut priuilegio.

Cap. 11.

In monasterijs seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum seculariū, præter eas quę sunt de illorum monasteriorum seu locorū familia, personæ tā regulares q̄ seculares, huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quę ad dictam curam & sacramentorum administrationem pertinēt, iurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita: nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles deputentur, nisi de eiusdem consensu ac p̄uio examine, per eū aut eius Vicarium faciendo, excepto monasterio Cluniacēsi cum suis limitibus, & exceptis etiam ijs monasterijs seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita ordinū sedem ordinariā principalem habent, atq; alijs monasterijs seu domibus, in q̄bus Abbates, aut alij regulariū superiores iurisdictionē Episcopalem & temporalem in parochos & parochianos exercent: saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in p̄dicta loca vel personas iurisdictiōem exercent.

Cap. 12.

Censuræ & interdicta, nedū à Sede Apostolica emanata, sed etiā ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, à regularibus in eorū Ecclesijs publicentur atq; seruent̄. Dies etiam festi, quos in diœcesi sua seruādos idem Episcopus p̄ceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, seruentur.

Cap. 13.

Controuersias omnes de p̄cedentia, quæ persępè maximo cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam seculares q̄ regulares, cùm in processionibus publicis, tum in his, q̄ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferēda vmbella & alijs similibus, Episcopus, amota om̄i appellatione, & non obstantibus quibuscunque, componat. Exempti autem omnes, tam clerici seculares q̄ regulares, quicunque etiam monachi ad publicas Processiōes vocati accedere compellantur: ijs tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt.

Cap. 14.

Regularis nō subditus Episcopo, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tēpus ab Episcopo p̄figendum seuerè puniat̄, ac de punitione Episcopū certiorem faciat: sin minùs, à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Cap. 15.

In q̄acunq; Religione, tam virorum q̄ mulierum, professio nō fiat ante decimum sextum annum expletum: nec qui in minore tempore, q̄ per annum, post susceptū habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autē antèa facta sit nulla, nullamq; inducat obligatiōem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunq; effectus.

Cap. 16.

Nulla quoq; renunciatio aut obligatio antèa facta, etiā cum iuramēto, vel in fauorem cuiuscunq; causæ piæ, valeat, nisi cū licentia Episcopi siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionē: ac non aliās intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione. Aliter verò facta, etiam si cum huius fauoris expressa renunciatione, etiam iurata, sit irrita & nullius effectus. Finito tēpore nouitiatus, Superiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittāt, aut è monasterio eos eijciant. Per hæc tñ S. Synodus non intēdit aliquid innouare aut prohibere, quin religio Clericorum societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, à sancta sede apostolica approbatum, Dño & eius Ecclesiæ inseruire possint. Sed neq; ante professiōem, excepto victu & vestitu, nouitij vel nouitię, illius temporis, quo in probatione est, quocunq; prætextu à parētibus, vel propinquis aut curatoribus eius monastetio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, q̄ totum vel maiorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facilè, si discesserit, id recuperare possit. Quin potiùs p̄cipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus & recipiētibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionem, omnia restituantur quæ sua erant. quod vt rectè fiat, Episcopus etiam̄ per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

Cap. 17.

Libertati professionis Virginum deo dicandarum prospiciens sancta Synodus, statuit atq; decernit, vt si puella, quæ habitum regularem susc̄ipere voluerit, maior 12. annis sit, nō antè, eum susc̄ipiat: nec posteà ipsa vel alia professionem emittat, quàm exploraverit Episcopus, vel eo absente vel impedito, eiꝰ Vicariꝰ, aut aliquis eorū sumptibus ab eis deputatꝰ, Virginis volūtatē diligēter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Et si volūtas eius pia ac libera cognita fuerit,

rit, habueritq; conditiones requisitas iuxta monasterij illius & ordinis regulā, necnon monasterium fuerit idoneū, liberè ei p̄fiteri liceat. Cuius p̄fessionis tēpus ne Episcopus ignoret, teneatur p̄fecta monasterio eū ante mensem certiorē facere. Quòd si præfecta certiorē Episcopum non fecerit, quādiù Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Cap. 18.

Anathemati sancta Synodus subijcit oēs & singulas personas, cuiuscunq; qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos q̄ laicos, seculares vel regulares, atq; etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocūq; coegerint aliquam virginem, vel viduā, aut aliam quamcunq; mulierē inuitam, p̄ręterq̄ in casibus in iure expressis, ad ingrediendū monasteria, vel suscipiēdum habitū cuiuscunq; religionis, vel ad emittendū professionem: quiq; cōsilium, auxiliū vel fauorem dederint: quiq; scientes eam nō spontè ingredi monasteriū, aut habitū suscipere, aut professionē emittere, quoquomodo eidem actui vel p̄sentiā, vel consensum, vel authoritatē interposuerint. Simili quoq; anathemati subijcit eos, qui sanctam virginum vel aliarū mulierum voluntatē veli accipiendi, vel voti emittēdi, quoquo modo sine iusta causa impedierint. Eaq; omnia & singula, q̄ ante professionē vel in ipsa professione fieri oportet, seruentur, nō solùm in monasterijs subiectis Episcopo, sed & in alijs q̄buscunq;. Ab his tñ excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes aut conuertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum seruentur.

Cap. 19.

Quicunq; regularis p̄tendat se per vim & metū ingressum esse religionem, aut etiā dicat ante ætatē debitam professum fuisse, aut quid simile, velitq; habitum dimittere quacunq; de causa, aut etiā cum habitu discedere sine licentia superiorū, non audiatur, nisi intra quinquenniū tantùm à die p̄fessionis: & tunc nō aliter, nisi causas, quas p̄tenderit, deduxerit corā superiore suo & Ordinario. Quòd si antè habitū spontè dimiserit, nullatenùs ad allegandum quamcunq; causam admittat̄, sed ad monasteriū redire cogatur, & tanq̄ apostata puniat̄. Interim verò nullo priuilegio suæ religionis iuuetur. Nemo etiā regularis cuiuscunq; facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem, nec detur licentia cuiquā regulari occultè ferendi habitū suæ religionis.

Cap. 20.

Abbates, qui sunt ordinū capita, ac cęteri prædictorū ordinum Superiores Episcopis non subiecti, quibus est in alia inferiora mōasteria prioratūsve legitima iurisdictio, eadem illa sibi subdita monasteria & prioratus suo quisq; loco atq; ordine ex officio visitent, etiam si cōmendata existant. Quæ cùm ordinum suorū capitibus subsint, declarat sancta Synodus in ijs, q̄ aliās de visitatione monasteriorum cōmendatorū definita sunt, nō esse cōpr̄hensa: teneanturq; quicunq; p̄dictorum ordinum monasterijs præsunt, prædictos visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoq; monasteria, quæ sunt ordinum capita, iuxta sanctæ sedis Apostolicæ & cuiusque ordinis constitutiones visitentur. Et quandiù durabunt huiusmodi commendæ, Priores claustrales, aut in prioratibus conuentū habentibus Superiores, qui correctiōes & spirituale regimen exercent, à capitulis generalibus, vel ipsorū ordinū visitatoribus instituātur. In cæteris omnibus p̄fatorum ordinū priuilegia & facultates, q̄ ipsorū personas, loca & iura cōcernunt, firma sint & illæsa.

Cap. 21.

Cū pleraq; monasteria, etiā Abbatię, Prioratus & Propositurę ex mala eorū, quibus commissa fuerūt, administratione nō leuia passa fuerint tā in spiritualibus q̄ in tēporalibus detrimenta, cupit sancta Synodus ea ad congruā monasticæ vitæ disciplinā om̄inò reuocare. Verùm adeò dura difficilisq̄; est p̄sentiū temporū conditio, vt nec statim om̄ibus, nec cōmune vbiq;, quod optaret, remediū possit adhiberi. Vt tñ nihil prætermittat, vndè prędictis salubriter aliquandò prouideri possit, primùm quidē cōfidit sanctissimum Rom. pontificem pro sua pietate & prudentia curaturum, quantùm hęc tempora ferre posse viderit, vt his, quę nunc cōmendāta reperiuntur, & quę suos conuentus habent, regulares personæ eiusdē ordinis expresè professæ, & quę gregi præire & præesse possint, præficiantur. Quæ verò in posterū vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis & sanctitatis conferant̄. Quo ad verò ea monasteria, quæ capita sunt ac primates ordinum, siue Abbatiæ, siue Prioratus filiæ illorum capitum nūcupantur, teneātur illi, qui in præsenti ea in cōmendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore prouisum, infra sex menses religionē illorū ordinum propriā soleniter profiteri, aut ijs cedere: aliās commendæ prædictæ ipso iure vacare censeantur. Nè aūt in prędictis om̄ibus & singulis fraus aliqua adhiberi possit, mādat sancta Synodus, vt in prouisionibus dictorū monasteriorum qualitas singulorū nominatim exprimatur, aliterq̄; facta p̄uisio subreptitia esse cēseatur, nullaq̄; subsequenti possessione etiā triennali adiuuetur.

Cap. 22

Hęc om̄ia & singula, in superioribus Decretis contenta, obseruari sancta Synodus prędipit in om̄ibꝰ cœnobijs ac monasterijs, collegijs ac domibus quorumcunq; monachorū ac regulariū, necnon quarumcunq; sanctimonialiū virginum ac viduarū: etiā si illæ sub gubernio militiarū, etiam Hierosolymitanæ, viuant, & quocūq; nomine appellen-

pellentur, ſub quacunq; regula vel cõſtitutionibus, & ſub cuſtodia vel gubernatione, vel quauis ſubiectione, aut annexione, vel dependentia cuiuſcunq; ordinis, mendicãtium vel non mendicantiũ, vel aliorum regulariũ monachorũ, aut canonicorũ quorumcunq;: non obſtantibus eorum omniũ & ſingulorum priuilegijs, ſub quibuſcunq; formulis verborũ cõceptis, ac máre magnũ appellatis, etiã in fundatione obtentis, nec non conſtitutionibus & regulis, etiam iuratis, atq; etiã cõſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus. Si q; verò regulares tam viri q̃ mulieres ſunt, qui ſub arctiori regula vel ſtatutis viuunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia in cõmuni, eos ab eorũ inſtituto & obſeruantia ſancta Synodus amouere non intendit. Et qa ſancta Synodus deſiderat, vt omnia & ſingula ſupradicta quãprimùm executioni demandentur, præcipit omnibus Epiſcopis, in Monaſterijs ſibi ſubiectis, & in omnibus alijs, ipſis in ſuperioribꝰ Decretis ſpecialiter cõmiſſis, atq; omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus ordinum ſupradictorum, vt ſtatìm prædicta exequantur. Et ſi quid executioni mandatũ non ſit, Epiſcoporum negligentiam Concilia Prouincialia ſuppleant & coërceant: Regularium verò Capitula prouincialia & generalia: & in defectum Capitulorum generalium, Cõcilia prouincialia per deputationẽ aliquorũ eiuſdem ordinis prouideant. Hortatur etiã ſancta Synodus omnes Reges, Principes, Reſpublicas & Magiſtratꝰ, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit, vt velint prædictis Epiſcopis, Abbatibus, ac generalibus, & cęteris præfectis in ſuperiùs contentæ reformationis executione ſuum auxilium & authoritatem interponere, quotiès fuerint requiſiti, vt ſine vllo impedimento præmiſſa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

DECRETVM DE REFORmatione. Cap. I.

OPtandum eſt, vt ij, qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiũt, quę ſuæ ſint partes agnoſcant, ac ſe nõ ad propria commoda, non ad diuitias aut luxum, ſed ad labores & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant. Nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem innocentiamq́; faciliùs inflammandos, ſi Præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem ac cæleſtem patriam cogitantes. Hęc cùm ad reſtituendam eccleſiaſticã diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animaduertat, admonet Epiſcopos omnes, vt ſecũ ea ſæpè meditantes, factis etiam ipſis ac vitę actionibus, quod eſt velutì perpetuũ quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant. Inprimìs verò ita mores ſuos omẽs componant, vt reliqui ab ijs frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quę nos tantoperè cõmendat Deo, ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. Quapropter exemplo Patrum noſtrorum in concilio Carthaginenſi, non ſolũ iubet, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa, ac frugali victu contenti ſint: verùm etiam in reliquo vitæ genere ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodq́; non ſimplicitatem, Dei zelũ ac vanitatũ contemptum præ ſe ferat. Oñinò verò eis interdicit, ne ex reditibꝰ Eccleſiæ conſanguineos familiarésve ſuos augere ſtudeant, cùm & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ DEI ſunt, conſanguineis donent: ſed ſi pauperes ſint, ijs vt pauperibus diſtribuant. Eas autẽ non diſtrahant nec diſſipent illorũ cauſa: immò quàm maximè poteſt eos S. Synodus monet, vt oñem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq́; carnis affectũ, vndè multorum malorũ in Eccleſia ſeminarium extat, penitùs deponant. Quę verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolùm in quibuſcunq; beneficia Eccleſiaſtica, tam ſecularia q̃ regularia, obtinentibus pro gradus ſui conditione obſeruari, ſed & ad S. Romanę Eccleſię Cardinales pertinere decernit: quorum conſilio apud ſanctiſs. Romanum Pontificem cùm vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nitatur, nefas videri poteſt, nõ ijs etiam virtutum inſignibus ac viuendi diſciplina eos fulgere, quæ meritò omnium in ſe oculos conuertant. Cant. 39.

Cap. 2.

Cogit temporum calamitas & inualeſcẽtiũ hæreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationẽ & Catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Præcipit igitur ſancta Synodus Patriarchis, Primatibꝰ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus alijs, qui de iure vel conſuetudine in Concilio prouinciali intereſſe debẽt, vt in ipſa prima Synodo prouinciali, poſt finẽ præſentis concilij habenda, ea oĩa & ſingula, q̃ ab hac ſancta Synodo diffinita & ſtatuta ſunt, palàm recipiant, necnõ verã obedientiã ſummo Rom. Pont. ſpondeant & profiteantur: ſimulq́; hæreſes oñes, à ſacris Canonibꝰ & generalibus Cõcilijs, præſertimq́; ab hac eadem Synodo damnatas, publicè deteſtenẽ & anathematizent. Idẽq́; in poſterum quicũq; in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos Epiſcoposq́; promouẽdi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omninò obſeruent. Quòd ſi quis ex ſupradictis oñibus (quod abſit) renuerit, Epiſcopi cõprouinciales ſtatìm ſummũ Romanum Pontificem admonere ſub pœna diuinę indignationis teneãtur, interimq́; ab eiuſdem cõmunione abſtineant. Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum

futurũ beneficia eccleſiaſtica habituri, & q̃ in Synodo diœceſana cõuenire debent, idẽ vt ſuprà in ea Synodo, quę primo quoq; tẽpore celebratur, faciãt & obſeruẽt: aliàs ſecundùm formã ſacrorum Canonum puniantur. Ad hæc oñes ij, ad quos vniuerſitatum & ſtudiorum generalium cura, viſitatio & reformatio pertinet, diligenter curẽt, vt ab eiſdẽ Vniuerſitatibus Canones & decreta huius ſanctę Synodi integrè recipiantur: ad eorumq́; normam Magiſtri, Doctores & alij in eiſdẽ Vniuerſitatibus ea, q̃ Catholicæ fidei ſunt, doceant & interpretenẽ, ſeq́; ad hoc inſtitutum initio cuiuſlibet anni ſolenni iuramento obſtringant. Sed & ſi aliqua alia in p̃dictis vniuerſitatibus correctione & reformatione digna fuerint, ab eiſdẽ ad quos ſpectat, pro Religionis & diſciplinę Eccleſiaſticæ augmento emẽdentur & ſtatuantur. Quæ verò Vniuerſitates immediatè ſummi Rom. Pont. protectioni & viſitationi ſunt ſubiectę, has ſua beatitudo p eius delegatos eadẽ, qua ſuprà, ratione, & prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari & reformari curabit. Cap. 3.

QUanuis excõmunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinę, & ad continẽdos in officio populos valdè ſalutaris: ſobriè tñ magnaq́; circunſpectione exercẽdus eſt, cùm experiẽtia doceat, ſi temerè aut leuibus ex rebus incutiatur, magìs contemni q̃ formidari, & perniciem potiùs parere q̃ ſalutem. Quapropter excõmunicationes illę, quę monitionibus p̃miſſis ad finem reuelationis (vt aiũt) aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus præterq̃ ab epiſcopo decernantur: & tũc nõ aliâs q̃ ex re non vulgari, cauſaq́; diligenter ac magna maturitate per epiſcopum examinata, q̃ eius animum moueat: nec ad eas cõcedẽdas cuiuſuis ſecularis, etiam Magiſtratus authoritate adducatur: ſed totũ hoc in eius arbitrio & conſcientia ſit poſitũ, quandò ipſe pro re, loco, perſona aut tẽpore eas decernẽdas eſſe iudicauerit. In cauſis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcunq; dignitatis exiſtãt, vt quãdocunq; executio realis vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineãt ſe tam in procedendo, q̃ diffiniendo à cenſuris eccleſiaſticis ſeu interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbit̃, in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibèt pertinentibus, contra quoſcunq; etiam laicos, p mulctas pecuniarias, q̃ locis pijs ibì exiſtentibus eo ipſo q̃ exactæ fuerint, aſſignentur: ſeu per captionẽ pignorum perſonarumq́; diſtrictionem, per ſuos proprios aut alienos executores faciendam: ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaq́; iuris remedia procedere, & cauſas diffinire: Quòd ſi executio realis vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit, ſitq́; erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire poterit. In cauſis quoq; criminalibus vbì executio realis vel perſonalis, vt ſuprà fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendũ. Sed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe nõ poſſit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti: ſi tamen delicti qualitas, p̃cedẽte bina ſaltem monitione etiã per edictum, id poſtulet. Nefas aũt ſit ſeculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quẽ excõmunicet, aut mandare, vt latam excõmunicatiõem reuocet, ſub prætextu, q̃ contenta in preſenti Decreto non ſint obſeruata: cùm nõ ad ſeculares, ſed ad eccleſiaſticos hęc cognitio ptineat. Excommunicatus verò quicunq;, ſi poſt legitimas monitiões nõ reſipuerit, nõ ſolùm ad ſacramẽta & cõmunionẽ fideliũ ac familiaritatẽ nõ recipiat̃: ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus, in illis per annũ inſorduerit, etiam contra eũ, tanq̃ de hæreſi ſuſpectum, procedi poſſit. Cap. 4.

Contingit ſæpè in quibuſdã eccleſijs vel tam magnum Miſſarũ celebrandarũ numerum ex varijs defunctorũ relictis impoſitũ eſſe, vt illis p̃ ſingulis diebus à teſtatoribus p̃ſcriptis nequeat ſatisfieri: vel eleemoſynã huiuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuẽ eſſe, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubijcere. Vndè depereũt piæ teſtantium voluntates, & eorũ cõſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vſus relicta quo pleniùs & vtiliùs poteſt impleri, facultatem dat Epiſcopis, vt in Synodo Diœceſana, itemq́; Abbatibus & Generalibꝰ ordinũ, vt in ſuis Capitulis generalibus, re diligenter p̃ſpecta, poſſint p̃ ſua cõſcientia in p̃dictis Eccleſijs, quas hac p̃uiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc, quicquid magìs ad Dei honorẽ & cultum, atq; eccleſiarũ vtilitatẽ viderint expedire: ita tñ, vt eorum ſemper defunctorum cõmemoratio fiat, qui pro ſuarum animarũ ſalute legata ea ad pios vſus reliquerunt.

Cap. V.

Ratio poſtulat, vt illis, q̃ bene conſtituta ſunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur. Quandò igitur ex beneficiorũ quorũcunq; erectione ſeu fundatione, aut alijs cõſtitutionibus qualitates aliquæ requirũtur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta, in beneficiorum collatione, ſeu in quacunq; alia diſpoſitione eis nõ derogeñ. Idem in p̃bendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac ſubdiaconalibus, quandocunq; ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitatibus vel ordinibꝰ nihil in vlla prouiſione detrahat̃, & aliter facta prouiſio ſurreptitia cenſeatur. Cap. 6.

Statuit S.Synodus, vt in oĩbus eccleſijs cathedralibus & collegiatis decretũ ſub fe. re.Paulo 3,quod incipit,capitula cathedralium,obſeruetur,non ſolùm qñ Epiſcopus viſitauerit,ſed & quotiès ex officio, vel ad petitionẽ alicuius contra aliquẽ ex contentis in dicto Decreto procedat:ita tñ,vt cùm extra viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant: Videlicet vt Capitulum initio cuiuſlibet anni eligat ex Capitulo duos,de quorũ cõſilio & aſſenſu Epiſcopus,vel eius Vicarius tam in formando ꝓceſſum,q̃ in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè,coram Notario tũ ipſius Epiſcopi,& in eius domo,aut cõſueto tribunali procedere teneatur. Vnum aũt tantùm ſit vtriuſq; votũ, poſſitq́; alter Epiſcopo accedere. Quòd ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria vel diffinitiua ſententia fuerint,tunc intra ſex dierum ſpatiũ cum Epiſcopo tertiũ eligant. Et ſi in electiõe tertij etiam diſcordent,ad vicinionem Epiſcopũ electio deuoluatur,& iuxta eã partẽ, cum qua tertius conueniet, articulus in quo erat diſcordia, terminet: aliâs proceſſus & inde ſecuta,nulla ſint,nulloſq́; producant iuris effectus. In criminibus tũ ex incontinentia proueniẽtibus,de qua in decreto de Concubinarijs, & in atrocioribus delictis, depoſitionẽ aut degradationẽ requirẽtibus, vbi de fuga timet,ne iudicium eludatur, & ideò opus ſit perſonali detentiõe,poſſit initiò ſolus Epiſcop⁹ ad ſummariã informationẽ & neceſſariam detentionẽ procedere, ſeruato tñ in reliquis ordine ꝑmiſſo. In oĩbus aũt caſibus ea ratio habeat,vt iuxta qualitatẽ delicti ac perſonarũ,deliquẽtes ipſi in loco decenti cuſtodiant. Epiſcopis ꝓterea vbiq; is honor tribuatur,qui eorũ dignitati par eſt: eisq́; in Choro & in capitulo, in proceſſionibus,& alijs actib⁹ publicis ſit prima ſedes & locus quẽ ipſi elegerint,& ꝑcipua oĩum rerum agẽdarum authoritas. Qui ſi aliquid Canonicis ad deliberandũ proponant, nec de re ad ſuum vel ſuorũ cõmodum ſpectãte agatur,Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent,vota exquirant,& iuxta ea concludãt. Abſente verò Epiſcopo,omninò hoc ab ijs de Capitulo,ad quos hoc de iure vel cõſuetudine ſpectat,perficiat,nec ad id Vicarius Epiſcopi admittat. Cæteris aũt in reb⁹ Capituli iuriſdictio & poteſtas,ſi qua eis competit,& bonorum adminiſtratio ſalua & intacta oĩnò relinquatur. Qui verò nõ obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo, hi oĩs in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubijciantur: nõ obſtantibus quo ad ſupradicta, priuilegijs,etiam ex fundatione cõpetentibus,necnon conſuetudinibus etiã immemorabilibus,ſententijs,iuramentis, cõcordijs,q́ tãtùm ſuos obligent authores: ſaluis tñ in omnibus priuilegijs, q̃ Vniuerſitatib⁹ ſtudiorũ generalium ſeu earũ perſonis ſunt conceſſa. Hęc aũt omnia & ſingula in ijs eccleſijs locum nõ habeãt, in quibus Epiſcopi,aut eorũ Vicarij ex cõſtitutionibus, vel priuilegijs aut cõſuetudinibus, ſiue cõcordijs, ſeu quocunq; alio iure maiorẽ habent poteſtatẽ,authoritatem,ac iuriſdictionem, quàm præſenti Decreto ſit cõpræhenſum, quibus S. Synodus derogare non intendit.

Cap. 7.

Cùm in beneficijs eccleſiaſticis ea, q̃ hæreditariæ ſucceſſionis imaginẽ referunt, ſacris cõſtitutionibus ſint odioſa, & Patrum decretis contraria,nemini in poſterũ acceſſus aut regreſſus,etiã de conſenſu,ad beneficium Eccleſiaſticũ cuiuſcunq; qualitatis cõcedatur,nec hactenùs cõceſſi ſuſpendãtur,extendant,aut transferantur. Hocq́; decretũ in quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis,ac etiã cathedralib⁹ Eccleſijs, ac in quibuſcunq; perſonis, etiã Cardinalatus honore fulgentibus,locum habeat. In coadiutorijs quoq; cum futura ſucceſſione idem poſthàc obſeruetur, vt nemini in quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis permittãtur. Quòd ſi quandò Eccleſiæ Cathedralis aut monaſterij vrgens neceſſitas aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari coadiutorẽ, is non aliâs cũ futura ſucceſſiõe detur, quàm hæc cauſa priùs diligẽter à ſanctiſſimo Ro. Pont. ſit cognita,& qualitates oẽs in illo cõcurrere certũ ſit,quæ à iure & decretis hui⁹ S.Synodi in Epiſcopis & Prelatis requiruntur: aliâs conceſſiones ſuper his factæ, ſubreptitiæ eſſe cenſeantur.

Cap. 8.

Admonet S.Synodus quoſcunq; eccleſiaſtica beneficia ſecularia ſeu regularia obtinẽtes,vt hoſpitalitatis officiũ,à ſanctis Patribus frequenter cõmendatũ, quãtùm per eorum ꝓuentus licebit, prõptè benigneq́; exercere aſſueſcãt,memores,eos qui hoſpitalitatẽ amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere. Illis verò,quĩ hoſpitalia vulgò nuncupata,ſeu alia pia loca ad peregrinorũ, infirmorũ,ſenum, pauperúmve vſum ꝓcipuè inſtituta in cõmendã, adminiſtrationẽ, aut quemcunq; titulum,aut etiam eccleſijs ſuis vnita obtinent, vel ſi eccleſiæ Parochiales, hoſpitalib⁹ fortè vnitę,aut in hoſpitalia erectę,earumq́; Patronis in adminiſtrationem conceſſę ſint,ꝓcipit oĩnò,vt impoſitum illis onus officiúmve adminiſtrẽt,atq; hoſpitalitatẽ,quã debẽt,ex fructib⁹ ad id deputatis actu exerceãt,iuxta conſtitutionem Cõcilij Viennenſ.aliâs in hac eadẽ Synodo ſub fe. re.Paulo 3.innouatam,q̃ incipit,Quia contingit. Quòd ſi hoſpitalia hęc ad certũ peregrinorum,aut infirmorum, aut aliarũ perſonarũ genus ſuſcipiendũ fuerint inſtituta, nec in loco, vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles pſonæ aut ꝑpaucæ reperiant,mandat adhuc,vt fructus illorũ in aliũ pium vſum,qui eorum

eorũ inſtitutioni proximior ſit,ac ꝑ loco & tempore vtilior,cõuertant,prout ordinatio cum duob⁹ de Capitulo, qui rerũ vſu peritiores ſint, per ipſum deligẽdis,magìs expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè etiam in hũc euentũ, in eorũ fundatione aut inſtitutione fuerit expreſſum: Quo caſu quod ordinatũ fuit,obſeruari curet Epiſcopus:aut ſi id nõ poſſit ipſe,prout ſuprà, vtiliter prouideat. Itaq; ſi ꝓdicti oẽs & ſinguli, cuiuſcũq; ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiamſi laici fuerint,qui adminiſtrationẽ hoſpitaliũ habent, nõ tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruãtia ab ordinario moniti, hoſpitalitatis munus, adhibitis oĩbus ad quæ tenẽtur neceſſarijs,re ipſa obire ceſſauerint,nõ ſolùm per Eccleſiaſticas cenſuras & alia iuris remedia ad id compelli poſſint,ſed etiã hoſpitalis ipſius adminiſtratiõe curáve perpetuò priuari poſſint, alijq́; eorũ loco ab his,ad quos ſpectabit, ſubſtituãtur. Et prædicti nihilominùs etiã ad fructuũ reſtitutionẽ, quos cõtra ipſorum hoſpitalium inſtitutionẽ perceperunt, quæ nulla eis remiſſione aut cõpoſitione indulgeat, in foro cõſcientię teneantur. Nec adminiſtratio ſeu gubernatio huiuſmodi locorũ vni & eidem perſonę vltra triennium deinceps cõmittat, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur: Non obſtante, quo ad oĩa ſupradicta, quacunq; vnione, exemptione & cõſuetudine in cõtrarium, etiam immemorabili, ſeu priuilegijs aut indultis quibuſcunq;.

Cap. IX.

Sicut legitima patronatuum iura tollere, piasq́; fidelium volũtates in eorum inſtitutione violare æquũ nõ eſt,ſic etiã vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis impudenter fit,redigãtur,nõ eſt permittẽdum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruet, decernit S. Synodus vt titulus Iuriſpatronat⁹ ſit ex fundatione vel dotatione,qui ex authentico documento & alijs iure requiſitis oſtẽdat,ſiue etiã ex multiplicatis pſentationibus per antiquiſſimũ tẽporis curſum,qui hominũ memoriã excedat, aliásve ſecundùm iuris diſpoſitionẽ. In ijs verò pſonis,ſeu cõmunitatibus,vel Vniuerſitatib⁹,in quibus id ius plerũq; ex vſurpatione potiùs quæſitũ pſumi ſolet, plenior & exactior probatio ad docendũ verum titulũ requiratur. Nec immemorabilis tẽporis probatio aliter eis ſuffragetur,q̃ ſi prẽter reliqua ad eam neceſſaria, pſentationes etiã cõtinuatæ nõ minori ſaltem q̃ quinquaginta annorum ſpatio, quæ oẽs effectũ ſortitæ ſint,authenticis ſcripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficijs tam ſecularibus q̃ regularib⁹, ſeu parochialib⁹ vel dignitatibus aut quibuſcũq; alijs beneficijs in Cathedrali vel collegiata Eccleſia,ſeu facultates & priuilegia cõceſſa tam in vim patronatus, q̃ alio quocunq; iure nominandi, eligendi,præſentandi ad ea,cùm vacant(exceptis patronatibus ſuper Cathedralib⁹ Eccleſijs cõpetentibus,& exceptis alijs,quę ad Imperatorem & Reges,ſeu Regna poſſidentes,aliosq́; ſublimes ac ſupremos Principes, iura Imperij in dominjs ſuis habentes, pertinent, & quæ in fauorẽ ſtudiorũ generaliũ cõceſſa ſunt) in totum prorſus abrogata & irrita,cum quaſi poſſeſſiõe inde ſequuta,intelligant, beneficiaq́; huiuſmodi tanq̃ libera à ſuis collatoribus conferantur,ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectũ cõſequãtur. Ad hæc, liceat Epiſcopo præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quòd ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, iuxta aliâs ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur: alioquin inſtitutio ab inferioribus facta, irrita ſit & inanis. Patroni aũt beneficiorum cuiuſcũq; ordinis & dignitatis, etiamſi Cõmunitates, Vniuerſitates, Collegia quęcunq; clericorũ vel laicorũ exiſtant,in perceptione fructuũ, prouentuum, obuentionum quorumcunq; beneficiorũ, etiamſi verè de iure patronatus ipſorum ex fundatione & dotatione eſſent, nullatenùs nulláve cauſa vel occaſione ſe ingerant: ſed illos liberè Rectori ſeu beneficiato,nõ obſtante etiã quacunq; cõſuetudine,diſtribuendos dimittãt: nec dictũ iuſpatronatus venditionis aut alio quocũq; titulo in alios, contra canonicas ſanctiones, trãsferre ꝑſumant: ſi ſecùs fecerint,excõmunicationis & interdicti pœnis ſubijciant, & dicto iure patronat⁹ ipſo iure priuati exiſtãt.

Inſupèr acceſſiões per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad eccleſias Iuriſpatronatui,etiam laicorũ,ſubiectas, tam ad parochiales q̃ ad alia quęcũq; beneficia,etiã ſimplicia, ſeu dignitates vel hoſpitalia, ita vt ꝑdicta beneficia libera eiuſdẽ naturę cum ijs, quibuſcũ vniuntur,efficiantur,atq; ſub Iurepatronatus conſtituantur, hæ ſi nondùm plenarium ſortitæ ſunt effectũ, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiã fient,quacũq; authoritate,etiã apoſtolica cõceſſa fuerint,ſimul cũ vnionib⁹ ipſis per ſubreptionẽ obtẽtę intelligant: Nõ obſtante quacũq; in ijs verborũ forma ſeu derogatione, quæ habeat pro expreſſa: nec executioni ampliùs demandent, ſed bñficia ipſa vnita cùm vacauerint,liberè vt anteà cõferant. Quæ verò à 40. annis citra factæ, effectũ & plenam incorporationẽ ſunt cõſecutæ, hæ nihilominùs ab Ordinarijs,tanquã à ſede apoſtolica delegatis,reuideantur & examinentur: ac quæ per ſubreptionem vel obreptionem obtentę fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & alijs conferantur. Similiter quoque patronatus quicunq; in Eccleſijs & quibuſcunq; alijs beneficijs, etiam dignitatibus anteà liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra,& in futurũ acquirendi ſeu ex augmento dotis, ſeu ex noua

cõstructione, vel alia simili causa, etiam authoritate sedis Apostolicæ,ab ijsdem Ordinarijs, vti delegatis, vt suprà (qui nullius in his facultatib⁹ aut priuilegijs impediantur) diligenter cognoscantur,& quos nõ repererint ob maximè euidentem Ecclesię vel beneficij, seu dignitatis necessitatem legitimè cõstitutos esse, in totũ reuocent,atq; beneficia huiusmodi sine dãno illa possidentiũ, & restituto patronis eo,quod ab eis idcirco datũ est,in pristinũ libertatis statũ reducãt: nõ obstantibus priuilegijs,cõstitutionib⁹ & consuetudinibus,etiam immemorabilibus.

Cap. X.

Quoniam ob malitiosam potentiũm suggestionẽ, & quãdoq; ob locorũ longinquitatem,personarũ notitia,quibus causæ mandãtur, vsqueadeò haberi non potest,hincq; interdum iudicibus nõ vndequaq; idoneis causæ in partibus delegantur, statuit sancta Synodus in singulis Cõcilijs Prouincialib⁹ aut Diœcesanis aliquot personas,quę qualitates habeant iuxta constitutionẽ Bonifacij octaui,quę incipit,Statutũ: & alioquin ad id aptas designari,vt præter Ordinarios locorum ijs etiam posthàc causæ ecclesiasticæ ac spirituales & ad forũ ecclesiasticũ pertinentes in partibus delegãdæ cõmittantur: Et si aliquem interìm ex designatis mori cõtigerit,subsstituat Ordinarius loci cum consilio capituli alium in eius locum, vsq; ad futurã Prouincialẽ aut Diœcesanã Synodum:ita vt habeat quæq; Diœcesis quatuor saltem aut etiam plures probatas personas, ac vt suprà qualificatas, quib⁹ huiusmodi causæ à quolibet Legato vel Nuncio, atq; etiam à sede Apostolica cõmittantur: alioquin post designationem factã,quam statim Episcopi ad summum Ro. Põt. transmittant,delegationes quæcunq; aliorum Iudicum alijs,quàm his factæ,subreptitiæ censeantur. Admonet dehinc sancta Synodos tã ordinarios quàm alios quoscunq; iudices,vt terminandis litibus quanta fieri poterit breuitate studeant, ac litigatorum artibus seu in litis contestatione, seu alia parte iudicij differenda, modis omnibus aut termini prefixione,aut cõpetenti alia ratione occurrant.

Cap. XI.

Magnã Ecclesijs perniciem afferre solet, cùm earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præiudiciũ alijs locantur. Oẽs igitur hę locationes,si anticipatis solutionibus fient,nullatenùs in preiudicium successorum validæ intelligantur, quocunq; indulto aut priuilegio nõ obstãte: nec huiusmodi locationes in Romana curia vel extra eam cõfirmentur. Non liceat etiam Iurisdictiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec cõductorib⁹ per se aut alios ea exercere: aliterq; cõcessiones,etiam à sede Apostolica factæ, surreptitiæ censeantur.

Locationes verò rerũ Ecclesiasticarũ,etiam authoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritas decernit,quas à triginta annis citra ad longum tempus, seu, vt in nonnullis partibus à vigintinouẽ,seu bìs viginti nouem annis vocãt factas,Synodus prouincialis, vel deputãdi ab ea,in damnum Ecclesiæ & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt.

Cap. XII.

Non sunt ferendi,qui varijs artibus decimas Ecclesijs obuenientes subtrahere moliuntur,aut qui ab alijs soluẽdas temerè occupant,& in rem suã vertunt,cùm decimarũ solutio debita sit deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt,res alienas inuadunt:præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscunq; grad⁹ & cõditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas, ad quas de iure tenẽtur, in posterũ Cathedrali aut quibuscunq; alijs ecclesijs vel personis, quibus legitimè debenẽ, integrè persoluãt. Qui verò eas aut subtrahũt, aut impediunt, excommunicentur:nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta,absoluantur. Hortatur dehinc oẽs & singulos pro Christiana charitate debitoq; erga pastores suos munere,vt de bonis sibi à Deo collatis Episcopis & Parochis, qui tenuiorib⁹ præsunt Ecclesijs,largè subuenire ad Dei laudẽ atq; ad Pastorum suorum,qui pro eis inuigilant,dignitatem tuendam non grauentur.

Cap. XIII.

Decernit S. Synodus, vt quibuscunq; in locis iã ante annos quadraginta,quarta,quę funeralium dicit, Cathedrali aut parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac posteà fuerit ex quocũq; priuilegio alijs monasterijs, hospitalibus aut quibuscunq; locis pijs cõcessa,eadẽ posthàc integro iure & eadẽ portione,quę anteà solebat,Cathedrali seu Parochiali ecclesiæ persoluatur:nõ obstantib⁹ cõcessionibus, gratijs, priuilegijs, etiã mari magno nuncupatis, aut alijs quibuscunq;.

Cap. XIIII.

Quàm turpe,ac Clericorum nomine,qui se diuino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiæ sordibus immundoq; cõcubinatu versari, satìs res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoq; Clericalis militiæ dedecore testatur. Vt igitur ad eam quam decet cõtinentiam ac vitæ integritatem ministri ecclesiæ reuocẽtur,populusq; hinc eos magìs discat reuereri, quo illos vita honestiores cognouerit, prohibet S.Synodus quibuscunq; clericis,ne cõcubinas aut alias mulieres,de quib⁹ possit haberi suspicio, in domo vel extra detinere,aut cũ ijs vllã cõsuetudinẽ habere audeãt. Alioqn pœnis à sacris canonib⁹ vel statutis ecclesiarum puniantẽ. Quòd si à superiorib⁹ moniti, ab ijs se non abstinuerint, tertia parte fructuũ,obuentionũ ac prouentuũ beneficiorum

rum suorum quorumcũq; pensionum ipso facto sint priuati, quæ fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco,arbitrio ɛpiscopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadẽ vel alia fœmina perseuerantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes ac prouentus suorum beneficiorum & pensiones eo ipso amittant,qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione, quoàd Ordinarius, etiam vti sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspẽdantur. Et si ita suspensi nihilominùs eas nõ expellant, aut cũ ijs etiã versentur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscunq; Ecclesiasticis perpetuò priuẽtur,atq; inhabiles ac indigni quibuscunq; honoribus, dignitatibus, beneficijs ac officijs in posterum reddantur,donec post manifestã vitæ emendationẽ ab eorũ superioribus cùm ijs ex causa visum fuerit dispẽsandum. Sed si postquàm eas semel dimiserint,intermissum consortiũ repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excõmunicationis gladio plectãtur. Nec quæuis appellatio aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat: supradictorũq; omnium cognitio nõ ad Archidiaconos,nec Decanos, aut alios inferiores,sed ad Episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu & figura Iudicij, & sola facti veritate inspecta procedere possint. Clerici verò beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes,iuxta delicti & contumaciæ perseuerãtiam & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda,alijs ve modis iuxta sacros Canones puniantur. Episcopi quoque, quod absit,si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo Prouinciali admoniti se nõ emendârint,ipso facto sint suspensi. Et si perseuerent, etiam ad sanctissimum Romanũ Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per priuationem, si opus erit,in eos animaduertat.

Cap. XV.

Vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis (quos maximè puritas sanctitasq; decet) longissimè arceatur, non liceat filijs clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio,in Ecclesijs, vbi eorũ patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent aut habuerũt, quodcunque, etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare,nec pensiones super fructibus beneficiorũ, quę parentes eorũ obtinent, vel aliâs obtinuerũt, habere. Quòd si in præsenti pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiãtur, cogat filius suũ beneficiũ resignare, aut cum alio permutare extra ecclesiã intra triũ mensium spatium: aliâs ipso iure eo priuatus

exist at,& super ijs quęcũq; dispensatio,subreptitia censeatur. Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ posthàc à parentibus clericis in fauorẽ filiorũ fient, vt alter alterius beneficium consequatur,in fraudem huius decreti & Canonicarum sanctionum factæ omninò censeantur. Nec collatiões sequutę,vigore huiusmodi resignationũ, seu aliarum quarumcunque,quæ in fraudem factæ fuerint,ipsis Clericorum filijs suffragentur.

Cap. XVI.

Statuit sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia secularia,quocunque noïe appellentur, quæ curã animarum ex primæua eorum institutione,aut aliter quomodocunq; retinent,illa deinceps in simplex beneficiũ, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione,non conuertantur: non obstantibus quibuscunque gratijs, quæ suum plenarium effectum nõ sunt cõsecutę. In ijs verò, in quibus contra earum institutionem seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est,etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio fructuum Vicario ecclesiæ, quocunque nomine is appelletur, nõ fuerit assignata,ea quamprimùm & ad minus intra annum in sine præsentis Cõcilij arbitrio ordinarij iuxta formã decreti sub fe.re.Paulo III. assignetur. Quòd si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit, cùm primùm per cessum vel decessum Vicarij seu Rectoris,aut quomodolibèt alterũ eorum vacauerit, beneficiũ curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomẽ cesset, & in antiquum statum restituatur.

Cap. XVII.

Non potest sancta Synodus nõ grauiter dolere,audiens ɛpiscopos aliquos sui status oblitos, Pontificiam dignitatem nõ leuiter dehonestare,qui cum Regum ministris,regulis & baronibus in Ecclesia & extra indecenti quadã demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri Altaris, nimìs indignè non solùm loco cedunt, sed etiam personaliter illis inseruiunt. Quarè hæc & similia detestans sancta Synodus, sacros Canones omnes Conciliaque generalia, atque alias Apostolicas sanctiones, ad dignitatis Episcopalis decorum & grauitatem pertinentes renouando,præcipit, vt ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant: mandans eisdem,vt tam in Ecclesia, quàm foris suum gradum & ordinem præ oculis habentes, vbiq; se Patres & pastores esse meminerint: reliquis verò tam Principibus, quàm cæteris omnibus, vt eos paterno honore ac debita reuerentia prosequantur.

Cap. XVIII.

Sicuti publicè expedit legis vinculum quãdoq; relaxare,vel pleniùs,euenientibus casibus & necessitatibus, pro communi vtilitate satisfiat,sic frequẽtiùs legem soluere,

exem-

exemploq; potiùs quàm certo perſonarum rerumq; delectu petentibus indulgere, nil aliud eſt, q̃ vnicuiq; ad leges trãſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant vniuerſi ſacratiſſimos canones exactè ob oñibus, & quoàd eius fieri poterit, indiſtinctè obſeruandos. Quòd ſi vrgens iuſtaq; ratio, & maior quandoq; vtilitas poſtulauerit cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis à quibuſcunq;, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum: aliterq; facta diſpenſatio, ſubreptitia cenſeatur.

Cap. XIX.

Duella interdicuntur.

Deteſtabilis duellorum vſus, fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitùs exterminet, Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunq; alio nomine ñi temporales, qui locũ ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos cõceſſerint, eo ipſo ſint excõmunicati, ac iuriſdictione & dominio ciuitatis, caſtri aut loci, in quo vel apud quẽ duellũ fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur: & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. Qui verò pugnam cõmiſerint, & qui eorum patrini vocãtur, excõmunicationis, ac omnium bonorum ſuorũ proſcriptionis, ac perpetuę infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidę, iuxta ſacros Canones, puniri debeant. Et ſi in ipſo cõflictu deceſſerint, perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiã, qui cõſilium in cauſa duelli tam in iure quàm facto dederint, aut alia quacunq; ratione, ad id quenquã ſuaſerint, necnon ſpectatores, excõmunicatiõis ac perpetuę maledictionis vinculo teneantur: nõ obſtante quocunq; priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.

Cap. XX.

Vt Principes Eccleſiaſticam tueantur libertatẽ.

Cupiens ſancta Synodus Eccleſiaſticam diſciplinam in Chriſtiano populo non ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ſartam tectam à quibuſcunq; impedimentis conſeruari, præter ea, quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſeculares quoq; Principes officij ſui admonendos eſſe cenſuit: cõfidens eos vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei Eccleſiæq; protectores eſſe voluit ius ſuum Eccleſiæ reſtitui non tantùm eſſe conceſſuros, ſed etiam ſubditos ſuos oẽs ad debitam erga clerũ, parochos & ſuperiores ordines reuerentiã reuocaturos: nec permiſſuros, vt officiales aut inferiores magiſtratus, Eccleſiæ & perſonarũ eccleſiaſticarũ immunitatẽ, Dei ordinatione & canonicis ſanctionibus cõſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio ſeu incõſideratione aliqua violẽt: ſed vnà cũ ipſis Principibꝰ debitã ſacris ſummorũ Pontif. & Cõciliorũ cõſtitutionibus obſeruantiã præſtent. Decernit itaq; & præcipit, ſacros Canones & Concilia generalia omnia, necnon alias apoſtolicas ſanctiones, in fauorẽ eccleſiaſticarũ perſonarũ, libertatis eccleſiaſticę, & contra eius violatores editas, quæ omnia p̃ſenti etiã decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. Prætereaq; admonet Imperatorẽ, Reges, Reſpublicas, Principes, & oẽs & ſingulos, cuiuſcũq; ſtatus & dignitatis extiterint, vt quo largiùs bonis tẽporalibus atq; in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctiùs, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquã Dei præcipua eiusq; patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijs ve dominis temporalibus ſeu magiſtratibus, maximeq; miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur: ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatẽ, immunitatem atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant. Quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatẽ, religionem, Eccleſiarumq; protectionẽ exiſtant: imitantes anteriores optimos religioſiſſimoſq; Principes, qui res Eccleſiæ ſua in primis authoritate ac munificentia auxerũt, nedũ ab aliorũ iniuria vindicarunt. Adeoq; ea in re quiſque officium ſuum ſedulò præſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati cæteriq; clerici in reſidentijs & officijs ſuis quieti, & ſine impedimentis cum fructu & ædificatione populi permanere valeant.

Cap. XXI.

Poſtremò ſancta Synodus omnia & ſingula, ſub quibuſcunque clauſulis & verbis, quę de morum reformatione atq; Eccleſiaſtica diſciplina tam ſub fe. re. Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub beatiſſimo Pio quarto Pontificibus Maximis in hoc ſacro Cõcilio ſtatuta ſunt, declarat ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper ſedis Apoſtolicę authoritas & ſit, & eſſe intelligatur.

DECRETVM DE CONTINUANDA SESSIONE IN DIEM SEQUENTẽ.

CVm ea omnia, quę in p̃ſenti Seſſione tractanda erãt, quia hora tarda eſt, cõmodè expediri non poſſint, propterea iuxta id, quod in generali congregatione à Patribus ſtatutum fuit, ea, quę ſuperſunt, in diem craſtinam hanc eandem Seſſionem continuando differuntur.

CONTINVATIO SESSIONIS DIE QVARTA DECEMBRIS.

Decretum de Indulgentijs.

CVM poteſtas conferendi Indulgentias à Chriſto Eccleſiæ cõceſſa ſit, atque huiuſmodi poteſtate, diuinitùs ſibi tradita, antiquiſſimis etiã temporibus illa vſa fuerit, ſacroſancta Synodus Indulgentiarũ vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorũ authoritate probatum, in Eccleſia retinendum eſſe docet & præcipit, eosq; anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem

ſtatem eſſe negant. In his tamen concedendis moderationem, iuxta veterem & probatam in Eccleſia cõſuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus verò, qui in his irrepſerunt, & quorũ occaſione inſigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos & correctos cupiens, p̃ſenti Decreto generaliter ſtatuit, prauos quæſtus omnes pro his conſequendis, vndè plurima in Chriſtiano populo abuſuũ cauſa fluxit, omninò abolendos eſſe. Cæteros verò, qui ex ſuperſtitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliundè quomodocunq; prouenerũt, cùm ob multiplices locorum & prouinciarum, apud quas hi committũtur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter p̃hiberi: mandat omnibus Epiſcopis, vt diligenter quiſque huiuſmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eosq; in prima Synodo Prouinciali referat, vt aliorum quoq; Epiſcoporũ ſententia cogniti, ſtatim ad ſummum Rom. Pont. deferantur, cuius authoritate & prudentia, quod vniuerſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur: vt ita ſanctarum indulgentiarum munus piè, ſanctè & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.

De delectu ciborum, ieiunijs & diebus feſtis.

Inſupèr hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri atq; Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tãquàm boni milites illa omniã, quæ ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum mater & magiſtra, ſtatuit, necnon ea, quæ tã in hoc Concilio, quàm in alijs Oecumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcunque fidelibus ſedulò commendent: omniq; diligẽtia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia: vel etiam quę faciunt ad pietatem augendã, vt dierum feſtorum deuota & religioſa celebratio: admonentes populos crebrò, obedire præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deũ remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

De Indice librorum, Catechiſmo, Breuiario & Miſſali.

Sacroſancta Synodus in ſecunda Seſſione, ſub ſanctiſſimo domino noſtro Pio 4. celebrata, delectis quibuſdam Patribus cõmiſit, vt de varijs cẽſuris, ac libris vel ſuſpectis vel perniciоſis, quid facto opus eſſet, cõſiderarent, atque ad ipſam ſanctam Synodũ referrent: audiens nunc huic operi ab eis extremam manum impoſitam eſſe, nec tamen ob librorum varietatem & multitudinem diſtinctè & commodè poſſit à ſancta Synodo dijudicari: præcipit vt quicquid ab illis præſtitum eſt, ſanctiſſimo Romano Põtifici exhibeatur, vt eius iudicio atque authoritate terminetur & euulgetur. Idemq; de Catechiſmo à Patribus, quibus illud mãdatum fuerat, & de Miſſali & Breuiario fieri mandat.

De loco Oratorum.

Declarat ſancta Synodus, ex loco aſſignato Oratoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, in ſedendo, incedendo, aut quibuſcunque alijs actibus, nullum cuiquam eorum factũ fuiſſe præiudicium: ſed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum ſuorum iura & prærogatiuas illæſas & ſaluas eſſe, in eodemq; ſtatu permanere, prout ante p̃ſens Concilium reperiebantur.

De recipiendis & obſeruandis Decretis Concilij.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide noſtra aſſerẽda vnquàm fuerit, aut tam certò ſtatutũ, quod non humani generis hoſte ſuadente, illi errore aliquo contaminauerint. Eapropter ſancta Synodus id potiſſimùm curauit, vt præcipuos hæreticorum noſtri temporis errores damnaret & anathematizaret, veramq; & Catholicam doctrinam traderet & doceret, prout damnauit, anathematizauit & diffiniuit. Cumque tam diù tot Epiſcopi, ex varijs Chriſtiani orbis Prouincijs euocati, ſine magna gregis ſibi commiſſi iactura & vniuerſali periculo ab Eccleſijs abeſſe non poſſint, nec vlla ſpes reſtet, hæreticos, totiès fide etiã publica, quam deſiderarũt, inuitatos & tam diù expectatos, huc ampliùs aduenturos, ideoque tandem huic ſacro concilio finem imponere neceſſe ſit: ſupereſt nunc, vt principes omnes (quod facit) in Domino moneat ad operam ſuam ita præſtandam, vt quę ab ea decreta ſunt, ab hæreticis deprauari aut violari nõ permittant, ſed ab his & oñibus deuotè recipianẽ, & fideliter obſeruenẽ. Quòd ſi in his recipiendis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint, quæ declarationẽ (quod nõ credit) aut diffinitionem poſtulent, præter alia remedia in hoc Concilio inſtituta, confidit ſancta Synodus beatiſſimum Rom. Põtificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præſertim prouincijs, vndè difficultas orta fuerit, ijs quos eidem negocio tractãdo viderit expedire, vel etiam Cõcilij generalis celebratione, ſi neceſſarium iudicauerit, vel commodiore quacunque ratione ei viſum fuerit, prouinciarum neceſſitatibus pro Dei gloria & Eccleſiæ tranquillitate conſulatur.

De recitandis Decretis Concilij ſub Paulo 3. & Iulio 3. in Seſſione.

Quoniam diuerſis temporibus tam ſub fe. re. Paulo III. quàm Iulio III. multa in hoc ſacro Concilio, quo ad dogmata ac morum reformationẽ ſtatuta & diffinita ſunt, vult ſancta Synodus, vt illa nunc recitentur & legantur. Recitata ſunt.

De

De fine Concilij, & confirmatione petenda à sanctissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimiq; Patres, Placétne vobis, vt ad laudem DEI omnipotétis huic sacræ Oecumenicę Synodo finis imponatur, & omnium & singulorum, quæ tá sub fe.re. Paulo III. & Iulio III. quàm sub sanctiss. D.N. Pio Quarto, Romanis Pontificibus in ea decreta & diffinita sunt, cófirmatio, nomine sanctæ huius Synodi per Apostolicæ sedis Legatos & Præsidentes à beatissimo Romano Pontifice petatur? Responderunt, Placet.

Postmodùm Illustriss. & Reuerédissimus Cardinalis Moronus, primus Legatus & Præsidens, benedicés sanctę Synodo, dixit: Post gratias Deo actas, Reuerendissimi Patres, ite in pace. Qui responderunt, Amen.

ACCLAMATIONES IN FINE SACRI CONCILII, MORE MAIORum, recitatæ ab Illustriss. & Reuerēd. Cardinale à Lotharingia, respondente toto Concilio, IIII. die Decembris.

Cardinalis à Lotharingia.

BEatiss. Pio Papę & domino nostro, sanctæ vniuersalis Ecclesię Pontifici, multi anni & æterna memoria.

Responsio Patrum:

Domine Deus, sanctissimũ Patrem diutissimè Ecclesiæ tuæ conserua, multos annos.

Card. Beatissimorum summorum Pōtificũ animabus Pauli III. & Iulij tertij, quorum authoritate hoc sacrum generale Concilium inchoatũ est, pax à Domino, & æterna gloria atq; felicitas in luce sanctorum.

Resp. Memoria in benedictione sit.

Card. Caroli V. Imperat. & serenissimorum Regum, qui hoc vniuersale Concilium promouerunt & protexerunt, memoria in benedictione sit.

Resp. Amen, Amen.

C. Serenis. Imperatori Ferdinando semper Augusto, orthodoxo & pacifico, & omnibus Regibus, rebuspublicis & Principib⁹ nostris, multi anni.

R. Pium & Christianum Imperatorem Domine cōserua. Imperator cælestis, terrenos Reges, rectæ fidei conseruatores, custodi.

C. Apostolicæ Romanæ sedis Legatis, & in hac Synodo præsidentibus, cum multis annis magnæ gratiæ.

R. Magnæ gratiæ. Dominus retribuat.

C. Reuerendiss. Cardinalibus & Illustribus Oratoribus.

R. Magnas gratias, multos annos.

C. Sanctiss. Episcopis vita, & felix ad Ecclesias suas reditus.

R. Præconibus veritatis perpetua memoria: orthodoxo Senatui multos annos.

C. Sacrosancta œcumenica Tridētina Synodus, eius fidem cōfiteamur, eius decreta semper seruemus.

R. Semper confiteamur, semper seruemus.

C. Omnes ita credimus, oēs idipsum sentimus, oēs consentientes & amplectentes subscribimus. Hæc est fides beati Petri & Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum.

R. Ita credim⁹, ita sentim⁹, ita subscribimus.

C. His decretis inhærentes, digni reddamur misericordijs & gratia primi & magni supremi sacerdotis Iesu Christi Dei, intercedente simul inuiolata Domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis.

R. Fiat, fiat: Amen, Amen.

C. Anathema cunctis hæreticis.

R. Anathema, Anathema.

Post hæc mandatum fuit à Legatis & Præsidētibus sub pœna excōmunicationis oīnibus Patribus, vt antequàm discederent è ciuitate Tridentina, subscriberent manu propria decretis cōcilij, aut ea per publicum instrumentū approbarent. Qui omnes deinde subscripserunt, & fuerūt numero 255. Videlicet, Legati 4. Cardinales, 2. Patriarchæ, 3. Archiepiscopi, 25. Episcopi, 168. Abbates, 7. Procuratores absentium cum legitimo mādato 39. Generales ordinum 7.

CATALOGVS LEGATORVM, PATRVM, ORATORVM, ET THEOlogorum omnium, qui ad sacrosanctā Oecumenicam Tridentinam Synodum cōuenerunt:

Quorum Nomina, Cognomina, Patriæ, & Dignitates hîc simul explicantur.

CARDINALES LEGATI ET PRAESIDENTES.

HErcules Gonzaga, S.R.E. Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ noue, Mantuanus, obijt Tridēti die secunda Martij, 1563. & sepultus est Mantuæ.

Hieronymus Seripandus, S.R.E. Presbyter Cardinalis tituli S. Susannæ, Neapolitanus, obijt Tridenti die 17. Martij, 1563. & ibi sepultus in Ecclesia S. Marci ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, quorum olim fuerat Generalis.

Ioannes Moronus, S.R.E. Card. Episc. Prenestinus, Mediolanēsis, in demortui Cardinalis de Mantua locum missus.

Stanislaus Hosius, S.R.E. presbyter Cardi. tituli S. Laurentij in Palisperna, Polonus, Vvarmiensis.

Ludouicus Simoneta, S.R.E. presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis, Mediolanensis.

Marcus Siticus, S.R.E. Diaconus, Card. Basilicæ duodecim Apostolorum de Altaemps, Germanus.

Bernardus Nauagerius, S.R.E. presbyter Card. tituli S. Nicolai inter Imagines, Venetus, in demortui Cardinalis Seripandi locum missus.

CARDI-

CARDINALES NON LEGATI.

Carolus à Lotharingia, S.R.E. presb. Card. tit. S. Apollinaris, princeps & Archiepiscopus Rhemensis, Lotharingus.

Ludouicus Madrucius, S.R.E. Diaconus Cardinalis, electus Episcopus Tridentinus, Germanus.

ORATORES, QVORVM NOMINA hîc describuntur iuxta eorum aduentū in ciuitatem Tridentinam.

Georgius Drascouicius Croattus, Orator Cæsaris pro Regno Hungariæ, Episcopus Quinqueecclesiensis.

Antonius de Muglitio Morauus, orator Cęsaris, archiepiscopus Pragensis.

Ferdinandus Martineus Mazcarenius, Orator sereniss. Regis Portugalliæ.

Andreas Duditius Sbardelatus, episcopus Cænadiensis, Orator pro prælatis & Clero Hungariæ.

Sigismundus à Tunn. Orator Cæsareus.

Franciscus Ferdinandus de Aualos, Marchio Piscariæ, Orator Regis Catholici.

Ioannes Strozzius Florētinus, Orator excellentissimi Ducis Florentiæ & Senarum.

Melchior Lussi, Eques auratus, Orator septē Cantonum Heluetiorum.

Augustinus Paumgartner, I.V. D. de Monachio, Orat. illust. Alberti Ducis Bauariæ.

Nicolaus de Ponte, doctor & eques. } Oratores D. Venetorū.
Et Matthęus Dandulus eques. } Oratores D. Venetorū.
Ludouic⁹ de Lāsac. } Oratores D. Venetorū.

Renaldus Ferrerius, Præsidens in Parlamento Parisiensi. } Oratores Christianiss. Regis Galliarum.
Et Guido Faber, Iudex maior Tolosæ. } Oratores Christianiss. Regis Galliarum.

Valentinus Herbutus Polonus, episc. Præmissiensis, Orator sereniss. regis Poloniæ.

Marcus Antonius Bobba Casalensis, episcopus Augusten. in Pedemontio, Orator sereniss. ducis Sabaudiæ.

Claudius Fernandez Quignonij, Comes Lunensis, Orator Regis Catholici.

Hieronymus de Gaddis Florentinus, episc. Cortonen̄ Orator excellentiss. Ducis Florentiæ, missus in locum Ioan. Strozzij.

Frater Martin⁹ Roias Portalrubeus, Orator illustrissimi ac reuerendissimi D. Magni Magistri, ac totius ordinis sancti Ioannis Hierosolym. eiusdē ord. Procancellarius.

PATRIARCHAE.

Antonius Hęlius Iustinopolitan. Hierosolymitanus.

Daniel Barbarus Venetus, Aquilegiensis.

Ioannes Triuesianus Venetus, Venetiarum.

ARCHIEPISCOPI PAVLI III.

Ferdinandus Annius Neapolitanus, Archiepiscop⁹ Amalphitan. nunc episc. Bouin⁹.

Petrus Landus Venetus, Archiep. Cretensis.

Petrus Antonius de Capua Neap. Archiepiscopus, Hydruntin.

Marcus Cornelius Venetus, electus Archiepiscopus Spalatren.

Sebastianus Leccauella Græcus, Ord. Prædi. olim Archiep. Naxien. nūc episc. Literan.

Petrus Guerrero Hispanen. Archiepiscopus Granaten.

Antonius Altouitus Florentinus, Archiepiscopus Florentinus.

Cæsar Cibo Genuensis, obijt Tridenti die 26. Decemb. 1562. Archiepus Taurinen.

Paulus Aemilius Verallus Romanus, olim Archiepiscopus Rossanensis, nunc Episcopus Caputaquensis.

ARCHIEPISCOPI IVLII III.

Ioannes Brunus de Olchinio, regni Seruiæ Primās, Archiepiscopus Antibarensis.

Ioannes Baptista Castaneus Romanus, Archiepiscopus Rossanen.

Ioannes Baptista Vrsinus Romanus, Archiepiscopus sanctę Seuerinę.

ARCHIEPISCOPI PAVLI IIII.

Ludouicus Beccatellus Bononiensis, Archiepiscopus Ragusinus.

Mutius Callinus Brixien. Archiep. Iadrensis.

Sigismundus Saracenus Neapolitan. Archiepiscopus Materanus.

Antonius Parrages de Castilegio Hispan. Archiepiscopus Calaritanus.

Iulius Paueius Brixien. ord. Præd. Archiepiscopus Surrentinus.

Bartholomæus de Martyribus Lusitan. ord. Præd. Archiepiscopus Braccaren.

Augustinus Seluago Genuen. ord. Prædica. Archiepiscopus Genuen.

ARCHIEPISCOPI PII IIII.

Philippus Mocenicus Venetus, regni Cypri Primās & Legatus natus, Archiepiscopus Nicosien.

Guilielmus de Auanson. Gallus, Archiepiscopus Ebredunensis.

Antonius Cauchus Venetus, Archiepiscop⁹ Corcyrensis.

Germanicus Bondin⁹ Senen̄, electus Archiepiscopus Senarum.

Marcus Antonius Columna Romanus, Archiepiscopus Tarentinus.

Caspar de Fosso Cosentinus, ordin. sancti Francisci de Paula, Archiepis. Rheginus.

Antonius de Muglitio Morauus, Ora. Cæs. Archiepiscopus Pragen.

Maximus de Maximis Romanus, Archiepiscopus Amalphitanus.

Gaspar Ceruantes de Gaeta Hispanus, Archiepiscopus Messanensis.

Leonardus Marinus Genuen. ord. Prędicat. Archiepiscopus Lancianensis.

Octauianus Præconius Messanensis ordin. Minorum conuentualium S. Francisci, Archiepiscopus Panormitanus.

Nicolaus de Pelue Gallus, Arch. Senonensis.

Antonius Iustinianus Chiensis. ord. Prædic. Archiepiscopus Naxiensis.

Antonius Puteus Niceen Archie. Barensis.

EPISCOPI LEONIS X.

Vincentius Nicosantinus de Fano, Episcop. Arbensis.
Ioannes Franciscus de Fliſco Ianuen. episcopus. Andriensis.
Io. Thomas de S. Felicio Neapol. Episcopus Cauensis senior.

EPISCOPVS ADRIANI VI.

Quintius de Rusticis Romanꝰ, Epi. milleten.

EPISCOPI CLEMENTIS VII.

Lucas Bizatius de Catharo, episc. Catharen.
Aloysius Pisanus Venet. episc. Patauinus.
Alexãder Piccolhomin. Senen. epiſ. Pientin.
Dionysius Græcus ord. Minorum S. Francisci de obseruan. epiſ. Milopotã. senior.
Gabriel le Veneur Gallus, episc. Ebroicen.
Guilhelmꝰ de Montbas Gal. epiſ. Lectoren.

EPISCOPI PAVLI III.

Antonius à Camara Sabaudus, epiſ. Bellicẽ.
Nicolaus Maria Caracciolus Neapol. episc. Catanienſis.
Berardus bon Ioannes Romanus, episcopus Camerinensis.
Fabius Mirtus Neapol. episcopus Caiacen.
Scipio Bongallus Romanus, episcopus ciuitatis Castel.
Georgius Corneliꝰ Venetus, epi. Taruisinꝰ.
Vincentius Durantius Brixien. epi. Termul.
Mauritius de Petra Papiẽsis, epiſ. Vigleuẽsis.
Martius de Martijs Medices, epi. Marsicen.
Ioãnes Vincentius Michaëlius Barolitanus, episcopus Minerbinen.
Gabriel de Bouueri Gallus, epi. Andegauen.
Leonardus Haller Germanus, episcopus Philadelphiensis.
Ludouicus Vaninus de Theodolis Foroliuien. (Mortuus est Tridenti) episcopus Britonorien.
Aegidius Falsetta Cingulanus, episcopus Britonorien.
Iulius Contarenus Venetus, episcopus Ciui. Bellunen.
Thomas Casellus Rossanen. ord. Præ. episc. Cauensis Iunior.
Hippolytus Ariuabenus Mantuanus, episc. Hierapetren.
Hieronymus Maccabæus Romanus, episc. Castrensis.
Petrus Augustinus Hiſpanus, episcop. Oscẽsis & Iacensis.
Iacobus Naclantus Florentinus, ord. Præd. episcopus Clodiensis.
Bartholomæus Sirigo Cretensis, episcopus Castellaneten.
Thomas Stella Venetus, ord. Præd. episcop. Iustinopolitan.
Petrus du Val Gallus, episcopus Sagiensis.
Ioannes Antonius Pantusa Consentinꝰ, obijt Tridenti die 27. Octobris 1562. episcopus *Literarensis.
Ioannes Baptista de Grossis Mantuanus, episcopus Rhegiensis.
Ioannes Xuarez Lusitanus, ord. S. Augustin. episcopus Coymbricen.
Philippus Riccabella Raccanaten. episcopus Raccanaten.
Io. Iacobus Barba Neapol. ord. S. Augustini, episcopus Iteranen.
Michael à Turre Vtinen. epiſ. Ceneten.
Pompeius Zambeccarius Bononien. episcopus Sulmonen.
Ioannes Beroaldus Panormitanus, episcopus Sanctæ Agathæ.
Antonius Scarampus Aquen. epiſ. Nolanus.
Antonius de Comitibus Genuen. ordinis Præd. episcopus Brugnacen.
Cæsar Foggia Rossanen. epiſ. Vmbriaticen.
Cæsar Comes à Gambara Brixien. episcopus Tortonensis.
Io. Baptista de Bernardis Lucensis, episcopꝰ Adiacensis.
Martinus Perezius de Ayala Hiſpanus, epiſ. Segobiensis.
Nicolaus Psaulme Gallus, ord. S. Bened. epiſ. Verdunensis.
Alfonsus Rosetus Ferrariẽsis, epꝰ Comaclen.
Iulius Parisianus de Tolentino, episcop. Ariminensis.
Bartholomæus Sebastianus Hiſpanus, episc. Pactensis.
Franciscus Lambertus Sabaudus, episcopus Nicensis.
Miximilianus Doria Genuen. epi. Naulensis.
Eustachius Du Bellay Gallus, epi. Parisiẽsis.
Bartholomæus de Crapanica Roman. episc. Carinensis.
Ennius Massarius de Narnia, epi. Feretranus.
Achilles Brancia Neapolitanus, epi. Bouẽsis.
Io. Franciscus Verdura Messanen. episcopus Chironen.
Albertus Duimius de Gliricis, ordin. Præd. episcopus Veglensis.
Ioan. Antolinez de Bricianos de la Ribera Hiſp. episcopus Iuuenacen.
Tristanus de Bizet Gallus, episc. Xantonen.

EPISCOPI IVLII III.

Ascanius Gerardinus de Amelia, episcopus Cattacensis.
Marcus Gonzaga Mãtuanus epi. Aasorensis.
Baldouinus de Baldouinis Pisanus, episcopus Auersanus.
Petrus Franciscus Palauicinus Genuen. episcopus Alerien.
Aegidius Fuscararius Bononien. ord. Præd. episcopus Mutinen.
Timotheus Iustinianus de Chio. ord. Præd. episcopus Calamonen.
Didacus de Almansa Hiſpanus, episcopus Caurien sis.
Lactantius Rouerella Ferrarien. episcopus Asculanus.
Ambrosius Monticula Lunensis Sarzanensis, episcopus Segninus.
Sebastianus Gualterius Viterbiensis, episcopus Viterbien.

Honora-

Honoratus Fascitellꝰ, monachus ord. S. Benedicti Neapolitanus, epiſ. Insulan.
Petrus Camoianus Aretinus, episc. Fesularũ.
Horatius Græcus Troianensis Appulus, episcopus Lesinen.
Bernardinus de Cuppis Romanus, episcop. Auximanus.
Gaspar de Casal Lusitanꝰ, ord. S. Augustini, episcopus Leiren.
Ioãnes de Moruillier Gallus, epiſ. Aurelianẽ.
Fabiꝰ Cupallata Placẽtinus, epꝰ Lachedonẽ.
Iulius Gẽtilius Tortonẽsis, epꝰ Vultuarien.
Adrianus Fusconius Roman. episc. Aquinꝰ.
Antonius de S. Michaele Hiſp. ord. S. Francisci de obseruantia, epiſ. Mõtis Marani.
Hieronymus Melchiorius Racanaten. episcopus Maceratensis.
Petrus de Petris de Monte Aretinus, episcopus Lucerinus.
Iulius Grittus Venetus, episcopus Parentinꝰ.
Iacobus Syluerius Piccolhomineus de Celano, episcopus Aprutinus.
Ludouicus de Bresze Gallus, epiſ. Meldẽsis.
Iacobus Mignanellus Senens. epiſ. Grosset.
Ioannes Andreas Crucius de Tibure, episcopus Tiburtin.
Carolus Cicada Genuen. epiſ. Albinganen.
Franciscus Maria Picolhomineus Senensis, episcopus Ilcinen.
Asciclus Moya de Cõtreras Hiſpanus, episcopus Vicen.
Galeatius Roscius de Interãna (mortuus est Tridenti 16. Octob. 1562.) epꝰ Assisiensis.
Franciscus Richardotus Burgundus, episcopus Atrebaten.
Iacobus Maria Sala Bononien. Italus, in Gallia episcopus Viuarien sis.
Gabriel de Monte S. Sabini, episc. Hesinus.
Marianus Sabellus Romanꝰ, epꝰ Eugubinꝰ.
Agapitus Belhomo Rom. episc. Casertanus.
Iulius Cananus Ferrarien. episc. Adrien sis.
Iulius Gallettus Pisanus, episc. Alessanensis.
Hieronymus Burgensis Gallus, episcopus Catalaunensis.

EPISCOPI PAVLI IIII.

Scipio Vestẽsis Ferrariẽsis, episc. Cassalensis.
Didacus Sarmiente de Sotto maior, Hiſpanus, episcopus Astoricen.
Thomas Goduelus Anglus, episc. Assaphen.
Faustus Caffarellus Rom. episc. Fundanus.
Bellisarius Balduinus Neapolitanus, episcopus Larinensis.
Vrbanus Vigerius de Ruere Genuen. episc. Senogallien sis.
Iacobus Suretus græcus, episcopus Milopotam. Iunior.
Io. Baptista Osius Romanus (obijt Spoleti, dum rediret ad Ecclesiam suam, die 12. Nouembris, 1562.) episcopus Reatinus.
Marcus Laureus Tropiensis, Ord. Prædicat. episcopus Campanien.
Frãciscus de Beauquere Gallus, epꝰ Metẽsis.
Hercules Rettinger Germanꝰ, epꝰ Lauãtinꝰ.
Ioannes Franciscus Commendonus, episcopus Hyacinthensis.
Iulius de Rubeis Polin. episc. Sancti Leonis.
Carolus de Grassis Bononiensis, episcopus Montis Falisci.
Arrias Gallego Hiſpanus, episc. Gerunden.
Hieronymꝰ Gallego Hiſpanus, epꝰ Ouitẽsis.
Ioannes de Munatones Hiſpanus, ord. S. Augustini, episcopus Segorbicen.
Franciscus Blanco Hiſpanus, epiſ. Aurien sis.
Vincentius de Luchis Bononien. episcopus Anconitanus.
Pompeius Piccolhomineꝰ de Aragonia, episcopus Tropien.
Petrus Barbadicus Venetus, epiſ. Curzolen.
Franciscus Bachodius Sabaudien. episcopus Gebennen.
Carolꝰ d'Angẽnes Gallus, epꝰ Cenomanẽsis.
Hieronymus de Nichisola Veronen. ordin. Prædicat. episcopus Theanen.
Marcus Antonius Bobba Casalẽsis, Orator sereniſſ. Ducis Sabaudię, episcopus Augustensis in Pedemontio.
Iacobus Lomollinus Messanensis, episcopus Mazarien.
Donatus de Laurentijs de Asculo Apuliæ, episcopus Arianen.
Petrus Contarenus Venetus (mortuus est Patauij in mense Maio, 1563. epiſ. Paphensis.
Petrus Danesius Gallus, episcopus Vaurẽsis.
Hieronymus Sauorgnanus, Foroliuien. episcopus Sibinicen.
Carolus de Rouey Gallus, epꝰ Sueſſionen.
Philippus Du Bec Gallus, episcop. Veneten.
Georgius Drascouicius Croattus, Orator Cæs. pro regno Hũg. episc. Quinqueeccle.
Franciscus de Aguirre Hiſpanus, episcopus Cotronen.
Andreas de Cuesta Hiſpanus, episcopus Legionen.
Antonius Gorrionero, episcop. Almerien.
Antoniꝰ Augustinꝰ Hiſpanꝰ, epiſ. Ilerden sis.
Angelus Massarellus Septendanus, episcop. Thelesinus.
Antonius Ciurelia Barensis, epꝰ Buduensis.
Dominicus Casalbancha Massanensis, ord. Prædicat. episcopus Vicensis.
Petrus Faunus Costacciario, epꝰ Aquensis.
Io. Carolus Bouius Bononiẽsis, epꝰ Ostunẽ.
Hugo Boncõpagnus Bononiẽ. epi. Vestanꝰ.
Saluator Pacinus de Colle, episc. Clusinus.
Lupus Martinez Hiſpan. episcop. Elnensis.
Carolus d'Espinay Gallus, episc. Dolensis.
Aegidius Spifame Gallus, episc. Niuernen.
Antonius Sebastianus Minturnus de Traiect. episcopus Vxentinus.
Bernardus del Bene Florentinus, in Gallia episcopus Nemausensis.
Dominicꝰ Bollanus Venetus, epiſ. Brixiẽsis.
Io. Antonius Vlpius Comẽsis, epi. Comẽsis.
Ludouicꝰ de Ginolhac Gallꝰ, epi. Tutullẽsis.
Philippus Maria Campegius Bononiensis, episcopus Feltren.

Ioannes de Quignones Hiſpanus, epiſcopus Calagurritan.

EPISCOPI PII IIII.

Didacus Couaruuias de Leyua Hiſpan⁹, epiſcopus Ciuitaten.
Philippus Gerius Piſtorienſis, epiſ. Iſelanen.
Io. Antonius Facchinettus, epiſ. Neocaſtren.
*Gippolitus Capilupus Mātuanus, epiſcop⁹ Fanenſis.
Ioannes Fabricius Seuerinus Neapolitanus, epiſcopus Aceren.
Conſtantinus Bonellus Feretran. epiſcopus ciuitatis Caſtel.
Iulius Superchius Mantuanus, ordinis Carmelitarum, epiſcopus Caprulanus.
Martinus Rithoui⁹ Flāder, prim⁹ epi. Iprēſis.
Antonius Hauetius ordin. Præd. primus epiſcopus Namurcen.
Matthæus de Concinis Florentinus, epiſcopus Corthonenſis.
Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis, epiſcopus Ctemonenſis.
Ventura Bufalinus *Trifernâs, epiſc. Maſſanenſis.
Ludouicus de Bueil Gallus, epiſc. Vencien.
Hieronymus Galleratus Mediolanen. epiſcopus Sutrinus
Ioannes Petrus Delphinus Venetus, ordinis Canonicorum regularium, epiſc. Hyacinthenſis ſecundus.
Ioannes Andreas Bellonius Meſſanen. epiſcopus Maſſelubren.
Georgius Ziſchouid Hungarus, ordinis Minorum ſancti Franciſci de obſeruantia, epiſcopus Segnienſis.
Stephanus Boucher Gallus, epiſcopus Coriſopienſis.
Ioannes Paulus Amannius Crenſen. epiſcopus Anglonen.
Fredericus Cornelius Venetus, epiſcop. Bergomen.
Alexander Sforcia de S. Flora, epi. Parmēſis.
Antonius le Cirier Gallus, epiſcopus Abtinceuſis.
Andreas Mozanicus Venetus, epiſcopus Nimoſien.
Benedictus Saluinus Firmanus, epiſcopus Verulanus.
Guilielmus Caſſador Hiſpanus, epiſcopus Barchinonen.
Petrus Gonzalez de Mendozza Hiſpanus, epiſcopus Salmantinus.
Martinus de Corduba de Mendozza Hiſpa. ordin. Præd. epiſcopus Dertuſen.
Iulius Magnanus Placētinus, ordinis Minor. Conuentualium S. Franciſci, epi. Caluen.
Valentinus Herbutus Polonus, Orator ſereniſſimi Regis Poloniæ, epiſcopus Præemiſſien.
Simon Aleottus Foroliuien, electus Foroliuienſis (mortuus eſt Tridenti die 20. Auguſti, 1562.) epiſcopus Foroliuien.
Petrus de Xaque Hiſpanus, ordin. Prædicat. epiſcopus Nioquen.
Proſper Rebiba Meſſanēſis, epiſcopus Troianus.
Melchior Auoſmediano Hiſpanus, epiſcopus Guidixen.
Hippolytus de Rubeis Parmēſis, electus epiſcopus Papienſis.
Didacus de Leon Hiſpanus, ordinis Carmelit. epiſcopus Colombrien.
Annibal Saracenus Neapolitan. epiſcopus Licienſis.
Paulus Iouius Comenſis, epiſcopus Nucerinus.
Hieronymus Triuiſanus Venetus, ord. Prædic. (mortuus eſt Tridenti die 9. Septembris, 1562.) epiſcopus Veronenſis.
Hieronymus Ragazzonus Venetus, epiſcopus Famaguſtan.
Romulus de Valentibus de Trebia, epiſcop⁹ Conuerſanus.
Lucius Marāta Venuſinus, epiſcopus Cauellen.
Simon de Nigris Genuenſis, epiſcopus Sarazanenſis.
Theophilus Gallupus *Tiopiēſis, epiſcopus Oppidenſis.
Iulius Simonetta Mediolenenſis, epiſcopus Piſauren.
Petrus Allebret Nauarrus, epiſcopus Cumenenſis.
Iacobus Guidius Volaterranus, epiſcopus Pennenſis Adrienſiſq;.
Didacus Ramijrez Hiſpanus, epiſcop. Pampilon.
Frāciſcus del Gado Hiſpanus, epiſcopus Lucenſis.
Ioannes Clauſſe Gallus, epiſc. Senecenſis.
Iacobus Gibertus de Nogueras Hiſpanus, epiſcopus Aliphanus.
Antonius Maria de Saluiatis Romanus, in Gallia epiſcopus Sancti Pauli.
Matthæus Priulus Venetus, epiſcopus Acmonien.
Thomas Lilius Bononienſis, epiſcopus Soranus.
Fabius Pignatellus Neapolitan, epiſcopus Monopolitan.
Hieronymus Guerrinus Feretranus, epiſcopus Imolenſis.
Carolus de Vicecomitibus Mediolanenſis, epiſcopus Vintimilienſis.
Thomas Oyerllaithe Hybernus, epiſcopus Roſſen.
Franciſcus Valete Gallus, epiſc. Vabrenſis.
Ioannes Coloſuarinus Hungarus, ord. Prædic. (obijt Tridēti die 24. Nouembris anno 1562.) epiſcopus Canadienſis.
Andreas Dudītius Sbardellatus Hunga. nūc epiſcopus Canadienſis
Spinellus Bencius Politianenſis, epiſcopus Montis Politiani.
Franciſcus Abundius Caſtillioneus, epiſcopus Bobien.
Staniſlaus

Staniſlaus Faleſchi Polonus, epiſcopus Theodoſien, vel Chafenſis.
Eugenius Ohairt Hybernus, Ordinis Præd. epiſcopus Achaden.
Donaldus Magongial Hybernus, epiſcopus Rapoten.
Guido Ferrerius Pedemontanus, epiſcopus Vercellenſis.
Ioannes Baptiſta Sighicellius Bononien. epiſcopus Fauentinus.
Sebaſtianus Vantius de Arimino, epiſcopus Vrbeuetanus.
Ioannes Baptiſta Lomellinus Meſſanen. epiſcopus Gardien.
Ioānes Baptiſta Milaneſius Florentinus, epiſcopus Marſicanus.
Auguſtinus Mollignatus Vercellen. epiſcop⁹ Triuicanus.
Carolus Grimaldus Genuenſis, epiſcopus Sagonen.
Fabricius Landrianus Mediolanen. epiſcop. Sancti Marci.
Bartholomæus Ferratinus Amerin. epiſcop. Amerinus.
Petrus Fragus Hiſp. Epiſcopus Vſellenſis.
Hieronymus de Gaddis Florētinus, Orator Ducis Florentiæ, electus epiſ. Cortunēſis.
Franciſcus Contarenus Venetus, epiſcopus Paphenſis.
Ioannes Delphinus Venetus, Epiſcopus Torcellanus.
Alexander Molus *Commenſis, Epiſcopus Minorenſis.

REVERENDI ABBATES.

Ludouicus de Baiſſey Gallus, Ciſtercien. Abbas & Generalis.
Hieronymus de la Souchiere Gallus, Abbas Clareuallen.
Stephanus de Nauaria, Abbas ſanctæ Mariæ gratiarum prope Placentiam.
Auguſtinus Loſchus Hiſpanus, Abbas Caſſinenſis Benedicti de *Feraria.
Eutychius de Cordes Antuerpienſis, Abbas pro titulo.

GENERALES ORDINVM.

Vincentius Iuſtinianus Genuen. Gener. ordinis Prædicatorum.
Franciſcus Zimora Hiſpanus, Generalis ſancti Franciſci de obſeruantia.
Antonius Sapiens Auguſtanus, Generalis S. Franciſci Conuent.
Chriſtophorus Patauinus, Generalis S. Auguſtini.
Stephan⁹ Fazzinus Cremonen. Prouincialis Lombardiæ pro Generali ord. Carmelit.
Ioannes Baptiſta Milliauacca Aſtenſis, Generalis ſeruorum.
Iacobus Laynez Generalis ſocietatis Ieſu.

DOCTORES LEGIS PRO ſacro Concilio.

Gabriel Paleottus Bononienſis, Auditor Rotæ.
Scipio Lancilottus Romanus, Aduocatus Conſiſtorialis.
Ioannes Baptiſta Caſtellus, Bononiēſis promotor.
Michael Thomaſius Maioricen. Doctor Decretorum.

RHEOLOGI A SVMMO PONtifice miſſi.

Alphonſus Salmaron Hiſpanus, Ordinis Ieſuitarum.
Frater Petrus de Soto, ordinis Prędicatorum Hiſpanus, obijt Tridenti.
Franciſcus Torrēſis Doctor Theologus Hiſpanus.
Antonius Soliſius, Doctor Theologus Hiſpanus.
Frater Camillus Campegius Papien. Inquiſitor Ferrariæ, Ordinis Prędicatorum.
Frater Hieronymus Brauo Hiſpanus, ordinis Prędicatorum.

DOCTORES THEOLOGIAE FACVLtatis Pariſienſis, miſſi à Carolo nono Galliarum rege Chriſtianiſſimo.

Nicolaus Maillard, Decanus facultatis Pariſienſis.
Ioannes Peletier.
Antonius Democharcs.
Nicolaus de Bris.
Iacobus Hugonis Franciſcanus, idem etiam procurator reuerendiſſimi Ioannis Vrſini, Epiſcopi Trecorenſis.
Simon Vigor.
Richardus Du Pre.
Natalis Paillet (obijt Tridenti VII. Calend. Decemb. 1562.)
Robertus Fournier.
Antonius Coquier.
Lazarus Broychot.
Claudius de Saintes, Canonicus regularis.

THEOLOGI MISSI A PHILIPPO Rege Catholico.

Coſmas Damianus Hortolanus, electus Abbas Villabertrandi.
Ferdinādus Tritius Doctor Theologus, Canonicus Caurien.
Ferdinādus Velloſillus Doctor Theologus, Canonicus Segontinus.
Thomas Daſſio I. V. D. Canonic⁹ Valētin⁹.
*Licēcit. Antoni⁹ Couarruias, Auditor Granaten.
Ferdinandus Minchaca, Decretorū Doctor.
Frater Ioannes Ramirez Hiſpanus, miniſter prouincialis D. Iacobi.
Frater Alphonſus Contreras, Commiſſarius ordinis in Curia Regis Hiſpaniæ.
Frater Michael de Medina, ſacræ Theologiæ Doctor.
Frater Ioan. Lobera Hiſp. ſacrę Theol. Lector Salamāticæ, miſſus in ſocietatem miniſtri pouincialis diui Iacobi ſuprà memorati.
Frater Ioānes Gallo Hiſpanus ord. Prædicat.
Frater Petrus Fernandez Hiſpanus, ordinis Præd. in ſocietate magiſtri Gallo.
Frater Deſiderius de S. Martin. Panormitan. ord.

ord.Carmelita.
Michael Baius ab Atho, ſacræ Theol. doctor.
Ioan. Heſſels Louanio ſacræ Theol. Doctor.
Cornelius Ianſonius Hulſtẽſis, ſacræ Theologiæ Doctor.

THEOLOGI MISSI Á REGE Portugalliæ.

Frater Franciſc. Furiero, ord. Præd.
D. Iacobus à Payua de Andrade Luſitanus, Doctor Theologus.
D. Melchior Cornelius Decretorũ Doctor, ſenator Regis Portugalliæ.

AB EXCELLENTISS. DVce Bauariæ.

Io. Cauillonius Flander, ex ſocietate Ieſuit.

PROCVRATORES EPISCOporum abſentium.

Merchantus doctor Theologus, pro Illuſtr. Cardinale de Mendoza, Epiſc. Burgen.
Io. Gothardius Cler. ſec. Germanus, pro reuerendiſſ. Epiſcopo Ratisbonen.
Georgius Hochenuarter Cleri. ſecu. Doctor Theologus, ſuffraganeus pro reuerendiſſ. Epiſcopo Baſileenſi.
Frater Felicianus Ninguarda de Morbinio ord. Prædic. pro Illuſtriſſimo Domino Salisburgen. Orator.
Petrus Cumel. Doctor Theologus Canonicus Malacitanus, pro R. Malacitano.
Ioannes Delgadus, Doctor Theologus Canonicus Tydenſis, pro D. Ioanne de S. Aemiliano, reuerendiſſ. epiſc. Tudenſi.
Caſpar Cardillus Villalpandeus Segob. Doctor Theologus, pro R. epiſc. Abulen.
Frater Ioannes de Ludenna Doctor Theologus ord. Prædic. pro reuerendiſſ. epiſc. Seguntino.
Frater Franciſcus Orãtes, Lector Valiſoletti ord. Minorũ, pro reuerẽd. epiſ. Palentino.
Cæſar Ferrantius Sueſſanus Doctor Theol. pro reuerendiſſ. epiſ. Sueſſano apud reuerendiſſimum Ilerdenſem.

PROCVRATORES ORDINVM.

Ioannes Coutignon Doctor Gallus, Prior & Procurator ord. Cluniacenſis.
Nicol. Boucherat Gallus, Prior monaſter. de Recluſo, Procurator generalis ordinis Ciſtertienſis.

THEOLOGI SECVLARES ET DOctores Iuris Canonici.

Georgius Girard. Gallus, Doctor Theolog. cum reuerendiſſ. Andegauenſi.
Mentianus Heruetus Gallus, cum Illuſtriſ. & reuerendiſſ. Cardinale à Lotharingia.
Frãciſcus Sancius Decanus facultatis Theologiæ, & Canonicus Salmaticen. cum reuerendiſſ. Salmaticen.
Matt. Guerra Conſentinus Calaber, presbyt. ſecularis, cum reuerendiſſ. epiſc. S. Marci.
Fredericus Pendaſius, cum Illuſtriſſ. Cardin. de Mantua, Legato ſacri Concilij.
Ioan. Franciſcus Lombardus, cum Illuſtriſſ. Card. Seripando, Legato ſacri Concilij.
Petrus Mercatus Theologus, cum R. Vicẽſi.
Trigillus Doctor Theol. Canonicus Legionẽſis, cum reuerendiſſ. Legionẽſi.
Sobanus Doctor Theol. cum R. Legionen.
Antonius Leitonus Doctor Theol. cum reuerendiſſ. Conymbricenſi.
Petrus Fontidonius Doctor Theolog. cum reuerendiſſ. Salmantino.
Ioan. Villetta D. Theol. cũ R. Barchinonen.
Ioannes Fonſeca Doctor Theolog. cum reuerendiſſ. Archiepiſc. Granaten.
Michaël Oroncuſpe Doctor Theologus, cũ R. epiſcopo Pampilonen.
Alfonſus Fernandez de la Guerra Hiſpa. D. Theologus, cum R. Guidixien.
Coſmus Palma Fõteius, ſacræ Theol. Doctor Hiſpanus, Hortolani Abbatis diſcipulus & comes.
Michaël Ytero D. V. I. cum reuerendiſſ. epiſcopo Pampilonen.
Ioſephus Puebla Doctor Theologus, cũ reuerendiſſ. epiſc. Ciuitaten.
Ioannes Chacon Doctor Iuris Canonici, cũ reuerendiſſ. epiſcopo Almerien.
Antonius Garſias Doctor Theologus, cum reuerendiſſ. epiſcopo Oueten.
Benedictus Arias Mantuanus ord. S. Iacobi, Doctor Theol. cum reuerend. Segobiẽſi.
Ioannes Barcelona Theologus, cũ reuerend. epiſcopo Vſcellen.

DOCTORES GALLI ORDINIS S. Benedicti.

Ioannes Carthougne, Doctor Theologus.
Ioannes de Verdun Gallus, Doctor Theol.

THEOLOGI ORDINIS FRAtrum Prædicatorum.

Angelus Cioſus Florentinus, cum illuſtriſſ. Card. Mantuano Legato.
Saraphinus de Caballis de Brixia, Prouincialis terræ ſanctæ, cum R. ſuo Generali.
Eliſæus Capys Venetus, Theologus Archiepiſcopi Pragen.
Petrus Aridienſis Gallus, cum reuerend. D. Cenomanen.
Bernardus Bernardi Gallus, inquiſitor Auinioni Vicarius congregat. Franciæ, cum reuerendiſſ. D. Nemauſenſi.
Ioannes Matthæus Valdina, cum reuerend. D. Tarentino.
Petrus Martyr Coma Hiſpa. cum reuerend. D. Gerundenſi.
Petrus Zatores Hiſpanus, cum reuerend. D. Dertuſenſi.
Antonius de Groſupto, cum reuerendiſſ. D. Vigliuanenſi.
Aurelius de Chio, cum R. D. Spalatren.
Adrianus Valentic⁹ Venetus cum reuerẽd. D. Nicoſienſi.
Marcus Medices Veronenſis, cum reuerend. D. Ceneten.
Benedictus Herba Mantuanus, cum reuerẽdiſſ. D. Brixienſi.
Michaël d'Aſt Genuenſis, Prior S. Laurẽtij. Conſtan.

Conſtant. Coccian. Iſorella, cũ R. D. Monte Pulciano.
Henricus de S. Hieron. cũ R. D. Braccarenſi.
Ludouicus de Soto maior, cum R. D. Geor. de Tayde.
Baptiſta de Lugo, cum R. D. Veronenſi.
Hieronymus Barolus Papien.

NOMINA FRATRVM THEOLOGORVM B. Franciſci de obſeruãtia, cũ ſuo generali.

Aloyſius de Burgo nouo Italus, S. Theol. Lector, Bononien. Commiſſarius generalis.
Thomas de Sogliano Ital. Prouinc. Bonon.
Antonius de Padua Luſitanus, (Miniſter. ordinis Secretarius.
Bonifacius Raguſęus Apoſt. Prædic. terræ S.
Angel⁹ de Petriolo Ital. Lector ſa- (gubern. cræ Theologiæ Peruſij.
Angelus Iuſtia. Italus, lector S. Theol. Ianuæ.
Vincẽti⁹ de Meſſina Ital⁹, S. theol. lect. Neap.
Iulius Orſean⁹ Ital. S. Theol. Lect. Borgomi.
Iacobus Alani Gall. theol. cũ R. epiſ. Veneté.

NOMINA OMNIVM THEOLOGORVM ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, exiſtentium in S. Concilio cum R. Patre Generali.

Marcus Antonius Gambaronus à Lugo, ſocius Religionis.
Bartholomæus Golphus de Pergula.
Ioãnes 3. Bergomenſ. Lector Theologię publicus in Gymnaſio Papienſi.
Clemens Thomaſinus de Florentia, Regens in conuentu S. Crucis de Florentia.
Auguſtinus Balbus à Lugo.
Ioan. Bap. Giſulphus, ordin. ſcriba.
Antõ. de Grignano, regẽs S. Ant. de Patauio.
Lucius Anguſiola Placent. Regens S. Franciſci de Bononia.
Maximianus Benianus Cremenſis, Orator pro Religione, & Inquiſitor Paduæ.
Octauian. Charus de Neap. Regens S. Laur.
Antonius Poſius de mõte Ilcino, (de Neap. Regens in conuentu 12. Apoſtol. Romæ.
Bonauentura Meldunen. Regens in cõuen-
Martialis Peregrinus Calaber, (tu Parmæ. Regens in Conuentu Ferrariæ.
Antonius à Cubalo Feltrenſis.
Andreas Schynopius de Amandula, cum R. D. Cathanzario.
Baldaſar Criſpus Neapolitanus, cum R. D. Tropienſi.

THEOLOGI ORDINIS FRATRVM Eremitarum S. Auguſtini.

Thaddæus Peruſinus, cum R. D. Saluiati.
Ioannes Paulus Recinetenſis, cũ R. D. Quinquecclesienſ. Oratore pro regno Hũgariæ.
Simon Florentinus, cum illuſtriſſ. Card. Seripando Legato.
Cherubinus Lauoſius de Caſſia, cum reuerendiſſimo D. Vercellen.
Ambroſius Veron. dicti cõuentus S. Marci.
Ioannes Baptiſta Burgus Valentin. Hiſpan.
Antonius Mondulphenſis, qui eſt cum reuerendiſſ. Pragen. Oratore.
Aegidius Volaterranus, cum reuerẽdiſſ. epiſc. Thinien.
Eugenius Piſaurenſis, in præterita Quadrageſima Concilij Prædicator.
Adamantius Florentinus, qui eſt cum Illuſtr. Cardin. Madrutio.
Aurelius Corinaltẽſis, cum D. Oratore Heluetiorum.
Balthazar Maſſanus, cum reuerendiſſ. epiſcopo Cattanien.
Sebaſtianus Fanen. eiuſdem ordinis ſcriba.
Chriſtophor⁹ de Sanctotis Borgen. Hiſpan.
Simon de Brazzolatis. Patauinus.

THEOLOGI ORDINIS FRATRVM Carmelitan.

Stephan. Locumtenẽs generalis ord. Carmelitan. & Prouincial. Lõbardię Cremonen.
Theodorus Maſius, cum reuerendiſſim. D. Cremonenſi Mantuanus.
Silueſter, confeſſor illuſt. Card. Mantuani.
Lucretius Aſolanus, cum reuerendiſſim. D. Patriarcha Venetiarum.
Nicolaus Gallus, cum R. patre Generali.
Eraldus Gallus, cum reuer. patre Generali.
Laurentius Venetus, cum R. patre Generali.

THEOLOGI ORDINIS FRATRVM Seruorum.

Stephanus Bonuncio Aretinus.
Amans pro congregatione Seruorum, cum reuerendiſſ. D. Sibinicen.

OFFICIALES SACRI CONCILII Tridentini.

Epiſcopus Cauenſis, Commiſſarius.
Epiſcopus Theleſinus, Secretarius.
Ludouicus, Magiſter Cæremoniarum.

CANTORES SACRI CONCILII.

Simon Bertolinus, Peruſinus.
Ioannes Aloyſius de Epiſc. Neapolitanus.
Bartholomæus Conte, Gallus.
Matthias Albo de Fulignis.
Franciſcus Buſtamante, Hiſpanus.
Ioannes Antonius Latinus, Beneuentanus.
Franciſcus Druda, Vrbinãs.
Lucas Longinquus, Giſonen.
Petrus Scorteccio, Aretinus.

NOTARII.

Marcus Antonius Peregrinus Comenſis, & Cinthius Pamphilus de S. Seuerino.
Hieronymus Gamber Brixienſis, Forenſis.
Antonius Manellus, depoſitarius.

CVRSORES SANCTISS. D. N. ET Sacri Concilij.

Nicolaus de Matthæis,
& Iacobus Carra, Allobroges.

Finis Catalogi omnium Legatorum, Patrũ, Oratorum, & Theologorum, qui ad Tridentinam ſynodum conuenerunt ſub D. N. Pio IIII.

Tomi 4. & vltimi Conciliorum,
FINIS.
pridiè Calend. Februarij, 1567.